NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
17 I
32
13-15.C.15

Digitized by Google

AUGUSTINI BARBOSÆ,

I. V. D. LUSITANI,

PROTONOTARII APOSTOLICI,

Olim Sacræ Congr. Indicis Conſultoris, & inſignis Eccleſiæ Vimaranenſis Theſaurarii majoris;

NVNC VERO EPISCOPI UGENTINI,

& à Conſiliis D. PHILIPPI IV. Hiſpaniarum Regis Catholici,

COLLECTANEA DOCTORUM,

TAM VETERUM QUAM RECENTIORUM,

IN JVS PONTIFICIVM VNIVERSVM.

TOMUS SECUNDUS,

IN QUO TERTIUS ET QUARTUS DECRETALIUM LIBRI CONTINENTUR.

Præfixi ſunt INDICES *Auctorum, Librorum, Titulorum, & Capitulorum; necnon Capitulorum, & Legum incidenter diſcuſſarum, percommodi.*

Ultima editio ab ipſomet Auctore aucta, recognita & à mendis expurgata.



LUGDUNI,

Sumpt. PETRI BORDE, JOAN. & PETRI ARNAUD.

M. DC. LXXXVIII.

CUM PRIVILEGIO REGIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

COLLECTANEA DOCTORUM

IN LIBRVM TERTIVM DECRETALIVM.

De vita, & honeſtate Clericorum.

TIT. I.

SVPER hanc rubr. ſcripſerunt Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Anan. Anch. Butr. Panorm. Bald. Ioan. à Capiſtrano, Guillelm. Durand. *in ſpeculo juris, lib.4. ſub hoc tit.* Ioan. de Londris *in Breviario ſanctorum Canon. fol.173.* Petr. de Raven. *in compend. Iur. Canon.* Martin. Meſnart. *in epitome Decret. fol.93.* Bernard. Compoſt. *in Breviario jur. Canon.* Dan. Venator *in analyſi methodica jur. Pontif. à pag.358.* Goffred. & Hoſt. *in ſumma hujus tit.* Alex. Caſan. & Anaſt. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decret.* Barr. Carthag. *in expoſit. titulorum juris Canon.* Zypæ. *in analytica poſtremi juris Eccleſ. enarrat. pag.141.* Caniſ. *in ſum. juris Canonici,* Caſarel. *in erothem. ejuſdem juris*, noviſſimè Ioan. Honor. *lib.3. ſum. in Decret.* omnes *ſub hac rubr.*

De materia hujus tit. latè Campanil. *in diverſorio juris Canon. rubr.4.* Camil. Borrel. *in ſumma omnium deciſ. tit.11.* Carol. de Graſſis *de effect. lib. cleric. in prælud. à num.25.*

SVMMARIVM.

1 *Populus à Clero diviſus eſſe debet quando celebratur.*
2 *Laicis non eſt permiſſum Sacerdotum, & Cleri locum ingredi.*
3 *Laicis permiſſum non eſt in choris, & capellis Eccleſiarum exiſtere, quia confabulantur, & devotionem impediunt.*
4 *Diſpoſitio puniens præſumentem aliquid, non comprehendit eum, qui id bona fide ignoranter, & imprudenter facit.*

CAP. Vt Laici I. *Ex Concil. Magunt.*

1 QVando ſacra, ſeu divina Officia celebrantur, Clerici in Choro per Cancellos diviſo debent ſtare ſeparati, ut aut Laici non præſumant ſtare, vel ſedere ſecus Altare inter Clericos, ſed eis ad orandum tantùm, vel communicandum liceat in locum, qui dicitur Sancta Sanctorum, intrare. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Anchar. Imol. Anan. Hoſtienſ. Henric. Butr. Panorm. Bald. Ioan. à Capiſtrano, Cened. *collect.45.* Viv. *in rationali libri tertii juris Pontificii, pag.1.* Alagona *in compend. juris Canon. pag.353.* remiſſivè Ximen. *in concord. p.1.* deſumitur ex Concil. Moguntino, *c.13.* ut referunt Burchard. *lib.3. Decret. c.102.* Ivo *part.2. c.137.* Verùm hujus text. verba fuiſſe malè conſcripta, & pejus attributa Conc. Maguntino, advertit Colluſitanus noſter Ferdin. Paëz *in repet. c. Miſſas, de conſecr. diſt.1. n.49.* ſunt enim, ut ipſe ait, Conc. Turonenſis II. *c.4. vol.2. Conciliorum*, cujus verba referuntur ab Ant. Aug. *collect.1. Decret. lib.1. tit.1. c.1.*

Vel ſedere inter Clericos, &c. Notatur ad hoc, quod 2
non eſt permiſſum laicis Sacerdotum, & Cleri locum ingredi, ut per Henriq. *in ſum. lib.9. c.25. §.9. in fine, lit. I,* & Bonifacium II. idipſum conſtituiſſe refert Illeſcas *en la hiſtor. a Pontifical, p.2. lib.3. in ejus vita, fol.98.* quod adeò olim obſervabatur, ut nec Theodoſ. Imperatori Ambroſius voluiſſet permittere ingredi intra cancellos, ubi Clerici pſalmodiant, prout referunt Hiſtor. Tripart. *lib.9. c.30.* Zerol. *in praxi Epiſcop. p.1. verb. Chorus.* Hieron. Roman. *de Republ. Chriſtiana, lib.4. c.2. prope fin.* Pined. *in vita D. Ioan. Baptiſtæ, lib.1. art.1. c.8. pag. mihi 150.* Nulli igitur laicorum ibi cum miniſtris Altaris locum eſſe, dicit text. *in præſenti,* Guillelm. Durand. *de modo gener. Concil. celebr. rub.55. n.3.* haut nec quidē admitteretur patronus, ut ex mente S. Congreg. reſpondit Rot. *in una Valentina Capellæ, 5. Martii* 1599. coram Iuſto, quinimò nec Subdiaconi olim admittebantur, *c. non oportet, 23. diſt.* hoc verò intelligitur de loco ad effectum ſedendi, vel ſtandi cum ipſis miniſtris; ſecus verò ad effectum recipiendi ſanctiſſ. Euchariſtiæ Sacramentum, vel orandi, ut declarat Abb. *in præſenti ſub n.3. ad fin. verſ. nota,* Pavin. *de viſit. p.2. quæſt.8. n.36. verſ. ad orandum tamen.*

Vnde Navar. *de oratione, cap.18. num.72. cum ſeqq.* 3
infert eodem modo laicis permiſſum non eſſe in Choris, & Capellis Eccleſiarum exiſtere, quia confabulantur, & devotionem impediunt, quod & cautum eſt in Concil. Brachar. IV. *act.4. cap.25.* Graviter in tales gravis, Sanctus, & Doctus invehitur Epiſcopus Ambroſ. *lib.3. de Virg.* Maxima, inquit, eſt virtus tacendi, præſertim in Eccleſia: an quicquam eſt indignius, quàm oracula divina circumſtrepi, ne audiantur, ne credantur, ne revelentur, circumſonare Sacramenta confuſis vocibus, ut impediatur Oratio pro ſalute deprompta omnium? Vnde illud exemplum proditur, Alexandro ſacrificante Macedonum Rege, parvulum barbarum, qui ei lumen accenderet, excepiſſe ignem brachio, atque aduſto corpore manſiſſe immobilem,

nec dolorem prodidiſſe gemitu, nec tacito pœnam indicaſſe affectu: tanta in puero barbaro fuit diſciplina reverentiæ, ut naturam vinceret, atque ille non Deos, qui nulli erant, ſed Regem timebat. Et tu in miniſterio Dei genitus, excreatus, tuſſes, riſus abſtine. Frequens ſermo eſt, cùm plurima ranarum murmura religioſæ auribus plebis obſtreperent, Sacerdotem Dei præcepiſſe ut continerent, ac reverentiam ſacræ deferrent orationi; tunc ſubitò circumfuſos ſtrepitus quieviſſe. Silent igitur paludes, homines non ſilebunt? & irrationale animal per reverentiam recognoſcit quod per naturam ignorat; hominum tantam eſſe immodeſtiam, ut plerique deferre neſciant mentium religioni, quod deferunt aurium voluptati. Hæc Ambroſ. Magna etiam vituperatione illos eoſdem in templo immodeſtos reprehendit S. Baſil. *homil.* 1. in *Pſalm.* 28. exponens verſum 9. *Et in templo ejus omnes dicent gloriam.* Et Beatus Auguſtinus *ſerm.* 251. *de tempore,* B. Cæſar Arelat. *ſerm.* 12. S. Ioan. Chryſoſt. *homil.* 38. *ad populum Antiochen.* ab hoc in Eccleſia ſilentio matrem ſuam Nonnam *orat.* 19. laudat S. Greg. Nazian. Quare antiquitus, ait S. Clemens *lib.* 2. *c.* 61. *&* 8. *conſtit. Apoſt. c.* 11. *& epiſt.* 1. *ad Iacobum fratrem Domini,* quidam ex Diaconis in templo inambulabant, contemplantes viros, & mulieres, ne quis fieret ſtrepitus, ne quis nutus faceret, aut muſſitaret, aut dormitaret. Oportet enim, ait, in Eccleſia accuratè, ſobriè, vigilanter manere, attentas aures habentem ad Domini ſermonem.

4 *Præſumant.*] Ex propria hujus verbi ſignificatione colligitur diſpoſitionem punientem aliquid præſumentem, non comprehendere eum, qui in bona fide ignoranter, aut imprudenter, ſive inadvertenter facit, ſecundùm Navar. *in c. accepta, de reſt. ſpol. oppoſ.* 8. *n.* 33. *& de datis, & promiſſis, n.* 35. *verſ. audeat, ſive præſumat,* Avend. *de exequendis mandatis, lib.* 1. *c.* 4. *n.* 38. *verſ. verùm ſicut pœna.* Cened. *d. collect.* 46. *n.* 3. ubi etiam tenet quod hac ratione laicus inadvertenter, aut animi ſimplicitate, & ſine dolo, & malitia ingrediens chorum, dum divina Officia celebrantur, non dicitur contravenire deciſioni hujus textus.

SVMMARIVM.

1. *Clerici arma portantes, & uſurarii excommunicari debent.*
2. *Arma clericorum ſunt orationes, & lachrymæ.*
3. *Clerici deferre arma non poſſunt.*
4. *Armorum appellatione quæ veniant, remiſſivè.*
5. *Arma ex juſta cauſa poterunt clerici portare, veluti ſi per loca periculoſa iter faciant.*
5. *Clerici arma portantes non poſſunt illis ſpoliari per Iudices ſæculares.*
7. *Laicalis poteſtas, ſeu familia an poſſit capere clericum repertum cum armis, aut delinquere paratum, oſtenditur.*
8. *Clericus itinerans poteſt arma portare pro ſua defenſione.*

Cap. Clerici II. *Ex Concil. Pictavien.*

1 Clerici arma portantes, & uſurarii excommunicari debent. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Anchar. Hoſtienſ. Butr. Panormit. Henric. Bald. Ioan. à Capiſtrano, Cened. *collect.* 7. Vivian. *in rationali tertii libri juris Pontificii, pag.* 1. Alagona *in compendio juris Canonici, pag.* 353. remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concordant. part.* 1. *&* 2. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 3. *tit.* 1. *cap.* 2.

Clerici arma portantes, &c.] Cùm clericorum arma ſint orationes, & lachrymæ, *cap. fin.* 36. *diſt. c. porrò* 16. *q.* 3. *c. convenior, cap. non pia,* cum aliis, 23. *q.* 8. Lup. *in tract. de bello, & bellator. §. habeas, ſub n.* 1. Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſiaſt. deciſ.* 371. *n.* 4. *in* 1. *edit. & reſol.* 314. *in* 2. *edit.* Molin. *de brachio Regio, c.* 18. *n.* 42. Carol. de Graſſis *de effectib. cleric. effectu* 20. *num.* 4. Giſbert. Schevichau. *de Eccleſiaſticorum vita, lib.* 3. *c.* 55. *in fine.* Bellet. *diſquiſit. cleric. p.* 1. *tit. de diſciplina clericali, §.* 18. *n.* 9. Vnde alia deferre arma non poſſunt, 2
ut per Abb. *hic, n.* 1. Cott. *in memorabil. verbo Armorum, verſ. notabis,* Decian. *tract. crimin. lib.* 7. *c.* 3. *n.* 23. *&* 24. Covar. *pract. c.* 33. *n.* 7. *& lib.* 2. *variar. c.* 20. *verſ. penult.* Palat. *in repet. c. per veſtras, de donat. inter virum & uxorem, notab.* 2. *§.* 1. *n.* 13. Tiraq. *de judicio in rebus exiguis, verſ.* 21. *fol.* 35. Farin. *in praxi crimin. p.* 3. *q.* 108. *n.* 21. *cum ſeqq.* in beneficiis id ipſum tradit Azor. *inſtit. moral. p.* 3. *lib.* 8. *c.* 15. *verſ. prohibetur,* quod ſi contempſerint, erunt excommunicandi, ut habetur *in hoc text.* & tenent *hic* Abb. *n.* 9. & Bald. *n.* 9. quos refert, & ſequitur Bellet. *d. §.* 18. *n.* 8. *verſ. quod ſi.* Aloyſ. Ricc. *d. reſol.* 314. *n.* 3. Carol. de Graſſis *d. effectu* 20. *n.* 8. præcedente ſcilicet ſententia, ut per citatos à Cened. *ad Decretal. collect.* 7. *n.* 14. 3

Armorum autem appellatione quæ veniant, tradunt 4
Rebuff. *l. armorum* 41. *ff. de verb. ſignif.* Montalv. *in repet. verbo Arma, fol.* 11. *col.* 2. *ad finem,* Bonif. *in peregrin. verbo Armatura, fol.* 56. Avend. *in diction. verbo Armaduras, fol.* 173. Plaza *de delictis, lib.* 1. *c.* 8. *à n.* 3. Cened. *ad Decret. collect.* 7. *n.* 7. latè Decian. *in tract. crimin. lib.* 8. *c.* 2. *per totum.* Bellet. *d. §.* 18. *à num.* 11. Campan. *in diverſorio juris Canon. rub.* 4. *n.* 22. Carol. de Graſſis *d. effectu* 20. *à n.* 46.

Verùm ſi ſubſit juſta cauſa, poterunt Clerici arma 5
portare, veluti ſi per loca periculoſa iter faciant ad terrorem latronum, ut per gloſſ. *hic, verbo Clerici,* & Bald. *n.* 2. ac Abb. *n.* 8. Socin. *reg.* 30. *limit.* 6. Menoch. *de arbitrar. caſu* 394. *numero* 58. Decian. *d. cap.* 3. *num.* 34. Farin. *d. q.* 108. *n.* 110. Bellet. *d. §.* 19. *n.* 15. Vel ſi eſſent in obſidione, aut haberent inimicitias, aut ex aliqua juſta alia de cauſa, Bald. *hic, num.* 7. Iacob. de Graſſis *in aureis deciſ. part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 3.

Vtrùm autem Clericus portans arma, præcipuè ſi 6
ſint proditoria, offenſiva, vel aliter jure, aut ſtatuto Principis ſæcularis prohibita, poſſit illis per ſæculares judices ſpoliari? quæſtio à noſtris ſæpè agitata, in qua pars negativa verior eſt, ex dictis ad *cap. quæ in Eccleſiarum, n.* 2. *& ad cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ, n.* 6. *ſup. de conſtitut.* Nam ubi nulla delicti forma, vel præſumptio in fragranti deprehenditur, ſpoliare clericum armis cognitionis eſt, cùm in multis caſibus portare arma ſibi liceat, & dato, non verò conceſſo quod ageretur de ſtatuto publicam concernente utilitatem, & & de lege civili generali, & favorabili Reipublicæ, nec contraria ſacris Canonibus, etiam hoc caſu ad obſervantiam talium ſtatutorum (quæ revera Clericos ſaltem quoad vim coactivam ligare non poſſunt, ut dixi *d. cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ, à num.* 3.) per judicem Eccleſiaſticum ſunt cogendi, gloſſ. *verbo neceſſitatis, in c. generaliter* 16. *quæſt.* 1. Rip. *de peſte, tit. de remed. ad conſervandam ubert. n.* 236. itaque coactio pertinebit ad judicem Eccleſiaſticum, ac proinde clerici non poterunt per laicum armis ſpoliari, ut optimè probant Alderan. Maſcard. *de generali ſtatutorum interpretat. concluſ.* 1. *num.* 242. Marta *de juriſdict. part.* 4. *caſu* 7. *num.* 20. Campanil. *in diverſorio juris Canonici, rubr.* 4. *n.* 19. Vgolin. *de poteſtate Epiſcopi, cap.* 13.

*c.*13. §.12.*n.*3. Marc. Anton. Genuen. *in pract. Archiep. Neapolit. c.*74. *n.*6. Madius *in tract. de ſacris Ordinib. c.*14. *num.*21. Duar. *in Bull. cœnæ, lib.*2. *can.*13. *q.*11. *n.*91. Bonac. *de legibus, diſp.*1. *q.*2. *punct.*1. §.1. *n.*2. & me citato in hoc loco, Diana *reſol. moral. p.*1. *tract.*2. *reſol.*9. Quicquid dicant Greg. *l.*46. *tit.*6. *p.*1. Covar. *pract. c.*33. & *lib.*2. *var. c. fin. n. ult.* Palat. *in repet. c. per veſtras, de donat. inter virum, notab.*2. §.1. *n.*13. & alii citati per me *ad c. in audientia* 25. *de ſentent. excom.* & per Carol. de Graſſ. *de effectib. cleric. effectu* 1. *n.*862.

7 An poteſtas laicalis, ſeu ejus familia poſſit capere clericum repertum cum armis, aut delinquere paratum, vide Doctores citatos per me ad *c. ut famæ* 35. *n.*5. *de ſentent. excom.* & per Dianam *reſol. moral. p.*1. *tract.*2. *reſol.*10. & per parentem meum *in remiſſion. ad Ordin. Regiam Luſitan. lib.*2. *tit.*1. §.29. *n.*1. ubi *n.*2. poſt Navar. & Cened. agit de monacho reperto in fragranti delicto. Reſolutio autem illa ab aliquibus tradita, ut valeat laicalis poteſtas detinere illos ſpatio viginti horarum, unde prodierit non reperitur, nõ enim à jure, quippe quod illo attento apparet contrarium verius *in d. c. ut famæ*; neque prætetea à gloſſa aliqua, quamvis Steph. Aufrer. *in tract. de poteſtate ſæculari in Eccleſiaſt. fallent.*12. *verſ. quarto in clerico, ſub n.*14. & Oliban. *de jure fiſci, c.*14. *n.*140. adducant gloſſam ad eam comprobandam ſententiam *in c. cùm non ab homine, de judic.* ipſe reverà nullum ſcribit verbum de detentione iſta per viginti horas: non effugiet ergo cenſuram laicalis poteſtas, ſi cùm potuiſſet incontinenti ducere, vel dare vinculis, etiam brevi temporis interſtitio mancipaſſet, refert me citato in hoc loco Diana *d. tract.*2. *reſol.*11.

8 *Et uſurarii.*] De Clerico uſurario, vide quæ dixi *ad c. præterea* 7. *infrà de uſuris, pag.*277.

9 In gloſ. *Clerici arma*, ibi, *intellige ſi per loca periculoſa tranſitum faciant*, &c.] Notatur ad hoc, quod Clericus itinerans poteſt arma portare pro ſua defenſione, & ut reſiſteret latronibus, plures per Carol. de Graſſis *d. effectu* 20. *à n.*33. ubi *n. ſeqq.* alios recenſet caſus.

SVMMARIVM.

1 *Presbyter habens populum, debet habere clericum, qui ſecum cantet, & in aliis hic expreſſis eum juvet.*
2 *Parochus debet habere clericum, qui ſibi in Miſſa deſerviat.*
3 *Celebrare ſine miniſtro eſt peccatum mortale.*
4 *Fœmina non poteſt ſervire Clerico celebranti.*
5 *Fidei rudimenta, ac Chriſtiana doctrina pueris, Dominicis, & aliis feſtivis diebus edocenda.*

Cap. Vt quiſque III.

Ex Concil. Matiſc.

1 Presbyter habens parochiam, debet habere clericum, qui ſecum cantet epiſtolam, & lectionem legat, qui poſſit ſcholas tenere, & admonere patres, ut mittant filios ad diſcendam doctrinam Chriſtianam in Eccleſia, quos ipſe cum omni caſtitate erudiat. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſt. Anch. Henric. Butr. Panorm. Bald. Ioan. à Capiſtrano, Cened. *collect.*63. Vivian. *in ration. libri tertii juris Pontif. pag.*2. Alagona *in compend. juris Canonici, pag.*353. remiſſivè Ximen. *in concord. part.*1. refertur à Burchar. *lib.*2. *Decret. c.*56. Ivo. *p.*6. *c.*152. & refertur ab Anton. Auguſt. *collect.*1. *Decret. lib.*3. *tit.*1. *c.*7.

2 *Clericum habeat, qui ſecum cantet.*] Notatur ad hoc, quod Sacerdos parochus Clericum habere debet, qui ſibi deſerviat, cùm non poſſit ſolus Miſſarum ſolemnia, vel alia divina officia ſine miniſtri ſuffragio celebrare, ut per Rebuff. *in tract. congrua portionis, n.*65. Cened. *d. collect.*63. *n.*1. Cavaler. *deciſ.*498. *n.*1. Vnde Eccleſiam non debere dedicari, niſi tantùm aſſignetur quod duobus ſufficiat, tradunt Caſſad. *dec.*19. *de præb.* Rot. *deciſ.*56. *n.*10. *p.*2. *diverſ.* & ideo excuſari non poſ- 3 ſunt à mortali peccato, qui Miſſam ſine miniſtro celebrant, quia faciunt contra præſcriptum Eccleſiæ in re gravi, ut per Bart. ab Angel. *dialog.*5. *de Miſſa*, §.408. quem refert, & ſequitur Bonac. *de Sacram. diſp.*4. *q. ult. puncto* 9. *n.*33. qui quidem miniſter maſculus eſſe 4 debet, ut patet ex communi Eccleſiæ uſu, fœminam namque Sacerdos adhibere non poteſt, Bart. ab Angel. *d. dialog.*5. §.407. & 409. Soar. *de Sacram. diſp.*87. *ſect.*1. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.*29. *n.*163. Poſſevin. *de officio Curati, de ſacrific. c.*2. *n.*9. quos refert, & ſequitur Bonac. *d. puncto* 9. *n.*32. advertens magis indecens, & periculoſum eſſe fœminam adhibere, quàm ſine miniſtro celebrare, Azor. *inſtit. moral. p.*1. *lib.*10. *c.*19. Henriq. *in ſum. lib.*9. *de Miſſa, c.*30. §.1. Ægid. de Coninch. *q.*83. *art.*4. .264. Steph. Fagund. *in quinque Eccleſia præcepta, præc.*1. *lib.*3. *c.*21. *n.*2. & 3. ubi refert ex Sylveſt. & Tabien. aliquando ſummum Pontificem concedere privilegium, ut moniales in caſu neceſſitatis per feneſtellam Altari propinquam Sacerdoti adminiſtrent, refert Illuſtriſſim. D. Roderic. à Cunha poſt primam hujus libri impreſſionem à me viſus, *in c. non liceat*, 31. *n.*3. *diſt.*23.

Vt filios ſuos ad fidem diſcendam mittant ad Eccleſias.] Novè Concil. Trid. *ſeſſ.*24. *de reform. c.*4. *in fine*, 5 advertit Epiſcopos ut ſaltem Dominicis, & aliis feſtivis diebus pueros in ſingulis parochiis Fidei rudimenta, & obedientiam erga Deum, & parentes diligenter ab iis, ad quos ſpectabit, doceri curent: ad cujus majorem obſervationem emanavit conſtitutio Pii V. incip. *Ex debito Paſtoralis officii*, *die* 6. *Octobr.* 1572. & de materia, ac intellectu illius decreti Conc. Trid. & prædictæ Pii V. conſtitutionis, vide Prax. Epiſc. *p.*1. *verbo Doctrina Chriſtiana*, §.2. & 3. Cened. *d. collect.*63. *n.*4. & 5. Aloyſ. Ricc. *in deciſionibus Curiæ Archiep. Neapol. deciſ.*22. *p.*1. Campan. *in diverſorio juris Canonici, rub.*11. *c.*14. *n.*8. Piaſec. *in praxi Epiſc. p.*2. *c.*3. *n.*19. quorum aliquos refero, & explico ego ipſe *de officio, & poteſtate Epiſcopi*, *p.*3. *alleg.*76. *n.*37.

Quas autem orationes, & an illas explicitè credere, & de memoria ſcire teneantur Chriſti fideles, vide Simanch. *de cathol. inſtit. c.*28. *ex n.*8. Sebaſt. Medic. *in ſum. virt. tit. de fide, q.*18. Penia *in direct. Inquiſit. p.*1. *ſchol.*18. *in q.*3. *de fide explicitè habenda*, Petr. à Nav. *lib.*2. *de reſtit. c.*4. *n.*210. *tom.*2. & alios citatos per Cened. *ad Decretum collect.*6. *n.*1.

SVMMARIVM.

1 *Clericus, qui comam nutrit, excommunicandus eſt.*
2 *Clericis prohibuit comam nutrire ſub anathematis pœna Anacletus Papa omnium primus.*
3 *Clerici comã nutrientes peccãt mortaliter, & abſolutio Sacramentalis illis denegari poteſt, intellige ut ibi.*
4 *Clerici peregrini uti poſſunt veſtibus brevioribus, & comam amplius ſolito laxare.*

Cap. Si quis IV. *Greg. VIII.*

Clericus qui comam nutrit, excommunicandus 1 eſt. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſt. Anch. Henric. Butr. Panor. Bald. Io. à Capiſtrano, Viv.

in ration. libri tertii iuris Pontificii, pag. 2. Alagona *in compend. juris Canon. pag.* 354. remiſſivè Ximen. *in concord. part.* 2. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 1. *Decret. lib.* 3. *tit.* 1. *c.* 3.

2 Anacletus Papa omnium primus ſub anathematis pœna prohibuit Clericis comam nutrire, ut teſtatur Illeſc. *in hiſtoria Pontif. p.* 1. *lib.* 1. *c.* 7. & 14. Menoch. *de arbitr. caſu* 392. *n.* 26. Ego ipſe *de officio, & poteſt. Epiſc. p.* 2. *alleg.* 9. *n.* 10. Carol. de Graſſ. *de effect. cleric. effectu* 37. nam eam nutrientes peccant mortaliter. Sylveſt. *in ſum. verbo Clericus, n.* 2. Bernard. *in pract. c.* 70. *aliàs* 79. *in fine, in noviſſ. edit.* Albert. Trot. *de vero, & perfecto clerico, lib.* 2. *c.* 39. *n.* 6. Rebuff. *in praxi benef. tit. de forma lit. conſ. n.* 32. Camil. Borrel. *in ſumma omnium deciſ. tit.* 11. *n.* 44. & ideo abſolutionem Sacramentalem illis negari, vel differri poſſe, tenuerunt Franc. Blanc. *in p.* 1. *del memorial, verſ. el nono caſo,* ibi, *item los Eccleſiaſticos barbados, fol.* 13. *col.* 1. Navar. *in tract. de oratione, c.* 18. *n.* 77. quod intellige ſi monitus generaliter, vel ſpecialiter perſeveret, tunc enim propter inobedientiam, & contumaciam dignus eſt excommunicari, & peccat mortaliter, ut advertit Sayr. *in clavi Regia, lib.* 3. *c.* 7. *n.* 25.

3 In gloſſ. *Relaxaverit,* ibi, *niſi ex juſta cauſa.* Quæ autem ſint juſtæ cauſæ, ob quas clericus excuſari poſſit ſi habitum clericalem non geſtaverit, oſtendi *d. allegat.* 9. *n.* 16. *cum ſeqq.* Et quoad religioſos advertit Fr. Emman. *qq. regular. tom.* 2. *q.* 76. *art.* 6. *verſ. ſecundò notandum,* illos nullam incurrere cenſuram ob honeſtam demiſſionem habitus, qualis eſt quæ fit juſta de
4 cauſa. Et clericos peregrinos poſſe uti veſtibus brevioribus, imò & habitum clericalem mutare, ac etiam deponere, ſi ex delatione illius juſta eſſet cauſa timoris, tenet Carol. de Graſſis *de effectibus cleric. effectu* 1. *n.* 1174. Beller. *diſquiſit. cleric. p.* 1. *tit. de diſciplina clericali, §.* 16. *n.* 15. & plures alii, quos refero *d. alleg.* 9. *n.* 21. ac etiam comam amplius ſolito laxare, ut dicit hæc gloſſa, referens quod cùm quidam reprehenderetur à Papa, quia non deferebat Tonſuram, & comam laxaverat, reſpondit his verſibus:

Tutius ut peterem laici ſub imagine Romam,
Fas fuit ut ſinerem luxuriare comam.

Refert Anton. Marc. Genuen. *in praxi Archiep. Neap. c.* 38. *in annot. n.* 4.

5 In gloſſ. *Anathema ſit,* ibi, *id eſt, fiat,* ſequuntur Bernard. *d. c.* 79. Hippolyt. *in rubr. ff. de falſis, n.* 51. Soar. *de cenſur. diſp.* 18. *ſect.* 3. *num.* 19. Illuſtriſſimus D. meus Rodericus à Cunha *in comment. ad cap. ſi quis* 23. *num.* 4. *diſt.* 23. *pag.* 175. Verùm verba illa, *anathema ſit,* inducere canonem latæ ſententiæ defendunt Tiraq. *in l. ſi unquam, verbo revertatur, num.* 149. *aliàs n.* 180. Ludov. Carbon. *in tract. de legibus, lib.* 8. *diſput.* 6. *verſ. ſeptima regula,* Soar. *de relig. lib.* 2. *de ſuperſtit. c.* 18. *n.* 4. Monet. *de diſtribut. quotid. p.* 3. *q.* 7. *n.* 31. Coriolan. Capuccin. *de caſibus reſervatis, p.* 2. *caſu* 3. *n.* 48. *pag.* 499.

SUMMARIUM.

1 *Clericus neque comam nutriat, nec barbam.*
2 *Concinnatuli, & calamiſtrati à SS. Hieronymo, & Ambroſio ſæpè damnantur.*
2 *Barbam clericis nutrire prohibitum eſt.*
4 *Barbam & comam tondendi mos quando inceperit, remiſſivè,* & n. 5.

Cap. Clericus j. V.

Ex Concil. Carthag.

Clericus neque comam nutriat, neque barbam. 1
Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſtienſ. Anch. Butr. Henric. Panormit. Bald. Ioan. à Capiſtrano, Vivian. *in rationali libri tertii juris Pontificii, pag.* 3. Alagona *in compendio juris Canonici, pag.* 354. remiſſivè Ximen. *in concordant. part.* 1. & 2. deſumitur ex Concil. Carthag. *ſeſſ.* 4. *c.* 44. refertur ab Anton. Aug. *collect.* 1. *Decret. lib.* 3. *tit.* 1. *c.* 4.

Neque comam nutriat.] De hoc dixi *ad cap. ſi quis* 4. 2
n. 2. *& ſeq. ſup. hoc tit.* Sæpe D. Hieronym. & Ambroſ. concinnatulos, & calamiſtratos acriter damnant, ut refert Ioan. Bapt. Fin. *de regulis juris; hom.* 22. *verſ. cæterùm,* & plura contra illos ſatis eleganter de more ſuo adducit Illuſtriſſimus Dominus meus Rodericus à Cunha poſt primam hujus libri impreſſionem à me viſus *in comment. ad cap. prohibete* 21. *ex n.* 4. *diſt.* 23. *pag.* 173.

Neque barbam.] Notatur ad hoc, quod Clericis 3
barbam nutrire prohibitum eſt, ut per Salz *ad Bernard. in pract. c.* 79. *verſ. & non ſolùm, in noviſſ. edit.* Mos autem 4
tondendi Clericis barbam, & coronam quando inceperit, & unde habuerit originem, referunt Ioan. Bernarti ad Statium *lib.* 4. *Thebaidos, pag.* 106. Cardin. Cæſar Baron. *tom.* 5. *annalium Eccleſiæ, anno Chriſti* 398. *pag.* 48. Ioan. Pined. *in Iob, c.* 1. *verſ.* 2. *pag. mihi* 86. Fr. Bernard. de Britto *in monarchia Luſitana, p.* 2. *lib.* 5. *tit.* 2. *fol.* 39. *verſo,* Beller. *diſquiſ. cleric. p.* 1. *tit. de diſciplina clericali, §.* 17. *à n.* 12. quos refero ego ipſe *de officio, & poteſtate Epiſcopi, p.* 2. *alleg.* 9. *n.* 10.

Verùm circa hunc text. Salzed. *loco proproximè citato,* ita ait: *Secundùm verò jus Concilii Carthaginenſis,* 5
unde profectum fuit d. cap. Clericus, *barbas radere prohibitum eſt; nam, ut ſcribit Andr. ab Exea* in rubr. de conſtit. n. 62. *in codice Conciliorum ſic legitur: Clericus neque comam nutriat, neque barbam radat, & rectè, nam lege antiqua ſic præcepit Dominus populo ſuo, Levitici* c. 19. *ibi, nec radetis barbam; idem etiam præcepit* c. 21. *ad Sacerdotes Aaron verba faciens* (vide circa hoc quæ adducunt Marc. Ant. Marcil. *de Eccleſiaſticis redditib. p.* 2. *c.* 19. *n.* 18. & Carol. de Graſſis *de effectib. cleric. effectu* 37. *n.* 3.) Romæ verò, & in multis Orbis partibus conſuetudine receptum eſt, ut barba Clericis ſit permiſſa, modò labrum ſuperius radatur, ſicut teſtatur Martin. Navar. *in manuali confeſſ. c.* 25. *num.* 110. Menoch. *de arbitr. caſu* 302. *n.* 27. Ioan. Pier. *in tract. de barbis à Sacerdotibus portandis.*

Cap. Clericus ij. VI.

Ex Concil. Triburien.

Clericus qui non eſt in ſacris, nec eſt profeſſus 1
religionis, ſi accipiat uxorem, illam non dimittat, ſed coronam ferat. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarel. Bellamer. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſtienſ. Anchar. Butr. Henric. Panorm. Bald. Ioan. à Capiſtrano, Vivian. *in rationali libri tertii juris Pontificii, pag.* 3. Alagona *in compendio juris Canonici, pag.* 354. remiſſivè Ximen. *in concordant. part.* 2. referunt Burchard. *lib.* 8. *Decretal. c.* 79. Ivo *part.* 7. *cap.* 115. & Anton. Auguſt. *collect.* 1. *Decret. lib.* 3. *tit.* 1. *c.* 6.

Probat hîc text. Clericum in ſacris Ordinibus non 2
exiſtentem poſſe matrimonium contrahere, de quo latè Sanch.

Sanch. *de matrim. lib.7. diſp.*31. Gutier. *eod. tract. c.*94. *n.*19. Bonac. *eod. tract. q.*3. *punct.*9. *n.*1. & dixi *ad c.*2. *qui clerici, vel voventes, &c.*

3 *Sine gradu.* Intellige *ſacro*, cum gloſſ. *in præſenti*, ut per Corſer. *in ſing. verbo Accuſatio, incip. An laicus,n.*2. Roder. Corſer. *in quæſtionibus majoratus,n.*34. Covar. *in c.quia nos, n.*4. *de teſtam.* ubi gloſſ. communiter receptam dicit.

SVMMARIVM.

1 *Clericus debet tonſuram deferre, & ſi non vult, poteſt invitus à ſuo ſuperiore tonderi.*

2 *Clerici comam & barbam nutrientes etiam inviti tondendi ſunt.*

3 *Beneficium non confertur in invitum.*

CAP. Clericus VII. *Alex. III.*

1 Clerici, qui comam nutriunt, & barbam, etiam inviti à ſuis Archidiaconis ſunt tondendi. Colligunt ex Ordin. Abb.antiq. Innocent. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Anan. Imol. Anchar. Butr. Panormit. Bald. Ioan. à Capiſtrano, Vivian. *in ration. tertii libri juris Pontificii*, *pag.*4. Alagona *in compendio juris Canonici*, *pag.*354. remiſſivè Ximen. *in concordant. p.*2. refertur ab Anton.Aug. *collect.*1. *Decret. lib.*2. *ſub titulo Clerici, vel Monachi, c.*6.

2 Dicit hic text. Clericos comam,& barbam nutrientes etiam invitos tondendos eſſe, ut per Beller. *diſquiſ. cleric. p.*1. *tit. de diſciplina clericali*, §.17.*n.*11. contra comam nutrientes plura ſatis eleganter de more adducit Illuſtr. D. meus Rodericus à Cunha poſt primam hujus libri impreſſionem à me viſus *in comment. ad c. prohibet* 21. *ex n.*4. *diſt.*23. *p.*173.

3 In gloſſ. *Inviti*, ibi, *item argum. quod beneficia conferuntur in invitos.* Nam regulare eſt beneficium non conferri in invitum, ut per Tiraq. *de nobilit.c.*6. *n.*40. Surd. *conſ.*167. *n.*15. Cardoſ. *in praxi judicum, verbo Beneficium, n.*65. Card.Tuſch. *tom.*1. *lit. B,concl.*52. Thom. de Thomaſſetis *in floribus legum*, *reg.*60. ubi limitat quando tractatur de publica ſalute, & utilitate, de quo etiam *reg.*151.

SVMMARIVM.

1 *Monialium monaſteria frequentans, & monitus non deſiſtens, ſi Clericus eſt, deponitur; ſi laicus, excommunicatur.*

2 *Monialium ad monaſteria acceſſus omnibus in univerſum jure prohibitus eſt.*

3 *Regulares ad monaſteria monialium cujuſcumque Ordinis accedere prohibentur.*

4 *Cenſura per ſtatutum, aut edictum Epiſcopale adverſus adeuntes monaſteria monialium, & cum illis alloquentes, comprehendit tam ſubditos, quàm non ſubditos.*

5 *Alloquutio cum monialibus, & acceſſus ad earum monaſteria ut permittatur, debet adeſſe legitima cauſa.*

6 *Laici poſſunt à judice Eccleſiaſtico puniri, ſi dũ moniti fuerint, à monaſteriis monialium non ſe abſtinuerint.*

7 *Frequentia inducitur ex duabus vicibus.*

8 *Frequentia alloquendi cum monialibus ex quibus vicibus inducatur.*

CAP. Monaſteria VIII.

1 Clericus qui præſumit frequentare monaſteria monialium ſine rationabili cauſa, arceri debet ab Epiſcopo, & ſi non deſiſtit, ſuſpendatur ab officio Eccleſiaſtico, laicus verò excommunicetur. Colligunt ex Ordin. Abb.antiq. Innoc.Collect. Zabar. Bellam.Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſt. Anch. Butr. Henric.Panorm. Bald. Ioan. à Capiſtrano, Vivian. *in ration. libri tertii juris Pontif. pag.*4. Alagona *in compend. juris Canonici*, *pag.*364. remiſſivè Ximen. *in concord. p.*1. deſumitur ex Concil. Lateran. ſub Alex. III. *c.*11. & refertur ab Anton. Auguſt. *collect.*1. *Decretal. lib.*3. *tit.*1.*c.*8.

*Si quiſquam Clericus.*Notatur ad hoc,quod omnibus 2
in univerſum jure prohibitus eſt acceſſus ad monialium monaſteria, niſi ex juſta, & rationabili cauſa, ut declarat Fr. Ludov. Miranda *in manuali Prælat. tom.*2. *tract. de ſacris monialib. q.*4.*art.*1. *concl.*1. Regulares 3
etiam ad monaſteria monialium cujuſcunque Ordinis accedere prohibentur per Decretum Sacræ Congregationis circa Epiſcopos, & Regulares, ſub datum Romæ Nonis Maii 1590.cujus decreti tenorem referunt Sorb.*in compendio Mendicant.verbo ingredi monaſteria*, Quarant. *in ſum. Bullarii, verbo Monaſteria monialium, pag.*451.*in noviſſ.impreſſ.* Campan. *in diverſorio juris Canon. rub.*12.*c.*16.*n.*43. *verſ.Illuſtriſſimi*, ubi refert decretum hoc fuiſſe extenſum ad Regulares ſancti Ioannis Hieroſolymitani per Sacram Congregationem Vicario Neapolitano reſcribentem: & *n.*42. reſolvit Regulares adeuntes monaſteria monialium abſque Epiſcopi licentia non incidere in pœnam excommunicationis, quam Epiſcopus ſuo edicto propoſuit, ſi habeant ex privilegio non poſſe ab Epiſcopo excommunicari, prout refero ego ipſe *de officio, & poteſtate Epiſcopi, p.*3.*alleg.*102. *n.*72. & 73. Illud tamen ad- 4
vertere oportet, prædictam cenſuram per ſtatutum, & edictum Epiſcopale adverſus adeuntes monaſteria monialium,& cum illis alloquentes,comprehendere etiam tam ſubditos,quàm non ſubditos accedentes ad monaſteria exempta monialium ſubdita Regularibus, qui non ſubſunt juriſdictioni Epiſcoporum, exiſtentia intra ſuam diœceſim, prout optimè reſolvit Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ.c.*303.*n.*23.*cum ſeqq.* quod intellige dummodo vetitus fuerit acceſſus ad monaſteria etiam exempta, alioquin generica prohibitio non afficiet euntes ad exempta,cum Sylveſt.Roſel.& Roland. quos refert & ſequitur, & reſolvit Campan.*d.cap.*16. *num.*45.

Sine manifeſta, &c.] Ergo adeſſe debet legitima 5
cauſa, ob quam permittatur alloquutio cum monialibus, & acceſſus ad earum monaſteria, Fr. Ludov. Miranda *d. art.*1. *concl.*1. & non ſufficit occaſio conſanguinitatis, praxis Epiſcop.*p.*2.*verbo Moniales*, §.*verſ... circa ſecundum*, Stephan.Gratian. *d.c.*393. *n.*16. quos refero ego ipſe *d. alleg.*102. *n.*71.

Per Epiſcopum arceatur, &c.] Ergo laici poſſunt à 6
judice Eccleſiaſtico puniri, ſi dum moniti fuerint, à monaſteriis monialium non ſe abſtinuerint, ut per Bobad. *in ſua politica*, *lib.*2. *c.*17. *n.*50. quem refero ego ipſe *d. alleg.*102. *num.*71.

In gloſſ. *Frequentare*, ibi, *ſed frequentia videtur ex* 7
duabus vicibus. Notatur ad hoc,quod frequentia inducitur ex duabus vicibus,ut per Maſcard. *de prob.concl.*
424.*n.*16. Et in terminis, quod frequentia alloquendi 8
cum monialibus inducatur ex duabus vicibus, tenent Coſm. *in pragm. ſanct.ad c.frequens*, §. *quapropter*, *fol.*54.Steph.Grat.*diſcept.forenſ.*393.*n.*17. Ego tamen credo meliùs dicendum iſtius frequentiæ declarationem, ſi ea intercedat in hoc caſu, remittendam eſſe judicis arbitrio, cum Navar. *in cap. cum conſideret, verſ. multiplici*, *n.*23. *de pœnit. diſt.*5. Campanil. *in d. cap.*16. *n.*40. Sanch. *in præcepta Decalogi,lib.*6.*c.*16.*à n.*109. quos refero *d. alleg.*102. *n.*70. adde Ludov. Miranda *d. tract. de ſacris monialib. q.*4. *art.*1. *concl.*1.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus poteſt ſtatuere in Eccleſia certum numerum clericorum ſecundùm ipſius facultates, qui vivant in communi, & contradictores ad hoc compellere, & iſtos in communi viventes poteſt abſolvere ab communicatione incurſa propter injectionem manuum in ſocium.*

2 *Religioſorum & mulierum certus numerus is conſtitui debet, qui ex propriis monaſteriorum redditibus, vel conſuetis eleemoſynis ſuſtentari poſſit.*

3 *Canonici extranumerarii an habeant vocem in electionibus Epiſcoporum, remiſſivè.*

4 *Expenſarum ratio habenda eſt in facultatibus æſtimandis.*

Cap. Quoniam IX.

1 Epiſcopus ſi facultates Eccleſiæ ſufficiunt, poteſt ſtatuere certum numerum clericorum, qui vivant in communi, & poteſt compellere contradictores ad hanc obſervantiam per ſuſpenſionem officii, & beneficii, vel graviori pœna, non obſtante appellatione. Item ſi quis horum viventium in communi ſit excommunicatus ob percuſſionem ſocii, poteſt Epiſcopus eum abſolvere, & pœnitentiam illi imponere, dummodo atrocitas facti graviorem pœnam non expetat. Colligunt ex Ordinar. Abb.antiq. Innocent. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Butr. Hoſtienſ. Anchar.Hentic. Panorm. Bald. Ioan. à Capiſtrano, Vivian. *in rationali libri tertii juris Pontificii, pag.5.* Alagona *in compendio juris Canonici, pag.354.* remiſſivè Ximen. *in concordant. part.1.* refertur ab
2 Anton. Auguſt. *collect.1. Decret. lib.3. tit.1. c.10.*

2 *Certum in eis valeatis,* &c.] Certus enim Religioſorum & mulierum numerus in quolibet monaſterio is tantùm conſtitui debet, qui ex propriis monaſteriorum redditibus, vel conſuetis eleemoſynis ſuſtentari poſſit, ut ex Concil. Trident. pluribuſque Doctoribus annotavi *de officio, & poteſtate Epiſcopi, part.3. allegat.98. num.1.* & noviſſimè in Sacra Concilii Congregatione hoc ipſum novè deciſum & ſtabilitum eſt.

3 De Canonicis extranumerariis, & an habeant vocem in electionibus Epiſcoporum, & aliorum Prælatorum, dixi *ad c.cùm M.9.16.& 17. ſup. de conſtit.* Et quod ille, qui eſt ſupra numerum, ſi admittatur in collegio, non gaudeat beneficio collegii, per hunc text. tenet Corſet. *in ſing. verb. ſupranumerarius,* & an diſtributiones quotidianas lucretur, habeatque jura canoniæ, vide Monet. *de diſtribut. quotidianis, p.2. q.1. n.9. cum ſeqq.*

4 In gloſſ. *Et expenſis,* ibi, *in facultatibus æſtimandis habenda eſt ratio expenſarum.* Vide Palat. *in repet. c.per veſtras, de donat. inter virum, & uxorem, §.18. n.30.* Tiraq. *de retract. lign. §.15. gloſ.1. n.3.* Mex. *in tract. taxæ panis, concl.2. n.94.*

SUMMARIUM.

1 *Iudices Eccleſiaſtici, & delegati gratis judicare debent.*

2 *Iudex pro munere temporali ſententiam ferens quas pœnas incurrat, remiſſivè.*

3 *Delegatus Papæ habet expenſas victus ubi exit domū.*

4 *Ordinarius judex cùm accedit ad aliquem locum ſuæ juriſdictionis, ſeipſum alit.*

5 *Iudici data non quidem determinatè in favorem dantis, ſed ſimpliciter, & indeterminatè, ut eum expediat prout juſtitia poſtulaverit, an ſint obnoxia reſtitutioni, oſtenditur,* & n.6.

7 *Eſculenta & poculenta ac alia modica munera, an & quando judici dari poſſint, & quid attento jure Digeſtorum, Authenticorum, & Pontificio, oſtenditur,* & n. 8. & 9.

10 *Sportulæ recipi an poſſint.*

11 *Sententiæ venales ſunt nullæ.*

12 *Iudici dans pecuniam pro conſervatione juris ſui, vel etiam pro redemptione indebitæ vexationis, non tenetur in aliquo, nec punitur.*

13 *Litiganti licitum eſt in foro conſcientiæ ad redimendam vexationem judici etiam publicum ſtipendium habenti dare aliquid temporale, ut pro ſe juſtam ſententiam ferat, quando, &c.* & n.14.

15 *Iudici datum, in dubio præſumitur datum in malum.*

16 *Sententia venalis arbitri eſt valida.*

Cap. Cùm ab omni X.

Innoc. III.

Iudices Eccleſiaſtici & delegati non debent accipere 1
decimam, vel quotam litis, etiamſi eſſet conſuetudo, vel quamvis laici id accipiant nomine Aſſeſſorum, quia gratis eſt judicandum, & venales ſententiæ à jure etiam civili reprobantur. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſtienſ. Anchar. Butr. Henric. Panorm. Bald. Ioan. à Capiſtrano, Vivian. *in rationali libri tertii juris Pontiſ. pag.6.* Alagona *in compendio juris Canonici, pag.55.* remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concordant. p.1. & 2.* refertur ab Anton. Aug. *collect.3. Decret. lib.3. tit.1. c.1.*

De judice pro munere temporali ſententiam feren- 2
te, & quas pœnas incurrat, vide *in tit. ff. & C. ad l. Iuliam repet. c. qui rectè 11. q.3. c. non ſanè, verſ. ſed non ideo 14. q.5. c. militare ad fin. 23. q.1.* Covar. qui hanc judicis turpitudinem & peccatum multis proſequitur, *in reg. peccatum, p.2. §.3. n.1. col.3.* Menoch *de arbitr. caſu 342.* Dec. *in pract. crim. lib.8. c.38. & c.65. ex n.6.* Navar. *in man. c.17. num.13.* Cened. qui multa in hoc propoſitum tum ex ſacris, tum etiam ex humanioribus literis congerit *ad Decret. collect.134.* Sot. *de juſtitia, lib.4. q.7. art.2.* Molin. *eod. tract.2. diſp.83. à princip.* Leſſ. *in ſimili tract. lib.2. c.14. ex n.62.* Rebel. *de oblig. juſtit. p.2. lib.18. q.20. & 22.* Farin. *in praxi crimin. p.3. q.111. à princip.* & præcipuè *ex n.15.*

Præter expenſas victualium, &c.] Notatur ad hoc, 3
quod delegatus Papæ habet expenſas victus ubi exit domum, ut per Surd. *de alimentis, tit.1. q.79. n.1.* Steph. Gratian. *diſcept. forenſ. c.57. n.8.* ubi *n.9.* idem reſolvit in Legato, Nuntiis, & Viſitatoribus Apoſtolicis. Ordinarius verò judex cùm accedit ad locum aliquem 4
ſuæ juriſdictionis, alit ſe ipſum, nec pro impenſis victus, & equi, & vecturæ quidquam exigere poteſt à partibus, ex Surd. *d. q.79. n.7.* & Steph. Gratian. *d. c.57. n.11.* ubi *n.12.* idem reſolvit in conſervatore.

Nos attendentes, &c.] An & quando data judici, non 5
quidem determinatè in favorem dantis, ſed ſimpliciter & indeterminatè, ut eum expediat prout juſtitia poſtulaverit, reſtitutioni ſint obnoxia, poterit ab aliquibus in dubium revocari, in quo diſtinguere oportet inter jus antiquum Digeſtorum, de quo *in l.2. verſ. ſed ſi dedit, ff. de condict. ob turpem cauſ.* & inter jus novum Authenticorum, de quo *in auth. ut litigantes jurent in exordio litis, &c. circa princ. collat.* Nam de jure antiquo Digeſtorum ſpectata rei natura danti concedebatur

batur actio ad repetendum, quia turpitudo ejus dationis verſabatur ſolùm ex parte accipientis, non verò ex parte dantis, quippe quod eo tempore non cenſebatur ea datione judicem corrupiſſe, & ita nec deliquiſſe videbatur, unde ſuccedebat reg. text. *in l. 1. in fine, & in l. 4. verſ. quoties, ff. de condict. ob turp. cauſ.* At verò ex dicto jure novo Digeſtorum nunquam repetitio danti concedi poteſt, ſed munus datum judici publicum ſtipendium habenti adjudicatur fiſco in foro exteriori, quippe quod ſuppoſita hac nova juris prohibitione condemnante, & excludente omnem in univerſum dationem ex quacunque cauſa jure non permiſſa judici factam, jam non eſt licita, ſed turpis hæc ratio ex parte etiam dantis, quantumvis ipſe à parte rei non intenderit judicem corrumpere, ac ita in particulari ceſſaverit negativè finis hujus novæ prohibitionis, neque enim ob id ceſſare debet eadem prohibitio, juxta text. ſic intelligendum *in l. proſpexit, verſ. quod quidem, ff. qui & à quibus.* Ex quibus ita poſt gloſſ. *verbo Dedi, ad fin. in d. l. 2.* reſolvunt ſub hac diſtinctione Bart. *in auth. novo jure, n. 3. C. de pœna jud. qui malè judic.* Salicet. *in l. ult. n. 2. in fine, verſ. hodie verò, C. eod. tit.* Bald. *in d. l. 2. diſp. 90. n. 2.* & citati per Farin. *in praxi crimin. p. 3. q. 111. n. 111.*

6 Limita tamen ſupradicta ne procedant in muneribus, quæ judici data fuerint gratis, & per modum donationis liberalis, ſeu gratitudinis abſque ulla ratione pretii, ut quia data ſunt ex amicitia, orta etiam contemplatione officii publici judicandi, aut ex gratitudine, & gaudio rei juſtè obtentæ, vel etiam ut animus judicis in poſterum benevolus reddatur ad negotia dantis expedienda ſimiliter ſecundùm juſtitiam, imò & ad ipſummet negotium cœptum, & adhuc infectum diligenter expediendum intra juſtitiæ limites in favorem ipſius dantis; hæc etenim non in vim pretii, ſed liberaliter & gratis judici data, non tenetur ipſe danti reſtituere ante condemnationem, nec cuilibet alteri ante illam, vel antequam ad acquirendum hæc dona inhabilis ab aliqua lege reddatur; nam licèt in his etiam terminis cenſeri debeat hodie prohibitus judex ſic accipere, & litigans ſic dare, ſuppoſita nova & univerſali prohibitione Authenticorum, de *qua ſuprà*, & proinde concludi videatur poſſe & debere judicem accipientem puniri in foro exteriori, & per ſententiam privari rebus ſic donatis; tamen ante illam non incurret hujuſmodi privationem, nec proinde tenebitur interim in foro conſcientiæ illa reſtituere, nam in hac acceptione non offendit juſtitiam ipſius dantis, quia dum liberaliter & gratis dedit, ut ſupponimus, conſequenter fuit in ea datione, & dominii tranſlatione omninò & perfectè voluntarius, & nullius injuſtæ ſententiæ, aut dilationis metu coactus. Unde meritò hanc limitationem colliges ex traditis per Molin. *de juſtit. tract. 2. diſp. 88. ſub n. 6. cum ſeqq. & ex n. 15. & diſp. 95. ſub n. 22.* & ex his, quæ poſt Petr. Nav. & Tolet. tradit Rebel. *de obligat. juſtit. diſp. 2. lib. 18. q. 20. n. 2.* Iacob. de Graff. *in aureis deciſ. lib. 2. c. 123. n. 15.* Leſſ. *de juſt. lib. 2. c. 14. n. 72.* poſt alios Sayr. *in clavi Regia, lib. 10. tract. 5. c. 3. n. 24.* ubi multis confirmat exemplis de actibus virtutum, quos gratis facere tenemur, vel vitiorum, quæ gratis fugienda ſunt; & tamen licitè in foro conſcientiæ ante legitimam judicis prohibitionem poſſumus abſque onere reſtituendi accipere aliquid ab eo, qui nobis id dederit evidenter ex liberalitate per modum gratificantis, vel etiam invitantis, allicientis, & rectè diſponentis animum noſtrum, etiam ſub expreſſa conditione faciendi, vel omittendi ea, quæ gratis facere, vel omittere tenemur.

7 Circa eſculenta & potulenta, ac alia modica munera, ſciendum eſt, quod de jure communi antiquo Digeſtorum cuilibet judici ſæculari etiam Ordinario dari poterant eſculenta, & potulenta, non quidem ab eo expreſsè, vel tacitè petita, ſed ſibi oblata ex mera liberalitate, & tam exigua ut conſumantur intra paucos dies arbitrio prudentis definiendos, juxta circumſtantias tum judicis recipientis, tum perſonæ largientis, tum denique rei oblatæ, & ſimilium, dummodo non ab uno, & eodem frequenter offerantur progreſſu temporis, juxta text. *in l. ſolent, verſ. non verò, ff. de offic. Proconſ. & in l. plebiſcito, ff. de offic. præſid.* cum traditis per Azeved. *l. 1. ex num. 17. tit. 6. lib. 3. novæ recop.* Aviles *ad c. 1. Prætor. ex num. 10.* Avendañ. *de exequendis mand. lib. 1. c. 2. ex num. 4.* Menoch. *de arbitrar. caſu 517. num. 13. cum ſeqq. juncto num. 22.* Rebuff. *ad leges Galliæ, tit. de ſalar. ex num. 4.* Iacob. de Graff. *dict. lib. 2. cap. 123. num. 11.* Molin. *d. tract. 2. diſput. 84. num. 1.* Azor. *inſtit. moral. part. 1. lib. 5. cap. 28. ad fin.* Rebel. *d. quæſt. 22. num. 3.* Quæ quidem jura procedunt ex ea ratione, quia non erat veriſimile quod propter hæc modica munera moveretur animus judicantis, ut bene obſervat gloſſ. *verbo Conſumi, in cap. ſtatutum, §. inſuper, de reſcript. in 6.* Graff. Azor. & Rebell. *proximè citatis locis.*

Poſtea verò jure novo Authenticorum, *in auth. ut judices ſine quoquo ſuffragio, §. ſcriptum eſt exemplar, in 2. verſ. quapropter, collat. 3.* fuerunt prohibita hujuſmodi etiam munera, itaut judici nihil ſub ratione muneris dari, nec ab eo accipi poſſit, niſi publicum ſtipendium non haberet, ſic emendato antiquo jure Digeſtorum *in d. l. non ſolent, verſ. non verò, & in d. l. plebiſcito,* ut bene obſervat gloſſ. pen. *ibi*, Molin. *d. diſp. 84. n. 1. verſ. obſerva*, Decian. *in tract. crimin. lib. 3. c. 35. tit. qui committant, & quibus modis committatur crimen repetundarum, n. 14. in fine,* & alii plures citati per Menoch. *d. caſu 517. n. 13.* ubi *num. 18.* refert aliquos contrarium tenentes. 8

Quod attinet ad jus Canonicum diſtinguere oportet inter judices delegatos Summi Pontif. & inter judices ordinarios: etenim quoad dictos delegatos diſpoſitum eſt *in c. ſtatutum, §. inſuper, de reſcript. lib. 6.* ut ipſi dicta ſolùm munera in cibo & potu à partibus ſpontaneis accipiant, quia ſcilicet ſtipendium habere non ſolent, non quidem quòd eorum munera illo dignum non ſit ex natura rei, ſed potiùs, quia jus Canonicum *in d. §. inſuper, & in hoc text.* voluit eos in locum ſtipendii contentos eſſe ſufficienti ſuſtentatione, quam ſupponuntur habere ex redditibus horum beneficiorum, ut habetur *in hoc text.* & in hoc etiam themate loquitur *d. §. inſuper, juncto princ. ejuſdem cap.* dum *ibid.* agit de Legatis Sedis Apoſt. qui quidem de jure novo illius text. ut tales eſſe poſſint, debent habere dignitates, aut perſonatus, vel Canonicatus Eccleſiarum Cathedralium, obſervant Doct. *in hoc text.* ubi Panorm. *n. 11.* Adrian. *quodlib. 10. art. 1. ante lit. H,* & alii quos ſequitur Molin. *d. diſp. 84. ſub n. 11. & 12.* conſequenter inferentes, quod ſi hujuſmodi delegati congruam ſuſtentationem non haberent aliunde ex beneficio, aut redditibus Eccleſiaſticis, poterunt aliquid à partibus accipere pro ſuo munere exequendo. At verò quoad judices ordinarios Eccleſiaſticos, nempe Epiſcopos, & alios Prælatos, idem eſt dicendum quod *ſuprà* dixi quoad judices ordinarios ſæculares de jure Authenticorum, itaut nec ipſa etiam eſculenta, & potulenta poſſint accipere à partibus, niſi in duobus caſibus ſtatim dicendis, quippe quod habent pingue beneficium, quod ſibi ipſis cedit in ſtipendium ad ſuſtinenda omnia onera ſuo beneficio annexa; unde ſuccedit dicta prohibitio Authentico- 9

rum, vt bene contra Sylu. *verbo iudex, illat.* 1. *q.* 8. *&* 9. proſequitur Molin. *diſp.* 84. *ſub n.* 8. Sayr. *in clavi Regia*, *lib.* 12. *c.* 13. *ſub n.* 18. poſt gloſſ. & Panorm. *n.* 14. *in hoc text.* & poſt alios ab eodem Sayr. citatos, idem reſoluentes etiamſi Epiſcopus cauſa litigantium egrederetur domicilium, prout etiam idem reſoluit Molin. *ibid.* in iudice delegato eiuſdem Ordinarij, non ſolùm ad vniverſitatem cauſarum, ſed etiam ad cauſam particularem, ſequutus ſententiam gloſſ. *verbo expenſas, in hoc text* & Sylveſt. *vbi proximè*, contra aliam gloſſ. aliter diſtinguentem *verbo moderatas, ante fin. in d. §. inſuper*, & contra Panorm. eam amplectentem *d. n.* 13. Quod autem attinet ad duos caſus exceptos, in quibus Ordinariis Eccleſiaſticis conceditur de iure Canonico, vt non obſtante dicta generali prohibitione accipiant à partibus eſculenta & poculenta, reperies primum caſum *in cap. cùm ſit Romana, de ſimon.* videlicet quando conſecrant Eccleſiam, & ſecundum caſum habes quando viſitant diœceſim, vt habetur *in cap. cùm Apoſtolus, & in cap. ſopite, & in cap. cùm nuper, de cenſib.* Concil. Trident. *ſeſſ.* 24. *de reform. c.* 3. & obſeruant Molin. *d. tract.* 2. *diſp.* 85. vbi proſequitur caſum viſitationis, Azor. *inſtit. moral. p.* 3. *lib.* 13. *c.* 30. Sayr. *in clavi Regia*, *lib.* 3. *c.* 9. *n.* 31. *& ſub d. num.* 18. Quamvis contrarium, imò quod indiſtinctè, attento omni iure Canonico, & ciuili poſſit quilibet iudex Eccleſiaſticus, vel ſæcularis, tam Ordinarius, quàm ſæcularis accipere licitè eſculenta, & poculenta, quæ in dictis iuribus *xenia* vocantur, intra paucos dies conſumenda, crediderit inaduertenter Sayr. alios referens *d. c.* 12. *n.* 19.

10 *Gratis ſtudeatis litigantibus*, &c.] Ergo ſportulæ recipi non poſſunt, de quo vide Roman. *ſing.* 183. Corſet. *in ſing.* 297. *verbo ſportulæ*, Bover. *ſing.* 3. *n.* 8. Soar. *de relig. lib.* 4. *de ſimonia*, *c.* 20. *n.* 16.

11 *Et venales ſententia*, &c.] Notatur ad hoc, quod venales ſententiæ ſunt nullæ, de quo vide apud Luſitanos *Ordin. Reg. lib.* 3. *tit.* 75. *in princ. n.* 7. & apud Caſtellanos *l.* 13. *&* 24. *in fine tit.* 22. *p.* 3. Menoch. *de arbitrar. caſu* 345. *n.* 6. Mench. *vſuf. eq. c.* 37. Aviles *ad c.* 1. *Prætorum*, *verbo donat, n.* 5. Rebuff. *de reprob. teſtium*, *n.* 405. Peregr. *de iure fiſci*, *lib.* 7. *tit.* 4. *n.* 4. *cum ſeqq.* Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. p.* 5. *collect.* 1499. Farinac. *in praxi crimin. p.* 3. *q.* 111. *n.* 197.

12 In gloſſ. *Abſtinere*, ibi, *niſi vbi quis redimit ius ſuum* &c. Collige ex gloſſ. quod dans iudici pecuniam pro conſeruatione iuris ſui, vel etiam pro redemptione indebitæ vexationis, non tenetur in aliquo, nec punitur, quia hoc non eſt malum, nec ſpecies mali,

13 vt per Farin. *d. q.* 111. *n.* 116. Licitum eſt enim in foro conſcientiæ litiganti ad redimendam vexationem iudici etiam publicum ſtipendium habenti dare aliquid temporale, vt pro ſe iuſtam ſententiam ferat, quando imminet periculum certum, aut omninò veriſimiliùs futurum, quod euidens litigantis iuſtitia ab eo iudice iniquè alioquin iudicaturo prævertatur, vel iniuſtè differatur, cum maiori eiuſdem detrimento, quod quidem ipſe alia via evadere non poterat: ita gloſſ. *verbo ille*, *in d. cap. non ſanè* 14. *q.* 5. Abb. *in præſenti*, *num.* 8. Sylveſt. *verbo reſtitutio* 2. §. 1. Covar. *in reg. peccatum*, *p.* 2. §. 3. *num.* 2. *col.* 1. Iacob. de Graff. *in aureis deciſ. lib.* 1. *cap.* 123. *ex n.* 1. Menoch. *de arbitr. caſu* 345. *num.* 8. *&* 9. Fr. Emman. *in ſum. tom.* 2. *cap.* 41. *num.* 7. Molin. *d. tract.* 2. *diſp.* 88. *num.* 2. *cum ſeqq.* Sayr. *in clavi Regia*, *lib.* 10. *tract.* 5. *cap.* 3. *num.* 6 Leſſ. *d. lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 64. Rebell. *d. q.* 22. *num.* 4. Farin. *d. q.* 111. *n.* 109. quicquid oppoſitum tenuerit *gloſſ.* 1. *in d. cap. qui rectè* 11. *q.* 3. Sot. *de iuſtit. lib.* 4. *q.* 7. *art.* 1. *ad* 2. exiſtimantes quod licèt iuſtè poſſimus petere indeterminatè à iudice, & ei dare aliquid temporale, vt iuſtè iudicet, tamen turpiter faciemus ſi ei demus exprimendo determinatè, vt pro nobis ferat ſententiam etiam iuſtam. Quæ quidem ſententia non ſolùm vera eſt in foro interiori, ſed etiam in foro exteriori, ita vt in eo dans iudici *vt ſupprà*, repetere poſſit, vt colligitur ex Abb. *d. n.* 8. Sylveſt. *verbo iudex* 1. *q.* 12. *pronunt.* 6. Graff. *c.* 123. *n.* 2. Molin. *d. diſp.* 88. *ex n.* 2. *& diſp.* 90. *ſub num.* 11. Covar. Menoch. Leſſ. Rebell. & Farinac. *citatis locis.*

Contra quas reſolutiones non obſtat, quod alia remedia præter dictam pecuniæ, vel alterius temporalis muneris dationem ſuperſint ad redimendam hanc iudicis vexationem, nempe recuſatio, vel appellatio, ac proinde dicta datio neceſſaria non ſit, & conſequenter improbari debeat: quia reſpondetur hæc iuris remedia non eſſe adeo certa in ſui exequutione, imò vt plurimum eſſe in hoc reſpectu dubia, cùm pendeant ex arbitraria probationum admiſſione, & ex aliis quæ ſolent cuiuſlibet litis dubium euentum reddere, iuxta text. *in l. quod debetur* 51. ibi, *eventus executionis poſſit eſſe incertus, ff. de pecul.* quod cùm ita ſe habeat, rationi conſonat vt aliud remedium quæratur, quod non ita dubium ſit, ſed adeò certum ac ipſummet damnum ex iniquitate iudicis indubitanter imminens, vt in effectu hanc conſiderans reſpondet Fr. Emman. *d. n.* 7. Nec etiam obſtat text. *in l.* 2. *verſ. ſed ſi dedit. ad fin. ff. de condict. ob turpem cauſam*, dum probat quod ſi litigans dederit iudici, vt pro ſe in bona cauſa pronuntiet, cenſetur iudicem corrupiſſe, & ita crimen contraxit, quia reſpondetur illum text. & eius rationem non procedere in foro interiori, quippe quod in eo non poteſt cenſeri iudex corruptus ſaltem ex parte dantis, quando is qui aliàs eſſet iniuſtè iudicaturus, modò accepta pecunia iudicat pro eo, qui iuſtam cauſam habet, & ita ab iniquitate reducitur ad rectitudinem, videlicet ab iniqua ſententia ad iuſtam, & conſequenter deuiat à formali ratione corruptionis, quæ conſiſtit in eo quod à rectitudine æquitatis deflectat, vt bene eundem text. intelligens reſpondet Iacob. de Graff. *d. c.* 123. *num.* 4. quinimò nec quoad forum exterius idem text. locum habet, quia ratio ſupradicta in eo pariter locum habet, ſuppoſito quod ex circumſtantiis externis veroſimiliter apparet in his terminis non interuenire corruptionem iudicis, maximè ex parte ſic dantis, iuxta tradita per Molin. *diſp.* 89. *in fine*, vbi proximè hanc extenſionem deducit per epikeiam, ex mente eiuſdem text. & cuiuſlibet alterius legis, quantumvis vniverſaliter prohibentis quamlibet munerationem factam iudici, vel cuilibet alteri publico officiali, & quidem meritò, nulla enim lex humana in dubio intendit, imò nec poteſt tollere defenſionem neceſſariam iure naturali omnibus conceſſam, iuxta notata *in c.* 1 per text *ibi*, *de cauſa poſſeſſ.* qua ſanè defenſione vtitur ille, qui ad redimendam vexationem in ſupradictis terminis iudicem munerat, vt bene aduertit Sayr. *in clavi Regia*, *lib.* 10. *tract.* 5. *c.* 3. *ſub n.* 10. *col.* 2. *ſub verſ. ratio eſt.* 14

In ead. gloſſ. ibi, *Semper tamen præſumitur eſſe malum.* Notatur ad hoc quod quando pecunia, vel aliud munus datur iudici ſimpliciter, non expreſſa cauſa dationis, in dubio dum aliud legitimè aliunde non apparuerit, præſumitur datum iudici in malum, ideſt, non eſſe datum pro redimenda vexatione, ſed potiùs pro iudice corrumpendo, & ſollicitando ad ſententiam ferendam pro ipſo dante, vt per Farin. *in praxi crimin. p.* 3. *q.* 111. *n.* 117. iuncto *n.* 105. *&* 108. inde concludens ſic dantem non poſſe repetere. 15

In gloſſ. *Reprobetur*, vltima, ibi, *ſi autem fuerit ſententia arbitri, tenet.* Notatur ad hoc, quod venalis 16

ſententia

ſententia arbitri eſt valida, ut per Camil. Borrel. *in ſumma omnium deciſ. tit.63.n.384.* quem refert parens meus *in comment. ad Ordin. Reg. Luſit. lib.3. tit.75.in princ. n.7. in fine.*

Cap. Deus qui XI.

Religioſi diverſi habitus miſſi ad prædicandum de novo converſis, ne populi ſcandalizentur, debent accipere communem, & honeſtum habitum, ut ſint conformes. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſtienſ. Henric. Anchar. Butr. Panormit. Ioan. à Capiſtrano, Vivian. *in ration. libri tertii juris Pontificii, pag.8.* Alagona *in compendio juris Canonici, pag.355.* remiſſivè Ximen. *in concordant. part.2.* refertur ab Anton. Auguſt. *collect. 3. Decret. lib.3. tit.1.c.2.*

SVMMARIVM.

1 *Ludi theatrales etiam prætextu conſuetudinis in Eccleſiis, vel per clericos fieri non debent.*
2 *Ludi theatrales, ſeu repræſentationes in Eccleſiis fieri non debent.*
3 *Clerici non poſſunt perſonatorum habitum ſuſcipere, vel larvis ſe tegere.*
4 *Laicus utens cauſa ludibrii veſte religioſa virorum, aut mulierum, peccat mortaliter, & graviter punitur.*
5 *Iudex Eccleſiaſticus punire poteſt ſæculares induentes habitum regularium in ludibrium.*
6 *Repræſentationes facere poſſunt clerici rerum piarum, & ſolemnitatum Fidei noſtræ.*

Cap. Cùm decorem XII.

1 Vdi theatrales non debent fieri in Eccleſia, nec per clericos ſactos, nec obſtat conſuetudo, quia eſt corruptela inquinans honeſtatem Eccleſiæ. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſtienſ. Henric. Anch. Butr. Panorm. Bald. Ioan. à Capiſtrano, Viv. *in ration. libri tertii juris Pontificii, pag.8.* Alagona *in compendio juris Canonici, pag.355.* remiſſivè Ximen. *in in concord. p.1. & 2.* refertur ab Anton. Aug. *collect.3. Decret. lib.3. tit.1. c.4.*

2 *Ludi ſiunt in Eccleſiis, &c.*] Notatur ad hoc, quod ludi theatrales, ſive repræſentationes in Eccleſiis fieri non debent, ut per Nav. *in tract. de oratione, c.5. n.25.* Zerol. *in praxi Epiſc. p.1. verbo repræſentationes*, Fructuoſ. Biſbe *en el tratado de las comedias, c.3. fol.13.*

Theatrales.] De ludis amphitheatralibus & ſcenicis agit Illuſtr. D. meus Roderic. à Cunha *in comment. ad cap. præterea 3. n.1. diſt.51.*

Monſtra larvarum.] Vide Perez in libello quem ſcripſit contra *las maſcaras*, id eſt, adversùs eos, qui cavatos cortices (ut vocat Virgilius) ori admovent, ac larvati in publicum exeunt, Greg. Lop. *l.3. verbo veſtiduras, tit.12. p.5.*

3 *Verùm etiam in aliquibus, &c.*] Notatur ad hoc, quod clerici non poſſunt perſonatorum habitum ſuſcipere, vel larvis ſe tegere, ut per Petr. Greg. *ſyntagm. juris lib.39. c.11.* Lambert. *de jurepatr. lib.2. p.2. q.9. art.26. n.5.* Paul. Comitol. *reſp. moral. lib.6. q.8.* Bellet. *diſquiſ. cleric. p.1 tit. de diſciplina cleric. §.23. n.7.* Ioculatores enim, & repræſentantes in ſcenis pretio recepto, ſeu causâ quæſtus, dum ſe in arte aſſuefecerint, ſunt infames, & non poſſunt promoveri ad Ordines, ut per Greg. *l.5. verbo Inglar. tit.7. part.6.* Fructuoſ. Biſbe *d. tract. de las comedias, c.12.* ubi ad longum quod officium repræſentandi utroque jure ab antiquis pro vili, & infami habitum eſt. Nec etiam licet clericis intereſſe comœdiis, cùm ſpectatores ſuo acceſſu & præſentia cauſam afferant ſcenicis turpia agendi, inſuper quia clargiri pecunias hiſtrionibus immane flagitium eſt, Petr. Guzman. *in lib. bienes del honeſto trabajo, diſcurſo 6. §.7.* Paul. Comitol. *reſponſ. moral. lib.5. q.11. n.8. cum ſeqq.* ubi ex *n.1.* probat comœdiarum impudicarum auctores mortiferi criminis eſſe reos. Verùm ſi comœdiæ audiantur ob ſolam vanam curioſitatem abſque periculo probabili lapſus, etiamſi res turpes repræſententur, & modus repræſentandi ſit turpis, ego puto non eſſe peccatum mortale, & ceſſante ſcandalo, quod exiſtimo modò non eſſe, quia frequentiſſimum eſt clericis comœdiis intereſſe, ita Fr. Emman. *in ſum. tom.3. c.71. n.1.* Ioan. Salas *in 1. 2. tom.2. tract.13. diſp.6. ſect.24. n.165.* Lorca *in p.2. tom.2. diſp.28. de peccatis, memb.3. verſ. ex dictis, in fine*, Paul. Squil. *de obligat. ſacerd. p.2. n.45.* Sanchez *de matrim. lib.9. diſp.46. n.41.* Bonac. *in ſimili tract. q.4. punct.9. n.22.*

In gloſſ. *Monſtra larvarum*, ibi, *prohibitum eſt etiam cauſa ludibrii uti habitu monachali, vel alio religioſo*, &c. 4
Notatur ad hoc, quod ſæcularis utens veſte religioſa virorum, aut mulierum cauſa ludibrii, vel vituperii, peccat mortaliter, & graviter punitur, ut per Fr. Emman. *qq. regular. tom. 2. q.76. art. 7.* Fructuoſ. Biſbe *d. c.3. fol.18.* Bellet. *d. §.13. n.10.* Vnde poteſt 5
Iudex Eccleſiaſticus punire ſæculares induentes habitum Regularium in ludibrium, ſeu per jocum, ut in comœdiis, theatris, & hujuſmodi: idem Bellet. *d. p.1. tit. de favore clericorum reali, §.5. n.98.*

In ead. gloſſ. ibi, *Non tamen hic prohibetur repræſentare*, &c. Notatur ad hoc, quod Clerici facere poſſunt 6
repræſentationes rerum piarum, & ſolemnitatum Fidei noſtræ, ut Paſſionis Domini noſtri Ieſu Chriſti, vitæ alicujus Sancti, & illis intereſſe, ut per Abb. *hic, n.1.* Lambert. *d. art.26. n.6. in fine*, Bellet. *d. §.23. n.9.*

SVMMARIVM.

1 *Clerici debent continere, & caſtè vivere.*
2 *Clerici templum, & vas Domini, ac Sacrarium Spiritus Sancti eſſe debent.*
3 *Sodomitarum Clericorum pœna quæ, remiſſivè.*
4 *Concubinarii pœna quæ, remiſſivè.*
5 *Suſpenſionem violans celebrando Divina, deponendus eſt à beneficio, & officio.*
6 *Suſpenſus ex delicto violando ſuſpenſionem per exercitium ſolemne majoris Ordinis, à quo eſt ſuſpenſus, ſit irregularis.*
7 *Græci Sacerdotes utentes matrimonio ante Ordines inito minimè peccant.*
8 *Pœnam pecuniariam Eccleſiaſticus judex imponere nequit.*

Cap. Vt Clericorum XIII.

Clerici, præſertim in ſacris, caſtè vivere debent, 1
abſtinendo ſe à libidinis vitio, præſertim illo, propter quod venit ira Dei, & peccatores puniri debent canonicè pro qualitate delicti, & ſi ob hoc peccatum ſuſpenſus præſumpſerit celebrare divina, ſpolietur Eccleſiaſticis beneficiis, ac perpetuò deponatur: & Prælati qui præſumpſerint tales peccantes ſuſtinere, maximè intuitu pecuniæ, vel alterius commodi temporalis, puniri debent pari pœna, & clerici, qui habent conjugem, ſi peccant, graviùs puniantur. Colligunt

ligunt ex Ordinat. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Anan. Hoſtienſ. Hentic. Anchar. Butr. Panormitan. Bald. Ioan. à Capiſtrano, Vivian. *in ration. lib. 3. iuris Pontif. pag. 9.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 356.* remiſſivè Ximen. *in concord. part. 1. & 2.* deſumitur ex Concilio generali Lateran. ſub Innocent. III. *cap. 14.* & refertur ab Anton. Auguſtin. *collect. 4. Decretal. lib. 3. tit. 1. cap. 2.*

2 *Caſtè vivere ſtudeant*, &c.] Cùm enim Clerici templum, & vas Domini, & Sacrarium Spiritus ſancti eſſe debeant, dici indignum eſt eos cubilibus, & immunditiis deſervire, Paul. *ad Roman. 13.* Non enim vocavit nos Deus in immunditiam, ſed in ſanctificationem, idem Apoſt. *1. ad Theſſalon. 4.* nam qui ambulat in via immaculata, inquit Deus per David, hic mihi miniſtrabit. *Pſalm. 100.* cum aliis quamplurimis utriuſque Teſtamenti, ac SS. Patrum auctoritatibus, quas adduco *de officio, & poteſtate Epiſcopi, part. 1. tit. 2. gloſſ. 8.* & latè Carol. de Graſſis *de effectib. cleric. in prælud. à num. 25.* Petr. Creſpet. *in ſumm. Cathol. Fidei, verbo cœlibatus, col. 4.* ubi per *cap. Epiſcopos, diſt. 31.* obſervat quod qui divinis interveniunt, continentes eſſe oporter. De virtute caſtitatis latè D. Thom. *2. 2. q. 151. art. 1. cum ſeqq.* latè Leſſius *de iuſtit. lib. 4. c. 2. dub. 13.* Vnde deducitur, malè Panorm. *in cap. cùm olim, num. 4. de cleric. coniug.* docuiſſe conſultum iri Eccleſiæ, ſi generali ſtatuto caveretur ut clerico nolenti continere liceret ad nuptias convolare, cujus dictum meritò reprehendunt Sot. *lib. 7. de iuſtit. q. 6. art. 1. in fine*, Azor. *inſtit. moral. p. 1. lib. 13. c. 13. q. 5.* Sanch. *de matrim. lib. 8. diſp. 8. n. 3.*

3 *Propter quod venit ira Dei*, &c.] De pœnis Clericorum Sodomiæ crimen committentium, egi latè *ad cap. Clerici, de exceſſ. præl. pag. 323.*

4 *Incontinentiæ vitio*, &c.] De pœnis Clerici concubinarii dixi commodiùs *ad cap. ſicut 4. & ad cap. veſtra 8. de cohabitat. clericorum, & mulierum.*

5 *Si quis igitur*, &c.] Notatur ad hoc, quod violans ſuſpenſionem celebrando Divina, deponendus eſt non ſolùm à beneficio, verùm etiam ab officio, ut per Valer. Reginald. *in praxi fori pœn. lib. 32. pract. 2. n. 32.*
6. Nam ſuſpenſus ex delicto violando ſuſpenſionem per exercitium ſolemne majoris Ordinis, à quo eſt ſuſpenſus, fit irregularis. Nav. *in man. c. 27. n. 103.* Valent. *tom. 4. diſp. 7. q. 18. puncto 1.* Sayr. *de cenſur. lib. 4. c. 16. n. 3.* & alii, quos refert Bonacin. *eod. tract. de cenſuris, diſp. 3. q. 6. punct. 5. n. 5.*

7 *Qui autem ſecundùm regionis*, &c.] Et ideo Sacerdotes Græci utentes matrimonio ante Ordines inito, minimè peccant, ut per Sanch. *de matrim. lib. 7. diſp. 28. n. 6.*

8 *Obtenta pecunia.*] Ergo Eccleſiaſticus judex pecuniariam pœnam imponere nequit, de quo vide Cov. *lib. 2. var. cap. 9. num. 9.* Clar. *lib. 5. §. fin. q. 86. n. 4.* Illud tamen verum eſt, attentâ novâ diſpoſitione Concilii Trid. *ſeſſ. 25. de reform. c. 14. verſ. quæ fabricæ*, Epiſcopum debere mulctas pecuniarias, eo ipſo quod exactæ fuerint, piis locis aſſignare, ac proinde non poſſe portionem aliquam, etiam in minima parte, Vicario pro ſua mercede limitare, & minus Cameræ ſuæ Epiſcopali applicare, non obſtante contraria conſuetudine, prout reſolvunt Sbroz. *de officio Vicarii, in addit. lib. 2. q. 143.* Quarant. *in ſum. Bullarii, verbo pecuniaria*, Piaſec. *in praxi Epiſcop. p. 2. c. 4. n. 97. in princ.* Galet. *in margarita caſuum conſcientiæ, verbo pœna 1.* Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſ. deciſ. 349. in 1. edit.* aliàs *reſol. 300. n. . in 2. edit.* Ego ipſe *de officio, & poteſt. Epiſc. p. 3. alleg. 107. n. 19.* Vbi tamen Epiſcopus admodum pauper eſſet, eas ſibi aſſumere poterit, ſecundùm Molfeſ. *in comment. ad conſuet. Neapol. part. 4. q. 64. ſub num. 14.* Aloyſ. Ricc. *dicta reſol. 307. num. 3. verſic. limita.*

SVMMARIVM.

1 *Clericus à crapula, & ebrietate non ſe abſtinens, ab officio, & beneficio eſt ſuſpendendus*, & n. 2.
3 *Ebrietas quanta mala gignat, oſtenditur.*
4 *Suſpendendus ab officio, vel beneficio eſt, qui ad potus æquales potatores obligat.*
5 *Sponſio facta inter duos, ut qui plus potaverit, præſtet centum, non valet.*
6 *Iudicis electio eſt in pœnis alternativis, quando ad illum, vel etiam ad neminem verba diriguntur.*

Cap. A crapula XIV.

Clerici à crapula, & ebrietate abſtineant, nec 1
incitetur quiſquam ad bibendum, nec teneatur obligationem exequi de ſumendo potus æquales, & qui eſt culpabilis in prædictis, & à ſuperiore monitus non ſatisfacit, ab officio, & beneficio ſuſpenditur. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſt. Henric. Anchar. Butr. Panorm. Bald. Ioan. à Capiſtrano, Vivian. *in rationali libri tertii iuris Pontif. pag. 10.* Alagona *in compendio iuris Canon. pag. 356.* remiſſivè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* deſumitur ex Concil. Lateran. ſub Innoc. III. *c. 15.* refertur ab Anton. Auguſt. *collect. 4. Decret. lib. 3. tit. 1. cap. 3.*

Hanc eandem concluſionem ex hoc textu deſu- 2
munt Trot. *de vero & perfecto clerico, lib. 2. c. 59.* Menoch. *de arbitr. caſu 464. n. 4.* Camil. Borrel. *in ſumma omnium deciſ. t. 1. t. 11. à n. 27.* Farin. *fragm. crimin. p. 1. lit. C, n. 246.* Et hinc conſuetum inebriari minimè poſſe ſacris Ordinibus inſigniri, probant *cap. Epiſcopus, aut Presbyter, 35. diſt.* Rebuff. *in praxi benef. p. 2. tit. de clericis ad ſacros Ordines malè promotis, gloſſ. 4. n.* . Salzed. ad Bernard. *cap. 80. lit. A, verſ. unde*, Cened. *ad Decret. collect. 3. n. 4.* Farin. *d. lit. C, n. 252.*
nam vinolentum Sacerdotem & Apoſtolus damnat, 3
& vetus lex prohibet, *cap. vinolentum, 35. diſt.* quia multa ex ebrietate mala gignuntur, aufert enim memoriam, diſſipat ſenſum, corrumpit ſanguinem, obtundit viſum, infirmat nervos, obturbat auditum, onerat cerebrum, reſolvit viſcera, balbutit linguam, confundit intellectum, enervat & fœdat corpus, omnia membra debilitat, exhaurit ſubſtantiam, ſecreta pandit, libidinem provocat, rixas excitat, prout hæc, & multa alia referunt Menoch *dicto caſu 464. à princip.* Farin. *d. lit. C, n. 253.* Salzed. *ad Bernard. d. cap. 80.* Leſſius *de iuſtitia, lib. 4. cap. 3. dub. 3. n. 13. cum ſeqq.* Fr. Emman. *quæſt. Regular. tom. 2. q. 36. art. 1.* Aldrete *de religioſa diſciplina tuenda, lib. 2. c. 15. à n. 39.* Bellet. *diſquiſit. Clerical. part. 1. tit. de diſciplina Clericali, §. 22. à n. 13.* Campanil. *in diverſorio iuris Canonici, rubr. 4. num. 3. cum ſeqq.* & alii, quos retuli *in tract. de officio, & poteſtate Epiſcopi, p. 1. tit. 2. gloſſ. 11. n. 6.*

Vnde illum abuſum, &c.] In Concilio Lateranenſi, 4
de quo *in hoc textu*, Innoc. III. abolendum decrevit illum abuſum, quo in quibuſdam partibus ad potus æquales ſuo modo obligant potatores, & ille judicio talium plus laudatur, qui plures inebriat, & calices fœcundiores exhaurit, præcipiens eum, qui ſuper his ſe culpabilem exhibuerit, niſi à ſuo ſuperiore commonitus ſatisfecerit, ab officio, vel beneficio eſſe ſuſpendendum: refert Bellet. *d. §. 22. num. 33.*

de

de quo vide quid dicant Rebuff. *ad l.43.de verborum*
5 *ſignif. pag.mihi* 234. Leſſ. *d.c.3.dub* 4.*n.*31.*cum ſeqq.* Camil.Borrel. *d.tit.*11.*n.*31. Vnde non valet ſponſio facta inter duos, ut qui plus potaverit, centum præſtet, de quo vide Strach. *de mercat.tit.de ſponſion. p.4. in cap, finge, verſ. item quæro, n.*1.

6 In gloſſ. *Vel beneficio*, ibi, *hoc relinquitur arbitrio ſuperioris*, &c. Collige ex gloſſ. ſuperioris arbitrio relinqui, quando Clericus à crapula, & ebrietate non abſtinens, ab officio, vel beneficio ſit ſuſpendendus, ut per Menoch. *de arbitr.caſu* 404.*n.*4. Gutier. *canon. lib.*2. *c.*4. *n.*63. Soar. *de cenſur. diſp.*2. *ſect.*2. *n.*22. Notatur ad hoc, quod in pœnis alternativis electio eſt judicis, quando ad illum, vel etiam ad neminem verba diriguntur, ut per Navar. *in cap. conſideres, §.ponat, de pœnit. diſt.*5. *n.*12. Anton. Gomez *tom.*3. *var.c.*1. *n.*39. Menoch. *de arbitr. lib.*1. *q.*94. Cened. *ad Decretal. collect.*59.*n.*4. Felin. *in cap. inter cæteras, ex n.*6. & *ibi* Dec. *à n.*9.*de reſcript.* Sayr. *in clavi Regia, lib.*3. *cap.*8. *num.*14.

SVMMARIVM.

1 *Clerici debent abſtinere à negotiis, perſonis, jocis, ludis, veſtibus inhoneſtis, & ornatu minus honeſto, & habitu honeſto uti.*
2 *Clerici mimis, ioculatoribus, & hiſtrionibus intendere non debent.*
3 *Clerici in ſacris conſtituti an peccent mortaliter, ſi comœdiis interſint, oſtenditur.*
4 *Tabernas intrare non licet Clericis, niſi ſint in itinere, ſeu in peregrinatione.*
5 *Ludere ad aleas, & taxillos non licet clericis.*
6 *Mala ex ludo provenientia referuntur.*
7 *Ludus, qui conſiſtit in ingenio, aut virtute corporis, clericis eſt permiſſus.*
8 *Schaccorum, ſive latrunculorum ludus clericis non eſt prohibitus.*
9 *Schaccorum ludus quare literatis non conveniat, oſtenditur.*
10 *Pœna appoſita ludentibus, an comprehendat etiam ludum ſpectantes, remiſſivè.*
11 *Corona in clericis quid ſignificet, oſtenditur.*
12 *Habitus clericorum quis propriè dicatur, oſtenditur.*
13 *Color rubeus permittitur tantùm Cardinalibus, & viridis Epiſcopis.*
14 *Annulos deferre clericis non licet, niſi quibus convenit ratione dignitatis.*
15 *Clericis quoad pœnam inhabilitatis pro obtinendo beneficio nulla requiritur monitio, bene tamen quoad privationem beneficiorum obtentorum.*
16 *Perditum in alea an poſſit reperiri, remiſſivè.*
17 *Vendens rem ſuam in ludo non tenetur de evictione.*

Cap. Clerici ÿ. XV.

1 CLerici non debent exercere officia, vel commercia ſæcularia, maximè inhoneſta, nec debent intendere mimis, joculatoribus, & hiſtrionibus, aut ad aleas, & taxillos ludere, vel talibus ludis intereſſe; tenentur habere coronam, & tonſuram congruentem, & diligenter ſe exercere in exercitiis Eccleſiaſticis, & aliis bonis ſtudiis, necnon deferre clauſa indumenta deſuper, quæ non ſint nimis longa, vel brevia. Item non debent uti pannis rubeis, vel viridibus, nec manicis, aut ſotularibus conſutitiis, frænis, ſellis, pectoralibus, calcaribus deauratis, aut aliam ſuperfluitatem gerentibus; nec gerere debent cappas manicatas in Eccleſia ſua ad Officium Divinum, etiam qui ſunt in ſacerdotio, vel dignitate, nec alibi, niſi ob timorem liceat habitum transformare, non ferant fibulas, nec corrigias cum auro, vel argento, nec annulos, niſi ſint in dignitate. Pontifices in publico, & in Eccleſia non deferant indumenta linea, niſi ſint Monachi, qui debent ferre habitum monachalem. Palliis diffibulatis non utantur in publico, ſed vel poſt collum, vel ante pectus hinc inde connexis. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſt. Butr. Hentic. Panorm. Bald. Ioan. à Capiſtrano, Vivian. *in ration.lib.*3.*iuris Pont. pag.*10. Alagona *in compend.iuris Canon. pag.*356. remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.*1.& 2. deſumitur ex Concil. Lateranenſi ſub Iunocent. III. *c.*16. & refertur ab Ant. Auguſt. *collect.* 4. *Decret. lib.*3. *tit.*1. *c.*4.

2 *Mimis, ioculatoribus.*] Notatur ad hoc quod Clerici mimis, joculatoribus, & hiſtrionibus intendere non debent, ut per Bellet. *diſquiſit. cleric. p.*1. *tit.de diſciplina clericali*, §.23. *n.*3. tales enim uti infames ad clericatum promoveri non poſſunt, *cap. maritum* 33. *diſt.c.*1.51.*diſt.cap. pro dilectione, de conſec.diſt.*2.*l.*1. *verſ.qui artis, ff.de his, qui not.infr.* Alphonſ de Mendoz. *in quodlibet. q.*9. *n.*12. latè Petr. Guzman. *in lib. bienes del honeſto trabajo, diſcurſ.*6.§ 6. Sayr. *de cenſur.lib.*7. *c.*10. *n.*8. Bellet. *tit.*1. *de diſciplina clericali*, §.10. *num.*17. & 18.

2 Vtrùm autem Clerici in Sacris conſtituti peccent mortaliter, ſi comœdiis interſint ob ſolam vanam curioſitatem abſque periculo probabili lapſus in aliquod peccatum mortale? quæſtio eſt non contemnenda, in qua Sanch. *de matrim.lib.*9.*diſp.*46.*n.*41. reſpondet non peccare lethaliter ceſſante ſcandalo, quod hodie ceſſare credit, cùm frequentiſſimum ſit Clericos illis intereſſe: non obſtant prohibitiones ſacrorum Conciliorum, & utriuſque juris, Canonici & Civilis, ne Clerici in Sacris conſtituti comœdiis, & ſcenis interſint, de quibus latè Fructuoſ. Bisbe *en el tratado de las comedias, c.*14.& 15. quia ſi credamus Innoc. *in præſenti, num.unico*, ſunt tantùm de honeſtate: vel (quod verius videtur) dicendum eſt cum Cajet. *in ſum. verbo clericorum peccata, ad fin.* non obligare ſub mortali, ceſſantibus ſcandalis & contemptu.

3 *Et tabernas prorſus evitent*, &c.] Notatur ad hoc quod clericis tabernas intrare non licet, niſi ſint in itinere, ſeu in peregrinatione, ut per Iacob. de Graff. *in aureis deciſ. p.*2.*lib.*3. *c.*8.*n.*9.& 10. Ant. Ricc. *de iure perſonarum extra gremium Eccleſiæ exiſt.lib.*8.*c.*7.*n.*15. Vgol. *de poteſt.Epiſc. c.*13.§.29. latè Bellet. *d.tit.de diſciplina cleric.*§.20.*à princ.* ubi *num.*15. dicit quod ſicut vitium frequentandi tabernas reprehenditur in clericis, ita nec eſt laudabile in ſæcularibus; cauponarum enim inſtitutio non fuit voluptatis cauſa, ſed neceſſitatis, *l.licet gratis, §.in factum, ff. naut.caup.ſtabul.* ſed jam hodie tabernæ ſunt loca, & fomenta intemperantiæ, & incontinentiæ, *l.quæ in adulterium, in princ. & ibi gloſ.C.ad legem Iul.de adult. l.Athlas, §.ait prætor, ff.de his qui notantur infamia, l.palàm, §.ſi qua cauponam, ff.de ritu nupt.*

4 *Ad aleas, & taxillos non ludant.*] Notatur ad hoc quod Clericis ad aleas, & taxillos ludere non licet, ut per Paul. Comit. *reſponſ.mor.lib.*1.*q.*90. Camil. Borrel. *in ſum.omn.deciſ.tit.*11.*de vita & honeſtate cleric.n.*33. Aldrete *de religioſa diſciplina tuenda, lib.*2. *c.*16. §.3. *n.*17. Fr. Emma. *qq. Regul.tom.*2.*q.*37.*art.*1. latè Carol. de Graſſis *de effectib.cleric.effectu* 22. Bellet. *diſquiſit. cleric.p.*1.*tit.de diſciplin.cler.*§.24. Farin. *in praxi crim. p.*3.*q.*109.*n.*92.*cum ſeqq.* Molin. *de iuſtit. tr.*2. *diſp.*512.*verſ.quod verò*, Illuſtriſſ. D. meus Roder. à Cunha

in

in comment.ad c.2.diſt.45.n.1.cum ſeqq. & habetur in Concil.Trident. *ſeſſ.22.de reform.c.1.* & *ſeſſ.23. etiam de reform.c.12.* & apud Caſtellanos *l.57.tit.5.*
6 *p.5.* Ex ludo etenim plura inconvenientia naſcuntur, quæ recenſet Archid. *in cap.Epiſcopus, n.2. 35.diſt.* Primum, deſiderium lucrandi, & ſic eſt cupiditas, quæ eſt radix omnium malorum. Secundum eſt voluntas ſpoliandi proximum, & ſic rapina. Tertium uſura quoque conſideratur. Quartum multiplicata mendacia, & verba obſcœna, otioſa & vana. Quintum blaſphemiæ, & ita hæreſis. Sextum corruptio maxima plurimorum, qui ad ludum videndum, & concupiſcendum conveniunt. Septimum ſcandalum bonorum. Octavum contemptus prohibitionis ſanctæ Matris Eccleſiæ. Nonum amiſſio temporis, & facultatis. Unde P. Ribadeneira *in vita B. P. Franciſci de Borgia, cap.5.* dicit in ludo tria pretioſa amitti, tempus ſcilicet, pecuniam, & devotionem, ac ſæpè conſcientiam.

7 Ludus tamen, qui conſiſtit in ingenio, aut virtute corporis clericis eſt permiſſus, ut per Patid. de Puteo *in tract.de ludo, num.12.* Coſt. *eod.tract.num.15.art.2.* Farin. *d.quæſt.109. num.103.* & *106.* Bellet. *d.§.4. num.8.* & *9* ubi *num.15.* intelligit, modò non ludat in publico.

8 Schaccorum etiam, ſive latrunculorum ludus non eſt Clericis prohibitus, ut per Abb. *hic, n.4.verſ.& ex hoc intellectu.& n.12.* ubi etiam Ioan.Andr. *num.13.* & Bart. *verſ. ludus enim*, Coſt. *d.tract. n.25. in fine, verſ.quod autem ludus,& n.26. ante finem,art.2.* Vivian. *tom.1.commun.opin.lib.3.tit.29.n.3.in princ. pag.450.* Farin. *d.q.109.n.114.* Comitol. *d.lib.1.q.91.* Bellet. *d.§.24.n.7.* ubi *n.10.* intelligit modò ludatur cauſa recreationis, & non cauſa voluptatis, aut avaritiæ, vel cupiditatis, & *num.15.* etiam dummodò non diſtrahatur à Divinis propter longum tempus, quod tali ludo
9 conteritur. Qui quidem latrunculorum ludus licèt ingenio conſtet, non multùm tamen literatis hominibus convenire arbitramur, quòd mentem jam literarum ſtudiis fatigatam recreare magis ceſſatione, & quiete quàm novo meditationis labore gravare oporteat, ut etiam advertit Ioan. Baptiſta Fin. *de regulis juris homil.22. in fine.*

10 *Nec hujuſmodi ludis interſint.*] Ergo pœna appoſita ludentibus comprehendit etiam ludum ſpectantes, de quo vide Thom.Boninſig. *de juſtis negot.tract.de ludo, c.3.* Avil. *ad cap. prætorum, verbo ne tableros, num.2.* Azeved. *l.2.n.12.cum ſeqq.tit.7.lib.8.nova recop.* Rebell. *de obligat.juſtitiæ, p.2.lib.12.quæſt.fin.n.6.* Aldrete *de religioſa diſciplina tuenda, lib.2.c.16. §.3. num.24.* Farin. *d.q.109.n.34.* & *35. de partic.parte.* Plures Doctores de ludis agentes citavi, aliaque circa hanc materiam non contemnenda dixi *ad cap.inter dilectos, de exceſſibus Prælat.*

11 *Coronam, & tonſuram habeant congruentem.*] Vide Beller. *d.tit.de diſciplina clericali, §.16.num.1.* Competit namque clericis raſura, & tonſura in modum coronæ, quia corona eſt ſignum regni, & perfectionis, cùm ſit circularis carens angulo in ſignum carentiæ ſordium, quia ubi angulus eſt, ibi ſordes inveniuntur; nam ſemetipſos, & alios virtutibus regere, & ſordibus mundare debent & ſic in Deo regnabunt, *cap.duo ſunt 12. q.1.* gloſſ. *verbo tonſuram, in Clem. hoc tit.*

12 *Deferant deſuper indumenta*, &c.] Quis proprius ſit Clericorum habitus nullibi determinatur, ut dicit *gloſſ.pen.in Clem. de elect.* niſi quod nimia brevitas, & longitudo reprobatur in præſenti: quare honeſtas veſtium clericalium ponderabitur ex conſuetudine, & uſu uniuſcujuſque regionis, ut advertit gloſſ. *hic, verbo deauratis,* quam referunt, & ſequuntur plures Doctores, quos cito *in meo tract.de offic. & poteſt. Epiſc.p.2.alleg.9.n.7.* ubi *num.ſeqq.* latè de hac materia, & Motu proprio Sixti V. contra Clericos non incedentes in habitu, & tonſura: & ex Doctoribus per me citatis commendo Fr.Hieron.Roman. *de Republ. Chriſtiana, lib.3.c.13.* Menoch. *de arbitr. caſu 392.* Quarant. *in ſum. Bullarii, verbo habitus clericalis,* Azor. *inſtit.moral.p.2.lib.7.c.14.* Carol.de Graſſis *de effectibus cleric.in prælud.num.271.* Thom.Valaſc. *alleg.juris tom.1.alleg.10.* Guid. Pancirola *in theſauro var. lect. lib.1.c.21.* Camil.Borrel. *d.tit.11.n.39.* & *40.* Sanch. *de matrim.lib.7.diſp.46. n.6.* addo Ant Ricc. *de jure perſonarum extra gremium Eccleſiæ exiſtent. lib.7. c.6. à num.1.*

Pannis rubeis, aut viridibus, &c. Rubeus enim color 13
permittitur ſolùm Cardinalibus, & viridis Epiſcopis tantùm, Menoch. *d. caſu 392. n.12.* Scacc. *de judic. p.1.c.11.n.85.* & *86.* Carol. de Graſſis *in d. prælud. n.272.* quos refero ego ipſe *d.alleg.9.n.6.*

Sed nec annulos, &c. Notatur ad hoc, quod Clericis 14
annulos deferre non licet, niſi quibus competit ex officio dignitatis, ut per Abb. *hic, n.4. verſ.nota,& n.7.* Bellet. *d.tit.de diſciplina clericali, §.16.n.22.* Iſidor. Moſcon. *in tract.de majeſt.militantis Eccleſiæ, lib.1. p.2.c.2.verſ.annulos etiam,* Carol.de Graſſis *de effectibus cleric.effectu 41.n.1.* ubi *n.2.* dicit Doctores, vel in aliqua Eccleſiaſtica dignitate conſtitutum poſſe in ejus manibus deferre annulos.

In gloſſ. *Ad aleas*, ibi, *ſed videretur quod primò ſit* 15
admonendus, &c. Notatur ad hoc, quod clericis quoad pœnam inhabilitatis pro obtinendo beneficio nulla requiritur monitio, quoad verò privationem beneficiorum obtentorum monitio requiritur, ut per Menoch. *de arbitr. caſu 399. n.3.* Farin. *d.q.109. n.95.* Molin. *de juſtit. tract.2.diſp.412.verſ.quod verò, ad fin.* Illuſtr. D. meus *in comment.ad d.c.1.n.5.*

In ead.gloſſ.ibi, *Sed nunquid poteſt repeti quod per-* 16
ditur in alea, &c. Vide Azeved. *l.2. n.76. cum ſeqq. & n.93.tit.7.lib.8.novæ recop.* Thom.Boninſig. *d.tract. de ludo, c.7.n.12.* & *13.* Sayr. *in clavi Regia, lib.11. c.13.à n.14.* Rebello *d.lib.12.q.2.n.2.* Bertachin. *verb. ludus, n.18.* & *19.* Molin. *tr.3.diſp.514.* Gutier. *de juram.confirm. p.1.c.53.n.1.* & *2.cum ſeqq.* Zerol. *verbo ludus,* Valer.Reginald. *in praxi fori pœnit.lib.10.num. 385.cum ſeqq.*

In ead. gloſſ. ibi, *Et ſi quis exiſtens in alea*, &c. 17
Notatur ad hoc, quod vendens rem ſuam in ludo non tenetur de evictione, ſive venditio facta ſit colluſori, ſive alteri extraneo, *l.2.§.1. ff.quarum rerum actio non detur,* Farin. *d.q.109.n.209.* Parens meus *in comment. ad Ordin.Regiam Luſit.lib.5.tit.82.in princ. n.3.*

SUMMARIUM.

1. *Clericus, qui tertiò monitus à negotiationibus ſæcularibus non abſtinet, interim perdit quoad bona privilegium clericale.*
2. *Clericus negotiator & artifex, qui poſt trinam monitionem ſui Epiſcopi deliquerit in negotiatione, & artificio, quod exercet, poteſt conveniri coram judice laico, & ab eo puniri in rebus negotiationis, ſed non ad pœnam corporalem.*
3. *Clerici debent ſe abſtinere à negotiationibus ſæcularibus.*
4. *Clericus negotiator, ut amittat privilegia, trina monitio præcedere debet.*

CAP.

Cap. Ex literis XVI. & fin.

Innoc. III.

1 CLerici exercentes ſæcularia negotia, ſi ter moniti non reſipiſcant, non gaudent privilegio Clericali, ſed ſubjacent ſtatutis, & conſuetudini patriæ, & hoc in facultatibus tantùm; nam in illis ipſo facto renuntiant privilegio Clericali. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſt. Henric. Anch. Butr. Panorm. Bald. Ioan. à Capiſtrano, Viv. *in ration. libri tertii juris Pontif. pag.* 11. Alagona *in compendio juris Canonici, pag.* 357. remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. & 2.

2 Collige ex text. Clericum negotiatorem, & artificem, qui poſt trinam monitionem ſui Epiſcopi deliquerit in negotiatione, & artificio, quod exercet, poſſe conveniri coram judice laico, & ab eo puniri in rebus negotiationis, ſed non ad pœnam corporalem, ut per Bertachin. *de Epiſcopo, p. 1. lib. 4. num. 96. & de gabell. p. 3. n. 3.* Aufret. *in tract. de poteſtate jud. laici ſuper perſonas Eccleſ. regul. 1. fallent. 16. n. 24.* Carol de Graſſis *de effectib. cler. c. effectu 1. n. 844.* ubi *n. 845.* intelligit in concernentibus negotiationem, non in reliquis. Imbrian. *in tract. de judic. Regni, in præf. n. 41.* Cened. *ad Decretum, collect. 37. n. 2.*

3 *Sæcularibus negotiationibus*, &c.] Notatur ad hoc, quod Clerici debent ſe abſtinere à negotiationibus ſæcularibus, ut per Bellet. *diſquiſit. clerical. p. 1. tit. de diſciplina Clericali, §. 21. n. 2.* Filliuc. *tom. 3. tract. 41. c. 6. n. 138.* Vtrùm autem Clerici, ſive Religioſi, qui ſunt in Braſilica regione, & in India Orientali, dilatationi, & conſervationi Eccleſiæ navantes, quique ad ſuam congruam ſuſtentationem multis rebus indigent ex Hiſpanis ad eos mittendis, poſſint mittere ſuas merces in Luſitaniam ubi plus valent, ut ex pretio neceſſaria illis mittantur? Affirmat Molin. *de juſtit. tract. 2. diſp. 342.* ſubditque nihil in hujuſmodi negotiatione ſacris Canonibus contrarium contineri, dummodo nihil mercium, quàm ad emenda in Luſitania neceſſaria mittatur; quare cùm ex negotiatione Eccleſiaſticis non illicita tributum non debeatur, utique, inquit Molin. neque ex mercibus ita miſſis, neque ex illarum pretio tributum ullum debetur. De Clericis negotiatoribus, & quæ negotiationes illis permiſſæ ſint, vide Læl. Zecch. *de Republ. Eccleſ. tit. de clericis, verſ. 47.* Thom. Valaſc. *allegationum juris tom. 1. alleg. 44. n. 13.* Paul. Comitol. *reſponſ. moral. lib. 1. q. 53.* Laſſarte *de decima vendit. c. 19. n. 18.* Flores de Mena *variar. lib. 2. q. 21. n. 174. cum ſeqq.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancellariæ, gloſ. 56. num. 10.* Marc. Anton. Genuenſ. *in praxi Curiæ Archiepiſcop. Neapolitani, cap. 62.* Cur. Philipp. *part. 2. lib. 1. cap. 1. num. 20.* Bellet. *dicto §. 21.* Carol. de Graſſis *effectu 6.*

4 *Si tales tertiò à te moniti*, &c.] Notatur ad hoc, quod trina monitio debet præcedere, ut Clericus negotiator amittat privilegia, ita Stracch. *de mercat. p. 3. n. 8. & 9.* Camil. Borrel. *in ſumma omnium deciſ. tit. 7. de Clericis, & Sacerd. n. 70.* Cened. *d. collect. 37. n. 2. verſ. quod planè.* Carol. de Graſſis *d. effectu 1. n. 847.* & non ſufficere unam monitionem peremptoriam pro omnibus, tenet Perez *ad l. 13. verbo por tres vezes, tit. 2. lib. 1. Ordin. pag. 80.* ſed exigi tres admonitiones diſtinctas contendunt Tabien. *verbo Excommunicatio 5. num. 24.* Sylveſt. *verbo Clericus 3. n. 3.* Navar. *in man. cap. 27. n. 81.* Paul. Comitol. *reſponſ. moral. lib. 1. q. 53.*

In gloſſ. *Suis facultatibus*, ibi, *quia propter hoc facultatibus Eccleſia non fit præjudicium.* Notatur ad hoc, quod poſt trinam monitionem immunitatis privilegium perit Clerico in ſuis dumtaxat bonis, non autem in bonis Eccleſiæ, ut per Comitol. *d. lib. 1. q. 53.*

In ead. gloſſ. ibi, *tunc ceſſat privilegium*, &c. Notatur ad hoc, quod Clerici, qui negotiationi inſerviunt, poſſint amiſſum privilegium recuperare, tamdiu enim in hoc caſu privilegium immunitatis extinguitur, quandiu negotiatoris Clerici delictum perſeverat, ut per Comitol. *citato loco*, Molin. *d. tract. 2. diſp.* 342.

De Cohabitatione Clericorum, & Mulierum.

Tit. II.

SVPER hanc rubricam ſcripſerunt Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Anch. Butr. Panorm. Bald. Ioan. à Capiſtrano, Guillelm. Durand. *in ſpeculo juris, lib. 4. ſub hoc tit.* Ioan. de Londris *in Breviario ſanctorum Canonum, fol. 173. verſo,* Petr. de Ravenna *in compendio juris Canon.* Martin. Meſnart. *in epitome Decret. fol. 95.* Dan. Venator *in analyſi methodica juris Pontif. pag. 363.* Goffred. & Hoſt. *in ſumma hujus tit.* Alex. Caſan. & Anaſt. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decret.* Batt. Carthag. *in expoſit. titulorum juris Canonici,* Zypæ. *in analytica poſtremi juris Eccleſ. enarrat. pag. 145.* noviſſimè Ioan. Honor. *lib. 3. ſum. in Decret.* omnes *ſub hac rubr.*

De materia hujus tit. vide Gutier. *canon. lib. 2. c. 7.* Bellet. *diſquiſit. cleric. p. 1. tit. de diſciplina clerical. §. 25.* Carol. de Graſſis *de effectibus cleric. effectu 26.* & fœminarum conſortium, quatenus à viris ſpiritualibus fugiendum, ex SS. Patribus oſtendit Ioan. Bapt. Fin. *de regulis juris, hom. 22. verſ. adde,* & exemplis confirmat Emman. de Valle *de incantat. & enſalmis, ſect. 2. c. 3. n. 19. & c. 16. à n. 25.* tractat quàm periculoſus, & pernicioſus ſit fœminarum aſpectus, non decet enim videre quod concupiſcere non licet, ut ait D. Hieron. ad Euſtoch.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdos non debet retinere in domo mulierem ſuſpectam de incontinentia, etiamſi ſit mater, vel alia conſanguinea,* & n. 2.
3 *Declaratur text. in præſenti, & concordatur cum* cap. à nobis, pen. hoc tit.
4 *Clerici qui habent qualemqualem ſuſpicionem, à mulierum converſatione omninò abſtinere debent.*
5 *Clericus frater tenetur ex redditibus beneficii ſororem inopem alere, & dotare.*
6 *Mulieri non licet Presbytero celebranti miniſtrare.*

Cap. Inhibendum I.

Ex Concil. Maguntin.

SAcerdos nullas retinere poteſt, de quibus ſuſpicio poſſit eſſe, ſed eas ſolùm, quas jura permittunt, 1
putà mater, amita, ſoror, & has, ſi illis indigeat, habeat in domo longè à converſatione ſua. Item fœminæ non præſumant accedere ad Altare, nec Presbytero miniſtrare, nec intra cancellos ſtare, vel ſedere. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innocent.

Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſt. Henric. Butr. Anch. Panorm. Bald. Ioan. à Capiſtrano, Viu. *in ration. libri 3. iuris Pontif. pag. 15.* Alagona *in compendio iuris Canon. pag 359.* remiſſivè Ximen. *in concord. p. 1.* deſumitur ex Concil. Nannetenſi *cap. 3.* refertur à Burchard. *lib. 3. Decret. c. 116.* Ivo. *p. 6. c. 192.* & ab Anton. Auguſt. *collect. 1. Decretal. lib. 3. tit. 2. cap. 1.*

2 In ſuperſcript. ibi, *Maguntin.* Vide Card. Cæſar. Baron. *annalium Eccleſiæ anno Chriſti 325. pag. 239.*

3 *Sed nec illas, quas Canones concedunt,* &c.] In his verbis text. iſte dum Clericis interdicit mulierum converſationem, & cohabitationem earum, etiam quas Canones concedunt, matrem ſcilicet, ſororem, amitam, & alias, quæ omnem effugiunt ſuſpicionem, videtur ex diametro contrariari textui *in cap. à nobis, pen. inf. hoc tit.* cujus auctor eſt Innoc. III. quatenus Clericis concedit habitare poſſe cum iis, in quas naturale fœdus non ſinit ullam cadere poſſe ſuſpicionem, cujus text. deciſio videtur ab antiquioribus conſtitutionibus emanaſſe, ut colligitur ex *l. eum, qui, C. de Epiſcopis, & cler. & ex cap. interdixit 32. diſt.* In quibus juribus componendis elaborat Anaſtaſ. Germon. *animadverſionum juris lib. 2. cap. 8.* ubi rejecta reſponſione gloſſ. *verbo Canones, in præſenti*, in hæc verba prorupit. Contingit forſan paulò antequàm ipſa Nannetenſis Synodus celebraretur, ut aliquis cum matre, vel conſanguinea aliqua ſit deprehenſus, qui cauſam recedendi ab antiquis Canonibus, & novam condendi legem præbuit. Verùm quoniam bono legiſlatori ſemper curæ eſt occurrere illis, quæ plerumque eveniunt, non iis, quæ rarò, *l. neque leges, ff. de legib.* ideo Innoc. III. *in d. cap. à nobis*, antiquioribus inhærens Canonibus Clericis conſulere maluit, ut cum iis habitare poſſint, à quibus natura quodammodo nefarias libidinum contumelias, turpitudinéſque repellit, item matribus, & conſanguineis: nam cùm mortui mundo Clerici dicantur, ſolatii loco eſt illa cum filiis, & fratribus cohabitatio, argument. *l. iure, ff. de iure dotium.* Conſtitutio tamen *c. 1.* (quod eſt text. *in præſenti*) pro conſilio adhuc ſatis commodè retineri poſſet, cùm ipſe B. Auguſtinus fœminarum omnium, ac cum eis ſororis, ac fratris filiæ contubernium, familiaritatémque evitaſſe dicatur, quippe qui dicere ſolebat: Quamvis propinquæ mulieres ſuſpectæ non eſſent, tamen quæ ad eas ventitarent poſſe ſuſpicionem efficere. Hactenus Anaſtaſ. Germon. *citato loco*, de quorum jurium conciliatione agit etiam Vgolin. *de poteſt. Epiſcopi, c. 13 §. 27.*

4 *De quibus ſuſpici*, &c.] Probat hic text. quod Clerici qui habent qualemqualem ſuſpicionem, à mulierum converſatione omninò abſtinere debent, quamvis ſint matres, & ſorores, cùm inventi aliquando fuerint, qui diabolica ſuggeſtione inceſtus & ſtupra commiſerunt, ut per Menoch. *de præſumpt. lib. 5. præſ. 17. n. 9.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 30. tr. 3. n. 18.* Beller. *diſquiſit. clerical. p. 1. tit. de diſciplina clericali, §. 25. n. 16. & 17.* poſt Capell. Tholoſ. Navarr. *commento 4. de Regularib. n. 65.*

5 *Ea, quæ ſunt neceſſaria, ſubminiſtrent.*] Etiam ex redditibus beneficiorum, fratrem enim Clericum ex eiſdem teneri ſororem inopem alere, & dotare, reſolvunt D. Barboſ. *in l. 1. ff. ſoluto matrimon. p. 4. n. 132.* Surd. *de aliment. tit. 1. q. 25. n. 13.* Flam. *de reſignat. benefic. lib. 4. q. 7. num. 68.* Molina *de iuſtitia, tract. 2. diſp. 228. verſic. utrùm frater*, Cened. *ad Decret. collect. 102. & practicarum, ac canon. quæſt. lib. 1. q. 17. n. 12. & 15.* Card. Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib. 12. tit. 16. n. 21.* Marta *de iuriſdict. p. 4. cent. 1. caſu 163. à n. 4.* Rebell. *de obligat. iuſtitiæ, p. 2. lib. 5. q. 4. n. 22.* quos refert parens meus *in comment. ad Ordin. Regiam Luſitan. lib. 4. tit. 99. §. 1. num. 24.*

Aut presbytero miniſtrare.] Notatur ad hoc, quod mulieri non licet Presbytero celebranti miniſtrare, ut 6
per Rebuff. *in tract. congruæ portionis, num. 66.* poſt Soar. Valer. Regin. Vaſquez, & alios, ita tenent Bonac. *de Sacram. diſp. 4. q. ult. punct. 9. num. 32.* Bellet. *diſquiſ. clerical. p. 1. tit. de diſplina clericali, §. 8. n. 6.*

SVMMARIVM.

1 *Clericus in ſacris, qui à ſuſpectarum mulierum colloquio, vel earum conſortio monitus non deſiſtit, excommunicatur.*
2 *Excommunicationis pœna ut incurratur in crimine concubinatus, trina monitio requiritur.*
4 *Mulier Clerici concubina à iudice ſæculari punitur.*
5 *Clericorum appellatione ſuperiores, & maiores intelliguntur.*

Cap. Si quiſquam II.

Ex Decreto Eugen. Pap.

PResbyter, Diaconus, Subdiaconus, ſi ter monitus 1
inveniatur loqui, vel converſari cum fœmina ſuſpecta de crimine fornicationis cum eo, eſt excommunicandus, & fœmina canonicè punienda. Colliguntur ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſt. Henric. Anchar. Butr. Panorm. Bald. Ioan. à Capiſtrano, Vivian. *in ration. lib. 3. juris Pontif. pag. 16.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 360.* remiſſivè Ximen. *in concord. p. 1.* refertur ab Anton. Auguſt. *collect. 1. Decret. lib. 3. tit. 2. cap. 3.*

Poſt primam, ſecundam, & tertiam admonitionem, 2
&c.] Ergo ad pœnam excommunicationis incurrendam in crimine concubinatus à Clerico commiſſi, requiritur trina monitio, de quo Sayt. *in Clavi Regia, lib. 8 c. 2. n. 12.* Cætera circa hanc admonitionem, & pœnas Clericis concubinariis imponendas, etiam attento noviori jure Concilii Tridentr. *ſeſſ. 25. de reformat. cap. 14.* dicam commodiùs *ad cap. ſicut 4. infr. hoc tit.*

Et aliquo modo converſari.] Per nuntium ſcilicet, 3
vel epiſtolas ſecretas, de quo vide Menoch. *de præſumpt. lib. 5. præſumpt. 41. n. 10.* Carol. de Graſſis *de effectibus clerical. effectu 26. n. 5.*

Fœmina verò canonicè iudicetur.] Per judicem ſcili- 4
cet Eccleſiaſticum, à quo pro modo culpæ puniri poteſt, ut tenent Zerol. *in praxi Epiſcop. part. 1. verbo concubinarii*, Sayr. *d. c. 2. num. 14.* Matienſ. *l. 6. gloſſ. 2. tit. 8. lib. 5. novæ recop.* Marta *de iuriſdict. part. 4. caſu 44.* Bellet. *diſquiſit. clerical. part. 1. tit. de diſciplina clericali, §. 15. n. 64.* Ratio eſt, quia correlativorum idem jus, & ratio eſt, & diſpoſitio loquens in uno, in alio ſimiliter procedit, ex adductis per me *in tract. de axiom. iuris uſufreq. axiom. 61. num. 1.* Vnde cùm concubina Clerici communem cum illo habeat cauſam, & ſint correlativa, nil mirum ſi illa ſicut ille per judicem Eccleſiaſticum judicetur, & graviſſimis pœnis, quibus illa capax, ſit, puniatur. Facit *cap. ſi concubinæ 55. de ſentent. excommunic.* qui text. duplicem probat concluſionem, utramque noſtro propoſito accommodatiſſimam, prior eſt quod concubina Clerici excommunicetur excommunicatione majori, ſicut etiam *in c. eos, 32. diſt.* in ſervitutem redigitur, & *in cap. fraternitatis, prope fin. 34. diſt.* in monaſterium detruditur: poſterior

poſterior eſt, quod accedens ad concubinam excommunicatam manet ligatus eadem excommunicatione, quia communicauit cum illa in crimine propter quod excommunicatio fuit incurſa. Vnde ſimiliter ipſa concubina in eodem foro, in quo clericus, poterit iudicari, cùm in crimine damnato cum illo communicaverit, & ita hanc ſententiam obſervat in ſpecie *gl. 1. verſ. ad hoc, in d. cap. eos*, commendata à Roman. *ſing.* 658. Aufrer. *de poteſt. ſingulari, reg. 2. n. 34.* Quod quidem adeò verum eſt, vt exiſtimarint Abb. *n. 25. in cap. cùm ſit generale, de foro compet.* Iaſon. *in l. pen. n. 17. ff. de iuriſdict. omn. iudic.* Palat. *in repet. rub. de donat. inter virum & vxorem, §. 49. n. 7.* ſolum iudicem Eccleſiaſticum eſſe competentem in hoc caſu. Vnde non eſt probanda illorum diſtinctio, qui dicunt publicas clericorum concubinas à ſæcularibus poſſe iudicari, occultas autem non poſſe, ne hac occaſione clerici in foro ſæculari infamentur, neque enim poſſunt concubinæ iudicari, quin eorundem nomina deferantur, ac per conſequens ſi aliqua lex, ſeu ſtatutum id permittat, tanquam Clericos puniens non valebit, quo pacto diſtinguunt Clar. *in §. fin. q. 37. n. 4.* Gom. *verbo mancebas, l. 80. Tauri, n. 21.* Avendan. *de exequend. mand. p. 2. c. 26. n. 7.* Perez *l. 21. tit. 3. lib. 1. Ordinam.* Salzed. *in pract. c. 79. verſ. concubina clerici.* Matienſ. *l. 6. gloſſ. 2. tit. 8. lib. 5. noua recop.* Decian. *in tract. crimin. lib. 4. c. 9. num. 56. & lib. 6. cap. 21. n. 37.* Bobadil. *in politica, lib. 2. cap. 17. n. 34.* Illuſtr. D. meus Roderic. à Cunha *in d. cap. eos, n. 7.*

3 In gloſſ. *Sacerdotum*, ibi, *appellatione clericorum ſuperiores, vel maiores intelliguntur.* Vide Marant. *de ordine iudic. p. 4. diſt. 11. n. 3.* Turrecr. *in c. 1. n. 32. 1. diſt.* Sebaſt. Medices *in ſumma Decret. art. 4.* Ioan. Lup. *in tract. de libert. Eccleſ. p. 2. q. 2. n. 1.* meipſum *in tract. de appell. verborum vtriuſque iuris ſignif. appell. 51. ex n. 1.* plures per Carol. de Graſſis *de effect. clericalibus, in prælud. n. 246. cum ſeqq.*

SVMMARIVM.

1 *Prælatus non debet Clericum cogere ad concubinam abjurandam, ſed eam nolentem dimittere poteſt excommunicare.*
2 *Clerici non ſunt cogendi abiurare concubinas.*
3 *Declaratur text. in præſenti.*
4 *Multitudine delinquente principales puniuntur.*

Cap. Clericos III. *Alex. III.*

1 ORdinarij non debent cogere clericos in Sacris conſtitutos, & publicè concubinarios, vt eas abiurent, ne redeuntes ſint periuri, ſed cogant per ſuſpenſionem, & interdictum, & ſi deinde reincidunt, excommunicent aliquos illorum. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſt. Anch. Henric. Butr. Panor. Bald. Ioan. à Capiſtrano, Viuian. *in ration. libri tertij iuris Pontific. pag. 17.* Alagona *in compend. iuris Canonici, pag. 360.* remiſſiuè Ximen. *in concord. p. 1.* refertur ab Anton. Auguſt. *collect. 1. Decret. lib. 3. tit. 2. c. 4.* & eſt poſt Concil. Lateranenſ. ſub. Alexand. III. *p. 18. cap. 1.*

2 *Ad eas abiurandas nolumus*, &c.] Probat hic text. non eſſe cogendos clericos abiurare concubinas: cuius concluſionis ea ſolet ratio aſſignari, ob probabile periculum periurij; non eſt enim deferendum iuramentum alicui cum probabili periculo, vel timore periurij, vt tradunt Hippolyt. *in pract. §. poſtquam, n. 5. & in cap. penult. n. 89. ff. de quæſt.* Navar. *in man. c. 12. n. 20. & cap. inter verba, corollar. 64. n. 73.* Alciat. *de præſumpt. regul. 2. præſump. 10.* Menoch. *de arbitr. caſu 192. n. 2. & 3.* Tiraq. *l. 9. connub. gloſſ. 1. p. 6. n. 55.* Soar. *de relig. tom. 2. tract. 5. lib. 3. c. 14. n. 18.* Vnde bene Sayr. *in claui Regia, lib. 5. c. 5. num. 3.* infert malè facere Confeſſores, qui inducunt pœnitentes ad iurandum ſe non commiſſurum tale peccatum carnale, vel aliud ſimile, in quod humana fragilitas facilè labitur, addens eo modo peccare patres, & dominos, qui filiis, & famulis ſuis deferunt iuramentum, vt auctorem furti, & criminis revelent, ſi moraliter credant eos exponi periculo peierandi in eo. Verùm hæc ratio decidendi non exhaurit difficultates, quia id etiam periculum periurij imminet in ſpecie *c. 2. qui Clerici, vel vouentes*, circa abiurandas vxores, cum quibus Clerici de facto contraxerunt, & tamen coguntur illas abiurare; idem etiam periurij periculum imminet in abiuratione hæreſis, quo tamen non obſtante, illam cogitur hæreticus abiurare, iuxta *cap. ad abolendam, de hæreticis.* Nec ſatisfacit gloſſ. *verbo redeuntes, ad fin. in præſenti*, & Card. Imola, ac alij, exiſtimantes hunc text. procedere, quando Clerici vehementer ſunt ſuſpecti de incontinentia: at verò *d. cap. 2.* intelligendum de Clericis, qui non ita vehementer ſunt ſuſpecti, quia maior datur incontinentiæ ſuſpicio in illo qui vltra concubinatum matrimonium de facto turpiter contraxit, quàm in ſimplici concubinario.

Reiectis igitur his, & aliis ad hunc text. intellectibus, vera illius ratio ex eo colligi poteſt, quia iuramentum eſt remedium ſubſidiarium, & periculoſum, & ideo ad illud non eſt recurrendum, quando adſunt alia remedia æquè accommoda ad finem prætenſum aſſequendum, *cap. etſi Chriſtus, prope fin. verſ. ſic iuramentum, de iureiurand.* conſtat autem in ſpecie huius text. æquiualentia dari remedia magis accommodata, vt Clerici à concubinis abſtineant, nempe per ſuſpenſionis, ſeu depoſitionis ſententiam, ac proinde per excommunicationem, vt text. ipſe docet: igitur decidit rectè Pontifex, non eſſe Clericos cogendos concubinas abiurare: intendit Soar. *d. cap. 24. num. 17. & 18.* ſecus verò dicendum eſt, quando prædicta remedia æquiualentia non adſunt, quia tunc non tanti eſſe debet periculum, ſeu timor ille periurij, vt propter illud deferendum non ſit iuramentum à iudice, vel publica perſona, quando fuerit neceſſarium, vt reſoluunt Nauar. *in manual. cap. 12. num. 20.* Couar. *in cap. quamvis pactum, §. 6. num. 2. in fine*, & multi alij, quos refert, & ſequitur Soar. *d. cap. 14. num. 10.* Quo intellectu retento non obſtat *d. cap. 2. qui Clerici, vel vouentes*; reſpondetur enim ideo ibi Clericos in Sacris conſtitutos matrimonium de facto temerè contrahentes cogendos eſſe abiurare concubinas, quia agitur de matrimonio, & de nuptiis, quas Clerici contraxerunt, contra *Clement. vnic. de conſanguinit.* ac proinde quemadmodum matrimonium conſenſu contrahitur, iuxta *cap. ſufficiat, 27. quæſt. 2.* ita diſſenſu debet diſtrahi, *d. cap. ſufficiat, & regul. omnis res, de regul. iuris*, & nullum aliud remedium æquè accommodatum dari poteſt, ex quo conſtaret de ipſorum diſſenſu, quàm iuramentum; eorum enim diſſenſus internus à nemine cognoſci poterat, argum. *cap. erubeſcant, 32. diſt.* facit quod ea, quæ pendent ab animo alicuius, non poſſunt probari, niſi per ipſius iuramentum, ex Hippolyt. *in rub. C. de probat. à num. 122.* Valaſc. *de iure emphyt. quæſt. 7. num. 16.* ideò meritò coguntur abiurare vxores, in quibus per matrimonium conſenſerant, quamvis in rei veritate exiſterent concubinæ, quod quidem

matrimonium non intervenit in ſpecie huius text. ſed tantùm concubinatus abſque matrimonio, vnde cùm non daretur conſenſus in matrimonium, non fuit neceſſarium iuramentum ad explicandum diſſenſum, ſed ſufficiebant alia remedia ad terrendos Clericos à tali crimine. Ad text. etiam *in d. cap. ad abolendam, de hæreticis*, ſimiliter reſpondetur, quod quamvis ad coërcendum crimen hæreſis, qua tale eſt, non deficerent alia remedia æquè, vel magis opportunâ, tamen ad excludendum errorem intellectus, quem hæretici, vel de hæreſi ſuſpectus habuit, vel habuiſſe præſumuntur, nullum aliud apparet remedium æquè opportunum, præter abiurationem illam, qua ſuam hæreſim, quam de præterito commiſerunt, ſolemniter, & publicè deteſtantur, & in futurum fidelitatem promittunt, iuxta *cap. accuſatus, in princ. de hæret. in 6.* Illud autem aduertere oportet, quod quamvis text. *in præſenti*, faciat mentionem de clericis in Sacris, & publicè concubinas habentibus, non propterea excludere videtur clericos in minoribus, & alios, qui non publicè tenent concubinas, ex eo enim prædictos clericos expreſſit, quia in illis dabatur maior ratio dubitandi, & videbatur quod illis poterat iuramentum deferri, quia grauiùs peccabant, & ita vt faciliùs reſipiſcerent, quibus tamen dum text. iuramentum non detulit, à fortiori aliis non eſſe deferendum ſequitur: illud etiam adde, hos clericos non ſolùm cogendos non eſſe ad prædictum iuramentum ſubeundum, vt text. habet, ſed nec etiam ſponte ad illud eſſe admittendos, ex ſupradicta ratione.

4 *In aliquos eorum, &c.*] Ergo delinquente multitudine principales puniuntur, de quo Tiraquel. *de pœnis temper. cap. 47. n. 8.* Quandoque etiam propter multitudinem reorum maleficium non eſt ſecurè puniendum, Coriolan. Capuccin. *de caſibus reſeruatis, p. 2. caſu 5. §. 9. n. 9. pag. mihi 720.*

SVMMARIVM.

1 *Clerici moniti, ſi concubinas non dimittunt, ſuſpenduntur à beneficiis: ſi ſe non corrigunt, deponuntur.*

2 *Concubinarij clerici ſi moniti concubinas nõ dimittãt, ſuſpendendi ſunt à beneficiis, & ſi eas ſuſpenſi detinere præſumpſerint, ab eiſdem perpetuò ſunt remouendi.*

3 *Concubinarius quis dicatur, oſtenditur.*

4 Conc. Trid. ſeſſ. 25. de reform. c. 14. *procedit in ſimplici incontinentia, abſque qualitate concubinatus.*

5 *Diſtributiones quotidianas Concubinarii ipſo iure amittunt, ſi à ſuperioribus moniti ab ipſis concubinis non abſtinuerint.*

6 *Monitiones quæ, & quales contra clericos concubinarios ſint faciendæ, oſtenditur.*

Cap. Sicut IV.

1 Clerici in Sacris ſi moniti contemnunt relinquere concubinas, ſuſpendi debent à beneficiis, donec plenè ſatisfecerint, & ſi ſuſpenſi præſumpſerint concubinas retinere, à beneficiis perpetuò remoueri debent. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſt. Henric. Anch. Butr. Panorm. Bald. Ioan. à Capiſtrano, Viu. *in ration. libri 3. iuris Pontif. pag. 17.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 360.* remiſſiuè Caſal. *in annot.* Ximen. *in concord. p. 2.* refertur ab Ant. Aug. *collect. 1. Decret. lib. 3. tit. 2. c. 5.* & eſt poſt Concil. Lateran. *p. 18. cap. 2.*

Hanc eandem concl. ex hoc text. deſumunt Corraſ. *de benefic. p. 3. c. vlt. n. 28.* Duen. *reg. 101.* Gutier. *canon. lib. 2. c. 7. n. 54.* Kirchov. *tom. 1. commun. opin. lib. 1. tit. 7. n. 16. pag. 175.* Farin. *in praxi crimin. p. 5. q. 137. n. 24.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 30. tr. 3. n. 315.* Porrò Concil. Trid. *ſeſſ. 25. de reformat. c. 14.* formam dat procedendi contra concubinarios clericos, perſonaſque Eccleſiaſticas; primò quod ſi à ſuperioribus moniti ab ipſis concubinis non abſtinerent, tertia parte fructuum quarumcunque penſionum, & beneficiorum ſint ipſo facto priuati, ſecundò ſi in eodem delicto cum eadem, vel alia fœmina perſeuerantes ſecundæ monitioni adhuc non paruerint, non tantum fructus omnes beneficiorum amittant, provt *ſuprà*, ſed quoad Ordinarius tanquam Sedis Apoſt. delegatus arbitrabitur ab adminiſtratione beneficiorum ſuſpendantur: tertiò ſi ita ſuſpenſi cum eiſdem verſentur, vel eas non expellant, priuabuntur perpetuò omnibus beneficiis, & penſionibus: quartò ſi poſtquam eas ſemel dimiſerint, earum conſortium intermiſſum repetere, vel alias huiuſmodi ſcandaloſas mulieres ſibi adiungere auſi fuerint, præter dictas pœnas excommunicationis gladio plectuntur: quintò ſint inhabiles, ac indigni quibuſcumque honoribus, dignitatibus, beneficiis, & officiis, donec, &c. ſextò clerici non beneficiati iuxta delicti qualitatem pœna carceris, ſuſpenſionis ab Ordine, ac inhabilitatis ad beneficia obtinenda, ac aliis modis iuxta ſacros Canones ab ipſo Epiſcopo puniantur, de quo Concil. Trident. decreto multa tradunt Rebuff. *in concord. tit. de publicis concubin. verſic. prima ergo pœna.* Perez *l. 23. verſ. quari tamen poteſt, tit. 3. lib. 1. Ordin.* Menoch. *de arbitr. caſu 418.* Zerol. *in praxi Epiſcop. p. 1. verbo concubinarij*, Petr. de Ledeſma *in ſumma, p. 2. tr. 7. c. 18.* Paul. Comitol. *reſp. moral. lib. 1. q. 57.* Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. p. 4. collect. 857. & in praxi rerum fori Eccleſiaſt. deciſ. 359. in 1. edit. & reſol. 307. in 2. edit.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 29. tr. 3. n. 154.* Soar. *de cenſur. tom. 5. diſp. 31. ſect. 4. n. 10.* Sayr. *in ſimili tract. lib. 4. c. 15. n. 24.* Hieronym. Venero y Leyua *de examine Epiſc. lib. 4. c. 27. ex n. 64.* Illuſtriſſim. D. meus Roderic. à Cunha poſt primam huius libri impreſſionem à me viſus *in comment. ad cap. præter 6. n. 5. diſt. 32.*

Ex quo oriuntur multa dubia. Primùm quis in præſenti dicatur concubinarius? & communiter habetur illum etiam dici non ſolùm, qui concubinam domi retinet, ſed etiam qui ſub aliquo colore in domo ſuæ matris, vel aliquarum conſanguinearum, vel alibi habet, & cum ea tenet aſſiduam conſuetudinem: ita Franc. Leo *in theſauro fori Eccleſiaſt. part. 3. cap. 4. ſub n. 27.* Aloyſ. Ric. *d. reſolut. 307. in fine*, Marc. Anton. Genuenſ. *in praxi Archiepiſcop. Neapolitani, cap. 30. num. 4.* 3

Secundum, an procedat in ſimplici incontinentia abſque qualitate concubinatus? in quo Nauar. *conſ. 4. de adulter. in antiq. aliàs 1. hoc tit. in nouis*, & Sayr. *in floribus deciſ. ſub illo tit. de adulter. deciſ. 4.* tenent Concil. Trident. *d. c. 14.* etiam ad ſimplicem incontinentiam eſſe extendendum. Verùm Sacram Congregat. cenſuiſſe Concilium d. loco non procedere in ſimplici incontinentia abſque qualitate concubinatus, aſſerunt Aloyſ. Ricc. *in praxi fori Eccleſiaſt. deciſ. 361. in fine, in 1. edit. & reſol. 307. n. 5. in 2. edit.* Nicol. Garc. *de benefic. part. 1. cap. 10. num. 186.* Armendar. *in addit. ad recopil. legum Nauarræ, lib. 4. tit. 5. de ſtupro, l. vnic. n. 4.* Farin. *in praxi crimin. part. 5. quæſt. 138. num. 12. & num. 74.* 4

Tertium, an ſub tertia parte fructuum beneficiorũ quorumcunque, à qua concubinarij ipſo iure ſunt priuati, ſi à ſuperioribus moniti ab ipſis concubinis non 5

non abſtinerent, comprehendantur diſtributiones quotidianæ? In quo affirmatiuam partem ſequuti ſunt Sayr. *in floribus deciſ. ſub tit. de verborum ſignif. deciſ. 7.* Nauar. *ſub eod. tit. conſ. 6. in antiq.* quod deeſt in nouis, Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. p. 4. collect. 821. verſ. amplia 2. & d. reſol. 307. n. 5. in 2. edition.* Petr. de Ledeſma *d. c. 18. diffic. 2.* & ex Concil. VI. Mediolanen. colligit Monet. *de diſtribut. quotid. p. 1. q. 10. n. 56.*

6 Quartum, an ad incurrendum in pœnas contra clericos concubinarios latas, monitio ſpecialis in ipſam perſonam facta pro forma exigatur? In quo affirmatiua opinio vera eſt: itavt monitio generalis facta in Synodo non ſuffragetur, etſi trinæ monitionis vim obtineat, ita Marc. Anton. Genuenſ. *d. c. 30.* Aloyſ. Ricc. *in praxi fori Eccleſ. deciſ. 359. in 1. edit. & reſol. 307. num. 3. in 2. edit.* vbi etiam aſſerit huiuſmodi trinam monitionem requiri ſecundùm diſpoſitionem tam iuris communis huius text. quàm nouioris Concil. Trident. *d. c. 14. & n. 4.* refert procedere etiam in Clerico concubinario notorio, qui abſque prædicta trina monitione beneficiis priuari non poteſt. Vide Rota *in vna Tullen. Monaſterij Sancti Manſueti, 17. Ianuar.* 1597. coram D. Penia, quæ eſt impreſſa inter conſilia Farin. *lib. 1. conſil.* 80. cenſuit clericum concubinarium etiam publicum, non eſſe ipſo iure beneficiis privatum, nec venire priuandum, niſi quando poſt legitimas monitiones indurato animo in concubinatu perſiſtit. Quæ quidem monitiones non tantùm in viſitatione, ſed & aliis quoque temporibus fieri poſſunt, Armend. *d. tit. 5. de ſtupro, l. vnica, n. 5.* vbi *n. 6.* quod tempus, quod inter vnam, & alteram monitionem interuenire debet, arbitrio iudicis relinquitur, & *n. 7.* quod poteſt Epiſcopus contra hos procedere, etiam incarcerando, quando timetur de fuga: & *n. 8.* quod Ordinarius ipſe ſolus poteſt ex Conc. *d. c. 14.* in crimine concubinatus ad informationem ſummariè, & incarcerationem procedere, vbi de fuga timetur, idque ſine monitione illa præſcripta *in d. c. 14.* Nicol. Garcia *d. c. 10. n. 186.*

Cap. Super eo V.

1 Literæ obtentæ à Papa per Presbyterum concubinarium ſuſpenſum ab officio, vt abſoluatur, ſi non contineant ſeriem facti, non ei proſunt. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſt. Henric. Butr. Anch. Panorm. Bald. Ioan. à Capiſtrano, Cened. *collect. 14.* Viuian. *in ration. lib. 3. iuris Pontif. pag. 18.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 360.* remiſſivè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Ant. Aug. *collect. 1. Decret. lib. 3. tit. 2. c. 8.* & eſt poſt Concil. Lateran. *part. 28. cap. 9.*

2 *Quæ facti ſeriem non contineat*, &c.] Ergo venia Principis impetrata non facta monitione de iterato crimine, ſubreptitia dici poteſt, de quo vide Hippol. *reg. 378. n. 4.* Couar. *var. lib. 1. c. 20. n. 8.* Palat. *in repet. cap. per veſtras, de donat. inter virum, & vxorem, notab. 4. n. 11.* Guillelm. *in cap. Raynutius, verbo mortuo itaque teſtatore, lib. 1. n. 112.* Anton. Gom. *tom. 3. var. c. 13. n. 38. verſ. item adde.* Tiraq. *de pœnis temper. cauſa 10. n. 4.* Sarmient. *ſelect. lib. 1. c. 9. ex n. 2. ante fin.* Perez *l. 2. in gloſſ. que alguno que nos ayamos perdonade, tit. 11. lib. 1. Ordinam.* Menoch. *de arbitr. caſu 203. ex n. 32.* Maſcard. *de probat. concl. 838. n. 8.* Flamin. Carthar. *de execut. ſent. capto bannito, cap. fin. n. 315. iuxta fin.* Henriq. *in ſum. lib. 13. c. 30. in princ.* Farin. *in praxi crimin. p. 1. q. 6. n. 49.* Nicol. Garc. *de benef. p. 8. c. 3. n. 28.* plures per Cened. *ad Decret. collect. 34. n. 4.*

SVMMARIVM.

1 *Clerici ſi moniti non dimittunt concubinas, ſuſpenduntur à beneficiis, & ſi ſe non corrigũt, deponũtur.*
2 *Clericus an poſſit beneficiis priuari pro fornicatione, data incorrigibilitate.*
3 *Monitio trina requiritur ad hoc vt poſſit procedi ad priuationem contra clericum de mala familiaritate mulierum ſuſpectum.*
4 *Declaratur Conc. Trid.* ſeſſ. 25. de reform. c. 14.

Cap. Si autem VI.

Clerici concubinarij in maioribus, vel minoribus, 1
ſi ſecundò, vel tertiò moniti concubinas non dimittunt, poteſt Epiſcopus vltra officij interdictionem eos ſpoliare Eccleſiis, vel earum portionibus, appellatione poſtpoſita. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſt. Henric. Butr. Anch. Panorm. Bald. Ioan. à Capiſtrano, Viu. *in ration. libri 3. iuris Pontiſ. pag. 18.* Alagona *in compendio iuris Canon. pag. 361.* remiſſiuè Ximen. *in concord. p. 1.* refertur ab Ant. Aug. *collect. 1. Decret. lib. 3. tit. 2. c. 7.* & eſt poſt Conc. Lateran. *12. c. 8.*

Fornicarias detinent, &c.] Ergo pro ſimplici fornica- 2
tione, data incorrigibilitate poteſt clericus Beneficiis priuari, de quo vide Farin. *in praxi crim. p. 5. q. 137. n. 25.* & quid attento iure nouiori Concil. Trid. *ſeſſ. 25. de reform. c. 14.* dixi *ad cap. ſicut, dub. 2. ſup. hoc tit.*

Niſi eas ad ſecundam, vel tertiam commonitionem, 3
&c.] Aduerte quod vbi agitur de priuatione bonorum ex quo aliquis erat ſuſpectus de mala familiaritate mulierum, & de incontinentia, vt ex ſuſpicione ſcandalum generaretur in populo, licèt non fuerit contra ipſum accuſator, non eſt ſufficiens vnica monitio, ſed tertia requiritur, qua præmiſſa ſi poſtea fuiſſet inventus cum illis converſari, aut illas in domo retinere, tunc demùm poterit procedi ad priuationem, vt per Imol. *hic, n. 1. in 1. notab.* Bernard. Diaz *in pract. canon. c. 79. n. 3. verſ. inde tamen*, & *ibi* Salzed *lit. F. in verſ. monent omnes*, Petr. Bollo *in œconom. Canon. claſſi 1. §. 5. col. 3. verſ. trangreſſores*, qui licèt loquantur de monitione ſimpliciter, tamen ſunt intelligendi de trina, vt per text. *in præſenti*, dicit Præpoſ. *in c. nullus, verſ. & iſta monitio, diſt. 32.* & quod requiratur trina monitio implicitè, dicit Salzed *cit. loc.* dũ firmat, quod monitio, quæ fit in Synodo, habet vim trinæ monitionis, per gloſſ. *in c. ſi Epiſcopus, verbo perceptione, 18. diſt.*

Non obſtat Conc. Trid. *ſeſſ. 25. de reform. c. 14* dum 4
loquitur ſimpliciter de monitione, videri requirere vnicam monitionem, vt per Zerol. *in praxi Epiſcop. p. 1. verbo concubinarij, in fine, verſ. ad quartũ*, quia quicquid ſit de dicto Zerolæ, ſi conſideramus dictum Præpoſiti, non verſamur in terminis Concilij quia loquitur quando agitur de ſubtrahenda parte fructuum, non autem quando agitur de priuatione bonorum.

SVMMARIVM.

1 *Diuina licitè audiuntur, & percipiuntur Eccleſiaſtica Sacramenta à clerico fornicario, quandiu toleratur, nec habet operis euidentiam; à notorio verò abſtinendum eſt, non quia in Sacramento ſit defectus, ſed ad ipſorum fornicatorum emendationẽ.*
2 *Sacrificium oblatum à Sacerdote in peccato mortali exiſtente prodeſt, & habet ſuum fructum, quatenus nomine Chriſti & Eccleſiæ offertur.*
3 *Confeſſio, vel ſententia facit rem notoriam.*

4 *Crimin. in iudicio commiſſum, vel confeſſum dicitur notorium.*

5 *Confeſſio ſpontanea facta in iudicio ſufficit ad condemnandum.*

Cap. Veſtra VII. *Luc. III.*

1 A Concubinariis publicis, id eſt, ab Eccleſia condemnatis, vel ſi habent operis euidentiam, populus non debet diuina myſteria audire, nec alia ſuſcipere Sacramenta, non quia in Sacramento ſit defectus, ſed ad ipſorum fornicatorum emendationem. Ab occultis, & toleratis eſt licitum recipere Sacramenta; notorium autem crimen eſt, de quo Presbyter canonicè condemnatur, occultum quod ab Eccleſia toleratur. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſtienſ. Henric. Anchar. Panorm. Bald. Ioan. à Capiſtrano, Viu. *in ration. lib. 3. iuris Pontif. pag* 18. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 361. remiſſiuè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* & refertur ab Ant. Aug. *collect. 2. Decret. lib. 3. tit. 1. c. 1.* & eſt poſt Concil. Lateran. ſub Alex. III. *p. 50. pag.* 38.

2 *Qualiſcunque enim Sacerdos*, &c.] Sacrificium enim oblatum à Sacerdote in peccato mortali exiſtente, prodeſt, & habet ſuum fructum, quatenus nomine Chriſti & Eccleſiæ offertur, quia *in præſenti*, & Concil. Trid. *ſeſſ. 2. c. 1.* dicitur ſacrificium eſſe mundam oblationem, quæ nulla indignitate, & malitia offerentium inquinari poteſt, vt per Victor. *in ſum. de Euchariſtia*, *n.* 91. S. Thom. *p. 3. q.* 82. *art.* 6. Nauar. *man. c. 25. n.* 79. Chamer. *de ſacrificio Miſſæ, dub* 10. Barth. ab Angelo *dialogo* 5. §. 735. Mirand. *in manuali Prælat. tom. 1. q. 41. art.* 42. Fraxin. *de obligat. Sacerd. ſect. 3. prænot. 4. §. 3. n.* 3. Bonacin. *de Sacram. diſp. 4. quæſt. vlt. puncto* 6. *n.* 3.

3 *Notorium diffinitur*, &c.] Notatur ad hoc, quod ex confeſſione inducitur notorium, vt poſt Afflict. Menoch. Maſcard. & alios, tenet Farin. *in praxi crimin. p. 1. q. 21. n.* 31. Item & ſententia facit rem notoriam, Maſcard. *de probat. concl.* 1296. *n.* 15. Farin. *d. q. 21. n.* 35. Steph. Grat. *diſcept. forenſ. c. 142. n. 9. &* 10. Sicut & illud quod ex actis reſultat, Menoch. *remed. 1. recup. n.* 231. *& de arbitr. caſu* 166. *n.* 6. Maſcard. *concl.* 1101. *n. 13. &* 14. Tiraq. *de retractu lign.* §. 36. *gloſſ. 2. n.* 44. Farin. *d. q. 21. n.* 14. Et denique notorium in genere ſumptum eſt rei, cui adiungitur, valdè plena notitia, inducens indubitatam, & finitam probationem diſcuſſione non egentem, Clar. *lib. 5. §. fin. q.* 9. Maſcard. *d. concl.* 1101. Farin. *d. q.* 21. *à princ.* Paul. Comit. *reſponſ. moral. lib. 1. q.* 57.

4 *Non differetur Presbyter*, &c.] Notatur ad hoc, quod crimen in iudicio commiſſum, vel confeſſum dicitur notorium, Farin. *d q. 21. n.* 31. Aldrete *de religioſa diſ-*
5 *ciplina tuenda, lib. 1. c. 5. §. 2. n.* 11. Nam confeſſio ſpontanea facta in iudicio ſufficit ad condemnandum, vt per Don. à Fina *tom. 2. commun. opin. lib. 7. tit. 19. n.* 149. *pag.* 294. meretur tamen vt mitiùs cum reo procedatur, quàm contra eum, qui probationibus eſt conuictus, arg *l. vnic. C. de his qui ſe defend.* Simanch. *de hæret. c. 55. n.* 6. Coriolan. Capuccin. *de caſibus reſervat. p. 2. caſu 5. §. 9 n.* 10.

6 *Aliud eſt penè occultum*, &c.] Quod dicatur occultum, & quibus modis, dixi *de offic. & poteſtate Epiſcop. p. 2. alleg.* 39.

7 *Licite diuina myſteria audiantur.*] An, & quando Miſſa Presbyteri concubinarij ſit audienda, dicam commodiùs *ad fin. infr. hoc tit.*

SVMMARIVM.

1 *Fornicatio Clerici ſi eſt ita publica, quod tranſit in notorium, nec accuſator, nec teſtis neceſſarius eſt, ſed ſi eſt publica per ſolam famam, non ſufficiunt ad condemnationem ſola teſtimonia, id eſt, teſtium dicta non iuratorum, ſed ſi ex hoc oriatur ſcandalum, inducitur purgatio, in qua deficiens canonicè punitur.*

2 *Iudex procedit ex officio in notoriis, etiam nemine accuſante.*

3 *Notorium dicitur quod nulla tergiuerſatione celari poteſt.*

5 *Teſtes ſuper notorio, & conſuetudine populi recipiuntur ſine iuramento.*

6 *Notorium probatione indiget.*

7 *Fornicatio Clerici dicitur notoria ſine alia probatione, ſi publicè tenet concubinam.*

Cap. Tua nos VIII.

Innoc. III.

COncubinatus Clerici ſi ita eſt publicus vt appel- 1
letur notorius, id eſt, vt nulla poſſit tergiuerſatione celari, non requiritur teſtis, nec accuſator ad hoc vt puniatur: ſi eſt publicus, non ex euidentia, ſed ex fama, non ſufficiunt teſtimonia ſola ad condemnandum, quia non teſtimoniis, ſed teſtibus (id eſt, iuratis) eſt iudicandum. Quod ſi habeteur talis ſuſpicio de Clericis, vt ſcandalum generetur in populo, tùc eſt indicenda canonica purgatio, quam ſi noluerint, vel non valuerint præſtare, ſunt puniendi ſecundùm Canones. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſt. Henr. Butr. Anch. Panorm. Bald. Ioan. à Capiſtrano, Viu. *in ration. libri 3. iuris Pontif. pag.* 20. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 362. remiſſiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Ant. Aug. *collect. 3. Decr. lib. 3. tit. 2. c. 1.*

Nec accuſator eſt neceſſarius.] Notatur ad hoc, quod 2
in notoriis iudex procedit ex officio, etiam nemine accuſante, vt per Farin. *in praxi crimin. p. 1. q. 21. n.* 62. in notoriis enim ordo iuris non ſervatur, Clar. *§. fin. q. 9. in princ.* Anton. Gom. *tom. 3. var. c. 1. ſub n. 42. prope fin.* Menoch. *remed. 14. recup. n.* 260. Farin. *d. q. 21. num.* 60.

Nulla poſſit tergiuerſatione celari.] Dicitur ergo no- 3
torium, quod nulla tergiuerſatione celari poteſt, Menoch. *de arbitr. caſu* 166. *n.* 4. Mench. *illuſt. c. 2. n. 11. & c. 20. n.* 23. veluti ſi ſciatur à decem perſonis, Fr. Emman. *quæſt. Regul. tom. 2. q. 6. art.* 4. Farin. *d. q. 21. n.* 47. Leon Leſſ. *de iuſtit. lib. 2. c. 11. dub.* 13. Aldrete *de religioſa diſciplina, lib. 1. c. 5. §. 2. à n.* 7.

Teſtimoniis.] Ideſt, per ſcripturam, vt intelligit Hip- 4
polyt. *in l. de minore, §. plurium, n. 2. ff. de quæſt.*

In gloſſ. *Teſtimonio*, ibi, *ſimpliciter lato ſine iuramen-* 5
to. Notatur ad hoc, quod teſtes ſuper notorio, & conſuetudine populi recipiuntur ſine iuramento, vt per Maſcard. *de proba. concl.* 1362. *n.* 17. Notorium enim
probatione non indiget, Bellacomb. *tom. 1. comm. opin.* 6
lib. 4. tit. 9. n. 265. *pag.* 505. Surd. *de ſ.* 259. *n. 14. & deciſ.* 326. *n.* 82. Farin. *d. q. 21. à n.* 80. Mendez à Caſtro *in praxi Luſit. lib. 2. c. 3. n.* 33.

In gloſſ. *Ex euidentia*, ibi, *& ſi publicè eam detineat,* 7
&c. Notatur ad hoc, quod fornicatio clerici dicitur notoria ſine alia probatione, ſi publicè tenet concubinam, vt per Palat. *in repet. c. per veſtras, notab. 1. §. 21. à num.* 15. vbi *num.* 20. quod tunc fornicatio, vel concubinatus

cubinatus dicitur notorius, vel publicus, quando quis habet concubinam ſicut uxorem, publicè nutriendo filios ex ea procreatos, ita quod non auderet diffiteri, aut negatio nulla eſſet.

SVMMARIVM.

1 *Mulieres non debent permitti cum clericis habitare, niſi tales ſint cum quibus naturale fœdus nihil mali ſuſpicari permittat.*

2 *Clericus peccat mortaliter, ſi cohabitet mulieri de qua eſſe poſſit rationabilis ſuſpicio.*

3 *Fœminarum conſortium fugiendum.*

Cap. A nobis IX.

1 MVlieres permitti non debent cum Clericis habitare, niſi tales ſint cum quibus naturale fœdus nihil mali ſuſpicari permittat. Colligunt ex Ordinat. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabat. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſtienſ. Henric. Anchar. Butr. Panorm. Bald. Ioan. à Capiſtrano, Vivian. *in ration. libri tertij iuris Pontif. pag.*21. Alagona *in compendio iuris Canon. pag.*362. remiſſivè Ximen *in concordant. part.*1. *&* 2. refertur ab Anton.Aug. *collect.*3. *Decret. lib.*3. *tit.*2. *c.*2.

2 *Cum Clericis quoque non permittas,* &c.] Notatur ad hoc, quod clericus peccat mortaliter ſi cohabitet mulieri, de qua eſſe poſſit rationabilis ſuſpicio, etiamſi ſit conſanguinea, vel affinis, ut per Navar. *in man. c.*25.*n.*109. Paul. Comitol. *reſponſ. moral. lib.*1. *q.*97.

3 *à princ.* fœminarum enim conſortium quatenus à viris ſpiritualibus fugiendum, exemplis confirmat Emman.de Valle *de incantat. & enſalmis, ſect.*2.*c.*3.*n.*19. verè & diſertè pro ſuo ingenio S. Hieron. *epiſt.*11. *ad Ageruchiam, c.*5. Si Timotheo, inquit, dicitur 1. *epiſt. c.*5. *Adoleſcentiores viduas devita*, & iterum 1. *epiſt. c.*5. *verſ.*1. *Ama anus ut matres, adoleſcentulas ut ſorores cum omni caſtitate*, quare tu me commonentem non audias? Fuge perſonas, in quibus poteſt malæ converſationis eſſe ſuſpicio: nec paratum habeas illud è trivio, Sufficit mihi conſcientia mea; non curo quid de me loquantur homines: & certè Apoſtolus providebat bona non tantùm coram Deo, ſed etiam coram hominibus, 2. *Corinth.*8. *verſ.*21. ne per illum nomen Dei blaſphemaretur in gentibus. Et jam idem S. Hieronym. mulierculárum familiaritatem ſuſpectam in ſui temporis clericis deteſtans *epiſt.*4. *ad Ruſticum Monachum, c.*2. Videas, inquit, nonnullos accinctos renibus, pulla tunica, barba prolixa, à mulieribus non poſſe diſcedere, ſub eodem manere tecto, ſimul inire convivia, ancillas juvenes habere in miniſterio, & præter vocabulum nuptiarum omnia eſſe matrimonii. Et *epiſt.*22. *ad Euſtoch. cap.*12. Sunt alii (de mei ordinis hominibus loquor) qui adeò Presbyteratum, & Diaconatum ambiunt,ut mulieres licentiùs videant. Omnis his cura de veſtibus, ſi bene oleant, ſi pes laxa pelle non folleat, crines calamiſtrati veſtigio notantur, digiti de annulis radiant, & ne plantas humidior via ſpargat, vix imprimunt ſumma veſtigia: tales cùm videris, ſponſos magis exiſtimato quàm clericos. S. Gregor. *lib.*3. *dialog. cap.*7. *& cap.*32.

SVMMARIVM.

1 *Clericus concubinarius in officiis vitandus non eſt niſi ſit notorius,* & n.2.

3 *Concubinarios clericos an, & quando vitare teneamur, oſtenditur.*

4 *Concubinarij an ſint ſuſpenſi ab officio, & beneficio, oſtenditur.*

5 *Suſpenſus quoad ſe tantùm, & non quoad alios dicitur omnis Eccleſiaſticus exiſtens in peccato mortali.*

Cap. Quæſitum X. & fin.

Gregor. IX.

CLericus fornicarius licèt pro peccato mortali quoad ſe ipſum ſit ſuſpenſus, tamen non eſt ſuſpenſus quoad alios, & non eſt vitandus in divinis Officiis, niſi peccatum ſit notorium per ſententiam, vel confeſſionem, vel evidentiam rei. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſt. Anchar. Henric. Butr. Panorm. Bald. Ioan. à Capiſtrano, Viv. *in ration. libri tertij iur. Pontif. pag.*22. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.*362. remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.*1. *&* 2. 1

De Clericis.] Etiam conſtitutis in minoribus Ordinibus, ut intelligit poſt multos à ſe relatos Nicol. Garc. *de benef. p.*7. *c.*14. *n.*10. 2

Non debet tamen in officiis evitari, &c.] Licèt attento jure hujus text. teneremur vitare clericos concubinarios, ſeu fornicarios notorios per ſententiam, aut confeſſionem in judicio factam, aut per operis evidentiam, aut notorietatem facti, hodie etiam ſecluſa conſuetudine non tenetur eos etiam in Sacris vitare, niſi per judicem fuerint publicati, & denunciati, ſecundùm *Extravag. Ad evitanda ſcandala*, quam etiam hoc caſu procedere tenent Navar. *in c.*1. §.*laboret, n.*10. *de pœnit. diſtinct.*6. Fr. Emman. *in ſum. tom.*1. *c.*82. *ſub n.*6. Henric. *in ſum. lib.*13. *c.*5. §.3. Petr. de Ledeſm. *in ſum. p.*1. *tit. de Euchariſtiæ ſacrament. c.*27. *circa fin.* Spin. *in ſpeculo teſtam.gloſ.*3.*princ.n.*43. Guttiet.*canon. lib.*2.*c.*7.*n.*85. Azeved.*l.*1.*n.*65.*tit.*15.*lib.*8. *nova recop.* Azor. *inſtit.moral.p.*1.*lib.*7. *c.*7.*q.*16. Sayr. *de cenſur.lib.*2.*c.*12.*n.*20. Soar.*eod.tract.tom.*5.*diſp.*31. *ſect.*4. *n.*16. *& tom.*3. *diſp.*18. *ſect.*1. *& diſp.*88. *ſect. ult. circa fin.* Bonac. *de Sacram. diſp.*4.*q.ult. puncto* 12. *n.*1.*verſ.verùm,* Illuſtriſſ.D.meus Roder.à Cunha poſt primam hujus libri impreſſionem à me viſus *in comment. ad cap. nullus* 5. *n.*3. *& ad cap. præter* 6. *num.*2. *diſt.*32. Fagundez *in quinque Eccleſ. præcepta, præc.*1. *lib.*2. *c.*5. *ex n.*42. plures quos referunt Cened.*ad Decretum,collect.*19. & Nicol. Garc. *de benef p.*7. *cap.*14. *n.*36. ubi cum Nav.Valent.Henriq. Vega,Toler.Avila & aliis reſolvit dictam *Extravag. Ad evitanda*, non eſſe uſu receptam cum dicta exceptione de notorio excommunicato, juxta literam Concil. Baſil. ſed cum ſola exceptione de notorio Clerici percuſſore. An, & quando peccent mortaliter, qui à concubinariis Divina audiunt, vide Paul. Comitol. *reſponſ. moral. lib.*6. *q.*42. *à n.*8. Et quid de inducente concubinarios ad Miſſam celebrandam, vide eundem Comitol. *lib.*1. *q.*57. *n.*14. ubi reſolvit quod etiam poſt *d. Extravag. Ad evitanda*, nulla ſuadente neceſſitate publicos inducere concubinarios ad Sacramenta miniſtranda, aut Miſſam celebrandam, nemo ſine mortifera culpa poteſt, cùm ſit contra jus naturale quempiam inducere ad peccandum. 3

Quia quantum ad alios, &c.] Ergo Clerici Concubinarii, ſeu fornicarii notorii ſunt ſuſpenſi ab officio & beneficio, itaut collatio beneficii illis facta ſit nulla, & ſi celebrent, fiant irregulares, ut per Clar. §. *fornicatio, num.*4. *&* §. *fin. quæſt.*75. *n.*3. Azeved. 4

l. 1. *à num.* 61. *&* 106. *tit.* 19. *lib.* 8. *nova recop.* Vivald. *in candelabro aureo, tit. de ſuſpenſ. à n.* 19. Azor. *d. p.* 1. *lib.* 6. *c.* 7. *q.* 5. Paul. Comitol. *d. q.* 42. *à num.* 2. Contrarium tamen, imò Clericos concubinarios, ſeu fornicatorios notorios non eſſe ſuſpenſos vera ſuſpenſionis cenſura, nec celebrantes effici irregulares, quia id jure non cavetur, tenet Covar. *in Clem. ſi furioſus, part.* 1. *§.* 1. *n.* 5. Henric. Veg. Medin. Fr. Emman. quos refert, & ſequitur Fagundez *d. c.* 5. *n.* 48. poſt Vgolin. Guttier. & alios ſequitur Nicol. Garc. *d. c.* 14. *n.* 19. ubi *n.* 30. reſpondet *in hoc text.* clericum concubinarium notorium dici ſuſpenſum quoad alios, non quia ſit ſuſpenſus ſuſpenſionis cenſura, ſed quia alii prohibentur ab eo audire Divina: & *num.* 32. dicit quod dato quod iſta ſuſpenſio eſſet vera cenſura de jure, reſponderi etiam tunc poſſet jam non eſſe in uſu, prout reſpondent Fr. Emman. *in ſum. tom.* 2. *c.* 67. *n.* 1. Soat. *d. diſp.* 31. *ſect.* 4. *n.* 10. Avila *de cenſur. part.* 2. *cap.* 6. *diſp.* 2. *dub.* 5. *& p.* 3. *diſp.* 5. *dub.* 2. Bonacin. *eod. tract. diſp.* 3. *q.* 6. *puncto* 5. *n.* 1.

5 *Quoad ſeipſum*, &c.] Notatur ad hoc, quod ſuſpenſus quoad ſe tantùm, & non quoad alios, dicitur omnis Eccleſiaſticus exiſtens in peccato mortali, quia quandiu ipſum non pœnitet peccati, nullo modo celebrare poteſt, quin peccet mortaliter, ſed alii non prohibentur celebrantem audire, ut per Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 32. *tract.* 2. *num.* 1. & 7. Bonac. *d. tract. de cenſuris, diſp.* 3. *q.* 6. *punct.* 5. *n.* 2.

De Clericis conjugatis.

TIT. III.

1 SVPER hanc rubricam ſcripſerunt Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anchar. Butr. Panorm. Ioan. à Capiſtrano, Ioan. de Londris *in Breviario ſanctorum Canon. fol.* 173. *verſo*, Petr. de Ravenna *in compendio juris Canon.* Martin. Meſnart. *in epitome Decret. fol.* 97. Dan. Venator *in analyſi methodica iuris Pontif. à pag.* 366. Goffred. & Hoſt. *in ſumma hujus tit.* Alex. Caſan. & Anaſtaſ. Germ. *in paratitlis ad* 5. *libr. Decret.* Batt. Carthag. *in expoſit. tit. juris Canonici*, noviſſimè Ioan. Honor. *lib.* 3. *ſum. in Decret.* omnes *ſub hac rubr.*

2 De materia tituli vide Beller. *diſquiſit. cleric. p.* 1. *tit. de diſciplina clericali*, §. 9. Anton. Ricc. *de jure perſonarum extra gremium Eccleſiæ exiſtent. lib.* 7. Sanch. *de matr. lib.* 7. *diſcept.* 42. Farin. *fragm. crimin. p.* 1. *lit. C*, *à n.* 325. Nicol. Garc. *de benef. p.* 7. *c.* 5. Vincent. Filliuc. *tom.* 3. *tract.* 41. *c.* 5. *n.* 18.

SVMMARIVM.

1 *Clericus coniugatus in minoribus Ordinibus conſtitutus debet uxorem retinere, & beneficium Eccleſiaſticum amittere; ſi verò erat in ſacris, cogitur per ſuſpenſionem & excommunicationem dimittere uxorem, & agere pœnitentiam de commiſſo.*

2 *Beneficia clerici in minoribus Ordinibus conſtituti vacant per matrimonium ab eo contractum per verba de præſenti.*

3 *Regreſſus & acceſſus, ac alia quæcunque iura ad beneficia Eccleſiaſtica competentia clerico in minoribus conſtituto, vacant per matrimonium de præſenti ab eo contractum.*

4 *Clericus in minoribus per matrimonium de præſenti, ſive conſummatum, ſive non, amittit beneficia, etiamſi uxor non ſequuta adhuc copula carnali ingreſſa fuerit religionem*, ut n. 5.

6 *Penſionibus Eccleſiaſticis privatur clericus in minoribus contrahens matrimonium de præſenti.*

7 *Clericus in Sacris conſtitutus, aut religionem profeſſus approbatam, per ſententiam privatur beneficiis.*

8 *Beneficiatus minorum Ordinum matrimonium in gradu conſanguinitatis, vel affinitatis prohibito contrahens amittit beneficia ipſo iure, quamvis ignarus impedimenti contraxiſſet.*

9 *Clericus ipſo iure beneficiis privatur contrahendo matrimonium nullum ex defectu ſolemnitatis.*

10 *Matrimonium quando eſt nulliter contractum ex defectu conſenſus, clerici contrahentes non amittunt beneficia.*

11 *Sponſalia per verba de futuro non inducunt vacationem beneficiorum.*

12 *Clerici in minoribus bene poſſunt ducere uxores.*

CAP. Si qui I. *Alex. III.*

CLericus in minoribus contrahens matrimonium 1
cogitur per cenſuras Eccleſiaſticas dimittere beneficia: & retinere uxorem; ſi verò erat in ſacris, cogi debet per ſuſpenſionem, & excommunicationem dimittere uxorem, & agere pœnitentiam de commiſſo. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſtienſ. Henric. Anchar. Butr. Panorm. Bald. Ioan. à Capiſtrano, Vivian. *in ration. libri tertii juris Pontificii*, *pag.* 22. Alagona *in compend. juris Canonici, pag.* 363. remiſſivè Ximen. *in concord. part.* 1. *&* 2. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 1. *Decret. lib.* 3. *tit.* 3. *cap.* 1. & eſt poſt Concil. Lateran. ſub Alex. III. *cap.* 2.

Collige ex text. per matrimonium per verba de 2
præſenti contractum à Clerico in minoribus Ordinibus conſtituto vacare ejus beneficia; ita Capell. Tholoſ. *deciſ.* 239. Clar. *§. fin. q.* 73. *n.* 5. *verſ. clericus beneficiatus*, Tiraq. *de retract. lign. §.* 26. *gloſ.* 2. *n.* 9. Bonacoſ. *commun. crimin. p.* 1. *verbo Clericus, fol.* 57. *verſo*, Covar. *de ſponſal. p.* 1. *c.* 6. §. 3. *n.* 4. Vaſq. *de ſucceſſ. prog. lib.* 3. §. 22. *n.* 36. Petr. Greg. *de re benef. c.* 25. *n.* 4. Maſcard. *de probat. concl.* 182. Perez *l.* 1. *verſ. item quia, tit. lib.* 5. *Ordinam.* Mathienz. *in rubr. tit.* 1. *gloſſ.* 1. *n.* 158. *& l.* 7. *gloſſ.* 12. *n.* 2. *tit.* 8. *lib.* 5. *nova recop.* Flamin. *de reſign. lib.* 1. *q.* 1. *n.* 12. Vetal. *deciſ.* 215. *n.* 2. *p.* 2. Ceval. *commun. contra communes, q.* 147. Sayr. *de cenſuris, lib.* 6. *c.* 5. *n.* 10. *& ſeqq.* Pechi. *in reg. beneficium, n.* 26. *de regulis iuris in* 6. Mandoſ. *de ſignatura gratiæ, tit. de privatione, verſ. impetratur beneficium*, Azor. *inſtit. moral. p.* 2. *lib.* 7. *c.* 16. *q.* 4. *&* 5. Sanch. *de matrim. lib.* 7. *diſp.* 42. *à n.* 4. Spin. *in ſpeculo teſtam. gloſ.* 16. *n.* 43. Ioan. à Cochier. *in reg.* 8. *Cancel. gloſſ.* 7. *poſt n.* 18. *verſ.* 2. Cened. *Canon. qq. lib.* 1. *q.* 30. *n.* 27. Card. Tuſch. *lit. C, ead. concl.* 392. *& lit. M, concl.* 148. Giurba *ad conſuetud. Meſſanenſes, c.* 1. *gloſ.* 1. *p.* 1. *n.* 39. Squillante *de privileg. cleric. c.* 4. *n.* 83. Vivian. *in praxi iuriſp. lib.* 5. *c.* 5. *n.* 48. *in ult. edit.* Guttier. *pract. lib.* 2. *q.* 104. *n.* 3. Leſſ. *de iuſtit. lib.* 2. *c.* 33. *dubit.* 21. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 30. *tract.* 3. *n.* 312. *cum ſeqq.* Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gl.* 15. *n.* 43. Farin. *fragment. crimin. p.* 1. *lit. C, verbo Clericus, n.* 325. Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſ. deciſ.* 240. *n.* 3. *in* 1. *edit. aliàs reſol.* 212. *in* 2. *edit.* Cald. Pereira *de poteſtate elig. c.* 5. *n.* 14. Nicol. Garc. *de benefic. p.* 11. *c.* 8. *n.* 1. *cum ſeqq.* Anton. Ricc. *de iure perſonarum extra gremium Eccleſiæ exiſtent. lib.* 7. *c.* 1. *à n.* 3. Carol. de Graſſis *de effectibus clerical. effectu* 5. *à n.* 11.

dicit

dicit probabilem Filliuc. *tom.3.tract.41. cap.8. n.5.* & fuit dictum *in Lucana capellaniæ*, 23. *Februarii* 1609. coram bonæ mem. Penia, & *in Burg. ſancti Sepulchri beneficii*, 25. *Maii* 1626. coram R. P. D. Merlino, qui omnes cum *gloſſ.1. hic*, reſolvunt hujuſmodi vacationem induci ipſo jure, adeò ut non requiratur ſententia privatoria, quicquid teneat Fr. Emman. *in ſum. tom.1. cap.123. num.1. in 2. edit.* niſi ejus opinionem intelligas procedere reſpectu poſſeſſionis, quam niſi ſponte Clericus dimittat, ad eam relinquendam eſt cogendus manu militari. Vnde ſequi inferunt Sanch. *d. diſp.42. à n.10.* & Anton. Ricc. *d. c. 1. à n.10.* poſt contractum matrimonium clericum nullatenus poſſe beneficia retinere, ſed teneri ſtatim illa dimittere, aliàs peccare mortaliter, & teneri reſtituere omnes fructus perceptos: ſimiliter inferunt renuntiationem per eum factam ad favorem nullius eſſe momenti, & poſſe ſtatim poſt contractum matrimonium beneficia tanquam vacantia impetrari. Illud tamen advertere oportet, matrimonium indubitanter debere probari, ut ex eo inducatur vacatio beneficii, & non ſufficit quod lata eſſet ſententia pro validitate matrimonii, ſi pendet cauſa reſtitutionis in integrum, Cardin. Cavaler. *deciſ.180. n.1. & 2.*

3 Amplia primò, ut ſicut per contractum matrimonium per verba de præſenti in Clerico in minoribus conſtituto inducitur vacatio beneficiorum, ita etiam expirent regreſſus, & acceſſus, & alia quæcunque jura ad beneficia Eccleſiaſtica competentia, gloſ. *verbo Clericalis, in c.1. hoc tit. lib.6.* ubi Ioan. Andr. *n.5.* Gemin. *n.6.* & Prob. *n.5.* Clar. *d.q.73. n.3.* Flamin. *d.q.1. n.14.* Cevall. *d.q.147. n.1.* Sanch. *d.diſp.43. n.7.* Farin. *d.verbo Clericus, n.130.* Nicol. Garc. *d.c.8. n.2.* Guttier. *de matr. c.97. n.4.* Anton. Ricc. *d.c.1. n.14.* Carol. de Graſſis *d. effectu 5. n.14.* Ioan. Bapt. Coſta *de re integr. diſt.84. n.6.* Giurba *d. n.44.*

4 Secundò amplia, ut procedat ſive matrimonium fuerit conſummatum, ſive non, quia remanet nihilominus Clericus beneficio privatus. Pavin. *de poteſtate Capituli Sede vacante, prælud.7. col.3.* Capel. Tholoſ. *deciſ.239.* Maſcard. *concl.181. n.3.* Rota *in Lucana de inſula, 6. & 13. Iunii* 1575. coram Illuſtriſſimo Card. Lancel. Anton. Ricc. *d.cap.1. num.17.* Ceval. *communium contra communes, q.147. n.1.* Carol. de Graſſis *d. effectu 5. num.13.* Cavaler. *deciſ.166. n.2.* Squillante *d. c.4. n.85.*

5 Tertiò amplia, ut procedat etiamſi poſt matrimonium contractum uxor ingreſſa fuerit religionem, non ſequuta adhuc copula carnali; quia non ideo Clericus recuperabit beneficia, quæ jam per matrimonium contractum vacarunt, ut per Butr. *hic, num.7.* & Abb. *n.6.* Covar. *§.3. n.4. & 6.* Sayr. *d. c.5. n.14.* Sanch. *d. diſp.42. n.6.* Farin. *d. verbo Clericus, n.329.* Nicol. Garc. *d. c.8. n.3.* Anton. Ricc. *d. c.1. num.20.* Squillante *d. c.4. n.86.*

6 Quartò amplia, ut per contractum matrimonium per verba de præſenti Clericus non ſolùm privetur beneficiis, ſed etiam penſionibus Eccleſiaſticis, ut per Cov. *d.§.3. ſub n.6.* Clar. *§.fin. q.74. verſ. clericus, in fine,* Navar. *de orat. c.21. n.53.* Ceval. *d. q.147. n.7.* Salzed. *ad Bernard. in pract. cap.80. lit. E, verſ. amittit,* Flamin. *de reſignat. lib.1. q.1. n.15. & lib.6. q.2. n.115.* Gig. *de penſionib. q.54.* Azor. *inſtit. moral. p.2. lib.10. cap.10.* Sanch. *d. lib.7. diſp.43. n.5.* Card. Tuſch. *lit. P, concluſ.717. à n.8.* Farin. *d. verbo Clericus, n.331.* Carol. de Graſſis *d. effectu 5. n.12.* Anton. Ricc. *d. lib.7. c.3. à princ.* Rota *in una Roman. penſionis,* 10. *Maii* 1610. coram Reverendiſſ. D. Coccino, & *in Tullen. fructuum Prioratus,* 21. *Iunii* 1619. coram eod. ubi etiam dictum fuit poſt contractum matrimonium per verba de præſenti non valere tranſactionem, ſeu novam conventionem inter titularem, & penſionarium ſuper ejus ſolutione abſque Sedis Apoſt. beneplacito: ſimiliter & *ibi* dictum fuit, ad iſtum effectum ſufficere probari matrimonium præſumptivè, & procedere hanc quartam ampliationem, ſive matrimonium fuerit validum, ſive nullum, & de facto contractum, dummodo non fuerit nullum ex defectu conſenſus, quod etiam cenſuit ead. Rot. *in Barchinonen. penſionis,* 27. *Iunii* 1611. coram Card. Cavalerio, inter ejus deciſiones impreſſas *deciſ.166. per tot.* Limitatur tamen hæc ampliatio, ne procedat in penſione, quæ datur laico pro miniſterio, vel pro re utiliter geſta, aut gerenda in defenſione Eccleſiæ; nam hæc per matrimonium contractum non extinguitur, ut ex aliis reſolvit Anton. Ricciul. *d. cap.3. num.4. & 5.* Limitatur etiam quando is, ad cujus favorem fuit penſio reſervata ante contractum matrimonium, emit officium Militum Lauretanorum, ii enim ex peculiari privilegio poſſunt retinere penſionem Eccleſiaſticam uſque ad ſummam 200. ducatorum auri de Camera, non obſtante matrimonio contrahendo, & bigamia, ex conſtitut. Sixti V. 15. in ordine Bullarii novi, cujus diſpoſitio vendicat ſibi locum non ſolùm ſuper beneficiis liberæ collationis, ſed etiam juriſpatronatus, etiam Principum, & Regum, Rota *in Terulen. penſionis,* 15. *Septembris* 1600. coram Illuſtriſſ. Card. Sacrato. Similiter Milites SS. Mauritii, & Lazari, etiamſi contrahant matrimonium cum unica & virgine, remanent capaces retinendi penſiones uſque ad ſummam ducatorum 400. auri de Camera, ex peculiari privilegio ad favorem dictæ Religionis indulto per fel. record. Clement. VIII. in ſua *conſtit.* 101. *§.13. in Bullario novo.* Idem erit ſi ſuſcipiat habitum Militiæ ſancti Stephani, quo etiam conjugatus, & bigamus remanet capax Eccleſiaſticæ penſionis uſque ad ſummam 400. ducatorum de Camera, ex *conſtit. fel. record. Pauli V.* 46. Illud tamen advertere oportet, quod ſi obtinens penſionem tanquam Clericus incedat in habitu ſæculari, penſio ipſo jure remanet extincta abſque alia citatione, & judicis decreto, ut ſunt verba clara conſtitutionis Sixti V. & tradunt Gonzal. *ad reg.8. Cancel. gloſ.15. in princ. num.56.* Nicol. Garc. *de benefic. p.3. cap.1. n.18.* Rot. *deciſ.158. num.16. p.1. recent.* & latè fuit dictum *in Cæſarauguſtana penſionis,* 3. *Iunii* 1621. coram R. D. meo Coccino Decano, & *in Elboren. penſionis,* 7. *Iunii* 1627. coram R.P.D. Vbaldo, & *in eadem* 20. *Decembris* 1628. coram R. P. D. Merlino.

Quintò amplia in Clerico contrahente matrimonium in Sacris conſtituto, vel profeſſo religionem approbatam, hunc etiam amittere beneficia tenent omnes *infrà* citandi: inter quos tamen gravis concertatio eſt, an hæc privatio inducatur ipſo jure, an verò per ſententiam? & in tali ſpecie eſſe privatum ipſo jure cenſuerunt Abb. *hic, num.7.* & Zabar. *n.2.* Covar. *d. §.3. num.4.* Aufrer. *ad Capellam deciſ.240. num.4.* Azor. *d. lib.7. cap.16. q.5.* Verùm communiter cæteri Doctores exiſtimant eſſe privatum per ſententiam: ita gloſſ. *hic, verbo Dimittere.* Ioan. Andr. *in cap. Ioannes, infr. hoc tit. num.23. verſ. ſi verò tenet,* Butr. *n.19. ad finem,* Anchar. *num.14.* Imol. *n.24.* Clar. *d.q.73. n.5.* Maſcard. *concl.181. num.5.* Navar. *in man. c.25. n.120.* Henriq. *in ſum. lib.7. cap.36. n.1.* Sanch. *d. lib.7. diſp.42. ſub num.4.* Leſſ. *de iuſtit. lib.2. cap.34. n.115.* Nicol. Garc. *d. cap.8. num.27.* Filliuc. *d. cap.8. num.6.* Anton. Ricciul. *d. lib.7. cap.2. num.12.* ubi *à num.14.* rationem reddit, quare Clericus in minoribus conſtitutus privetur ipſo jure, non ita qui in Sacris eſt conſtitutus. 7

Sextò amplia, ut etiam per matrimonium in gradu 8

conſan

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

conſanguinitatis, vel affinitatis prohibito, aut aliàs de facto contractum à beneficiato minorum Ordinum amittatur beneficium ipſo iure, quamvis ignarus impedimenti contraxiſſet: ita Cou. *d.§.3. ſub n.4. verſ. quod ſi is, qui habet.* Tiraquel. *de retractu lig. §.26. gloſſ.2. num.9.* Cortaſ. *de benefic. p.1. cap.10. num.10.* Bonacoſ. *tom.1. communium opinion. lib.1. tit.7. num.12. & 13. pag.175. & tom.2. lib.9. tit.7. n.3. verſ. & ita eſt communis, pag.367.* Hippol. *conſ.70. num.16.* Flamin. *d. q.3. n.12.* Sanch. *d. lib.7. diſp.43. & lib.3. diſp.2. num.3.* Gonzal. *ad reg.8. Cancel. gloſſ.15. n.44. & gloſſ.57. n.44.* Franc. Molin. *de ritu nupt. lib.1. com.19. num.147.* vbi tranſcripſit ad hoc deciſionem Rotæ *in Lucana de Inſula ſancta, 7. Iunij 1575.* coram olim Illuſtr. Lancel. cuius etiam meminit Anton. Ricciul. *d.c.2. n.20.* quicquid contrarium tenuerit Nicol. Garc. *d. cap.8. n.8. & ſeqq.* An autem quando Clericus contraxit ſciens impedimentum, cenſeatur ipſo iure priuatus, diſputat Anton. Ricciul. *c.2. n.23.* vbi *n.24.* arbitratur concluſionem eſſe firmandam generaliter, vt ſiue ſciat, ſiue neſciat Clericus impedimentum, ſemper cenſeatur ipſo iure priuatus.

9 Septimò amplia, vt etiam per matrimonium nullum ex defectu ſolemnitatis, veluti quia non eſt contractum coram parocho, & teſtibus, vel aliàs fuit contractum contra formam præſcriptam à Concil. Trid. *ſeſſ.24. de reform. matrim. c.1.* Clericus ipſo iure beneficiis priuetur, vt in facti contingentia reſpondit Rota, cuius auctoritate hanc ſententiam ſequuntur Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.5. ſub num.39.* & Anton. Ricciul. *d. cap.2. num.32.* quicquid contrarium poſt Fr. Emman. & Veg. tenuerit Nicol. Garc. *d. cap.8. num.13.*

10 Limita primò principalem textus concluſionem non procedere, quando matrimonium eſt nulliter contractum ex defectu in conſenſu Clerici, tunc enim non dicitur inducta beneficiorum vacatio, vt per Abb. *hic, ſub n.7. verſ. quandoque enim*, Nicol. Garc. *de benefic. p.11. c.9. n.10. & 11.* Maſſobr. *in praxi habendi concurſum. requiſ.7. dub.33.* ſecundùm Romanam impreſſ. & *dub.34.* reſoluit quod matrimonium nullum ex defectu formæ non inducit priuationem beneficii. Squillante *d.c.4. n.89.* & latè Anton. Ricciul. *d. cap.2. n.1.* vbi *numeris ſeqq.* exemplificat in Clerico amente & impubere, in quo malitia non ſupplet ætatem, ac in contrahente per metum cadentem in conſtantem virum, & *à num.7.* diſputat an prædicta procedant, vbi nullitas procedit ex defectu conſenſus mulieris, nempe quia erat amens, vel impubes, aut conſenſum præſtitit metu compulſa; Clericus verò præſtitit conſenſum omni ex parte legitimum? vide apud eum.

11 Limita ſecundò non procedere, quando contrahuntur ſponſalia per verba de futuro, per illa enim non induci vacationem beneficiorum tenent Butr. *hic, n.1.* Abb. *n.1.* Covar. *d.§.3. n.4.* Clar. *d. q.73. num.3.* Tiraq. *de iure mariti, gloſſ.2. n.18. in fine.* Cald. Pereira *in l. ſi curatorem, verbo læſis, num.127. col.6.* Perez *tit.1. lib.5. Ordin. pag.4.* Rot. *deciſ.772. ſub n.2. verſ. & quamvis, p.2. in recent.* Gonzal. *d. gloſſ.15. n.43.* Sanch. *d. lib.7. diſp.42. n.1. & 5. & diſp.43. n.6.* Farin. *d. verbo clericus, n.332.* Nic. Garc. *d.p.11. c.8. n.19. cum ſeqq.* Gutter. *de matrim. c.97. n.1.* Anton. Ricciul. *d. lib.7. c.4.* Squillante *d.c.4. n.90.*

Limita tertiò, ſi penſio ſit reſeruata pro officio aliquo compatibili cum matrimonio, velut pro pulſandis campanis, vel cuſtodienda Eccleſia, ſimilive alio in quo conſeruatur intentio Papæ, Gig. *de penſion. q.54. n.3.* Rot. *deciſ.1079. n.1. p.3. lib.3. diverſ.*

Limita quartò ſi cum tali Clerico fuerit ſufficienter diſpenſatum per Papam, vt non obſtante matrimonio poſſit retinere penſionem, Gig. *d. q.54. ſub num.5. verſ. quando autem apparet*; conceſſa enim hac habilitatione, nihil eſt quin retineri poſſit penſio, non obſtante matrimonio, ſiue agatur de penſione reſeruata, ſine tranſlatione, cùm in hoc nullum ſit diſcrimen, Rot. apud Greg. XV. *deciſ.18. n.2. & 3.* idem quoque de beneficio reſoluunt Sanch. *d. lib.7. diſp.42. n.18.* Carol. de Graſſis *effectu 15. n.19.* Squillante *d.c.4. n.92.*

Et retinere uxores, &c.] Ergo Clerici in minoribus bene poſſunt ducere vxores, vt per Sanch. *de matrim. lib.7. diſp.42.* Thom. Valaſc. *allegat. iuris tom.1. allegat.40. n.3.* etſi habeant beneficia, itavt filii ab illis ſic in minoribus beneficiati naturales reputentur, & ſubſequenti matrimonio legitimentur, vt reſoluunt citati ad *cap. tanta, n.3. infr. qui filij ſint legitimi*, quibus adde Azeued. *l.6. n.3. tit.8. lib.5. novæ recop.* Perez *l.22. tit.3. lib.1. Ordin. pag.103.* Ioan. Garc. *de nobilit. gloſſ.10. n.33.* Bernard. Græuæ. *ad practic. Cam. Imper. lib.2. concl.141. conſid.1. à n.13.* Steph. Grat. *diſcep. forenſ. c.35. n.48. & c.159. n.10.* 12

SVMMARIVM.

1 *Coniugatus ad adminiſtrationem, & ad ordinem Eccleſiaſticum, vel beneficium non promovetur, niſi caſtitatem promittat, & non ſit bigamus.*

2 *Clericus in minoribus coniugatus non poteſt habere beneficia*, & n.3.

4 *Virginem habuiſſe vxorem dicitur ille, qui priùs eam defloravit, ſi ab ipſomet, & non ab alio cognita fuiſſet.*

Cap. Sanè II.

Clericus coniugatus non eſt capax beneficij, niſi voueat perpetuam caſtitatem, & coniux fuerit vnica, & virgo, nec poteſt admitti ad ſacros Ordines & adminiſtrationes Eccleſiaſticas. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſt. Anchar. Henric. Butr. Panorm. Bald. Ioan. à Capiſtrano, Viu. *in ration. libri 3. iuris Pontif. pag.23.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag.363.* remiſſivè Ximen. *in concord. p.1. & 2.* refertur ab Ant. Auguſt. *collect.1. Decr. lib.5. tit.c.3.* & eſt poſt Conc. Lateran. ſub Alex. III. *p.18. c.5.* 1

Ne deinceps clericus coniugatus ad Eccleſiaſtica beneficia, &c.] Notatur ad hoc, quod Clericus in minoribus coniugatus non poteſt habere beneficia, vt per Hojed. *de incompat. benef. p.1. cap. vlt. n.76.* Flamin. *de reſignat. lib.4. q.2. n.27.* Camil. Borrel. *in ſum. omn. deciſ. tit.8. n.29.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.30. tract.5. n.149.* Sanch. *de matrim. lib.7. diſp.44.* vbi reſoluit, quod licèt non poſſit habere beneficium Eccleſiaſticum in titulum beneficij, poteſt tamen habere ratione ſtipendij, aut alterius miniſterij temporalis: & *num. vlt.* aſſerit clericum coniugatum incapacem eſſe penſionis, quæ titulo clericali conferri ſolet, niſi ex Summi Pontificis diſpenſatione; vnde à fortiori ſequitur Epiſcopum minimè poſſe cum eo diſpenſare, vt habeat beneficium Eccleſiaſticum, etiam ſimplex, vt tenent Selva *de benefic. part.1. q.7. num.17. & 18.* Flamin. *d. q.2. num.29.* Sanch. *d. lib.7. diſp.42. num.18.* Nicol. Garc. *de benefic. part.7. cap.5. num.4.* 2

Niſi fortè caſtitatem, &c.] Verba hæc cum Zabar. & Anchar. intelligenda eſſe dicit Sanch. *dict. lib.7. diſp.42.* 3

*diſp.*42. *n.*16. ſi uxor profiteatur continentiam, vel melius, niſi vir legitimè ad Ordines promotus fuerit, aut forſan ex Rebuff. *in praxi benef. reg. de publicandis reſign.gloſſ.*18.*n.*45. ſi uterque voverit caſtitatem perpetuam, & ingreſſus fuerit religionem.

4 In gloſſ. *Virginem*, ult. ibi, *ſed verius eſt, quod poteſt promoveri.* Notatur ad hoc, quod ille dicitur virginem habuiſſe uxorem, etiamſi priùs illam defloraverit, ſi ab ipſomet, & non ab alio cognita fuiſſet, per ea, quæ Card. Tolet. *in inſtruct.Sacerd.lib.*1.*c.*60. *verſ.tertium eſt valde.* Vivald. *in candelabro aureo, tit.de irreg.in* 1. *ſpecie bigamiæ, n.*5. Farin. *in praxi crimin.p.*1.*q.*8. *n.*8. Sanch. *d. lib.*7. *diſp.*46. *n.*3. *&* *diſp.*84. *n.*12. & habetur apud Caſtellanos *l.*35.*tit.*5.*p.*1.

SVMMARIVM.

1 *Clericus in minoribus beneficiatus, ſi contrahat matrimonium, privatur beneficio, & quod dedit Eccleſiæ, ibi reſtituitur.*

2 *Beneficio tacitè videtur renuntiare Clericus in minoribus matrimonium contrahens.*

3 *Monachus ubi tranſit de uno monaſterio ad aliud, non debet eſſe oneroſus ſecundo.*

4 *Religioſi bona licitè ex una religione in alteram diverſi ordinis tranſeuntis, quæ prius monaſterium ratione ejus acquiſierat, recuperat poſterius.*

CAP. Quod à te III.

1 CLerici in minoribus ſunt ſpoliandi beneficiis, ſi matrimonium contrahant, & ſi quid de propriis bonis Eccleſiæ titulati contulerunt, eis reſtituitur. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſtienſ. Henric. Anchar. Panorm. Bald. Butr. Ioan. à Capiſtrano, Vivian. *in ration. libri tertii iuris Pontificii, pag.*24. Alagona *in compend. juris Canon. pag.*363. remiſſivè Ximen. *in concord. part.*2. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.*1. *Decret. lib.*3. *tit.*3.*c.*5. & eſt poſt Concil. Lateran. ſub Alex. III. *p.*50.*c.*7.

2 *Eccleſiaſtico beneficio*, &c.] Illi enim per matrimonium à ſe contractum tacitè videtur renuntiare, ut per Navar. *conſ.*3. *n.*3. *ſub tit. de renuntiat. in antiq.* Maſcard. *de probat. concl.*182. *n.*3. Gonzal. *ad reg.*8. *Cancel.gloſſ.*14. *n.*63. Et quod clericus ingreſſus monaſterium per annum quo durat tempus ejus tacitæ profeſſionis, licitè retinet beneficium, ex hoc text. colligunt Tiraquell. *de retractu lignag.* §.1.*gloſſ.*8. *n.*28. Fuſch. *lit. C, ſing.*99.

3 *Sanè Eccleſiis*, &c.] Notatur ad hoc, quod ubi Monachus tranſit de uno monaſterio ad aliud, non debet eſſe oneroſus ſecundo monaſterio, ut per Surd. *de alimentis, tit.*9.*q.*27. *n.*6. ubi allegat Menoch. *conſ.*193. *n.*1. *&* 12. tenentem ſecundum monaſterium debere alere ingreſſum, poſito quod ſit opulentum, vel habeat redditus ſufficientes.

4 In gloſſ. *Redire*, ibi, *& idem in Monacho, ut illa transferat ſecundo monaſterio.*] Notatur ad hoc, quod bona Religioſi licitè ex una religione in alteram diverſi ordinis tranſeuntis, quæ prius monaſterium ratione ejus acquiſierat, recuperat, ut per Hoſt. *num.*4. Burr. *n.*9. Ioan. Andr. *n.*7. Anch. *n.*9. Abb. *n.ult.* Zabar. *num. unic. oppoſit.* 4. & Henriq. *n.*2. *&* 3 *in præſenti*, Angel. *verbo Monaſterium, n.*6. Armil. *verbo Religio, num.*17. Mandel. *conſ.*172. *n.*2. *vol.*4. Menoch. *de arbitr. caſu* 436. *à n.*13. Verùm probabilior eſt opinio, univerſa bona priori monaſterio acquiſita ratione religioſi remanſura omninò apud illud, ſive ad aliud monaſterium diverſi Ordinis, ſive ad Epiſcopatum tranſeat, quam tuentur Abb. *hic, n.*3. Anan. *n.*8. Sylveſt. *verbo Religio* 4.*q.*10. Tabien. *eodem verbo, q.*27.*n.*28. Covar. *in c.*1. *à n.*29. *de teſtam.* Navar. *comment.*4. *de Regul. n.*24. *verſ.*11. *&* *conſ.*55. *n.*9. *ſub eod. tit. de regular.* Alvarad. *de conjecturata mente teſtatoris, lib.*2. *c.*3. *in princ. n.*7. Carol. Tapia *in auth. ingreſſi, verbo ſua, c.*6. *n.*7. *C. de ſacroſ. Eccleſ.* Spin. *in ſpeculo teſtam. gloſ.*12. *princ. n.*23. *&* 24. *& in rubr. gloſſ.*6 *n.*3. Anaſt. Germ. *de ſacrorum immun. lib.*3.*c.*4. *n.*37. Surd. *de alimentis, tit.*9. *q.*27.*n.*8. Molin. *de juſtit. tract.*2. *diſp.*140.*verſ. quando Religioſus, col.*13. Azor. *inſtit.moral. p.*1 *lib.*12. *c.*15. *q.*3. *& c.*16. *q.*8. Fr. Emman. *qq. regul. tom.*2. *q.*79. *art.*1. *&* 2. *& tom.*3. *q.*5. *art.*1. Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.*2. *lib.*7. *c.*32. *n.*8. Ludov. Miranda *in manuali Prælat. tom.*1. *q.*31. *art.*24.

SUMMARIUM.

1 *Epiſcopi cum Sacerdotibus, qui matrimonium de facto contraxerunt, peracta pœnitentia diſpenſare poſſunt, & declaratur* n.2.

3 *Epiſcopus poteſt diſpenſare cum Clerico in ſacris conſtituto, aut Religionem profeſſo, ſi viduam occultè duxerat.*

4 *Epiſcopus diſpenſare non poteſt cum Sacerdotibus nuptias de facto contrahentibus, quando pœnitentiæ ſigna minimè exhibent.*

CAP. Sanè ꝗ. IV.

EPiſcopi poſſunt diſpenſare cum Sacerdotibus, qui de facto contraxerunt matrimonium poſt longam pœnitentiam, & vitam laudabilem, ut exerceant Ordines in officio ſuo. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſtienſ. Anchar. Henric. Panorm. Bald. Ioan. à Capiſtrano, Vivian. *in rationali libri tertii juris Pontificii, pag.*25. Alagona *in compendio juris Canonici, pag.*364. remiſſivè Ximen. *in concordant. part.*1. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.*2. *Decret. lib.*3.*tit.*2.*c.*1. 1

Intellige ſupradictam concluſionem, ut procedat ſi cum unica, & virgine contraxerint, quo etiam caſu procedit text. *in c.*1. *qui Clerici, vel voventes*; ſecus enim eſt, ſi cum vidua, aut corrupta, vel duplex inierunt matrimonium, in quibus terminis neceſſariò intelligendi ſunt text. *in cap. nuper, & in cap. fin. de bigamis*: colliges hæc ex Covar. *in Clem. ſi furioſus, part.*1. §.2. *num.*2. *verſ. ſecundò.* Valent. *part.*3. *diſput.*7. *quæſt.*19. *puncto* 3. *in* 1. *ſpecie irregul. in fine*, Sanch. *de matrimon. lib.*7. *diſput.*86. *à num.*20. Aloyſ. Ricc. *in praxi aurea, reſolut.* 220. Ludov. Miranda *in manuali Prælat. tom.*2. *quæſt.*8. *art.*2. *concl.*3. & aliis, quos refero ego ipſe *de officio, & poteſtate Epiſcopi, part.*2. *allegat.*49. *num.*26. ubi *num.*27. cum Sanch. & Ludov. Miranda *citatis locis*, reſolvo poſſe Epiſcopum diſpenſare cum Clerico in Sacris conſtituto, aut religionem profeſſo, ſi viduam occultè duxerat ex privilegio Concil. Trident. *ſeſſione* 24. *de reform. cap.*6. 2 3

Poſt longam pœnitentiam.] Intellige de conſilio, vel quod Epiſcopus diſpenſare non debet, quando Sacerdos ille pœnitentiæ ſigna maximè exhibet, ex Sanch. *d. diſp.*86. *n.*20. 4

SVMMA

SVMMARIVM.

1 *Beneficia obtenta à clerico tempore contractus matrimonii, illi auferenda ſunt; collata verò poſtmodum ſcienter per Epiſcopum, per eundem auferri non poſſunt, ſed per ſuperiorem.*
2 *Officia duo non poteſt unus exercere.*
3 *Papa ſolus poteſt diſpenſare, ut conjugatus qualecumque beneficium obtineat.*
4 *Nemo poteſt venire contra factum ſuum.*

Cap. Diverſis V. *Innoc. III.*

1 EPiſcopus debet privare Clericum beneficiis, quæ ille tempore contractus matrimonii habebat; ſi verò poſt contractum Epiſcopus ſcienter contulit beneficia Eccleſiaſtica tali Clerico, illis non Epiſcopus, ſed ſuperior ejus privet. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſtienſ. Henric. Anchar. Butr. Panorm. Bald. Ioan. à Capiſtrano, Vivian. *in ration. libri tertii juris Pontificii, pag.* 25. Alagona *in compend. jur. Canon. pag.* 364. remiſſivè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 3. *Decretal. lib.* 3. *tit.* 3. *cap.* 1.

2 *Cùm quaſi diviſus in duo*, &c.] Notatur ad hoc, quod duo officia non poteſt unus exercere, ſi ad diverſa tendant, *l. hac parte, C. de prox. ſacror. ſcrin. lib.* 12. *l. ſi plures, ubi gloſſ. ff. de pactis*, Tiraq. *de co ſtit. p.* 3. *limit.* 30. *n.* 8. Quando verò munera, & officia non ſunt ſibi contraria, & tendunt ad eundem finem, ea ſimul habere quis poteſt, itaut unus & idem duorum jure, & munere fungatur, ex Bart. *in l. ſi conſul, ff. de adoption.* & tunc utriuſque debet habere ſalarium. Aviles *ad c.* 1. *Prætorum, fol.* 39. Azeved. *ad Curiam Piſanam, lib.* 2. *c.* 22. *n.* 9. & latè an, & quando poſſit quis ſuſtinere vicem duarum perſonarum, agit Aloyſ. Ricc. *in praxi aurea, reſol.* 473. *per totam.* Vnde quando ex privilegio, vel conſuetudine quis duplici officio fungitur, ſcilicet Theſaurarii, & Canonici, duplices lucratur diſtributiones, cùm inter dignitates ſuppleat numerum dignitatum, & inter Canonicos ſuppleat numerum Canonicorum, nec egeat ſubſtituto, ut Sacra cenſuit Congreg. apud Nicol. Garc. *de benef. p.* 11. *c.* 5. *n.* 245. Armendar. *in addit. ad recop. legum Navarræ, lib.* 4. *tit.* 7. *de benef. incomp. n.* 25. quos refero ego ipſe *de offic. & poteſt. Epiſcopi, p.* 3. *alleg.* 82. *n.* 12. & reſolvunt Gig. Roch. Gom. Azor. & alii, quos refert Moneta *de diſtribut. quotid. p.* 1. *q.* 4. *n.* 6. & meliùs *n.* 16. Sic etiam juxta receptiſſimam Doctorum ſententiam *in cap. cùm olim, de re iud.* ubi Panorm. *n.* 2. & Felin. *n.* 1. quando duo jura concurrunt in eadem perſona, quorum quodlibet producit jus dandæ vocis, debet talis perſona habere duas voces, quia cenſetur jure diverſorum, & quod hæc ſit communis, & veriſſima opinio, tenent Covar. *var. lib.* 3. *c.* 13. *n.* 6. Azor. *inſtit. moral. p.* 2. *lib.* 7. *c.* 7. *q.* 13. veluti in dignitate, & Canonico ſimul, ex privilegio, vel conſuetudine, qui duplicem habet vocem in Capitulo, unam ratione dignitatis, alteram ratione præbendæ, ut cenſuit Rota apud Seraphin. *deciſ.* 410. *& in una Oriolen. Canonicatus*, 11. *Ianuarii* 1619. coram R. P. D. Remboldo, quam refero *d. alleg.* 62. *n.* 22.

3 *Prives appellatione remota.*] Solus enim Summus Pontifex poteſt diſpenſare, ut conjugatus qualecumque beneficium obtineat, ut per Flamin. *de reſignat. lib.* 4. *q.* 2. *n.* 28. Sanch. *de matrim. lib.* 7. *diſp.* 42. *n.* 18.

4 In gloſſ. *Non per te*, ibi, *argum. quod nemo poteſt venire contra factum ſuum.* Vide apud plures Doctores *in libello de principiis utriuſque juris, lit. F, num.* 17. & per me *Axiom.* 93. *n.* 23.

SVMMARIVM.

1 *Filius Sacerdotis Græci ex uxore genitus, licitè inter Latinos promovetur, ſi ſcandalum non obſiſtat.*
2 *Græci in minoribus Ordinibus contrahentes poſſunt poſt conjugium ad ſacros Ordines aſcendere, & matrimonio anteà contracto uti.*
3 *Continentiæ votum ſacris Ordinibus in Eccleſia Orientali eſt annexum.*
4 *Papa poteſt diſpenſare, ut promoti ad Sacros Ordines matrimonium contrahant.*
5 *Continentia ſolo præcepto Eccleſiaſtico ſacris Ordinibus eſt annexa.*

Cap. Cùm olim VI.

FIlius Sacerdotis Græci, ex legitimo tamen matrimonio natus, poteſt ordinari ritu Latino, licèt pater ſit in ritu Græco, niſi conſuetudo regionis repugnet, tunc enim eſſet inhabilis. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſtienſ. Henric. Anchar. Butr. Panormit. Bald. Ioan. à Capiſtrano, Vivian, *in ration. tertii libri juris Pontificii, pag.* 26. Alagona *in compendio juris Canonici, pag.* 364. remiſſivè Ximen. *in concordant. p.* 1. *&* 2. refertur ab Anton. Aug. *collect.* 3. *Decret. lib.* 3. *tit.* 3. *c.* 2. 1

Quoniam Orientales, &c.] Notatur ad hoc, quod Græcis in minoribus Ordinibus contrahentibus licet poſt conjugium ad ſacros Ordines aſcendere, & Matrimonio antea contracto uti, ut per Azor. *inſtit. moral. part.* 1. *lib.* 13. *cap.* 13. *q.* 1. Carol. de Graſſis *de effectib. cleric. effectu* 5. *n.* 41. Sanch. *de matrim. lib.* 7. *diſp.* 18. *n.* 5. advertentes, ille *q.* 3. *&* 4. hic verò *n.* 3. in Eccleſia Græca nunquam licuiſſe ſacro Ordine præditis matrimonium inire, imò apud ipſos Græcos matrimonium poſt Ordinem Sacrum contractum fuiſſe irritum. 2

Orientalis Eccleſia votum continentiæ non admiſit.] Occidentalis verò maximè; nam ejus Clerici cùm ad ſacros Ordines promoventur, hodie tacitè caſtitatem promittunt, & ita hujuſmodi continentiæ votum eſſe ſacris Ordinibus annexum, tenent Henriq. *in ſum. lib.* 12. *de Sacram. Ordinis, c.* 14. *n.* 7. *in fine, & lib.* 12. *de matrim. c.* 5. *n.* 9. Spin. *in ſpeculo teſtam. gloſſ.* 12. *in princ. n.* 2. *verſ. utrùm autem ſolemne*, Guttier. *Can. lib....* *c.* 7. *n.* 2. Azot. *d. lib.* 13. *c.* 12. *q.* 6. *& c.* 14. *q.* 10. D. Barb. *in rubr. ff. ſoluto matrim. p.* 2. *à n.* 100. & plures alii, quos refert & ſequitur Sanch. *d. lib.* 7. *diſp.* 27. *n.* 10. quibus adde Carol. de Graſſis *de effectibus cleric. in prælud. n.* 41. & alios, quos cito *de officio, & poteſtate Epiſcopi, p.* 2. *alleg.* 15. *n.* 2. *in fine.* 3

In gloſſ. *Votum continentiæ*, ibi, *quod Papa poteſt diſpenſare*, &c.] Notatur ad hoc, quod Papa poteſt diſpenſare, ut promoti ad ſacros Ordines matrimonium contrahant, ut per Abb. *hic, n.* 5. Tiraq. *de pœnis temper. in præfat. n.* 46. Sot. *lib.* 7. *de juſtit. q.* 4. *art.* 2. *verſ. hoc patet, & in* 4. *ſent. diſtinct.* 38. *q.* 1. *art.* 2. *verſ. dubium.* Henriq. *in ſum. lib.* 10. *c.* 14. *§.* 5. *& §.* 8. Bellet. *diſq. cleric. p.* 1. *tit. de diſciplina clericali*, *§.* 8. *n.* 11. quos refero ego ipſe *d. alleg.* 15. *n.* 20. 4

In ead. gloſſ. ibi, *illud verum eſt quod ex conſtitutione Eccleſiæ introductum eſt*, &c. Notatur ad hoc, quod continentia ſolo præcepto Eccleſiaſtico ſacris Ordinibus eſt annexa, ut per Ant. Capet. *de perpetua caſtitate Sacerd. c.* 25. Card. Bellarm. *lib.* 1. *de Cleric. c.* 18. 5

Henriq.

Henriq. *lib.* 10. *c.* 14. §. 6. Azor. *d. c.* 12. *q.* 1. quos refero ego ipſe.

SVMMARIVM.

1 *Clericus coniugatus non beneficiatus, non cogitur deferre Tonſuram.*
2 *Conſuetudine poteſt Clericus coniugatus habitum Clericalem minimè portans, Clericali privilegio gaudere.*
3 *Declaratur text. in preſenti.*
4 *Beneficiarius etiam ſolus minoribus Ordinibus initiatus, deferre debet primam Clericorum Tonſuram.*
5 *Clericis coniugatis licita eſt negotiatio, honeſta victus cauſa.*

Cap. Ioannes VII.

1 Clericus in minoribus conjugatus non poteſt gaudere privilegio Clericali, ac perinde non tenetur deferre tonſuram, dummodo nullum percipiat beneficium Eccleſiaſticum, cujus ratione teneatur Clericalem deferre tonſuram. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Ananias, Hoſt. Henric. Butr. Anchar. Panorm. Bald. Ioan. à Capiſtrano, Vivian. *in rationali libri tertii juris Pontificii*, *pag.* 26. Alagona *in compendio juris Canonici*, *pag.* 665. remiſſivè Ximen. *in concord. p.* 1.

2 *Cùm de conſuetudine terræ*, &c.] Notatur ad hoc, quod de conſuetudine poteſt Clericus conjugatus habitum Clericalem minimè portans Clericali privilegio gaudere, ut per Burg. à Pace *conſ.* 22. *n.* 6.

3 *Dummodo nullum percipiat beneficium*, &c.] Ergo videtur probare uxoratum in conjugio poſſe tenere beneficium: ſed *gloſſ. ult.* hic occurrit, quod tenere poſſit per diſpenſationem Papæ, aut beneficii nomine hic intelligi poteſt penſio, ſeu ſtipendium, quod laico nonnunquam datur ab Eccleſia, ratione cujus, etiamſi datum non ſit in titulum beneficii, debeat tamen portare tonſuram, ſi conſuetudo ita ferat, ſic Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 30. *tract.* 3. *n.* 312. *verſ. ſi curſus.*

4 *Cuius ratione teneatur*, &c.] Notatur ad hoc, quod beneficiatus etiam ſolis minoribus Ordinibus initiatus deferre debet primam Clericalem tonſuram, ut per Azor. *inſtit. moral. p.* 2. *lib.* 7. *c.* 14. *q.* 3.

5 *Quia cùm eum oporteat*, &c.] Notatur ad hoc, quod clericis conjugatis licita eſt negotiatio honeſta victus cauſa, nec ob eam privari poſſunt privilegiis clericalibus, ut per Covar. *pract. c.* 31. *n.* 8. *verſ. ſextò*; Azor. *inſtit. moral. p.* 1. *lib.* 13. *cap. ult. q. ult.* Sanch. *de matrim. lib.* 7. *diſp.* 46. *n.* 26. Carol. de Graſſis *de effect. cleric. effectu* 1. *n.* 87. quicquid contrarium teneant Camil. de Curte, Scacc. Camil. Borrel. Thom. Valaſc. & alii, quos refero *de offic. & poteſt. Epiſcop. p.* 2. *allegat.* 12. *num.* 30.

In gloſſ. *Non poteſt.* Circa materiam hujus gloſſæ vide quæ dixi *d. alleg.* 12. *à n.* 25.

SVMMARIVM.

1 *Vxorati non admittuntur ad Eccleſiaſticas dignitates, & coguntur dimittere quas habent.*
2 *Beneficio ſuo iam obtento cogitur quis cedere propter ſcandalum imminens.*
3 *Scandalum quando non provenit ex culpa habentis beneficium, ſed ex improborum malitia, tunc nemo cogitur propria dimittere propter eos.*

Cap. Cùm decorem VIII.

Clerici uxorati non admittuntur ad dignitates 1
Eccleſiaſticas, & quas habent dimittere debent. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſt. Anchar. Butr. Henric. Panorm. Bald. Ioan. à Capiſtrano, Vivian. *in rationali lib. tertii iuris Pontif. pag.* 27. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 365. remiſſivè Ximen. *in concord. p.* 2. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 1. *Decret. lib.* 3. *ſub tit.* 1. *de vita*, *& honeſtat. cleric. cap.* 4.

Et gravi ſcandalo retinere.] Notatur ad hoc, quod 2
propter ſcandalum imminens poteſt quis compelli cedere beneficio ſuo jam obtento, ut per Azeved. *l.* 14. *n.* 19. *tit.* 3. *lib* 1. *novæ recop.* & alios citatos per me ad *cap. niſi cùm pridem*, *n.* 14. *ſup. de renunt.* Quando verò 3
ſcandalum non provenit ex culpa habentis beneficium, ſed ex improborum malitia, tunc nemo cogitur propria dimittere propter eos, qui ſic ſcandala concitant; quia tunc eſt propriè ſcandalum Phariſæorum, D. Thom. 2. 2. *q.* 44. *art.* 8. *in reſp. ad* 1. *verſ. aliquandò verò*, Covar. *in reg. peccatum*, *in princ. ſub n.* 6. *de reg. iuris*, *in* 6. Anton. Ricc. *in tract. de iure perſonarum extra gremium Eccleſiæ exiſtent. lib.* 9. *c.* 5. *n.* 13.

SVMMARIVM.

1 *Clerici coniugati in rebus ſuis non gaudent privilegio Clericali.*
2 *Clerici conjugati quando hodie fori privilegio gaudeant, oſtenditur.*
3 *Clerici coniugati non gaudent immunitate à tributis.*
4 *Milites Ordinum militarium an, & quando teneantur ad tributa, & gabellas, remiſſive.*

Cap. Ex parte IX. *Honor. III.*

Clerici conjugati in rebus ſuis amittunt privile- 1
gium Clericale, & poſſunt laici ab illis ſicut ab aliis uxoratis debitas juſtitias, & conſueta ſervitia exigere. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſtienſ. Henric. Anchar. Butr. Panorm. Bald. Ioan. à Capiſtrano, Viv. *in ration. tertii libri iuris Pontif. pag.* 27. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 365. remiſſivè Ximen. *in concord. p.* 1.

Vt tamen conſuetis iuſtitiis, & debitis obſequiis, &c.] 2
Novè Concil. Trid. *ſeſſ.* 23. *de reform. c.* 6. quoad Clericos conjugatos jubet obſervari conſtitutionem Bonifacii VIII. *in c.* 1. *hoc tit. lib.* 6. illo ſuperaddito, quod hujuſmodi Clerici alicujus Eccleſiæ ſervitio, vel miniſterio ab Epiſcopo deputati, eidem Eccleſiæ ſerviant, vel miniſtrent, & Clericali habitu, & tonſura utantur. Quæ quidem conſtit. Bonifacii VIII. *in d. c.* 1. privilegium hoc multis modis reſtrinxit, quos refero *de offic. & poteſt. Epiſcop. p.* 2. *alleg.* 12. *à n.* 25.
Vnde Clericos conjugatos non gaudere immunitate 3
à tributis, tenent Feltaſ. *in tract. de æſtimat. c.* 1. *ſub n.* 7. *part.* 4. Aloyſ. Ricc. *in praxi aureæ*, *reſol.* 391. *num.* 3. Duen. *reg.* 100. *limit.* 10. Covar. *pract. cap.* 31. *n.* 9. Perez *l.* 13. *tit.* 3. *lib.* 1. *Ordin. pag.* 60. Garc. Gironda *de gabellis*, *part.* 2. *num.* 27. & 28. Sanch. *de matrim. lib.* 7. *diſp.* 46. *num.* 16. De militibus verò Ordinum mili- 4
tarium an, & quando teneantur ad tributa, & gabellas, vide Ordinat. Regiam Luſitan. *lib.* 2. *tit.* 11. §. *ultimò*, ubi notat parens meus, & apud Caſtellanos *l.* 9. *tit.* 18. *lib.* 9. *novæ recopilat.* ubi Azeved. Laſarte *de gabell. cap.* 19. *n.* 92. Mench. *illuſtr. cap.* 105. *n.* 45.

*n.*45. Valaſc. *conſ.*131. *n.*3. Navar. *conſ.*23. *de regul.* Parlad. *lib.*1. *rerum quotid. c.*3.§.1.*n.*19. Bobadil. *in ſua polit. lib.*2.*c.*18.*n.*264. Guttier. *de gabellis,q.*95.*à n.*13.

SVMMARIVM.

1 *Clericus in minoribus militans non eſt cogendus deferre Tonſuram, vel habitum Clericalem.*

2 *Clericus dicitur recedere à ſtatu Ordinis, & ad ſæculum reverti, ſi in minoribus conſtitutus efficiatur miles.*

3 *Clericus in minoribus ſtatim ac declaratur miles, videtur ipſo facto beneficio renunciare, quamvis depoſito cingulo militari iterum veſtes Clericales reaſſumat.*

4 *Penſiones in titulum, uti Clerico aſſignatæ, per militiam remanent extinctæ.*

CAP. Vt conſultationi X. & ult.

1 CLericus in minoribus ſi militaverit, non eſt cogendus deferre Tonſuram, vel habitum Clericalem. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſt. Anchar. Henric. Butr. Panorm. Bald. Ioan. à Capiſtrano, Viv. *in ration. tertii libri iuris Pontif. pag.*28. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.*365. remiſſivè Ximen. *in concord. p.*1.

2 Ex hoc text. colligunt Doctores, Clericum dici recedere à ſtatu Ordinis,& ad ſæculum reverti, ſi in minoribus conſtitutus efficiatur miles, ut per Barbat. *conſ.*11. *col.ult.verſ.præterea,lib.*1. Gig. *de penſion.q.*55. *n.*2. Marc. Ant. Genuenſ. *in praxi Archiep. Neapol. c.*7. *n.*4. Aloyſ. Ricc. *in deciſ. Curiæ Archiep. Neapol. p.*4. *deciſ.*154. Carol. de Graſſis *de effectib. cleric. effectu* 1. *n.*664. Squillante *de privileg. cleric. c.*7. *n.*32. *in fine*, Ant. Ricc. *de iure perſonarum extra gremium Eccleſiæ*
3 *exiſtent. lib.*7. *c.*5. *n.*9. ubi *n.*12. ampliat ut Clericus miles effectus adeò dicatur à ſtatu Ordinis alienus, ut perinde ſtatim atque declaratur miles, videatur ipſo facto beneficio renunciare: & citat Rebuff. *de nomin. q.ult.* Clar.§.*fin.q.*73. *ſub n.*6.*verſ. item Clericus*, Pariſ. *de reſign. lib.*1.*q.*1. *n.*22. quibus addo Farin. *fragment. crimin p.*1. *lit.C.n.*183. Gonzal. *ad reg.*8.*Cancel.gl.*14. *n.*63, quamvis poſtquam fuerit in matricula militum deſcriptus, pœniteat, & paucis pòſt diebus, antequam ſæva exerceat, depoſito cingulo militari, iterum veſtes Clericales reaſſumat; nam nihilominus dicetur à ſtatu Ordinis receſſiſſe, ita quod nova Clericalis habitus reaſſumptio ad recuperanda beneficia, quæ ante militiam obtinebat, illi non ſufficiat, ut tenet Ricc. *d.c.*5. *n.*19. quicquid dicat Iacob. de Graſſiis *conſ.*1. *ſub hoc*
4 *tit.* prout nec ſufficit ad penſiones recuperandas; nam & illæ per militiam remanent extinctæ, ſi quæ ſibi in titulum uti Clerico erant aſſignatæ, Gig. *quæſt.*65. Caccialup. *de penſion. q.*15. Ricc. *d.c.*5. *n.*26.

De Clericis non reſidentibus in Eccleſia, vel Præbenda.

TIT. IV.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur ſuper hanc rubricam ſcribentes,* & n. 2. *de materia tractantes.*

3 *Clerici dicuntur à κλῆρος, quod eſt ſors Græcè, Latinè verò hæreditas.*

4 *Clericorum appellatione veniunt Monachi in materia favorabili, & indifferenti, ſecus in ſtricta, & odioſa.*

5 *Religioſorum appellatione in ſtricta diſputandi ratione non comprehenduntur Clerici ſæculares.*

6 *Clericorum appellatione veniunt Prælati, & in dignitate conſtituti in favorabilibus, ſecus in odioſis.*

7 *Clericorum appellatione veniunt quicumque etiam in minoribus conſtituti, niſi ex ſubiecta materia Sacerdos comprehendatur.*

8 *Reſidentia generaliter ſumpta dupliciter conſideratur, primò materialiter, ſecundò formaliter.*

9 *Reſidentia definitur, ut ſit aſſiſtentia perſonalis vera, vel ficta, cum exercitio Eccleſiaſtici miniſterii in proprio beneficio.*

SVPER hanc rubricam ſcripſerunt Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Ananias, 1
Anchar. Butt. Panormitan. Ioan. à Capiſtrano, Ioan. de Londris *in Breviario ſanctorum Canonum, fol.*173. *verſo*, Petr. de Ravenna *in compendio iuris Canonici*, Martin. Meſnart. *in epitome Decretal. fol.*95. Daniel Venator *in analyſi methodica iuris Pontif. pag.*373. Goffred. & Hoſtienſ. *in ſumma huius tit.* Alex. Caſan. & Anaſt. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decretalium*, Lancellot. *in inſtitut. Canonic.* Barthol. Carthag. *in expoſitione titulorum iuris Canonici*, Zypæ. *in analytica poſtremi iuris Eccleſ. enarrat. pag.*155. Caniſ. *in ſumma iuris Canonici*, Caſarel. *in erothem. eiuſdem iuris*, noviſſimè Honor. *lib.*3. *ſumm. in Decretal.* omnes *ſub hac rubr.*

De materia tituli vide Capt. Vezin. & alios *tomo* 2
primo communium opinionum, libro primo, titulo octavo, Camillum Borrel. *in ſumma omnium deciſionum, titulo decimo*, Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitentialis, libro trigeſimo, tractatu nono, à numero* 49. Nicolaum Garciam *de beneficiis, parte* 3. *cap. ſecundo de reſidentia*, noviſſimè Sanctarellum *variarum reſolutionum lib.*1. *q.*2. *cum multis ſequentibus*, quem ſub prælo vidi.

Clericis.] Dicuntur Clerici à κλῆρος, quod eſt 3
ſors Græcè, Latinè verò hæreditas, quaſi Clerici in ſortem, ſeu hæreditatem Domini ſint vocati, ut per Iſidorum *in capite cleros, vigeſima prima diſtinct.* ubi citavi Doctores. Iuxta quod maximè conveniunt cum Monachis, qui ſimiliter à laicis ſegregati, & quaſi mundo mortui dicuntur, ut ex ipſa verbi etymologia deducit Eugenius Pontifex *in cap. placuit decimoſexto, quæſtione prima*, iuvat *cap. ſi Religioſus, in principio, de electione libro ſexto, cap. Religioſus, de teſtament. eodem libro, cap. non dicatis* 12. *quæſtione prima*, text. opt. *in cap. duo ſunt genera, eadem cauſa, & quæſt.* ubi ex eadem ratione, tam uni, quàm alii diverſam à laicis Chriſtianorum ſpeciem conſtituunt, licèt omnes ſimul, etiam laici, dummodo Chriſtiani, ſint etiam in ſortem Domini vocati, & generali vocabulo ſacerdotii prærogativa potiantur, iuxta illud Exodi cap.14. *Si ſervaveritis pactum meum, eritis mihi in gentem ſacerdotalem.* Vnde etiam Petr. *epiſtola prima*, omnes alloquens inquit, *Vos eſtis genus electum, & Regale Sacerdotium.* Ex qua convenientia inter Clericos,& Monachos ortum habuit *titulus ne Clerici, vel Monachi*, æquiparatio inſuper, de qua *in capite ſi quis ſuadente, decimoſeptimo, quæſtione quarta,& in cap. non dubium, & in c. ex tenore, de ſententia excommunicationis.*

Ex

Ex quo etiam multi exiſtimant appellatione Clericorum ſaltem in materia favorabili etiam Monachos comprehendi, de quo ſatis Felin. *in cap. licet, verſ. dum tangitur, de offic. ordin.* Sylv. *in ſum. verb. Clericus, in princ.* Duen. *reg. 99. ampl. 3. & reg. 100. ampl. 5.* & in materia indifferenti & lata ſignificatione Card. Tuſch. *tom. 1. lit. C, concl. 377. num. 2. & 3.* Marc. Anton. *var. reſol. lib. 1. reſol. fin. caſu 50. verſ. ſecundò*, ego ipſe *de appell. verb. utriuſque iuris ſignificat. appell. 51. n. 2.* quod tamen minimè dicendum eſt, ſi materia ſit ſtricta & odioſa, Roman. *ſing. 259. & 418.* Bellet. *diſquiſ. cleric. part. 1. tit. de diſciplina Clericali, §. 2. num. 26.* Ego ipſe *d. appell. 51. num. 7.* ſic nec etiam ſecundùm aliquos è converſo appellatione Monachorum Clerici comprehenduntur, cùm ſemper in quacumque materia verbi proprietas attendenda ſit, ex *l. non aliter, ff. de legat. 3. cap. intelligenda, de verbor. ſignificat.* Conſtat autem quod Clerici, & Monachi in eo conveniunt, quod omnes ſimul, diverſo tamen modo, ſint divino cultui dedicati; ex *d. cap. duo ſunt genera*: conſtituunt tamen inter ſe diverſam ſpeciem, ut patet tam ex diverſis titulis, *de ſtatu monachorum, de vita, & honeſtat. Clericor. de ſtatu regul. lib. 6.* quàm etiam ex variis juribus, ubi Clerici, & Monachi ponuntur tanquam diverſa, & de utriſque tanquam diverſis fit mentio, quæ neceſſaria non eſſet, ſi unius appellatione alius comprehenderetur, de quibus *in cap. ſi quis ſuadente, d. cap. non dubium, cap. 1. de iurament. calumn. cap. ad Apoſtolica, verſ. perpetravit, de re iudic. lib. 6. Clement. 2. ad fin. de vita, & honeſtate Clericorum, c. 1. ad fin. de præbend. lib. 6. gloſ. 2. in cap. Religioſus, de teſtam. in 6.* & gloſſ. *verb. Religioſus, in Clem. 1. de decim.* alia gloſſ. *verb. Religioſus, in Clement. 1. de rebus Eccleſ. non alienand.* juvant tradita per Doctores *in cap. cùm de beneficio, & in cap. ſingula, de præbend lib. 6.* Concil. Trid. *ſeſſ. 15. cap. 10. & ſeſſ. 25. de regular. cap. 21.* ubi ex hac ratione regularia beneficia Regularibus, ſæcularia verò ſæcularibus Clericis jubentur conferri. Sic etiam licèt in ſpecie hujus tituli appellatione Clericorum contineantur Clerici ſæculares, tam Canonici, quàm cæteri Cathedralium, ſeu Collegiatarum Eccleſiarum, non tamen comprehenduntur Canonici Regulares, de quibus *in cap. ſanè, cap. licèt, de Regularibus, cap. ſtatuimus, cap. mandamus 19. q. 3.* idque non ſolùm attenta proprietate ſermonis, & quia diverſam perſonarum ſpeciem conſtituunt à Clericis ſæcularibus; ſed quia text. de iis agit Canonicis, qui inſervientes quotidianas diſtributiones ſibi appropriant, quod in Canonicis Regularibus verificari nequit, ex *d. cap. non dicatis 12. q. 1.* ubi Navar. latiſſimè, juncta regul. *d. cap. cùm ad monaſterium, in fine.*

5 His adde, nec etiam in ſtricta diſputandi ratione appellatione Religioſorum Clericos ſæculares comprehendi, cùm verbum, *Religio*, ſicut & *Religioſus*, propriè, & ſtrictè profeſſionem importet per tria vota in manibus legitimi ſuperioris, & in Religione approbata, ut per Doctores *in d. cap. cùm ad monaſterium, & in cap. ex multa, de voto,* tenent gloſſ. *verb. Religioſi, & verb. Religioſus, in d. Clement. 1. de decim. & de rebus Eccleſ. non alienand.* quicquid gloſſ. *verb. Religioſos, in cap. præſens 20. q. 3.* cum multis, de quibus Felin. *d. loco,* in contraria ſint opinione, quæ legitimè procedet, ubi ſumus in favorabilibus, ſecundùm Lambertin. *de jurepatronat. lib. 2. part. 1. quæſt. 11.* & alios, quos refero ego ipſe *de appellativa verbor. utriuſque juris ſignificat. appellat. 233. n. 2.* Vel quando diſpoſitio per verba *Eccleſiaſticas perſonas*, concipiatur, ſub quo tam Clerici quàm Monachi legitimè continentur, cùm utrique ſpeciali dedicatione reſpectu divini cultus ſint ad ſerviendum Deo deputati.

Licèt autem maximè ſit controverſum, an appellatione Clericorum veniant etiam Prælati, & in dignitate conſtituti? In quo inter materiam favorabilem, & odioſam diſtingui ſolet, ut per Abb. *in cap. bonæ, il 1. notab. 1. de poſtulat. Prælator.* ſequitur Sylveſt. *in ſumma, verb. Clericus, num. 2.* Sanctarel. *var. reſol. lib. 1. quæſt. 38. num. 10.* ego ipſe *de appell. verborum utriuſque iuris ſignificat. appell. 51. n. 3. in fine,* notant ſcribentes per text. *in cap. quia periculoſum, de ſentent. excommun. lib. 6. & in cap. Inquiſitores, de hæretic. eodem lib. juncta regul. text. in cap. ſtatutum, de elect. eod. lib.* ubi in ſpecie Ioan. Andr. in propoſito; tamen omnes indiſtinctè comprehenduntur, dummodo ſint Canonici, prout Epiſcopus, & quivis alius in dignitate conſtitutus eſſe poteſt, argument. text. *in cap. à collatione, de appell. lib. 6.* Ego ipſe *d. appell. 51. num. 4.* 6

Sic etiam licèt multoties ex materia ſubjecta appellatione Clericorum ſolùm veniat Sacerdos, ut patet ex *cap. is cui de non ſacerdotali, de præbend. lib. 6.* & etiam quoties agitur de ſacramentali abſolutione impendenda, vel corpus Chriſti conficiendo, quæ miniſteria ſolis competunt Presbyteris; licèt etiam alibi appellatione Clerici non veniant in minoribus Ordinibus conſtituti, niſi habitum Clericalem deferentes, vel beneficium habeant, vel ſervitio alicujus Eccleſiæ de licentia Epiſcopi fuerint deputati, Concil. Trident. *ſeſſ. 23. de reformat. cap. 6.* Navar. *conſil. 17. num. 2. de privileg.* attamen in noſtra ſpecie veniunt appellatione Clericorum quicumque, etiam in minoribus conſtituti, quinimò etiam prima tonſura tantummodò initiati. Primò, quia hi omnes in dubio, niſi materia ſubjecta, vel diſpoſitio aliud declaret, appellatione Clericorum continentur, ut ex Abb. Decian. Roland. & multis aliis veram, & communem dicit Gabr. *commun. opin. lib. 9. ſub tit. de verborum ſignificat. num. 40.* Ego ipſe *dict. appellat. 51. num. 1.* Secundò conſtat hoc, quia hi omnes Clerici ſub nomine Clericalis Ordinis continentur, ut per Iſidor. *in d. cap. cleros, & in cap. perlectis, 25. diſt.* qui omnes verè & propriè Ordinis gradus ſunt dicendi, quia licèt prima Tonſura, ſicut & minores Ordines, characterem non imprimant, nec in verum Chriſti corpus tribuant poteſtatem, omnes tamen ex ordinatione Eccleſiæ miniſterium Eccleſiaſticum important, & prima Tonſura, ſicut & minores Ordines, habent ſe pro fundamento cæterorum in eum ſenſum, ut ex prædicta ordinatione Eccleſiæ nullus ad majores promoveatur abſque prævia prima Tonſura, argum. text. *in cap. 1. & per tot. de Cleric. per ſaltum prom.* tenet gloſſ. *magiſtra, verb. Pſal iſta, in d. cap. cleros,* per text. *ibi, & verb. Epiſcopus, in proœm. Sexti Decretal.* ubi plures citavi Doctores *num. 12. & de officio, & poteſt. Epiſcopi, part. 2. alleg. 2. n. 17.* Vltima tandem ratio deſumitur ex materia ſubjecta hujus tituli, ubi agitur de Clericis in Eccleſia Cathedrali, ſeu Collegiata beneficium obtinentibus, ratione cujus diſtributiones quotidianas percipiunt. Planè tam Clerici in minoribus, quàm etiam prima Tonſura initiati habiles ſunt ad prædicta beneficia, *cap. 1 cum ſeqq.* ubi notant Doctores, *60. diſt.* Rebuff. *in praxi, tit. de miſſ. in poſſeſ. col. 59. n. 15.* Panorm. *in cap. dudum 1. in fine, & in §. inferiora, cap. cùm in cunctis, de elect.* comprobant Concil. Trid. *ſeſſ. 23. de reform. cap. 6.* id quod procedit etiam quoad beneficia curata, dummodo tempore collationis beneficiarius attingat 25. ætatis annum, & intra annum à die pacificæ poſſeſſionis in Presbyteratus Ordinem promoveatur,

Sic etiam … 7

juxta text. *in cap. licèt canon, de elect. lib.6. cap. ſi eo tempore, de reſcript. eod. lib. cap. ſi pro Clericis, de præbend. eod. lib.*

8 *Non reſidentibus.*] Reſidentia generaliter ſumpta dupliciter conſideratur. Primò materialiter, prout videlicet importat tantummodò manſionem in loco, abſtrahendo à quocumque munere, ſeu exercitio, in quod eadem reſidentia ordinatur, ſicut videre eſt in eo, qui ratione domicilii tantùm reſidet, de qua *in c. quia nonnulli*, ibi, *reſidere in loco, hoc tit. cap. is qui 3. de ſepultur. lib.6.* Secundo modò dicitur reſidentia formaliter, prout importat manſionem in loco cum effectu, hoc eſt, cum exercitio muneris perſonalis, in quod ipſa reſidentia ordinatur, de qua *in d. cap. quia nonnulli, cap. conquerente, cap. relatum, & per tot. hunc tit. c. quia inordinata, de prabend.* Concil. Trid. *ſeſſ. 6. de reform. c.2. & ſeſſ. 23. de reform. c.1.* de qua reſidentia formaliter agit hic tit. ea verò definitur, ut ſit *aſſiſtentia perſonalis vera, vel ficta, cum exercitio Eccleſiaſtici mini-*
9 *ſterii in proprio beneficio.* Dixi, *aſſiſtentia perſonalis*, loco generis. Dixi, *vera, vel ficta*, ad comprehendendam utramque reſidentiæ ſpeciem, nempe illam, quæ realem præſentiam beneficiarii, & illam, quæ fictam tantùm, & juris cenſurâ inductam importat, prout contingit quando abſens à beneficio pro præſente reputatur, ſive abſolutè, etiamſi per alium non deſerviat, prout in tribus caſibus exceptis *in c. 1. hoc tit. lib. 6.* & in multis aliis; in quibus Canonici abſentes pro præſentibus reputantur, etiam quoad lucrandas diſtributiones quotidianas, quos refero *de offic. & poteſt. Epiſcopi, p. 3. alleg. 53. ex n. 155. uſque ad n. 178. & in collect. ad c. 1. hoc tit. lib. 6. ex n. 8.* & in aliis, ſi non quoad diſtributiones quotidianas, ſaltem quoad fructus groſſos, de quibus *in cap. ad audientiam, cap. de cætero, hoc tit. cap. licèt, de prabend. cap. cùm non deceat, de elect. in 6.* Vel etiam quando per Vicarium deſervit, prout in beneficiis Curatis, concurrente legitima cauſa, de qua *in cap. extirpandæ, §. qui verò, de prabend. lib. 6.* text. ſic intelligendus *in cap. de multa, in fine, eod. tit. in Decret. lib. 6.* text. opt. *in cap. cùm ex eo, de elect. lib. 6.* Patet etiam exemplum in beneficiis ſimplicibus, in quibus ex generali conſuetudine, non vera, & realis, ſed ficta reſidentia requiritur, ſi poteſt per œconomum, & ita per mercenarium miniſtrum deſervire.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopo non licet ſine licentia Papæ tranſire ad alium Epiſcopatum ipſum acceptando.*
2 *Epiſcopus religionem intrare non poteſt ſine Papæ licentia.*
3 *Invitus poteſt quis de una Eccleſia ad aliam transferri.*
4 *Epiſcopatus quando abſque peccato appeti poteſt, oſtenditur.*
5 *Argumentum à communiter accidentibus validum eſt.*

CAP. Non liceat I.

Ex Concil. Sardicen.

1 EPiſcopo nulli ſine licentia Papæ licet tranſire ex ſuo Epiſcopatu ad alium acceptando, quia cùm nemo ſoleat tranſire ad minorem, præſumitur ambire majorem. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſt. Anchar. Butr. Henric. Panorm. Bald. Ioan. à Capiſtrano, Vivian. *in rationali lib. tertii iuris Pontif. pag. 29.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 366.* remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord, p. 1. & 2.* deſumitur ex Concil. Sardicen. *cap. 1.* refertur à Burchard. *lib. 1. Decret. c. 79.* & Ivo. *p. 5. cap. 185.* refertur ab Anton. Auguſt. *collect. 1. Decretal. lib. 3. tit. 4. cap. 1.*

Non liceat Epiſcopo, &c. Vnde ſine Papæ licentia Epiſcopus religionem intrare non poteſt, Menoch. *de arbitr. caſu 423.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib. 18. n. 377. verſ. poſtremò*; non eſt enim juſta cauſa reſignandi Epiſcopatum, ſi Epiſcopus velit ingredi religionem approbatam causâ mutandi ſtatum, & vitam, Maiol. *de irreg. lib. 3. c. 3. n. 11. in fine*, Flamin. *de reſign. benef. lib. 5. q. 3. n. 233.* Ego ipſe *de officio, & poteſt. Epiſc. p. 3. alleg. 53. n. 23. & 24.* Invitus tamen poteſt quis ex cauſa transferri de una Eccleſia ad aliam, ut per Rebuff. *in praxi, rubr. de reſcriptis, verſ. item data eſt poteſtas.* Flamin. *de reſign. lib. 3. q. 18. num. 14.* 2 3

Manifeſta eſt enim cauſa, &c.] Notatur ad hoc, quod Epiſcopus, qui mutando Sedem cupit ad meliorem, & opulentiorem Eccleſiam tranſire, præſumitur id ex ambitione, & improbitate facere, & debet utraque Eccleſia privari, ut poſt Alciat. reſolvit Menoch. *de præſumpt. lib. 5. præſumpt. 35. à princ.* Peccat igitur graviter ambiens alium Epiſcopatum, ad quem libera multorum beneficiorum collatio pertinebat, ut per ea poſſet cognatis, & familiaribus providere. Nav. *de oratione, miſcell. 42. n. 2.* Abſque tamen peccato etiam veniali poteſt appeti Epiſcopatus ab illo, qui eſt eo dignus, dummodò principaliter appeteretur ob honorem, & fructus ejus, ut conſulit idem Navar. *ſub tit. de ſent. excomm. conſ. 17. n. 7. in novis*, qui enim Epiſcopatum optat, non propter officii dignitatem, ſed propter annexum laborem, qui eſt ordinatus ad honorem Dei, & proximi ſalutem, bonum opus deſiderat, in quo ſenſu intelligendum eſſe Apoſt. *1. ad Timoth. 3.* aſſerunt D. Thom. *2. 2. quaſt. 185. art. 1.* Alphonſ. Alvarez Guerrero *in ſpeculo iuris Pontif. c. 4. poſt princ.* Azor. *inſtit. moral. p. 2. lib. 3. cap. 28. q. 2.* vide quoad hoc propoſitum quæ ex ſacra Scriptura, ſanctiſque Patribus adduco *in meo tractat. de offic. & poteſt. Epiſcop. p. 1. tit. 2. gloſſ. 1.* 4

Notatur etiam ad hoc, quod validum eſt argumentum à communiter accidentibus, Evetard. *in topicis legal. loco 56.* Pett. Andr. Gammar. *in Dialectica legali, lib. 1. loco 20.* Brunor. à Sole *in locis communibus, verb. Argumentum 1.* Card. Tuſch. *lit. A, concl. 493.* & plures relati *in libello de principiis utriuſque iuris, lit. A, num. 115.* 5

SVMMARIVM.

1 *Cardinalis qui in ſuo titulo non reſidet, deponitur.*
2 *Cardinalium officium eſt aſſiſtere Papæ, & apud illum in Curia reſidere, nec illinc diſcedere ſine eius licentia.*
3 *Cardinalatus eſt incompatibilis cum Epiſcopatu, niſi ſit ex illis ſeptem Epiſcopatibus Vrbi proximis.*
4 *Cardinalatus eſt beneficium.*
5 *Cardinalis non reſidens in Curia, Cardinalatu privatur præcedente admonitione.*

CAP. Ex geſtis II. *Leo III.*

CArdinalis, qui per quinquenniũ non reſidebat, & canonicè admonitus nõ ſe correxit, ſed adhuc in 1
alienis

alienis motabatur, fuit canonicè depoſitus à ſuo titulo parochiali. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Anania, Hoſtienſ. Henric. Anchar. Butr. Panorm Ioan. à Capiſtrano, Vivian. *in rationali lib. 3. iuris Pontif. pag.* 30. Alagona *in compendio iuris Canon. pag.* 367. remiſſivè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Anton. Auguſt. *collect. 1. Decret. lib. 3. tit. 4. c. 2.*

2 *Eo quòd parochiam ſuam*, &c.] Cùm Cardinalium officium ſit aſſiſtere Papæ, Flamin. *de reſignat. benef. lib. 2. quæſt. 1. num.* 34. *& lib. 7. quæſt. 12. num.* 14. & ob id pars corporis Papæ dicantur, Bellencin. *de charit. ſubſid. q. 66. n. 5.* Monet. *in tract. de decimis, q. 3. n.* 114. ideo tenentur apud eum in Curia reſidere. Flamin. *de reſignat. lib. 1. q. 10. n. 9.* Camil. Bortel. *in ſumma omnium deciſ. tit. 10. num.* 8. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. gloſſ.* 24. *num.* 123. & illinc diſcedere ſine eius licentia non poſſunt, Flamin. *d. quæſt. 10. num.* 27. Sanctarel. *var. reſol. lib. 1. quæſt. 2. num.* 8. Gonzal. *d. gloſſ. 24. num.* 124. ubi *num.* 128. id ampliat, etiamſi habeant Epiſcopatum, quod poſt Concil. Trident. *ſeſſ. 23. de reform. c. 1.* defendi non poſſe aſſerit Azor. *inſtit. moral. p. 2. lib. 4. c. 3. q. 3.*

3 Cardinalatus enim incompatibilis eſt cum Epiſcopatu; nam cùm Cardinales teneantur in Curia apud Summum Pont. reſidere, juxta ſupradicta, cúmque Epiſcopus teneatur in ſua diœceſi reſidere, ſequitur Cardinalatum incompatibilem eſſe cum Epiſcopatu, quia una, eadémque perſona non poteſt in pluribus locis naturaliter exiſtere, ita Abb. *in cap. bonæ memoriæ, il 1. num. 6. ſup. de poſtul. Prælat.* Sot. *de iuſtit. lib. 10. q. 3. art. 4.* Gom. *in procem. regul. Cancel. verſ. ex quo infertur, & in reg. de impetr. benef. vac. per obitum Card. quæſt.* 12. Cajet. 2. 2. *quæſt. 189 art. 5.* Valent. *tom. 3. diſp. 10. quæſt. 3. punct. 5. verſ. ſed quæres.* Gonzal *d. gloſſ. 21. n.* 138. Turrian. *in tract. de reſident. pag.* 45. Molſeſ. *tract. 6. cap. 11. n.* 36. Vaſq. *in opuſcul. de benef. cap. 4. §. 2. art. 1. dub. 2. num.* 191. *verſ. unde*, Sanctarel. *d. q. 2. n. 1.* Bonacin. *variar. tract. diſp. 5. de onere & obligatione beneficiat. punct. 5. num.* 8. reſoluentes etiam Cardinales, ſi habeant Epiſcopatum, non excuſari à reſidentia ex eo, quia ſunt Papæ ſecretarii, aut aliud officium in Romana Curia habent. Vnde munus Camerarii, aut Vicecancellarii non eſſe juſtam cauſam abſentiæ ab Epiſcopatu, tradunt Filliuc. *tract. 41. cap. 6. q. 6. n.* 29. Bonacin *ubi ſuprà, ſub n. 10. verſ. an verò.* Ego ipſe *de offic. & poteſt. Epiſcopi, p. 3. alleg. 43. num.* 11. niſi promoveatur ad illos ſex Epiſcopatus Vrbi proximos, qui ſolent optari per antiquiores Cardinales. Cùm enim ab illis parum diſtent Romæ reſidentes, & non ſolùm per Vicarios, verùm etiam aliquando per ſe ipſos negotiis propriæ Diœceſis operam navent, illamque aliquando viſitent, ipſorum abſentia non reputatur abſentia, ſaltem adeò perniciosa, ut Cardinalibus habentibus hujuſmodi Epiſcopatus non liceat in Romana Curia commorari, ita Bonac. *ubi ſuprà, n. 10. in princ.* Sanctarel. *d. q. 2. n. 5. in fine.*

4 *Canonicè eſt depoſitus.*] Ergo Cardinalatus eſt beneficium, ut per D. Barboſ. *in l. divortio, in princip. p. 2. n. 67. ff. ſoluto matrim.* Vnde poſſe Cardinalem non reſidentem in Curia Cardinalatu privari, præcedente admonitione, per hunc text. docent Abb. *hic, num.* 12. & Sanctarel. *d. q. 2. n. 9.* & Leo X. *in conſtit. edita in Concil. Lateranen. anno Domini* 1515. *incip. Superna*, præcipit, ut Cardinales omnes Romæ commorentur, & non obedientibus imponit pœnas, & Paul. IV. *conſtit.* 8. *incip. Cùm venerabiles*, ſcribit Cardinales, cùm in partem ſollicitudinis vocentur, debere aſſiſtere Rom. Pont.

SVMMARIVM.

1 *Dignitates plures, vel Eccleſiæ uni conferri non debent, & Eccleſia eſt conferenda illi, qui reſidere, & regere valeat per ſe ipſum, aliàs perdit Eccleſium, & donans conferendi poteſtate privatur.*

2 *Suſpenſi ſunt à collatione beneficiorum, qui dant beneficia Eccleſiaſtica, præſertim curata, perſonis indignis.*

3 *Beneficia omnia etiam ſimplicia de iure reſidentiam requirunt.*

4 *Epiſcopi, & alii Parochi curam animarum habentes, etiam de iure divino tenentur ad reſidentiam.*

5 *Dignitates duæ ſunt inter ſe incompatibiles.*

Cap. Quia nonnulli III.

Ex Concil. Lateran.

1 VNus non poteſt habere plures dignitates Eccleſiaſticas, vel plures Eccleſias Parochiales, & quando de Eccleſia, vel miniſterio Eccleſiaſtico eſt prouidendum, eligi debet perſona, quæ poſſit eligi in loco, & exercere curam per ſe ipſum, & ſi ſecus fiat, accipiens amittit beneficium, & qui dedit, priuatur poteſtate conferendi. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſt. Henric. Butr. Anchar. Panorm. Ioan. à Capiſtrano, Viuian. *in ration. libri 4. iuris Pontif. pag.* 30. Alagona *in compend iuris Canon. pag.* 367. remiſſiuè. Ximen. *in concord. part.* 1. deſumitur ex Concil. Lateran. ſub Alex. III. *cap.* 13. refertur ab Ant. Auguſt. *collect. 1. Decret. lib. 1. tit. 4. c. 3.*

2 Collige ex text. ſuſpenſos eſſe à collatione beneficiorum, qui dant beneficia Eccleſiaſtica, præſertim curata, perſonis indignis, quæ loco reſidere, & per ſe ipſas curam exercere non poſſunt, vt per Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib. 32. tract. 2. n.* 62.

3 *Quæ reſidere in loco*, &c.] Ergo beneficia omnia, etiam ſimplicia, de iure reſidentiam requirunt, *cap. vlt. de reſcript. lib.* 6. Gloſſ. *in extrauagant. execrabilis. de præb. Ioan. XXII.* Gig. *de penſionib. q.* 3. Nauar. *in man. c. 25. n.* 21. Valent. *tom. 3. diſp. 10. q. 3. puncto 5. verſ. ſecundò quæritur*, Sanctarel. *variar. reſol. lib. 1. q. 1. n.* 13. Hojed. *de incompat. benef. c. 17. num.* 24. Rebuff. *in praxi benefic. tit. de diſpenſat. de non reſidend. n.* 7. Bened. Capra *tom. 1. commun. opinion. lib 1. tit. 8. num. 1. pag.* 179. Petr. Greg. *de benefic. c.* 7. Azor. *inſtit. moral. p. 2. lib. 7. cap. 3. q. 1.* Flamin. *de reſignat. lib. 1. q. 10. à n. 66. & lib 5. q. 5. n. 2.* Zerol. *in praxi Epiſcop. p. 1. verbo priuatio, §. 4. verſ. tertiò.* Paul. Comitol. *reſponſ. moral. lib. 2. quæſt. 61. n. 3.* Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloſſ. 5. n. 80. & gloſſ. 15. n.* 26. Farin. *Rota deciſ. 12. in 1. collect.* Aloyſ. Ricc. *in prax. rerum fori Eccleſiaſt. deciſ. 364. n. 1. in 1. edit* Nicol. Garc. *de benefic. part. 5. cap. 2. à princip.* Camil. Bortel. *in ſumma omnium deciſ. tit. 20. n.* 158. Ex generali tamen conſuetudine beneficia ſimplicia reſidentiam non requirunt, vt teſtantur Flamin. Gonzal. & Nicol. Garc. pluresque ab illis citati dictis locis, Armendar. *in addit. ad recopil. legum Nauarræ, lib. 2. tit. 23. de reſidentia, ſub rub. an Canonici, vel alij habentes dignitatem teneantur reſidere in ſuis Eccleſiis, num. 202. & 203.* Sanctarel. *d. quæſt. 1. num.* 15. Rota *in Calaguritana beneficij de Arnedo, 22. Ianuarij.* 1622. coram Reuerendiſſimo P. Domino Merlino, *& in Alexandrina beneficij, 18. Aprilis* 1625. coram eod. & in dubio beneficium non cenſetur curatum, ſed ſimplex, Gonzal. *gloſſ. 6. n.* 91.

Nicol Garc.*p.1.c.6.n.8.* Card.Tuſch.*lit. B,concl....n.4.* Aloyſ.Ricc.*in collect. deciſ.p.5.collect.*1696. quos refero ego ipſe *de offic.& poteſt. Epiſcopi,p.3.alleg.53.n.69.* quibus addo Gregor. *deciſ.*89.*num.*1. *& deciſ.*108.*n.*2. Cavaler. *deciſ.*33. *n.*4. *deciſ.*315.*n.*3. *& deciſ.*517.*n.*8. Rot.*deciſ.*233.*n.*4.*p.*1.& *deciſ.*699. *ſub n.*3.*p.*2.*recent.* & *in R.pana beneficii*, 27. *Iunii* 1612. coram R. P. D. Merlino.& *in Alexandrina beneficii*,18. *Aprilis* 1625. coram eodem, & *in Beneventana beneficiorum*, 9. *Maii* 1625.coram R. P. D.meo Pirovano, obſervantes hujuſmodi qualitatem (quod ſcilicet ſit beneficium ſimplex) narratam in gratia,non eſſe juſtificandã, & contrarium aſſerenti incumbere onus probandi.

4 *Quod contra Canones accepit.*] Epiſcopi, & alii Paſtores, etiam Parochi curam animarum habentes,non ſolùm de jure Canonico, ſed etiam de jure divino,ac naturali tenentur ad reſidentiam, quia præcepto divino mandatum eſt omnibus, quibus animarum cura commiſſa eſt, oves ſuas cognoſcere, ut ait Concil. Trident.*ſeſſ.*23.*de reform.c.*1.& ideo ita tenent Cajet. 2.2.*q.*185. *art.*5. Carranza *de reſidentia Epiſcoporum, c.*2.Covar.*var.lib.*3.*c.*13.*n.*9.Navar.*in man.c.*35.*n.*121. Bottæ.*de Synodo, p.*3.*art.*1.*n.*150.Læl. Zech.*de munere Epiſcop.c.*5.*n.*5. Alphonſ. Alvarez Guerrero *in ſpeculo iuris Pontif.c.*9.*verſ. de reſidentia*,Azor. *d.lib.*7.*c.*4.*q.*1. Poſſevin. *de officio Curati,cap.*1.*num.*1. Melch Gallego *in tract.de parochorum obligatione tempore peſtis*, *p.*1. *diſp.*1.*à n.*46. Salzed.*ad Bernard.in pract.c.*54.*lit.A,in noviſſ.edit.*Paul. Comitol. *reſponſ. moral.lib.*1. *quæſt.*59. Sanch.*de Matrim.lib.*8. *diſp.*6. *n.*5. *& in præcepta Decalogi tom.*1.*lib.*4.*c.*37. *n.*15. Molfeſ. *in ſumma Theologiæ Moralis,tract.*6. *c.*11.*n.*13. Leſſ.*de iuſtit.lib.*2. *c.*34. *dub.*29.*n.*153.Nicol.Garc.*d.c.*2.*n.*16. Sanctarel.*variar. lib.*1.*q.*1.*à princip* Bonacin.*var.tract.diſp.*4.*de onere, & oblig.benefic. puncto* 3.*n.*2. Monet.*de commut.ultim. volunt.cap.*4.*num.*95.*&* 112. Valer. Reginald.*in praxi fori pœnit.lib.*30.*tract.*3.*n.*52. Ego ipſe *d.alleg.*53.*n.*2.

5 *Dignitates diverſas*,&c.] Ergo duæ dignitates ſunt inter ſe incompatibiles, ut per Flamin. *de reſignat. benefic lib.*3.*q.*1.*n.*105.

6 *Privetur.*] Per ſententiam, prout intelligit Azor. *d.lib.*7.*c.*6.*q.*4.

SVMMARIVM.

1 *Præſentatus ad Eccleſiam,non confirmatus, ſi apparet quod nolit reſidere, non debet reſtitui per ſuperiorem: confirmatus autem,& ex non iuſta cauſa non reſidens,privatur appellatione remota.*

2 *Verba accipienda ſunt cum effectu*,& n.3.

4 *Licentia,quam Concil. Trident. exigit in beneficiatis ad ſe abſentandum,peti, & obtineri debet, & mortuo Epiſcopo concedente non expirat.*

5 *Licentia Epiſcopi in duobus menſibus à Concil.Trid. conceſſis ad ſe abſentandum, an requiratur oſtenditur.*

6 *Prælati inferiores habentes iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, & Capitulum Sede vacante poſſunt licentiam beneficiatis concedere ad ſe abſentandum.*

7 *Licentia Prælati requiritur, ut beneficiati ratione ſtudii ſe abſentare poſſint.*

8 *Peſtis ſi in loco beneficii vigeat, beneficiatus à reſidentia excuſatur.*

9 *Inimicitiis durantibus poteſt Epiſcopus licentiam concedere beneficiato, ut in alio viciniori, & tutiori loco manere poſſit.*

Cap. Relatum IV.

Alex. III.

PRæſentatus ad Eccleſias, vel ad beneficia, ſi poſſit reſidere,& nolit, non eſt admittendus, & admiſſus eſt removendus, non obſtante appellatione, niſi abſit de licentia ſuperioris ob ſtudium, vel ob honeſtas cauſas.Colligunt ex Ordin.Abb.antiq Innoc.Collect. Zabar. Bellam. Ioan.Andr, Imola, Anania, Hoſtienſ. Henric.Anchar.Butr. Panorm.Bald.Ioan. à Capiſtrano, Viu.*in rationali libri tertii iuris Pontificii*, *pag.*31. Alagona *in compendio iuris Canon. pag.*367. remiſſivè Ximen. *in concord.part.*1. *&* 2. refertur ab Ant. Auguſt. *collect.*1. *Decretal.lib.*3.*tit.*4.*cap.*4. & eſt poſt Concil. Lateran.ſub Alex. III. *part.*15.*c.*1. 1

Verba accipienda ſint cum effectu.] De hoc principio vide Galetum *in margarita caſuum conſcientiæ, verbo verba*, Cardoſ.*in praxi iudicum, eodem verbo, num.*5. Card.Tuſch.*tom.*8.*lit.V,concl.*90.Thom.deThomaſſetis *in floribus legum,regul.*304. & alios plures relatos *in libello de principiis utriuſque iuris,lit.V,n.*10. 2

Niſi fortè de licentia ſuorum Prælatorum,&c.] Novè Concil.Trid.*ſeſſ.*23.*de reformat.cap.*1.*propè fin.* prohibet ne curati inferiores, & alii quicumque,qui beneficium aliquod Eccleſiaſticum curam animarum habens obtineant,diſcedendi licentiam in ſcriptis,gratiſque concedendam ultra bimeſtre tempus,niſi ex gravi cauſa obtineant. 3

Licentia, quam text. *in præſenti*, & Concil. Trid. exigit, debet peti, & obtineri, per ea quæ Chaſſan. *in conſuet. Burgund.fol.*85.*n.*11.*cum ſeqq.* Cald.Pereira *de reſol. emphyt. cap.*11.*num.*14. & in terminis reſolvunt Molfeſ.*in ſumm.tract.*6.*c.*11.*n.*26. Bonac.*variar.tract. diſp.*5.*puncto* 4.*num.*13. Rot.*in Calaguritana fructuum*, 26. *Maii* 1614. coram bonæ memoriæ Vbaldo Et debet præcedere,& in ſcriptis accipi, Menoch.*conſ.*188. *n.*7.*&* 9.Navar. *in hoc tit.conſil.*13.*n.*6. Cald.Pereira *d. c.*11.*n.*14.Bonacin.*d.punct.*4.*num.*12.expreſſa ſcilicet, Nicol Garc.*de benefic. p.*3.*c.*2.*n.*5.Armendar. *in addit. ad recop.legum Navarræ,lib.*2.*tit.*23.*l.*2.*§.*2.*de reſidentia,vel abſentia parochorum,num.*164 quæ quidem mortuo Epiſcopo, ſeu concedente non expirat, Navar. *in cap.placuit,n.*161.*&* 163.*de pœnitent.diſt.*6. *& in tract. de redditib. Eccleſiaſt.q.*3.*monitu* 8.*num.*4. Gutiter.*pract. lib.*2.*q.*75. Cened.*ad Sextum,collect.*1.*num.*2.Perez *l.*2. *verbo ſean firmes,tit.*2.*lib.*2. *Ordinam,pag.*119. Fr. Emman.*quæſt. Regul. tom.*2.*q.*46.*art.*7. Gonzal. *ad reg.*8. *Cancel.gloſſ.*12. *in princ.num.*31. Henriq. *in ſumm.lib.*7. *c.*21.*§.*6. D.Barboſ.*in l.divortio*, *§.in anno,n.*10. *ff.ſoluto matrim.*Cald.Pereira *de reſolut. emphyt.cap.*15.*num.*32. *&* 36 Sanch.*de Matrim.lib.*8.*diſp.*28.*à num.*71. Paul. Comit.*reſponſ.moral.lib.*1.*q.*108. 4

Quæſtio eſt controverſa, an in duobus menſibus à Concil.Trident conceſſis licentia Epiſcopi requiratur? In qua illa verior eſt opinio, quæ tenet etiam pro his duobus menſibus licentiam Epiſcopi eſſe requirendam; nam parochus diſcedere non debet, niſi cauſa cognita,& probata ab Epiſcopo,ac licentia in ſcriptis, & gratis concedenda,ut ait Concil.Trident.*d.cap.*1 & cenſuit Sacra Congreg.apud Nicol. Garc.*d.c.*2.*n.*23.*in* 1.*declar.& part.*9.*cap.*2.*n.*259.*in* 2.*dub.*Armend.*d.loco num.*155.qui tenent valere conſtitutionem Epiſcopi,ne parochi poſſint abeſſe ultra duos dies ſine licentia, quare ita tenent Vgolin.*de officio Epiſcopi,cap.*15.*§.*5. *n.*5. Leſſ.*de iuſt.lib.*2.*c.*34.*dub* 29.*n.*159. Poſſev.*de offic. Curati,c.*1.*n.*11.Sanch.*de Matr.lib.*3.*diſp.*11.*n.*11.*verſ. hoc autem*, Filliuc.*p.*3. *tract.*41.*c.*6.*n.*26. Vaſq.*in opuſc.* 5

de

de benef. c.4.§.3.art.1. dub.3.num.149.& art.2.dub.3. num. 188. Quicquid contrarium, imò in his duobus menſibus licentiam Epiſcopi non requiri, teneant Nauar. *in man.c.25.n.121.* Azot. *inſtit moral. p.2.lib.7. c.4. q.9. & 19.* Franc. Leo *in theſauro fori Eccleſ. p.3. c.1. num. 19. & 21.* Bonac. *var. tract. diſp.5.puncto 4. num.9.*

6 *Suorum Prælatorum.*] Etiam inferiorum habentium iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, Azor. *lib. 7. c.5. q. 4.* Flores de Mena *var.lib.3.q.24.n.19.* Vel Capituli Sede vacante, Zerol. *in praxi Epiſcop. p.1.verbo Capitulum, §.2.* Azor. *d.c.5.q.5.* Filliuc. *d. c. 6. q.6. n.30.*

7 *Vel ſtudio literarum.*] Notatur ad hoc, quod ad abſentiam ratione ſtudij requiritur licentia Prælati, ne indociles & inepti ſe conferant ad ſtudia, & multitudo nimia id faceret, vt per gloſſ. *hic, verbo Prælatorum,* Flores de Mena *d.q. 23.n.19.* Boër. *deciſ.17.n.13.* Selv. *de benef.p.4.q.6. caſu 11. & q. 7.n.29.verſ.171.* Horat.Luc. *de priuil. ſchol. priuil. 99.* quos refero ego ipſe *de offic.& poteſt.Epiſcop.p.3 alleg. 56. n.28.* & alij plures, quos refert, licèt non ſequatur, Nicol. Garc. *d.c.2.n.88.* vbi *n.89.* pariter aduertit, alternatiuam ſupradictam, vel ſtudio literarum, non poni reſpectu licentiæ, ſed reſpectu aliarum honeſtarum cauſarum, & *n.92.* aſſerit, non obſtare text. *in cap. vlt.de magiſtr.* ibi, *de licentia Sedis Apoſt.* quatenus videtur eam licentiam dare, ita vt habeatur, non ampliùs requirenda ſit à Prælatis, cùm loquatur de licentia quoad perceptionem fructuum, & abſentia ratione ſtudij, ex verbis text. ibi, *percipiant de licentia Sedis Apoſt. prouentus præbendarum,* &c. nam ad abſentiam ipſam debet præcedere licentia Prælati, vt probat text. *in præſenti.* Quæ quidem ſententia, ac ad hoſce textus conciliatio valde probabilis eſt, quamvis ipſe Nicol. Garc. *eod.c.2.n.94.* Azor. *inſtit. moral p.2.lib.7.c.4.q.3. verſ.2. & c. 5.q. 1.* Leſſ. *de iuſtit lib.2. cap.34.dub. 19. n.163. verſ.ſecundo.* Nauar. *in man.c.25.à n.121.* nouiſſimè Sanctarel. *var. reſol.lib. 1.q.3.n.21.* veriùs putent ad abſentiam ratione ſtudij requiri licentiam non ſolùm in docentibus, ſed etiam in ſtudentibus, per text. *in d.cap. vlt.* quod cum ſit Honorij III. aſſerunt corrigere poſterius Alex. III. *in præſenti.* Verùm quicquid in hac controuerſia, de qua latè Monet. *de diſtribut. quotid. p.2. q.10.à n.7.* Sacra Congreg. cenſuit obtinentibus parochiales Eccleſias poſt, Concilium Trid. ſtudendi licentiam, atque in abſentia ſtudiorum cauſa fructus percipiendi non dari, vt referunt Proſp. de Aug. *in addit.ad Quarant.in ſumm. Bullarij, verbo reſidentia, verſ. limita.* Aloyſ. Ricc. *in collect.deciſ.p.3. collect. 563. in med. & praxi rerum fori Eccleſ. deciſ. 502. in fine, & deciſ. 364. in 1. edit.aliàs reſol. 393. in fin.in 2. edit.* Henriq. *conſ. 23.n.4.* Ego ipſe *d p.3.allegat. 53. n.77. & alleg. 56. n.5.* me citato Sanctarel. *d. q.3. n.25.* Nicol. Garc. *d.c.2.n.81.declar.4* Quoad alia verò beneficia non curata, ſed reſidentiam requirentia obtinentes, certum eſt teneri Ordinarium dare licentiam abſentibus ratione ſtudij, dummodo id ſtatus Eccleſiæ patiatur, & in publico, celebrique gymnaſio Theologiæ, vel ſacris Canonibus ſtudeant, & minores ſint triginta annis, prout deciſum referunt Nicol. Garc. *d.c.2. n.92. & 86.* Armend. *in addit.ad recopil.legum Nauarræ, lib. 1. tit. 23.l.2.§.2.de abſentia, n.121.* quos refero ego ipſe *de offic. & poteſt.Epiſcop. p.3.alleg.56.n.29.* me citato Sanctarel. *d.q.3.n.23.* quæ quidem licentia non ſuffragatur vltra quinquennium à die, quo cœpit ſtudere, vt probat *d.cap.vlt.* Garc. *d. c.2. n. 105.* Monet. *de diſtribut.quotid. q. 10. num.14.* Armendar. *d.loco, n.99. & 102.* Ego ipſe *d. alleg.55. n. 11.* me citato Sanctarel. *d.q. 3.n.27.* Cætera, quæ ad hanc materiam deſiderari poſſunt, vide *d. alleg. 56.* & aliqua ad *cap. vltim.* & apud Sanctarel. *d. quæſt. 3. num.21.*

Vel pro aliis honeſtis cauſis.] Qualis erit ſi in eo loco beneficij vigeat peſtis. Afflict. *deciſ. 289. n.26.& 27.* Zerol. *in praxi Epiſc.p.1.verbo priuati, §.1.* Fr.Emman. *quæſt. Regul. tom.1.q. 31.a.3.& 4.* Camil. Borrel. *in ſumma omn. deciſ. tit. 10. à n.36.* Monet. *de diſtribut.quotid. p. 2. c.5.à n.75.* me citato Bonac. *var.tract.diſp.5.puncto 5. n. 3.* Vel ſi in Eccleſia habeat inimicos, nam inimicitiis durantibus poteſt Epiſcopus, cognito priùs an ſint veræ, & graues, & abſque parochi culpa, ei licentiam concedere, vt in alio viciniori, & tutiori loco manere poſſit, ac à ſuo beneficio per annum abeſſe, poſito tamen in illo per Epiſcopum idoneo Vicario, ſeu œconomo, cum congruenti mercede ex eius fructibus illi aſſignata, ita deciſum à ſacra Congreg. fuiſſe referunt Salzed. *ad Bernard.in pract. c. 53. lit.* .. Galer. *in margarita caſuum conſcient. verbo reſidentia,* Aloyſ.Ricc. *in praxi fori Eccleſ. reſol.643. in 2.edit.* Bonacin. *var. tract.diſp.5. puncto 5.n.2.* Armend. *in addit. ad recop. legum.Nauarræ,lib.1.tit.18.l.7. de Epiſcopis, à n.182.* Zerol. *in praxi Epiſcop.p.1 verbo priuatio, §.4. dub. 1.* vbi aduertit quod ſi intra annum inimicitiæ non extinguantur, & curatus, ſeu beneficiatus fuerit in culpa tam cauſandatum inimicitiarum; quàm non extinctionis earum, priuari poteſt; ſi verò inimicitiæ creſcant ſine parochi culpa, alius annus dari poteſt, Armend. *d.loco, n.134.* quem refero ego ipſe *d.p. , alleg. 53.n.89.* Ratione verò infirmitatis non poteſt parochus à loco, vbi ſita eſt Eccleſia parochialis, ſe abſtinere, quamvis eſſet ei datus coadjutor, Garc. *d c.2. n.179.* Armend. *d.loco, n.129.* niſi ibi defectu medicorum, & medicinarum curari non valeat, quia non poteſt ab Ordinario ei dari dilatio trium, aut quatuor menſium, vt in locis vicinioribus maneat ſanitatis cauſa, interea ab ipſo Ordinario in parochiali idoneo Vicario cum congrua portione ex redditibus parochialis conſtituto, Garc. *d.c 2 n.179. in 4. declar.* Armend. *d. loco, n. 132.* Honeſtæ etiam quoad hunc effectum cauſæ ſunt enumeratæ in Conc. Trid. *ſeſſ. 23.de reform. cap. 1.* quod de Epiſcopis loquitur, videlicet Chriſtiana charitas, vrgens neceſſitas, euidens Reip. vtilitas, euidens Eccleſiæ vtilitas, & debita obedientia, quas ſigillatim explicaui *d. alleg. 53.num.6. cum ſeqq.* & tractant Molfeſ. *in ſum.moralis Theologiæ, tract. 6.c. 11. n.29.cum ſeqq.* Sanctarel. *var.reſol.lib. 1.q.3.n.1. cum ſeqq.* 8

Vel patrocinari debet eis appellationis diffugium.] 9
Vide Salgado *de protect. Regia, tom. 1.p.2.cap.15.ex num.8.*

Si contra huiuſmodi intentionem decreti fuerit interiectum.] Notatur ad hoc, quod appellatio emiſſa ab eo, quod fit ſecundùm iuris decreta, & determinationem, non ſuſpendit. vt per Maranr. *de ordine iudic. p.6.tit.de appell.n.345.* Guttier. *conſ.10.n.21.* Salgado *d. tom.1.p.3.c.6.ex n.1.* 10

SVMMARIVM.

1 *Clericus alterius diœceſis non debet recipi ſine literis commendatitiis proprij Epiſcopi*, & n.2.

3 *Commendatitiæ literæ dantur presbytero peregrinari volenti, vt liceat in aliena diœceſi celebrare.*

4 *Commendatitiæ ei literæ obtinendæ ſunt ab eo, qui petentis Clerici Ordinarius fuerit.*

Cap. Fraternitati V.

1 CLericus alterius diœceſis non debet recipi ſine literis commendatiriis proprij Epiſcopi. Colligunt ex Ordin Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſt. Anch Burr. Henric. Panorm. Ioan. à Capiſtrano, Viu. *in ration. libri; 3. iuris Pontif. pag.* 32. Alagona. *in compend. iuris Canonic. pag.* 367. remiſſiuè Ximen. *in concor. p.* 1. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 2. *Decret. lib.* 3. *tit.* 3. *c.* 1.

2 Hanc eandem concl. ex hoc text. deſumunt Marc. Anton. Genuenſ. *in praxi Archiep. Neapol. c.* 40. *n.* 1. & aliis, quos ego ipſe refero ad *c* 3. *n.* 2. *de Clericis peregrinis, pag.* 211. & faciunt quæ dixi *de offic. & poteſt. Epiſc. p.* 2. *alleg.* 21. *per totam*, & nouè Concil. Trid. *ſeſſ.* 23. *de reform. c.* 16. *verſ. nullus*, iubet nullum clericum peregrinum ſine commendatiriis ſui Ordinarij literis ab vllo Epiſcopo ad Diuina celebranda, & Sacramenta adminiſtranda eſſe admittendum, & *ſeſſ.* 22. *in decreto de obſeru. & vit. in celebrat. Miſſæ*, ſtatuit vt Epiſcopi in ſuis diœceſibus interdicant, ne cui vago, & ignoto Sacerdori Miſſas celebrare liceat, refert Azor. *inſtit. moral. p.* 1. *lib.* 12. *c.* 18. *q.* 9.

Abſque commendatitiis literis.] Quæ dantur Presby-
3 tero peregrinari volenti, ut ei liceat in aliena diœceſi celebrare, vt per Rebuff. *in praxi benef. tit. dimiſſoriarum literarum, n.* 45. Azor. *inſtit moralium, p.* 2. *lib.* 3. *cap.* 49. *quæſt.* 1. & obtinendæ ſunt ab eo, qui
4 petentis Clerici Ordinarius fuerit, prout deciſum refert Armend. *in addit. ad recop. legum Nauarræ, lib.* 1. *tit.* 18. *l.* 7. *de Epiſcopis, n.* 56. *& n.* 63. pariter deciſum à ſacra Congreg. atteſtatur illas denegandas non eſſe ab Epiſcopo Sacerdotibus, & Clericis, qui non habent beneficia in titulum reſidentiam requirentia, quod quidem ita in cauſa propria obtinuiſſe dicit Campanil. *in diverſorio iuris Canon. rub.* 9. *cap.* 6. *n.* 4. & in facti contingentia ſic reſpondiſſe aſſerit Aloyſ. Ricc. *in praxi fori Eccleſiaſt. deciſ.* 598. 1. *edit. & reſol.* 524. *in* 2. *edit.* quos refero ego ipſe *d. alleg.* 21. *n.* 4. *&* 5. vbi *n.* 8. cum multis *ibi* citatis reſoluo poſſe Epiſcopum prohiberi, ne exteri Sacerdotes celebrent in Eccleſiis Regularium, niſi prius ab ipſo Epiſcopo, viſis literis commendatitiis, ipſi Sacerdotes admiſſi fuerint.

SVMMARIVM.

1 *Non reſidens in beneficio, etiam modicæ æſtimationis, illo priuatur.*

2 *Beneficium etiam modicæ æſtimationis requirit reſidentiam.*

3 *Penſio quando conceditur ad particulare commodum alicuius ſuper fructibus alicuius Eccleſiæ, dicitur beneficium.*

4 *Beneficium ſimplicia habens ſufficientia, ſi alia poſtea obtineat, an vacet primum, an verò ſecundum ipſo iure, remiſſiuè.*

Cap. Conquerente VI.

1 QVi non reſidet in beneficio, etiam modicæ æſtimationis, illo priuatur. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Ananias, Hoſtienſ. Henric. Burr. Anchar. Panorm. Ioan. à Capiſtrano, Viuian. *in rationali libri tertij iuris Pontif pag.* 33. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 368. remiſſiuè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Ant. Auguſt. *collect.* 2. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 3. *cap.* 2.

2 Collige ex text. Beneficium, etiam modicæ æſtimationis, requirere reſidentiam, vt per Rebuff. *in tract. nominat. q.* 9. *n.* 27. Valer. Reginal. *d. in praxi fori pœnit. lib.* 3. *tract.* 3. *n.* 94. *verſ. ſi objicias*, quos refero ego ipſe *de offic. & poteſt. Epiſcop. p.* 3. *alleg.* 53. *n.* 70.

3 *Pro quo Eccleſia ſua*, &c] Notatur ad hoc, quod quando penſio conceditur ad particulare commodum alicuius ſuper fructibus alicujus Eccleſiæ, dicitur beneficium Eccleſiaſticum, vt per Cou. *pract. c.* 36. *n.* 10. *verſ. quartò*. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloſſ.* 5. §. 5. *n.* 42.

4 *Quod dictus G, habeat Eccleſiaſtica*, &c.] Vtrum autem habens beneficia ſimplicia ſufficientia, ſi alia poſtea obtineat, vacet primum, aut ſecundum ipſo iure, vide Gonzal *ad reg.* 8. *Cancel. gloſſ.* 15. *n.* 26. Monet. *de optione canon. c.* 6. *n.* 73. vbi reſoluit, non ideo vacare ipſo iure, aut primum, aut ſecundum, & reſpondet ad text. *in præſenti*, in quo mandat Papa Epiſcopo, vt, ſi ei conſtiterit illum G. Clericum habere Eccleſiaſtica beneficia ſibi ſufficientia, eidem ſuper alio beneficio, quod ſibi collatum aſſerebat, ſilentium, ſublato impedimento appellationis imponeret, atque ideo ſaltem illum priuet, vt ſcilicet ſic decidat, quia haberet non vnum beneficium ſufficiens, ſed plura ſufficientia, vt loquitur text. vel ideo, quia eius adverſarius habebat titulum & poſſeſſionem, ipſe verò non poſſeſſionem habebat, nec de titulo docuerat, ſed ſolùm eum aſſerebat; vel denique admittimus poſſe habentem plura beneficia ſufficientia, eorum altero, vel ſi iam vnum ſufficiens habebat, altero poſtea obtento etiam non ſufficiente priuari, vt ſentit Gonzal. *d. num.* 26. Sacra Congreg. Concil. *ſuper cap.* 17. *ſeſſ.* 24. *de reform.* cenſuit, ſi Ordinarius conferat tertium beneficium habenti duo beneficia ſimplicia, aliàs ad ſuſtentationem inſufficientia, collationem tertij eſſe validam; ſed ſi tertium ſit ſufficiens, vacare illa duo priora beneficia; ſin minus, teneri prouiſum dimittere alterum ex illis, & ſi continuauerit poſſeſſionem amborum, recipiendo ex eis fructus, vtrumque beneficium vacare, prout referunt Nicol. Garc. *de benef. p.* 5. *c.* 5. *n.* 310. *in* 1. *&* 2. *dub* Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ, lib.* 4. *tit.* 7. *num.* 37. *dub.* 1. *&* 2. Et cùm diſputaret in eadem S. Congreg. ſi Epiſcopus conferat tertium beneficium ſimplex, & inſufficiens habenti iam pariter duo ſimplicia ſimpliciter inſufficientia, an vacet primum, vel eorum vltimum? cenſuit vacare primum, *die* 13. *Nouembr.* 1627.

SVMMARIVM.

1 *Abſentes in ſeruitio Epiſcopi fructus præbendarum ſuarum, non verò diſtributiones quotidianas percipere poſſunt*, & n. 2.

3 *Rectorem Eccleſiæ parochialis non poteſt Epiſcopus ab illius ſeruitio extrahere, & illum occupare in ſuo.*

4 *Canonici ſoli, tam Eccleſiarum Cathedralium, quàm Collegiatarum, etiam habentes præbendam doctoralem, non autem alij Clerici gaudent priuilegio vt abſentes pro ſervitio Epiſcopi poſſint percipere fructus ſuorum beneficiorum.*

5 *Prælati etiam inferiores, ſi ſubditos ſuos ad ſervitium ſuum aduocaverint, non amittunt ipſi ſubditi fructus ſuorum beneficiorum: idem in legato quoad prouinciam ſuam.*

7 *Diſtributiones quotidianæ quare, & quibus locis victualia nuncupentur, remiſſiuè.*

8. *Cano*

8 *Canonicatus quando conſiſtunt in ſolis diſtributionibus quotidianis, Canonici in ſervitio Epiſcopi abſentes tunc eas lucrantur, deducta tertia parte, quæ ſervientibus accreſcit.*

Cap. De cætero VII.

1 ABſentes in ſervitio Epiſcopi fructus præbendarum ſuarum, non tamen diſtributiones quotidianas, quæ victualia nuncupantur, percipere poſſunt. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Anania, Hoſtienſ. Henric. Butr. Anchar. Panorm. Ioan. à Capiſtrano, Vivian. *in rationali libri tertii juris Pontificii, pag.* 54. Alagona *in compendio juris Canonici, pag.*668. remiſſivè Ximen. *in concordant. part.*1. *&* 2. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.*1. *Decretal. lib.*3. *ſub tit. de præbend. c.*4.

2 Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſumunt Navat. *conſ.*11. *ſub hoc tit.* Gonzal. Mendez de Cabedo *diverſ. iuris argum. lib.*1. *c.*10. *n.*19. *&* 21. Gonzal. *ad reg.*8. *Cancel.* §.7. *prooem. n.*183. Cabed. *Luſit. dec.*94. *p.*1. Steph. Gratian. *diſcept. forenſ. c.*166. *n.*20. Nicol. Garc. *de benef. p.*3. *c.*2. *à n.*345. ubi probat per Concil. Trident. non eſſe derogatum diſpoſitioni hujus text. latè Monet. *de diſtribut. quotid. p.*2. *q.*8. Zerol. *in prax. Epiſc. p.* 1. *verb. Capitulum*, §.9. Steph. Quarant. *in ſum. Bullarii, verb. Reſidentia*, Azor. *inſtit. moral. p.*2. *lib.*7. *c.*4. *q.*3. *verſ. ſexta cauſa*, Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.*30. *tract.* 3. *n.*54. *verſ. quinta*, quorum aliqui referunt Epiſcopum potuiſſe duos Canonicos eligere, qui dum in ejus ſervitio commorarentur, pro præſentibus quoad fructus præbendarum acquirendos haberentur: hodie tamen, ut piè advertit Steph. Gratian. *d. n.*20. jam non poterit Epiſcopus Canonicos ab Eccleſia extrahere pro ſuo ſervitio, inſpecta ubertate redituum Epiſcopatus, & multitudine peritorum, quibus commodè in ſuo ſervitio uti poſſunt.

3 *Ne Canonic.*] Ergo de Canonicis tantùm loquitur, ut advertit Cened. *pract. & canonicarum quæſt. lib.*1. *q.*1. *n.*35. Rectorem igitur Eccleſiæ Parochialis non poteſt Epiſcopus ab illius ſervitio extrahere, & illum occupare in ſuo, vel Eccleſiæ Cathedralis ſervitio, ut ſcilicet exerceat officium Vicarii, viſitatoris, vel ſecretarii, ſeu in alio miniſterio occupetur, prout à ſacra Congregatione deciſum fuiſſe referunt Gonzal. *ad reg.*8. *Cancel. gloſſ.*6. *n.*258. & Steph. Quarant. *d. verb. Reſidentia*, ubi tamen reſolvit Epiſcopum poſſe dipenſare, ſi alterum duorum concurrat, vel utilitas in ſpecie illius Eccleſiæ, de cujus fructibus lucrandis quæritur, vel urgens neceſſitas ipſius Epiſcopi.

4 Cùm text. hic in præcitatis verbis abſolutè de Canonicis loquatur, intelligendus neceſſariò eſt non ſolùm de Canonicis Eccleſiæ Cathedralis, ſed Eccleſiarum collegiatarum civitatis, vel Diœceſis, ut per Monet. *d. q.*8. *n.*6. ubi advertit *in c. ad audientiam, infr. hoc tit.* ſermonem duntaxat habitum fuiſſe de Canonicis Eccleſiæ Cathedralis, quia caſus de illis Pontifici propoſitus fuit, & nullum quidem verbum ibi adeſt, ex quo colligi poſſit cæterarum collegiatarum Canonicos excludi: unde etiam colligitur, ſolos Canonicos, non autem alios Clericos gaudere hoc privilegio, ut abſentes pro ſervitio Epiſcopi poſſint percipere fructus ſuorum beneficiorum, Monet. *d. q.*8. *n.*8. Gonzal. *ad reg.*8. *Cancel. gloſſ.*6. *à n.*261. noviſſimè Sanctarel. *var. reſol. lib.*1. *q.*3. *n.*38. & ideò non comprehenduntur manſionarii, quos aſſiſios vocant, quia hi Canonicorum nomine non veniunt, Gonzal. *d. gloſſ.*6. *n.*261. *&* 263. Nicol. Garc. *de benef. p.*3. *c.*2. *n.*370. *cum ſeqq.* niſi concurrat Epiſcopi diſpenſatio, & neceſſitas, vel ſpecialis, & evidens Eccleſiæ utilitas, ut declarat idem Garc. *eod. cap.*2. *n.*369. *&* 372. ubi *n.*277. *& ſeq.* reſolvit, quod ubi portionarii eſſent de Capitulo (proſunt in aliquibus Hiſpaniæ Eccleſiis) in eis procederet text. *in præſenti, & in d. cap. ad audientiam*, ſicut in Canonicis. Pariter id procedit etiam in Canonicis habentibus præbendam doctoralem, & magiſtralem, Gonzal. *d. gloſſ.*6. *n.*257. Nicol. Garc. *d. cap.*2. *n.*365. Monet. *d. q.*8. *n.*5. limitantes niſi ſequatur magnum damnum Eccleſiæ.

5 *Donec in ſervitio tuo fuerint.*] Cùm in his verbis text. generaliter loquatur, nec appareat cui loquatur, dicendum mihi videtur ejus diſpoſitionem habere locum in Prælatis inferioribus reſpectu ſuorum ſubditorum, ut per Abb. *hic, n.*3. Navar. *conſ.*1. *ſub hoc tit.* Nicol. Garc. *d. cap.*2. *n.*381. Idem in Legato quantum ad Provinciam ſuam, & in Archiepiſcopis quoad Clericos ſuæ Diœceſis, non autem ſuffraganeorum, ita tenent Nicol. Garc. *d. c.*2. *n.*382. & Monet. *d. cap.*8. *à n.*9. qui plures alios referunt.

6 *Quod de communitatis*, &c.] Comprehenduntur præbendæ illæ, quæ non ſunt diſtinctæ, ſeu etiam groſſi illi fructus, qui loco præbendarum, vel etiam ultra præbendas, diſtincti tamen à quotidianis diſtributionibus, tribuuntur præſentibus, ſeu reſidentibus, non autem divinis Officiis intereſſentibus, ac quotidianum miniſterium exhibentibus, ut advertit Monet. *d. q.*8. *n.*8.

7 *Niſi fortè ſint victualia.*] Quare, & quibus in locis diſtributiones quotidianæ victualia nuncupentur, oſtendit Monet. *d. q.*8. *n.*12.

8 *Quæ non conſueverunt abſentibus exhiberi.*] Limita quando Canonicatus conſiſteret in ſolis diſtributionibus quotidianis; tunc enim Canonici in ſervitio Epiſcopi abſentes eas lucrarentur, deducta tertia parte, quæ ſervientibus accreſcit; ne privilegium juris eſſet inutile, Nicol. Garc. *d. c.*2. *n.*113. *& num.*115. 352. *&* 353. Monet. *d. q.*8. *n.*15.

Cætera, quæ hîc deſiderari poſſunt, invenies *ad cap. ad audientiam, infr. hoc tit.*

SUMMARIUM.

1 *Privandus eſt dignitate non reſidens, qui citatus non revertitur in termino ſibi præfixo*, & n. 2.

3 *Clericus abſens quando ſcitur ubi eſt, ſi poteſt commodè acquiri, perſonaliter citari debet, quamvis ſit extra Provinciam.*

4 *Beneficium vacat, ſi habeatur pro derelicto.*

Cap. Ex parte VIII.

Cæleſt. III.

1 QUi abeſt ab Eccleſia, putà per decennium, eſt citandus, ut veniat, & ſi vocatus non vult venire, deponendus eſt; & alius pro illa dignitate eligendus. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Anan. Hoſtienſ. Henric. Anchar. Butr. Panorm. Ioan. à Capiſtrano, Vivian. *in rationali libri tertii iuris Pontif. pag.*34. Alagona *in compend. iur. Canon. pag.*368. remiſſivè Ximen. *in concord. part.*1. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.*2. *Decret. lib.*3. *tit.*3. *cap.*3.

Verùm in Concil. Trident. *ſeſſ.*24. *de reform. cap.*12. *verſ. præterea*, de Canonicis, & Dignitatibus diſponitur, ut eis non liceat ultra ſex menſes ab eiſdem Eccleſiis quolibet anno abeſſe, alioquin primo anno priventur

privetur unuſquiſque dimidia parte fructuum, ſecundo verò anno privetur omnibus fructibus; creſcente verò contumacia, privetur canonicatu, referunt Flamin. *de reſignat. lib.* 1. *q.* 10. *à n.* 62. Nicol. Garc. *de benef. p.* 5. *c.* 2. *à num.* 140. Armend. *in addit. ad recop. legum Navarræ, lib.* 2. *tit.* 23. *rubr.* an Canonici teneantur reſidere in ſuis Eccleſiis, *n.* 98. Ego ipſe *de offic. & poteſt. Epiſc. p.* 3. *alleg.* 53. *n.* 146. qui quidem gradus à Concil. Trident. *citato loco* præſcripti ſervandi ſunt antequam deveniant ad privationem, aliàs eſſet nulla, ut cenſuit Rota *in una Salamantina del Petroſo, die* 15. *Decembr.* 1567. coram Illuſtriſſ. Seraphino, & refero deciſum ego ipſe *d. alleg.* 53. *n.* 148. ac Piaſec. *in praxi Epiſcopali, p.* 2. *c.* 3. *n.* 9. *verſ. neceſſariò*, ubi etiam aſſerit, quod citari debet hujuſmodi non reſidens in perſona ante privationem, ſi ſciatur ubi moretur, & ſi non ſciatur, citandus eſt per edictum publicum trina citatione, nec ſufficere unam pro tribus, & aliter factam privationem eſſe omninò nullam. Si verò citatio perſonaliter fuerit executa, unicam ſufficere, cenſuit Rot. apud Mantic. *deciſ.* 67. *n.* 5. ubi *n.* 6. ſubdit Concilium *citato loco*, non afficere Epiſcopos, qui poſſunt procedere ad privationem ob non reſidentiam, tametſi illa temporis intervalla non fuerint obſervata.

3 *Quatenus ſcribatis eidem*, &c.] Cùm privari quis non debeat, niſi priùs monitus ad reſidentiam, Card. Tuſch. *lit. R, concl.* 254. *n.* 6. Clericus abſens, quando ſcitur ubi eſt, ſi poteſt commodè requiri, perſonaliter citari debet, quamvis ſit extra Provinciam, ut per Bened. Capr. *tom.* 1. *commun. opinion. lib.* 1. *tit.* 8. *n.* 7. *pag.* 180. Mantic. *deciſ.* 12. Nicol. Garc. *d. c.* 2. *n.* 156. & alios citatos *ad cap. ult. n.* 2. *infr. hoc tit.* Circa citationes per edictum faciendas quando neſcitur, ubi ſit Clericus, dicam *ad cap. ex tuæ* 11. *infr. hoc tit.*

4 In gloſſ. *Per decem annos*, ibi, *& ita videtur Eccleſiam habere pro derelicta.* Notatur ad hoc, quod vacat beneficium ſi habeatur pro derelicto, ut per Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloſ.* 15. *n.* 64. Pavin. *de offic. & poteſt. Capituli Sede vacante, præl.* 7. *n.* 22. *verſ. ſeptima, ſi habetur pro derelicto*, Flamin. Pariſ. *de reſign. benef. lib.* 1. *q.* 19. *n.* 21. quos refero ego ipſe *de offic. & poteſt. Epiſcopi, p.* 3. *alleg.* 57. *n.* 227.

SVMMARIVM.

1 *Archiepiſcopus, qui temeritate propria receſſit ab Archiepiſcopatu, nec iam ultra quadriennium exſpectatus redierit, per literas etiam revocatus, illo eſt privatus.*

2 *Epiſcopus non reſidens, an & quando privetur, attento noviori iure Concilii Trident. oſtenditur.*

Cap. Qualiter IX.

Innoc. III.

1 ARchiepiſcopus, qui temeritate propria receſſit ab Archiepiſcopatu, nec jam ultra quadriennium exſpectatus redierit, per literas etiam revocatus, illo eſt privandus. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Henric. Butr. Anchar. Panormit. Ioan. à Capiſtrano, Vivian. *in rationali libri tertii juris Pontificii, pag.* 35. Alagona *in compend. juris Canonici, pag.* 369. remiſſivè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 3. *Decretal. lib.* 3. *tit.* 4. *cap.* 1.

2 Hodie verò noviori jure Concilii Trident. præſcriptus eſt modus procedendi contra Epiſcopum non reſidentem; hic enim abſque juſta cauſa à ſua Eccleſia abſens, qui propriæ ſalutis immemor, terrena cœleſtibus, ac Divinis humana præferens in diverſis Curiis vagatur, aut in negotiorum temporalium ſollicitudine ovili derelicto, atque ovium ſibi commiſſarum cura neglecta ſe detinet occupatus, ultra mortalis peccati reatum, quem incurrit, pro rata temporis, quo abeſt, fructus ſuos non facit, nec tuta conſcientia illos retinere poteſt, ſed tenetur eos fabricæ Eccleſiæ, vel pauperibus erogare, ut habetur in eod. Concil. Trident. *ſeſſ.* 23. *de reform. c.* 1. *verſ. ſi quis autem.* Si tamen per ſex menſes continuos, nullo legitimo impedimento, ſeu juſtis, & rationabilibus cauſis ceſſantibus, extra ſuam diœceſim morando abfuerit, ipſo facto quarta parte fructuum illius anni privatur, quæ pars per ſuperiorem Eccleſiæ applicanda eſt fabricæ, & pauperibus loci. Quod ſi per alios ſex menſes in abſentia perſeveraverit, aliam quartam eadem ratione amittit, applicandam per eundem eiſdem. Poſtremò creſcente contumacia intra tres menſes Metropolitanus de abſentia ſuffraganei Romanum Pontificem per literas, nuntiumve certiorem facere debet; alioquin elapſis prædictis tribus menſibus, ipſo facto ingreſſu Eccleſiæ privatus eſt ipſe Metropolitanus, ut habetur eodem Concil. Trid. *ſeſſ.* 6. *de reform. c.* 1. *verſ. ſi quis autem*, quæ quidem decreta refero ego ipſe *de offic. & poteſt. Epiſcopi, p.* 3. *alleg.* 53. *n.* 21.

SVMMARIVM.

1 *Clerici Eccleſias, vel Præbendas ſibi commiſſas ſine iuſta cauſa deſerentes, poſtquam congruo tempore fuerint expectati, niſi redierint ad illas, poſſunt eis iuſtè privari, dummodò non ſint iuſto impedimento detenti.*

2 *Reſidere tenentur omnes obtinentes Canonicatum, & præbendam in Eccleſia Cathedrali, vel Collegiata.*

3 *Sententia privatoria poſt contumaciam ſequi debet, ut clerici abſentis, ac contumacis beneficium alteri conferri, ſive ad ipſum eligi poſſit.*

Cap. Inter quatuor X.

CLerici habentes Eccleſias, vel Præbendas, ſi ſine 1
juſta & neceſſaria cauſa ſunt abſentes, & citati intra certum tempus præfixum non veniunt, eis juſtè privari poſſunt, dummodo non ſint juſto impedimento detenti. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſt. Henric. Anch. Butr. Panorm. Ioan. à Capiſtrano, Caſal. *in annot.* Vivian. *in rationali lib. tertii iuris Pontificii, pag.* 36. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 369. remiſſivè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Ant. Auguſt. *collect.* 3. *Decret. lib.* 3. *tit.* 4. *c.* 2. pars hujus Decretalis eſt *ſup. de maioritate, & obedient. cap. inter quatuor, & de clericis peregr. cap. inter quatuor, & infr. de religioſis dom. cap. inter quatuor.*

Vel præbendas ſibi conceſſas, &c.] Ergo omnes obti- 2
nentes Canonicatum, & præbendam in Eccleſia Cathedrali, ſeu Collegiata, tenentur reſidere, ut per Camil. Borrel. *in ſumma omnium deciſionum, tit.* 10. *n.* 33. de quo latè Armendar. *in addit. ad recop. legum Navarræ, lib.* 2. *tit.* 23. *rubr. an Canonici, vel alii habentes dignitatem teneantur reſidere in ſuis Eccleſiis*, Sanctarel. *var. reſol. q.* 4. *à n.* 19. Ego ipſe *de offic. & poteſt. Epiſc. p.* 3. *alleg.* 53. *n.* 107. *cum ſeqq.*

Poſſunt eis iuſtè privari.] Ergo ſententia privatoria poſt ipſam contumaciam ſequi debet ad hoc, ut Clerici

rici abſentis ac contumacis beneficium alteri conferri, ſiue ad ipſum eligi poſſit, per Benedict. Capr. tom. 1. commun. opin. lib. 1. tit. 8. n. 10. pag. 181.

Ad materiam huius text. faciunt poſita *ad cap. ex parte 8. ſup. hoc tit.*

SVMMARIVM.

1 *Clericus ſi neſcitur vbi ſit, tribus publicis edictis citabitur in Eccleſia ſua, & ſi infra ſex menſes non reuertatur, priuabitur Eccleſia.*

2 *Clericus in Eccleſia ſua reſidentiam facere praſumendus eſt.*

3 *Canonicus abſens ſi perſonaliter citari non poteſt, debet in eius Eccleſia trina citationis edictum publicari.*

4 *Epiſcopus an poſſit procedere ad priuationem ob non reſidentiam, tametſi temporum interualla non fuerint obſeruata, oſtenditur.*

Cap. Ex tuæ XI.

1 Clericus non reſidens, ſi fraudulenter ſe abſentat, vt non citetur, poterit ter publicis edictis citari in ſua Eccleſia, & ſi non obedit, & intra ſex menſes non redit, debet privari Eccleſia ſecundùm ius Canonicum. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Anan. Hoſtienſ. Henric. Anch. Panorm. Butr. Ioan. à Capiſtrano, Viuian. *in ration. lib. 3. iuris Pontif. pag. 36.* Alagona *in compendio iuris Canonici, pag. 369.* remiſſiuè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Anton. Auguſt. *collect. 3. Decret. lib. 3. tit. 4. c. 3.*

2 *In Eccleſiis eorum*, &c.] Notatur ad hoc, quod Clericus in Eccleſia ſua reſidentiam facere præſumendus eſt, vt per Maſcard. *de probat. concl.* 1271. *n.* 1. Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloſſ. 15. §. 2. n. 30.*

3 *Trina citationis edictum*, &c. Notatur ad hoc, quod ſi abſens Canonicus perſonaliter citari non poſſit, quia ignoratur vbi ſit, vel longè abeſt, ita vt commodè citatio non valeat ad illum peruenire, debet in eius Eccleſia trinæ citationis edictum publicari, & poſt vltimum edictum poſt ſex menſes expectari, aliàs priuatio canonicatus ob non reſidentiam his prætermiſſis, vel illorum aliquo legitimè facta non eſt, vt cenſuit Rota apud Mantic. *deciſ.* 12. vbi cùm quidam Andreas poſt vltimum edictum propoſitum, nondum ſex menſibus elapſis, fuerit præcipiti feſtinatione priuatus, deciſum fuit huiuſmodi citationem tanquam non legitimè factam minimè valere, quod quidem in eadem Rota pariter tentum fuit in aliis deciſionibus relatis per Nicol. Garc. *de benef. p. 3. c. 2. n. 157. & 158.* Quæ quidem trina monitio cum ſpatio ſex menſium poſt vltimam requiritur, quando quis perſonaliter non poteſt citari; vnica autem ſufficit, ſi perſonaliter fuit exequuta, gloſſ. *verbo canonibus, in cap. quoniam frequenter, §. porrò, ut lite non conteſtata*, Abb. *hic, num.* 10. & 13. Rota apud Mantic. *deciſ.* 67. *n.* 5. & apud Nicol. Garc. *citato loco.*

§. Contra eos.

Contra Clericos non reſidentes, & fraudulenter ſe abſentantes, per ſuſpenſionem, & communicationem procedi poteſt, vt obediant. Quod ſi non obediant, Cardinalis Legatus eos amoveat ab adminiſtratione ſpiritualium, prouidendo Eccleſias de perſonis idoneis, non tamen in eos ferat ſententiam degradationis, vel ſi expediat, miſericorditer poſſit agi cum illis. Colligunt Doctores *in principio text. citati.*

Aduertit optimè Mantic. *d. deciſ.* 67. *n.* 6. hunc §. dum videtur exigere quod priuſquam deueniatur ad priuationem, procedendum ſit ad ſubtractionem fructuum, & excommunicationem, & hoc in electione Epiſcopi relinquere, ita vt ſi abſque eo procedat Epiſcopus, provt ſuprà ad priuationem, illa ritè facta cenſeatur; additque hoc modo dominos de Rota dixiſſe intelligendum etiam eſſe Concil. Trid. *ſeſſ. 24. de reform. c. 12. verſ. præterea*, quemadmodum per Illuſtriſſ. Sacræ Congregationis interpretes fuit declaratum, vt non afficiat Epiſcopos, qui poſſunt procedere ad priuationem ob non reſidentiam, tametſi illa temporum interualla non fuerint obſeruata. 4

SVMMARIVM.

1 *Priuilegiatus vt abſens in ſtudio fructus prabenda recipiat, ſi ſe transferat in villam, vel caſtellum, vbi nullum eſt, vel minus competens ſtudium, priuilegio non vtitur.*

2 *Abſens cauſa ſtudij vt fructus ſuorum beneficiorum percipiat, debet ſtudere in ſtudio generali.*

3 *Licentia pro abſentia cauſa ſtudij eſt accipienda etiam à Prelato, cùm quis ea de re indultum obtinuit à ſancta Sede Apoſtolica.*

Cap. Tuæ fraternitatis XII.

Qui cauſa ſtudij de licentia ſuperioris eſt abſens, & percipit fructus ſui beneficij, ſi ſe transferat ad villas, vel caſtella, in quibus vel non eſt, vel minus competens eſt ſtudiorum exercitium, non poteſt percipere fructus, quia fraus nemini debet patrocinari. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſt. Henric. Butr. Anchar. Panorm. Ioan. à Capiſtrano, Viuian. *in ration. libri 3. iuris Pontif. pag. 37.* Alagona *in compend. iur. Canon. pag. 369.* remiſſiuè Ximen. *in concord. p. 2.* refertur ab Anton. Aug. *collect. 3. Decret. lib. 3. tit. 4. cap. 4.* 1

Vel minus competens ſtudiorum exercitium.] Notatur ad hoc, quod vt abſens cauſa ſtudij fructus ſuorum beneficiorum in abſentia percipiat, non ſufficit vt illud ſtudium, ad quod accedit, qualecunque ſit, ſed debet eſſe generale, vt per Rebuff. *de privilegiis ſchol. priuil.* 31. *n.* 8. Læl. Zech. *de republ. Eccleſiaſt. tit. de clericis, n. 7. verſ* 28. Zerol. *in praxi Epiſc. p. 1. verbo ſtudium, §. 4.* Perez *l. 1. tit. 10. lib. 1. Ordin.* Nicol. Garc. *de benef. p. 3. c. 2. n. 55.* nouiſſimè, me citato, Sanctarel. *var. reſol. lib. 1. q. 3. n. 3.* Flores de Mena *var. lib. 3. q. 24. n. 19.* Monet. *de diſtribut. quotid. p. 2. q. 10. n. 17* vbi aduertit non requiri, quod ſit vniuerſitas aliqua ſtudiorum ſecùm habens Rectorem, & cætera priuilegia, quæ vniuerſitatibus ſtudiorum iure competunt, quale erit ſtudium Patauij, Piſanum, & ſimilia, ſed ſufficere generale, vt olim erat Romanum, quod etiam cum aliis notat Sanctarel. *loco citato.* 2

In gloſſ. *Indultum*, ibi *vel dic indultum à Papa.* Ex hac gloſſ. iuncta expoſitione Abb. & aliorum *hic*, ad verbum, *accepta licentia*, colligi videtur licentiam pro abſentia cauſa ſtudiorum eſſe accipiendam etiam à Prælato, cùm quis ea de re indultum obtinuit à ſancta Sede Apoſtolica, cui conſonat declaratio illa fel. record. Pij Papæ IV. anno Domini 1564. edita, qua decreuit diſpenſationes, & indulta de percipiendis fructibus 3

fructibus præbendarum, & beneficiorum in abſentia cauſa ſtudij, quæ à ſacra Pœnitentiaria, vel Sede Apoſtolica concedi, & emanare contigerit, nequaquam huiuſmodi abſentibus ſuffragari, niſi ſingulorum Ordinariorum locorum, in quibus ſingula beneficia huiuſmodi conſiſtunt, conſenſus gratis præſtandus ad id accedat, referunt Monet. *q.* 10. *n.* 9. Nicol. Garc. *d. c.* 2. *n.* 76. *&* 77. Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancell. gloſſ.* 6. *n.* 252. Azor. *inſtit. moral. p.* 2. *lib.* 7. *c.* 4. *q.* 3. *verſ. extat Pij IV.* me citato *Sanctarel. d. q.* 3. *n.* 22.

SVMMARIVM.

1 *Iurans in Eccleſia reſidere, pro ſeruitiis Eccleſiæ licitè ſe abſentat.*

2 *Diſtributiones quotidianas percipere debet, qui iura ſuæ Eccleſiæ tuetur.*

3 *Diſtributiones quotidianas lucrantur Clerici Eccleſiæ Cathedralis, vel Collegiatæ propter euidentem Eccleſiæ vtilitatem non reſidentes.*

Cap. Ex parte XIII.

Honor. IV.

1 IVrans reſidere in ſua Eccleſia, & poſtea ſine fraude ſe abſentans ad defendenda, vel proſequenda illius iura, non dicitur periurus, ſed debet cenſeri reſidens. Colligunt ex Ordin Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Anan. Hoſtienſ. Henric. Anchar. Butr. Panorm. Ioan. à Capiſtrano, Viuian. *in ration. lib.* 3. *iuris Pontific. pag.* 38. Alagona *in compend. iur. Canon. pag.* 370. remiſſiuè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2.

Probat hic text. Præpoſitum, qui iuramentum præſtiterat de perpetua reſidentia, periurium non incurrere, ſi ex poſtfacto abſit in Eccleſiæ vtilitatem, quia ſatisfacit per fictam reſidentiam pro iuramento, cui ſimilis *in cap. ad audientiam* 15. *hoc tit.* quæ quidem ſolutio videtur eſſe contra text. *in cap. ad noſtram, de iureiur.* vbi iuramentum, quo mutuatarius ſoluere promiſit mutuanti pecuniam abſque grauamine, vel moleſtia, non adimpletur per legitimam compenſationem, quæ eſt ficta ſolutio. Sunt qui dicant, quod vbi obſeruatio iuramenti in caſu ficto non tendit in læſionem aliquam illius, cui iuratum fuit, tunc in illo verificatur, & legitimè adimpletur: vnde cùm ficta illa reſidentia, quæ præſtatur ab eo, qui in vtilitatem Eccleſiæ abeſt, nullam contineat læſionem, imò vtilitatem eiuſdem Eccleſiæ, cui reſidentia perpetua iurata fuit, meritò iuramentum de perpetua reſidentia in caſu illo ficto verificatur, & adimpletur: ita in effectu Abb. & Felin. *num.* 12. *verſ. quartò, in d. cap. ad noſtram.* Sed non placet primò, quia circa obligationem non attenditur magna, vel modica læſio, cui iuratum eſt, ſed ſolùm verum id, quod iuramento deductum eſt, licitum, vel illicitum ſit, & ita vtrùm debitam, vel indebitam materiam contineat in ſui obſeruantia. Secundò, quia in ſpecie *d. cap. ad noſtram,* modica, vel exigua læſio infertur Petro creditori, ſi cogatur priùs computare fructus in ſortem, neque magna vertitur vtilitas eo quòd iurantes cogantur priùs pecuniam mutuatam ſoluere ante huiuſmodi computationem: & tamen text. inquit iuramentum omninò adimplendum, naturalemque pecuniæ ſolutionem faciendam eſſe ante vllam compenſationem, non ergo ſtat in eo ſolutio difficultatis. Secundo loco Imol. *in dict. cap. ad noſtram,* arbitratur iuramentum de perpetua reſidentia præſtitum fuiſſe in forma iuris, quo præceptum de reſidendo hoc, vel illo modo, tempore, & loco inductum eſt, atque ideo à iure illam capit interpretationem, quod abſens dici non debet, ſed præſens qui, vt ſuæ Eccleſiæ iura fideliter tueretur ſe abſentauit. Verùm grauiter obſtat text. *in cap. ad noſtram,* in quo ſimiliter iuramentum fuit præſtitum in materia iuris, nempe de nullo inferendo grauamine creditori ſuper pignore ante pecuniæ ſolutionem; tamen non ſufficit ficta ſolutio, quæ in compenſatione reperitur, ſed naturalis pecuniæ numeratio neceſſaria eſt.

Idcircò dicendum videtur, text. *in præſenti, & in d. cap. ad audientiam,* concludere ex rei natura non ſat eſſe, ad hoc vt beneficiarij licitè poſſint ſuorum beneficiorum fructus percipere ſi actualiter non reſideant, & abſentes ſint, quamvis ob propriam ægritudinem, vel Eccleſiæ vtilitatem, vel Epiſcopi ſeruitium, quaſi non ſequuta cauſa ob quam fructus conceduntur, vt videre licet ex reſolutis per Calderin. *in cap.* 1. *de celeb. Miſſ.* Angel. *in ſum. verbo Clericus* 7. *num.* 7. Rebuff. *in praxi, tit. de diſp. de non reſid. n.* 9. & videtur de mente Concil. Trid. *ſeſſ.* 23. *de reform. cap.* 1. *verſ. ſi quis.* Vnde iuramentum illud de reſidendo ex rei natura non adimplebatur per aliquam fictam reſidentiam ex illis tribus, ſed poſtea iuſtis de cauſis de nouo ſtatutum fuit in his iuribus, vt abſentes ob aliquam ex illis tribus reſidere cenſeantur, & omninò à periurio liberentur: vnde non licet in materia exorbitanti ab his iuribus ad ſpeciem *d. cap. ad noſtram,* arguere, in qua nihil immutatum reperitur, arg. *l. præcipimus* 32. *in fin. C. de appellat.*

Præpoſitura tua iura, &c.] Notatur ad hoc, quod ille, qui ſine fraude proſequitur, ſeu tuetur iura Eccleſiæ ſuæ, cui adſcriptus eſt, percipere debet quotidianas diſtributiones, vt per Monet. *de diſtribut. quotid. p.* 2. *q.* 11. *n.* 40. Couar. *lib.* 3. *var. c.* 13. *n.* 8. *verſ. decimò.* Rot. *in Salmantina cenſurarum,* 28. *Nouembris* 1594. coram Illuſtriſſ. Card. Seraphino, in impreſſis *deciſ.* 1098. *num.* 5. iterum *in Aſten. fructuum,* 15. *Maij* 1613. coram Illuſtriſſ. Manzanedo, impreſſ. poſt tract. Monetæ *de diſtribut. quotid. & in Calagurritana fructuum, & diſtributionum* 26. *Maij* 1614. coram D. Vbaldo, quas refero ego ipſe *de offic. & poteſtate Epiſcopi, p.* 3. *alleg.* 53. *n.* 172. 2

Cum ex hoc cenſeri debeas reſidens.] Et ideo Clericus Eccleſiæ Cathedralis, vel Collegiatæ, qui abeſt propter euidentem Eccleſiæ vtilitatem, tanquam reſidens, & intereſſens diuinis Officiis habetur ad lucrandas quotidianas diſtributiones, præcipuè ſtante conſuetudine quod Canonicus miſſus à Capitulo pro aliquo ſeruitio ipſius Eccleſiæ, ſeu Capituli percipiat omnes fructus, & quotidianas diſtributiones, vt per Duen. *reg.* 206. *limit.* 6. Couarr. *d. num.* 7. *verſ. octauò,* Nauar. *conſ.* 10. *à n.* 4. *ſub hoc tit.* Seraph. *Rotæ deciſ.* 1239. & in ſacra Congreg. ita ſæpè deciſum referunt Armend. *in addit. ad recop. legum Nauarræ, l.* 2. *tit.* 23. *de reſidentia, rubr. an Canonici, vel alij habentes dignitatem teneantur reſidere in ſuis Eccleſiis, num.* 73. *&* 95. Nicol. Garc. *de benefic. part.* 3. *cap.* 2. *num.* 362. & bis fuiſſe in Rota reſolutum atteſtatur Aloyſ. Ric. *in praxi fori Eccleſiaſt. deciſ.* 498. *in* 1. *edit. & reſol.* 389. *num.* 2. *in* 2. *edit.* & abſolutè, ac generaliter loquendo, hoc eſſe verum aſſerit Monet. *d. quæſt.* 11. *num.* 3. vbi *num.* 31. declarat procedere in iis dumtaxat, qui ob propriæ Eccleſiæ, cui adſcripti ſunt, non autem alterius, aut etiam ſuæ ciuitatis, vel vniuerſitatis vtilitatem adſunt, & *num.* 32. dummodo hæc vtilitas euidens ſit, & *num.* 34. modò ille, qui abeſt propter Eccleſiæ vtilitatem, ſoleret diuinis intereſſe, & *num.* 35. niſi ille qui proſequitur 3

Eccleſiæ

Eccleſiæ utilitatem ad id habeat congruum ſalarium ab ipſa Eccleſia; inde inferens *à n.* 42 ad ſyndicum Capitularem, ac illum, qui juſſu Capituli occupatur in redditibus Capitularibus cuilibet de Capitulo, ſeu Collegio aſſignandis, tum etiam ad illos, qui deputantur à Capitulo deputati pro conſenſu, aut conſilio præbendo Epiſcopo in omnibus illis caſibus, in quibus Epiſcopus de jure communi antiquo, aut novo Concilii Trident. aut de conſuetudine legitimè præſcripta tenetur adhibere conſilium, aut conſenſum Epiſcopi, ac pluribus aliis caſibus enumeratis per me *de officio, & poteſtate Epiſcopi, p. 3. alleg. 53. n. 126. cum ſeqq.* Multa alia ad hanc materiam pertinentia pro conciliatione text. *in c. cùm non deceat, de elect. in 6. & c. unico, §. qui verò, hoc tit. eodem lib.* vide apud Azor. *inſtitut. moral. p. 2. lib. 7. c. 7. q.* 14. Nicol. Garc. *dicto c. 2. n.* 360. *iuncto n.* 362. latiſſimè Monet. *d. q.* 11. *à n.* 11. *uſque ad num.* 31.

SVMMARIVM.

1 *Familiares Papæ percipiunt fructus ſuæ præbendæ in abſentia*, & n. 2.

3 *Papa à reſidentia in beneficiis curam animarum habentibus ſine iuſta, & debita cauſa nullum poteſt relaxare.*

4 *Diſtributiones quotidianas non percipiunt abſentes in ſervitio Papæ ſine ſpeciali privilegio.*

Cap. Cùm dilectus XIV.

1 Familiares Papæ in abſentia percipiunt fructus ſuæ præbendæ; quia pro præſentibus habentur, non obſtante conſtitutione contraria. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſtienſ. Anchar. Henric. Butr. Panorm. Ioan. à Capiſtrano, Vivian. *in ration. libri* 5. *iuris Pontif. pag.* 38. Alagona *in compendio iuris Canonici, pag.* 370. remiſſiuè Ximen. *in concord. part.* 1. *&* 2.

2 Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſumunt Boër. *deciſ.* 17. Chaſſan. *in catalogo gloriæ mundi, p.* 6. *conſid.* 35. Bened. Capra *tom.* 1. *communium opinion. lib.* 1. *tit.* 8. *n.* 15. *pag.* 181. Azor. *inſtit. moral. p.* 2. *lib.* 1. *c.* 4. *quæſt.* 3. *verſ. quinta cauſa*, Selv. Rebuff. Hoied. Navarr. Salzed. & alii, quos refert Nicol. Garc. *de benef. p.* 3. *c.* 2. *à num.* 383. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 30. *tract.* 3. *num.* 54. *verſ. ſexta*, Monet. *de diſtribut. quotid. part.* 2. *quæſt.* 9. *n.* 9. *cum ſeqq.* ubi *num.* 12. quod dicentur eſſe in ſervitio Papæ ad effectum lucrandi fructus beneficii, & Præbendæ Capellani Papæ, & ſimiles, quique in Curia morantur de illius præcepto, licèt Scriptores ſint, ſecus verò ſi voluntate propria. Circa tamen Cantores Capellæ Pontificiæ, quod ſint veri familiares Papæ, juxta conſtitutionem Sixti V. editam *anno* 1586. §. 3. quæ habetur *in novo Bullario, tom.* 2. *p.* 450. ac proinde illis actu in dicta Capella inſervientibus deberi fructus ſuorum Canonicatuum, & Præbendarum in abſentia, fuit latè reſolutum *in Barbaſtren. Canonicatus,* 26. *Iunii* 1626. coram R. P. D. Duran. ubi fuit reſponſum non obſtare, quod hujuſmodi cantores recipiant ſalarium, quia hoc non concludit verum ſervitium, & obſequium Papæ, cùm etiam alii familiares Pontificis, ut ſunt cubicularii, illud recipiant, & nihilominus fructus in abſentia lucrantur; item non obſtare quòd ſic Protonotarii non participantes, & alii innumeri habentes officia in Romana Curia, in quorum erectione diſponitur, ut habeantur pro veris familiaribus, poſſent prætendere exemptionem à reſidentia ad effectum lucrandi fructus vigore huius text. quia ille præter familiaritatem requirit obſequium circa præſentiam Principis, ibi, *in noſtro ſervitio commorantes*, & ibi, *qui circa nos ſe obſequiales exhibent*; quod in illis non concurrit: item non obſtare quod in hoc text. requiratur, vt familiares Papæ ad effectum lucrandi fructus debeant inſeruire vniuerſæ Eccleſiæ, ibi, *ſe obſequiales exhibent vniuerſis*, &c. quia exiſtentes in ſervitio Papæ dicuntur vniuerſali Eccleſiæ inſeruire. Panorm. *hî*, *num.* 1. *not.* 1. demum non obſtare quod diſpoſitio huius text. videatur correcta per S. Concil. Trident. *ſeſſ.* 24. *de reformat. c.* 12. quia contrarium eſt verius, vt in puncto Nauar. *conſil.* 1. *&* 2. *de cleric. non reſident.* Nicol. Garc. *ubi ſupr. n.* 346. & ita cenſuit S. Congregatio, & fuit in ea ſæpiùs reſolutum.

Præbendæ ſuæ, &c.] Procedit igitur in Canonicis, & aliis beneficiariis ſimplicibus, non autem in Epiſcopis, Parochis, & aliis Beneficiariis curam animarum habentibus, qui iure diuino, & naturali abeſſe debent in ſuis Eccleſiis, quod ſine iuſta, & debita cauſa Papa relaxare non poteſt, vt aduertit Azot. *d. verſ. quinta cauſa*, & *quæſt.* 5. reſoluit nullum Epiſcopum lege reſidendi Summi Pontificis conſenſu ſolvi, etiamſi ſit Romæ Camerarius, Summus Pœnitentiarius, vel Auditor Rotæ, vel à Secretis, aut Confeſſionibus Papæ, aut Cantor in Capella Pontificia, cùm adſint alij ſatis idonei ad hæc munera, & officia obeunda: ſi autem deſint, qui his muneribus pares eſſe poſſint, licitè Papa Epiſcopum hiſce officiis præficit, facultate conceſſa, vt à ſuis Eccleſiis abſint. Alia verò non contemnenda contra Epiſcopos in Curia Principum commorantes, ibique Regij Præſidis, Conſiliarij, ac Proregis officio fungentes, dixi *de officio, & poteſtate Epiſcopi, part.* 3. *alleg.* 53. *num.* 27. *cum ſeqq.* 3

In gloſſ. *Fructus*, ibi, *nunquid victualia*, &c. Notatur adhoc, quod abſentes in ſeruitio Papæ non percipiunt ſine ſpecili priuilegio quotidianas diſtributiones, vt per Abb. *hic, n.* 5. Selu. *de benefic. part.* 4. *quæſt.* 6. *num.* 36. Nicol. Garc. *d. cap.* 2. *n.* 385. Monet. *d. part.* 2. *quæſt.* 9. *num.* 13. & fuit reſolutum *in dicta Barbaſtren. Canonicatus.* 4

SVMMARIVM.

1 *Canonici duo abſentes cum Epiſcopo in eius ſeruitio, fructus præbendarum ſuarum percipiunt in abſentia; conſtitutione Eccleſiæ non obſtante.*

2 *Diſtributiones quotidianas, & fructus debet Clericus percipere durante infirmitate; ſi ſolitus erat reſidere.*

3 *Statutum continens id, quòd ius commune, recipit interpretationem à iure communi.*

4 *Epiſcopus in ſui ſeruitium poteſt habere duos Canonicos Eccleſiæ ſuæ, qui fructus præbendarum in abſentia percipiant: an autem debeant eſſe duo, aut plures*, & n. 5.

6 *Seruire Epiſcopo & Eccleſiæ ſunt diuerſa.*

7 *Salarium famulo ægro an debeatur; remiſſiuè.*

Cap. Ad audientiam XV.

Canonici duo, qui ſunt in ſeruitio Epiſcopi, poſſunt accipere fructus Præbendæ, non obſtante conſtitutione & iuramento, quia ſunt pro ſeruitio 1

Epiſcopi

Epiſcopi, vel Eccleſiæ abſentes,dicuntur eſſe præſentes. Colligunt ex Ordin. Abb.antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Bellam Ioan. Andr.Imol. Anan.Hoſt.Henric. Anchar. Butr. Panorm. Ioan. à Capiſtrano,Viuian. *in ration. libri tertij iuris Pontif. pag.* 39. Alagona. *in compend. iuris Canon.pag.* 370.remiſſiuè Ximen.*in concord. p.* 1. *&* 2.

Vide dicta *ad cap. de cætero* 7. *ſub hoc tit.*

2 *Quos infirmitas excuſaret.*] Aduerte quod infirmitate durante debet Clericus percipere fructus, & diſtributiones quotidianas,ſi ſolitus erat reſidere, & in loco ſit reſidentiæ, quanvis ex propria culpa in morbum inciderit, de quo vide Couar. *lib.* 3. *variar.c.* 13. *num.*8.Coſm. *pragmat. ſanct.part.* 2. *num.* 137.Guttier. *canon.lib.* 1. *c.* 1. *n.* 138. *cum ſeqq.* Azor. *inſtitut. moral. part.* 2. *lib.* 7.*cap.*7. *quæſt.* 11.Cald.Pereira *de renouat. emphyt. quæſt.* 5.*num.* 23.*ad finem, & de poteſtate nomin. c.* 1.*n.*39.*& quæſt. forenſ.lib.*1. *quæſt.* 3. *num.* 11. Fuſc.*de viſitat. lib.* 1.*c.*20.*n.*16. Spin. *in ſpeculo teſtam. gloſſ.* 9. *princip.num.* 30.Nicol.Garc.*de benefic.part.* 3.*c.* 2.*n.*363. latè Monet.*de diſtribut.quotid. part.*3.*q* 6. & Sanctarel. *variar. reſol.lib.*1.*q.*8. *à princip.* vbi *num.*3.*&* 4.me citato, reſoluit Clericum lucrari diſtributiones,ſi abeſt à choro, quia medicinam ſumit, vel ſanguine minuitur, vel quia ſanitatis cauſa ad balnea,vel ad alium locum iret.

3 *Decernimus,* &c.] Notatur ad hoc, quod ſtatutum continens idem, quod ius commune, recipit declarationem ab eodem iure, vt per Iaſ. *in l. fin.C.de iure emphyt. num.* 11. *& in repet.l.omnes populi, à n.*60.*ff.de iuſtit.* Menoch. *conſil.* 187. *num.*29. *cum ſeqq.* Valaſc. *conſil.* 76. *num.*17.Et notatur etiam ad hoc,quod ſtatutum loquens in caſu vero, extenditur ad caſum fictum, vt per Maſcard. *de probat.concluſ.* 1141.*num.*8. Cald.Pereira *de nomin. emphyt. quæſt.*13.*num.*10.Garc. Gironda *de priuilegiorum, ſeu exempt. explicatione, num.*823.

4 *Vt duo ex Canonicis,* &c.] Ergo poteſt Epiſcopus in ſui ſeruitium habere duos Canonicos Eccleſiæ ſuæ, qui fructus præbendarum in abſentia percipiant, vt docent Stephan. Gratian.*diſcept. forenſ. cap.*166.*n.*20. Azor. *inſtit. moral. part.* 2. *lib.* 7. *c.*4.*quæſt.*3.*verſ.ſexta cauſa*, Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib.* 3. *tract.* 3.*num.*52.*verſ.*4.Cened.*pract.lib.*1.*quæſt.*1.*n.*35. Ego ipſe *de officio, & poteſtate Epiſc.p.* 3. *allegat.* 53. *num.* 144. me citato Sanctarel. *variar. reſol. lib.* 1. *q.*3. *num.* 34. vbi ampliat quamvis in Eccleſia eſſet conſtitutio iurata, & auctoritate Sedis Apoſtolicæ confirmata, vt qui in ea non reſideret, fructibus beneficiorum, & præbendarum priuetur: & *num.*37.reſoluit etiam poſt Concil. Trident. poſſe Epiſcopum habere duos Canonicos in ſui obſequium, & poſt alios citat Gonzal.*ad reg.* 8. *Cancell. gloſſ.* 6.*num.*255. Aduertit Moneta *de diſtribut. quotid. part.* 2. *quæſt.*8.
5 *num.* 7. in hoc text. expreſsè loquente de Eccleſia Cathedrali referri, duos tantùm Canonicos in ſeruitio Epiſcopi commorantes percipere poſſe fructus præbendarum ſuarum, cùm text. *in cap. de cætero, ſup. hoc. titul.* abſolutè de Canonicis loquatur, nec ad certum aliquem numerum ſe reſtringat, quia text. ille de Eccleſiis loquitur Collegiatis, ex quibus plures duobus Canonicis aſſumere poterit Epiſcopus pro ſeruitio ſuo, cùm ibi miniſtrorum copia non ſit ita neceſſaria ſicut in Cathedrali, quæ ob ſui dignitatem debet habere maiorem copiam miniſtrorum: at verò text. *in præſenti*, loquens de Eccleſia Cathedrali,ad duos ſe Canonicos reſtrinxit, & ex eo quod concedit de duobus, intelligitur prohibere de pluribus, propter eius prærogatiuam, quæ ob ſui dignitatem maiorem etiam habere debet copiam miniſtrorum. Vide Sanctarel. *d.quæſt.*3.*num.*34. *&* 35.

Qui tecum pro tuo, & ipſius Eccleſiæ ſeruitio,&c.] 6
Ergo qui eſt in ſeruitio Epiſcopi, cenſetur etiam Eccleſiæ inſeruire, Epiſcopus enim in Eccleſia eſt,& Eccleſia in Epiſcopo, *c.ſcire debes*, 7. *q.*1.Verùm contrarium potiùs ex hoc text. deprehenditur, quòd nimirum ſeruitium Epiſcopi,& Eccleſiæ hoc in caſu diuerſa ſint, cùm inter vtrumque ponatur copula, *&*, quæ regulariter habet copulare diuerſa iuxta per me dicta *de dictionibus & clauſ. dict.*93. *n.* 2.Vel certè colligitur quod iuxta cauſam hîc propoſitam, vtrumque copulatiuè requiritur,nimirum quod duo Canonici Eccleſiæ Cathedralis ſimul ſint in ſeruitio Epiſcopi,& eius Eccleſiæ abſentes, vt haberi debeant pro præſentibus, vbi in ea Eccleſia extet conſtitutio etiam iuramento vallata,& auctoritate Sedis Apoſtolicæ confirmata, vt Canonici, qui in Eccleſia non reſident, priuentur fructibus ſuarum præbendarum, præterquam quod eſſe præſentes, & intereſſentes diuerſa ſunt, vt colligitur ex *cap.vnic.hoc tit. lib.*6.& *ibi* aduertunt Gemin. Franch. & cæteri ſcribentes, & ideo ſic hunc text.interpretatur Monet.*d.q.*8.*n.*23.vbi *n.*14.in contrarium adductis reſpondet. Quando verò abſenti pro alia Eccleſia debeantur diſtributiones quotidianæ, vide Mar. Antonin.*variar. reſol. lib.*1. *reſol.* 107.

In gloſſ. *Infirmitas*, 2.ibi, *& famuli agri,quos cura-* 7
mus, nobis inſeruire intelliguntur. Ergo eis ſalarium debetur, de quo tamen an verum ſit, vide Couar. *lib.*1. *var.c.*13. *num.*8. Syluan.*conſ.*28. *n.*2.*&* 23.Ant.Gom. *tom.* 2. *variar.c.*3.*num.* 2.Gregor.*l.*7.*verbo el ſeñor, tit.*2. *part.*5. Viuian. *tom.* 1. *commun.opinionum, lib.*4.*tit.*43. *num.*84.*cum ſeq. pag.* 659. Auiles *ad cap.*1.*Prætorum, fol.* 56. *n.* 20. Eſcob.*de ratiocin. c.* 27.*n.*19.Surd.*de alimentis, tit.*4.*n.*23. *&* 35.Flores de Mena *variar. lib.*1. *q.*7.§.2.*n.*17. Cald.Pereira.*quæſt.forenſ.lib.* 1.*q.*3.*num.*3. Azor. *inſtit.moral.p.*2. *lib.*2.*q.*5.*&* 6.Monet.*d.p.*2.*q.*6. *num.* 4.

In gloſſ. *Integrè*, ibi, *non tamen percipiunt victualia*, 8
&c.Vide Monet.*d.p.*2.*q.*8.*num.*12.vbi *num.*13.aduertit verbum hoc, *integrè*, referri ſolùm ad ipſos fructus Præbendarum, vt nimirum eos ſine vlla diminutione percipiant: vel, *integrè*, intelligendum erit vt includantur etiam Præbendæ indiſtinctæ, vel fructus illi groſſi loco Præbendarum ſuccedentes in aliquibus Eccleſiis.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia ſi patitur miniſtrorum defectum, priuilegiati ſuper abſentia per ſubtractionem prouentuum redire coguntur.*

2 Concil.Trident,ſeſſ.23.de reform.c.3.*concordatur cum alio* ſeſſ.21.de reform. c.3.

4 *Licentia ad percipiendos fructus beneficiorum in abſentia non exſpirat mortuo concedente.*

5 *Aſſiſij qui dicantur oſtenditur.*

Cap. Cum ad hoc XVI.

Gregor. IX.

ABſentes priuilegiati à Papa, vel Epiſcopo,ſi tot 1
ſint, vt Eccleſia patiatur miniſtrorum defectum, Epiſcopus,reuocare debet Canonicos & beneficiatos, priuilegiis non obſtantibus, & ſi non venerint, de ipſorum Præbendis faciet, Eccleſiæ deſeruire, & ſi quid ſupereſt de reddítibus, conuertat in vtilitatem

Eccleſiæ

Eccleſiæ. Colligunt ex Ordin Abb.antiq. Innoc.Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Ananias, Hoſtienſ. Anchar. Henric. Panorm Butr. Viuian. *in ration. lib. 3. iuris Pontificij, pag.39.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 371.* remiſſiuè Ximen. *in concord. p.1.*

2 *Reuoces ad reſidentiam*, &c.] Quando autem attento iure nouiori Concilij Tridentini procedendum ſit contra dignitates, & Cononicos non reſidentes vſque ad beneficiorum priuationem, dixi *ad cap. ex parte 8. ſup. hoc tit.*

3 *In vtilitatem eiuſdem*, &c.] In idem eſſe videtur Concil. Trident. *ſeſſ. 23. de reformat. cap. 3.* dum decidere videtur, portionem diſtributionum iis contingentem, qui non interſint, ſi intereſſent, applicari debere fabricæ Eccleſiæ, quatenus indigeat, aut alteri pio loco, arbitrio Ordinarij: quæ quidem deciſio repugnare videtur alteri, *ſeſſ. 21. de reformat. cap. 3.* vbi ſtatuitur quotidianas diſtributiones diuidendas eſſe inter obtinentes dignitates, & cæteros diuinis intereſſentes: pro quorum iurium conciliatione elaborant Doctores, & præcipuè Nauar. *miſcell. 59. de oratione, n.9.* Moner. *de diſtribut. quotid. part. 3. quæſt.6. num.29.* Fuſc. *de viſitat. lib. 1. cap. 15. num. 25.* Azor. *inſtit. moral. part. 2. lib. 7. quæſt.* 8. Campanil. *in diuerſorio iuris Canonici, rubric.7. cap.6. n. 15. vrſ. conſului.* Sed inter alia conciliationes illa verior eſt, quod ſcilicet Concil. Trident. *ſeſſ. 22. c.3.* loquatur in dignitatibus, quibus Ordinarius tertiam partem fructuum in diſtributiones quotidianas conuertendã ſeparare poteſt, & dato quod diſtributiones quotidianæ non ſint tenues, & in odium obtinentium dignitates, & negligentium reſidere, quando illa tertia pars ita ſubtracta per non ſeruientes amittitur, locis piis eſt applicanda: at verò *c.3. ſeſſ. 21.* loquitur ſolùm quando diſtributiones ſunt tenues, vt negligantur, & hoc caſu tertia fructuum pars ita ſeparata, & in diſtributiones ab Ordinario conuerſa, ſi per non ſeruientes amittatur, proportionabiliter ſeruientibus accreſcit, quod in Sacra Congregatione deciſum fuiſſe referunt Rota *in Aſtoricen. reſidentiæ, 6. Iunij 1616.* coram Reuerendiſſ. Coccino Rotæ Decano, quæ eſt impreſſa *in fine tract. de diſtrib. quotid. Moneta.* Nicol. Garc. *de benef. p.3. c.2. n.465.*

4 In gloſſ. *Et prædeceſſorum.* ibi, *vnde ſtatim expirauit.* Imò contra hanc gloſſ. verius eſt licentiam mortuo concedente non expirare, vt reſoluunt per me citati *ad c. relatum 4. ſup. hoc tit.*

5 In gloſſ. *Aſſiſios.* Qui ſint, vide Sclu. *de benef. p.1. q.2. n. 47.* Petr. Gregor. *ſyntagmat. iuris lib. 15. c.23. ex n.11.* Anton. Fabric. *in praxi & theoria benefic. tit. de reliquis ſtipendiis Eccleſiaſticis, ex n.14.* Sebaſt. Caſar *in relect. de Eccleſiaſt. hierachia, p.3. diſp.12. §. vlt. n.21.* Azor. *inſtit. moral. p.2. lib. 3. c.9. q.1.* vbi vltra dicta in hac gloſſa aſſerit Aſſiſios eſſe illos beneficiarios, qui in Hiſpania dicuntur portionarij, qui præter Canonicos portiones habent in Eccleſiis Cathedralibus, & Collegiatis, Vincent. Filliuc. *tom.3. tract.41. c.1. n.17.* & ita dici eo quòd ſemper debeant eſſe aſſidui in Eccleſia, per hunc text. refert Maſſobr. *in praxi habendi concurſum, prælud. 21. n. 6.* ſecundùm Romanam impreſſ.

In ead. gloſſ. ibi, *Nec vocantur ad omnes tractatus cum Canonicis.* Notatur ad hoc, quod beneficiati non ſunt admittendi ad communes tractatus cum Canonicis, vt per Butr. *n.8.* Abb. *num 9.* Cæſ. de Graſſ. *deciſ.4. de his, quæ fiunt à maiori parte Cap.* Caputaq. *deciſ.84. num. 2. p.1.* & fuit dictum *in Valentin. emolumentorum, 2. Octobris 1587.* coram Bubalo, & *in Romana concordiæ 1. Aprilis 1609.* coram Card. Canalerio, inter eius impreſſas *deciſ. 57. ex n.1.*

SVMMARIVM.

1 *Clericus non reſidens, ſi monitus non redeat, nec iuſtam excuſationem alleget, priuatur beneficio.*

2 *Clericus non reſidens ante omnia monendus eſt perſonaliter ad reſidentiam, vt verè conſtet de delicto; & pateat nullam ei competere excuſationem.*

3 *Clericus ſi efficiatur miles, beneficio ſuo renuntiare videtur.*

Cap. Clericos XVII. & vlt.

Beneficia qui habent reſidentiam requirentia, ab Epiſcopo poſſunt priuari, ſi abſque ipſius licentia tranſeunt morandi cauſa in aliam diœceſim, & moniti non redierint, nec oſtendant rationabilem excuſationem. Colligunt ex Ordin. Abb. Antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Anan. Imol. Hoſt. Henric. Anchatan. Butr. Panorm. Viu. *rationali lib.3. iuris Pontif. pag. 40.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag 371.* remiſſiuè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.2.* 1

Si moniti non redierint.] Ergo non reſidens in beneficio, ante omnia monendus eſt perſonaliter ad reſidentiam, vt ita verè conſtet de delicto, & pateat nullam ei competere excuſationem, vt tenent Doctores citati *ad cap. ex parte 8. n. 3. ſup. hoc tit.* quibus adde Azor. *inſtit. mor. p.2. lib.7. c.6. q.4. verſ. quare probabilius, in fine,* Zerol. *in praxi Epiſcop. p.1. verbo priuatio, §.3.* Si autem abſens Canonicus ignoretur vbi ſit, quomodo citari debeat per edictum, *ad cap. ex tua 11. ſuprà hoc tit. n.2.* 2

In gloſſ. *Redierint,* ibi, *vel factus eſt miles.* Notatur ad hoc, quod ſi Clericus efficiatur miles, beneficio ſuo renuntiare videtur, vt per Clar. *§. fin. quæſt. 73. n.6.* Flamin. *de reſignat. lib.1. n.22. q.1. & de confid. benefic. q.9. n.25.* Farin. *fragment. crimin. p.1. lit. C, n.183.* Gonzal. *ad reg.8. Cancel. gloſſ. 14. n.3.* Azor. *inſtit. moral. p.2. lib. 7. c.15. in princip.* refero ego ipſe *de offic. & poteſt. Epiſc. p.3. alleg.57. n.216.* 3

In gloſſ. *Excuſationem*, vlt. de cauſis excuſantibus à reſidentia, & præcipuè de enumeratis in hac gloſſa, dixi *ad c. relatum 4. in fin. ſup. hoc tit.*

De Præbendis, & Dignitatibus.

Tit. V.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur ſuper hanc rubr. ſcribentes.*

2 *Præbendarum materia vbi tractetur oſtenditur.*

3 *Præbenda reperitur in genere neutro pro ſtipendiis, quæ præſtabantur militibus in prælium deſtinatis.*

4 *Præbenda in hoc tit. genere fœminino accipitur pro ſtipendiis, quæ clericis præſtantur pro diuino miniſterio.*

5 *Præbenda vnde dicatur, oſtenditur.*

6 *Præbenda prout eſt genus, ſumitur pro omni beneficio.*

7 *Præbenda in ſpecie ſumpta accipitur pro Præbenda Cathedralis, vel Collegiatæ Eccleſiæ.*

8 *Præbenda alia Eccleſiaſtica, alia temporalis.*

9 *Præbenda temporalis eſt, quæ laico conceditur pro labore temporali.*

10 *Præbenda ſpiritualis eſt ius percipiendi proventus in Eccleſia, competens percipienti, tanquam uni de collegio.*

11 *Canonia, & præbenda in quo differant, oſtenditur,* & num. ſeq.

12 *Præbenda ſpiritualis eſt beneficium Eccleſiaſticum, non verò Canonia.*

13 *Dignitas dupliciter accipitur, in genere, & in ſpecie, & quæ ſit utraque declaratur.*

14 *Archidiaconatus, & Presbyteratus de iure communi tantùm habent dignitatem ex ſolo nomine.*

1 SVPER hanc rubricam ſcripſerunt Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Ananias, Dec. Anchar. Butr. Panormit. Ioan. de Londris *in Breviario ſanctorum Canonum, fol. 173. verſo*, Martin. Meſnart. *in epitome Decret. fol. 98. verſo*, Petr. de Ravenna *in compendio iuris Canonici*, Daniel Venator *in analyſi methodica iuris Pontif. à pag. 377.* Goffred. & Hoſt. *in ſumma huius tit.* Alex. Caſan. & Anaſt. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decret.* Lancellot. *in inſtitut. Canonic.* Barth. Carthag. *in expoſit. titulorum iuris Canonici*, Zypæ. *in analytica poſtremi iuris Eccleſ. enarrat. pag. 152.* Caniſ. *in ſum. iuris Canonici*, Caſarel. *in erothem. eiuſdem iuris*, noviſſimè Ioan. Honor. *lib. 3. ſum. in Decret.* omnes *ſub hac rubr.*

2 De materia tituli vide Vivian. Soar. & alios *tom. 1. communium opinion. lib. 1. tit. 9. pag. 181.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloſ. 5. §. 1. n. 20. cum ſeqq.* Camil. Borrel. *in ſumma omnium deciſ. tit. 10.*

3 *Præbendis.*] Apud bonos auctores nomen *Præbenda* reperitur in genere neutro pro ſtipendiis, quæ præſtabantur militibus in prælium deſtinatis, *l. inviti 2. ff. de teſtib.* Pratei. *in lexic. iuris, verb. Præbenda*, Duaren. *de ſacris Eccleſiæ miniſt. lib. 2. cap. 8.* Briſſon. *de verborum ſignificat. verb. Præbere*, Alciat. *lib. 2. Parerg.*
4 *cap. 43.* Sed in hoc tit. in genere fœminino accipitur pro ſtipendiis, quæ Clericis præſtantur pro divino
5 miniſterio, & derivatur à verbo *Præbeo*, in lata ſignificatione, in ſtricta verò à *preſto*, quod quis recipit pro labore: ita Nicol. Mil. *in ſuo repert. verb. Præbenda*, Ioan. Monach. *in rubr. huius tit. lib. 6.* & *ibi* Prob. *in addit. num. 20.* Cardin. *in Clement. fin. hoc tit. q. 11. concl. 53. num. 2.* Rot. *noviſſ. deciſ. 33. de Epiſcopis.* Vel poſſet dici præbendas Canonicorum ita vocari, quia præbent ea quæ ſunt victui neceſſaria, & derivari à verbo, *Præbenda*, in neutro genere, & numero plurali, quod ſignificabat ligna, & ſalem, quæ incolæ, & habitatores Legatis publicè miſſis exhibere debebant, Horat. *ſerm. 1. Satyr. 5.* Aul. Gell. *lib. 5. noctium Attic. cap. 4.* ibi, *qui ſortiti provincias forent*, præbenda publicè conduxiſſe: & appellatione illarum ſpecierum omnia hoſpitibus neceſſaria intelligebantur, ut docet Rambin. *de interpret. vocum obſcurarum*, atque ideo meritò præbendæ appellantur, quia neceſſaria victui præbent, & in aliquibus Eccleſiis portio aſſignata eſt in pane & vino, prout in Eccleſia Aſtoricenſi, ut docet Ioan. Quintin. *in repet. cap. de multa, in fin. verb. Præbenda, hoc tit.* de qua latè Sebaſt. Cæſar *in relect. de Eccleſiaſt. hierarch. part. 1. diſp. 12. §. 6. ex n. 29.*

6 Dupliciter accipitur hoc verbum, in genere ſcilicet, & in ſpecie, & prout eſt genus, ſumitur pro omni beneficio, & definitur variis modis per ſcribentes, ut conſtat ex traditis per Abb. *conſ. 47. vol. 2. n. 7.* Felin. *in cap. in noſtra, col. 7. de reſcript.* Dec. *in rub. eiuſdem tit. n. 3.* Selv. *de benef. p. 1. q. 1.* Corraſ. *de ſacerd. p. 1. c. 2.* Duaren. *lib. 2. de ſacris Eccleſ. miniſt. cap. 4.* Sylveſt. *in ſum. verb. Beneficium 1. in princ.* Rebuff. *in praxi benef. tit. quid & quot modis dicatur beneficium, n. 8.* Hojed. *de incompat. benef. p. 1. in præfat. n. 2.* Petr. Greg. *ſyntagm. iuris lib. 7. cap. 2. & in tit. de benef. cap. 6. num. 5.* Pariſ. *de reſign. benef. lib. 4. q. 21. n. 4.*

Præbenda autem in ſpecie ſumpta accipitur pro 7
præbenda Cathedralis, vel Collegiatæ Eccleſiæ, text. cum *ibi notatis in cap. cùm M. de conſtit. & in c. quia nonnulli, de magiſtr.* quamvis in lata ſignificatione comprehendat omnia beneficia inferiora, ut *in cap. tua nobis, de verb. ſignif. & in cap. ſi quis dator 1. q. 3. & in c. quia tantùm, in fine, hoc tit.* & in hac ſignificatione accipitur in hoc tit. Et præbendatum plures ſpecies 8
referunt gloſſ. *verb. Receperunt in d. c. cùm M.* ubi Abb. *n. 31.* Felin. *n. 3.* Dec. *n. 52.* Mant. *n. 26.* Rip. *n. 170.* qui refert quinque, & Hojed. *de incompat. benef. p. 1. c. 12. n. 3.* Sed commodiùs dividitur in temporalem, & Eccleſiaſticam: temporalis eſt illa, quæ non eſt annexa Canonicatui, ſeu beneficio Eccleſiaſtico, ſed conſiſtit in mera temporalitate, de qua loquitur text. *in c. penult. de magiſtr.* & laico conceditur pro labore temporali, 9
qualis eſt illa, quæ conceditur Symphoniacis, Procuratoribus, Advocato, Syndico, & Organiſtæ, gloſ. *d. verb. Receperunt, in d. cap. cum M*, & *ibi* Rip. *n. 170.* Roman. *conſ. 228. n. 8.* Selv. *de benef. p. 1. q. 7. n. 4.* Duaren. *de ſacris Eccleſ. miniſt. lib. 2. c. 8.* Navar. *in cap. quando, de conſecr. diſt. 1. notab. 7. num. 24.* Pechi. *in reg. beneficium, num. penult.* Petr. Greg. *in tit. de benef. c. 11. n. 15. cum ſeqq.* Rebuff. *in concord. de collat. §. 10. verſ. Canonicatum, & præbendam, in fin.* Ant. de Prætis *in clypeo paſtorali, c. 3. in princ. & n. 11.* Eccleſiaſtica verò, ſeu ſpiritualis illa dicitur, quæ eſt beneficium Eccleſiaſticum, ut *in c. dilecto, hoc tit.* ubi Abb. *notab. 5.* idem Abb. poſt Innoc. *in cap. maioribus, eod. tit. & in d. c. cùm M. n. 22.* relati ab Hojed. *ubi ſuprà, n. 2.*

Spiritualis autem præbenda definiri ſolet, ut ſit jus 10
percipiendi proventus in Eccleſia, competens percipienti tanquam uni de collegio, quam diffinitionem aſſignarunt Hoſtienſ. *in ſumma, tit. de præbend. num. 28.* Archidiac. *in cap. alienationis, 12. q. 2.* Prob. *ad Monach. in rubr. huius tit. in 6.* Rebuff. *in praxi benef. tit. ſæculare beneficium quotuplex.* Sed meliùs definitur quod ſit beneficium ſimplex inſtitutum in Eccleſia Cathedrali, vel Collegiata, ad exequenda divina Officia, quod non habet ex ſe ſcamnum in choro, neque vocem in Capitulo, ut notant Doctores *in d. cap. cùm M. de conſtit. in cap. fin. iſto tit.* Petr. Greg. *de benef. cap. 18. num. 28.*

Differunt igitur Canonia & Præbenda, ut multis 11
oſtendit Sebaſtian. Cæſar. *d. diſp. 12. §. 6. ex n. 43.* & Illuſtriſſimus D. meus Rodericus à Cunha *in comment. ad cap. ſanctorum 2. num. 22. diſp. 70.* quia Canonicatus eſt jus habendi ſedem in choro ad cantandum, & legendum, ac vocem in Capitulo, proveniens ex electione, ſeu receptione in fratrem, ut *in cap. in Geneſi*, & *ibi* gloſſ. *verb. Vel quaſi, de elect.* gloſ. *in cap. relatum, & in cap. pro illorum, & in c. dilectus, il 1. in fine, iſto tit.* gloſ. *verb. Receperunt, in cap. cùm M. de conſtit.* Hoſt. *in ſum. huius tit. verb. Canonici*, gloſſ. *in pragm. ſanct. tit. de elect. cap. ſicut, §. quanta, verb. Eccleſia, & in tit. de collat. §. item cenſuit, verb. Præbendarum*, communis, ut per Hojed. *de incompatib. benefic. p. 1. c. 12. n. 1.* Petr. Gregor. *de benef. c. 10. num. ult.* Sed Præbendatus ex ſe non habet ſedem in choro, nec vocem in Capitulo: & titulus Canoniæ eſt receptio in fratrem, titulus verò Præbendæ collatio, ut *in cap. cùm in Eccleſiis, hoc tit. in 6.* Cardin. *conſil. 103.* Rip. *lib. 2. reſponſ. c. 33. num. 4. & in d. cap. cùm M. n. 25.*

Differunt

12 Differunt etiam; quia præbenda ſpiritualis eſt beneficium Eccleſiaſticum, *cap. tua nobis, de verbor. ſignificat. cap. ex multis*, §. *conſtituimus* 1. *q.* 3. *cap. inter cætera, cap. dilectus,* il 2. *in fin. hoc tit. & in cap. fin.* §. *in illis, verſ. præbendas, de conceſſ. præbend. in* 6. *& in c.* 1. *ne Sede vacant. eod. lib.* cum aliis adductis per Sebaſt. Cæſar. *d. diſp.* 12. §. 6. *n.* 37. Canonia verò non eſt beneficium, vt *in cap. fin.* §. *illis*, atque ideo Canonicus ſine præbenda non poteſt dici beneficiarius, *cap. in noſtra, de reſcript.* vbi notarunt Abb. & Felin. Rip. *vbi ſupr. n.* 26. Rot. *deciſ.* 26. *iſto tit. in nouis.* Sed quamvis Canonia de per ſe beneficium non ſit, præbet ius ad præbendam; quia recepto in Canonicum debetur præbenda, *cap. relatum, iſto tit. in* 6. & ſic præbenda deſcendit à Canonia tanquam ſequela, & filia à matre, vt docet Compoſtel. *in d. cap. cum M. col.* 3. Guillelm. de Monte Lauduno, & Cardin. *in Clement. fin. de præbend. q.* 10. Prob. *ad Monach. in rub. huius tit. in* 6. *n.* 6. Hoied. *vbi ſuprà*, Rota *deciſ.* 11. *de conceſſ. præbend. in antiq.*

13 *Dignitatibus.*] Dupliciter accipitur dignitas, in genere ſcilicet, & in ſpecie; dignitas in genere ſignificat honoris gradum, vt *in l.* 1. §. *pen. ff. de ventre inſp. & in l.* 1. *cum ſeqq. C. de dignitat. lib.* 12. gloſſ. *verbo dignitas, in cap. denique, diſt.* 4. *& verbo maiores, in cap. ſedes, de reſcript. gloſſ.* 1. *in cap. quia nonnulli, de cleric. non reſident.* & in hac ſignificatione comprehendit ſub ſe perſonatum, & officium, & differt ab illis tanquam genus à ſpeciebus, Ludou. Gom. *in cap. ſtatutum, n.* 9. *de reſcript. in* 6. Staphil. Hoied. & alij infrà referendi. Dignitas verò in ſpecie eſt illa, cui competit iuriſdictio fori exterioris ex inſtitutione, vel ex conſuetudine cum præeminẽtia in choro & Capitulo, gloſſ. *verbo dignitates, in Extrauag. execrabilis, de præb. Ioan. XXII.* Abb. *in cap. de multa, n.* 22. *in fine, hoc tit.* Selu. *de benef. p.* 1. *q.* 2. Rebuff. *in praxi tit. ſæculare beneficium quotuplex, n.* 7. Rot *deciſ.* 9. *de præbend. in nouis.* Aretin. *conſil.* 23. *num.* 4. Duaren. *lib.* 2. *de ſacris Eccleſ. miniſtris, cap.* 6. Staphil. *de literis gratiæ, tit. de modo, & formâ impetrandi*, &c. *num.* 2. *cum ſeqq.* Hoied. *de incompatib. benefic. part.* 1. *cap.* 7. *num.* 1. Petr. Greg. *de benefic. c.* 10. *n.* 18. *& lib.* 17. *ſyntagm. iuris, c.* 3. *n.* 17.

14 De iure communi Archidiaconatus, & Archipresbyteratus tantùm habent dignitatem ex ſolo nomine, Rot. *deciſ.* 9. Boët. *d. deciſ.* 286. *num.* 3. Aretin. *conſil.* 23. quem refert Cardinal. Tuſch. *practic. concl. tom.* 2. *lit. D. concluſ.* 419. *num.* 15. *&* 16. Alij autem perſonatus, ſive officia non ſonant in nomen dignitatis de eodem iure communi, niſi conſuetudo ſit in contrarium, Aretin. *vbi ſuprà*, Cardinal. Tuſch. *d. concluſ.* 419. *num.* 19. vt de Præpoſitura dicit idem Aretin. *d. conſil.* 23. *num.* 5. & de Theſauraria firmant Rot. *deciſ.* 173. aliàs 8. *ſiue* 9. *de præbend. in nouis.* Aret. *d. conſil.* 23. *in princip.* Abb. *conſil.* 93. *in princip. & per tot. lib.* 3. Paulin. *de poteſtate Capituli, Sede vacant. prælud.* 2. *col.* 4. *verſ. quandoque autem*; & de Decanatu Rot. & Aretin *locis proximè citatis*, & de Præceptoria idem Aretin. *d. conſ.* 23. *n.* 6. & de Sacriſta Zabarell. *conſil.* 62. *in princip.* refero ego ipſe *in tract. de appellatiua verborum vtriuſque iuris ſignificat. appellat.* 72. *ex num.* 3.

SVMMARIVM.

1 *Conſanguinitatis iure non ſucceditur in bonis Eccleſiæ.*

2 *Succeſſio iure conſanguinitatis non datur in bonis Eccleſiaſticis.*

3 *Regreſſus in beneficiis ſublati ſunt à Concil. Trident.*

4 *Populi appellatione non venit Clerus.*

Cap. Vt nullus I.

Ex Concil. Pictauien.

BOna Eccleſiaſtica non acquiruntur iure conſanguinitatis. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſt. Anchar. Henric. Butr. Panorm. Cened. *collect.* 89. Flamin. Pariſ. Dec. Viuian. *in ration. libri* 3. *iuris Pontif. pag.* 53. Alagona *in compendio iuris Canonici, pag.* 372. remiſſiuè Ximen. *in concord. part.* 1. *&* 2. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 3. *tit.* 5. *c.* 3. 1

Collige ex text. in bonis Eccleſiaſticis non dari ſucceſſionem iure conſanguinitatis, vt per Lxl. de Zanchis *de priuileg. Eccleſ. priuileg.* 78. Flamin. Pariſ. *de confident. q.* 8. *n.* 9. Paul. Fuſch. *lit. B. ſing.* 21. Azened. *ad Curiam Piſan. lib.* 4. *c.* 1. *à n.* 5. Spin. *in ſpeculo teſtam. gloſſ.* 3. *princ. à n.* 18. Cened. *d. Collect.* 88. *n.* 1. Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancellar. gloſſ.* 5. *n.* 33. vbi *n.* 34. aſſerit in Capellaniis, ad quas vocantur Clerici conſanguinei, ſeu de familia, hoc locum non habere, cùm beneficia Eccleſiaſtica non ſint. Vnde regreſſus in beneficiis, quia habent ſpeciem ſucceſſionis hæreditariæ, & dant occaſionem captandæ mortis, meritò ſublati ſunt à Concil. Trident. *ſeſſ.* 25. *de reformat. c.* 7. vt aduertit. Aloyſ. Ricc. *in praxi aurea, reſol.* 137. Vtrùm valeat conditio poſita in fundatione beneficij, quod tale beneficium conferatur conſanguineis, vide Lambertin. *de iure patronat. lib.* 1. *part.* 1. *q.* 9. *princip. ex num.* 109. *& lib.* 1. *part.* 2. *in art.* 2. *quæſt. princip. ex n.* 1. Calderin. *conſil.* 4. *de iurepatronat.* Amaya *conſil.* 63. *n.* 5. Hoied. *de incompatibil. benefic. part.* 1. *cap.* 23. *n.* 132. *& c.* 24. *n.* 107. Sebaſt. Medic. *de acquir. rerum domin. gloſſ.* 1. *part.* 3. *num.* 352. Azeued. *l.* 14. *n.* 13. *tit.* 3. *lib.* 1. *nouæ recop.* 2 3

De Clero, ſiue Populo.] Ergo appellatione Populi non venit Clerus, vide tamen Chaſſan. *in conſuetud. Burgund. fol.* 362. *num.* 1. *&* 2. Tiraq. *de retractu lign.* §. 1. *gloſſ.* 8. *num.* 33. Gregor. *l.* 5. *verbo in Clerico, tit.* 2. *part.* 1. Perez *l.* 1. *tit.* 3. *lib.* 1. *Ordinament. pag.* 62. Valaſc. *conſult.* 100. *num.* 5. Bellet. *diſquiſit. clerical. part.* 1. *tit. de diſciplina clericali*, §. 2. *n.* 12. Surd. *conſil.* 301. *n.* 7. plures per Carol. de Graſſis *de effectibus clerical. in prælud. n.* 373. & latè meipſum *in tract. de appellatiua verborum vtriuſque iuris ſignificat. appellat.* 205. *ex num.* 1. 4

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopo non licet aliquem ordinare ſine titulo.*

2 *Patrimonium ad minores Ordines de conſuetudine non requiritur.*

3 *Clericorum appellatione in maioribus, & minoribus Ordinibus conſtituti continentur.*

Cap. Non liceat II.

In corpore Canonum.

EPiſcopo non licet ordinare Clericos, niſi vel habeant titulum, vel ipſe Epiſcopus illis det vnde viuant. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. 1

Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſt. Anchar. Burr. Henric. Dec. Panorm. Viuian. *in ration. lib. 3. iuris Pontif. pag.* 43. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 372. remiſſiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Anton. Aug. *collect. 1. Decret. lib. 3. tit. 5. cap. 2.*

2 *Ordinare Clericos*, &c. Ergo etiam ad minores Ordines requiritur titulus, prout etiam colligitur ex *cap. neminem, 70. diſt. & ex gloſſ. 1. ibi*, & fatentur Nau. *conſ. 14. n. 1. de tempor. ordin.* Soat. *tom. 5. de cenſuris, diſp. 31. ſect. 1. n. 31.* De conſuetudine tamen contrarium ſeruatur, vt teſtatur *d. gloſſ. 1. hic*, communiter recepta ex Dec. *n. 29.* quod videtur approbare Concil. Trid. *ſeſſ. 21. de reform. c. 2.* vbi ſolùm ad ſacros Ordines requirit titulum, & ita poſſe iam hodie primam Tonſuram, aut quatuor minores Ordines ambientem abſque titulo ordinari, referunt Salzed. *ad Bernard. in pract. c. 18. n. 5.* Vgolin. *de irregul. c. 61. n. 2.* Fr. Emman. *in ſumma, tom. 2. cap. 15. n. 16.* Quintanad. *Eccleſ. lib. 3. n. 17.* Petr. de Ledeſm. *in ſumma, p. 1. de Sacram. Ordinis. c. 7. ad fin.* Flamin. *de reſign. benef. lib. 2. q. 6. n. 4.* Nicol. Garc. *de benefic. p. 2. c. 5. n. 4. & 5.* Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſiaſt. reſolut. 271. num. 3. in 2. edit.* Campanil. *in diuerſorio iuris Canonic. rubr. 8. cap. 1. num. 5.* quos refero ego ipſe *de officio. & poteſt. Epiſcopi, p. 2. alleg. 19. num. 3.* D. Mar. Cutel. *de donat. inter patrem, & fil. tract. primo, diſcurſ. 2. p. 12. num. 3.*

3 In gloſſ. *Clericos*, ibi, *appellatione Clericorum in minoribus Ordinibus, & maioribus conſtituti continentur.* Vide Abb. *in rubr. de vita, & honeſt. Cleric. n.* 8 Roland. *conſ. 16. à n. 10. vol. 4.* Bellet. *diquiſit. Cleric. p. 1. tit. de diſciplina Cleric. §. 2. n. 2.* Dec. *in tract. crimin. p. 1. lib. 3. c. 10. n. 22.* Cenal. *commun. contra commun. q. 524. n. 6.* plures per Carol. de Graſſis *de effect. Cleric. in prælud. n. 252.* Viv. *tom. 1. commun. opin. lib. 9. tit. 34. n. 40. pag. 570.* vbi etiam quod in materia fauorabili appellatione Clericorum veniunt etiam Canonici. & Clerici in dignitate conſtituti. & alij Prælati &, ſecus in odioſa, de quo etiam Put. *deciſ. 92. num. 2. lib. 3.* Azor. *inſtit. moral. p. 2. lib. 3. cap. 11. q. 15.* Soat. *commun. opin. verbo Clericus, n. 125.* Troyl. Malueſ. *in tract. de canoniz. Sanctorum, dub. 2. n. 25.* Zerol. *in praxi Epiſcop. p. 1. verb. Clericus, §. 1. in fin.* latè Carol. de Graſſis *in d. prælud. à n. 262.*

SVMMARIVM.

1 *Bona Eccleſiarum communia ſunt, nec debet quiſquam tanquam propria ſibi vendicare.*

2 *Bona Eccleſiarum deputata ſunt communi Eccleſiæ vtilitati, & publico vſui ſpirituali.*

3 *Beneficiatus vanè ac malè conſumens fructus beneficij, non tenetur ad reſtitutionem, quamvis peccet mortaliter.*

Cap. Ratio III. *Greg.*

1 BOna Eccleſiaſtica cùm ſint data pro communi vtilitate, nemo debet applicare vſibus propriis. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Anan. Hoſt. Henric. Anchar. Butr. Panorm. Dec. Viuian *in ration. lib. 3. iuris Pontif. pag. 44.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 373.* remiſſiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* deſumitur ex D. Greg. *lib. 1. epiſt. 19. ſiue 31. c. 31. indict. 7. regiſtri*, & refertur ab Ant. Aug. *collect. 1. Decret. lib. 3. tit. 5. cap. 3.*

Pro communi vtilitate, &c.] Notatur ad hoc, quod 2 bona Eccleſiarum deputata ſunt communi Eccleſiæ vtilitati, & publico vſui ſpirituali, vt per Bellet. *diſquiſit. Cleric. p. 1. tit. de exemptionibus Clericorum, & eorundum bonorum, §. 1. n. 14.* Vnde Archid. *ad c. 1. diſt. 44. n. 5.* reſoluit Clericos beneficiarios teneri ad reſti- 3 tutionem illorum fructuum, quos voluptuosè conſumunt, non facientes ſeruitium, vel facientes non debito modo, quia iſta ſunt Eccleſiis oblata, vt pro ipſis offerentibus oretur, & inde pauperes alantur, hoc dictum cum aliis, quos citat, dicit celeberrimum Rip. *de peſte, tit. de remediis ad conſeruandam vbertatem, n. 151.* Verùm communis ſententia eſt in contrarium, reſoluens beneficiatum vanè, ac malè conſumentem fructus beneficij, non teneri ad reſtitutionem, quamvis peccet, & quidem mortaliter, non contra iuſtitiam, ſed contra charitatem, ſeu miſericordiam, ſi in notabili quantitate id faceret, & exceſſus eſſet magnus: quam ſententiam tenent Marſil. Columna *in tract. de Eccleſ. reddit. ex c. 25.* Cou. *in c. cùm in officiis, de teſtam.* Molin. *de primog. lib. 2. c. 10 à n. 46.* alter Molin. *de iuſtit. tract. 2. diſp. 142.* Gutier. *pract. lib. 1. q. 114.* Nicol. Garc. *de benef. p. 2. c. 2. n. 5.* Azor. *inſtit. moral. p. 2. lib. 7. c. 8. q. 2.* Fr. Emman. *quæſt. Regul. tom. 3. q. 74. art. 4.* Zerol. *in praxi Epiſcop. p. 1. verbo Clericus, §. 10.* Paul. Comitol. *reſponſ. moral. lib. 1. q. 71.* & alij citati à Cened. *ad Decret. collect. 2. n. 5.* Fr. Ant. Molin. Carthuſ. *in inſtit. Sacerd. tract. 2. c. 15. & ſeq.* Leſſ. *de iuſtitia, lib. 2. c. 4. dub. 6. & c. 19. dub. 4.*

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus, qui ordinauit aliquem ad ſacros Ordines ſine titulo, tenetur ei prouidere de ſuo, donec aliquem titulum fuerit aſſequutus*, & n. 2.

3 *Amplia in Epiſcopi ordinantis ſucceſſore, ipſo mortuo, & in Capitulo, Sede vacante.*

4 *Epiſcopus Ordines conferens ei, qui iam in ſacro Ordine conſtitutus erat ſine titulo, tenetur ei prouidere de ſuo.*

5 *Dimiſſorias literas ad ſacros Ordines dans non habenti patrimonium, tenetur ei prouidere de ſuo.*

6 *Clericus poteſt redditus beneficij conſumere in ſuis alimentis, & fructus patrimonij reſeruare.*

7 *Ordinans non tenetur ad alimenta ordinati ſine patrimonio, niſi in ſubſidium.*

8 *Epiſcopus tenetur Clerico pauperi ab eo ordinato ſine patrimonio prouidere de neceſſariis, ſecundùm redditus Eccleſiæ, & qualitatem, ac dignitatem ordinati.*

9 *Patrimonij bona, ad cuius titulum fuit quis ordinatus, habent priuilegia, quæ conceduntur à iure bonis Eccleſiaſticis, ſaltem interim quod non extinguitur per adeptionem beneficij.*

Cap. Epiſcopus IV. *Alex. III.*

In Concil. Lateran.

EPiſcopus ſi aliquem ordinat in Diaconum, vel 1 Presbyterum, qui non habet ex ſua, vel paterna hæreditate vnde viuat, ſubminiſtrare debet illi neceſſaria, donec aſſignet aliquem titulum in Eccleſia vnde viuat. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Io. Andr. Anan. Imol. Hoſt. Henric. Anch. Butr. Dec. Panorm. Cened. *collect. 33.* Viu. *in ration. libri tertij iuris Pontif. pag. 42.* Alagona *in compendio iuris Canon. pag. 373.* remiſſiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur

refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 3. *tit.* 5. *c.* 5.

2 Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſumunt Vgol. *de offic. & poteſt. Epiſc. c.* 26. §. 15. *n.* 1. Anch. per text. *ibi, in cap. cum ſecundum, notab.* 5. *infr. hoc eod. tit.* Anton. Cord. de Lara *in l. ſi quis à liberis*, §. *etſi impubes, n.* 33. *ff. de liberis agnoſc.* Mathienz. *l.* 1. *gloſ.* 9. *n.* 8. *tit.* 6. *lib.* 5. *novæ recop.* Flamin. *de reſignat. benef. lib.* 2. *q.* 6. *n.* 5. Surd. *de alim. tit.* 7. *q.* 37. Cenced. *ad Decretal. collect.* 33. *n.* 1. Ego ipſe *de offic. & poteſt. Epiſcop. p.* 2. *alleg.* 20. *à n.* 3. ubi multipliciter ampliat.

3 *Epiſcopus.*] Vel ejus ſucceſſor ipſo mortuo, vel Capitulum, Sede vacante, ſi tali promotioni non reſiſtit, ut tenent Henriq. *in ſum. lib.* 10. *c.* 17. §. 4. *in commento lit. F*, Bonac. *de Sacram. diſp.* 8. *quæſt. unic. puncto* 5. *n.* 17. *verſ. reſpondeo ſecundò*, optimè Campanil. *in diverſorio iuris Canon. rub.* 8. *cap.* 5. *num.* 21. ubi advertit quod ſi Epiſcopus loco renunciaſſet, quia tranſlatus ad alterius Eccleſiæ regimen, vel ſi loco & dignitati ceſſit, non conſtringeretur alimenta præſtare ordinato ſine titulo, qui ordinantis locum ſubſortitus fuerit, ſed ipſemet ordinator, quamvis è tali egreſſus loco, & Eccleſia, quod etiam tenet Vgol. *d.* §. 15. *verſ. ſexto excipitur*, & refero ego ipſe *d. alleg.* 20. *n.* 23.

4 *In Diaconum, vel Presbyterum.*] Ergo Epiſcopus Ordinem conferens ei, qui jam in ſacro Ordine conſtitutus erat ſine ullo titulo, tenetur ei providere de ſuo, cùm alios Ordines ſacros non habenti titulum conferre non deberet: tum etiam, quia jura ſimpliciter prohibent promotionem ad ſacros Ordines ſine vero titulo. Ita deciſum referunt Fornar. *de ſacram. Ordinis, c.* 8. *n.* 10. Bonac. *d. quæſt. unic. puncto* 5. *n.* 30. Quarant. *in ſumma Bullarii, verb. Ordo, verſ. an verò*, Vgol. *d. n.* 5. *verſ. tertiò*, Ego ipſe *d. alleg.* 20. *n.* 22.

5 *Ordinaverit.*] Vel literas dimiſſorias dederit ad ſacros Ordines non habenti unde viveret; nam eadem ratio eſt in ipſo ordinante ſubditum, quæ in dante hujuſmodi dimiſſorias, ut poſt Proſper. de Auguſt. *in addit. ad Quarant.* reſolvit Vgolin. *d.* §. 15. *num.* 1. ubi etiam *in verſ. verum*, dicit quod ſi Epiſcopus alteri Epiſcopo committat generatim, nullis perſonis expreſſis, ut ſuo nomine Ordines in ſua Diœceſi celebret, & is, cui id commiſſum eſt, titulum non habenti Ordinem ſacrum contulerit, tenebitur ad neceſſaria vitæ præſtanda, non autem qui commiſit, quia in culpa fuit non inveſtigando an haberet titulum, per *cap. ſi Epiſcopus, hoc tit. lib.* 6.

6 *Stipendia militiæ clericalis*, &c.] Ergo Clericus poteſt redditus beneficii conſumere in ſuis alimentis, & fructus patrimonii reſervare, de quo vide Greg. *l.* 12. *verb. Rentas, tit.* 28. *p.* 3. Navar. *conſ.* 65. *hoc tit. in antiq. aliàs conſ.* 1. *de vita & honeſtate cleric. in novis.* Sayr. *in floribus deciſ. ſub hoc tit. de præbend. deciſ.* 68. Menoch. *de arbitr. caſu* 195. *num.* 5. Vivian. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 1. *tit.* 2. *num.* 41. *pag.* 155. D. Barboſ. *in l. divortio, in princip. p.* 1. *n.* 67. *ff. ſoluto matrim.* Flamin. *de reſign. benef. lib.* 5. *quæſt.* 6. *n.* 541. Surd. *de aliment. tit.* 9. *q.* 12. *num.* 11. Azor. *inſtit. moral. p.* 2. *lib.* 7. *cap.* 9. *q.* 13. *& lib.* 8. *c.* 3. *q.* 11.

7 *Niſi talis ordinatus*,] &c. Ergo ordinans non tenetur ad alimenta ordinati, niſi in ſubſidium, ut per Surd. *de aliment. tit.* 7. *q.* 17. *num.* 9. ubi *num.* 7. quod pauper non dicitur, qui habet à quo petere poſſit alimenta: unde ſi ille ex arte, vel operis ſe alit, nec poterit petere ab Epiſcopo alimenta præteriti temporis, ut reſolvit idem Surd. *eod. tract. de alim. tit.* 7. *quæſt.* 1. *n.* 34. Attento tamen noviori jure Concil. Trident. *ſeſſ.* 21. *de reform. cap.* 3. quod vult patrimonium verè obtineri, & non fictè, ordinandus non eſt quis, etiamſi haberet patrem divitem nihil aſſignantem pro victu, & portione, prout tenent Flamin. *d. q.* 6. *n.* 28. Vgol. *d. cap.* 26. §. 9. *n.* 3. Campan. *d. rubr.* 8. *c.* 9. *n.* 3. ego ipſe *d. alleg.* 20. *n.* 60.

In gloſſ. *Neceſſaria, ibi, conſideratis facultatibus Eccleſiæ*, &c.] Notatur ad hoc, quod Epiſcopus tenetur Clerico pauperi ab eo ordinato providere de neceſſariis ſecundùm redditus Eccleſiæ, & qualitatem, ac dignitatem ordinati, ut per Surd. *de aliment. tit.* 4. *q.* 18. *n.* 32. Menoch. *de arbitr. caſu* 169. *num.* 14. Flamin. *de reſignat. benef. lib.* 5. *q.* 6. *n.* 135. Stephan. Grat. *diſcept. forenſ. c.* 112. *n.* 12. Epiſcopus autem, ut rectè arbitretur congruam ſummam pro hujuſmodi titulo concedenti, & neceſſitatem, quæ debeat attentè rimari, refero ego ipſe *d. p.* 2. *alleg.* 19. *num.* 12. ubi plures refero Doctores. 8

In gloſſ. *Subſidium*, ult. ibi, *& talis cenſetur in perſona, & rebus gaudere privilegio clericali.* Notatur ad hoc, quod bona patrimonii, ad cujus titulum fuit quis ordinatus, habent privilegia, quæ conceduntur à jure bonis Eccleſiaſticis, ut per Covar. *lib.* 1. *var. c.* 4. *n.* 4. Lar. *in l. ſi quis à liberis*, §. *ſolent, n.* 36. *ff. de liber. agnoſc.* Viv. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 1. *tit.* 2. *n.* 52. *pag.* 157. Cald. Pereira *in l. ſi curatorem, verb. Læſis, n.* 131. *& ſeq.* Spin. *d. gloſſ.* 18. *princ. n.* 72. Menoch. *remed.* 15. *recup. n.* 12. Zerol. *in prax. Epiſc. part.* 1. *verb. Clericus*, *pag.* 71. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloſ.* 5. §. 10. *n.* 14. Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 159. *num.* 27. noviſſimè, me citato *in hoc loco*, D. Mar. Curel. *de donat. inter patrem, & filium, tract. primo, diſcurſ.* 2. *part.* 12. *num.* 30. *pag.* 171. & ſaltem interim quod non extinguitur per adeptionem beneficii Eccleſiaſtici, Spin. *in ſpeculo teſtament. gloſſ.* 18. *princ. num.* 72. Azeved. *l.* 1. *num.* 9. *tit.* 4. *lib.* 1. *novæ recopilat.* Ceval. *communium contra communes, quæſt.* 527. *num.* 4. quos refert, & ſequitur Cened. *practic. & canon. quæſt. lib.* 1. *q.* 12. *num.* 9. Vnde pro collectis non eſſe obligata reſolvit Marc. Anton. *var. reſol. lib.* 1. *reſol.* 88. Decimam tamen de eis teneri clericum ſolvere adſtipulatur Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſiaſtici, deciſ.* 605. *in* 1. *edit. & reſol.* 529. *in* 2. *edit.* 9

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopi non debent permittere, quem plures Eccleſias obtinere.*
2 *Ambitio quid ſit, remiſſivè.*
3 *Diſpenſatio an & quando admittat extenſionem, oſtenditur.*
4 *Clericus habens duas Eccleſias in diverſis Epiſcopatibus, ab unoquoque illarum Antiſtite ad Ordines promoveri poteſt.*
5 *Beneficia plura Eccleſiaſtica ex diſpenſatione Apoſt. poteſt quis habere.*

Cap. Quia in tantum V.

NVllus debet habere plures Eccleſias, quia hoc certum periculum animarum continet, ſed per eas Clericis indigentibus ſubveniendum eſt aptis ad inſerviendum Eccleſiæ. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Anan. Hoſtienſ. Henric. Anchar. Butr. Panorm. Dec. Vivian. *in rationali libri tertii iuris Pontif. pag.* 41. Alagona *in compend. iur. Canon. pag.* 373. remiſſivè Ximen. *in concord. part.* 1. *&* 2. deſumitur ex Concil. generali Lateran. *cap.* 14. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 1. *Decret. lib.* 3. *tit.* 5. *c.* 6. 1

Ambitio.] De ambitione vide Coſm. *in proœmio pragm. ſanct.* §. *proh dolor*, *verb. Ambitionis*, *fol.* 28. 2

D 4 Chaſſan.

Chaſſan. *in catalogo gloriæ mundi, p.1.conſid.60. fol.mihi 36.* Leſſ. *de iuſtit. lib.3. c.2. dub.3. n.21.* ubi dicit ambitionem eſſe inordinatum appetitum honoris, & *in opuſculo de ſummo bono, c.9. n.5.* dicit quod ambitioſi animus nunquam eſt quietus, ſemper enim occurrunt novæ occaſiones vel timendi, vel indagandi, vel vindicandi, vel acceptandi, vel ſollicitandi, vt nullum mare ſit magis iuſtabile, aut majoribus agitetur motibus, refert alia plura adducens Ioan. Anton. Maſſobr. *in ſua praxi habendi concurſum, præl.25. dub.13. n.57.* ſecundùm Rom.impr. De ambitione multa complectitur S.Bernard. *ſerm.6. in Pſal.90. Qui habitat.* Ambitio, inquit, ſubtile malum, ſecretum virus, peſtis occulta, doli artifex, mater hypocriſis, livoris parens, vitiorum origo, criminum fomes, virtutum ærugo, tinea ſanctitatis, excæcatrix cordium, ex remediis morbos creans, generans ex medicina languorem. Et S. Ambr. *lib.4. in Luc.e.4.* ſic ait: Hoc ipſo perniciſior ambitio, quòd blanda quædam eſt conciliatricula dignitatum, & ſæpè quos vitia nulla delectant, quos nulla potuit movere luxuria, nulla avaritia ſubruere, facit ambitio criminoſos. Et propter ambitionem plerique Sacerdotes pereunt. S.Ioan. Chryſoſt. *in Apoſt. actus, homil.3.* nam ambitio motæ impatiens in ſuum, atque alienum ruit exitium. D. Greg. *lib.3. dial. c.5.* plures alias auctoritates cumulat Gisbert Schevic. *de Eccleſiaſticorum vita, & moribus, lib.2. c.25. & c.37.*

3 In gloſſ. *Plures* 1. ibi, *quia ex quo cum eo diſpenſatur in Eccleſia per conſequens in omnibus acceſſoriis diſpenſatur.* Notatur ad hoc, quod diſpenſatio, licèt regulariter non admittat extenſionem, extenditur tamen ad ea, quæ ſunt connexa & annexa, & ad conſequutiva, & dependentia, ut per Surd. *de aliment. tit.9. q.31. n.58.* Hinc diſpenſatio ad plura beneficia extenditur ad licentiam non reſidendi in utroque, ſed in ſolo altero, ut per Abb. *hic, n 4.* Mandoſ. *ad reg.20. Cancel. q.7. n.3.* Sayr. *de cenſuris, lib.7. c.14. n.21.* Felin. Angel. Sylveſt. Gamb. & alios, quos refert, & ſequitur Sanch. *de matrim. lib.8. diſp.1. n.19.* Hinc etiam minor diſpenſatus ad beneficium curatum, cenſetur etiam diſpenſatus ne teneatur intra annum ad Sacerdotium promoveri: ita Borgaſ. *de irregul. p.1. tit. de interpret. diſpenſationis, n.5.* Gambat. *de auctoritate Legati, lib.10. n.232.* Surd. *d. tit.9. q.44. n.43.* Sanch. *d. num.19. in fine.*

4 In cad. gloſſ. ibi, *Et ſi quis habet duas Eccleſias in diverſis Epiſcopatibus, utrobique intelligitur habere domicilium.* Et ideo ab unoquoque illorum Antiſtite ad Ordines promoveri ſine dubio poſſunt, reſolvunt Anchar. *in cap. cùm nullus, n.1. verſ. circa ſecundum, de tempor. ordin. lib.6.* Campan. *in diverſorio iuris Canon. rubr.9. c.8. n.14.* ego ipſe *de offic. & poteſt. Epiſcop. p.2. alleg.4. n.59.*

5 In gloſſ. *Animarum*, ult. ibi, *niſi per diſpenſationem obtineant illas.* Notatur ad hoc, quod per diſpenſationem poteſt quis habere plura beneficia Eccleſiaſtica, ut per Duen. *reg.71. verſ. ſecundò fallit*, Flamin. *de reſign. lib.3. q.1. n.87.* Apoſtolica ſcilicet, nam abſque illa duos ſimul Canonicatus per triennium, & ultra detinens, utroque ipſo jure eſt privatus, ut per Nicol. Garc. *de benef. p.11. c.5. n.321. in 3. declarat.* Armend. *in addit. ad recop. legum Navarræ, lib.4. tit.7. l.2. de benef. incompatib. n.43.* quos refero *de officio, & poteſt. Epiſcopi, p.4. alleg.62. n.29.* ubi à principio allegationis diſputatur, an Epiſcopus diſpenſare poſſit, ut quis habeat plura beneficia ſimplicia reſidentiam non requirentia.

SVMMARIVM.

1 *Papa ad mandatum non tenetur quis providere illi, qui beneficium in literis tacuit, vel ſine ſcandalo provideri non poteſt.*

2 *Gratia Apoſtolica cum ſcandalo non eſt exequenda.*

3 *Iudex ut officialis non debet exequi Principis, aut alterius ſuperioris iniuſtum præceptum, quando illud exequendo timeretur de univerſali ſcandalo.*

4 *Beneficium ſe nullum habere dicens, cùm habuerit tenue, non valent literæ.*

Cap. Cùm teneamur VI.

PApa quando mandat, ut provideatur alicui de beneficio, tunc ſi ille habet beneficium ſufficiens, & vel in literis non fiat mentio, vel non poteſt ei provideri ſine ſcandalo, non eſt exequendum tale mandatum. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Ananias, Hoſtienſ. Anchar. Henric. Butt. Panorm. Dec. Vivian. *in rationali lib. tertii iuris Pontif. pag.45.* Alagona *compendio iuris Canon. pag.373.* remiſſivè Ximen. *in concord. p.2.* refertur ab Anton. Auguſt. *collect.1. Decret. lib.3. tit.5. cap.8.* & eſt poſt Concil. Lateran. *p.30. c.1.* 1

Aut ſi non poteſt ei ſine ſcandalo provideri.] Notatur ad hoc, quod gratia Apoſtolica cùm ſcandalo non eſt exequenda, ut per Azeved. *l.14. n.29. tit.3. lib.1. novæ recopil.* 2

Æquanimiter ſuſtinemus, &c.] Notatur ad hoc, quod judex, vel officialis non debet exequi Principis, aut alterius ſuperioris injuſtum præceptum, quando illud exequendo timeretur de univerſali ſcandalo, ut per Iacob. de Graff. *in aureis deciſ. p.2. lib.3. c.25. n.8.* Farin. *in praxi crimin. p.3. q.97. n.36.* ubi à *n.25.* reſolvit judicem, ſive officialem, non teneri obedire Principis, aut alterius ſuperioris præcepto injuſto, de quo etiam plures citavi Doctores *ad c. ſi quando, n.2. ſup. de reſcript. pag.35. & ad c. ſi quis 2. de maior. & obed.* 3

In gloſſ. *Commodè ſuſtentari*, ibi, *ſi verò dixiſſet ſe nullum beneficium aſſequutum, cùm habuerit tenue, non valent literæ.* Ita Azor. *inſtit. moral. p.2. lib.6. c.10. q.3.* quem citavi *ad cap. ſi proponente 42. n.2. pag.69. ſup. de reſcript.* 4

SVMMARIVM.

1 *Eccleſias plures habens, alteram eligere, & alteram dimittere compellitur.*

2 *Metropolitanus, & Archiepiſcopus non differunt.*

3 *Appellandi omiſſo medio, conſuetudine extante, appellatio non gradatim fieri poteſt.*

4 *Declaratur text. in præſenti.*

5 *Dictio, incunctanter, ad pœna executionem latam ſententiam continere debet.*

Cap. Referente VII.

ECcleſias duas habens, alteram quam vult retinere poteſt, alteram verò dare debet Ordinarius idoneo non habenti aliam Eccleſiam. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſt. Henric. Butr. Anch. Panorm. Viv. *in ration. libri tertii juris Pontif. pag.46.* Alagona *in comp. jur. Canon. pag.374.* remiſſivè Ximen. *in concord. p.2.* refertur ab Ant. Aug. *collect.1. Decr. lib.3. tit.5. c.9.* & eſt 1

poſt

poſt Concil. Lateranenſe ſub Alexand. III. *part.*30. *cap.*3.

2 *Ad Metrop. videlicet Rhemen. Archiepiſc.*] Ergo Metropolitanus, & Archiepiſcopus non differunt, ut per Rebuff. *in praxi benef. tit. de conſtit. verb. Metropolitanos, pag. mihi* 521. de quo vide quæ dixi *de offic. & poteſt. Epiſc. p.*1. *tit.*1. *c.*7. *n.*12.

3 *Appellavit.*] Iuxta conſuetudinem appellandi omiſſo medio, qua extante appellationem non gradatim poſſe fieri tenent Marant. *de ordine iud. p.*6. *actu* 2. *princ. verbo, & quandoque appellatur, limit.*5. *n.*374. Rebuff. *tom.*3. *ad leges Galliæ, tit. de appell. art.*2. *gloſſ. unic. n.*16. Sigiſm. *in tract. de appellat. q.*7. *n.*93.

4 *Vna, quam voluerit, relicta*, &c.] advertit Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.*30 *tract.*3. *n.*309. *in fine*, textum in præſenti, dum probat, habenti duo beneficia curata, dari optionem retinendi quod maluerit, intelligendum eſſe ne pugnet cum cap. *de multa, infr. hoc tit.* quando utrumque beneficium eidem confertur eodem tempore, neque conſtare poteſt quod primum ſit, & quod ſecundum. Verùm faciliùs Azor. *inſtit. moral. p.*2. *lib.*6. *c.*13. *q.*1. & Nicol. Garc *de benef. p.*11. *c.*5. *n.*2. reſpondent, quod attento tempore hujus text. (quod erat ante Concil. Lateran. ſub Alexand. III.) dabatur optio obtinenti duo beneficia curata vel dignitates, ſeu aliàs incompatibilia, ut unum retineret, & alterum dimitteret, & non vacabat primum ipſo jure per aſſecutionem alterius, nec privabatur ſecundo, ſi utrumque retinere præſumpſerit, ut poſtea conſtitutum fuit in Concilio generali Lateran. de quo *in cap. de multa.*

5 *Incunctanter aſſignes.*] Dictio enim, *incunctanter*, ad pœnæ executionem latam ſententiam continere cenſetur, ut per Sayr. *in clavi Regia, lib.*3. *c.*8. *n.*27.

SVMMARIVM.

1 *Præbendæ, & dignitates non debent dividi, nec etiam permutari.*
2 *Beneficia dividi non poſſunt.*
3 *Prohibitio generalis etiam minima comprehendit.*
4 *Argumentum de toto ad partem valet.*
5 *Præbenda una poteſt dividi in duas cùm vacat, ſi facultates ſufficiant.*
6 *Duo in unam præbendam eligi non poſſunt.*
7 *Permutatio dignitatum ſine auctoritate ſuperioris fieri non poteſt.*

Cap. Majoribus VIII.

1 Beneficiorum etiam minorum præbendæ non ſunt dividendæ, nec eſt facienda permutatio dignitatum. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſtienſ. Anchar. Henric. Panorm. Burr. Dec. Vivian. *in rationali libri tertii iuris Pontificii, pag.*46. Alagona *in compend. iuris Canonici, pag.*374. remiſſivè Ximen. *in concord. p.*1. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.*1. *Decret. lib.*3. *tit.*5. *c.*10.

2 *Vt minorum Clericorum præbendæ*, &c.] Notatur ad hoc, quod beneficia dividi non poſſunt, ut per Burſat. *conſ.*185. *lib.*2. Rebuff. *in repet. c. extirpandæ, §. qui verò, notab.*6. *in* 3. *modo percipiendi fructus, infr. hoc tit. de pacificis poſſeſ. n.*104. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.*30. *tract.*3. *n.*247. *verſ. quartò*, Flamin. Patiſ. *de reſignat. benef. lib.*6. *q.*1. *num.*4. & 38. Nicol. Garc. *de beneficiis, p.*12. *c.*4. *à princ.* ubi ad hoc refert deciſiones Rotæ *in una Calaguritana beneficii de Ondategui*, 28. *Martij* 1583. coram Illuſtriſſ. Cardin. Lancellotto, & *in alia Calaguritana beneficii de Ariola*, 18. *Iunij* 1593. coram D. Gypſio.

Ita quoque in minimis.] Notatur ad hoc, quod generalis prohibitio etiam minima comprehendit, ut per D. Barboſ. *in l. cùm prætor, §.*1. *n.*112. *ff. de iudic.* 3

In gloſſ. *In minimis*, ibi, *idem eſt iuris in parte, quod in toto.* Argumentum enim de toto ad partem valet, Everard. *in topicis legal. loco* 80. Cantiunc. *loco* 5. Petr. Andr. Gammar. *in dialectica legali, lib.*1. *loco* 4. Thom. de Thomaſſeris *in floribus legum, reg.*46. Menoch. *de præſumpt. lib.*3. *præſ.*35. *n.*27. Surd. *conſ.*435. *num.*21. Flamin. *de confident. q.*17. *n.*106. Card. Tuſch. *tom.*1. *lit. A, concl.*499. Intellige ubi datur eadem ratio, Menoch. *conſ.*72. *n.*5. Surd. *conſ.*193. *n.*6. & *d. conſ.*435. *n.*21. Bertazol. *tract. clauſul. inſtrument. clauſ.*21. *gl.*19. *num.*1. Card. Tuſch. *d. concl.*499. *n.*3. ubi aſſerit quod quando eſt eadem ratio in parte quoad partem, valet argumentum de ratione totius ad totum, & *n.*4. quod è contra non valet argumentum de parte ad totum, quia qui poteſt partem, non poteſt totum, Richard. *ad princ. Inſtit. de hæred. quæ ab inteſtato defer. c. de repræſent. num.*41. 4

In gloſſ. *Diviſionem*, ibi, *ex iuſta cauſa poteſt una præbenda dividi in duas, cùm vacat, ſi facultates ſufficiant.* Vide Nicol. Garc. *d. c.*4. *n.*3. 5

In ead. gloſſ. ibi, *ſed duo ad unam præbendam eligi non poſſunt.* Vide Cald. Pereira *de empt. c.*26. *n.*22. 6

In gloſſ. *Dignitatum*, ult. ibi, *permutatio dignitatum, aut etiam præbendarum ſine auctoritate ſuperioris fieri non poteſt.* Vide quæ ego ipſe *de offic. & poteſtate Epiſcopi, p.*3. *alleg.*69. *n.*9. *cum ſeqq.* 7

SVMMARIVM.

1 *Receptus in Canonicum ex permiſſione Capituli, debet quando facultas ſe obtulerit, habere præbendam.*
2 *Expectativæ ad præbendam primò vacaturam concedi poſſunt in conſequentiam proviſionis de canonicatu.*
3 *Declatur* text. in cap. dilectus 19. hoc tit.
4 *Declaratur* text. in cap. tuæ, & in cap. dilecto, hoc eod. tit.
5 *Gratificatio tunc demùm inducitur, quando quis confert beneficium in illum, ad quem debebat neceſſariò pervenire.*
6 *Liberalis nemo exiſtit in neceſſitatibus.*
7 *Beneficij collatio non eſt in ſe vera donatio, ſed potius ex neceſſitate iuris, & officii.*
8 *Beneficium conferre licèt ſit præciſum, & neceſſarium, conferre tamen magis uni, quàm alteri eſt voluntarium, & gratioſum.*

Cap. Relatum IX.

Receptus in Canonicum, & habens poteſtatem in officiis ut canonicus, ſi ei promiſſa eſt præbenda, debet Epiſcopus illi providere de præbenda, quæ vacat, vel primò eſt vacatura, quia non eſt congruum eum præbenda carere. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarel. Bellamer. Ioan. Andr. Imola, Anchar. Hoſtienſ. Henric. Ananias, Burr. Panorm. Decian. Vivian. *in rationali libri tertii iuris Pontif. pag.*47. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 374. remiſſiuè. Ximen. *in concordant. part.*1. & 2. refertur ab Ant. Auguſt. *collect.*1. *Decret. lib.*3. *tit.*5. *cap.*11. 1

Et à te habuit in promiſſis de conferenda, &c.] Quamvis Eccleſiaſtica beneficia cuiquam danda, aut promittenda ab inferioribus Prælatis non ſint, antequam vacent, ne deſiderare quis mortem proximi videatur 2

*cap.*2.

c.2. de conceſſ. preb. expectativæ tamen ad Eccleſiaſtica beneficia concedi poterunt in conſequentiam proviſionis de canonicatu, etenim ſi aliquis per eos in Canonicum recipiatur, poterit ex vi generalis promiſſionis etiam ab ipſis conſequenter factæ obtinere præbendam primò vacaturam, alioquin non impeditam, ſicque in his terminis locum non habebit generalium expectativarum prohibitio, de qua *in d. cap.2. de conceſſ. preb.* cum ſimilibus. Ratio eſt, quia hæc prohibitio procedit ſolùm in expectativis, & promiſſionibus factis ab homine, non verò à lege, ut exprimunt verba ejuſdem text. ibi, *qui promittunt*, &c. & ibi, *promiſſiones ſuas*, &c. promiſſio autem hic facta recepto in Canonicum, non cenſetur in effectu facta ab homine, ſed à lege, quippe quod per eam nihil aliud, neque alio modo expreſſum ſupponitur, niſi jus illud, quod ad præbendam vacaturam ſic receptus habet ex permiſſione, & neceſſitate ejuſdem legis, juxta text. *in cap. cùm M. de conſtit. & in cap. ſi poſtquam, hoc tit. lib.6.* advertit Valaſc. *conſ.72. à n.12.* Unde ea promiſſio operatur potius ut legis, quàm ut hominis, juxta reg. text. *in l.2. ff. de legatis* 1. quam obſervat cum pluribus Duen. *reg.285.* poſt alios Valaſc. *dict. conſ.72. à n.11.* & ita ex hac ratione procedunt text. *in præſenti, & in cap. cum ſuper* 8. *de conceſſ. preb.* cum ſimilibus, ut in effectu poſt Anch. reſolvit Dec. *hic, n.4.* quicquid oppoſitum, imò quod prædicta præbenda in his terminis deberi nequeat ex vi prædictæ generalis promiſſionis, ſed ſolius receptionis antecedentis, tenuerit minus bene communis ex Abb. & aliis, ut per Dec. *ubi proximè*, loquuta ſanè contra expreſſa verba hujus text. ibi, *& ante habuit in promiſſis*, & ibi, *ſecundùm promiſſionem tuam*, &c.

3 Non obſtat text. *in cap. dilectus* 19. *hoc tit.* quia reſpondetur promiſſionem, de qua *ibi*, non fuiſſe factam in conſequentiam receptionis in Canonicum, ſed potiùs principaliter ante ipſam; fuit enim facta in ipſamet compoſitione, quam ibi conſtat interceſſiſſe ante dictam receptionem, & ita facta fuit non à lege (hæc enim eam non facit, niſi intercedente priùs receptione, ut conſtat ex eodemmet *cap. dilectus*, *verſ. Nos.* ibi, *ut receptus in Canonicum*, &c.) ſed ab homine; unde nil mirum, ſi ut talis obviare cenſeatur Concil. Lateran. ut idem text. inquit, quem ita poſt Imol. benè intelligit Dec. *hic, n.4. & 5.*

4 Nec etiam obſtat text. *in cap. tuæ, & in cap. dilecto, verſ. ſi verò, hoc tit.* dum videntur probare quod nec etiam ratione prædictæ receptionis poteſt receptus expectare conſequenter præbendam primò vacaturam, quia licèt Dec. qui hoc dubium movet, *d. n.5.* illud non ſolvat; licèt item alii eorum jurium deciſionem tribuant nullitati receptionis, de qua *ibi*, parum advertentes hoc admiſſo ſequi Summos Pontifices, ibidem ineptè conſideraſſe alterum manere ſub expectatione præbendæ, quippe quod ſuppoſita prædicta nullitate, ſi ea ibi adeſſet, præbendam illi deberi non poſſe ex vi hujuſmodi receptionis planum erat, ex reg. *l. non dubium*, *C. de leg. cum vulgarib.* Reſpondere poteris illa jura prohibere non quidem expectationem præbendæ primò vacaturæ in genere, de qua nos loquimur, ſed in individuo, ideſt, certi hominis, ut patet ex eo, quia eadem jura loquuntur, quando duo expectabant eandem præbendam in individuo, ad quam ſimul fuerant electi, & ad hanc electionem reprobandam Summus Pontif. *ibid.* arguit à vitando duplici abſurdo, tandemque concludit, nec utrique eam præbendam fore aſſignandam, ex ratione de qua *ibi*, nec etiam alteri tantùm, ne contingat alium manere ſub expectatione præbendæ, videlicet ejuſdem poſt mortem coëlecti obtinendam ex vi præcedentis electionis: quod cùm ita ſit, nihil mirum ſi hujuſmodi expectatio etiam ex vi præcedentis in Canonicum receptionis in illis juribus cenſeatur prohibita à Concil. Lateran. de quo *in d. cap.2.* cum ſimilibus, cùm conſtet ab eo prohibitam eſſe quamcunque expectationem beneficii vacaturi per mortem certi hominis.

Concedas liberaliter, &c.] Notatur hic text. ad hoc, 5 juncta gloſſa, quod gratificatio tunc demùm inducitur, quando quis confert beneficium in illum, ad quem debeat neceſſariò pervenire, ut per Molin. *de primog. lib. 2. c.4. n.13.* Cald. Pereira *de renovat. emphyt. q.17. n.24.*

In gloſſ. *Liberaliter*, ibi, *in neceſſitate non eſt liberalitas.* Notatur ad hoc, quod in neceſſitatibus nemo 6 liberalis exiſtit, ut per Tiraquel. *in l. ſi unquam, verb. Donatione largitus, n.106. C. de revocandis donat.* Gam. *Luſit. deciſ.71. n.3.* Pichard. *ad rubr. inſtit. de adopt. num.43.* Valaſc. *conſult.152. num.24.* & plures per me citatos *in tract. Axiom. iuris uſufruct. axiom.157. num.4.*

In ead. gloſſ. ibi, *Imò videtur quod ex neceſſitate*, 7 &c.] Notatur ad hoc, quod collatio beneficii non eſt in ſe vera donatio, ſed potiùs ex neceſſitate juris, & officii, ut per Cov. *lib.3. var. c.16. n.1. & in c. quamvis pactum, p.2. §.4. n.15.* Molin. *de primog. lib. . c.3. n.13.* Cald. Pereira *de poteſt. elig. c.16. n.5. col.2.* inferentes ad varios, & utiles effectus in materia beneficiorum: donatio tamen ſecundùm quid dici poteſt beneficiorum collatio, videlicet habito reſpectu ad beneficium, cui gratiam facit conferens, dum illum potius, quàm alium liberè eligit, quin illum potius quàm alium eligere tenetur, ut poſt hanc gloſſ. communiter reſolvunt Doctores ſuprà citati, ſic intelligentes verba text. *in cap. conſultationibus, de donat.* ibi, *donationes, vel conceſſiones Eccleſiarum, & in cap. venerabilis, hoc tit.* ibi, *Eccleſia*, &c. juncto ibi, *donatio*, &c.

In ead. gloſſ. ibi, *Et licèt neceſſe habeat conferre beneficium*, &c.] Notatur ad hoc, quod licèt beneficium 8 conferre ſit præciſum, & neceſſarium; conferre tamen magis uni, quàm alteri eſt voluntarium, & gratioſum, ac eſt gratia, & liberalitas, ut poſt Gonz. *ad reg.8. Cancel. §.4. proœm. n.46.* De liberalitate ex Luca de Penna optimè Menoch. *conſ.191. n.5.* aſſerit eſſe donationem, largitatem, & humanitatem quandam, & quod licèt omnis virtus gratioſa ſit, liberalitas tamen eſt omnium gratioſiſſima.

Cap. Avaritiæ X.

Regulares in Eccleſiis ſuis non poſſunt dividere parochias, nec minuere redditus, vel portiones quas 1 conſuetum erat dare Parochis, vel Clericis ſæcularibus, qui inſerviunt eorum Eccleſiis, niſi adſit conſenſus Epiſcopi illorum. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſt. Anchar. Henric. Butr. Panorm. Dec. Viv. *in rationali libri tertii iuris Pontif. pag.47.* Alagona *in compend. iur. Canon. pag.374.* remiſſivè Ximen. *in concord. p.1.* refertur ab Anton. Auguſt. *collect.1. Decret. lib.3. tit.5. c.12.* & eſt poſt Concil. Lateran. *p.13. c.1.*

Quæ eſt idolorum ſervitus.] Intellige metaphoricè, 2 & non propriè, ut declarant D. Thom. *2. 2. quæſt.118. art.5. ad 4.* Navar. *in cap. conſideret, de pœnit. diſt.5. num.5.* & de avaritia multa apud Maſcard. *de probat. concl.150.*

Vel parochias dividere præſumpſiſtis, &c.] Hodie in 3 Concil. Trid. *ſeſſ.21. de reform. cap.4. verſ. in iis*, ubi ob

ob locorum diſtantiam ſine magno incommodo ad percipiendâ Sacramenta, & divina officia audienda parochiani accedere non poſſunt, Epiſcopis conceditur auctoritas, etiam inviris Rectoribus, novas parochias conſtituendi, etiam tanquam Sedis Apoſtolicæ delegatis, aſſignata Presbyteris præficiendis Eccleſiæ noviter erectæ congrua portione ex fructibus Eccleſiæ Matricis: & ſi neceſſe fuerit compellendi populum eam ſubminiſtrare, quacunque reſervatione generali, vel ſpecie, vel affectione ſuper dictis Eccleſiis non obſtantibus, de quo vide multa pro ejus vera interpretatione in noſtro tract. *de offic. & poteſt. Epiſcopi, p.3. alleg.68. per totam*, ubi *n.6.* cum Franc. Leo *in theſauro fori Eccleſiaſt. p.2. c.2. n.68.* refero deciſum prædictum Concilii decretum habere locum, etiamſi Eccleſiæ ſubjectæ eſſent Regularibus, vide *ad cap. ad audientiam, de Eccleſiis ædific.*

SUMMARIUM.

1 *Prælatus, & Capitulum poſſunt præbendæ vacanti honeſtum onus imponere.*

2 *Declaratur text. in præſenti.*

3 *Miſſas certas, & peculiares, qui tenetur dicere ex obligatione, malè agit ſi alias celebret ſine juſta cauſa.*

4 *Induſtria perſonæ non dicitur electa per onus celebrandi Miſſas.*

5 *Sacerdoti præbenda ſi aſſignari jubeatur, præſentandus debet eſſe Sacerdos in actu proviſionis.*

6 *Simonia non inducitur ex præſentatione, ſeu collatione beneficii cum onere celebrationis Miſſarum, & præſentationis, quando tale onus fuit appoſitum ante collationem.*

7 *Capellaniam ſacerdotalem poteſt facere fundator.*

8 *Sacerdos, qui quotidie celebrare tenetur, an excuſetur ratione morbi, oſtenditur.*

9 *Sacerdos obligatus quotidie celebrare, non tenetur quotidie celebrare, ſed quanto frequentius poteſt, ſalva honeſtate.*

10 *Sacerdos poteſt recipere pecuniam, ut celebret Divina.*

11 *Sacerdos pro Miſſis celebrandis poteſt perpetuò operas ſuas locare.*

Cap. Significatum XI.

1 PRælatus, & Capitulum poſſunt Præbendæ vacanti onus aliàs licitum, & honeſtum imponere, ad quod Præbendarius teneatur, putà ut ille, dum infirmus non fuerit, quotidie celebret Miſſam de ſancta Maria, ſalva honeſtate ſua, & debita devotione, nec poſſit dimittere Eccleſiam ſine conſenſu Epiſcopi, & Capituli, ſive cauſa voluptatis, ſive ſe ad aliam Eccleſiam transferendo. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Caſal. *in annot.* Hoſt. Henric. Anch. Butr. Dec. Panorm. Viv. *in rationali libri tertii juris Pontif. pag.*48. Alagona *in compend. juris Canon. pag.*375. remiſſivè Ximen. *in concord. p.*1. *&* 2. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.*1. *Decret. lib.*3. *tit.*5. *c.*13. & eſt poſt Concil. Lateran. *p.*5. *c.*9.

2 *Ita quod Miſſam de S. Maria, &c.*] Olim Præceptor communis in Conimbricenſi Academia D. Ludovicus à Caſtro, dicebat text. *in præſenti*, bene intelligi ſi dicas præbendam fuiſſe hic de novo creatam ſacrum facturo ſanctæ Mariæ, ut in multis locis fit, aſſignato ſtipendio pro illa obligatione ſacrificandi; nam apud Doctores dubitari ſolet, cur conventio, de qua hic, facta inter quoſdam, ut data præbenda temporali Sacerdoti, quotidie ſacra faceret, valida ſit? quidam opinabantur in hac ſpecie non vendi Sacramentum, ſed operam & laborem impendendum in adminiſtratione, ut per gloſſ. *in præſenti*, cui ſimilis *cap. ult.* 24. *quæſt.*2. *& in cap. ſuam, de ſimon.* ubi Panormit. idem probat, Ioan. Major *in* 4. *diſtinct.*25. *quæſt.*1. *col.*3. Adrian. *quodlibet.*9. teſtatur hanc eſſe vulgarem opinionem Sot. *de juſtit. lib.*9. *quæſt.*7. *art.*1. *col.*1. Alii, ex quorum numero ſunt Cajet. 2.2. *q.*100. *art.*3. & Sot. *ubi ſuprà*, intelligunt dari hic præbendam pro obligatione Sacra faciendi quotidie; aliud enim eſt actio, aliud obligatio ad actionem. Sed tutius alii intelligunt dari præbendam in ſtipendium ſuſtentationis, juxta Doctrinam D. Pauli 1. *ad Cor. cap.*9. facit *cap. Clerici* 1. *quæſt.*2. Adverte Capellanum, 3
qui ex promiſſione, vel fundatione tenetur celebrare certas, & peculiares Miſſas, veluti de Spiritu ſancto, de beatiſſima Virgine, vel de Requiem, malè agere, ſi alias celebret abſque juſta cauſa, qualis erit ſi in eum diem incidat ſolemnitas alicujus Sancti, etiamſi de eo celebretur officium ſimplex; tunc enim poterit Miſſam illius diei celebrare: colliges hæc ex Nav. *in man. cap.*25. *num.*134. Fr. Emman. *in ſum. tom.*2. *c.*248. *n.*9. Henriq. *in ſum. lib.*9. *de Miſſa, c.*23. *num.*6. Poſſev. *de officio Curati, c.*2. *n.*44. *ad finem*, Fraxin. *de oblig. Sacerd. ſect.*4. *concl.*4 §.4. Azor. *inſtit. moral. p.*1. *lib.*16. *c.*32. *q.*5. Laurent. de Peyrinis *in privil. Minim. tom.*1. *conſtit.*5. *Leonis X. n.*2. Sylv. *in* 3. *p. q.*7. *art.*9. *ad* 5. Homobon. *de examine Eccleſiaſtico, p.*1. *tract.*4. *c.*14. *q.*116. Fagundez *in quinque Eccleſiæ præcepta, præc.*1. *lib.*3. *c.*9. *n.*6. Gavant. *in rubr. Miſſal. tom.*1. *p.*3. *tit.*13. *n.*20. *&* 21. Dian. *reſol. moral. p.*2. *tract. de celebrat. Miſſar. reſol.*31. Villalob. *in ſum. tom.*1. *tract.*8. *diffic.*91. *n.*9. Ego ipſe *de officio, & poteſt. Epiſcop. p.*2. *alleg.*24. *n.*32. Sic ex eadem ratione idem Capellanus malè faciet, ſi Miſſas celebret extra Eccleſiam illam, in qua fuit per illos, qui eleemoſynas reliquerunt, ordinarum, non enim id licet, ita Imol. *in cap. officii* 27. *verſ. & hoc tenuit, de teſtam.* Nav. *conſ.*8. *n.*10. *de teſtam.* in novis, Seraph. *deciſ.*1149. *n.*2. *&* 3. Rot. *in Toletana conſtitutionum ſynodalium*, 9. *Iunii* 1624. coram Reverendiſſimo D. meo Coccino Decano: peccaret quoque mortaliter ſecundùm Navar. *in man. c.*25. *n.*134. Azor. *inſtit. moral. p.*1. *lib.*10. *c.*24. *q* 8. Homobon. de Bonis *de examine Eccleſiaſtico, p.*1. *tract.*4. *c.*13. *q.*123. Fraxin. *de oblig. Sacerd. ſect.*4. *concl.*4. §.9. *n.*3. Fagundez *in quinque Eccleſiæ præcepta, præc.*1. *lib.*3. *c.*9. *n.*7. Diana *reſol. moral. p.*2. *tract. de celebr. Miſſar. reſol.*19. Epiſcopus verò ex juſta cauſa poteſt concedere, ut Miſſa in alia Eccleſia, vel in alio Altari celebretur, ſi nequeat celebrari in loco conſtituto, ut colligitur ex text. *in cap. non mediocriter, verſ. dum agitur, de conſecr. diſt.*5. Abb. *conſ.*99. *n.*5. *verſ. honeſtius enim, & in fin. verſ. ad teſtium*, Innoc. *in cap fraternitatis, de ſepult.* Henriq. *in ſum. lib.*9. *c.*22. §.6. Iacob. de Graff. *in aureis deciſ. p.*1. *lib.*2. *c.*53. *num.*1. *&* 2. Rot. *in d. Toletana conſtitutionum.*

Debeat quotidie celebrare.] Quamvis per onus celebrandi Miſſas, & divina officia non dicatur electa industria perſonæ, cùm ſufficiat quod per alium hoc poſſit fieri, quaſi utroque modo ſatisfiat menti, & animæ diſponentis, ſive teſtatoris, ut tenent Lap. *alleg.*35. Steph. Grat. *diſcept. forenſ. cap.*73. *num.*10. *& c.*133. *n.*1. tamen in Capellaniis, ſive Præbendis exiſtentibus in Eccleſiis Cathedralibus, quarum redditus conſiſterent in diſtributionibus quotidianis, contrarium eſt verius; de illis enim proviſos non poſſe per ſubſtitutum in celebrando, & reſidendo deſervire, reſolvit idem Stephan. Gratian. *d. cap.*133. *num.*13. *cum ſeqq.* Vnde Canonicum, qui eſt ad Eccleſiam Cathedralem 4

thedralem promotus, in qua de more quiſque Canonicus per hebdomadam Sacrum facit, per ſeipſum rem divinam facere teneri; aſſerit Azor. *inſtit. moral. p.2. lib.6.c.8. q.16.* Hic text. quatenus probat juſtam eſſe collationem præbendæ ſub eo modo factam,ut recipiens Miſſam celebrare teneatur cum modetamine, de quo *hic*, difficultatem patitur; quærunt enim DD. quo pacto præbenda, quæ beneficium eſt, & jus ſpirituale, ex *cap. dilecto, hoc tit.* ſub modo, aut conditione conferatur: videbantur enim obſtare duo, unum quod in ſpiritualibus modus, & conditio, ſicut & pactio ceſſare debent, *cap. in tantum, de ſimon. cap. quàm pio 1. q.2.* Alterum verò quod quemadmodum electio ſub conditione fieri non poteſt, *cap.2. de elect. lib.6.* ſic & collatio,præſentatio, & quævis alia beneficiorum promiſſio, quæ inter actus legitimos connumerantur, prout reſolvit gloſſ. recepta *in cap.2. verbo Incerta*, probat latè Selv. *de benef. p.3. q.20.* Roch. *de iurepatr. verb. Honorificum, q.8.* Lambert. *eod. tract. lib.2. p.2. q.3. princ. art.9.* Gom. *in reg. de veroſimili notitia, q.1.* Covar. *lib.3. var.c.16.n.2.* Navar. *in cap. ſi quando, in præfat. n.5.*

His argumentum factum eſt, ut *gloſſ. pen. in præſenti*, intelligit in hoc text. collationem præbendæ non fuiſſe factam ſub eo modo, aut conditione, ſed præbendæ vacanti tanquam onus fuiſſe impoſitum, in quo nihil illicitum committitur: eundem intellectum probant Innoc. *in cap.3. in fine, ne Prælati vices ſuas*, Abb. *in c. Iacobus, n.3. de ſimon.* S.Thom. *in 4.diſt.25. quæſt.3. art.2. ad 5.* Sylveſt. *verb.Simonia, quæſt.9.* teſtatur communem ſententiam Dec. *in præſenti, n.10.* Sed licèt hæc communis DD. traditio verum habeat dum ſupponit vacanti beneficio ſpirituale onus adjici poſſe, eo quòd ad Epiſcopos pertineat in ſua diœceſi omnia facere, quæ ad ſubditorum ſalutem, & bonam in ſpiritualibus gubernationem viderint pertinere, niſi ſacris Canonibus ſint contraria, juxta text. *in cap. regenda, cum ſeqq.... q.1.* quod tamen non convenit huic text. conſtat enim hic præbendam fuiſſe ſib eo modo datam, ut Dec. rectè advertit. Quare neceſſarium eſt memoria repetere veram illam DD. traditionem, dicentium in ſpiritualibus conferendis modum, aut conditionem ſimiliter ſpiritualem abſque ſimoniæ vitio poſſe adjici, quia tunc nihil datur temporale, quod ſimilitudinem pretii habere poſſit: conſtat autem in hoc text. ſpirituale beneficium ſub ſpirituali modo eidem convenienti fuiſſe datum: igitur rectè Pontif. collationem ſic datam approbat, quam rationem decidendi ex aliis expreſſit ead. gloſſ. *in præſenti*, ſequitur Butr. *hic*, Dec. *ubi ſuprà, num.6.* contra Zabar. Imol. & Abb. *ibid.* defendit etiam Rip. *in cap. cum M, num.176. de conſtit.* Maiol. *in 4 diſt.25. q.6.* Nec prædicta argum. obſtant, ad primum enim ex dictis reſpondetur illud procedere dum modus, aut conditio de ſpiritualibus ad temporalia fit. Ad ſecundum ex reg. *c.2. de elect. lib.6.* nonnulli reſpondent regulam illius text. non procedere quando conditio ineſt ex rei natura, vel à jure; tunc enim licèt in collatione beneficii, vel electione exprimatur, non vitiat, ut in terminis docent gloſſ. *in cap. ſignificaſti, de elect.* gloſſ. *verb. Nihil, in cap. cùm M. de conſtit.* gloſſ. *verb. Renuntiantes, in cap. ad audientiam, lib.2. de reſcript. gloſſ. 1. in Clem. 1. de reſt. ſpol.* quas DD. omnes *ibid.* ſequuntur. Iaſon *in l.3. n.14. ff. de leg. 1.* & *ibi* Rip. *n.126.* Dec. *conſ.118. n.5.* Pariſ. *conſ.135. n.21. lib.4.* Nav. qui dicit communem *in cap. accepta, oppoſ.7. n.41. de reſt. ſpol.* Dec. & Cagnol. *in l. actus legit. 29. ff. de reg. iuris*; quapropter collatio rectè fit ſub conditione ſi beneficium vacat, & eſt idoneus, prout reſolvit Felin. per text. *ibi, in cap. ultim. n.19. de præſumpt.* conſtat conditionem, de qua *in præſenti*, ſaltem in genere ineſſe præbendæ, aut cuilibet beneficio, quod propter officium ſpirituale datur, & inſtitutum eſt, *cap. ultim. de reſcript. lib.6.* Concil. Trid. *ſeſſ.21. de reformat. cap.3.* Vnde nil mirum ſi exprimi potuerit abſque vitio illa conditio. Vel longè veriùs dicendum eſt, quod licèt admittamus *in d. cap.2.* collationes, præſentationes, & alias proviſiones beneficiorum comprehendere, ex mente DD. id intelligendum eſt in conditionibus propriis, quæ ſuſpendunt; & puritatem viſus impediunt: quæ verò tales non ſunt, quamvis quoad verba conditiones videantur, in eo text non improbantur, nec prohibentur, ut ex eo apertè colligitur, dum ait oportere ut electio certa; & pura ſit: at verò in hoc text. nulla fuit propria conditio, quæ collationem ſuſpenderet, aut redderet incertam, ſed tantùm modus ſpiritualis poſt adeptam poſſeſſionem præbendæ præſtandus, ut ejus qualitas, & verba text. indicant; modus autem in ſpiritualibus, niſi aliquid illicitum contineat propter quod improbetur, non offendit, reg. *d.c.1. & reg. actus legitimi, de reg. iuris, lib.6.*

5 *Vt prædictus Sacerdos.*] Cùm verbum, *Sacerdos*, in principio text. ibi, *cui Sacerdoti præbendam unam in Eccleſia veſtra communi voluntate dediſtis*, reſpiciat actum electionis, ſive præſentationis, ſit conſequens hujuſmodi præbendam ſacerdotalem remanſiſſe, & poſtea præſentandum debere eſſe actu Sacerdotem tempore proviſionis, ut reſolvunt Gutrier. *conſ.1. n.11. & conſ.2.* Nicol. Garcia *de benefic. part.7. c.1. à n.58.* Campan. *in diverſorio iuris Canon. rubr.7. c.6. num.10.* Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſiaſt. reſol.339.* Rebuff. Spin. Perez, Card. Tuſch. & plures alii, quos refero *d. alleg.24. num.37.* ubi *num.40.* pro hac parte aliquas cito ſacræ Rotæ deciſiones: & *num.42.* reprobo illorum ſententiam tenentium in his terminis, ſi verba concepta non ſint negativè, ſufficere præſentari Clericum etiam primæ tonſuræ, ſi intra annum poſſit Ordinem ſacerdotalem conſequi, ex quorum numero ſunt Flamin. Ceval. Quarant. Gonzal. Steph. Gratian. & alii, quos *ibi* refero *n.41.*

6 *Inſtitutionem eatenus confirmamus*, &c.] Notatur ad hoc, quod ſimonia non inducitur ex præſentatione, ſeu collatione beneficii cùm onere celebrationis Miſſarum, & præſentatione, quando tale onus fuit appoſitum non in actu collationis, ſed ante collationem, ut per Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.23. n.245.* Rota apud Farin. *p.4. ſua praxis, deciſ.137. n.2.*

7 Nam fundator poteſt in fundatione facere Capellaniam ſacerdotalem, ut per Lambertin. *de iurepatron. tom.2. lib.2. q.7. princ. art.29. n.2.* Gonzal. *ad reg.8. Cancel. gloſ.5. n.102.*

8 *Niſi infirmitate corporis*, &c.] Notatur ad hoc, quod Sacerdos, qui quotidie celebrare tenetur, excuſatur ratione morbi, de quo, & an teneatur Miſſas per alium celebrari facere, ſi infirmitas longa ſit, vide Galer. *in margarita caſuum conſcientia, verbo Miſſas*, Rebuff. *ad l. moribus 113. verſ. duodecimus, ff. de verborum ſignif.* Marc. Anton. Genuenſ. *in praxi Archiep. Neap. c.47.* Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſ. deciſ.403. in 1. edit. & reſol.340.* Farin. *d. ſect.4. concl.4. §.13.* quos refero ego ipſe *d. alleg.24. n.31.* qui reſolvunt Capellanum ægrotantem per aliquos dies, non teneri per alium Sacerdotem Miſſas celebrare, & quamvis Petr. Navar. *de reſtit. lib.2. c.2. num.210.* & Nald. *in ſum. verb. Miſſa, num.11.* non obligent illum ad celebrare faciendum per ſpatium unius, vel duorum menſium; tamen multò probabilius eſt ab hac obligatione excuſari Capellanum infirmum per octo, vel decem dies, ut tenent Molſeſ. *in ſum. Theolog.*

moralis

moralis, p.1. tract.6. c.1. n.79. Iacob. de Graff. *tom.2. conſil. lib.3. de præbend. conſ.2. n..* Fraxinel. *de obligat. Sacerd. ſect.4. concl.4. §.13.* Homobon. de Bonis *de examine Eccleſiaſtico, p.1. tract.4. c.13. q.122.* & ad ſummum uſque ad 15. dies extendit Diana *reſol. moral. p.2. tract. de celebrat. Miſſar. reſol.27.*

9 *Salva honeſtate,* &c.] Notatur ad hoc, quod Sacerdos obligatus quotidie celebrare, non tenetur quotidie celebrare, ſed quanto frequentiùs poteſt, ſalva ſua honeſtate, & debita Sacramenti veneratione, ut per Iacob. de Graff. *in aureis deciſ. p.1. lib.1. c.59. num.8.* Azor. *inſtit. moral. part.1. lib.10. c.24. q.7.* Vgolin. *de officio Epiſcopi, c.14. n.3.* Beja *reſp. caſuum conſcientia p.2. caſu 23. verſ. quare obligatio.* Fraxinel. *d. concl.4. §.1.* Henriq. *in ſum. lib.9. c.24. §.4.* Diana *d. tract. de celebrat. Miſſar. reſol.28.*

10 In gloſſ. *Ita quod,* ibi, *Sacerdos poteſt accipere pecuniam, ut celebret divina, quia ſic operas ſuas videtur potius locare.* Vide Henriq. *in ſum. lib.6. c.22. §.1.* Poſſevin. *de officio Curati, c.2. num.20.* Ægid. Coninck *de Sacrament. tom.1. q.83. n.196. cum ſeqq.* Leſſ. *de inſtit. lib.2. cap.35. dub* 8. Soar. *de relig. tom.1. lib.4. de ſimon. c.46. n.4.* Bonacin. *quæſt.6. puncto 2. num.2.* plures quos refert Cened. *ad Decret. collect.44. n.2.* multò plures citavi ego ipſe *d. alleg.24. num.2.* vide poſita *ad cap. ſuam 29. num.5. de ſimon.* Vnde ſequitur Sacerdotes ſine labe, ac nota ſimoniæ apud legitimum judicem, & via juris ſtipendia pro Miſſarum celebratione à ſolvere recuſantibus exigere poſſe, ſtipendia enim exquiruntur non ut pretium ſacrificii, ſed ut merces laboris, & operæ, vel ut eleemoſyna ſuperioris lege, aut conſuetudine Sacerdotum ſuſtentationi debita, ita Azor. *inſtit. moral. part.3. lib.12. c.7. q.2.* quem refert & ſequitur Fraxinel. *de Sacerdotum oblig. ſect.3. prænot.1. §.2.*

11 In ead. gloſſ. ibi: *Si nullum habet beneficium Eccleſiaſticum, ratione cujus ad hoc teneatur, poteſt locare operas ſuas ad certum tempus, & recipere mercedem pro labore ſuo, nec ſimoniam committit.* Imò Sacerdotes quamvis habeant aliunde quo ali poſſint, poterunt pro obligatione actionis ſpiritualis quicquam titulo ſuſtentationis accipere, quia per accidens eſt quod Sacerdotes aliunde habeant, nec hoc obeſſe debet Sacerdoti, ne recipiat id, quod ſibi ex natura rei debetur; cùm nemo, etiam dives, ſuis ſtipendiis militare teneatur. Imò perpetuò poteſt Sacerdos pro Miſſis celebrandis operas ſuas locare, & tunc non cogitur præcipuè operari, ſed poteſt vel per ſubſtitutum ſervire, vel ſolvendo intereſſe liberari, ut reſolvit Aloyſ. Ricc. *in praxi aurea, reſol.494. aliàs ult. per totam.* Vtrùm autem Sacerdos dives ex bonis temporalibus, ſive Eccleſiaſticis, etiam beneficiis ſimplicibus, poſſit legitimè ſtipendia pro Miſſis dicendis accipere? affirmativè reſpondent Gloſſ. & Doctores *in cap. clericos 1. q.2.* Aragon. *de juſtit. q.100. de ſimon. art.2.* Soar. *tom.3. diſp.86. ſect.3. concl.1. & 2.* Poſſevin. *d. n.20.* Fraxinel. *d. prænot.1. §.4.*

SVMMARIVM.

1 *Religioſorum ad præſentationem nullus debet in eorum Eccleſiis inſtitui per Epiſcopum, niſi priùs ei congrua portio per Epiſcopum aſſignetur.*

2 *Clericus debet eſſe hoſpitalis.*

3 *Parochialis non debet ita gravari, ut illius Rector non poſſit ex ejus redditibus vivere.*

4 *Vicarii in Parochialibus ad religioſos pertinentibus quomodo ponendi, oſtenditur.*

5 *Rectori curato debetur congrua.*

6 *Vicario dari debent alimenta ex fructibus beneficii.*

7 *Fructus incerti in congruam non computantur.*

Cap. De Monachis XII.

Monachi, quando præſentant Vicarios ſuos pro Eccleſiis ſibi ſubjectis, Epiſcopus nullum admittit, niſi coram illo redditus ſufficientes aſſignentur, tum ad congruam ſuſtentationem, tum ad jura Epiſcopalia ſolvenda, tum ad hoſpitalitatem tenendam. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Anchar. Hoſtienſ. Henric. Butr. Panorm. Dec. Vivian. *in ration. libri tertii juris Pontif. pag.48.* Alagona *in compend. jur. Canon. pag.375.* remiſſivè Ximen. *in concord. part.1. & 2.* refertur ab Anton. Aug. *collect.1. Decret. lib.3. tit.5. c.14.* & eſt poſt Concil. Lateran. *part.39. c.1.* 1

Ex hoc text. juncta ſubſcriptione colligitur illos, ad quos jure aliquo ſpeciali Eccleſiarum pertinet inſtitutio, non poſſe cogere præſentantes religioſos ad congruam ſuſtentationem præſentantis aſſignandam, & in gloſſ. *verbo Diœceſani, in Clement.1. de jurepatr.* quæ dicit in ſpecie dictæ Clement. recurrendum eſſe ad Epiſcopum, ut per Anchar. *in c.1. n.1. in fine, hoc tit. lib.6.* Card. *in d. Clem. q5. à n.3.* pro quibus facit etiam text. *c.1.* ibi, *diœceſani, qui textus novum jus inducere videtur,* unde ſuccedere debet regul. *l. quod verò, ff. de legibus, reg. qua à jure, de regulis juris lib.6.* Contraria tamen opinio verior eſt, quam tenent Imola, & alii ſcribentes *in præſenti.* Patet ſi expendas quod ad illum debet pertinere utrum præſentatus ſit dignus, vel indignus, ad quem inſtitutio dicitur ſpectare, ex reg. *legis 2. ff. de juriſdictione omnium judicum, & cap. præterea, de officio delegati,* aliàs enim inſtitutio eſſet injuſta, & Eccleſiæ præjudicialis, contra reſoluta *in cap. grave nimis, infrà hoc tit.* & quæ tradit Sot. *lib.4. de juſtit. q.6. art.3.* Rebuff. *in praxi, tit. requiſita ad bonam collationem, à n.23. & tit. pœna contra electores, in principio,* & conſtat ex *dicto cap.1.* & ex hoc text. minùs idoneum reputari præſentatum, cui legitima portio à præſentantibus non aſſignatur. Ergo talis jure ſpeciali inſtituens repellere poteſt ſic præſentatum à religioſis, & ſimiliter repellere poteſt ob aliud impedimentum. Facit præterea doctrina gloſſ. receptæ *verb. Diœceſanis, in Clement.1. de foro competenti,* quatenus diœceſanos vocat illos, qui jure ſpeciali habent ſaltem in parte diœceſis juriſdictionem Epiſcopalem, & conſtat eſſe talem inſtitutionem, juxta text. *in cap.1. de inſtitut. lib.6. & in cap. decernimus,* & *in cap. nullus 16. q.7.* ampliando quamvis præſentatio fiat à quibuſcumque Religioſis etiam exemptis, juxta reſoluta *in dicto c.1. de præbend. lib.6.* & etiamſi in terminis *d. Clement.1.* Nec refragatur text. *in præſenti,* juncta ſubſcriptione, quia loquitur in Epiſcopo conſultationem faciente, ut etiam text. *in d. cap.1.* agit de diœceſanis, reſpiciens id quod attento jure communi fieri poterat, tantùm quod ad ſolos diœceſanos ſpectat inſtitutio, juxta *d. cap. decernimus, & d. cap. nullus,* ſentit gloſſ. *in d. Clement.1. verb. Diœceſanis,* non tamen negatur jura illa id habere locum in aliis, quibus ſimil... ſtituendi jus ex ſpeciali gratia & privilegio ...ompeteret. Nec rurſus obſtat quod *dict. c...1. & dict. Clement.* jus novum inducunt: reſ...ndetur namque talia & ſimilia jura licèt, præ...ctum jus novum inducant, procedere quidem in ...caſibus, in quibus eadem omninò identitas rat...onis reperitur, juxta doctrinam *gloſſ. ultim. in l. ...quis ſervo, C. de furtis,* vel ſaltem in quibus eadem datur æquiparatio, ex ea-

 dem

dem ratione proveniens, tradit optimè Paul.*conſ.*441. *col. pen. ad finem.*

2 *Hoſpitalitatem tenere*, &c.] Clericus enim debet eſſe hoſpitalis, Rebuff. *in tract. congrua portionis*, *n.*12. ubi *n.*11. quod Vicarius, vel curatus omnes Chriſti pauperes recipere tenetur juxta vires facultatum, vide quæ de hoſpitalitate dixi *de offic. & poteſt. Epiſcopi*, *p.*1. *tit.*2. *gloſſ.*9.

3 *Vnde iura Epiſcopalia poſſit perſolvere*, &c.] Notatur ad hoc, quod parochialis non debet ita gravari, ut illius Rector non poſſit ex ejus redditibus vivere, & jura Epiſcopalia perſolvere, ut per Flamin. *de reſign. benef. lib.*6. *q.*2. *n.*22.

4 *Qui Vicarios parochialium*, &c.] Ex hoc text. valde notabilem Doctores colligunt concluſionem, in Eccleſiis ſcilicet, quæ pleno jure pertinent ad Religioſos, ſed habent Epiſcopi inſtitutionem, ponendos eſſe Vicarios perpetuos, ſecus dicentes in iis, quæ pleno jure ad Religioſos ſpectant, in illis enim poſſe ipſos ponere Vicarios ad ſuum nutum removibiles, argument. text. *in Clem.*1. *de exceſſ. Prælat.* notant *ibi* gl. *verb. Ad menſam*, & gloſſ. *verb. Haberent*, *in Clem.*1. *de reſcript.* & gloſſ. *verb. De menſa*, *in Clem.*1. *de ſuppl. negl. Prælat.* reddentes rationem, quia in hujuſmodi beneficiis pleno jure ad Religioſos ſpectantibus inſtitutioni locus non eſt, ſed principalis titulus eſt penes ipſum monaſterium, ſeu collegium, cui unita ſunt, & propterea nunquam vacare dicuntur, quam gloſſarum doctrinam ſequuntur alii communiter, *ibi*, ut per Imol. *num.*16. *in d. Clem.*1. *de exceſſ. Prælat.* Rebuff. *in praxi benef. tit. de Vicariis perpetuis*, *n.*7. *& in cap. extirpandæ*, *§. quia verò*, *à n.*59. *infr. hoc tit. & de congrua portione*, *num.*32. & utrumque caſum bene diſtinguens Hoied. *de incompatib. beneſic. part.*1. *cap.*15. *num.*3. Gonzal. *ad regul.*8. *Cancel. gloſſ.*5. §.3. *num.*21. *&* 24. Nicol. Garc. *de benef. part.*11. *cap.*2. *à num.*3. optimè Flores de Mena *variar. lib.*1. *q.*10. *à num.*13. qui varios caſus percurrens eleganter univerſam materiam reſolvit: & *n.*20. concludit communem eſſe ſententiam, à qua nemo diſcrepat, quod ſcilicet quando Eccleſia pleno jure ſubjecta eſt Religioſis, qui omnimodam habent juriſdictionem, tam in Eccleſiam ipſam, quàm in parochianos, excluſo in totum Epiſcopo, poſſunt ponere Vicarium temporalem ad ipſorum nutum removibilem, ut etiam expreſsè dicidit Concil. Trident. *ſeſſ.*25. *de regular. cap.*11. dum ab illa regula, quam ponit *in verſ. nec*, quod in Eccleſiis curatis monaſteriorum non ponantur Vicarii etiam removibiles ſine conſenſu Epiſcopi, excepit monaſteria, quæ Epiſcopalem habent juriſdictionem, & temporalem in parochos, & parochianos: ſimiliter hoc ipſum reſolvit Flores de Mena *d. quæſt.*10. *num.*18. quando Eccleſia unita eſt ad menſam Conventus, ſeu Collegii, quia ſcilicet percipit fructus in ſolidum, & per ſe, aut ſuos Capellanos, aut Clericos, quibus ſolverit ſtipendia, inſervit beneficio: illum verò caſum controverſum eſſe advertit quando beneficium pleno jure unitum eſt monaſterio in temporalibus, & ſpiritualibus circa ea, quæ ad curam pertinent animarum; non tamen quoad juriſdictionem Epiſcopalem, quæ eſt ſupra curam, ſcilicet in viſitando, excommunicando, & jure dicendo, ſed adhuc *n.*21. ex Imola *in præſenti*, *n.*6. & aliis concludit veriuseſſe quod Vicarium ad nutum removibilem ponere poſſint.

5 *Et congruam ſuſtentationem habere.*] Notatur ad hoc, quod Rectori curato debetur congrua, Rebuff. *de congrua*, *q.*4. *in princ.* latè Beller. *diſquiſit. cleric. p.*1. *tit. de Clerico debitore*, §.11. Cæſ. de Graſſis *deciſ.*6. *n.*7. *ſub hoc tit.* Rota *deciſ.*16. *n.*4. *p.*1. *diverſ. & in una Pampilonenſi Congrua*, 27. *Octobris* 1594. coram Illuſtr. D. meo Card. Millino, *& in Paren. Congruæ*, 8. *Iunii* 1612. coram Illuſtr. Cardin. Sacrato, apud Farinac. *deciſ.*420. *n.*5. *part.*1. *recent.* & *in Mutulen. Congrua*, 26. *Aprilis* 1613. coram Reverendiſſimo D. Coccino Decano, apud Farin. *deciſ.*449. *num.*3. *part.*2. *recent.* 6
Nam Vicario dari debent alimenta ex fructibus beneficii ejus, cujus vices ſupplet, ut per Surd. *de alimentis*, *tit.*1. *quæſt.*60. *num.*11. *& quæſt.*100. *num.*1. reſolvit quod Monaſteria habentia Eccleſias curatas tenentur Vicarium eligere, qui ſpiritualia miniſtret, & *tit.*3. *quæſt.*3. *num.*22. tenet quod Vicario, cui congrua portio debetur ex bonis beneficii, competit officium judicis pro ea conſequenda, & quamvis ea petere poſſit à parochianis, quibus Sacramenta adminiſtrat, *cap. omnis Chriſtianus*, *de conſecrat. diſt.*1. Surd. *tit.*1. *quæſt.*60. *n.*2. hoc tamen Domini de Rota *d. deciſ.*420. *num.*8. intellexerunt procedere ubi parochiani nullas (fortè ex aliquo privilegio Apoſtol.) ſolvunt decimas, vel ita exiguas, ut non ſufficiant pro Rectore, ſecus ubi ſolvunt conſuetas decimas, quæ ſunt ſatis ſuperque ſufficientes pro ſuſtentatione Rectoris; tunc enim cùm illæ ſint ſpecialiter deſtinatæ ad hunc uſum, debet Rector ad illas in primis ſe convertere, vel ad quemcumque etiam laicum, qui eas in Parochiali ſurgentes ex conceſſione Apoſtol. percipit, Rebuff. *de congrua*, *num.*47. Covar. *var. lib.*1. *cap.*17. *num.*6. *in fine*, tranſeunt enim cum ſuo onere in quoſcumque, Rot. *d. deciſ.*420. *num.*7. quia ſunt ſpecialiter jure divino, & poſitivo ſacrorum Canonum deſtinatæ ad uſum Rectoris ſuſtinentis curam animarum, *cap. omnes decimæ*, 16. *q.*7. *cap. fin. de Parochiis*, Rebuff. *de decimis*, *q.*7. *num.*4. Verall. *deciſ.*356. *n.*2. *&* 3. *p.*3.

Illud in hac materia advertendum duxi, fructus incertos, ſeu pedem altaris in congruam non computari, Rebuff. *de congrua*, *n.*83. *&* 86. Mantica *dec.*22. *n.*2. Rot. *deciſ.*5. *n.*3. *& ſeq. p.*2. *diverſ.* & apud Farin. *d. deciſ.*420. *n.*2. *& d. deciſ.*449. *n.*6. Beller. *d.* §.16. *n.*3. etenim venter non debet pendere ab incerto, cùm non patiatur dilationem, Caſſad. *deciſ. unic. n.*1. *de mutuis petit.* Surd. *deciſ.*323. *n.*9. An & quando congrua Rectori augeri debeat, non erit abs re in præſentiarum inveſtigare ſub diſtinctione ſequenti, aut congrua eſt tenuis, Rector tamen poteſt vivere, & ſuſtentare onera Eccleſiæ, & tunc debet eſſe illa contentus, & imputare ſi tenue beneficium acceptavit, gloſſ. *verbo Neceſſitatem*, *in c.*1. 20. *q.*2. Rebuff. *de congrua*, *n.*92. Mantic. *d. deciſ.*22. *n.*1. aut verò congrua eſt ita tenuis, ut Rector non poſſit vivere, & ſuſtinere onera Eccleſiæ, & tunc ſaltem per viam reſtitutionis in integrum ſuccurritur Rectori adverſus aſſignationem congruæ, & iſto caſu Rector acceptando non dicitur ſibi præjudicaſſe, cùm non agatur de præjudicio ſuæ perſonæ tantùm, ſed Ordinis Clericalis, Rot. *d. deciſ.*449. *n.*5.

SVMMARIVM.

1 *Dignitates, vel perſonatus plures in una, vel in diverſis Eccleſiis quis habere non poteſt.*

2 *Dignitas, & Canonicatus in eadem Eccleſia licèt de iure incompatibiles non ſint, tamen hodie ſimul obtineri non poſſunt, niſi ex privilegio, vel conſuetudine.*

3 *Canonicus obtinens dignitatem perdit Canonicatum.*

4 *Dignitatem & Canonicatum obtinens ex diſpenſatione, duplices lucratur diſtributiones, duaſque voces in Capitulo habet.*

CAP.

CAP. Ad hæc XIII.

1 CLericus unus in una vel diverſis Eccleſiis plures dignitates, vel perſonatus obtinere non poteſt. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Ananias, Imola, Hoſt. Anchar. Henric Butr. Panorm. Dec. Vivian. *in rationali lib. tertii iuris Pontif. pag.*49. Alagona *compendio iuris Canon. pag.*375. remiſſivè Ximen. *in concord. p.*1. *&* 2. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.*1. *Decret. lib.*3. *ſub tit. de teſt. c.*7. & eſt poſt Concil. Lateran. *p.*29. *c.*6.

2 *Plures dignitates, vel perſonatus*, &c.] Ergo jure dignitas, & Canonicatus in eadem Eccleſia incompatibiles non ſunt, ut per Pariſ. *de reſign. lib.*3. *quæſt.*1. *n.*128. Navar. *conſ.*21. *de præbend.* ubi docet quod dignitas, & Canonicatus jure communi in eadem Eccleſia ab uno poſſunt obtineri, *& conſ.*24. *eod. tit. n.*4. *&* 6. ubi ait, quod de jure communi duo beneficia difformia ejuſdem Eccleſiæ ſibi alioquin non repugnantia, propter onera utrique eodem tempore incumbentia, nunquam ſunt incompatibilia, etiam quoad retentionem, quia non facit ea incompatibilia neceſſitas reſidendi, nam cùm conſiſtant in eadem Eccleſia, poteſt quis in utroque reſidere regulariter, Leſſ. *de iuſtit. lib.*2. *c.*34. *n.*144. Perez de Lara *de anniverſ. & capell. lib.*2. *c.*7. *à n.*17. veriorem, & communiorem dicit Gonzal. *ad reg.*8. *Cancel. gloſſ.*10. *à n.*4. Verùm cùm hodie attenta nova Concil. Trident. diſpoſitione *ſeſſ.*24. *de reform. c.*17. omnes dignitates, & canonicatus requirant præciſam reſidentiam, teneri non poteſt canonicatus ſimul cum dignitate, niſi ex privilegio, vel conſuetudine, cui non fuit derogatum per Concil. Trident. *dicto loco*, prout deciſum referunt Nicol. Garc. *de benefic. p.*11. *c.*5. *n.*245. *&* 246. & poſt Armend. ego
3 ipſe *de offic. & poteſt. Epiſcop. p.*3. *alleg.*62. *n.*18. Et ita cùm ex ſententia S. Congreg. dignitas cum canonicatu abſque diſpenſatione, vel conſuetudine obtineri non poſſit, ſi Canonicus obtineret dignitatem, perderet Canonicatum, ut eadem S. Congregat. cenſuit, teſte Nicol. Garc. *dict. cap.*5. *num.*244. & Seraphin.
4 *deciſ.*1258. Quando verò quis ex diſpenſatione, vel conſuetudine obtinet dignitatem, & Canonicatum, duplices lucratur diſtributiones, duaſque voces in Capitulo habet, ut *ſup. ad cap. diverſis* 5. *de Clericis coniug.*

SUMMARIUM.

1. *Dignitates plures habens, alteram dimittere compellitur.*
2. *Regulares Canonici Cathedralium Eccleſiarum ejuſdem ſunt ordinis & rationis cum reliquis Canonicis Regularibus.*
3. *Epiſcopus in Monachos Regulares ſuæ Cathedralis Eccleſiæ eſt loco Abbatis, & in eos habet omnimodam iuriſdictionem, præterquam in concernentibus Regularia inſtituta.*
4. *Dignitatem ſecundam obtinens iuxta primum tempus ante Concil. Lateran. ſub Alex. III. non ipſo facto primam amittebat, ſed optionem habebat, ut unam ex illis eligeret, quam ipſe mallet.*

CAP. Præterea XIV.

1 HAbens plures dignitates, una retenta, alias dimittere compellitur. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſt. Anch. Henric. Panorm. Butr. Dec. Viv.

*in rationali libri tertii iuris Pontif. pag.*49. Alagona *in compend. iur. Canon. pag.*377. remiſſivè Ximen. *in concord. p.*2. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.*1. *Decret. lib.*5. *tit.*5. *de exceſſibus Prælat. cap.*4. & eſt poſt Concil. Lateran. *p.*24. *c.*5.

Et in utraque Eccleſia regulariter profeſſus. Notatur 2 ad hoc, quod Regulares Canonici Cathedralium Eccleſiarum ejuſdem ſunt Ordinis, & rationis cum reliquis Canonicis Regularibus, ut per Fr. Emman. *tom.*3. *qq. regul. q.*49. *art.*3. *verſ. idipſum probatur.* Epiſco- 3 pus in Monachos Regulares ſuæ Cathedralis Eccleſiæ eſt loco Abbatis, & in eos habet omnimodam juriſdictionem, præterquam in concernentibus Regularia inſtituta, Rota *in montis Regalis iuriſdictionis*, 8. *Martii* 1604. coram R. D. meo Coccino Decano, impreſſa inter recent. *deciſ.*69. *p.*1 & de celebratione officii facienda per Monachos in Eccleſia Cathedrali, & de illius forma agitur *deciſ.*79. *eadem p.*1. *recent.* & de his omnibus egimus breviter *de offic. & poteſt. Epiſc. p.*3. *alleg...* ſecundùm Lugd. impreſſ.

Quatenus eundem altero quem maluerit, &c.] Lo- 4 quitur ſecundùm primum tempus ante Concil. Lateran. ſub Alex. III. quo attento is, qui ad ſecundam dignitatem promovebatur, non ipſo facto primam amittebat, ſed optionem habebat, ut unam ex illis eligeret, quam ipſe mallet: ita Azor. *inſtit. moral. part.*1. *lib.*6. *c.*13. *q.*1. Nicol. Garc. *de benef. p.*11. *c.*5. *n.*2.

CAP. Cùm non ignores XV.

BEneficiatus electus ad aliam Eccleſiam, ſi conten- 1 dit habere utramque, prima debet eſſe contentus, quia non eſt conveniens, ut unus habeat locum in duabus Eccleſiis, & non eſt admittendus electus cum ſcandalo eligentium, idеſt, quando nolunt in alia Eccleſia reſidere. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſtienſ. Anchar. Henric. Panorm. Butr. Dec. Vivian. *in rationali libri tertii iuris Pontificii*, *pag* 50. Alagona *in compend. iuris Canonici*, *pag.*376. remiſſivè Ximen. *in concord. p.*1. *&* 2. refertur ab Ant. Aug. *collect.*3. *Decret. lib.*3. *tit.*5. *c.*1.

Unus debeat eſſe Sacerdotis.] Notatur ad hoc, quod 2 ſi duo, vel tres Clerici fuerint conſtituti perpetuò ad curam, nullus dicitur habere Curatum, ut per Put. *p.*1. *deciſ.*290. *in antiq.* aliàs *deciſ.*282. *in correctis.* Caſſad. *deciſ.*11. *de præbend.* Sraphil. *de literis gratiæ*, *fol.*47. *part.*1. *verſ. requiritur & tertium.* Cald. Pereira *de empt. c.*26. *n.*21. Quia ad hoc ut beneficium dicatur Curatum, requiritur ut unus Rector ſolus ſuo nomine, non autem cum aliis, vel pluribus regat; nam ſicut unum corpus duo capita habere non poteſt, niſi monſtrum ſit: ita nec Eccleſia duos, aut plures curatos, Maſcard. *de probat. concl.*468. *num.*5. *cum ſeq.* quem refero ego ipſe *de offic. & poteſt. Epiſcopi*, *p.*3. *alleg.*57. *num.*159.

SUMMARIUM.

1. *Ordinato ad Sacros per Epiſcopum, ſine titulo, nemine præſentante, ordinator vel ſucceſſor compellitur in neceſſariis providere, donec titulum habuerit.*
2. *Sacerdos regulariter ſumit alimenta de bonis Eccleſiæ cui ſervit, ſi habeat.*
3. *Bona Eccleſiæ dicuntur eſſe de patrimonio Chriſti.*
4. *Argumentum ab etymologia valet.*
5. *Cleros quid ſignificet.*

6 *Epiſcopus ordinans ad ſacros Ordines aliquem ſine titulo, compellitur ei in neceſſariis providere, ſi ordinavit ſcienter, ſecus ſi non fuit in culpa.*

7 *Concil. Trident.* ſeſſ. 21. de reform. c. 2. *an innovet pœnas huius cap. an verò* cap. neminem, & cap. ſanctorum, 70. diſt. *oſtenditur.*

8 *Obligatio alendi eſt punitio delicti Epiſcopi promoventis ad Ordines carentem patrimonio.*

Cap. Cùm ſecundùm XVI.

Innoc. III.

1 QVando quis ordinatur Subdiaconus ſine titulo, & nemine præſentante, Epiſcopus ordinans, vel ejus ſucceſſor debet ſubminiſtrare ei neceſſaria vitæ, donec eidem provideat de beneficio competenti, & ſi Epiſcopus non facit, cogi debet cenſuris Eccleſiaſticis, quia Clerici debent vivere de patrimonio Ieſu Chriſti, cujus obſequio deputantur. Vnde dicuntur Clerici à κλῆρος, quod eſt ſors, vel hæreditas. Et licèt Papa Innocentius voluerit ordinationes illorum ſine titulo eſſe irritas, id eſt quoad exequutionem, tamen iſte Papa vult quod poſt examen, ſi idonei reperiuntur, provideantur de beneficiis. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſtienſ. Anchar. Henric. Burr. Panorm. Vivian. *in rationali lib. tertii iuris Pontificij, pag.* 50. Alagona *in compend. iuris Canonici, pag.* 376. remiſſivè Ximen. *in concordant, part.* 1. & 2. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 1. *Decret. lib.* 3. *tit.* 5. *cap.* 1.

2 *Qui altari ſervit,* &c.] Notatur ad hoc, quod Sacerdos regulariter alimenta ſumit de bonis Eccleſiæ, cui ſervit, ſi bona habeat, ut per Beller. *diſquiſit. cleric. p.* 1. *tit. de bonis cleric.* §. 6. *n.* 5. Surd. *de aliment. tit.* 1. *quæſt.* 60. *num.* 1. *cum ſeqq.* Operarius enim dignus eſt mercede ſua, *cap. quicunque* 12. *q.* 2. Et unuſquiſque ſecundùm laborem ſuum mercedem accipiet, Apoſt. *ad Corinth.* 1. *cap.* 3. cum multis aliis citatis per Surd. *d. tit.* 1. *quæſt.* 59. *num.* 2. Rebuff. *in l. Barbarius, num.* 8. *ff. de officio prætor.* Mexi. *in tract. taxa panis, concluſ.* 2. *n.* 87. Perez *l.* 1. *tit.* 2. *lib.* 1. *Ordin. pag.* 36. & *l... tit.* 5. *lib.* 7. *pag.* 427. Valaſc. *conſ.* 125. *num.* 2. Bobadill. *in ſua politica, lib.* 1. *c.* 13. *n.* 48. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloſſ.* 4. *n.* 17. Aloyſ. Ricc. *in praxi aurea, reſol.* 439. *n.* 2. & 3. ubi *numeris ſeqq.* agit quæ congrua dicantur Clericorum alimenta, ut ex fructibus bonorum Eccleſiæ ea conſequi valeant.

3 *De patrimonio Ieſu.*] Notatur ad hoc, quod bona Eccleſiæ dicuntur eſſe de patrimonio Chriſti, ut per Azor. *inſtit. moral. part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 1. *quæſt.* 4. Navar. *de redditibus Eccleſ. q.* 1. *n.* 19. & *in apologia eiuſdem, quæſt.* 1. *mon.* 24. *n.* 8. Ioan. Valer. *de different. utriuſque fori, verbo munera. differ.* 1. *num.* 5. quia propter Chriſtum, & ejus obſequium, & gloriam donata ſunt, ita Giſbert. Schevich. *de Eccleſ. vita, lib.* 3. *c.* 20. *prope fin. pag.* 466.

4 *Cùm enim à κλῆρος,* &c.] Ergo ab etymologia argui poteſt, ut per Garc. Falcon. *reg.* 46. Sayr. *de Sacrament. in genere, lib.* 1. *c.* 2. *in princ.* Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloſ.* 9. §. 1. *n.* 3. Monet. *de diſtribut. quotid. p.* 1. *q.* 1. *n.* 7. ubi *n.* 8. intelligit modò argumentum negativè concipiatur, dixi latè *in tract. de locis communib. arg. iuris, loco* 41.

5 *Quod eſt ſors, vel hæreditas.*] Multa circa hujus nominis κλῆρος, etymologiam adducunt Pratei. *in lexico iuris, verbo Clericus,* Didac. Ximenes *in ſuo lexico Eccleſiaſt. verbo* κλῆρος, Alciat. *lib.* 5. *parergon, c.* 12. Tiraquel. *de iure primog. quæſt.* 17. *opin.* 1. *n.* 8. Ozaſc. Pedem. *deciſ.* 30. *n.* 11. Petr. Greg. *ſyntagm. iuris lib.* 16. *cap.* 1. *num.* 4. Cardoſ. *in praxi iudicum, verb. Clericus, num.* 1.

Tandiu ei vita neceſſaria, &c.] Pœna hæc, quod Epiſcopus ordinans ad ſacros Ordines aliquem ſine titulo, 6
compellatur ei in neceſſariis providere, donec titulum habeat, habet locum in ordinante ſcienter, vel debente ſcire eum non habere titulum, & ſic habet etiam locum quando ordinandus dixit ſe habere patrimonium ſufficiens; quia Ordinarius debebat diligenter inveſtigare an haberet patrimonium; & Clericus non poteſt huic privilegio renuntiare, Navar. *conſ.* 1. *q.* 16. *de conſtit.* & *conſ.* 14. & *ult. de tempor. ordin.* Surd. *de aliment. tit.* 2. *q.* 60. *à n.* 12. & *tit.* 7. *q.* 37. *à n.* 40. Nicol. Garc. *de benef. p.* 2. *c.* 5. *n.* 32. Non tamen habebit locum quando non fuit in culpa Epiſcopus; qui adhibuit debitam diligentiam, & per fraudem, & falſas probationes fuit deceptus, idem Nicol. Garc. *ubi ſuprà, num.* 33. Quarant. *in ſumma Bullarii, verbo Ordo, poſt* 2. *concl. verſ. tertius caſus,* Vgolin. *de officio,* & *poteſt. Epiſcopi, c.* 26. §. 8. *n.* 5. & §. 15. *verſ. tertiò non tenetur.*

Olim in Concilio Chalcedonenſi *can.* 6. relato *in c.* 7
neminem, 70. *diſtinct.* & in alio Vrbani II. habito Placentiæ, pariter relato *in cap. Sanctorum, ead. diſtinct.* decernuntur irritæ, & inanes (ſcilicet quoad executionem) ordinationes eorum, qui ſine certo titulo promoventur. Poſtea Innoc. III. *in hoc text.* benigniùs agere cupiens, tandiu per ordinatores, & ſucceſſores eorum provideri ordinatis conſtituit, donec ipſi Eccleſiaſtica ſint aſſequuti beneficia. Denique ſucceſſit Conciliaris in hac re diſpoſitio Tridentinæ Synodi *ſeſſ.* 21. *de reformat, cap.* 2. certam non exprimentis pœnam, ſed antiquorum Canonum ſimpliciter innovantis, ex cujus verbis non ineptè dubitatur à Doctoribus, an d. Trident. Concil. innovet pœnas *d. cap. neminem,* & *cap. Sanctorum,* an verò hujus textus, an demùm omnium prædictorum Canonum? Prima opinio tenet omnium relatorum Canonum pœnas innovare, cujus ſectatores ſunt Navar. *conſ.* 14. *r.* 4. & *conſ.* 46. *n.* 1. & 3. *de tempor. ordin.* & Soar. *de cenſuris, diſcept.* 31. *ſect.* 1. *poſt n.* 35. & ſub diſtinctione Campan. *in diverſorio iuris Canon. rubr.* 8. *c.* 1. *n.* 5. Secunda tenet Concil. *d. loco,* innovare pœnam ſuſpenſionis, de qua *in d. cap. neminem,* & *in d. cap. Sanctorum,* eamque tuentur Maiol. *de irregul. cap.* 15. *in princ.* Fr. Emman. *in ſum. tom.* 1. *c.* 15. *n.* 1. Zerol. *in praxi Epiſcop. p.* 1. *verb. Dimiſſoria,* §. 4. & *p.* 2. *eodem verbo, c.* 6. & *verb. Irregularitas,* §. 2. Spino *in ſpeculo teſtam. gloſſ.* 18. *n.* 75. Sanchez *de matrim. lib.* 6. *diſp.* 32. *in fine,* Paul. Comitol. *reſponſ. moral. lib.* 6. *q.* 38. Tertia denique ſententia, cui tanquam probabiliori adhæreo, tenet ſolùm eſſe innovatam pœnam hujus c. & ſic ordinatum ſine titulo non eſſe ſuſpenſum, neque aliquam pœnam incurrere, ſed Epiſcopum cogendum eſſe illi providere, quam quidem meritò defendunt Henriq. *in ſumma, lib.* 13. *c.* 37. §. 2. Guttier. *pract. lib.* 2. *q.* 35. *n.* 11. *verſ. nec opinio Metina,* Cened. *ad Decret. collect.* 33. *n.* 2. & 6. *ad finem,* Avila *de cenſuris, p.* 1. *diſp.* 3. *dub.* 4. *concl...* & ita deciſum fuiſſe à Sacra Congreg. teſtantur Flamin. *de reſign. lib.* 2. *q.* 6. *n.* 18. Fornar. *de Ordine, c.* 8. *n.* 8. Nicol. Garc. *de benef. p.* 2. *c.* 2. *n.* 27. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloſ.* 5. §. 10. *n.* 22. Armend. *in addit. ad recop. legum Navarræ, lib.* 1. *tit.* 8. *l.* 1. *de patrimonio cleric. n.* 19. Sanctar. *var. reſol. q.* 49. *n.* 15. Illuſtr. D. Roder. à Cunha *in comment. ad c.* 2. *n.* 7. *diſt.* 70. me citato *in hoc loco,* D. Mar. Curel. *de donat. inter patrem,* & *filium, tract.* 1. *diſc.* 2. *part.* 12. *n.* 46. Ego ipſe *de officio,* & *poteſtate Epiſcopi, p.* 2. *alleg.* 20. *n.* 27.

Quæſtio

Quæſtio eſt dubia, an ordinatus cum patrimonio ficto incurrat ſuſpenſionem, & poſtea celebrando irregularitatem, in qua una ſententia affirmat, quam tenent Spin. *in ſpeculo teſtam. gloſ.* 18. *num.* 75. Navar. *in man. c.* 27. *n.* 158. Sanch. *de matr. lib.* 6. *diſp.* 32. *n.* 8. Bonac. *de Sacram. diſp.* 8. *q. unic. punct.* 5. *n.* 24. Paul. Comitol. *reſp. moral. lib.* 6. *q.* 38. Filliuc. *p.* 1. *tract.* 17. *c.* 5. *n.* 89. Ioan. de la Cruz *in direct. conſcient. p.* 2. *tract. de ſacram. Ord. dub.* 6. *concl.* 2. Scott. *in Pont. conſt. epit.* 147. *theor.* 139. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 32. *tract.* 2. *c.* 25. *ſect.* 3. *n.* 72. qui cum Soar. *in* 3. *p. tom.* 5. *diſp.* 31. *ſect.* 1. *n.* 35. putat talem clericum incurrere duas ſuſpenſiones, altera ut ſine ſufficienti titulo, altera ut ſine proprii Epiſcopi facultate ordinatum. Altera ſententia contraria videtur probabilior, & ideo in praxi tutiſſima, eamque tuentur Henriq. *lib.* 13. *c.* 31. §. 2. *& in gloſſ. lit. G*, Flamin. *de reſign. lib.* 2. *q.* 6. *n.* 18. Tolet. *lib.* 1. *c.* 48. *n.* 5. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloſ.* 5. §. 10. *n.* 25. Piaſec. *in praxi Epiſc. p.* 1. *c.* 1. *art.* 7. *num.* 5. Nicol. Garc. *de benef. p.* 2. *c.* 3. *n.* 20. *& ſeq.* Sayr. *de cenſur. lib.* 4. *c.* 14. *n.* 16. Avil. *eod. tract. p.* 3. *diſp.* 5. Homobon. de Bonis *de exam. Eccleſiaſtico*, *p.* 2. *tract.* 11. *c.* 10. *q.* 22. Ægid. de Coninck. *de Sacram. diſput.* 16. *dub.* 5. *n.* 37. Squillant. *de oblig. cleric. p.* 2. *dub.* 4.

8 In gloſſ. *Succeſſores*, ibi, *vel dic quod non tam ſucceſſor*, &c.] Notatur ad hoc, quod obligatio alendi eſt punitio delicti Epiſcopi promoventis ad Ordines carentem patrimonio, ut per Sanch. *de matr. lib.* 6. *diſp.* 32. *n.* 8. Et quod text. *in præſenti*, non tam Epiſcopum promoventem aliquem abſque patrimonio, ſed etiam eo mortuo ejus ſucceſſorem devinciat, dixi *de officio & poteſt. Epiſcopi, p.* 2. *alleg.* 20. *n.* 23.

9 In gloſſ. *Donec*, ibi, *quod ſi Epiſcopus ordinavit*, &c.] Notatur ad hoc, quod Præſul denuo compellitur providere de beneficio, atque interim de alimentis, cui beneficium contulerat, atque ad illius titulum ordinaverat, ſi tale beneficium fuerit poſtmodùm illi evictum, maximè ſi prima vice fraudulenter illud contulerat, quod dare nequibat, ut adnotavi ego ipſe *alleg.* 10. *num.* 14. ubi quoad bona donata id non procedere probabilius duxi.

Cap. Inter cætera XVII.

1 IGnoranti ſcienter conferens præbendam, quam conferre non poterat, tenetur primam vacaturam eidem conferre, ne videatur fraudulenter primam contuliſſe: quam ſi illi non confert, ſed alteri, irritum eſt quicquid fecerit. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſtienſ. Panorm. Henric. Burr. Anchar. Vivian. *in rationali libri tertij iuris Pontif. pag.* 51. Alagona *in compendio iuris Canonici, pag.* 577. remiſſivè Ximen. *in concord. part.* 2. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 1. *Decret. lib.* 3. *tit.* 5. *cap.* 3.

2 *Aſſignari debebat.*] Ergo per renunciationem quis eſt privatus tam civili, quàm naturali poſſeſſione beneficii ſui, ut *hic* notat *gloſſ.* 1. *verſ. ſed certè verum eſt.* Rebuff. *in praxi benef. tit. de ſimonia in reſign. num.* 43. Flamin. *de reſign. benef. lib.* 1. *q.* 5. *à n.* 15. Nicol. Garc. *de benef. p.* 11. *c.* 3. *n.* 1. Rota apud Farin. *deciſ.* 156. *in* 1. *collect. noviſſ.* aliàs *p.* 4. *diverſ. & deciſ.* 92. *n.* 2. *p.* 1. *rec.* & *in Lauretana Parochialis*, 14. *Martii* 1625. coram Reverendiſſ. Seleucien. Sarnen. *in reg. de public. q.* 18. *n.* 2. Put. *deciſ.* 175. *n.* 2. *lib.* 3. Camil. Borrel. *in ſum. omnium deciſ. tit.* 26. *n.* 12. Etiamſi ex cauſa permutationis facta ſit renuntiatio, Maſcard. *de probat. concl.* 1401. Petr. Greg. *de benef. c.* 31. *n.* 2. Flamin. *d. q.* 5. *n.* 20. Nicol. Garc. *d. c.* 3. *n.* 2. Intellige in reſignatione pura & ſimplici, non autem in reſignatione ad favorem, quæ cenſetur conditionalis, & propterea jus & poſſeſſio remanent penes ipſum reſignantem, donec conditiones purificentur. Iaſ. *conſ.* 56. *n.* 15. *&* 16. *lib.* 3. Pariſ. *conſ.* 5. *n.* 7. *& ſeq. lib.* 4. Achil. *deciſ.* 10. *n.* 1. *&* 4. *de reſtit. ſpoliat.* Put. *deciſ.* 158. *n.* 3. *lib.* 3. Mohed. *dec.* 83. Veral. *deciſ.* 82. *n.* 1. *p.* 3. Rot. *deciſ.* 4. *n.* 1. *de rer. permutat. in antiq. & deciſ.* 1. *n.* 12. *de renunt. in novis*, Flam. *de reſign. lib.* 1. *q.* 3. *n.* 8. *& ſeq.* & fuit dictum *in Ianuenſi Parochialis*, 22. *Iunii* 1622. coram bonæ mem. Patriarcha Manzanedo, & *in Illerden. Canonicatus*, 2. *Decembris* 1624. coram bonæ mem. Buratto.

In gloſſ. *aſſignavit*, ibi, *quod donator non tenetur de* 3
evictione. Declara ut per me *de officio, & poteſt. Epiſc. p.* 2. *alleg.* 20. *n.* 14.

SVMMARIVM.

1 *Electio illius caſſatur, qui poſſidet plures dignitates, atque Præbendas, & idem ſi detinetur aliquo vitio hic ſcripto.*

2 *Intruſus in beneficium quis dicatur.*

3 *Multa per patientiam tolerantur.*

Cap. Cùm jam dudum XVIII.

DIgnitates plures habens ſine diſpenſatione, ad be- 1
neficium eligi non poteſt. Item ſi electus ante confirmationem præſumat miniſtrare, caſſatur ejus electio, & ſi poſt caſſatam electionem adhuc miniſtrat fit ineligibilis. Item multa per patientiam tolerantur, quæ ſi deducantur in judicium, non debent tolerari. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Anan. Imol. Hoſt. Anch. Henric. Butr. Panorm. Vivian. *in rationali libri tertii iuris Pontif. pag.* 51. Alagona *in compend. iuris Canonici, pag.* 577. remiſſivè Ximen. *in concordant. part.* 1. *&* 2. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 3. *Decretal. lib.* 3. *tit.* 5. *c.* 5.

Intruſionis ſuæ.] Intruſus in beneficium ille dicitur, 2
qui ſine auctoritate ejus, cujus eſt beneficium, in illud ſe intromittit, & intrudit, vel abſque jure, vel ſine canonico titulo, vel per vim: ita Azor. *inſtit. moral. p.* 2. *lib.* 7. *cap. ult. q.* 10. Vnde qui literis non confectis poſſeſſionem cepit, dicitur intruſus, Flamin. *de reſignat. benefic. lib.* 10. *q.* 1. *n.* 21. vel qui propria auctoritate ſine titulo, idem Flamin. *lib.* 7. *q.* 1. *n.* 114. Item & reſignans poſt reſignationem reputatur intruſus, idem Flamin. *lib.* 1. *q.* 6. *n.* 5.

Cùm multa per patientiam tolerentur, &c.] Vide 3
Navar. *de redditibus Eccleſ. q.* 1. *monitu* 54. *n.* 2. Anton. à Gama *de Sacrament. praſtandis ultimo ſupplicio damnatis*, *q.* 1. *n.* 16. Azeved. *ad Curiam Piſanam*, *lib.* 1. *c.* 23. *num.* 25. Vnde Sanch. *de matrim. lib.* 2. *diſput.* 38. *num.* 12. per hunc text. dicit quod Principis diſſimulatio impunitate, ac facto non inducit diſpenſationem, reſpondens ad textum *in capite quia circa, de conſanguinitate, & affinitate*, procedere ex eo, quod conjuges bona fide exiſtimabant ſe legitimè conjugatos eſſe, & ex veritatis detectione timebatur grave ſcandalum: quapropter Pontifex tacendum, & diſſimulandum eſſe dicit, eoſque in matrimonio illo putativo, & invincibili ignorantia excuſato permittendos eſſe, & citat Covarruv. *de ſponſalibus, part.* 2. *cap.* 6. §. 1. *n.* 15.

SVMMARIVM.

1 *Recepto in Canonicum, quàm citò facultas ſe obtulerit debetur præbenda, & interim habebit quotidianas diſtributiones.*
2 *Collator de proventibus tenetur nominato providere.*
3 *Legatus non poteſt diſpenſare contra Concilium.*
4 *Papa per clauſulas derogatorias generales ſuper Concilium diſpenſare non cenſetur.*

Cap. Dilectus filius XIX.

Innoc. III.

1 Recepto in Canonicum cum ſtallo in choro debet præbenda aſſignari, cùm primùm ſe facultas obtulerit, & interim debet participare de diſtributionibus quotidianis. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſtienſ. Hentic. Anchat. Panorm. Butr. Vivian. *in rationali libri tertij iuris Pontif. pag.* 52. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 371. remiſſiuè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. part.* 2. & refertur ab Ant. Aug. *collect.* 3. *Decretal. lib.* 3. *tit.* 5. *cap.* 6.

Facientes eidem portiones quotidianas, &c.] Notatur ad hoc, quod collator de proventibus tenetur nominato providere, ut per Rebuff. *in tract. nominat. q.* 19. *num.* 5.

2 *Mandamus quatenus*, &c.] Collige ex text. Papam poſſe beneficia conferre antequam vacent, & ad illa concedere expectativas, concordant text. *in cap. propoſuit* 4. *de conceſſ. prabend. & in cap.* 2. *de prabend. lib.* 6. reſolvunt Dec. *in cap. ex parte, in* 1. *n.* 1. *de officio deleg.* Cardin. *in Clem. ult. n.* 2. *de reſcript.* Gom. *in reg. de impetrantibus beneficia, q.* 1. *&* 4. *& in reg. de triennali, q.* 31. *verſ. ſed antequam, & in tract. de expectativis, à princip.* maximè à *n.* 12. Rot. *deciſ.* 6. *de conceſſ. prabend. in antiq.* Navar. *in cap. ſi quando, part.* 3. *de reſcript.* Rebuff. *in praxi, tit. de reprobata beneficii viventis impetr.* Mandoſ. *in reg.* 11. *q.* 10. *n.* 9. *& in reg. de infirmis, q.* 17. *n.* 11. Quæ quidem concluſio procedit interveniente juſta cauſa; tunc enim Papa licitè poterit beneficium vacaturum conferre. Patet ſi expendas Papam poſſe facere ea omnia, quæ ad bonum commune ordinantur, licèt aliàs occaſio delinquendi ex hominum malitia uſurpetur. Vnde meritò Papa prædictum beneficium conferre poterit, dummodò id fiat data juſta cauſa, quæ prædictum bonum commune ſuadeat; conſtat namque in hac ſpecie non jus divinum, ſed tantùm humanum, quod poteſt Papa, offendere; illa autem occaſio captandæ mortis beneficiati ex malitia à proviſo uſurpata, non Pontifici bonum commune prætendenti, ſed malitiæ improbi hominis imputatur, ex reg. text. *in l.* 2. *ff. de auct. tutorum.*

Amplia procedere non tantùm quando promiſſio, ſeu expectativa fit in genere, verùm etiam quando fit in ſpecie certi hominis viventis, patet ſi expendas conferre beneficium certi hominis, non eſſe legi naturali, nec divinæ poſitivæ contrarium; non enim ſequitur neceſſariò, datum eſt, ſeu promiſſum alicui beneficium certi hominis, ergo mortem ejus deſiderabit, ſed tantùm eſſe prohibitum in ſacris Pontificum conſtitutionibus quaſi periculoſum, ex *c.* 2. *de conceſſ. prabende*, in quibus Papa præcedente juſta cauſa diſpenſare poteſt, ut *ſuprà* dictum eſt. Iuvat quod verba poſita *in d. c.* 2. ibi, *nec deſiderare*, &c. non importent præſumptionem diffinitivam, quaſi lex definiat ſic eſſe, ſed ſuppoſitivam, juxta eam doctrinam, quam inter utramque præſumptionem conſtituit D. Th. 2. 2. *q.* 60. *art.* 4. *ad* 3. Sic ceſſat fudamentum Iaſ. & Alciat. *in l.* 1. *C. de pactis*, qui contendunt expectativas, per quas beneficia viventium abſque eorum conſenſu conceduntur, tanquam juri naturali, divino, dilectioni proximi, & præcepto Decalogi de non occidendo, contrarias omninò illicitas eſſe. Sic ſanè verba *d. c.* 2. ibi, *turpe*, &c. intelliguntur ubi promiſſio, de qua *ibi*, fit abſque juſta cauſa.

In gloſſ. *Cùm ſe facultas*, ibi: *Legatus non poteſt diſpenſare contra Concilium.* Vide Doctores citatos *ad cap. cùm dilectus* 32. *n.* 12. *ſuprà de elect. pag.* 119. 3

In ead. gloſſ. ibi, *Sed ſolus Papa.* Super Concilium Papa diſpenſare cenſetur, ſi de eo faciat expreſſam mentionem, non verò per clauſulas derogatorias generales, ita Cotta *in memorabil. verb. Clauſula, non obſtante*, Rebuff. *in authent. habita, verb. examinatione, C. ne filius pro patre, & in praxi benef. tit. de diſpenſat. ſuper defectu natalium, n.* 24. Henriq. *in ſumma, lib.* 13. *c.* 57. §. 1. Zerol. *in praxi Epiſcop. p.* 2. *verb. Abſolutio, verſ. dico quintò*, Veral. *deciſ.* 176. *p.* 1. Vital. de Cambanis *in tract. clauſul. pag.* 11. *col.* 1. *n.* 2. Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. p.* 4. *collect.* 1367. *prope finem.* Guttier. *pract. lib.* 3. *q.* 17. *n.* 131. Fr. Emman. *qq. regul. tom.* 1. *q.* 1. *art.* 10. *& tom.* 3. *q.* 36. *art.* 2. *& q.* 39. *art.* 4. Flores de Mena *variar. lib.* 1. *quæſt.* 10. *num.* 50. Stephan. Grat. *diſcept. forenſ. c.* 397. *à n.* 35. Azor. *inſtitut. moral. p.* 2. *lib.* 5. *c.* 14. *quæſt.* 6. Nicolaus Garc. *de benefic. part.* 4. *cap.* 5. *num.* 30. Bonacina *de cenſur. diſp.* 1. *quæſt.* 3. *puncto* 2. *num.* 4. *in fine*, Campanil. *in diverſorio iuris Canonici, rubric.* 11. *cap. ult. num.* 27. *& rub.* 12. *c.* 13. *num.* 154. *verſ. in cauſa*, Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib.* 5. *num.* 2. Hieron. Fernandez de Ottero *ad cap.* 1. *de iudiciis, num.* 10. *cum ſequentibus*; nam conſtitutio Conciliaris tacitè continet clauſulam derogatoriam, & propterea ei non derogatur per clauſulas generales, Caputaq. *part.* 1. *deciſ.* 268. Aloyſ. Ricc. *dict. part.* 4. *collect.* 849. *& in praxi fori Eccleſiaſtici, deciſ.* 556. *in* 1. *edit. & reſolut.* 478. *num.* 4. *in* 2. *edit.* 4

SVMMARIVM.

1 *Electio non tenet cùm ad unam præbendam duo ſimpliciter eliguntur.*
2 *Electio facta ad importunum clamorem non valet.*
3 *Beneficiorum ſectio eſt prohibita.*
4 *Beneficium cum vacat poteſt ex iuſta cauſa in duo diuidi, ſi facultates illius ſufficiant.*

Cap. Tuæ XX.

Qvando duo eliguntur ad unam præbendam, electio non tenet, quia nec præbenda poteſt dividi, nec unus expectare. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Ananias, Hoſtienſ. Anchar. Henric. Panormit. Butr. Vivian. *in rationali libri tertii iuris Pontif. pag.* 53. Alagona *in compend. iuris Canonici, pag.* 377. remiſſiuè Ximen. *in concordant. part.* 1. *&* 2. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 3. *Decret. lib.* 3. *tit.* 5. *c.* 7. 1

Propter importunitatem petentium, &c.] Notatur ad hoc, quod electio facta ad importunum clamorem non valet, ut per Palat. *in repet. rub. de donat. inter virum, & uxorem*, §. 81. *n.* 2. Sanch. *de matr. lib.* 4. *diſp.* 7. *num.* 4. Per importunitatem enim obtenta dicuntur fieri 2

fieri invito dante, Palar. *d.* §.81. *n.*5. Rebuff. *tom. ad leges Galliæ, tit.ut beneficia ante vacationem,art.*2.*gl.*15. *verſ. ratio eſt.* Mathienz. *l.*19.*gloſſ.*1. *n.*1. *tit.*1. *lib.*5. *nova recop.* ac proinde non valent, Azeved. *l.*13. *n.*3. *tit.*10. *lib.*5. *nova recop.*

3 *Quod præbendarum inhibet ſectionem.*] Notatur ad hoc, quod ſectio beneficiorum eſt prohibita, ut per Nicol. Garc. *de benef. part.*11. *cap.*4. *à n.*2. & cæteros citatos per me ad *cap. majoribus* 8. *num.*2. *ſuprà hoc titulo.*

4 In gloſſ. *Sectionem*, ibi, *& eodem modo una Præbenda*, &c.] Notatur ad hoc, quod beneficium cùm vacat, poteſt ex juſta cauſa in duo dividi, ſi facultates illius ſufficiant, ſicque erunt duo beneficia, duoque jura, ut per Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit.lib.*30. *tract.*3. *n.*248. *verſ. addendum.*

SUMMARIUM.

1 *Iudex compromiſſarius factus inter duos electos ad aliquam dignitatem, poterit unum confirmare, & alteri pro bono pacis de proventibus proviſionem facere.*

2 *Actus, qui potuit geri ex duplici poteſtate, ſuſtinebitur ex ea, quæ meliùs valere poteſt.*

3 *Pax, & concordia ut conſerventur, multa de iure conceduntur.*

4 *Laudum arbitri, & arbitratoris ritè latum fuiſſe præſumitur.*

5 *Nobilis, & bonus cùm quis eſt, præſumuntur omnia ritè ab eo geſta.*

6 *Delicta eorum, qui aliàs moribus, & ſcientia claruerunt, mitiùs accipienda ſunt.*

7 *Beneficiario jus quæſitum habenti in beneficio licet colligitanti ſuper beneficio pro bono pacis aliquid temporale dare, ut liti cedat.*

8 *Penſiones quæ tranſeant ad ſucceſſores in beneficio, non poteſt Ordinarius imponere*, & n.9.

10 *Penſiones ſunt onera realia.*

11 *Penſio reſervata de conſenſu eius, quem apparet ius non habere in beneficio, non afficit verum proviſum non conſentientem.*

Cap. Niſi eſſent XXI.

1 IVdex compromiſſarius à duobus electis ad aliquam dignitatem, poteſt illam uni dare, & alteri pro bono pacis de proventibus proviſionem facere, dum tamen non procedat hoc ex pacto partium: ad quam proviſionem præſtandam tenebitur tantùm proviſus, non item ejus ſucceſſor. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſtienſ. Henric. Anchar. Butr. Panorm. Decian. Vivian. *in ration. tertii libri iuris Pontific. pag.*53. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.*378. remiſſivè Caſal. *in annotat.* & Ximen. *in concord. part.*1. *&* 2. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.*3. *Decretal. lib.*3. *tit.*5. *c.*8.

2 *Ex arbitraria poteſtate.*] Notatur ad hoc, quod actus, qui potuit geri ex duplici poteſtate, ſuſtentabitur ex ea, quæ meliùs valere poteſt, ut per Greg. Lop. *l.*6. *verbo que la no pudieſe,col.*3. *tit.*11. *p.*6. Molin. *de primog.lib.*2. *c.*7. *prope fin. n.*68. *verſ. illud.*

3 *Se pro bono pacis.*] Quia pro conſervanda pace, & concordia multa de jure conceduntur, quæ aliàs licita non eſſent, ut per Mandoſ. *in addit. ad Rom.conſ.*306. *in caſu, ſub lit. D*, Ludov.Gom.*in reg. de annali,q.*2.*n.*3. *cum ſeqq.* Alphonſ. Hojed. *de incompatib. benef. c.*26. *num.*6. *cum ſeqq.* Flamin.Pariſ. *de reſign. benefic. lib.*5. *cap.*3. *ex num.*165. Gonzal. *ad reg.*8. *Cancel. gloſſ.*25. *num.*12.

Hoc ordinaſſe fatentur.] Notatur ad hoc, quod laudum arbitri, & arbitratoris ritè latum fuiſſe præſumitur, ut per Corſet.*in ſing. arbitr. incip.laudum*, Maſcard. *de probat.concl.*963. *& concl.*1003. *num.*14. Nam contractus, qui ſolent fieri ab honeſtis perſonis, à ſuſpicione alieni præſumuntur abhorrere, Tiraquel. *de retractu convent. ad fin. tit. n.*132. Et cùm quis eſt nobilis, & bonus, præſumuntur omnia ritè ab eo geſta, ut per Menoch. *conſ.*39. *n.*16. *cum ſeqq.* Cald. Pereira *de emptione, & vendit. c.*34. *n.*42. & delicta eorum, qui aliàs moribus, & vitæ integritate ſumma claruerunt, mitiùs accipienda ſunt, cùm legalitas, & virtus perſonæ faciat recedere à regulis juris, ut per Rebuff. *in tract. nominat. q.*21. *n.*15. Tiraq. *de pœnis temper. cauſa* 51. *à princ.* 4 5 6

Non quidem ex pactione partium, &c.] Notatur ad hoc, quod licitum eſt uni ex litigantibus ſuper beneficio jus habenti quæſitum pro bono pacis, vel ex alia juſta cauſa dare temporale adverſario, ut liti cedat, vel adhuc à gravamine deſiſtat, non ſola ipſarum partium auctoritate, ſed ex juſſione judicis; verùm quando nullum jus ei quæſitum eſt, neque ex inferiorum judicum auctoritate hujuſmodi rei temporalis datio licere poteſt, ut evidenter probat text. *in cap.*2. *ſup. de arbitr.* Ratio differentiæ eſt, quia quando jus quæſitum proponitur, qui temporale dat pro bono pacis, vel alia juſta de cauſa, non dicitur ſpiritualia emere pro temporali, quippe cùm jam ſibi quæſitum ſit, ſolùm removet gravamen poſtea illatum ſuper ſpirituali, quod ſuum eſt, ac ſubinde cùm temporale non detur pro ſpirituali, nulla ſimoniæ labes involvitur, longè tamen, & omninò diverſum contingit, quando jus quæſitum non proponitur, quia cùm dans temporale, ſpirituale ipſum de novo conſequatur, nullumque antea jus habuerit, jam propriè dicitur emere jus ipſum ſpirituale pro temporali, quod quidem judicis præſentia cohoneſtari non poteſt, *cap. ult. de rerum permut.* Probant diſtinctionem S. Thom. *in* 4. *diſt.*25. *q.*3. *art.*2. *quæſtiunc.*1. *in reſp.ad* 7. & communis: faciunt quæ Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.*23. *n.*253. Pro concordia tamen text. *in præſenti*, cum illo *in d.cap. ult. infr. de rerum permut.* vide quæ ibi latè dixi cum Soar. *de relig. tom.*1. *lib.*4. *de ſimonia, cap.*51. *à num.*21. 7

Ex arbitraria poteſtate.] Ergo partes litigantes circa aliquod beneficium, poſſunt arbitrum de communi conſenſu eligere, quamvis non ſit Prælatus, vel judex cauſæ, ut per Soar. *d. lib.*4. *de ſimon. cap.*51. *num.*24. Valer. Reginald. *d. lib.*23. *n.*25. *verſ. quod autem*, Bonacin. *d. q.*4. §.15. *n.*12. hoc intelligentes, modò is, in quem hujuſmodi arbitrium compromittitur, ſit Clericus.

Sed perſona Prioris maneat onerata.] Ergo Ordinarius non poteſt penſiones imponere, quæ tranſeant ad ſucceſſores in beneficio, ſed tantùm, quæ durent ad vitam conſentientis. Ita Staphil. *de literis iuſtitiæ, tit. exceptio ſola plus operatur*, &c. *n.*14. Nav. *conſ.*8. *num.*9. *de iurepatron. & conſ.*43. *n.*4. *de ſimon.* Flamin. *de confident. q.*28. *num.*120. Azor. *inſtit.moral. part.*2. *lib.*8. *cap.*6. *quæſt.*1. *verſ.extra omnem.* Valer.Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.*23. *num.*259. Bonac. *de ſimonia, quæſt.*4. §.15. *num.*9. *verſ. quod verò*, & in judicando hanc ſententiam eſſe dicit Gamb. *de officio legati, lib.*6. *à num.*285. *& n.*685. Quamvis contrarium, nempe quod Epiſcopus ex cauſa concordiæ, & ut à lite recedatur, poſſit penſiones imponere, quæ tranſeant ad ſucceſſores in beneficio, teneant Sarnen. *in reg. de annali, quæſt.*2. Mandoſ.*in reg.*33. *quæſt.*14. *num.*11. Gig- 8

de penſionib. quæſt. 85. *num.* 1. *&* 11. Redoan. *de ſimonia, part.* 2. *cap.* 4. *num.* 14. *& cap.* 21. *num.* 36. Marcheſ. *de commiſſ. part.* 2. *c.* 40. *de commiſſione appellat. n.* 41. *&* 44. Quintanad. *lib.* 2. *Eccleſiaſticon, num.* 44. Franc. Leo *in theſauro fori Eccleſiaſt. part.* 2. *cap.* 7. *n.* 28. *&* 32. Soar. *de Relig. tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 51. *num.* 18. loquuntur enim contra text. *in præſenti*, nam ſi in caſu illius Papa non vult tolerare, ut penſio impoſita ex cauſa pacis & concordiæ ttanſeat ad ſucceſſores, ne circa proventus aliqua videatur facta ſectio, clarum videtur inferiores à Papa, quamvis non ſint judices delegati, ut *hic*, ſed Ordinatii, ut Epiſcòpus, vel Legatus, non poſſe ex cauſa concordiæ imponere penſionem, quæ tranſeat ad ſucceſſotes, vt elegantet reſpondet Nicol. Garc. *de benef. part.* 2. *cap.* 5. *num.* 334. Vnde ceſſat evaſio Gamb. *d. lib.* 6. *num.* 402. & Soar. *d. lib.* 4. *c.* 51. *n.* 18. ac Fr. Raph. de la Torre *de relig. tom.* 2. *quæſt.* 100. *art.* 5. *diſp.* 12. *verſ. ſed hæſitabit*, dum aiunt penſionem, de qua *hic*, non potuiſſe obligare ſucceſſorem, non ſimplicitet, ea ratione, quia quaſi videretur facta ſectio beneficii, ſed quia qui ſic ordinaverunt, erant delegari non habentes in præmiſſis jutiſdictionem ad obligandum ſucceſſotes.

9 Intellige dummodo non interveniat aliqua conventio intet partes de penſione reſervanda; non enim ab eis, ſed à ſuperiotis auctoritate initium habere debet, ut probar text. *in præſenti*, & ex eo colligunt Rebuff. *de pacificis poſſeſſ.* 5. *n.* 122. *aliàs* 105. *& in repet. cap. extirpanda, §. qui verò, not.* 6. Camil. Caut. *in tract. de penſione Epiſcopali, n.* 5. & alii plures, quos refert, & ſequitur Nicol. Garc. *d. cap.* 5. *n.* 340. ubi *num.* 343. refert Rotam *in una Calagurit ana penſionis,* 29. *Maij* 1595. coram bonæ mem. Penia decidiſſe ad hoc, ut amicabilis compoſitio valeat, & partes à vitio ſimoniæ excuſentur, conventionem de penſione reſervanda à ſuperioris auctoritate, non ab ipſis partibus, vel à compromiſſariis initium habere debere, quamvis Vgolin. *de ſimonia, tab.* 1. *de ſimonia gratiæ, cap.* 28. §. 3. *num.* 2. aſſerat poſſe judicem pro bono pacis penſionem imponete, & conventionem probare, etiamſi partes inter ſe conveniſſent, modò is, apud quem remaner beneficium, jus habeat in eo, & quamvis Soar. *d. lib* 4. *cap.* 51. *num.* 20. & Fr. Raph. de la Torre *d. quæſt.* 100. *art.* 5. *diſp.* 12. teneant poſſe Epiſcopum ad petitionem partium, & earum conventione præcedente approbare concordiam, ſeu tranſlationem ſuper beneficio litigioſo, cum onere penſionis ſpiritualis, id eſt, quæ datur Clerico, ut Clerico, &c. & denique quamvis Bonacin. *de ſimon. q.* 4. §. 15. *num.* 10. *verſ. tertia*, reſoluat hujuſmodi penſionem imponi poſſe ex prævia petitione, & requiſitione partium, modò partes non abſolutè intet ſe convenerint de huiuſmodi penſione, & poſtea illius confirmationem petanr ab Epiſcopo.

Clarius tamen ſupradicta colligendo dicendum mihi videtur, litigantibus ſuper beneficio licitum eſſe tranſigere, ſive recedere à lite, data certa penſione, vel ſolutis expenſis factis in lite & Bullis alteri parti, alia remanente cum beneficio, quatuor concurrentibus. Primò, ut fiat tranſactio pro bono pacis, & ad extinguendam litem, ut ſic videatur non fieri pro pretio ſibi dato, juxta text. *in præſenti*. Secundò, ut non fiat dicta tranſactio per partes, ſed per judicem ex officio pro bono pacis ſtatuatur, ut dicit gloſſ. *verbo non dominus, in d. c. cùm pridem, de pactis*. & Innocent. *in cap. de cætero, n.* 3. *de tranſact.* niſi eſſet gratuita compoſitio, Hieron. Paul *in praxi Cancel. §. ſuper beneficia.* ſolius enim Romani Pont. eſt approbare pactiones hujuſmodi, Menoch. *conſ.* 1117. *num.* 5. Tertiò, ut ſit index ordinarius, vel delegatus Papæ datus ad providendum de illo beneficio, Imol. & Doct. *in præſenti*. Quartò, ut is, qui remanet cum beneficio litigioſo, habeat ius, & proprietatem ejus, & etiam poſſeſſionem, vel ut non poſſidear propter potentiam adverſarii; aliàs enim ſi litigioſam poſſeſſionem pecunia redimeret, committeret ſimoniam: ita probar text. ſic intelligendus *in cap. dilectus,* il 1. *de ſimonia*, & notat *gloſſ.* 1. *in c. decimas* 3. 16. *q.* 7. Abb. *n.* 4. *&* 8. Felin. *n.* 2. Anan. *num.* 4. *in d. cap. dilectus*, Lecerier. *de primog. lib.* 3. *q.* 8. latè Valet. *de differentiis inter utrumque forum, verbo penſio, differ.* 5.

Quod autem Epiſcopus ex cauſa aliqua poſſit reſervare penſionem ad vitam, cenſuerunt Gig. *de penſion. q.* 6. *n.* 2. Rebuff. *de pacificis poſſeſſ. n.* 120. *& in praxi tit. de reſervat. tam generali, quàm ſpeciali, n.* 28. Camil. Caut. *de penſion. Epiſc. in princ. à num.* 1. Paul. Roman. *de penſion. c.* 4. *n.* 10. Caccialup. *eod. tract. q.* 13. *n.* 4. Gambar. *de officio Legati, lib.* 6. *à num.* 77. Hippol. Riminald. *conſ.* 298. *n.* 26. quam etiam opinionem, quamvis ad alium effectum, ſimpliciter videtur approbare Rot. *in una Meliten. Canonicatus,* 9. *Martii* 1595. coram Illuſtriſſ. D. meo Card. Millino, impreſſa apud Marcheſ. *tom.* 1. *n.* 611. *& in recent. p.* 2. *deciſ.* 166. *n.* 4. & hanc opinionem latiſſimè conatus eſt defendere Garc. *de benef. p.* 1. *c.* 5. *n.* 225.

In gloſſ. *Prioratus*. Notatur ad hoc, quod penſio- 10
nes ſunr oneta realia, ſicut ſunt decimæ, cenſus, collecta, & ſimilia, ut per Flamin. *de reſignat. lib.* 1. *q.* 8. *n.* 30. *& lib.* 6. *q.* 2. *n.* 97. Beller. *diſquiſit. cleric. p.* 1. *tit. de clerico debitore, §.* 8. *à n.* 5. Gig. *de penſionib. q.* 39. *n.* 1. *& q.* 40. *num.* 1. *& q.* 47. *n.* 2. Burſat. *conſ.* 361. *n.* 32. Iacob. Gall. *conſ.* 67. *n.* 1. Seraph. Rot. *deciſ.* 1351. *n.* 1. Rot. *deciſ.* 176. *p.* 2. *recent.*

Intellige quando penſiones ſunt reſervatæ cum 11
conſenſu viri titularis; penſio enim reſervata de conſenſu ejus quem apparet jus non habere in beneficio, ſed ipſum ſpectate ad alium, cui etiam fuit adjudicatum, non afficit verum proviſum non conſentientem, ſed remaner extincta extincto iure conſentientis, Gig. *conſ.* 142. *n.* 3. *verſ. ſecundo verò caſu, cum ſeqq.* Gambar. *de officio Legati, lib.* 6. *tit. de penſionib. cum ſeqq. in fine, & ſeqq.* ſentit Rot. *deciſ.* 437. *ſub n.* 1. *in fin. p.* 1. *recent.*

Intellige etiam procedete, niſi penſiones extinctæ 12
ſint, & inter caſus extinctionum penſionis ille eſt notabilis, quem ponir Ror. *in cauſa civitatis plebis penſionis,* 15. *Iunii* 1616. coram bonæ mem. Card. Sacrato. Fabius reſignavit Parochialem, reſervata ſibi penſione cum facultate regrediendi ad Parochialem caſu, quo penſio ſibi non ſolueretur: ceſſante reſignatario ſolvere penſionem, Fabius obtinuir ſe immitti in poſſeſſionem Parochialis, prout realiter fuit immiſſus: appellavit reſignatarius, & cauſam appellationis obtinuir committi in Rota cum clauſ. *ſine præiudicio executionis*, poſteà fuit concordatum, & reſignans remiſit reſignatario poſſeſſionem Parochialis, & per multum tempus exegit penſionem: mortuo demùm reſignatario, & per illius obitum proviſo Angelo, ipſe dedit de extinctione penſionis, quaſi quod per dictum reſignantis ad Parochialem reſignatam penſio adinſtar uſusfructus fuerit conſolidata cum proprietate, ex cumularis per Gig. *de penſionib. q.* 49. *n.* 7. & hoc ſtante non poterit per ſimplicem concordiam inter reſignantem, & reſignatarium ſine novo beneplacito Apoſt. reviviſcere, Gamb. *de officio Legati, lib.* 6. *n.* 483. *cum pluribus ſeqq.*

Contrariam ſententiam, quod ſcilicet penſio non 13
fuerit extincta, tenuerunr Domini de Rota in cauſa ſupra adducta, moti ex eo, quia lis inter reſignantem, & reſignatarium nunquam fuit finita, ſtante commiſ-

ſione

ſione appellationis, de qua *ſuprà*; tum ex eo, quia iudex non poterat incipere ab excuſatione, ſed debebat procedere ordinariè canonizando regreſſum, Caſſad. *deciſ.4. de locato*, Gambar.*d.lib.6.n.472.* vnde reſignatarius de facili obtinuiſſet in primis reuocari immiſſionem, hoc ſtante quod lis inter reſignantem, & reſignatarium non fuerit finita, pluribus rationibus *ibi* concludebatur penſionem non fuiſſe extinctam; tum denique quia ipſe reſignatarius ante finitam litem poterat pœnitere, offerendo ſoluere penſionem, Sarnenſ.*ſuper reg.de ſubrog. quæſt.7. verſ. ſecundus caſus eſt*, Rot.*in placentina Decanatus*, 10. *Nouembris* 1595. coram bonæ mem. Penia. Atque ita non obſtat Gambar. *lib. 6. n. 483. ſuprà in principio* allegatus, quia loquitur quando per ſententiam eſt canonizatus regreſſus, quod debet intelligi per ſententiam, quæ fecerit tranſitum in rem iudicatam; nam aliàs ſententia per appellationem ſuſpenditur, & durante lite habetur ac ſi non eſſet, & ipſemet Gambar. *ibid. ſub n.439. cum ſeqq.* admittit quod reſignans lite pendente potuit pœnitere, & renunciare regreſſui.

SVMMARIVM.

1 *Canonici priuilegiati à Papa ſuper certo numero, ſi ſponte receperunt aliquem vltra numerum, contra impetrantes exceptione numeri vti non poſſunt.*

2 *Delegatus virtute clauſulæ,* contradictores, *&c. non poteſt alia pœna punire, quàm per viam excommunicationis, & interdicti.*

3 *Clauſula,* contradictores, *&c. ſolùm habet locum contra contradicentes de facto, & non de iure.*

Cap. Pro illorum XXII.

1 Canonici quando obtinuerunt à Papa priuilegium ſuper certo numero Canonicorum, quem ipſi deinde non ſeruant, ſi Papa vult aliquem admitti ſuprà numerum cum ſtallo, loco, & diſtributione, non poſſunt contra illum vti exceptione numeri, imò tenet excommunicatio contra ipſos. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſt. Henric. Anchar. Butr. Panorm. Viuian. *in ration. libri 3. iuris Pontif. pag.* 54. Alagona *in compendio iuris Canonici, pag.* 378. remiſſiuè Ximen. *in concord. part.* 1. *&* 2. refertur ab Ant. Auguſt. *collect. 3. Decretal. lib. 3. tit. 5. c. 9.*

2 *Contradictores*, &c.] Delegatus enim virtute huius clauſulæ non poteſt alia pœna punire, quàm per viam excommunicationis, & interdicti, vt per Azeued. *l. 1. n. 22. tit. 5. lib. 8. nouæ recopil.* quem refero ego ipſe *in remiſſ. de dictionib. clauſ.* 15. *n.* 4. vbi à *princip.* aliqua ſuper hanc clauſulam dixi.

3 In gloſſ. *Contradictores*, ibi. *qui de facto contradicunt, & non de iure.* Notatur ad hoc, quod clauſula, *contradictores appellatione poſtpoſita compeſcendo*, ſolùm habet locum contra contradicentes de facto, non contra contradicentes de iure, id eſt, per viam iuris, ſeu iuridicè, vt per Abb. *hîc, n. 9.* Nauar. *in cap. cùm contingat, cauſa 7. nullit. num. 3. de reſcript. & conſ. 29. num. 2. ſub tit. de ſentent. excom. in antiq.* Flamin. *de reſignat. lib. 1. quæſt. 4. n. 44.* Fr. Emman. *quæſt. Regular. tom. 1. quæſt. 8. art. 12.* Zerol. *in praxi Epiſc. p. 1. verbo contradictores, & verbo litera Apoſt.* Lancel. *de attent. tit. de attentatis appellat. pend. p. 2. cap. 12. limit. 9. num. 31.* Rendina *in prompt. recept. ſentent. tom. 1. tit. 16. n. 5.* Seraphin. *Rotæ deciſ. 1471. n. 3.* D. Matt. *de clauſulis, p. 1. clauſ. 21.* Marcheſ. *de commiſſionib. p. 2. pag. 491. n. 4.* Card. Tuſch. *tom. 1. lit. C, concl. 326.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloſſ. 9. §. 1. in annot. num. 242.* Nicol. Garc. *de beneſ. p. 6. cap. 2. num. 115. cum ſeqq.* Campan. *in diverſorio iuris Canon. rubr. 11. cap. 13. à num. 224.* Flores de Mena *var. lib. 1. q. 4. n. 44.* cum aliis per me citatis *in tract. de clauſul. vſufreq. clauſ. 33. n. 4.*

SVMMARIVM.

1 *Ordinari poteſt in Sacris, qui beneficium Eccleſiaſticum ſufficiens non habet, ſi habeat patrimonium idoneum, accedente Epiſcopi diſpenſatione, &* n. 2.

3 *Patrimonij ſub vocabulo, ad cuius titulum poteſt quis ordinari, quid veniat, oſtenditur.*

4 *Patrimonium ad cuius titulum quis eſt ordinandus, debet conſtitui ſuper re certa, & immobili.*

5 *Epiſcopus tenetur prouidere illi, cuius titulus, ad quem promotus fuit, chaſmate, vel alluuione periit.*

6 *Decimæ ſunt ſoluendæ ex patrimonio ad cuius titulum quis fuit ordinatus.*

7 *Epiſcopus tenetur etiam ſupplere titulum ordinato habenti illum, ſed non ſufficientem.*

8 *Bona, ad quorum titulum fuit quis ordinatus, non poſſunt alienari ſine licentia Epiſcopi.*

Cap. Tuis quæſtionibus XXIII.

NOn beneficiatus, ſi habet legitimum patrimonium, poteſt ad Ordines ſacros promoueri, ſi aliud Canonicum impedimentum non obſtat. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſt. Butr. Anchar. Henric. Panorm. Viuian. *in rationali lib. 3. iuris Pontif. pag.* 55. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 378. remiſſiuè Ximen *in concord. p. 1.* refertur ab Anton. Aug. *collect. 3. Decret. lib. 3. tit. 6. c. 11.* 1

De patrimonialibus bonis habentes, &c. Probat hic text. non beneficiatum habentem ſufficiens patrimonium poſſe ad ſacros Ordines promoueri. Hodie ex nouiori diſpoſitione Concil. Trid. *ſeſſ. 21. de reform. c. 2.* qui beneficium Eccleſiaſticum ſufficiens non habet, ſi habeat patrimonium idoneum, ad illius titulum ordinari poteſt, ſi Epiſcopi diſpenſatio præcedat; nec ſemper conuenit hanc diſpenſationem elargiri, ſed ex cauſa, prout eiuſdem Concil. verba clarè demonſtrant, ibi, *niſi illis, quos Epiſcopus iudicauerit aſſumendos pro neceſſitate, vel commoditate Eccleſiarum ſuarum*; quare cùm Concil. permittat Epiſcopis facultatem diſpenſandi cum aliqua prædictarum cauſarum, ſi illa deſit, ſublata debet eſſe prædicta poteſtas, ex reg. *cap. cùm ceſſante, de appellat.* & in his terminis obſeruat Nauar. *conſ. 14. n. 2. de tempor. ordin. in nouis*, quem refero ego ipſe *de offic. & poteſt. Epiſc. 2. p. alleg. 18. n. 53.* 2

Patrimonij ſub vocabulo in hac re intelligitur non ſolùm quicquid ex patris bonis filio obuenit, verùm etiam omne id, quod aliunde, & quavis ex cauſa illi delatum eſt; quia ſatisfit intentioni Canonum, & Concilij, vndecunque habeat victum, ne mendicet: ita Campan. *in diuerſorio iuris Canon. rubr. 8. cap. 4. num. 1.* Vgolin. *de officio Epiſcopi, cap. 26. § 9. num. 3.* dummodo ſuper re certa conſtituatur, ita vt ſciri poſſit, an ad ſuſtentandum Clericum ſufficiens ſit, vt habetur *in Concil. Trident. d. cap. 2.* nam ſi res incerta ſit, id ſciri minimè poteſt, ut per ſe patet; quare attenta illa Conciliari diſpoſitione, nullus poterit promoueri ex induſtria ſua, vel honeſto labore, putà quod ſit Muſicus, Magiſter Grammaticæ, Pictor, aut alterius licitæ profeſſionis 3

feſſionis, ex qua tantum quæritur, quod ſit ſufficiens ad ſuſtentationem vitæ, ita deciſum referunt Armend. *in addit. ad recop. legum Nauarre, lib. 2. tit. 8. l. 1. de patrimonio clericorum, num.* 18. Nicol. Garc. *de benefic. p. 2. cap. 5. num.* 126. Pariter etiam requiritur quod ſuper re immobili conſtituatur; nam ſi ſuper rebus mobilibus conſtitutum ſit, non eſſet ſatisfactum menti Concilij Trident. cùm res mobiles facilè vel extinguantur, vel conſumantur: ita Nau. *conſ. 34. de tempor. ordin.* Graff. *tom. 1. ſub eod. tit. conſ.* 4. Azor. *inſtit. moral. part. 2. lib. 3. c. 4. q. 7.* Vgolin. *d. c. 26. §. 10 in. 1.* Aloyſ. Ricc. *in praxi fori Eccleſiaſt deciſ. 315. in 1. edit. & reſol. 273. in 2. edit.* Si tamen penuria Sacerdotum exiſtat, poterit quis ſine patrimonio ad ſacros Ordines promoueri, dummodo adſit, qui ei ſpondeat neceſſaria ſubminiſtraturum, quod à ſacra Congreg. fuiſſe deciſum referunt Flamin. *de reſignat. lib. 2. q. 6. n. 11.* Armend. *d. loco, num. 2. & 3.* Campan. *d. c. 4. n. 6.*

5 In gloſſ. *De patrimonialibus*, ibi, *ſed quid ſi patrimonium iſtorum periret chaſmate, vel alluuione*, &c. Notatur ad hoc, quod Epiſcopus tenetur prouidere illi, cuius titulus ad quem promotus fuit, chaſmate, vel alluuione periit, vt per Henric. *n. 1.* & Imol. *n. 7* quam doctrinam intelligo procedere ſi patens ſoluendo non ſit, *d. p. 2. alleg. 20. n. 13.*

6 In gloſſ. *Congruam*, vlt. ibi, *ſed nunquid tenetur ſoluere decimas de tali patrimonio*, &c. Notatur ad hoc, quod de patrimonio, ad cuius titulum quis fuit ordinatus, tenetur ſoluere decimas, vt per Aloyſ. Ricc. *in praxi fori Eccleſiaſt deciſ. 505. in 1. edit. aliàs reſol. 529. in 2. edit.* quem refero ego ipſe *d. p. 2. alleg. 19. in fine*, & me citato ibi, & *hîc*, D. Mar. Curel. *de donat. inter patrem, & fil. tract. primo, diſcurſ. 2. partic. 1. n 84.*

7 In ead. gloſſ. ibi, *Tenetur ei ad ſupplementum*. Notatur ad hoc, quod Epiſcopus tenetur etiam ſupplere titulum ordinato habenti illum, ſed non ſufficientem, vt per Imol. *hîc, num. 8. verſ. in gloſſ. fin.* Iacob. de Graffiis *in aureis deciſ. lib. 1. cap. 2. num. 19.* Henriq. *in ſum. lib. 10. c. 17. §. 3. lit. Q. & R.*

8 In gloſſ. ibi, *Sed nunquid poteſt vendere patrimonium tale, videtur quod non*, &c. Quamvis hæc gloſſ. in vltima opinione illud vendi poſſe abſolutè reſponderit, tanquam rem ipſam habere videatur dum pretium habet, ex ſententia Caij *in l. quia qui pretio, ff. de vſufructu*, vt per Imol. & Abb. *hîc, n. 8.* Selu. *de benef. p. 1. q. 3. n. 8.* Couat. *in cap. Raynadus de teſtam. §. 2. n. 7.* Redoan. *de rebus Eccleſ. non alien. rubr. 33. caſu 13.* Ceual. *commun. contra commun. q. 527. n. 1.* Garc. *reg. 165. n. 7.* Gutier. *canon. lib. 2. q. 65. n. 10. & 11.* & alios, quos refert, & ſequitur Nicol. Garc. *d. c. 5. n. 181.* cum quibus tenet ante Concil. alienari poſſe ſine licentia Epiſcopi patrimonium, ad cuius titulum quis fuit ordinatus. Contraria tamen opinio verior eſt; nam cùm huiuſmodi patrimonium expreſſè fuerit aſſignatum in titulum, nulla habenda eſt conſideratio illius rationis, quod pretium ſuccedat loco rei, eo quòd facilius conſumitur pretium, quàm res immobilis, cùm pecunia ſit inter res, quæ ſeruando nequeunt conſeruari, *l. 1. §. fuit quæſitum, ff. ad Trebel.* quare ita reſoluunt Ceuall. *commun. contra commun. q. 527. num. 2. & 3.* Campan. *d. rubr. 9. c. 6. n. 7.* Quiquid ſit de iure, hodie per Concil. Trid. *d. c. 2.* bona, ad quorum titulum fuit quis ordinatus, alienari non poſſunt ſine licentia Epiſcopi, ad verba ibi, *atque deinceps ſine licentia Epiſcopi alienari, aut extingui, vel remitti nullatenus poſſit*; quæ verba inducunt nullitatem actus ipſo iure, iuxta tradita per me *in Remiſſ. de diction. & clauſ. dict. 191. n. 4.* & ideo in propoſito talium bonorum alienationem eſſe ipſo iure inualidam reſoluunt Bellet. *diſquiſit. cleric. p. 1. tit. de bonis cleric. §. 1. n. 46.* Nauar. *conſ. 17. num. 2. & 4. & conſ. 21. n. 2. de tempor. ordinat.* Flamin. *de reſignat. lib. 2. q. 6. n. 16.* Nicol. Garc. *d. c. 5. n. 176.* Campan. *d. rubr. 8. c. 6. n 8.* Ego ipſe *d. alleg. 19. n. 77.* Illuſtriſſ. D. meus *in comment. ad cap. 1. n. 19. diſt. 70.* Ceuall. *commun. contra commun. q. 527.* Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. c. 750. num. 18. in fin. tom. 3.* Fontanel. *de pactis nupt. clauſ. 5. gloſſ. 1. p. 1. n. 65.* me citato D. Mar. Curel. *de donation. inter patrem & filium, tract. primo, diſc. 2. partic. 12. num. 74.*

Quæſtio eſt in hac materia non contemnenda, an 9 attenta eadem Conciliari diſpoſitione valeat alienatio, ſeu renuntiatio patrimonij, ad cuius titulum quis Sacris fuit ordinatus, facta ſine licentia Epiſcopi, ſi tunc habeat beneficium, ſeu aliàs vnde commodè viuere poſſit? in qua affirmatiuam partem ſequuntur Flamin. *d. q. 6. n. 16.* Ceuall. *q. 527. n. 8 & q. 561. à n. 21.* Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. c. 159. n. 14.* Azor. *inſtit. moral. p. 2. lib. 3. c. 4. q. 3.* Nicol. Garc. *d. c. 5. n. 186.* Filliuc. *tom. 3. tract. 41. c. 1. n. 5. in fine, verſ. donec.* Sed contraria opinio negatiua longè verior eſt, vt adnotaui ego ipſe *d. p. 2. alleg. 19. num. 90.* quamque tuentur Vgolin. *dict. c. 26. §. 13. n. 4.* Cened. *pract. lib. 1. q. 11. n. 9.* Campan. *d. rubr. 8. cap. vlt. n. 9. verſ. & obuiam.* Mar. Curel. *d. loco, num. 77.*

Vtrùm autem ſicut quis prohibetur patrimonium, 10 ad cuius titulum fuit ordinatus, alienare, eodem modo prohibeatur permutare? Reſpondebitur affirmatiuè, vt per Stephan. Gratian. *d. c. 159. n. 3.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloſſ. 5. §. 10. n. 35. cum ſeqq.* Rota apud Farin. *deciſ. 614. collect. 1. nouiſſ. aliàs p. 4. diuerſ.* D. Mar. Curel. *vbi ſuprà, n. 81. verſ. amplio 3.*

SVMMARIVM.

1 *Clericus abſens per alium, vel alius magis pro ipſo poteſt inueſtiri de beneficio Eccleſiaſtico.*

2 *Procurator ad capiendam poſſeſſionem beneficij poteſt laicus conſtitui, prout etiam ad renuntiandum, & accipiendum beneficium Eccleſiaſticum.*

3 *Mandatum ſpeciale requiritur ad capiendam beneficij poſſeſſionem.*

4 *Mandatum ſpeciale ad accipiendum beneficia Eccleſiaſtica ſat dicitur, licèt ſpecialiter aliquod beneficium minimè fuerit nominatum.*

5 *Procurator quærit domino poſſeſſionem per actum fictum.*

CAP. Accedens XXIV.

Clericus abſens per alium, vel alius magis pro 1 ipſo, poteſt inueſtiri de beneficio Eccleſiaſtico. Colligunt ex Ord. Abb. Antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Ananias, Hoſtienſ. Anchar. Butr. Henric. Panorm. Viuian. *in ration. lib. 3. iuris Pontificij, pag. 55.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 378.* remiſſiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.*

Per alium.] Etiam laicum; nam illum procurato- 2 rem poſſe conſtitui ad capiendam poſſeſſionem beneficij, reſoluit Flamin. *de reſignat. benef. lib. 10. quæſt. 5. num. 14.* vbi *num. 15.* refert in Rota deciſum huiuſmodi mandatum ſtrictè eſſe interpretandum, nec ad beneficia alterius Diœceſis extendendum. Sic etiam eodem modo laicus poteſt procurator conſtitui ad renuntiandum, & acceptandum beneficium Eccleſiaſticum, vt per Bonacoſ. *tom. 1. commun. opin. lib. 1. tit. 10. num. 14. pag. mihi 184.* Flamin. *d. lib. 10. quæſt. 8. n. 35. & quæſt. 6. num. 14.* Rebuff. *in tract. nominat. quæſt. 14. num. 96.* Illud cum Innocent. *in præſenti*, menti tenendum eſt, ad poſſeſſionem capiendam beneficij requiri 3 manda

mandatum ſpeciale, vt per Flamin. *d. lib.* 10. *q.* 6. *n.* 13. Sicut etiam requiritur ad illud acceptandum; ita vt non ſufficiat generale, Couar. *lib.* 3. *var. c.* 16. *n.* 4. *&* 5; Capell. Tholoſ. *deciſ.* 486. Villalob. *tom.* 1. *commun. opinion. lib.* 4. *tit.* 24. *n.* 15. *pag.* 611. Camil. Bottell. *in ſummá omnium deciſ. tit.* 66. *n.* 165. Flamin. *lib.* 10. *q.* 8. *n.* 34;

4 vbi etiam, quod ſat dicitur mandatum ſpeciale ad acceptandum beneficia Eccleſiaſtica, licèt ſpecialiter aliquod beneficium minimè fuerit nominatum, quo caſu poterit acceptare beneficia curata, & dignitates, vt reſoluit Rebuff. *in tract. nominat. q.* 9. *n.* 6.

5 *Inueſtiri.*] Notatur ad hoc, quod per actum fictum procurator quærit domino poſſeſſionem, vt per Tiraquell. *de conſtituto, p.* 2. *ampl.* 26. *à princ. & in tract. le mort, in præfat. declar.* 1. *n.* 5.

SVMMARIVM.

1 *Duo vbi ad vnum Canonicatum & præbendam ſunt ſimpliciter recepti, receptio non tenet, etiam interueniente Apoſt. auctoritate.*

2 *Epiſcopi poſſunt licitè, honeſtè, & nepotibus ſuis, & conſanguineis pauperibus idoneis beneficium conferre.*

3 *Renuntiatio beneficij facienda coram Epiſcopo debet eſſe ſine vllo pacto, modo, ſeu conditione.*

4 *Beneficia conſiſtentia in Eccleſiis non numeratis nunquam vacant.*

5 *Beneficium dicitur res ſpiritualis.*

6 *Duo ad vnam præbendam eligi non poſſunt.*

7 *Geſta contra prius iuramentum non valent in actibus ſpiritualibus, & temporalibus.*

8 *Decretum irritans ligat etiam ignorantes.*

9 *Agens auditur, ſi velit probare non canonicam inſtitutionem, etiam in facto.*

CAP. Dilectò XXV.

1 PRæbendatum numerus quando eſt certus, vacante vna non poſſunt duo ad illam eligi, neque per Legatum Papæ, quia ius ſpirituale non poteſt diuidi. Et ſi electi accipiunt dimidiatos fructus, tenentur reſtituere, & electio eſt nulla. Et ſi agatur cum vno, & condemnetur, condemnatio iſta non nocet alteri electo, & alter etiam condemnari debet. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſt. Anch. Henric. Butr. Panorm. Viuian. *in ration. lib.* 3. *iur. Pontif. pag* 56. Alagona *in compend. iuris Canon pag.* 379. remiſſiuè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Anton. Auguſt *collect.* 4 *Decret. lib.* 3. *tit.* 2. *c.* 1.

2 *Nepoti ſuo.*] Ergo Epiſcopi poſſunt licitè & honeſtè nepotibus ſuis, & conſanguineis pauperibus idoneis beneficia conferre, vnde ſe valeant ſuſtentare, vt per Bellet. *diſquiſit. clerical. p.* 1. *tit. de bonis clericorum.* §. 11. *n.* 3. Lambertin. *de iurepatron. lib.* 2. *p.* 1. *q.* 8. *princ. art.* 12. *n.* 10. Menoch. *de præſumpt. lib.* 5. *præſumpt.* 15. *n.* 9. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. in proœm.* §. 4. *n.* 47. Flamin *de reſignat. lib.* 9. *q.* 17. *n.* 123. quem refero Ego ipſe *de officio, & poteſt. Epiſc. p.* 1. *tit.* 2. *gloſſ.* 9. *n.* 30. & iuſtam eſſe cauſam in reſeruatione penſionis expreſſam per Epiſcopum, videlicet amoris, quo F. vtpote ſuum ex fratre nepotem proſequitur, tenet Rota *deciſ* 166. *n.* 5. apud Farin. *p.* 2. *recent.* maiorem enim charitatem, & pietatem in ſuos, quàm in extraneos exercere quis debet, *ap. non ſatis,* 86. *diſt.* omni videlicet ceſſante fraude, & præſumptione, quæ pro conſanguineorum affectione ſtat, *capite quiſquis* 12. *q.* 2. *cap. in Canonibus,* 16. *q.* 1. Vnde ad hoc propoſitum elegans eſt Concil. Trident. diſpoſitio *ſeſſ.* 25. *de reformat. c.* 1. in hæc verba. Omninò verò eis interdicit, ne ex redditibus Eccleſiæ conſanguineos, familiaréſve ſuos augere ſtudeant, cùm & Apoſtolorum Canones prohibeant, ne res Eccleſiaſticas, quæ Dei ſunt, conſanguineis donent; ſed ſi pauperes ſint, iis vt pauperibus diſtribuant: eas autem non detrahant, nec diſſipent illorum cauſa, imò quàm maximè poteſt, eos ſancta Synodus monet, vt omnem humanum hunc erga fratrem, nepotes, propinquoſque carnis affectum, vnde multorum malorum in Eccleſia ſeminarium extat, penitus deponant.

Liberaliter reſignauit.] Id eſt, ſine conditione, pacto, vel reſpectu, vt per Nauar. *in c. ſi quando, de reſcript. except.* 4. renuntiatio enim debet eſſe ſine vllo pacto, modo, ſeu conditione, aliàs ſimoniaca eſt, & nulla, vt tenent multi, quos refert, & ſequitur Nicol. Garc. *de benef. p.* 11. *c.* 3. *n.* 145. 3

Quod ex electorum aſſenſu de nouo creatur] Notatur ad hoc, quod beneficia conſiſtentia in Eccleſiis non numeratis, nunquam vacant, ſed confeſtim ac titularis deceſſit ſupprimuntur, expirant, & ceſſant, ac eſſe deſinunt, vt per Imol. *n.* 7. Butr. *n.* 8. Abb. *num.* 9. & omnes *in præſenti,* Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloſſ.* 9. §. 3. *num.* 9. *&* 10. Vnde Canonicus in Eccleſiis receptiuis propriè non dicitur habere ſucceſſorem, nec Canonicatus vacat, ſed extinguitur morte Canonici, & nouus conſtituitur in perſona ſequentis, vt per Ægid. *deciſ.* 13. Anchar. *in c. ſi gratioſè, num.* 5. *de reſcript. in* 6. Abb. *in c. quoniam Abbas, col.* 5. & *ibi* Flamin *col.* 3. *de offic. deleg.* Mantic. *deciſ.* 229. *n.* 1. Anton. Raguc. *de voce Canonicorum in capitulo, q.* 22. *n.* 1. Rot. *in Syracuſana Canonicatus,* 1. *Februarij* 1623. coram R.P.D. meo Pirouano. 4

Huiuſmodi ſpirituale ius.] Ergo beneficium dicitur res ſpiritualis, vt per Selu. *de benef. p.* 1. *quæſt.* 1. *num.* 5. *verſ. quoad tertium,* Mandoſ. *in reg.* 22. *Cancel. quæſt.* 4. *n.* 2. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloſſ.* 2. *n.* 61. 5

Diuidi, ſeu communicari nequeat inter eos.]. Notatur ad hoc, quod duo ad vnam præbendam eligi non poſſunt, vt per Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 30. *tract.* 3. *n.* 248. *verſ. addendum,* ita vt ſi duobus ſimul beneficium conferatur, collatio ſit inualida. Idem Valer. Reginald. *d. tract.* 3. *n.* 250. *verſ. tertiò,* nam diuiſio ſeu ſectio beneficiorum prohibita eſt, Nicol. Garc. *de benef. p.* 12. *c.* 4. *n.* 2. 6

Quod eſſet iuramento firmatum.] Notatur hic text. ad hoc quod in actibus ſpiritualibus non valent geſta contra prius iuramentum, vt per Innocent. *hîc, num.* 4. Hoſtienſ. *num.* 14. *verſ. non valeat.* Imol. *num.* 20. *verſ. ſed certum eſt.* Cardin. Tuſch. *tom.* 4. *verbo iuramentum, concl.* 512. *n.* 6. Sed verius eſt dicendum, nullam eſſe differentiam inter actum ſpiritualem, & temporalem, ſed vtrumque eſſe validum, niſi aliunde ſit irritus, prout rectiùs tenent Butr. *num.* 11. Panorm. *numero* 17. Zabarel. *n.* 8. *oppoſ.* 5. Anchar. *num. vltim.* Henriq. *n.* 10. *in præſenti,* Soar. *tom.* 2. *de relig. tract. de iuram. lib.* 2. *cap.* 19. *n.* 6. Azor. *inſtit. moral. p.* 1. *lib.* 11. *c.* 6. *q.* 2. *& lib.* 5. *c.* 26. *q.* 16. Leſſ. *de iuſtit. lib.* 2. *c.* 17. *dub.* 5. *n.* 57. Sanch. *in præcepta Decalogi, lib* 3. *cap.* 12. *num.* 35. reſpondentes æquiparationem factam in hoc text. non eſſe in omnibus, ſed quoad hoc tantùm, vt in vtroque caſu electio ſit illicita: inſuper id fuiſſe allegatum à parte, nec illi allegationi inniti deciſionem Pontificiam. 7

Vt quidquid contra id fieret, non valeret.] Decretum enim irritans ligat ignorantes, vt per Couar. *practic. cap.* 9. *n.* 7. Rebuff. *tom.* 1. *ad leges Galliæ, tractat. de euocat. num.* 22. *pag. mihi* 264. Flamin. *de reſignat. benefic.* 8

beneſic. lib. 11.*q.*4.*n.*44.*&* 49.& alios plures, quos retuli *ad c.*2.*n.*5.*ſup.de conſtit.pag.*12.*& in tract.de clauſ. vſufreq. clauſ.*41. *n.*7. *cum ſeqq.* & habet oculos retro, & operatur nullitatem ab ipſo initio, & afficit omnia quæ ſequuntur, itavt nec iuris effectum, nec iuris fomentum habeant, ex Flamin. *d. lib.*11. *q.*7.*num.* 24.*&* 25.*& lib.*4.*quæſt.*9.*num.* 29.*&* 30.Ego ipſe *d.clauſ.*40. *n.*4.*&* 5.

9 *Propter quod inſtitutionem præfatam nullam*, &c.] Notatur ad hoc, quod auditur agens ſi velit probare non Canonicam inſtitutionem, etiam facto, vt per Maſcard.*de probat.concl.* 1371.*n.*126.vbi *n.*127.ex Abb. colligit quod licèt prælatus, qui diu tolerauit ſubditum in ſuo beneficio, non poſſit eum compellere ad oſtendendum titulum ſui beneficij, tamen poteſt in ſe aſſumere onus probandi defectum tituli.

10 In gloſſ. *Huiuſmodi clauſula.* Notatur ad hoc, quod Canonici, etiamſi in Eccleſia ſtatutus ſit certus numerus Canonicorum, & per Papam confirmatus, poſſunt, modò in confirmatione non fuerit appoſita clauſula decreti irritantis, vltra conſtitutum numerum aliquem voluntariè recipere, & tenet receptio, quia poteſt tali fauori renuntiari, vt per Benedict. Captam *tom.* 1. *communium opinion.lib.*1.*tit.*10.*n.*30.*pag.*184.

11 In gloſſ. *Non obſiſtat*, vlt. ibi, *quia agendo contra vnum, non agitur de iure alterius.* Notatur ad hoc, quod ſententia lata contra vnum non nocet alteri, qui non fuit in lite, nec ei parit præiudicium, vt per perez *l.*2.*prope finem, in gloſſ. ſi el eſpoſo, tit.*15.*libro* 8. *pag.*312.

SVMMARIVM.

1 *Præbendæ duæ fieri poſſunt de vna vacante, ſi eius ſuperant facultates, aliàs diuidens integrare tenetur.*
2 *Beneficiorum diuiſio prohibita eſt.*
3 *Beneficium dum vacat, poteſt ex iuſta & rationabili cauſa in duo diuidi.*

Cap. Vacante XXVI.

1 EPiſcopus poteſt diuidere ex cauſa rationabili vnã præbendam in duas, dum tamen quælibet portio ſit ſufficiens ad honeſtam ſuſtentationem, aliàs tenetur reintegrare præbendam diuiſam, & ſi ſint duo poſſeſſores, reintegret de primò vacaturis. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſt. Anch. Butr. Henric. Panor. Viu. *in ration. lib.* 3. *iur. Pont.pag.* 57. Alagon.*in compend. iuris Canon.pag.* 379. remiſſiuè Ximen. *in concord p.*1. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 4. *Decret. lib.* 3.*tit.*2.*c.*2.

2 *Sectionem inhibeant præbendarum.*] Notatur ad hoc quod ſectio, ſeu diuiſio beneficiorum prohibita eſt à Concil. Turonenſi, vt per Doctores citatos *ad c.maioribus* 8.*n.*2.*ſub hoc tit.*

3 *Niſi rationabili cauſa*, &c.] Notatur ad hoc quod beneficium dum vacat, poteſt ex iuſta, & rationabili cauſa in duo diuidi; ſi facultates illius ſufficiant, vt per Valen. Reginal.*in praxi fori pœnit. lib.* 30.*tr.* 3.*n.*248. *verſ.addendum.* Nicol. Garc.*de benef.p* 12.*c.* 4.*n.*3.Rot. *in vna Calaguritana beneficij de Arriola*, 17.*Iunij* 1593. coram D.Cyprio.

SVMMARIVM.

1 *Papa ſi mandat Capitulo, ut aliquem in Canonicum recipiant, & præbendam, ſi qua vacat, conferant, ſi mandati ſcientes alij conferunt, coguntur primum recipere, & de redditibus Eccleſiæ loco beneficij prouidere, donec præbendam habeat.*
2 *Canonicus poteſt quis conſtitui ſine præbenda vltra numerum Canonicorum, dummodo certus non ſit auctoritate Papæ confirmatus.*
3 *Actus factus contra tacitam Principis prohibitionem valet.*

Cap. Dilectus 9. XXVII.

PApa ſi mandat Capitulo, ut conferat alicui præbendam, quæ vacat, & Canonici alteri conferunt illam, collatio tenet, ſed tenentur acceptare præſentatum Papæ in Canonicum, & prouidere de redditibus, donec Præbendam aſſequatur. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſt. Butr. Anchar. Henric. Panorm. Viuian.*in ration.libri tertij iuris Pontif.pag.*58. Alagona *in compend.iuris Canon. pag.* 376. remiſſiuè Ximen. *in concord. p.*1. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.*4. *Decret.lib.* 3. *ſub tit. de conceſſione præbend. c.* 4. 1

Vt eum in Canonicum reciperent, &c.] Ergo poteſt quis vltra numerum Canonicorum, dummodo certus non ſit auctoritate Papæ confirmatus, in Canonicum recipi ſine præbenda, vt per Azor. *inſtit. moral. p.* 2. *lib.* 3. *cap.*11.*q.*4. reſoluit quod ille, qui eſt in Canonicum vltra numerum receptus, ſpe futuræ Præbendæ beneficium Eccleſiaſticum non habet, nec ius in præbenda, ſed ius ad eam; & *ibi* cum Ludouico Romano dicit, eum habere beneficium, quia iure percipit diſtributiones quotidianas, & habet alia iura beneficij. & *q.*5. tenet Canonicum ſine Præbenda receptum ſine auctoritate, & conſenſu ipſorum Canonicorum, ſiue auctoritate Papæ, iura Canonici conſequi debere, ferendi ſcilicet ſuffragium in Capitulo, ſi ſit ſacris Ordinibus initiatus, & in choro ſedendi: vide poſita *ad c.cùm M.*9.*n.*16.*&* 17.*de conſtit. pag.*11. 2

In gloſſ. *Duxerint conferendum*, ibi: *ſed verum eſt quod hæc collatio tenuit*, &c. Notatur ad hoc, quod actus factus contra tacitam Principis prohibitionem valet, vt per Tiraq.*de iure mariti, gloſſ.*7.*n.*68. 3

SVMMARIVM.

1 *Beneficium Curatum, vel perſonatum habens, ſi ſecundum ſimile receperit, vacat primum, quod ſi retinere contenderit, etiam ſecundo priuabitur. Et is ad quem ſpectat beneficij Curati collatio, licitè confert ſtatim cùm conſtitutus aliud recepit, & ſi infra ſex menſes non conferat, deuoluitur ad alium collatio, & aliter punitur. Cum ſublimibus verò, & literatis perſonis circa pluralitatem beneficiorum incompatibilium ſolus Papa diſpenſat.*
2 *Concilium Lateran. ſub Alex. III. quando fuerit celebratum oſtenditur.*
3 *Beneficia duo curam animarum habentia iure naturali quis prohibetur obtinere.*
4 *Beneficium curatum quod dicatur, oſtenditur.*
5 *Beneficium curatum habitu tantùm eſt compatibile cum Canonicatu requirente reſidentiam perſonalem, vel alio beneficio curato habitu, & actu ſimul.*
6 *Beneficium curatum perſonatum, vel dignitatem habens, & recipiens ſecundum ſimile, ipſo iure vacat primum, quod & an procedat in beneficiis reſidentiam requirentibus, etiam ſimplicibus, oſtenditur, num.*7.

8 *Bene*

8 *Beneficii incompatibilis ut inducatur vacatio per aſſecutionem ſecundi, requiritur adeptio poſſeſſionis pacifica illius.*

9 *Dictio* liberè, *importat alterius conſenſum non requiri.*

10 *Cardinales S.R.E. comprehenduntur ſub diſpoſitione huius text.*

11 *Diſpenſari poteſt per Sedem Apoſtolicam cum nobilibus circa pluralitatem beneficiorum.*

12 *Nobilitatis qualitas plurimùm movere ſolet Pontificem ad diſpenſandum.*

13 *Nobilitas in materia beneficiali conſideratur, etiamſi ſolùm proveniat ex parte matris.*

14 *Nobilis ut quis dicatur, ſufficit quod vulgus, & communis hominum æſtimatio eum nobilem reputet.*

15 *Diſpenſari debet cum literatis viris circa beneficiorum pluralitatem.*

16 *Eccleſia favet literatis, & amat ſapientes, quibus regitur, & ſuſtinetur.*

17 *Literati hac tempeſtate non cognoſcuntur.*

18 *Aulicorum vita mare eſt periculoſiſſimum.*

19 *Beneficio ſecundo quis privatur contendens retinere primum incompatibile, & tunc non eſt neceſſaria iudicialis contentio, nec monitio, ſed tantùm doloſa, ſeu malitioſa retentio.*

20 *Beneficia priora non ſtatim vacant per adeptionem Epiſcopatus, niſi poſt tempus conſecrationis.*

21 *Scientia nobilitat hominem.*

22 *Epiſcopus diſpenſare non poteſt ſuper pluralitate dignitatum, perſonatuum, ſeu officiorum, & curatorum.*

23 *Beneficia plura obtinens ex diſpenſatione Papæ ſine iuſta cauſa, an ſit tutus in conſcientia, remiſſivè.*

24 *Epiſcopus an diſpenſare valeat, ut quis plura beneficia ſimplicia obtinere poſſit, oſtenditur.*

25 *Epiſcopus an diſpenſare poſſit aliquem ad duo incompatibilia, quando ita ſunt ſibi vicina, ut commodè iis deſervire poſſit, & tenues utriuſque ſunt redditus, oſtenditur.*

Cap. De multa XXVIII.

1 PErſonam, vel beneficium Curatum habens, ſi aliud ſimile accipiat, ipſo jure privatus eſt primo, & ſi contenderit illud retinere, ſpolietur etiam altero. Item is, ad quem ſpectat conferre, primum beneficium, cui convenit, conferre tenetur, & ſi differt conferre ultra ſex menſes, collatio devolvitur ad alios, & de ſuis proventibus cogetur ſolvere Eccleſiæ tantum, quantum conſtat fuiſſe receptum à tempore vacationis beneficii. Item in eadem Eccleſia nemo præſumat habere plures dignitates, vel perſonatus, etiamſi ſint ſine cura. Item cum ſublimibus, & literatis perſonis, quæ ſunt honorandæ majoribus beneficiis, Papa poteſt diſpenſare, quando ratio poſtulat. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſt. Anchar. Butr. Henric. Panormit. Viv. *in ration. lib. 3. iuris Pontific. pag.* 59. Alagona *in compendio iuris Canonici, pag.* 372. *& tom. 3. repetit. in iure Canonico, ad lib. 3. Decretal.* Ioan. Quintin. remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. part. 1. & 2.* deſumitur ex Concil. generali Lateran. ſub Innoc. III. *cap.* 29. & refertur ab Anton. Auguſt. *collect. 4. Decret. lib. 3. tit. 2. cap.* 4.

2 *In Lateranenſi Concilio.*] Sub Alexand. III. *cap.* 13. quod celebratum fuit anno Domini 1178 aſſiſtentibus 174. Epiſcopis, ut refert Anaſtaſ. Germon. *animadverſionum iuris lib. 2. cap.* 1. Illud verò, ex quo deſumptus eſt text. *in præſenti*, aliud fuit poſteà celebratum eodem loco, anno ſalutis 1215. ſub Innoc. III. ut *ſuprà* dixi ad *cap. 1. num. 3. de Summa Trinit.*

Ut nullus diverſas dignitates, &c.] Chriſtianæ Reipu- 3
blicæ, Eccleſiæ univerſalis ſtatui, animarúmque ſaluti pernicioſiſſimũ eſt, pluriúmque ſanctorum Doctorum ſententiis contrarium plura beneficia aggregare; ex quo plura incommoda & dãna naſcuntur, quæ recenſet Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 30. tract. 3. n.* 276. quapropter multis de cauſis jura interdixerunt pluralitatem beneficiorum, & quatuor recenſet text. *in cap. clericus 11. q. 1.* & alias colligit Azor. *inſtit. moral. p. 2. lib. 6. c. 10. q. 11.* quia quemadmodum una mulier non poteſt duos, vel plures ſponſos habere, *cap. 1. de ſponſa duorum*, nec unum corpus duo capita, quia eſſet monſtrum, *c. quia plerique, de offic. Ordin.* ſic nec Eccleſia duos, vel plures Curatos, *c. cùm non ignores, hoc tit.* & in Eccleſia unus debet eſſe Sacerdos, & Rector, qui curam habeat, *cap. in apibus 7. q. 1. c. ſicut una, 21. q. 2.* ſic è contra non debet unus duas Eccleſias habere, colliguntur hæc ex Maſcard. *de probat. concluſ. 469. incip. curam animarum n. 5. cum ſeqq* Gonz. *ad regul. 8. Cancel. gloſſ. 6. à n.* 44. Vnde iure naturali prohiberi, ne quis plura ſimul beneficia obtineat, quæ jure divino aſſiduam beneficiarii præſentiã requirant, reſoluunt Cartuxan. *de vita Chriſti, p. 2. cap. 65. §. 1. fol.* 113. Paul. Comitol. *reſponſ. moral. lib. 1. q.* 73. Azor. *d. lib. 6. cap. 11. q.* 5. Valer. Reginald. *d. tract. 3. c.* 277. Vide Thom. Cantip. *lib. 1. apum c. 19. pag. 6. 7. &* 10. qui non paucos plura beneficia poſſidentes infeliciſſima morte extinctos, & idcirco damnatos eſſe commemorantes allegat, refert Sigisb. Schevic. *de eccleſiaſticorum vita, & moribus, lib. 2. c. 32. in fine.*

Beneficium curam habens animarum.] Curatum bene- 4
ficium dicitur illud, cui ſingulariter & principaliter præficitur Clericus ad curam fori pœnitentialis neceſſariò exercendam per ſe, vel per temporalem Vicarium, ut per Rebuff. *in tract. nominat. quæſt. 16. num. 7. cum ſeqq.* Flamin. *de reſignat. lib. 2. quæſt. 1. num. 207. cum ſeqq.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloſſ. 6. à num.* 34. Vnde licèt curam habere dicatur, ac per conſequens curatum beneficium, qui curam habet juriſdictionalem, etiam fori exterioris, ut reſolvunt citati *ad cap. dudum 54. num. 12. ſupr. de elect. pag.* 139 tamen hæc non ſufficit ad inducẽdam incompatibilitatem, de qua *in præſenti*, ut tenet Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 133. num. 29. cum ſeqq.* Sic etiam non dicitur beneficium curatum; nec uti tale regulandum illud, quod non eſt actu curatum, ſed tantùm habitu, veluti quia populus ſit deſtructus, & omnes parochiani aliqua ex cauſa mortui ſunt, & eſſe deſierunt, licèt Eccleſia parochialis ſemper firma maneat, ut per Rebuff. *in praxi benefic. tit. de diſpenſat. ſuper ætate, verſ. etiamſi curam habeat animarum, in princ. & in tract. nominat. quæſt 6. num.* 23. Duen. *reg. 61. num.* 4. Guttier. *alleg. 8. n.* 7. Maſcard. *de probat. concl. 589. n.* 6. Gonzal. *ad reg 8. Cancell. gloſſ. 6. num.* 89. & 90. Azor. *inſtit. moral. part. 2. lib. 6. cap. 3. q.* 9. ubi etiam reſoluit; quod ſi quis ad hanc Eccleſiam promoveatur, non tenetur intra annum ad Sacerdotium aſcendere; ſi tamen parochiani, quia fortè captivi erant, redierint, parochialis Eccleſia quaſi jure poſtliminii ad ſua jura & bona revertatur, ac proinde is, qui ipſi præeſt, debet intra annum computandum ab eo tempore, quo Eccleſia cœpit parochianos habere, ad Sacerdotium aſcendere, quod etiam aſſerit Zerol. *in praxi Epiſcopali, part. 1. verbo beneficia §. 4. verſ. ſecundum dubium*, & nuncupatim quod beneficium curatum habitu tantùm ſit compatibile cum Canonicatu requirente reſidentiam perſonalem, vel alio beneficio curato habitu, & actu ſimul, tenent Capt. *com. conc. 9. n.* 74. Burſ. *conſ.* 352.

*n.*23. *lib.*4. Hoied. *de incompat. benef p.*1. *cap.*13. *n.*10. *& cap.*16. *& cap.*28. *n.*29. Mar. Anton. *var. reſol. lib.*1. *reſol.*53. *n.*4. Vbi enim indiſtinctè de cura animarum fit mentio, ſemper intelligitur de cura actuali, non verò de habituali, vt reſoluit Capt. *dicta concl.*90. *n.*78. & fuit dictum *in Vicen. Prioratus*, 2. *Martij ann.* 1622. coram Illuſtriſſ. Patriarcha Manzanedo. Declara plures Eccleſias Curatas poſſe ſimul retineri ex diſpenſatione Epiſcopi, cauſa ſaltem vtilitatis, vel neceſſitatis Eccleſiæ, ſi adeò tenues ſint, ut ſingulæ proprium non poſſint Sacerdotem alere, probat text. *in c.*1 *am te, de ætate, & qualit. & in c. vnio, in fin.* 10.*q.*3. notavit gloſſ. *ibi, verbo committatur*, gloſſ. *in ſum.* 21.*q.*1. & poſt Sot. *de iuſtit. lib.*3. *q.*6. *art.*3. *verſ. primus caſus*, communem teſtatur, & comprobat Ioan. de Lignano *de pluralit. benef. in princ.* Hoied. *de incompat. benef. p.*2. *c.*5. *à princ.* Alphonſ. Gloſſat. antiq. *ad reg.*52. *Cancel. de diſpenſat. ad duas parochiales, ſtatim in princ.* Rot. *deciſ.*484. *p.*1. *diverſ.* Cùm enim Clericus inſeruiens Eccleſiæ, de ipſius redditibus debeat ſuſtentari, *c. cùm ſecundùm, de preb.* & vna Eccleſia non ſufficiat ad huiuſmodi ſuſtentationem, meritò duæ aſſignari poſſunt. Ex quibus autem coniecturis tenue cenſendum ſit bebeneficium, vide Menoch. *de arbitr. caſu* 216. *n.*12. *cum ſeqq.* Verùm iam aliud in Curia practicatur, vt *in vna Vrſeten. Canonicatus Leodien. diœceſis*, 5. *Iulij* 1610. coram Reuerendiſſimo D. Coccino, vbi non obſtante exiguitate diſtantiæ, & tenuitate fructuum parochialis & canonicatus, quos quidam ex diſpẽſatione Epiſcopi poſſidebat, de mente Congregat. Conc. Trid. tentum fuit eos cadere ſub incompatibilitate, & ſi vtrumque retinere pergeret, eſſet vtroque ipſo iure abſque alia admonitione priuatus. Ita refert Ioan. Cochier *in comment. ad reg.*52. *Cancel. à n.*4. *pag.*477. *cum ſeq* deinde declara, plura curata licitè retineri, vbi vnum ex altero dependet, quia ſcilicet ei vnitum eſt, vt optimè probat *cap. dudum* 54. ibi, *niſi vna penderet ex altera, de elect.* vbi dixi. Denique declara pluralitatem beneficiorum prohibitam eſſe, quando vtrumque habetur in titulum; nam vnum in titulum & alterum in commendam licitè retineri probat text. *in d. cap. dudum*, ibi, *vnam intitulatum, & alteram commendatam*, ubi addit.

6 *Eo ſit ipſo iure priuatus.*] Probat hîc text. quod ſi habens beneficium Curatum, aut Perſonatum, vel dignitatem receperit ſecundum ſimile, ipſo iure vacet primum, & ſi illud retinere contenderit, etiam ſecundo ſpolietur, vt per Bernard. *in pract. cap.*49. *in nouiſſ. edit.* Gutier. *conſ.*10. Spin. *in ſpeculo teſtam. gloſſ.*3. *à n.*74. Viu. *tom.*1. *commun. opin. lib.*1. *tit.*9. *n.*6. *pag.*182. Flamin. *de reſignat. lib.*3. *q.*1. *n.*51. latè Flores de Mena *var. lib.*2. *q.*13. *à princ.* Azor. *inſtit. moral. part.*2. *lib.*7. *c.*16. *q.*9. Cardin. Tuſch. *tom.* 1. *lit. C, concl.*44. *n.*8. Monet. *de optione canon. c.*6. *q.*6. *n.*69. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.*39. *tract.*3. *n.*309. Nicol. Garc. *de benef. p.*11. *c.*5. *n.*7. quæ quidem pœna aucta, & declarata fuit per Ioan. XXII. *in ſua Extrauag. Execrabilis, de preb.* vnde Oldrad. *conſ.*165. *Thema*, quem refert Cardin. Tuſch. *tom.*1. *lit. A, concl.*44. *n.*8. ait text. *in præſenti* loqui ſolùm in Curatis beneficiis, quod per aſſecutionem ſecundi vacat primum, ac proinde non habere locum ſi obtinens Curatum aſſequatur ſecundum incompatibile, quia eſt in electione obtinentis alterum ſibi bene viſum dimittere. Sed iam hodie innouatus eſt text. *in præſenti*, per concil. Trident. *ſeſſ.*7. *de reform. cap.* 4 vbi decretum eſt, quod quicunque de cætero plura curata, aut aliàs incompatibilia beneficia Eccleſiaſtica, ſive per viam vnionis ad vitam, ſeu commendæ perpetuæ, aut alio quocunque nomine, & titulo contra formam ſacrorum Canonum, & præſertim conſtitutionis hujus text. recipere, ac ſimul retinere præſumpſerit, beneficiis ipſis iuxta huius conſtitutionis diſpoſitionem ipſo jure etiam præſentis Canonis vigore privatus exiſtat, quod decretum adducit Nicol. Garc. *d.c.*5. *n.*76. ubi *n.*77. reſpondet alteri decreto ejuſdem Concilii *ſeſſ.*24. *de reform. c.*17. quod priori *in d.c.*4. adverſari videbatur, ut loquatur de pluribus parochialibus, aut aliàs incompatibilibus beneficiis ante Concil. obtentis.

Amplia, principalem hujus text. concluſionem procedere in eo, qui vi occupavit, ſeu ſcienter injuſtè ſe intruſit in beneficio curato, vel è converſo. Conſtat enim non eſſe conſentaneum habere meliorem conditionem illum, qui invaſor eſt, quàm illum qui juſtè ingreditur, & ita in ſpecie eſt text. qui reddit rationem, *in cap. eum qui* 18. *hoc titul. lib.*6. Rot. *deciſ.*3. *n.*2. *de reſtit. ſpoliat. in novis*, Rebuff. *in praxi, tit. de miſſione in poſſeſſionem, à princ.* Hoied. *c.*5. *n.* 20. quod intellige, niſi violentus occupator incontinenti relinquat poſſeſſionem ſecundi beneficii, quia ea, quæ incontinenti fiunt, videntur ineſſe, iuxta text. *in l. lecta, ff. ſi certum petatur*, quod advertimus procedere, etiamſi prius beneficium tale ſit, ad cujus titulum fuerit ordinatus, vel aliter de illo diſponere, vel renunriare non poſſit, iuxta Concil. Trid. *ſeſſ.*21. *de reform. c.*2. id tamen non euincit, quod illud non amittat per ſecundi obtentionem violentam, per quam legis beneficio alienatio neceſſaria inducitur, & fit diſpoſitio, argum text. *in l.* 1. *ff. de fundo dotali, & in l. alienationes* 13. *ff. familiæ herc.* iunctis reſolutis per Molin. *de primog. lib.*4. *cap.*8. *à princ. & c.*9. *num.*18.

Amplia ſecundò, etiamſi expreſsè fiat proteſtatio, quod non intendit dimittere perſonatum, vel curatum beneficium priùs obtentum. Patet ſi expendas hujuſmodi vacationem ex ipſius proteſtantis voluntate non induci, ſed ab ipſa juris diſpoſitione, contra quam proteſtatio nihil operatur, ex reg. text. *in l. nemo poteſt, ff. de legat.*1. & ita gloſſ. *verbo renunciare, in Clem. gratia, de reſcript.*

7 Quæſtio eſt non contemnenda, an in beneficiis reſidentiam requirentibus, etiam ſimplicibus, vel aliàs quomodolibet incompatibilibus, per illud decretum Concilii *d. cap.*4. inducatur vacatio primi ipſo jure per adeptionem ſecundi? in qua; de rigore juris negativè eſſe reſpondendum aſſerunt Nau. *conſ.*17. *de prebend.* Sayr. *in floribus deciſion. ſub eod. tit. deciſ.*38. Flores de Mena *d.q.*13. *à n.*5. & plures alii citati à Nicol. Garc. *d.c.*5. *n.*80. Verùm contrariam ſententiam, & ſic partem affirmativam tenet Hojed. *de incompat. benef. c.*9. *n.*5. dicens quod per text. *in præſenti*, qui loquitur in Curatis, & dignitatibus, & Perſonatibus, extenditur ex d. decreto Concilii ad quæcunque beneficia incompatibilia; nam, ut dicitur *in deciſ.*483. *p.*1. *diverſ.* Concilium *ibi* loquitur de quibuſcunque incompatibilibus vigore quorumcunque Canonum, nec ſe reſtrinxit ad hunc text. quia dicit *præſertim*, quæ dictio eſt ampliativa, & implicat idem in aliis, & includit alia, juxta ea, quæ dixi *de dictionibus uſufreq. dict.*277. & hoc eſt, quod denotant illa verba, *juxta ipſius conſtitutionis diſpoſitionem, etiam præſentis Canonis vigore*, &c. quaſi dicat, beneficia quæcunque incompatibilia vacant ipſo jure per aſſecutionem ſecundi, juxta diſpoſitionem text. *in cap. multa*: ſed quia ille non loquitur in quibuſcunque incompatibilibus, etiamſi vigore præſentis Canonis illum extendentis ad quæcunque incompatibilia, vacent, refert, & ſequitur Nicol. Garc. *d.c.*5. *à n.*91. quæ quidem ſententia approbata fuit per ſact. Illuſtr. Card. Congreg. Concil. Trident. interpretum, ut idonei teſtes nobis ſunt Nicol. Garc. *d. cap.*5. *num.*84.

n.84. in 6. declar. Armendar. *in addit. ad recop. legum Navarræ, lib.4. tit.8. l.2. de benefic. incompatib. n.17.* Monet. *de optione Canonica, cap.6. num.70.* Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſiaſt. deciſ.393. in 1. edit. & reſol.532. n.12. in 2. edit.* atteſtantes S. Congr. cenſuiſſe in beneficiis requirentibus reſidentiam, aut aliàs quocumque modo incompatibilibus, etiamſi Canonicatus ſint, induci vacationem primi ipſo jure per adeptionem ſecundi pacificè poſſeſſi. Addentes præcipuè Nicol. Garc. *d.c.5. n.381. in 3. & 4. declar.* & Armendar. *d.loco, n.43. & 44.* eandem Sacr. Congregat. cenſuiſſe detinentem Canonicatus duos ſimul abſque diſpenſatione Apoſt. per triennium; & ultra, utroque ipſo jure eſſe privatum; in tantum quod poſſeſſor utriuſque Canonicatus ex *reg. de triennali*, poſſeſſionem tueri, & defendere non poſſit; quæ adduco ego ipſe *de officio, & poteſt. Epiſcop. p.3. alleg.62. à n.28.* & vide adducta per Mar. Anton. *variar. reſol. lib.1. reſol.90.*

8 *Receperit.*] Ergo ad inducendam vacationem primi beneficii incompatibilis per aſſecutionem ſecundi, non ſufficit collatio ſola, & acceptatio ejus, ſed requiritur adeptio poſſeſſionis pacificæ ſecundi, vel quod per proviſum ſtet quominus eam adipiſcatur, ita Flamin. *de reſignat. lib.3. quæſt.1. num.129.* Nicol. Garc. *d. cap.5. à num.100.* Ferentil. *in annot. ad dec.16. Buratti, n.18.* Rot. *in Calaguritana Beneficii de Brentavilla, 13. Martii 1613.* coram bonæ mem. Buratto, nec hæc vacatio prioris impeditur per pacificam ſecundi poſſeſſionem, ſi illud prius ſit litigioſum; non enim requiritur, quod utriuſque, ſed tantum ſecundi habeatur pacifica poſſeſſio, Leſſ. *de juſt. & jur. lib.2. c.34. n.14.* Nicol. Garc. *dict. cap.5. num.107. & 108.* Quæ quidem poſſeſſio ſecundi pacifica debet eſſe non ſolùm de facto, ſed etiam de jure, id eſt, non litigioſa, ſed abſque controverſia juris, & facti judiciali, & extrajudiciali, Hojed. *d. tract. cap.13. num.70.* Flamin. *lib.3. q.1. n.130.* Azor. *p.2. lib.7. cap.16. q.9.* Nicol. Garc. *d. c.5. n.105.* Seraph. *deciſ.1254.* ubi habetur quod ad effectum, ut non teneatur quis dimittere primum beneficium, ſufficiunt moleſtiæ etiam extrajudiciales, & de facto, & idem dicit *deciſ.997. num.2. & deciſ.853. num.3.* addent. ad Greg. XV. *deciſ.451. n.12.* Anton. Maſſobr. *in ſua praxi habendi concurſum, requiſit.1. dub.6. ſecundùm Romanam impr.* & Ioan. à Cochier. *in reg.51. Cancel. num.9.* ac etiam intelligenda eſt non de poſſeſſione ſterili, ſed fructuum, vel majoris partis eorum, ego ipſe *d. p.3. alleg.57. num.101.* Azor. *d. c.16. q.7.* Seraphin. *deciſ.953. num.1.* & plures per Nicol. Garc. *d.c.5. n.123.* Ex ea ratione, quia beneficiarius non habet in totum pacificam beneficii poſſeſſionem, niſi quando fructus beneficii per ſe, vel per alium nomine ipſius percipiuntur, in quibus terminis loquitur text. *in cap. ſi tibi conceſſo, hoc tit. lib.6.* & in ſpecie reſolvunt *ibi* Franc. *num.4.* Caſſad. *deciſ.9. de cauſa poſſeſſ.* Staphil. *de literis gratiæ, tit. de ſtatu, & qualit. benef. §. hujuſmodi, n.14.* Hojed. *de incompat. benef. part.1. cap.13. n.78.*

9 *Liberè.*] Hoc verbum importat alterius conſenſum non requiri, excluditque illius requiſitionem ſine impedimento, ut per Cald. Pereira *de renovat. emphyt. q.8. n.10.*

10 *Ut in eadem Eccleſia nullus, &c.*] Etiamſi ſit S.R.E. Cardinalis, quem quidem ſub diſpoſitione hujus text. comprehendi tenent Flamin. *lib.12. quæſt.4. num.10.* Azor. *d. part.2. lib.4. cap.3. q.4.* ubi tamen advertit in Cardinalibus juſtam ſubeſſe cauſam, ut Romani Pontif. indulgentiam ab hujuſmodi legibus ſoluti plura Eccleſiaſtica conſequantur beneficia: & *lib.6. c.12. quæſt.5.* aſſerit quod ſola Cardinalitia dignitas juſtam cauſam præbet, ut Cardinali plura beneficia conferantur.

Circa ſublimes.] Notatur ad hoc, quod cùm nobili- 11
bus circa beneficiorum pluralitatem diſpenſari poteſt per Sedem Apoſtolicam; verbum illud, *ſublimes*, id eſt nobiles interpretantur Tiraq. *de nobilit. c.20. num.13.* & alii apud Aloyſ. Ricc. *in praxi aurea; reſolut.446.*
num.7. Nobilitatis enim qualitas plurimum movere 12
ſolet Pontificem ad concedendum gratias, & ad diſpenſandum, Menoch. *conſil.321. num.20.* quæ qui- 13
dem nobilitas in materia beneficiali conſideratur, etiamſi ſolùm proveniat ex parte matris, ut per Azeved. *l.19. num.13. tit.3. lib.1. nova recop.* & ex Hojeda, ac Chaſſan. reſolvit Cened. *ad Decret. collect.159. n.7.* In materia verò diſpenſationis in impedimentis matrimonium dirimentibus neceſſaria eſt Nobilitas ex parte patris, Sanch. *de matrim. lib.8. diſp.19. num.6.*
ſufficit autem, ut quis dicatur nobilis, quod vulgus, 14
& communis hominum æſtimatio eum nobilem reputet, Menoch. *de arbitrar. caſu 670. num.40. & de præſumpt. lib.6. præſumpt.60.* Maſcard. *de probat. concluſ.1094. num.8.* Gutier. *pract. lib.4. quæſt.17. n.5.* Nobilitas autem, de qua *in hoc text.* an ſit illa, quæ moribus, & virtutibus acquiritur, an autem illa, quæ à ſanguine ortum habet, optimè tradit Gambar. *de offic. & poteſt. Legati de latere, lib.7. ex num.59.* cùm plus nobilitet aliquem ſcientia, & propria virtus, quàm ſanguis, & proſapia majorum, ſecundùm Dec. *in cap. clerici, num.54. de judic.* Tiraquel. *de nobilit. cap.4. & 5.* Camill. Borrel. *in addit. ad Bellugæ in ſpeculo Principum, rubr.6. lit.T.* Sarmien. *lib.1. ſelect. cap.15. num.6.* Perez *l.1. gloſſ. nobleza, tit.1. lib.4. Ordinam.* Azeved. *ad Curiam Piſanam; lib.1. cap.12. num.13. & ad lib.1. nova recop. tit.7. leg.8. num.1.* & vera nobilitas ſit, quæ ex virtute alicujus provenit, Chaſſan. *in conſuet. Burgund. rubr.4. §.19. n.19.* & ego ipſe *de officio, & poteſt. Epiſcop. part.2. tit.2. gloſſ.17. ex n.11.* Unde Simanch. *de primog. lib.3. c.23.* pulchrè contendit adversùs eos, qui cùm nulla ingenii laude floreant, nulla vitæ dignitate, & nullo amplitudinis fructu, ita tamen inani nobilitatis nomine ſibi blandiuntur, ac ſi è cœlo delapſi fuiſſent, & ii cùm ab omni laude ſint alieniſſimi, majores ſuos in ore ſemper habent. Vide Torreblanc. *de magia, lib.3. de criminis punit. cap.12. ex n.16.*

Et literatas perſonas.] Notatur ad hoc, quòd cùm 15
literatis viris diſpenſari debet circa beneficiorum pluralitatem, ut per Rebuff. *de benefic. tit. de diſpenſat. ad plura beneficia, à num.43. & de privil. ſcholaſt. privil.29.* Gambar. *de officio legati, lib.5. an legatus poſſit plura beneficia uni conferre, num.137.* Gonzal. *ad reg.8. Cancel. gloſſ.4. n.26.* Aloyſ. Ricc. *d. reſol.446. num.1.* Bellet. *diſquiſit. cleric. part.1. tit. de diſciplina clericali, §.4. num.13.* Mench. *illuſtr. cap.25. num.31.* ubi dicit quod nobilis non virtuoſus, non præfertur ignobili excellenti virtutibus. Ludov. Gom. *in reg. de annali, quæſt.36. num.3.* Staphil. *de literis gratiæ, forma 3. exſpectat. num.3.* Bennius *de privileg. Iuriſconſ. part.2. privileg.32.* ubi *n.2.* ſubdit ſcientiam ſine gradu Doctoratus ad diſpenſandum non inducere, quia hodiè moribus receptum eſt, non diſpenſari cum literatis, niſi habeant gradum Doctoratus, Licentiaturæ, ſive Bacchalaureatus in Theologia, vel jure Canon. ne concludunt Rebuff. *d. tit. de diſpenſatione ad plura beneficia, n.44.* Gambar. *d. lib.5. num.138.* Aloyſ. Ricc. *d. reſol.456. n.5.*

Eccleſia enim favet literatis. Flamin. *de reſignat.* 16
lib.5. quæſt.3. n.78. & Sapientibus, *cap. Epiſcopus, 41. diſtinct.* Marc. Anton. Genuenſ. *in practicab. Eccleſ. quæſt.621.* Ego ipſe *de officio, & poteſtate Epiſcopi, part.3.*

part.3. alleg. num.2. per quos mundus illuminatur, Flamin. *lib.4.cap.11.num.17.* Carol.de Graſſis *de effectibus cleric. in prælud. num.* 88. Eccleſia Dei regitur, & ſuſtinetur, ac proinde illis maximè indiget, Abb. *hic, num.5.* & Felin. *cap. ſi quando, num.7.* vbi Nau. *except. 16. n.5. ſup. de reſcript.* Hieron.Giach. *in conſil. ſyndicatus, n. 67. & 71.* Carol. de Graſſis *in d. prælud. num. 63. cum ſeqq.* Bellet. *d.§.4. num.8.* Ego ipſe *d.alleg.*
17 *46.num.1.* Sed eò deuenit, eò creuit ambitio, eò animarum exigua cura, vt meritò cum Poëta dicere valeamus,

Fit via vi, rumpunt aditus, dignoſque repellunt.

Quid verò eſt quod tot ignari ſpretis Doctoribus audiuntur, niſi quod in ſacra Pagina rectè dicitur futurum eſſe, quod homines adorabunt talpas, & veſpertiliones. Planè abſurdum, & illud incredibile, quod de noctua fertur, & apud plures accidit. Illa enim cùm nihilo cæteris volucribus ſit ſapientior, neque ſpecioſior, ſed talis, qualem ſcimus, quando fortè vocem emittit triſtificam, prorſuſque inſuauem, circumſiſtunt aliæ aues, imò ſi eam tantùm vident, partim propè aſſident, partim gyro circumuolant. Hoc ego cum Dione Philoſopho aues facere puto in contemptum vilitatis, & infirmitatis, ſed alij dicunt quod aves circumſtantes noctuæ noctuam admirantur. Quomodo autem fit, vt non magis pauonem admirentur ita pulchrum, & varium, ac ſemetipſum extollentem, pennatumque pulchritudinem oſtentantem, quando delicias erga femellam agit; infrengens caudam, & circumſtatuens ſibi vndique tanquam ſpecioſum theatrum, aut pictura quadam cœlum ſyderibus diſtinctum imitanten, quin & reliquo corpore admirandum, propemodum quaſi aurum cæruleo metallo mixtum eſſet; at neque pauonem ſeſe accuratè ornantem his omnibus modis aues videre cupiunt; neque luſciniæ quicquam audientes vocem antelucano erga eam afficiuntur: quin neque cygnum amplectuntur propter muſicam, netum quidem cùm cantat nouiſſimam cantionem in extrema ſenecta præ voluptate, & rerum in vita moleſtarum oblinione, proſpera ſibi imprecans, ſimul & deducens abſque dolore ſemet, vt par eſt, ad mortem minimè moleſtam Sic multi quoque cùm tot amœna habeant, vel habere poſſint ſpectacula, varióſque pauones, nempe in Theologia, & vtroque iure inſignes, qui pennas ſcientiæ ſuæ percutiendo ſicut pauones ſonum non iniucundum ſuis ſcriptis mundo præbeant: illi, inquam, his relictis, noctuam conueniunt ignorantem, & inſipidam. Apud permultos experimur illud Gregor. *moral.* exponentis illud *Iob 12. Deridetur iuſti ſimplicitas,* vbi ait: Huius mundi ſapientia eſt cor machinationibus regere, ſenſum verbis velare, quæ falſa ſunt vera oſtendere, quæ vera ſunt falſa demonſtrare, hanc qui ſciunt cæteros ſuperbiendo deſpiciunt; hanc qui neſciunt, ſubiecti & timidi in aliis ipſum mirantur: hæc ſibi obſequentibus præcipit honorum culmina quærere, adepta temporalis gloriæ vanitate gaudere, irrogata ab aliis mala multipliciùs reddere, cùm vires ſuppetunt, nullis reſiſtentibus cedere, cùm virtutis poſſibilitas deeſt, quicquam per malitiam explere non valet, hoc in pacifica bonitate ſimulare.

18 Omnes igitur ad ſcientias ſolidas hortor, fugere verò huiuſmodi ſtultam ignorantiam. Gentiles aſſeruerunt Mineruam à Ioue genitam, quam etiam Virginem pingebant, per quod occulto Dei iudicio innuitur ſcientiam ab altiſſimo Deo prouenientem, honeſtam, caſtiſſimámque, fore à terrenis liberam; non enim ſapienti conuenit aulicorum vita, mare eſt periculoſiſſimum. Quod enim fretum tot metus, tantas, tamque varias habere putatis agitationes fluctuũ, quantas agitationes, & quantos æſtus habet inſtitutio aulicorum? Quanta, per Deum immortalem, pericula! ubi à ſummo gradu in infimum intereſt nihil, ut monet Tacitus. Quanti metus? ubi duo iſta nexu quodam ſociantur, honor & odium, ut ait Seneca. Quantæ fraudes? ubi malitia ipſa ſuſpecta eſt, ut canit Ennius. Quantæ cogitationes? ubi fortuna imperat, & eſt domina campi, ut Romanus loquitur. Quanta denique miſeriarum veſtigia? ubi Seianæ illæ Clytiæ, Syllanæ naves, quæ felicitatis auram ſui quaſi velis conſtringebant, eodem ſublatæ vento, quo dejectæ, inter fluctus, luctúſque ſpirante aura, ſuſpirante auro, mare ſorbentes, abſorptæ à mari, magnum ſcopum ſpectantes, ad magnorum ſcopulum infregerunt. Fugienda ergo ſunt à literatis omnia, quæ eorum mentem perturbare poſſunt; nam, ut inquit Origen. *hom. 91. ſuper Levit.* quandiu quis permixtus eſt turbis, & in multitudine fluctuantium volutatur, nec Deo, nec literis vacat: inſignes igitur viri appellantur in ſacris literis ſuis vacantes: unde *Iud. 6.* Angelus Gedeoni apparuit in propria domo granum mundanti, & dixit, *Dominus tecum, virorum fortiſſime?* Magnumne quid eſt granum mundare? voluit Spiritus ſanctus oſtendere quod qui ſuis ſegregatim vacat, fortiſſimus, laudabilis magis eſt, quàm cæteri, & commendandus.

Advertendum maximè eſt, quod text. *in præſenti,* 19
dum dicit diſpenſationem circa pluralitatem beneficiorum eſſe faciendam cum perſonis nobilibus, & literatis, nonnulli intelligunt disjunctivè, ut per Felin. *in cap. cum adeò, de reſcript.* Abb. *in cap. dudum, il 2. n.16. de elect.* ita ut ſit ſenſus, poterit diſpenſari circa ſublimes perſonas, & iterum poterit diſpenſari circa literatas perſonas, ex eo quod diſpoſitio reſpiciens plura determinabilia, ex æquo debet illa determinare, ex reg. text. *in l. nam hoc iure, ff. de vulgari,* juxta quod videtur dicendum, ſolùm nobilitatem ſine literatura ſat eſſe ad diſpenſandum, ex Felin. *ubi ſuprà.* Iuvat quod dictio, *&*, in medio poſita diverſitatem continere videtur, ut per citatos *in meis remiſſ. de diction. & clauſulis, dict. 95. n. 14.* Quæ tamen expoſitio ſuſtineri non poteſt, ſecundùm Cened. *d. lect. 18. n. 7.* & convincitur ex eo, quia in promotione ad beneficia curata attento jure præſcripta eſt literatura, non verò nobilitas, ex *cap. cum nobis 19. de elect.* adeò ut collatio facta illiterato ſit nulla, ex *dict. cap. cùm nobis, & cap. cùm in cunctis, §. inferiora, de electione,* notant omnes *in cap. grave nimis, hoc tit.* Facit prǽterea, quia ex hoc text. deprehenditur, non ſufficere ſolam nobilitatem ad diſpenſandum, ſed cùm ratio poſtulaverit, ut text. dicit, quæ ratio ſuadet debere intervenire ſcientiam, unde dicendum eſt ſolam nobilitatem non includere, ut ſola ſufficiat ad diſpenſandum. Nec refragatur ſi dicatur fruſtrà hic conſiderari nobilitatem, cùm adhuc literatura exigatur: reſpondetur enim hic expendi nobilitatem & literaturam copulativè ad hoc, ut ſimul cum literatura præferatur illi, qui nobilis non fuerit, veluti ſi petat ſecum diſpenſari in altero curato beneficio retinendo cum priori, tunc enim ſi eandem diſpenſationem petat nobilis eodem tempore ex æquo litteratus, tunc potiùs cum nobili erit diſpenſandum, & ſic conſideratur nobilitas in hoc text. ut cum mediocri ſcientia ſufficiat ad diſpenſandum, argumento text. *in d. l. nam hoc jure,* niſi alioquin extiterit ratio, quæ cadat in utilitatem communem, vel neceſſitatem utriuſque curati beneficii; quæ nobilitas non quælibet conſideratur, ſed magna intervenire debet, id enim importat verbum *ſublimes,* de quo *in hoc text.*

Per

Per Sedem Apoſt. poterit diſpenſari.] Ergo Epiſcopi diſpenſatio circa pluralitatem beneficiorum non ſufficit. Ratio eſſe poteſt, quia Epiſcopus diſpenſare non valet contra Concilii generalis conſtitutionem, ex gloſſ. recepta *verbo cùm ſe facultas obtulerit*, *in c. dilectus* 19. *hoc tit.* tradunt Rebuff. *in praxi, tit. de diſpenſatione ad plura beneficia*, *n.* 29. Couar. *de ſponſalibus*, *p.* 1. *c.* 6. §. 10. *n.* 11. & conſtat pluralitatem beneficiorũ obuiare conſtitutioni Conc. Lateran. de quo *in c. quia nonnulli*, *de Clericis non reſid.* facit text. *in cap. Ordinarii*, §. *ſi verò*, *de officio Ordin. lib.* 6. ibi, *ſuper hoc erit ad Sedem Apoſt. recurrendum*, iuncta deciſ. text. *in l.* 1. *C. de legibus*. Sed obſtat *cap. ſanctorum* 70. *diſt.* ibi, *licèt enim Epiſcopi*, &c. & per illud Epiſcopum poſſe diſpenſare circa pluralitatem beneficiorum, reſoluunt Abb. *in cap. extirpanda*, §. *quia verò*, *à n.* 39. *hoc tit.* & *in præſenti*, *n.* 19.

Propter quod ſunt qui diſtinguant inter beneficia ſimplicia, & inter beneficia curata, vt in prioribus poſſit Epiſcopus diſpenſare, non ita in poſterioribus, prout referunt Rebuff. *in praxi, tit. de diſpenſ. ad plura*, *n.* 20. & 22. Stephan. *de literis gratiæ*, *tit. de formis expectatiuarum*, §. *ſecunda forma*, *n.* 4.

Sed pro declaratione notandum eſt diſpenſationem dupliciter fieri poſſe, primo modo ob neceſſitatem, & vtilitatem vtriuſque Eccleſiæ, principaliter, & immediatè, veluti quando Eccleſiæ tenues ſunt, & neutra ſatis eſt ad alendum miniſtrum, vel ſubeſt alia cauſa æquè grauis. Secundo modo contingit diſpenſatio ob honorem, & prærogatiuam perſonæ principaliter, & ſecundariò vtilitas, vel neceſſitas conſideratur in ea diſpenſatione, prout *in hoc text.* Priori modo attento iure antiquo, & nouiori, poſſe Epiſcopum dipenſare ad beneficiorum pluralitatem, iuxta hunc text. qui in hac ſpecie non eſt correctus, quod ſentit text. *in cap. eam te*, *de ætate*, patet ſi expendas data correctione reſultare dilationem, quæ Eccleſiis maximum præiudicium poſſet irrogare, quod eſt inconueniens: & hoc ſi ſpectas communem Doctorum reſolutionem, cùm ſecus ſit attentis S. Congreg. & Rotæ deciſionibus, de quibus *ſuprà* memini, & non ſic dicas poſteriori modo; licèt enim attento iure antiquo, & per text. *in d. cap. ſanctorum*, Epiſcopi diſpenſatio admittatur, non tamen attento iure nouiori prædicta dipenſatio admittitur in beneficiis, de quibus agit text. *in præſenti*, qui eo caſu diſpenſationem Sedis Apoſt. requirit ſicut in illis. Vnde iam colligitur text. *in d. cap. ſanctorum*, attento nouiori iure non procedere, quando diſpenſatio primò, & principaliter reſpicit honorem & prærogatiuam perſonæ diſpenſatæ, ſecus ſi principaliter, & immediatè vtilitatem Eccleſiæ contineat: ita Abb. *in d.* §. *quia verò*, *n.* 40. & in hoc text. vbi Imol. *n.* 23. Rebuff. *d. tit. de diſpenſatione ad plura beneficia*, *n.* 30.

Cùm in hac materia à pari procedant Legatus de latere, & Epiſcopus, iam colliges Legatum de latere poſſe ſimiliter diſpenſare circa prædictam beneficiorum pluralitatem, arg. text. *in c.* 1. *de officio Legati*, & ita in effectu dicit communem ſententiam Rebuff. *d. tit. de diſpenſat. ad plura beneficia*, *n.* 25. dummodò non ſint vniformia ſub eodem tecto, gloſſ. *verbo vacauit*, *in Clem. vlt. de præbend.* Hoied. *de incomp. benef. p.* 2. *cap. vlt. n.* 13.

Aduertendum in hac materia dipenſationem circa beneficiorum pluralitatem intelligendam eſſe de duobus primis beneficiis, *cap. ordinarij*, *de offic. ordin. lib.* 6. *c. non poteſt*, *hoc tit. eod. lib.* ubi Anchar. *n.* 1. Domin. & Franch. *n.* 3. Mandoſ. *ad reg.* 8. *Cancel. q.* 7. *n.* 4. Rebuff. *in praxi*, *tit. de diſpenſat. ratione ætatis*, *verbo illáque ſimul dimittere*, Ioan. à Coch. *in reg.* 51. *Cancel. n.* 16. Hoied. *d. cap. vlt. n.* 73. nam cùm diſpenſatio circa beneficiorum pluralitatem non perſonam diſpenſati, ſed aliud reſpiciat, meritò extinctis, & dimiſſis duobus beneficiis, non exiſtit dipenſatio, ac proinde de illis primis intelligenda eſt, vt habetur *in d. cap. Ordinarij*, & *in d. cap. non poteſt*, iuuatque reg. *l. boues* 89. §. *hoc ſermone*, *ff. de verb. ſignif.* Dubium tamen eſt vtrùm prædicta iura procedant quando duo priora beneficia, quæ quis ex diſpenſatione obtinebat, cum aliis permutantur? Partem affirmantem tenet gloſſ. *in cap. Ordinarij*, *verbo ea quæ*, quam Doctores *ibid.* ſequuntur, & pluſculis argumentis defendit Flamin. *in d. cap. non poteſt*, §. *illud autem*, *n.* 9 *de præb. lib.* 6. Ioan. Andr. *in c.* 1. *de filiis Presbyt.* Verùm contrarium, imò poſſe quem virtute diſpenſationis beneficia permutata retinere, meliùs mihi probatur, arg. text. *in l. filia* 28. §. 1. *ff. de condit.* vbi conditio concepta in vnam rem includit aliam, quæ in illius locum ſucceſſit, facit reg. text. *in l. eum qui*, §. *qui iniuriarum*, *ff. ſi quis caut.* iunctis reſolutis per Tiraq. *in d.* §. *hoc ſermone*, *in princ. à n.* 28. Bald. *in cap. dudum*, *lib.* 2. *n.* 2. *de elect.* Palat. *in rubr. de donat. inter*, §. 4. *n.* 3. Vvam. *conſil.* 26. *n.* 30. *de elect. vol.* 1. Nec obſtat d. gloſſ. *verbo ea, quæ*, procedit enim in terminis text. *ibi*: ſcilicet vbi plura beneficia incompatibilia ex diſpenſatione obtinenti nouum aliud beneficium confertur, & vt collatio valeat oporter quod diſpenſatio ad ea retinenda oſtendatur, vel quod priora omninò dimittantur, & in hac ſpecie ait gloſſ. quod non ſufficit illa per viam permutationis dimittere ad effectum vt retentis, quæ per permutationem obtinentur, collatio effectum ſortiatur, & ita non loquitur gloſſ. vbi quis ſolummodo intendit ea retinere, quæ in locum priorum ex titulo permutationis ſubrogantur, nec contra formam *d. cap. Ordinarij*, nouum aliud beneficium prætenditur, in qua ſpecie gloſſ. eſt intelligenda; vnde cùm in noſtro caſu priora beneficia retinere poſſit, nec dimittere teneatur, poterit etiam & illa retinere, quæ per permutationem in priorum locum ſubrogantur.

In gloſſ. *Contenderit*, ibi, *ſi enim ante litis conteſtationem deſtiterit*, &c. Quamvis ex ſententia huius gloſſæ, iuxta hunc text. vt quis priuetur etiam ſecundo beneficio, contendens retinere primum incompatibile, requiratur monitio, vel quod retineat vſque ad litis conteſtationem, tamen hodie attenta diſpoſitione Conc. Trid. *d. c.* 4. ibi, *retinere præſumſerit*, non videtur neceſſaria iudicialis contentio, nec monitio, ſed tantùm doloſa, ſeu malitioſa retentio, vt reſoluunt Flores de Mena *d. q.* 13. *n.* 4. Nicol. Garc. *d. c.* 5. *num.* 95. & 96. quicquid contrarium videatur velle Rot. *deciſ.* 484. *n.* 4. *p.* 1. *diverſ.* 19

In gloſſ. *Poſt receptionem*, ibi, *fallit in Epiſcopatu*, *quia non ſtatim vacant priora beneficia*, *niſi poſt tempus conſecrationis*. Vide Doctores citatos *ad cap. cùm in cunctis*, *n.* 29. *ſup. de elect.* ubi volui allegare Nicol. Garc. *de benef. p.* 11. *c.* 6. *à princ.* & non *p.* 1. prout *ibi* typographi incuria poſita ſunt. 20

In gloſſ. *Sublimes*, ibi, & *ita ſcientia nobilitat hominum*. Ita Bellet. *d.* §. 4. *n.* 16. nam literatæ perſonæ æquiparantur nobilibus, & ſublimibus, Abb. *hic*, *num.* 5. Gonzal. *ad reg.* 7. *Cancel. gloſſ.* 4. *num.* 27. Bellet. *d.* §. 4. *num.* 17. 21

In gloſſ. *Per Sedem Apoſt.* ibi, *ex eo quòd dicit per Sedem Apoſt. patet à contrario ſenſu*, *quod per alios in talibus non poteſt diſpenſari*. Notatur ad hoc quòd Epiſcopus diſpenſare non poteſt ſuper pluralitate dignitatum, perſonatuum, ſeu officiorum, & curatorum; ſolùm enim Papam diſpenſare tenent multi, quos refert, & ſequitur Nicol. Garc. *d. cap.* 5. *num.* 337. & tetigi *de offic.* & *poteſtate Epiſcopi*. *part.* 3. *alleg.* 62. *n.* 18. 22

23 Vtrùm autem obtinens plura beneficia ex diſpenſatione Papæ ſine cauſa rationabili, ſit tutus in foro conſcientiæ, vide eundem Garc. *d. cap. 5. num* 378. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 30. *tract.* 3. *num.* 289.

24 In ead. gloſſ. ibi, *Circa alia beneficia poſſunt Epiſcopi diſpenſare ſicut prius.* Latè an Epiſcopus diſpenſare valeat, vt quis plura beneficia ſimplicia habere poſſit, tractaui *d. alleg.* 62. *per totam*, in quo dubio certum eſt ante Concilium Tridenr. licuiſſe plura beneficia aliàs non incompatibilia etiam vltra duo tenere vſque ad congruam ſuſtentationem, Nauar. *conſ.* 10. *&* 19. *num.* 2. *ſub hoc tit.* Flamin. *de reſignat. lib.* 3. *quæſt.* 1. *num.* 141. Nicol. Garc. *d. cap.* 5. *num.* 306. difficultas eſt, an ſtante Concil. Trident. *ſeſſ.* 24. *de reform. c.* 17. id liceat? ſed videtur non licere vltra duo beneficia vni conferre, ex illis verbis: *Quod quidem, ſi ad vitam eius, cui confertur, honeſtè ſuſtentandam non ſufficiat, liceat nihilominus aliud ſufficiens*, &c. de Epiſcopi ſcilicet indulgentia, quia quando Canon permittit aliquid fieri, & perſonam non præſcribit, ad Epiſcopum id pertinere oſtendit, iuxta ea quæ dixi *de officio, & poteſt. Epiſcopi, part.* 2. *alleg.* 33. *num.* 22. Et ideò habenti vnum beneficium, quod non ſufficiat ad eius ſuſtentationem, poſſe Epiſcopum aliud conferre, declarauit ſacra Congregat. vt teſtantur Nicol. Garc. *d. cap.* 5. *num.* 310. *in* 1. *declar.* Armend. *in addit. ad recop. legum Nauarræ, lib.* 4. *tit.* 7. *de benef. incompatib. n.* 32. *& ſeq.* Minimè tamen eiuſdem Epiſcopi indulgentia, & auctoritate poterit quis habere duo beneficia ſimplicia, ſi vnum illorum ſufficiat ad vitam Clerici commodè ſuſtentandam, nec plura vltra duo, etiamſi ambo ad victum eiuſdem non ſufficiant, vt reſoluunt Azor. *inſtit. moral. p.* 2. *lib.* 3. *c.* 9. *q.* 3. & plures, quos refert, & ſequitur Nicol. Garc. *d. c.* 5. *à n.* 371. quid autem ſit de ſtylo Curiæ, & conſuetudine Hiſpaniæ, dixi *de offic. & poteſt. Epiſc. p.* 3. *alleg.* 62. *n.* 8. *cum ſeqq.* Vtrùm verò Epiſcopus diſpenſare poſſit aliquem ad duo incompatibilia, quando ita ſunt ibi vicina, vt commodè eis deſeruiri poſſit, & tenues vtriuſque ſunt reditus? quæſtio fuit dubia, in qua hodie, quidquid ſit de iure communi, negatiuè cenſuit ſacra Congreg. Concilij Trid. *in vna Viſercn. Canonicatus Leodien. diœceſ. de anno* 1610. vt refert Ioan. à Cochier. *in comment. ad reg.* 51. *Cancel. à n.* 7. *pag.* 478.

SVMMARIVM.

1 *Suſpenſionem à beneficiorum collatione incurrit ille, qui poſt ſecundam correctionem indignis beneficia confert*, & n. 2.

3 *Electio facta de digno, omiſſo digniore, tenet.*

4 *Beneficia perſonis benemeritis, & idoneis ſunt conferenda.*

5 *Concilium Prouinciale non iudicat Archiepiſcopum.*

Cap. Graue nimis XXIX.

1 QVi poſt primam, & ſecundam monitionem factam à Concilio Prouinciali, adhuc culpabiliter confert beneficia indignis, ſuſpendi debet per ipſum Concilium à beneficiis conferendis, & ab eodem Concilio inſtitui perſona idonea, quæ interim conferat beneficia. Circa Capitula, quæ delinquunt, idem ſeruari iubetur, ſed circa Metropolitanum delinquentem Concilium denunciet ſuperiori, & relinquat eius arbitrio. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſt. Butr. Anchar. Henric. Panorm. Viuian. *in ration. libri* 3. *iuris Pontif. pag.* 61. Alagona *in compendio iuris Canonici, pag.* 380. remiſſiuè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. deſumitur ex Concil. generali Lateran. ſub Innoc. III. *cap.* 30. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 4. *Decretal. lib.* 3. *tit.* 2. *c.* 5.

Concilium generale Lateran. de quo *in hoc text.* à beneficiorum collatione ſuſpendit eos, qui poſt ſecundam correctionem indignis beneficia conferunt, innouatum per Concil. Trident. *ſeſſ.* 7. *de reform. cap.* 3. vbi ſtatutum eſt, vt inferiora beneficia Eccleſiaſtica, præſertim curam animarum habentia, perſonis dignis, & habilibus conferantur ſub ea pœna, quod aliter facta collatio, ſiue prouiſio omninò irritetur, & Ordinarius Collator pœnas conſtitutionis Concilij generalis, de quo *in hoc text.* ſe nouerit incurſurum; cuius quidem Concilij Tridentini diſpoſitio, & collationis, ſiue prouiſionis irritatio intelligenda eſt de collatione facta indigno, non autem de illa, quæ fit digno, prætermiſſo digniore, vt intelligit Fr. Emman. *quæſt. Regul. tom.* 2. *quæſt.* 52. *art.* 5. & Campan. *in diuerſorio iuris Canon. rubr.* 7. *cap.* 6. *num.* 74. electio facta de 3 digno, omiſſo digniore, tenet, vt per Couar. *in reg. peccatum, part.* 2. *§.* 7. *num.* 2. *in fine, verſ. his demum, & num.* 3. Perez *l.* 2. *tit.* 6. *lib.* 1. *Ordin. pag.* 150. Mench. *illuſtr. cap.* 28. *num.* 2. Bobadil. *in ſua politica, lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 76. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloſſ.* 4. *num.* 126.

Idoneos aſſumant, &c.] Notatur ad hoc, quod perſo- 4 nis benemeritis, & idoneis ſunt beneficia conferenda, vt per Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancel. gloſſ.* 4. *à princ.* Epiſcopi igitur debent conferre beneficia iis, quibus & morum honeſtas, & litterarum ſcientia ſuffragatur, vt text. habet, & ex illo colligit Beller. *diſquiſ. clerical. part.* 1. *tit. de diſciplina clericali*, §. 4. *n.* 57. conferens enim illiterato, & indigno vltra ſuſpenſionis pœnam, de qua *in præſenti*, non ſolùm peccat mortaliter, *cap. miramur*, 61. *diſt. cap. quid eſt manus*, 78. *diſt.* Cou. *in reg. peccatum*, §. 2. *&* §. 7. *n.* 8. Syluestr. *verbo reſtitutio* 3. *n.* 5. Cardin. Tolet. *in inſtruct. Sacerd. lib.* 5. *c.* 4. *num.* 8. Fr. Emman. *in ſumm. tom.* 1. *c.* 106. *num.* 4. *&* 5. Sed etiam tenetur ad reſtitutionem intereſſe Eccleſiæ, quam læſit, ex prædicta mala collatione reſultantis, Dec. *in cap. cum in cunctis, in princ. num.* 16. *de elect.* Rebuff. *in praxi benefic. tit. de pœnis contra collat. indig. conferent. num.* 8. *&* 9. Tolet. *d. c.* 4. *num.* 8. Quare Epiſcopus attentè debet rimari qualitates oppoſitorum, ut dignioribus beneficia poſſit conferre, quas vt percipiat, legat quæ ſcripſi *de officio, & poteſt. Epiſc. part.* 3. *alleg.* 60. *num.* 101. *cum ſeqq.* idem habere locum in patronis, qui debent præſentare dignos, & idoneos, ut ex hoc text. colligit Vincent. Filliuc. *tom.* 2. *tract.* 41. *c.* 4. *num.* 174. O vtinam in hac Curia in diſtribuendis beneficiis Illuſtriſſimi Cardin. Toleti ſaluberrima ſeruaretur conſtitutio, qui prout mihi nunciatum fuit, dum Sanctiſſimi D. Pauli V. fel. mem. Datarius extitit, ad vacationes beneficiorum non omnes concurrentes admittebat, ſed illos tantùm, quos ex multis adſtantibus, à ſe aliquibus moralis Theologiæ propoſitis interrogationibus, & capta de vita & moribus, ac Curiali reſidentia qualiquali informatione, ad hoc dignos iudicabat, aliis penitus excluſis, ex quo eueniebat, vt qui ſcientia, & aliis requiſitis non pollebant, concurrere cum dignioribus non auderent. Multos video contra almam Vrbem latrare, quoniam qui domi manentes inſignes videbantur, Romæ pro nihilo habentur: ſed mirum non eſt, nec propterea iure dolent, quemadmodum enim terræ flumina, quanvis ampla & profunda, nomen amittunt mare ingreſſa; ita & Doctores domi

domi clari, & inter ſuos egregii, Romanam adeuntes Curiam inter majores nomen amittunt.

5 *Fiatque de hoc in provinciali Concil.* &c.] Notatur ad hoc, quod Concilium provinciale non judicat Archiepiſcopum, nec cognoſcit de ejus perſona, & ſtatu ad effectum judicandi, ſed admonendi, ut ſe corrigat, & ſi obſtinatus ſe corrigere nollet, ad effectum denuntiandi Summo Pontif. ut per Steph. Quarant. *in ſum. Bullarii, verb. Concilium provinciale, verſ. quarto.* Sanch. *de matrim. lib.* 8. *diſp.* 17. *n.* 35.

6 *Et hoc ipſum circa Capitula,* &c.] Notatur ad hoc, quod diſpoſitio loquens de Prælatis, maximè in materia pœnali, non extenditur ad Capitula, ut per Rebuff. *in concord. tit. de collat. § præfatique Ordinarii, in verb. Quibuſcumque,* Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gl.* 37. *num.* 16. & citatos per me *de appellativa verb. utriuſque iuris ſignif. appell.* 37. *n.* 1.

SVMMARIVM.

1 *Rector Eccleſiæ, non obſtante conſuetudine Epiſcopi, vel patroni, debet de redditibus Eccleſiæ ſufficientem habere portionem.*

2 *Epiſcopus non poteſt uni conferre beneficium, & ſibi, vel nepoti reſervare penſionem,* & n. 3.

4 *Parochialis non debet ita gravari, ut illius Rector non poſſit ex eius redditibus vivere.*

5 *Beneficium ut dicatur curatum requiritur, ut illius Rector exerceat curam nomine proprio, & non alieno.*

6 *Canonicatum, ſeu dignitatem habens, cui ſit unita acceſſoriè, & in perpetuum Parochialis, debet reſidere in Canonicatu, ſeu dignitate, & non in Parochiali; ac habere ætatem, quam requirit Canonicatus, & non Parochialis.*

7 *Vicarii perpetui in Parochialibus unitis quando, & quomodo deputandi ſint, oſtenditur.*

8 *Iudicis monitio requiritur in factis, & diſpoſitionibus negativis, ut quis in pœnam incidat.*

9 *Verba,* ipſo jure, *pœnam irrogant abſque aliqua privationis ſententia.*

CAP. Extirpandæ XXX.

1 PArochialium Presbyteris eſt danda portio ſufficiens ut vivant, non obſtante quacumque conſuetudine Epiſcopi, vel Patroni, aut alterius. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſt. Butr. Anchar. Panorm. Rebuff. Vivian. *in ration. tertii libri iuris Pontificij, pag.* 61. Alagona *in compend. iur. Canon. pag.* 380. deſumitur ex Concil. Lateran. ſub Innoc. III. *c.* 32. remiſſivè Ximen. *in concord. part.* 2. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 4. *Decretal. lib.* 3. *tit.* 2. *c.* 6.

2 *Proventus ipſarum, ſive penitus vendicantes,* &c.] Notatur ad hoc, quod Epiſcopus non poteſt uni conferre beneficium, & ſibi, vel nepoti, vel famulo, vel alteri reſervare penſionem, ut per Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 30. *n.* 247.

3 *Qui altario ſervit,* &c.] Vide poſita *ad cap. cùm ſecundùm, n.* 2. *ſuprà hoc tit.*

4 *Portio Presbyteris ipſis ſufficiens,* &c.] Vide poſita ad *cap. de Monachis* 12. *ſup. hoc tit.* Parochialis enim non debet ita gravari, ut illius Rector non poſſit ex redditibus vivere, ut per Flam. *de reſign. lib.* 6. *q.* 2. *n.* 22.

§. Qui verò.

Parochialem Eccleſiam habens, non per Vicarium, ſed per ſeipſum illi deſervire debet, niſi ſit annexa dignitati; vel præbendæ, ob quam ipſe debeat ſervire in majori Eccleſia, quia tùnc tenetur Vicarium idoneum, & perpetuum Canonicè inſtitutum in Parochiali habere, ac proinde ei aſſignare congruam fructuum portionem, alioquin illa eſt privatus; & alii idoneo conferenda; & Vicarius in ſuo ordine debet ſervire. Colligunt Doctores in principio text. citati.

Sed per ſeipſum illi deſerviat.] Notatur ad hoc, quod ut beneficium dicatur Curatum, requiritur ut illius Rector exerceat curam nomine proprio, & non alieno, ut per Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloſ.* 6. *n.* 40. quem refero ego ipſe *de officio, & poteſt. Epiſcopi, p.* 3. *alleg.* 57. *num.* 159. 5

Niſi fortè dignitati, &c.] Notatur ad hoc, quod habens Canonicatum, ſeu dignitatem, cui ſit unita Parochialis acceſſoriè, & perpetuò, debet reſidere in Canonicatu, ſeu dignitate, & non in Parochiali, ut per Nicol. Garc. *de benefic. part.* 12. *cap.* 2. *num.* 23. & cenſuit Sacra Congregatio apud eundem Garciam, *part.* 3. *cap.* 2. *num.* 179. *declar.* 11. & ſufficit ut proviſus ſit conſtitutus in ea ætate, quam requirit Canonicatus, ſeu dignitas, cui Parochialis acceſſoriè reperiatur unita, ut per Galet. *in margarita caſuum conſcient. verb. Canonicatus* 5. *verbo Parochus.* Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. gloſſ.* 9. *n.* 4. Nicol. Garc. *d. p.* 12. *cap.* 2. *n.* 26. Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſiaſt. reſolut.* 121. *in* 2. *edit.* 6

Idoneum, & perpetuum habeat Vicarium.] In nova diſpoſitione Concilii Trident. *ſeſſ.* 7. *de reform. cap.* 7. ſancitum eſt, ut Ordinarii deputare poſſint Vicarios perpetuos in quibuſcumque beneficiis curatis, quæ unita reperiuntur Eccleſiis Cathedralibus, Collegiis, & Monaſteriis, non obſtantibus privilegiis, & exemptionibus quibuſcumque, quæ verba comprehendunt quæcumque Monaſteria exempta, & Eccleſias quomodocumque eidem, & eorum menſæ unitas, ut comprobant Navarr. *conſ.* 11. *n.* 9. *de ſtatu Monach.* Flores de Mena *variar. lib.* 2. *q.* 10. *n.* 39. Nicol. Garc. *de benef. p.* 11. *c.* 2. *à n.* 5. ubi *n.* 9. elegans refert Illuſtr. Cardin. reſponſum, qui re diligenter diſcuſſa, hoc ipſum formaliter declaraverunt, ſicut etiam poſſe eoſdem Vicarios perpetuos ab Ordinariis conſtitui, etiamſi in litera unionis expreſſa ſit clauſula, ut poſſint deſervire per Vicarios amovibiles; quod tamen intellige de literis, quæ ante Concil. Trident. emanarunt, non ità ſi poſt illud ſub ea clauſula fuerunt conceſſæ, cum Nicol. Garc. *loco proximè citato.* Advertendum tamen eſt, quod propter Concil. Trident. *in d. cap.* 7. in illis verbis, ibi, *etiam perpetuos, niſi ipſis,* &c. Sacra cenſuit Congr. relinqui arbitrio Epiſcopi, an ponere velit perpetuum Vicarium in Parochialibus unitis Archidiaconatui, ſeu aliis dignitatibus, vel Canonicatui, teſte Nicol. Garc. *d. part.* 11. *cap.* 2. *num.* 9. Vnde ego tenebam in his Parochialibus unitis acceſſoriè, & in perpetuum alicui dignitati, deputare Vicarios temporales, vel perpetuos, ſolum pendere ex Ordinariorum arbitrio, ac proinde principalem Rectorem, ſive perpetuus, ſive temporalis ſit Vicarius, non poſſe in animarum cura ipſius Parochialis ſe intromittere defectu tituli, quem ad illam immediatum non habet, juxta doctrinam Felin. *in cap. poſtulaſti, num.* 1 *verſ. & hoc videtur, de reſcript.* quia iſta erectio de Vicaria ad nutum in perpetuum, facta auctoritate Epiſcopi ex facultate ſibi conceſſa per Concil. *in d. cap.* 7. non alterabat unionem jam factam quoad exercitium curæ, vel modum providendi, ut optimè dicit coram Cavalet, *deciſ.* 595. *num.* 2. *in fine*: tum quia ſi perpetuus Vicarius abſolvit Rectorem ab exercitio curæ, itaut ipſe Rector eam exercere nec debeat, nec poſſit, 7

F 4 Felin.

Felin. *hic, n.* 15. *verſ. ex quo ſequitur,* Azor. *inſtit. moral. p.* 2. *lib.* 3. *c.* 9. *q.* 2. *ad finem,* Seraph. *deciſ.* 1009. *n.* 5. eodem fere modo abſolvere debet in his terminis Vicarius temporalis, quia reſpectu principalis idem habet miniſterium & exercitium, cùm de jure communi in hoc caſu deberet eſſe perpetuus, ut hic text. habet, *& cap. ad hæc, de officio Vicarii, & c.* 1. *de capellis monach. lib.* 6. Epiſcopus hoc caſu parlens eum eſſe temporalem, non ex hoc poteſt transferri actualis cura in principalem, qua caretet ſi Vicarius fuiſſet perpetuus, ut reſolvunt Felin. Azor. & Seraph. *locis proximè citatis*: quia tamen de hac re conſultus omnia, quæ ad hanc materiam facere videbantur, adduxi *ad cap. ult. de officio Vicarii*, ideò ad illud Lectorem remitto, ubi multa in nova quæſtione non injucunda invenier.

Canonicè inſtitutum, &c.] Notatur ad hoc, quod Eccleſiæ parochiales unitæ conferuntur ad nominationem Rectoris principalis, & nominatus approbatur ab Epiſcopo, ut per Nicol. Garc. *de benef. p.* 9. *c.* 2. *n.* 189. Rot. *deciſ.* 798. *n.* 5. *p.* 1. *diverſ.* quod etiam procedit tam ſtante diſpoſitione Concil. Trid. *ſeſſ.* 24. *de reform. c.* 18. ex Nicol. Garc. *d. c.* 2. *n.* 192. *& ſeq.* quàm etiam poſt diſpoſitionem Bullæ Pii V. ſuper Vicariis, *in Bullario novo conſtit.* 47. §. *quarto*, ut latè per Rot. *deciſ.* 710. *n.* 2. *& deciſ.* 777. *n.* 1. *p.* 2. *recent.* Dicta autem Bulla Pii V. quæ incipit, *ad exequendum*, *in verſ. volumus*, ſic ait: *Volumus inſuper, & ita mandamus, quod dicti Vicarii perpetui non ad liberam Ordinariorum electionem, ſed ad nominationem illorum, in quorum Eccleſiis unitis ponentur, cum ipſorum Ordinariorum, ſeu eorum Vicariorum prævio examine, & approbatione deputentur*; & ideo jam hodie in ejuſmodi Vicariis perpetuis Parochiarum unitarum concurſus nullatenus neceſſarius eſt in eorum proviſionibus, ſed dumtaxat ad nominationem, ſeu præſentationem illorum, quorum dignitati, monaſterio, vel Eccleſiæ unita ſunt, & annexa deputandos, & inſtituendos eſſe reſolvunt Gurtiet. *conſ.* 44. Gonzal. *gloſſ.* 5. §. 3. *ex n.* 19. latè Salgado *d. c* 9. *n.* 159.

8 *Se ſciat auctoritate hujus Decreti privatum.*] Ex hoc text. colligit Innoc *hic, col.* 1. quod in factis, & diſpoſitionibus negativis, ad hoc, ut quis in pœnam incidat, requiritur judicis monitio, de quo vide Cald. Pereira *in l. ſi curatorem, verbo, vel adverſarii dolo, n.* 79. *col. pen. & de empt. c.* 29. *n.* 20. Suid. *de aliment. tit.* 8. *privil.* 64. *n.* 8. *& tit.* 9. *q.* 26. *n* 39. *cum ſeqq.* Farin. *in praxi crimin. p.* 1. *q.* 34. *n.* 128.

9 In gloſſ. *Privatum*, ibi, *& ita ſine aliqua admonitione privatus eſt.* Notatur ad hoc, quod verba, *ipſo iure*, pœnam irrogant abſque aliqua privationis ſententia, ut per Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloſſ.* 56. *n.* 53. ubi *n.* 54. reſolvit participium præteriti temporis regulariter pœnam ipſo jure inducere, & citat Tiraq. *in l. ſi unquam, verbo Revertatur, à num.* 32. Vide *in tract. de diction. uſufreq. dict.* 178.

SVMMARIVM.

1 *Religioſi non debent Eccleſias, vel decimas à laicis ſine diœceſanorum conſenſu recipere, excommunicatos, vel interdictos ad divina admittere, in Eccleſiis quoque, quæ ad eos non pleno iure pertinent, inſtituere, vel deſtituere, ſed præſentabunt diœceſanis ad eas viros idoneos*, & n. 2.

3 *Unio ubi eſt facta ſimpliciter monaſterio, ſeu collegio, intelligitur ſine læſione iuris Epiſcopalis, & parochialis.*

4 *Inſtitutio ad Epiſcopum pertinet in Eccleſiis, quæ ad religioſos pleno iure non pertinent.*

CAP. In Lateranenſi XXXI.

Regulares pro Eccleſiis, quæ ad ipſos pleno jure non pertinent, præſentare debent viros idoneos inſtituendos Epiſcopis. Idonei autem ſunt, quos vel converſatio aptos reddit, vel probabile teſtimonium Prælatorum commendat, qui Epiſcopis de cura plebis reſpondeant, Regularibus verò de rebus temporalibus reddant rationem, nec eos amovere audeant, inconſultis Epiſcopis. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſt. Burr. Henric. Anch. Panorm. Viv. *in ration. libri tertii iuris Pontif. pag.* 63. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 381. remiſſivè Ximen. *in concord. p.* 1. deſumitur ex Concilio generali Lateran. ſub Innoc. III. *c.* 61. & refertur ab Ant. Aug. *collect.* 1. *Decret. lib.* 3. *tit.* 2. *c.* 7. 1

In Lateranenſi Concil.] Sub Alex. III. *c.* 9. cujus initium eſt, *Cùm & plantare*, & habetur *in c.* 3. §. *in Eccleſiis, de privileg.* ubi latè dixi *pag.* 346. *& ſeq.* 2

Quæ ad ipſos pleno iure non pertinent.] Ergo ubi unio eſt facta ſimpliciter monaſterio, ſeu collegio, intelligitur ſine læſione juris Epiſcopalis, & parochialis, *c.* 2. *de relig. domib.* ac proinde debet præſentari Vicarius perpetuus inſtituendus ad Epiſcopo in parochiali unita, ut habetur *in præſenti*, *& in cap. de monachis, ſup. hoc tit.* reſolvunt Rip. *lib.* 2. *c.* 18. *n.* 1. *&* 3. Prob. *ad Monach. in cap. ſuper eo, n.* 19. *hoc tit. lib.* 6. unde audiendus non eſt Rebuff. *in praxi benef. tit. de Vicariis perpetuis, n.* 6. ubi affirmat poſſe inſtitui Vicarium perpetuum, ſeu temporalem, prout placuerit collegio, monaſteriove, citans falsò in eam rem gloſſ. *in Clement.* 1. *verbo, ad menſam, de exceſſ. prælat.* quæ tamen loquitur ubi unio fuerit facta pleno jure, nempe quoad ſpiritualia, & quoad temporalia, quo caſu temporalis Vicarius inſtitui poterit. 3

Epiſcopis inſtituendos Preſbyteros præſentent.] Ergo in Eccleſiis, quæ pleno jure non ſpectant ad religioſos, inſtitutio ad ipſos non pertinet, ſed Preſbyteri ab illis præſentari ab Epiſcopo ſunt inſtituendi, ex quo à contrario deducitur ſecus eſſe dicendum in Eccleſiis, quæ pleno jure eis ſubjiciuntur, ut formaliter probat text. *in d. Clem.* 1. *verſ. quidam præterea, de exceſſ. Prælat.* ubi notant omnes, & Roch. *de iurepatr. verbo Competens, quæſt. ult.* 4

SVMMARIVM.

1 *Abſens cauſa ſtudii in Sacra Pagina iuſtè percipit in abſentia fructus ſui beneficii, non autem diſtributiones quotidianas*, & n. 2.

3 *Diſtributiones quotidianæ non ſunt fructus, nec veniunt appellatione fructuum.*

CAP. Licèt XXXII. *Honor. III.*

Abſens cauſa ſtudii in ſacra Pagina juſtè percipit in abſentia fructus beneficii ſui, non autem diſtributiones quotidianas. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Burr. Hoſtienſ. Henric. Panorm. Vivian. *in ration. libri tertii juris Pontif. pag.* 64. Alagona *in compend. jur. Canon. pag.* 381. remiſſivè Ximen. *in concord. part.* 1. *&* 2. 1

Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſumunt Horat. Lur. *de privileg. ſcholar. privil.* 100. Covar. *lib.* 3. *variar. cap.* 13. Henriq. *conſil.* 13. Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 166. *num.* 17. Gonzal. *ad reg* 8. *Cancel.* §. 7. *proœm. num.* 179. Proſp. de Auguſtino *in addit. ad* 2

Quaran

Quarantam *in ſumma Bullarii, verbo Reſidentia,* Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſiaſt. deciſ.* 495. *in* 1. *edit. aliàs reſol.* 386. *n.* 3. *in* 2. *edit.* Latè Monet. *de diſtrib. quotid. p.* 2. *q.* 10. *concl.* 1. *&* 2. ubi *n.* 23. refert Sacram Congregationem decidiſſe abſentiam cauſa ſtudiorum etiam obtenta licentia à Sede Apoſtolica, non excuſare ab amiſſione tertiæ partis detractæ à Concil. Trident. *ſeſſ.* 21. *de reform. c.* 3. Sed de ratione dubitandi in hoc text. non abs re erit inveſtigandum, quatenus in ejus prima parte indulgere videtur Pontifex Archidiacono Eboracen. abſenti cauſa ſtudii in Theologia, ut fructus ſuæ præbendæ ei integrè miniſtrentur, cùm hoc generaliter conceſſerit text. *in c. ult. de magiſtris*, cui objectioni occurrit Abb. *hic*, *n.* 4. ideo in hoc text. impetratum fuiſſe ab Archidiacono privilegium, ut abſens cauſa ſtudiorum percipere poſſet fructus ſuæ præbendæ, vel quia nondum emanaverat *d. c. ult.* id ex jure communi concedens, quia de facto moleſtabant Canonici ei reſpondere de ſua præbenda; vel etiam ad cautelam, quia plus ſolet timeri, quod ſpecialiter injungitur, *c. adverſus, de hæret.* refert Monet. *d. q.* 10. *n.* 3. ubi *à n.* 4. *cum ſeqq.* an ſtudens juri Canonico, vel civili percipiat in abſentia fructus ſuæ præbendæ, de quo etiam Aloyſ. Ricc. *in praxi aurea, reſol.* 33. ubi ſolvit diſpoſitionem hujus text. procedere etiamſi quis ſtudeat juri civili, vel Grammaticæ, & *n.* 3. dicit abſenti cauſa ſtudiorum deberi quotidianas diſtributiones, ſi Eccleſia nihil aliud habet, quàm menſam groſſam, quæ in fine anni diſtribuitur.

3 *Nolumus tamen, ut quotidianæ diſtributiones*, &c.] Notatur ad hoc, quod quotidianæ diſtributiones non ſunt fructus, nec veniunt appellatione fructuum, ut per Covar. *lib.* 3. *var. c.* 13. *n.* 1. *circa princip.* Put. *p.* 1. *deciſ.* 239. *& deciſ.* 289. *n.* 3. *in* 1. *edit.* Gutier. *conſ.* 8. *n.* 2. Vivian. *tom.* 2. *commun. opin. lib.* 9. *tit.* 34. *n.* 14. *pag. mihi* 566. Rebuff. *in tract. congrua portionis, n.* 86. Flamin. *de reſign. benefic. lib.* 2. *quæſt.* 2. *num.* 30. Fr. Emman. *quæſt. regular. tom.* 3. *quæſt.* 74. *art.* 4. Azor. *inſtit. moral. p.* 2. *lib.* 7. *q.* 2. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell.* §. 7. *procem. n.* 154. *cum ſeqq.* latè Monet. *de diſtribut. quotid. p.* 1. *q.* 6. *à princip.* ubi *n.* 10. reſolvit privilegium alicui conceſſum de percipiendis fructibus beneficiorum ſuorum in abſentia, non comprehendere diſtributiones quotidianas: & *n.* 12. etiamſi haberet cum ea integritate, qua perciperet, ſi in Eccleſia reſideret. Plures refero ego ipſe *in tract. de appellativa verborum utriuſque iuris ſignific. appell.* 103. *num.* 12. *cum ſeqq.* quibus addo Salgado *de protect. Regia, tom.* 1. *part.* 4. *cap.* 9. *num.* 75. *cum ſeqq.*

SUMMARIUM.

1 *Epiſcopus propter paupertatem Præbendarum Eccleſiæ Cathedralis eis annectere poteſt Capellas, reſervata ipſorum Presbyteris congrua portione,* & num. 2.
3 *Capituli conſenſus in unione præſtandus poteſt poſt ipſam intervenire.*
4 *Concil. Trid.* ſeſſ. 24. de reform. c. 15. *non concedit facultatem uniendi menſæ Capitulari, ſed tenuibus Præbendis ſingulorum Capitularium.*

Cap. Expoſuiſti XXXIII.

1 Epiſcopus propter paupertatem Præbendarum Eccleſiæ Cathedralis, eis annectere poteſt Capellas, reſervata ipſorum Presbyterorum congrua portione. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Anan. Butr. Hoſt. Henric. Anchar. Panorm. Vivian. *in rationali lib. tertii iuris Pontif. pag.* 65. Alagona *compend. iuris Canon. pag.* 381. remiſſivè Ximen. *in concord. p.* 2.

2 De qua re adeſt nova deciſio Concil. Trid. *ſeſſ.* 24. *de reform. c.* 15. in hæc verba. In Eccleſiis Cathedralibus, & Collegiatis inſignibus, ubi frequentes, adeoque tenues ſunt Præbendæ ſimul cum diſtributionibus quotidianis, ut ſuſtinendo decenti Canonicorum gradui pro loci, & perſonarum qualitate non ſufficiant, liceat Epiſcopis cum conſenſu Capituli, vel aliquot ſimplicia beneficia, non tamen Regularia, iis unire, &c. Super quo Concilii decreto advertit Steph. Grat. *diſcept. forenſ. cap.* 278. *n.* 30. Capituli conſenſum poſſe poſt unionem intervenire, & nullitatem illius ob defectum conſenſus Capituli à nullo poſſe opponi, cùm hæc exceptio illi ſoli concedatur. Pariterque advertendum eſt, hujuſmodi unionem eo modo fieri debere, ut ſingulis Præbendis ſingula beneficia uniantur, non omnibus ſimul indiſtinctè unum, aut plura, idem Steph. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 274. *n.* 34. *in fine*, Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloſ.* 57. *num.* 25. ubi etiam refert Concil. loco citato non concedere facul- 3
tatem uniendi menſæ Capitulari, ſed tenuibus Præbendis ſingulorum Capitularium: quod etiam tenent Aloyſ. Ricc. *collect. deciſ. p.* 4. *collect.* 1067. *in fine, & in praxi rerum fori Eccleſiaſt. deciſ.* 488. *in* 1. *edit. & reſol.* 379. *n.* 4. *in* 2. *edit.* & fuiſſe deciſum in Sacra Congreg. Concil. Trid. de menſe Septembri 1601. refert Nicol. Garc. *de benef. p.* 12. *c.* 2. *n.* 171.

Si evidens neceſſitas vel utilitas Eccleſiæ, &c.] Ergo unio unius Eccleſiæ ad aliam evidenti neceſſitate, vel utilitate Eccleſiæ fieri debet, ut per Menoch. *conſ.* 192. *n.* 4. Nam Epiſcopus ex legitimis cauſis poteſt unire beneficia ſuæ Diœceſis non exempta, Petr. Gregor. *de benef. cap.* 10. *n.* 6. Azor. *inſtit. moral. part.* 2. *lib.* 6. *c.* 28. *q.* 6. Nicol. Garc. *d. cap.* 2. *num.* 62. ubi *n.* 113. aſſerit unionem factam per Ordinarium ſine cauſa, vel ex falſa cauſa, etiam ſervata juris forma, eſſe nullam ipſo jure.

SUMMARIUM.

1 *Eccleſia beneficium conferens ex donatione laici tenet ejus collatio de hoc mentione non habita.*
2 *Beneficium ex privilegio poteſt ſpectare ad collationem laici.*
3 *Allegatio partis non facit ius.*
4 *Iuripatronatus Regis non cenſetur Papa derogare, niſi diſpenſativè, & ſpecificè, ac expreſſè derogatio fieret.*

Cap. Dilectus ÿ. XXXIV.

Beneficium impetrans, & non faciens mentionem 1
quod confertur ex donatione laici, adhuc impetratio eſt bona, & literæ executioni mandandæ ſunt. Colligunt ex Ordinat. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſtienſ. Anchar. Henric. Panorm. Vivian. *in rationali lib. tertii iuris Pontificij, pag.* 66. Alagona *in compend. iuris Canonici, pag.* 381. remiſſivè Ximen. *in concordant. part.* 1. *&* 2.

2 *Ex donatione Regis.*] Ergo ex privilegio poteſt beneficium ſpectare ad collationem laici, de quo Covarruv. *pract. cap.* 36. *n.* 5. *verſ. olim.* Rebuff. *de pacific. poſſeſſ. n.* 58. *verſ. octavò.* Nec reſtagatur ulla conſuetudo, aut præſcriptio, Seraphin. *deciſ.* 1382. *per totam*, Surd. qui alios allegat, *conſ.* 401. *num.* 5. etiamſi eſſet immemorialis cum perpetua tolerantia Papæ; cùm enim

enim verſemur in his, quæ non ſunt quæſibilia ſine Principis conceſſione, tolerantia de nihilo inſervit, cùm jure non ſit tolerantia, ſed ſimplex conniventia ad evitanda ſcandala, quæ poſſunt committi in auferendo hujuſmodi abuſus, ut tradunt ſcribentes omnes *in cap. 2. hoc tit. lib. 6.* Ioan. Andr. *à n. 5. uſque ad fin.* Anchar. *ſub n. 1. verſ. quintò quærit*, Gemin. *ſub n. 12. verſ. nec obſtat ſi dicatur.* Ioan. Monach. *num. 5.* & *ibi* Prob. latiſſimè *à n. 5.* Præpoſ. *in cap. imperium, verſ. ſed an præſcriptione, cum ſeqq.* 10. *diſt.* ubi graviter invehit tam in conferentes, quàm in collatarios, Zabar. *conſ. 57. ſub n. 2. verſ. & ſi dicatur, & n. 3.* plures alios refert, & ſequitur Selv. *de benef. p. 1. q. 23. ſub n. 16. verſ. & in iſto caſu habet locum.*

3 *Excipiendo propoſuit*, &c.] Notatur ad hoc, quod allegatio partis non facit jus, ut per Palat. *in repet. rub. de donat. inter virum, & uxor. §. 16. n. 22.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloſ. 5. §. 7. n. 107.* & alios per me citatos *in tract. de axiom. uſufreq. axiom. 20. n. 1.*

4 In gloſſ. *Ex donatione 1*, ibi, *non poſſet compelli per Papam*, &c. Niſi in literis fieret expreſſa derogatio juriſpatronatus ipſius Regis diſpoſitivè, ac ſpecificè, & determinatè, non autem conditionaliter, ut advertunt ad hoc regulam Cancellariæ citantes, Azeved. *l. 5. n. 3. tit. 6. lib. 1. nova recop.* Covar. *pract. c. 6. n. 3.* Perez *l. 2. tit. 6. lib. 1. Ordin. pag. 149. & ſeq.* Cabed. *de patronatib. Regiæ Coronæ, cap. 35. n. 7.* & plures alii, quos refert Cened. *ad Decretal. collect. 79. n. 2.*

SVMMARIVM.

1 *Pueri, & beneficiati, qui non poſſunt in eadem Eccleſia deſervire, in ea non debent idonei reputari.*

2 *Beneficia ſimplicia in qua ætate obtineri poſſint, remiſſivè.*

3 *Penſionis iure communi pueri capaces ſunt, ſed neceſſarium eſt infantis ætatem Summo Pontifici exprimere, cùm ab illo impetratur.*

4 *Pueri dicuntur, qui ſunt impuberes, & ſic minores 14. annis.*

5 *Beneficium qui habet ſufficiens, non reputatur idoneus ad aliud.*

Cap. Inordinata XXXV.

Gregor. IX.

1 PVeri & beneficiati, qui non poſſunt in eadem Eccleſia deſervire, in ea non debent idonei reputari. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellamer. Ioan. Andr. Imola, Anan. Burr. Hoſt. Henric. Anch. Panorm. Viv. *in rationali libri tertii iuris Pontif. pag. 66.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 382.* remiſſivè Ximen. *in concordant. p. 1.*

2 Quot annorum ætas de jure antiquo, & noviori Concilii Tridentini *ſeſſ. 23. de reform. cap. 6.* neceſſaria ſit ad beneficia ſimplicia obtinenda, dixi *ad c. 1. num. 4. ſuprà de ætate, & qualit. pag. 174.* ad penſionem habendam titulo Clericali cùm requiratur prima Clericorum tonſura, quæ ante ſeptennium non confertur, ut
3 dixi *ad cap. cum in cunctis n. 3. de elect. pag. 93.* ideò ipſa penſio puero ante ſeptennium non aſſignatur, jure tamen communi pueri capaces ſunt penſionis, ſed neceſſarium eſt infantis ætatem exprimere, cùm à Romano Pontifice impetratur, ut infanti penſionem reſervet, ita Flamin. *de reſignat. benef. lib. 4. q. 9. num. 12.* Azor. *inſtit. moral. p. 2. lib. 8. c. 7. q. 1.*

In gloſſ. *Pueros*, ibi, *quos dicimus pueros*, &c. Pueri 4
dicuntur qui ſunt impuberes, ſicque minores annis 14. ut per Briſſon. *lib. 14. de verb. ſignif. in verbo Puer.* Rota apud Fatin. *decis. 194. n. 2. p. 2. recent.* ubi *n. 1.* deciſum fuit ætatis defectum non poſſe opponi illi, qui præſentatur ad beneficium ſimplex juriſpatronatus, quando fundator dixit etiam minores annis 14. poſſe admitti, quo caſu non habet locum diſpoſitio Concil. Trid. *d. c. 6.* requirentis ætatem 14. annorum.

In gloſſ. *Beneficiati*, ult. ibi, *qui beneficium habet* 5
ſufficiens non reputatur idoneus ad aliud beneficium. Vide Azor. *inſtit. moral. p. 2. lib. 6. c. 10. q. 1.*

SVMMARIVM.

1 *Præbenda una ad hoc ut integretur, non debet alia reſcindi.*

2 *Intentio concedentis ſemper attendi debet.*

3 *Beneficiorum diviſio in Concil. Turonen. prohibita eſt.*

4 *Beneficii collatio ſine diminutione facienda eſt.*

Cap. Cùm cauſam XXXVI.

PRo unius Præbendæ integratione alia dividi non 1
debet. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſt. Butr. Anch. Henric. Panorm. Viv. *in ration. libri tertii iuris Pontif. pag. 67.* Alagona *in compend. iur. Canon. pag. 382.* remiſſivè Ximen. *in concord. p. 1.*

Noſtræ intentionis non extitit.] Quæ ſemper attendi 2
debet, ex latè traditis per Tiraq. *in l. ſi unquam, verbo libertis, n. 45. & 55. C. de revocandis donat.* faciunt quæ tradidi *in tract. de axiom. uſufreq. axiom. 128. ex n. 4.*

Præbenda de novo aliqua ſcindaeretur.] Diviſio enim, 3
ſeu ſectio beneficiorum in Concil. Turonen. prohibita eſt, ut per Nicol. Garc. *de benef. p. 12. c. 4. n. 2. cum ſeqq.* vide *ad cap. de maioribus 8. & ad cap. vacante 20. ſup. hoc tit.*

In gloſſ. *Interrogatione*, ibi, *Præbenda dividi non de-* 4
bet, ſed integra conferri. Notatur ad hoc, quod collatio beneficii ſine diminutione fieri debet, *cap. unic. infr. ut Eccleſiaſtica beneficia ſine diminutione conferantur*, Rebuff. *in praxi benef. tit. requiſita ad collationem bonam, n. 6.* Guillelm. Benedict. *in repet. ad c. Raynutius, verbo ſi abſque liberis, de fideicom. ſubſtit. à n. 32.* Maſcard. *de probat. concl. 313. à n. 5.* Flamin. *de reſignat. benef. lib. 8. q. 9. n. 32.*

SVMMARIVM.

1 *Clerici ignobiles, & non eminentis ſcientiæ, propter hoc non debent à Præbendis repelli, etiam in Eccleſia, quæ tales admittere non conſuevit.*

2 *Nobilitas animi ſuperat nobilitatem generis.*

3 *Filius, qui virtute ornatur, parentibus ignobilibus exiſtentibus, contemni non debet.*

4 *Mundi deliramentum eſt rerum iudicium ab extrinſeca accipere figura.*

5 *Statutum non valet, quod non admittantur ignobiles in Canonicos Cathedralium.*

6 *Nobilis ex utroque parente propriè dicitur illuſtris.*

Cap. Venerabilis XXXVII.

CLericus quamvis non ſit nobilis, nec eminentis 1
ſcientiæ, debet admitti ad Præbendam, non obſtante in contrarium conſuetudine Eccleſiæ, quia non nobilitas

nobilitas generis, ſed virtutum, & vitæ honeſtas faciunt gratum, & idoneum ſervitorem Dei, & viri eminentis ſcientiæ vix reperiuntur, & Deus eligit ignobiles, & pauperes, quia non eſt acceptatio perſonarum apud Deum. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſt. Butr. Anchar. Henric. Panorm. Cened. *collect.* 143. Vivian. *in rationali libri tertij iuris Pontif. pag.* 67. Alagona *in compendio iuris Canonici, pag.* 382. remiſſiuè Ximen. *in concord. part.* 1. *&* 2.

2 *Non generis, ſed virtutum nobilitas*, &c.] Quantum autem ſuperet nobilitas animi nobilitatem generis, non eſt qui ignoret; nam ut ille juvenis Alexandrinus dicere ſolebat: *Vera nobilitas non ex ſanguine & carne, ſed ex virtute animi accepit formam, & claritatem*: & D. Hieron. *ad Celant. Summa nobilitas eſt clarum eſſe virtute.* Et Oſor. noſter *lib.* 2. *de nobilitate civili, Omnis generis ſplendor, & familiæ claritas à fonte virtutis ortum habet.* Et paulò poſt, *Qui ex virtute laudem adeptus virtutis inſignia poſteritati relinquit, & nobilitatis jacit fundamenta.* Et Iuvenalis ait:

——*Nobilitas ſola eſt, atque unica virtus.*

Obſervatione equidem dignus eſt locus ille *Geneſ.* 6. ubi dicitur, *Hæ ſunt generationes Noë: Noë vir juſtus, atque perfectus cum Deo ambulavit.* Quid eſt hoc? vult Moyſes Noë genetationem explicare, dicens: Hæ ſunt generationes Noë: loco verò Patrum, avi, & atavi, virtutes Noë ponit? Philo *lib. de Abraham*, hunc eundem obſervat locum, & affirmat Moyſem virtutes Noë poſuiſſe, ita ut in ſtemmate ejus non more aliorum avos, & proavos, majoreſque cæteros recenſeat, ſed virtutes quaſdam, declarans nullam aliam familiam, cognationem, patriamve ſapientis eſſe, præter virtutes, & actiones ejus.

3 Si filius quis virtute ornatur, nunquid parentibus ignobilibus exiſtentibus, ipſe contemni debet? certè non; quia, ut ait S. Aug. *ſuper Matth.* non eſt omninò nec de virtute, nec de vitio parentum aut laudandus quis, aut vituperandus: nemo inde verè aut obſcurus, aut clarus eſt. Quia, ut inquit Modernus quidam, ſicut ſplendidum lumen de fumo, lilium candens de ſentibus, rubens roſa de ſpinis exoritur, ita & nobilis vir de ignobili proſapia quandoque gignitur. Multos illuſtres viros ex ignobilibus genitoribus natos ſcimus. Agathocles Siciliæ Rex hortulani filius erat Gordius Rex Frigiæ pauperrimus erat operarius. Valentinianus Imp. filius fuit macellarii. Primiſlaüs Rex Boëmiæ cuſtos boum extitit. Quinimò Seneca *epiſt.* 44. allegans Platonem, affirmat non fuiſſe in mundo Regem, qui originem ex ſervo non traxerit, nec tamen ſervum fore, qui ex rege originem non duxerit. Multos quoque filios viliſſimos ex illuſtribus parentibus natos legimus, & eſt mirabile quod animadvertunt Avid. Caſſius *in vita Imp. Severi*, Pogius Florent. *in lib. de infelicitate Principum*, & Petrus Crinitus *lib.* 21. *de honeſta diſciplina*, nempe penè nullos ex magnis, & inclytis viris Romanis illuſtres reliquiſſe filios, ſed viliſſimos; ſic Scipio Africanus filium procreavit tam excellenti indignum patre, ut Valer. Maxim. *lib.* 3. eum obſcuritatem ex maximo ſplendore exortam jure appellet. De invictiſſimo Imp. Marco Aurelio Commodus filius eſt ortus, infamis penitus, ac deperditus, ut narrat Quint. Fabius. Aliquando verò ex eiſdem parentibus alter bonus, alter peſſimus ſurgit filius: ex Adam probus Abel naſcitur, Caïn quoque malus producitur. Ex Abraham oritur Iſaac pius, oritur etiam Iſmaël impius. Ex Iſaac venit Iacob electus, venit quoque Eſaü reprobus. Ergo non generis nobilitas, quæ ſæpe fallax eſt, ſed virtutum, vitæque honeſtas in Eccleſiæ miniſtris eligendis requirenda eſt, ut Pontifex admonet *in præſenti.*

4 At mundi diliramentum eſt rerum judicium ab extrinſeca accipere figura, illoſque magnos prædicare, qui magni extra apparent. Sic Ezech. *cap.* 23. arguit infamiam Babylonicos Deos adorantium propter eorum eximias figuras, dicens: Cùmque vidiſſes viros depictos in pariete, imagines Chaldæorum expreſſas coloribus, & accinctos balteis renes, & thiaras tinctas in capitibus eorum, inſanivit ſuper eos concupiſcentia oculorum tuorum. Et *Apocalypſ.* 13. inquit Ioannes de mari beſtiam deſcendentem habentem capita ſeptem, & cornua decem, & ſuper cornua ejus decem diademata, & admirata eſt univerſa terra poſt beſtiam, & adoraverunt beſtiam, dicentes: Quis ſimilis beſtiæ? Decepti namque ſunt figura illa grandi, & admirabili: ſic itaque ex nobilitate, divitiis, & pompa adorantur multæ beſtiæ.

Vnde in hoc text. optimè Greg. IX. exceptionem 5 rejecit illorum, qui contendebant excludere Clericum propter generis ignobilitatem à præbenda Argentin. Eccleſiæ ſibi à Legato Apoſtolico collata, ob conſuetudinem antiquam, ſecundùm quam Capitulum ejuſdem Eccleſiæ nullum niſi nobilem, & ab utroque parente illuſtrem in ſuum conſortium uſque ad illud tempus admiſerat, & ita probat non valere ſtatutum, ſive conſuetudinem, quod non admittantur ignobiles in Canonicos Cathedralium, ut per Abb. *hic, n.* 4. Bellet. *diſquiſit. Cleric. p.* 1. *tit. de diſciplina Clericali*, §. 15. *n.* 7. hinc colligit Bennius *de privileg. Iuriſconſ. p.* 2. *privileg.* 30. quod etſi ſtatuto, vel conſuetudine caveatur nobilem ſolum in Canonicorum numerum in Eccleſiis Cathedralibus admitti, illud tamen non ita in genere, quàm in virtute atque ſcientia nobilis viri verificatur, & ideo ad hæc reducendi ſunt Perez *l.* 1. *verſ. utrum autem, tit.* 1. *lib.* 4. *Ordin.* Chaſſan. *in catalogo gloriæ mundi*, p. 8. *conſid.* 8. *& p.* 10. *conſid.* 35. Cened. *ad Decret. collect.* 143. Rebuff. *in tract. nominat. q.* 15. *n.* 3. Et quicquid ſit, nobilitas ſcientiæ præfertur nobilitati generis, Mench. *illuſtr. c.* 25. *n.* 31. & ſcientia ſupplet defectum nobilitatis, gloſſ. *verbo Suppleat, in l. ſocietas, ff. pro ſocio*, Spin. *in ſpeculo teſtam. gloſſ.* 3. *princ. n.* 37.

Ab utroque parente illuſtrem.] Notatur ad hoc, quod 6 nobilis ex utroque parente propriè dicitur illuſtris, Rebuff. *in tract. nomin. q.* 12. *n.* 5. *cum ſeqq.*

In gloſſ. *Non multos*, ibi, *hoc dicit propter Paulum,* 7 *& propter beatum Bartholomæum, qui nobiles fuerunt, alii verò Apoſtoli ignobiles, & pauperes*, &c. Vnde inquit gloſſ. *verb. Invidia, in cap. quoniam* 24. *q.* 1. Petro piſcatori ſucceſſorem quærimus, non Auguſto: quam in id referunt Felin. *in cap. cùm adeò, n.* 7. *de reſcript.* Abb. *in cap. conſtitutis, il* 2. *n.* 11. *de appell.* Lambert. *de iurepatron.* 3. *p.* 2. *lib. q.* 5. *art.* 2. *n.* 5. Selv. *de benef. p.* 3. *q.* 7. *n.* 1. *iuxta med.* Tiraq. *de nobilit. c.* 20. *n.* 16.

SVMMARIVM.

1 *Papa quando mandat alicui, ut provideat, vel provideri faciat in aliqua Eccleſia, intelligitur tantùm de beneficio ſimplici, non de Dignitate, vel Rectoria.*

2 *Diœceſis appellatione in materia odioſa non comprehenditur civitas.*

3 *Beneficii nomine non intelliguntur curata, & dignitates in literis ad beneficia conceſſis ad petitionem ſupplicantis.*

4 *Beneficii nomine in diſpenſationibus non venit curatum, nec dignitas, nec Eccleſia Cathedralis præbenda.*

CAP.

Cap. Cùm olim XXXVIII. & fin.

1 PApa quando mandat alicui, ut provideat, vel providere faciat in aliqua Eccleſia, intelligitur tantùm de beneficio ſimplici, non de Dignitate, vel Rectoria. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Butr. Hoſtienſ. Henric. Anchar. Panorm. Vivian. *in ration. tertii libri iuris Pontificij*, *pag.* 63. Alagona *in compend. iuris Canonici*, *pag.* 382. remiſſivè Ximen. *in concord. part.* 1.

2 *Civitatis, vel Diœceſis.*] Ergo diœceſis appellatione non comprehenditur civitas, quod intellige in materia odioſa, cum Doctoribus citatis *ad cap. Rodulphus* 35. *n.* 5. *de reſcript. pag.* 65. ac in materia ſtricta diſpoſitionis hominis, veluti in literis ad beneficia, ut per Gamb. *in cap. unic. de rerum permut. lib.* 6. *n.* 105. *&* 207. Mandoſ. *reg.* 16. *q.* 42. *n.* 7. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. gloſſ.* 48. *n.* 194. *&* 196. Nicol. Garc. *de benef. p.* 1. *c.* 6. *n.* 78. & alios plures, quos citavi *in tract. de appell. verb. utriuſque iuris ſignif. appell.* 74. *n.* 1.

3 *Cùm igitur mandatum huiuſmodi*, &c.] Notatur ad hoc, quod in literis ad beneficia conceſſis ad petitionem ſupplicantis, nomine beneficii non intelliguntur curata, & dignitates; ut per Gig. *de penſionibus*, *q.* 18. *n.* 9 Petr. Greg. *de benef. c.* 6. *n.* 4. & plures alios, quos refert Nicol. Garc. *d. c.* 6. *n.* 49. ubi *n.* 50. dicit hoc provenire ex defectu intentionis concedentis, ut *in hoc text.* dicitur, non verò quia de proprietate ſermonis, & verbi non comprehendantur.

4 In gloſſ. *Ad talia*, ibi, *quia non omnis, qui cenſetur dignus ad beneficium, dignus eſt ad dignitatem*, &c. Unde in diſpenſationibus nomine beneficii non venit Curatum, nec dignitas, nec Eccleſiæ Cathedralis præbenda, ut per Rebuff. *in praxi benef. tit. quid ſit beneficium*, *n.* 15. *& tit. de diſpenſat. ſuper defectu natalium*, *n.* 51. Menoch. *de arbitr. caſu* 201. *n.* 62. Nicol. Garc. *d. c.* 6. *n.* 70. quia ſimpliciter diſpenſatus ad beneficium, utique ad aliud beneficium quàm ad ſimplex non dicitur habilitatus, Borgaſ. *de irregul. p.* 2. *rub. de interpret. diſpenſat. n.* 3. Campan. *in diverſorio iuris Canon. rub.* 11. *c.* 13. *n.* 79 Ego ipſe *de officio, & poteſt. Epiſc. p.* 2. *alleg.* 45. *n.* 7.

De Clerico ægrotante, vel debilitato.

Tit. VI.

SUper hanc rubricam ſcripſerunt Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Anch. Butr. Panorm. Guid. Papæ, Guillelm. Durand. *in Breviario aureo*, *fol.* 90. *verſo*, Ioan. de Londris *in Breviario ſanctorum Canonum*, *fol.* 173. *verſo*, Petr. de Ravenna *in compendio juris Canonici*, Martin. Meſnart. *in epitome Decret. fol.* 83. Dan. Venator *in analyſi methodica juris Pontif. à pag.* 382. Goffred. & Hoſtienſ. *in ſumma hujus tit.* Alexand. Caſan. & Anaſtaſ. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decretal.* Bartholom. Carthag. *in expoſitione titulorum iuris Canonici*, Zypæ. *in analytica poſtremi iuris Eccleſiaſtici enarrat. pag.* 184. omnes *ſub hoc tit.*

De materia tit. vide Camil. Borrell. *in ſumma omnium deciſ. tit.* 8. Cened. *pract. & Canon. quaſt. lib.* 1. *q.* 1. *à n.* 7. Monet. *de diſtribut. quotid. part.* 1. *q.* 6. Barb. à Vecchis *in praxi obſervanda in admittendis ad Religionis ſtatum novit. diſp.* 9. *dub.* 21.

SUMMARIUM.

1 *Clericus infirmus integrè percipit fructus beneficii ſui.*

2 *Fructus beneficiorum, & diſtributiones quotidianæ debentur Clericis infirmis ſolitis reſidere, dum morbo impediente divinis intereſſe non poſſunt, quamvis propria culpa in morbum inciderint, ut* num. 3.

4 *Infirmus quis dicatur, oſtenditur.*

5 *Famulo infirmo non tenetur dominus ſolvere ſalarium pro tempore infirmitatis.*

6 *Famulus expenſas, quas dominus in ſua curatione fecit, ſolvere tenetur.*

Cap. Cùm percuſſio I. *Greg.*

CLericus infirmus debet percipere omnes fructus 1
ſui beneficii, quos ſanus recipiebat, ac ſi Eccleſiæ inſerviret. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Anan. Imol. Hoſt. Anch. Henric. Butr. Panorm. Guid. Papæ, Vivian. *in rationali libri tertii iuris Pontif. pag.* 113. Alagona *in compend. iuris Canonici*, *pag.* 405. remiſſivè Ximen. *in concordant. part.* 1. *&* 2. deſumitur ex D. Greg. *lib.* 2. *epiſt.* 5. ubi extat integra, refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 3. *tit.* 6. *c.* 1.

Probat hic text. fructus beneficiorum, & diſtribu- 2
tiones quotidianas deberi Clericis infirmis, dum morbo impediente divinis intereſſe non poſſunt, ut per Covar. *lib.* 3. *var. c.* 3. *n.* 8. Duen. *reg.* 106. *limit.* 7. Hojed. *de incompatib. benef. p.* 1. *c.* 17. *n.* 15. Selv. *de benef. p.* 4. *q.* 6. *n.* 9. Coſm. *in pragm. ſanct. p.* 2. *pag.* 137. Spin. *in ſpeculo teſtam. gloſ.* 9. *princ. n.* 30. Fuſch. *de viſit. lib.* 1. *c.* 20. *n.* 26. Gutier. *canon. lib.* 1. *c.* 1. *à n.* 138. Azor. *inſtit. moral. p.* 2. *lib.* 7. *c.* 7. *q.* 10. *cum ſeqq.* Monet. *de diſtribut. quotid. p.* 2. *q.* 5. *n.* 6. *cum ſeqq.* Cald. Pereira *de renovat. emphyt. q.* 5. *n.* 23. *ad fin. & de poteſt. nomin. c.* 1. *n.* 39. Cened. *ad ſextum*, *collect.* 15. *n.* 8. *& pract. ac canonicarum quaſt. lib.* 1. *q.* 1. *n.* 7. Camil. Borrel. *in ſum. omnium deciſ. tit.* 9. *num.* 19. Franc. Leo *in theſauro fori Eccleſ. p.* 3. *c.* 2. *n.* 27. & alios per me relatos *de offic. & poteſt. Epiſcop. p.* 3. *alleg.* 53. *n.* 166. Quam quidem concluſionem intellige ſi is, qui modò ægrotat, ante infirmitatem ſolitus erat reſidere, & divinis Officiis intereſſe, Covar. *d. c.* 13. *n.* 8. Azor. *d. cap.* 7. *quaſt.* 11. *in princ.* Moneta *d. quaſt.* 6. *n.* 21. Cened. *d. q.* 1. *n.* 8. Ego ipſe *d. alleg.* 53. *n.* 167.

Amplia text. concluſionem procedere, etiamſi hu- 3
juſmodi infirmus propria culpa in morbum inciderit, cum Covarruv. *dict. num.* 8. *verſ. ſeptimò quotidianæ diſtributiones*, Azor. & Cened. *locis proximè citatis*, Monet. *d. quaſt.* 6. *num.* 11. ubi *num.* 7. ampliat etiam procedere non ſolùm in eo, qui verè morbo detinetur, & affectus eſt, ſed etiam, qui tuendæ valetudinis cauſa cum Phyſici conſilio medicinam ſumit, vel ſanguine minuitur, vel aliò ſe confert acquirendæ ſanitatis cauſa, vel à civitate abeſſe jubetur, utpote morbo aliquo contagioſo affectus, veluti lepra, peſte, & hujuſmodi.

Quis autem dicatur ita infirmus, ut non poſſit di- 4
vinis intereſſe, atque adeò quotidianis diſtributionibus privandus non ſit, judicis arbitrio relinquitur, ut per Hojed. *d. c.* 17. *n.* 16. & latè conſtat ex traditis à Menoch. *de arbitr. caſu* 60. *num.* 5. *cum ſeqq.* ubi pluribus relatis opinionibus tandem concludit judicis

õis arbitrio relinquendum eſſe quando quis dicatur infirmus, vel valetudinarius, licèt plura quoqúe afferat, quibus iudex ſe informare,& arbitrium ſuum dirigere & regulare poſſit.

5 In gloſſ. *Ægrotanti*, ibi: *quia famuli agri, quos curamus, nobis ſeruire intelliguntur.* An autem famulo infirmo teneatur dominus ſoluere ſalarium pro tempore infirmitatis, diſputant Doctores, apud quos verior, & receptior eſt opinio negatiua, quam tuentur Flores de Mena *var. lib.* 1.*q.*8.§.2.*n.*17.Azor.*inſtit. moral.*3.*p.lib.*8. *c.*14. *q.*3. Cald. Pereira *quæſt. forenſ. concl.* 20. *n.*9. Petr. Nauar.*de reſtit.lib.* 2.*c.*2.*n.*213.Iacob. de Graff. *in aureis deciſ. p.*1.*lib.*3.*c.*8.*n.*7. Mar.Anton. *var.reſol.lib.*1.*reſol.*92.*n.*7.me citato Diana *reſol.moral. p.*1. *tract. de contract. reſol.*86. vbi ſubdit hoc eſſe intelligendum, modò famulus non exiſtat in extrema, vel gravi neceſſitate; tunc enim ait certum eſſe teneri, obligatione tamen Charitatis, & modò non abſit
6 conſuetudo gentis, & prouinciæ in contrarium, qui quidem famulus etiam expenſas quas dominus in ſua curatione fecit, ſoluere ei tenetur, vt reſoluunt Gutiet. *pract.lib.*3.*q.*52. *n.*16. Flores Mena *d. n.*17. *concluſ.*10. Reginald. *in praxi,lib.*25.*n.*517. Parens meus *in comment.ad Ordin. Regias Luſit.lib.*4.*tit.*35.*in princ. n.*4.quicquid dicat Azor.*d.q.*3. Ratio horum omnium eſt, quia verè ſtat per famulum quominus operas ſuas non præſtet, & licèt in hoc culpam non habeat, tamen verè deficit in his præſtandis.Verùm in foro conſcientiæ tenetur dominus ſuis expenſis curare famulum, qui non habet vnde ipſi ſubueniat,& non ſit ibi, vel in proximo hoſpitale pro infirmis,ad quod remitti poſſit, Panorm. *in c.*1.*n.*8. *de cleric. agrot.* Rebel.*de oblig.iuſtit. p.*2.*lib.*14.*q.*15.*n.*2.vbi dicit, de honeſtate quemlibet debere famulis ſuis infirmis neceſſaria miniſtrare, refert Ioan. Valet.*de differ.utriuſque fori,verbo Alimenta, reſol.*8.

SVMMARIVM.

1 *Presbyter, cui medietas palma cum duobus digitis eſt abſciſſa, Miſſam non celebrat, ſed cateris ſacerdotalibus officiis fungi poteſt.*

2 *Presbyter, qui duos digitos, partemque manus amiſit, Miſſam celebrare non poteſt.*

3 *Defectus corporis abſque culpa proueniens, impedimentum praſtans executioni alicuius actus, ſeu Officii Ordinis, licèt quoad Ordines ſuſcipiendos abſolutè irregularitatem inducat, tamen quantum ad ſuſceptos non reddit quem irregularem, ſed ſolùm quod illum actum, ſeu officium, ad quoad eſt inhabilis.*

4 *Manum poſt promotionem amittenti Ordinis executio impedita eſt quoad illos actus, in quibus opus eſt manibus.*

Cap. Presbyterum II.

Eugen. Papa.

1 PResbyter, qui habet ſciſſos duos digitos cum medietate palmæ, non permittitur celebrare, quia timetur debilitas manus,vel ſcandalum ex deformitate; poteſt tamen facere alia officia ſacerdotalia.Colligunt ex Ordin.Abb. antiq.Innoc.Collect.Zabarell.Bellam. Ioan.Andr.Imol. Anan.Butr. Hoſt. Henric. Panormit. Viuian.*in ration. lib.*3. *iuris Pontif. pag.*115. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.*404. remiſſiuè Ximen. *in concord.p.*1.refertur ab Ant.Aug.*collect.*1.*Decret.lib.*1. *tit.* 6. *c.*2.& eſt poſt Concil. Lateran.ſub.Alex. III. *p.*26. *c.*25.

Collige ex text. Presbyterum, qui duos digitos, 2 partemque manus amiſit, Miſſam celebrare non poſſe, qui ſi Parochus fuerit, debet habere coadiutorem cũ congrua portione, vt per Henriq. *in ſum. lib.*14. *c.*8. §. 8. Maiol.*de irregul.lib.*1. *c.*14.*num.*13.*verſ.prateræa,* Campan.*in diuerſ.iuris Canon.rubr.*11.*c.*17.*n.*112.*verſ. qui autem*, vbi ex ratione text.reſoluit non promotum prohiberi etiam ordinari, reſpondens ad hunc text. non loqui de promouendo,ſed de promoto, cùm hic non eſſet dubitatio, vtrúmne alios potuiſſet exequi inferiores Ordines, quandoquidem id iam conſtitutũ erat, vt poſſet illorum miniſteria exercere, in quibus non eſt opus manibus, ſed tantùm ſciſcitabatur, an ei liceret Miſſam celebrare? & reſpondet Eugen. Pontifex,quod non,quapropter non mirum ſi deSacerdotali ordine ſolummodo fatur, ob idque Nau. *in man.c.*27. *n.*200.*verſ.ſeptimò*, inquit regulam illam,vt defectus, aut exceſſus membri, qui aliquem efficit inhabilem ad exercendum aliquod officium Eccleſiaſticum, efficiat irregularem ad illud, non autem ad aliud,intelligendam eſſe quoad iam ordinatos, non autem quoad ordinandos.Vtrùm verò digito ſiniſtræ manus carens, vel illo, qui medius eſt, poſſit promoueri, dixi *de offic.& poteſt. Epiſc. p.*2. *alleg.*42. *n.*18. *cum ſeqq.*

Notatur hic text.ad hoc,quod vitium,ſeu defectus corporis abſque culpa proueniens, impedimentum præſtans executioni alicuius actus, ſeu officij Ordinis, propter impotentiam, ſeu debilitatem, vel inſignem deformitatem, licèt quoad Ordines ſuſcipiendos abſolutè irregularitatem inducat, tamen quantum ad ſuſceptos non reddit quem ex toto irregularem, ſed ſolùm quoad illum actum, ſeu officium Ordinis, ad quem eſt inhabilis, de quo vide Nauar.*conſ.*6.*n.*1.*ſub tit. de atate, & qualitate, conſ.*71. *de ſentent. excom.* Vgolin. *de irregul.c.*52.§.1. *n.*2.*& c.*64.§.5.*n.*1.*& de offic. Epiſc.c.*5. §.1. *n.*4.Bellet.*diſquiſit.cleric.p.*1.*tit. de diciplina Cleric.*§.7. *n.*27. *&* 28. Sayr.*de cenſuris, lib.*6. *c.*2.*n.*23.*& c.*7.*n.*7. Auil.*eod. tract.p.*7.*diſp.*2.*dub.*6.*& diſp.*3.*dub.*1. Valer.Reginald.*in praxi fori pœnit.lib.*30. *n.*46.*verſ.ſecundò*, & *n.*48. reſoluit eum, qui mutilatus eſt poſt acceptum Ordinem, arceri quidem ab executione illius actus in quo eſt opus vſu membri, reliquos tamen exequi poſſe: latè Nicol. Garc. *de beneſic.p.*7.*c.*12. vbi *num.*18. *&* 19. aſſerit in caſu huius text. ei, qui duos digitos, & dimidium palmæ amiſit ſine ſua culpa, poſſe conferri beneficium reſidentiam non requirens, non autem requirens illam, & allegat poſt alios Henriq. *in ſum. lib.*13. *cap.*14.§.1.*lit.F. & cap.*56.§.1.*lit. E. & lib.*14.*cap.*2.§.2.*lit. Z.* Leſſ.*de iuſtit.lib.*2.*cap.*34.*num.*121. & Soar. *de cenſur.diſp.*51. *ſect.*1.*n.*18. cum quibus ita teneo *d. alleg.*42.*num.*55. *&* 56.

Ipſum autem cateris officiis, &c.] Per doctrinam 3 Abb.*in præſenti,* bene Campan.*d. c.*17.*n.*105. reſoluit, quod ſi quis quoquo modo manum poſt promotionẽ amittat, Ordinis executio impedita cenſetur circa illos actus, in quibus opus eſt manibus, ſecus autem in aliis,ut meritò dicere omninò fas ſit, ipſum poſſe prædicare, atque Confeſſiones audire,non tantùm ſi læva careat,ſed etiam ſi dextra; manuum namque impoſitio ſuper caput pœnitentis neceſſaria non eſt pro validitate Confeſſionis, ex Sot.*in* 4. *ſent.diſt.*14.*quaſt.*1. *art.*4.per totum, & Iacob de Graff *in aureis deciſ.p.*1. *lib.*1.*c.*32.*n.*4.*verſ. nota*, & fortaſſe poterit etiam baptizare, ſi brachio poſſit Baptiſmi materiam, aquam ſcilicet, aſpergere.

In gloſſ. *Deformitatem*, ult. Notatur ad hoc, quod 4 ſola corporis deformitas promoveri quenquam impedit

pedit, vt per Tiraquel. *in l. 1. connub. gloſſ. 1. part. 2. num. 50.*

SVMMARIVM.

1 *Leproſo Eccleſiæ Rectori dandus eſt coadiutor*, & num. 2.

3 *Leproſus promoveri non debet, & ſi iam eſt promovetus, propter ſcandalum ad celebrandum non permittitur, præcipuè ſi eſſet magna deformitas.*

4 *Coadiutori leproſi portio aſſignanda Epiſcopali auctoritate detrahenda eſt ex ipſius Eccleſiæ facultatibus, & quid ſi non ſufficiant, faciendum.*

Cap. De Rectoribus III.

Luc. III.

1 Rector Eccleſiæ, ſi ſit adeò lepra infectus, quod Altari ſervire nequeat, vel non ſine magno ſcandalo eorum, qui Eccleſiam ingrediuntur, illi dandus coadiutor cum ſufficienti ſtipendio Eccleſiaſtico, qui gerat curam animarum. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſt. Butr. Anchar Henric. Panorm. Viu. *in ration. lib. 3. iuris Pontif. pag. 114.* Alagona *in compendio iuris Canon. pag. 404.* remiſſiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Ant. Auguſt. *collect. 1. Decret. lib. 3. tit. 6. c. 3.* & eſt poſt Conc. Lateran. ſub Alex. III. *part. 37. c. 4.*

2 Collige ex text. leproſo dandum eſſe coadiutorem, vt per Maior. *de irregul. lib. 2. c. 18. col. 3.* Henriq. *in ſum. lib. 14. de regul. c. 8. n. 8. in princ.* Flamin. *de reſignat. benef. lib. 5. q. 3. n. 20.* latè Campanil. *in diverſor. iur. Canon. rubr. 11. c. 17. à n. 154.* vbi *n. 160.* aſſerit poſſe attenta Pij V. conſtitut. leproſum coram Ordinario liberè reſignare, non tamen ad id cogi inuitum, tametſi non dubitet, quod habenti curam animarum, etiam
3 inuito dandus ſit coadiutor. Leproſus enim promoueri non debet, & ſi iam eſt promotus, propter ſcandalum ad celebrandum non permittitur, præcipuè ſi eſſet magna deformitas, ſeu abominatio, Sayr. *de cenſuris, lib. 6. c. 9. n. 9.* Bellet. *diſquiſit. Cleric. p. 1. tit. de diſciplina Clericali, §. 7. n. 32.* Campan. *d. c. 17. n. 160.* quos refero ego ipſe *de offic. & poteſt. Epiſcop. p. 2. alleg. 91. n. 49.* quibus adde Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 30. n. 55.*

Ex hoc text. & Concil. Trid. *ſeſſ. 45. de reform. c. 7.* colligunt Doctores infrà citandi, quod Rectori beneficij, qui ſenio, mobo perpetuo, & incurabili factus eſt inutilis, & impeditus miniſtrare, ſuumque officium exercere, adhibetur coadiutor temporalis, non perpetuus, nec cum futura ſucceſſione, qui pro eo miniſtret, & officium exerceat, non tamen hic Clericus ſuo eſt priuandus beneficio, ſed ſolùm ei dictus coadiutor dandus eſt, dando ei ſtipendium, & congruam portionem pro victu de fructibus beneficij: ita Soar. *de cenſur. tom. 5. diſp. 51. ſect. 2. ad fin.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloſſ. 5. §. 9. n. 31.* Eſcob. *de ratioc. c. 28. à n. 26.* quod etiam poteſt facere Epiſcopus in parochiis etiam exemptis, ut tradunt Zerol. *in praxi Epiſcop. p. 1. verbo Parochia, § 7.* Gonzal. *vbi ſuprà, n. 29.*

4 In gloſſ. *Portionem*, vlt. ibi, *& ſic prouidebitur ei de bonis Eccleſiæ* Notatur ad hoc, quod portio coadiutori aſſignanda Epiſcopali auctoritate detrahenda eſt ex ipſis Eccleſiæ facultatibus, vt per Azor *inſtit. moral. p. 2. lib. 3. quæſt...* Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſ. deciſ. 564. in 1. edit.* aliàs *reſol. 494. n. 14. in 2. edit.* Quando autem redditus Eccleſiæ coadiutori, & ægrotanti beneficiario non ſufficiant, alimenta potius danda ſunt coadiutori, quàm beneficiario infirmo, vt tenet Azor. *d. q. 9.* Sed meliùs dicendum puto, parocho infirmo in primis eſſe prouidendum, deinde in ſubſidium teneri parochianos ad alimenta coadiutoris, cum Aloyſ Ricc. *d. n. 11.* quem refero *d. tract. de offic. & poteſt. Epiſcop. p. 3. alleg. 63. num. vlt.*

SVMMARIVM.

1 *Rector Eccleſiæ ſi ſit leproſus, ab adminiſtrationis officio remouetur, ſed de bonis Eccleſiæ ſuſtentatur.*

2 *Parochus leproſus ab adminiſtratione Eccleſiæ eſt remouendus.*

3 *Scandali ratione quis deponitur beneficio.*

4 *Morboſo quando interdicatur beneficij adminiſtratio, oſtenditur.*

Cap. Tua nos IV. *Clem. III.*

Curatus ſi leproſus ſit, pro ſcandalo, & abominatione populi remoueri debet ab officij adminiſtratione, & iuxta facultates Eccleſiæ ei neceſſaria ſubminiſtranda ſunt, dum vixerit. Colligunt ex. Ordin. Abb. antiq. Innoc. Celleſt. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Butr. Hoſt. Anchar. Panorm. Viuian. *in ration. lib. 3. iuris Pontif. pag. 114.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 404.* remiſſiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Ant. Auguſt. *collect. 2. Decret. lib. 3. tit. 5. c. 2.* 1

Hanc eandem concl. ex hoc text. deſumit Flamin. *de reſign. benef. lib. 5. q. 6. n. 17.* vbi *n. 19.* ampliat ad illud ſcabiei genus, quod *drioram* Phyſici dicunt, & alio vocabulo *ſcabies herculea* nominatur, cùm lepræ affinis ſit, & *n. 18.* extendit ad habentes morbum gallicum, & qui habet vlcera per corpus diffuſa, ac oſtendit extrinſecam deformitatem, de quibus & aliis morborum ſpeciebus quoad impedimentum promouendi, poſt Barth. à Vecchis *in praxi nouit. diſp. 8. dub. 11.* egi *de offic. & poteſt. Epiſcop. p. 2. alleg. 62. à n. 43. vſque ad num. 50.* 2

Quod pro ſcandalo, &c.] Notatur ad hoc, quod ratione ſcandali quis deponitur beneficio, ut per Flamin. *d. lib. 5. q. 3. n. 163.* 3

Debet officio remoueri.] Intellige quoad exercitium, & actum, non verò à iure, & titulo beneficij: ita Soar. *tom. 5. de cenſur. diſp. 51. ſect. 2. ad finem*, Campan. *in diverſorio iuris Canon. rubr. 11. c. 17. n. 160. ante verſ. addo*, Nicol. Garc. *de benef. p. 4. c. 5. n. 6.* Lancel. *in inſtit. Canon. lib. 1. tit. de coadiut. §. 1. & vlt.* Salgado *de poteſt. Regia, tom. 1. p. 3. c. 2. n. 44.* Et illo caſu, quo morbus talis eſt, vt ipſe nec ſpiritualia, nec temporalia adminiſtrare queat, tunc ad coadiutorem pertinet generalis adminiſtratio, qui portione commoda beneficiario data, & ſibi etiam reſeruata alia congruenti, reliquos beneficij fructus in pios vſus impendere debet, in quibus terminis videtur loqui text. *in præſenti.* Quando tamen morbus talis eſt, vt ſolùm impediat ſpiritualem adminiſtrationem, tunc ad beneficiarium ſpectat generalis reddituum adminiſtratio, qui ſibi neceſſaria ex redditibus portione retenta, iuſtam & debitam dabit coadiutori, quo ſenſu accipiendus eſt text. *in cap. de Rectoribus, ſupr. hoc tit.* Colligunt ex hoc Azor. *inſtit. moral. p. 1. lib. 3. c. 2. q. 10.* quem refero ego ipſe *d. tract. de offic. & poteſt. Epiſcop. p. 3. alleg. 63. num. 13.* 4

In gloſſ. *Adminiſtrationis*, ibi, *quia erit Prælatus in*

in totum. Notatur ad hoc, quod coadjutor eſt Prælatus, & uti talis habet curam animarum, ut per Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloſſ.* 5. §. 9. *n.* 2.

SUMMARIUM.

1 *Epiſcopo, qui propter morbum incurabilem paſtoralē officium exercere non poteſt dandus eſt coadiutor.*
2 *Coadiutor dandus eſt Epiſcopo, qui ex morbo non poteſt ſatisfacere oneri iniuncto.*
3 *Beneficium Eccleſiaſticum debet eſſe perpetuum.*
4 *Clericus nullus propter morbum, quo laborat, non eſt privandus beneficio, ſed ſolùm ei dandus eſt coadiutor.*

Cap. Ex parte V.

Innoc. III.

1 EPiſcopus qui ob incurabilem morbum non poteſt exercere officium paſtorale, non eſt cogendus renunciare, ſed ei Coadiutor prudens & honeſtus dandus eſt, ut conſulatur Epiſcopo, & populo. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Butr. Hoſt. Anch. Panorm. Guid. Papæ, Viu. *in ration. lib.* 3. *iuris Pontific. pag.* 115. Alagona *in compendio iuris Canon. pag.* 404. remiſſivè Ximen. *in concord. p.* 1. & 2. refertur ab Anton. Aug. *collect.* 3. *Decret. lib.* 3. *tit.* 7. *cap. unico.*

2 Probat hic text. dandum eſſe coadjutorem Epiſcopo, qui ex morbo non poteſt ſatisfacere oneri injuncto, ut per Flamin. *de reſign. benef. lib.* 5. *q.* 6. *n.* 15. Camill. Borrel. *in ſum. omnium deciſ. tit.* 9. *num.* 6. Azor. *inſtit. moral. p.* 2. *lib.* 3. *cap.* 2. *verſ. porrò*, & *quæſt.* 8. reſoluit quod religioſus Epiſcopus poteſt dari coadjutor Epiſcopo.

3 *Illi coadiutorem aſſocies.*] Notatur ad hoc, quod ut ſit aliquod beneficium Eccleſiaſticum, neceſſe eſt quod non conferatur ad certum tempus, ſed perpetuò, & ad vitam ejus, cui confertur, ut per Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloſſ.* 5. *n.* 11. Caſſad. *deciſ.* 4. *n.* 2. & *deciſ.* 12. *n.* 9. *de præbend.* Cæſ. de Graſſ. *deciſ.* 13. *n.* 7. *eod. tit.* Azor. *inſtit. moral. p.* 2. *lib.* 3. *c.* 1. *q.* 3. *verſ. quartò quando*, Rot. *in Auriacen. iuris nominandi*, 30. *Ianuarii* 1617. coram bonæ mem. Buratto, inter ejus impreſſas *deciſ.* 224. *n.* 4.

4 Notatur etiam ad hoc, quod nullus Clericus propter morbum, quo laborat, privandus eſt beneficio, ſed ſolùm ei dandus eſt coadjutor: ita etiam ex Concil. Trid. *ſeſſ.* 25. *de reform. c.* 7. *verſ. quod ſi donent*, colligit poſt multos Nicol. Garc. *de benef. p.* 4. *c.* 5. *n.* 5.

SUMMARIUM.

1 *Paralytico debet dari coadiutor.*
2 *Paralytici non poſſunt promoveri, nec promoti miniſtrare, ſed illis dandus eſt coadiutor.*
3 *Coadiutores Rectorum parochialium auctoritate Apoſtolica inſtituti tenentur ad perſonalem reſidentiam, ut Rectores ipſi.*

Cap. Conſultationibus VI. & ult.

Honorius III.

1 ARchidiacono, qui amiſit uſum linguæ ob paralyſim, dandus eſt coadiutor. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan Butr. Hoſt. Henric. Anchar. Panorm. Guid. Papæ, Viu. *in ration. libri* 3. *iuris Pontif. pag.* 115. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 403. remiſſivè Ximen. *in concord. p.* 1.

2 Probat hic text. paralyticos non poſſe promoveri, nec promotos miniſtrare, ſed illis dandum eſſe coadjutorem, ut per Henriq. *in ſumma, l. b.* 14. *de irregul. c.* 8. *n.* 8. *lit. T.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 30. *n.* 58. Majol. *de irregul. lib.* 2. *c.* 24. *poſt num.* 1. Campan. *in diverſorio iuris Canon. rub.* 11. *c.* 17. *n.* 154. Flamin. *de reſign. benef. lib.* 5. *q.* 6. *n.* 20. ubi *n.* 23. idem reſoluit in apoplecticis, & *n.* 25. in habentibus morbum comitialem, & *n.* 28. in habentibus manus tremulas.

3 *Coadiutor eſt meritò habendus.*] Qui quemadmodum principalis tenetur ad reſidentiam, nam coadjutores Rectorum parochialium auctoritate Apoſtolica inſtitutos teneri ad perſonalem reſidentiam, ut Rectores ipſos, in Sacra Congreg. deciſum referunt Galet. *in margarita caſuum conſcientiæ, verbo reſidentia* 1. Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſ. deciſ.* 564. *in* 1. *edit.* aliàs *reſol.* 494. *num.* 4. *in* 2. *edit.* & *iterum deciſ.* 502. *in* 1. *edit.* alias *reſol.* 393. *ampl.* 5. *in* 2. *edit.* Campanil. *in diverſorio iuris Canon. rub.* 7. *c.* 6. *num.* 104. Monet. *de optione canon. c.* 4. *q.* 8. *n.* 157. Armend. *in addit. ad recop. legum Navarræ, lib.* 2. *tit.* 23. *de reſident. n.* 171. quos refero ego ipſe *de offic.* & *poteſt. Epiſcop. p.* 3. *alleg.* 53. *n.* 78.

De Inſtitutionibus.

Tit. VII.

SUper hanc rubr. ſcripſerunt Zabarell. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Anchar. Butr. Panormit. Guillelm. Durand. *in breviario aureo iuris Canon fol.* 91. Guid. Papæ, Ioan. de Londris *in breviario ſanctorum Canon. fol.* 173. *verſo*, Petr. de Ravenna *in compendio iuris Canon.* Martin. Meſnart. *in epitome Decret. fol.* 103. *verſo*, Dan. Venator *in analyſi methodica iuris Pontif. à pag.* 384. Goffred. & Hoſtienſ. *in ſumma hujus tit.* Alexand. Caſan. & Anaſtaſ. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decret.* Lancel. *de inſtit. Canon.* Barth. Carthagen. *in expoſitione titulorum iuris Canon.* Zypæ. *in analytica poſtremi iuris Eccleſiaſtici enarrat. pag.* 178. Caſtel. *in erothem. iuris Canon.* Caniſ. *in ſum. eiuſdem iuris*, noviſſimè Ioan. Honor. *lib.* 3. *ſummæ in Decretal.* omnes *ſub hoc tit.*

Inſtitutio quæ dicatur, & *inſtituere*, verbum quid ſignificet, vide Menoch. *conſ.* 191. *n.* 2. Azor. *inſtit. moral. p.* 2. *lib.* 6. *c.* 22. *à princ.* & per me dicta *de offic.* & *poteſt. Epiſcop. p.* 3. *alleg.* 72. *n.* 172. *cum ſeqq.*

SUMMARIUM.

1 *Numerus Clericorum debet inſtitui in Eccleſiis Collegiatis ſecundùm facultatem ipſarum.*
2 *In Eccleſiis, ſeu monaſteriis admitti non debent plures, quàm commodè ex redditibus nutriri poſſint.*
3 *Differentia oſtenditur inter commodè vivere, & abſque penuria.*

Cap. Non ampliùs I.

Ex Concil. Arelaten.

1 IN monaſteriis non ſunt plures recipiendi quàm commodè ali poſſint de bonis Eccleſiæ. Colligunt ex Ordin. Abb.antiq.Innoc.Collect.Zabarell.Bellam. Ioan.Andr.Butr.Imol. Anan.Anchar.Hoſt.Henric.Panorm. Guid. Papæ, Vivian. *in ration. lib.3.juris Pontif. pag.* 118. Alagona *in compend. juris Canon. pag.*406. remiſſivè Ximen. *in concord.p.*1. deſumitur ex Synodo Arelaten. IV. ſub Carolo Magno Imper. *c.*8. refertur ab Ant. Auguſt. *collect.*2. *Decret.lib.*3.*tit.*6.*c.*2.

2 Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſumit Valer. Regin.*in praxi fori pœnit. lib.*30. *tract.*3.*n.*297. *in fine.*Et novè Concil.Trid.*ſeſſ.*25.*de Regular.c.*3.hac de re agens ita diſponit. *In prædictis autem monaſteriis, & domibus tam virorum, quàm mulierum, bona immobilia poſſidentibus, vel non poſſidentibus, is tantùm numerus conſtituatur, ac impoſterum conſervetur, qui vel ex redditibus propriis monaſteriorum, vel ex conſuetis eleemoſynis commodè poſſit ſuſtentari.* Hactenus Concil. de cujus materia multa cumulavi ego ipſe *de offic. & poteſt.Epiſcop.p.*3. *alleg.*98. &, me non citato, plura ex illo loco mutuatus eſt Aloyſ. Ricc. *in deciſ. Curiæ Archiep. Neapol. p.*4.*deciſ.*219. Vide Decretum Pauli V.incip. *Sanctiſſimus, ſub dat.*4.*Decembris* 1605. de certo Religioſorum numero cuicunque monaſterio, Conventui, ac domui Regulari præfigendo, quod referunt Quarant.*in ſumma Bullarii, verbo monaſteria, & Conventus, pag.mihi* 432.Caſtellin.*in addit.ad tr.de elect. pag.*502. Vide aliud decretum S.Congreg. Illuſtriſſ.DD.Cardinalium negotiis Epiſcoporum & Regularium præpoſitorum *ſub die* 17. *Auguſti* 1621.ubi approbante Gregor.XV, ſtatuitur quod de cætero non erigatur novus Religioſorum Conventus, niſi in eo ſaltem duodecim Fratres,Monachi,ſeu Religioſi commodè ſuſtentari poſſint refert Caſtellin. *de elect.c.*15. *in fine.*Noviſſimè Sacra Congreg. Concilii *ſub die* 21. *Iunii* 1625.decrevit,ut deinceps monaſterium, Conventus, vel Societas Religioſorum, ſeu Regularium nullibi recipiatur, niſi præter alia ad id requiſita in ſingulis ejuſdem locis duodecim ſaltem Fratres, aut Monachi,ſeu Religioſi degere, & ex redditibus, & conſuetis eleemoſynis competenter ſuſtentari valeant ad præſcriptum decreti Gregorii XV. hac de re editi. Alioquin monaſteria, & loca hujuſmodi poſthac recipienda, in quibus duodecim Religioſi, ut *ſuprà*, ſuſtentari, atque inhabitare non potuerint, & actu non habitaverint, Ordinarii loci viſitationi, correctioni, atque omnimodæ juriſdictioni ſubjecta eſſe intelligantur.

3 *Abſque penuria.*] Advertit maximam dari differentiam inter commodè vivere, & vivere abſque penuria,nam penuria dicitur inopia earum maximè rerum, quæ in penu recondi ſolent, & penoris nomine continentur, quæ uſui, & potui ſunt accommodata, *l.*1. *in princip.de penu leg.* Commodè tamen vivere intelligitur aptè,utiliter, & ſecundùm qualitatem ſtatus, ita Rebuff.*in tract. congruæ portionis, q.*8.*n.*77. Lara *in l. ſi quis à liberis, §.ſed ſi filius,n.*82. *ff. de liberis agnoſc.* & *n.*93.contendit text. *in præſenti, & in cap. cum M. de conſtit.* qui videntur inter ſe pugnare, non loqui in eadem facti ſpecie, ſed in diſſimili, quia text. hic agit de Monachis, *d. c.cum M.* de Canonicis; Monachus enim honeſtè vitam ducit, ſi ſine penuria vivat, cùm voto paupertatis ſit adſtrictus: Canonici tamen cùm hujuſmodi votum non emittant, latiùs alendi ſunt, additque *n.*84.hunc text.agere de Eccleſia non numerata, & *d. cap.cùm M,* de Eccleſia numerata. His addo gloſſ. *verbo abſque penuria,in c.* 1. *de ſtatu Regul. lib.*6. tres conſtituentem terminos ad invicem contrarios, eorúmque primus eſt vivere commodè; ſecundus omninò contrarius eſt,vivere cum penuria: tertius, & illorum medius eſt, vivere ſimpliciter, putà ſine penuria, ac citra commoditatem, ut propterea non egeat, nec abundanter vivat, ſed neceſſariis dumtaxat potiatur alimentis, quam quidem gloſſ. ſequitur Campan. *in diverſorio iuris Canon. rubr.*8. *c.*2.*in fine.*

SVMMARIVM.

1 *Laici in canonicos non poſſunt inſtitui.*
2 *Laici incapaces ſunt beneficiorum.*
3 *Capacitas in beneficiis attenditur tempore præſentationis.*

Cap. In Eccleſia II. *Eugen.*

LAici non poſſunt in Canonicos inſtitui, ſed nu- 1
merus explendus eſt ex ipſis Clericis intra debitum tempus. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect.Zabar.Bellam.Ioan.Andr. Imol. Anan. Butr. Hoſt. Henric. Panorm.Guid.Papæ, Viv. *in ration.lib.*3. *iuris Pontif.pag.*118. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 406. remiſſivè Ximen. *in concord. p.*1. & 2. refertur ab Ant. Auguſt. *collect.*2. *Decret. lib.*3. *tit.*6. *c.*3.

Text. iſte communiter allegari ſolet ad hoc, quod 2
laici incapaces ſunt beneficiorum, ex quo ita deducunt Selu.*de benef.p.*3.*q.*6. Ceval. *commun. contra communes, q.*523. Azor.*inſtit. moral.p.*2. *lib.*6.*c.*2.*q.*5. Perez de Lara *de anniverſ. & capellan. lib.*2.*c.*5.*à num.*2. Nicol.Garc.*de benef.p.*1.*c.*1.*à num.*9.Valer.Reginald.*in praxi fori pœnit.lib.*30.*tract.*3.*n.*147. Sanch.*de matrim. lib.*7.*diſp.*42.*n.*14. ubi etiam cum aliis reſoluit, quod ad beneficium obtinendum non ſufficit quempiam habitum Clericalem geſtantem, animum habere ſtatim obtento beneficio aſſumendi Ordinem clericalem, ſed hic Ordo debet neceſſariò præcedere, quod etiam contra *gloſſ.ult.in præſenti,* tenet Gonzal.*ad reg.*8.*Cancel.gloſſ.*2.*num.*66. Amplia quamvis ille,cui confertur beneficium, incederet in habitu, & tonſura, & communiter reputaretur Clericus; adhuc enim ſi conſtet de veritate, collatio beneficii non tenet, ut per Flamin.*de reſign. benef. lib.*4.*q.*2.*n.*59. Gonzal. *d.gloſſ.*2.*à num.*64. Nicol. Garc.*d.cap.*1. *num.*11.& 12. quos refero ego ipſe *de offic. & poteſt. Epiſcop.p.*3. *allegat.*72. *num.*73.

Illud autem quod in beneficiis attenditur capaci- 3
tas tempore præſentationis, quod firmat cum Rota Mat.Anton.*var.reſol. lib.*1.*reſol.*19.*n.*3. intelligendum eſt de præſentatione propriè dicta, quæ fit tunc cùm præſentatus coram Ordinario perſonaliter ſiſtitur ab eo inſtitutionem accepturus, ut reſpondit Rota *in una Burgen. Abbatiæ,* 19. *Novembris* 1588. coram D. Penia, hinc pariter tenens nominationem factam per patronos laicos etiam de non Clerico ad beneficium, eſſe validam: refert Aloyſ.Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſiaſt.reſol.*140. *num.*3.& ego ipſe *d. alleg.*72. *num.*76.

Repetita illa vulgari concl. ex hoc text. deſumpta, quod laicus non poſſit habere beneficium Eccleſiaſticum, cui ſimilis text. *in cap.cum adeò* 18. *de præſcript. & in cap.ex literis, de tranſact.* quam ex antiquioribus probat Abb.*in cap.Ioannes,num.*7.*de Clericis coniug.* Dec. *in cap.decernimus, num.*30. *de iudic.* Sylveſt.

verbo

verbo beneficium 3.*n*.8. Gom.*de expect.num*.89.Gig.*de penſion. q*.86.*num*.7. *&* *q*.21.*num*.16. Staph. *de literis gratiæ*, §.*nona forma*,*n*.24.Rebuff.*in praxi*, *tit.de cleric. n*.4. *&* *tit. differentiæ inter reſcripta gratia*,*n*.38. Lamb. *de iurepatron.p*.1.*lib*.2.*q*.6.*art*.2.*n*.15. Marſil.*de reddit. p*.2. *c*.18.*n*.17. Couar.*lib*.4.*variar.c*.16.*num*.4. Gutier. *col*.2. *n*.21. Fuſc. *de viſit.c*.21. *num*.13. Obſtat tamen quod B. Nicolaus fuit promotus ad Epiſcopatum antequam Clericus diceretur; quinimò S. Ambroſius Archiepiſcopus factus eſt antequam Baptiſmi Sacramentum ſuſciperet, teſtatur Gratian. *in cap.ſtatuimus*, 61.*diſt*.& conſtat Epiſcopatum,ſeu Archiepiſcopatum eſſe quidem beneficia Eccleſiaſtica, aduertit Selu.*de benefic.p*.1.*q*.2.*n*.19.Rebuff.*in praxi*, *tit.de reprobata beneficij viuentis impetratione*, *n*.44. Obſtat rurſus, quod laicus Summus Pontifex eſſe poteſt, iuxta gloſſ. receptam *in cap.ſi quis pecunia*, 79.*diſt*. aduertit Abb. *in cap*...*num*.7.*de Regular*.facit text.*in c.licet ad euitanda* 7. vbi gloſſ.*verbo abſque vlla exceptione*,*de elect*.iuncto text. *in cap. ſi Papa*, *verſic.niſi*, 40.*diſt*.& quæ tradunt Caſtro *de iuſta hæreticorum punit.lib*.2.*c*.25. Simanc.*de Catholicis*, *c*.45.*n*.36.Et conſtat Pontificalem dignitatem beneficium eſſe Eccleſiaſticum, iuxta text. *in c.de maledicis*, aduertit Selua *vbi ſupr*.*n*.14.

Pro quorum dubiorum ſolutione aduertendum eſt circà beneficia Eccleſiaſtica duo eſſe conſideranda, vel enim conſiderari poteſt acceptio beneficij, & collatio ipſa tempore quo fit; vel rurſus conſideratur eiuſdem beneficij Eccleſiaſtici prætenſio ex poſt facto; inter quæ illud eſt diſcrimen, quod licèt in vtroque caſu laici prohibeantur, diuerſo tamen modo in vno atque in alio prohibitio facta reperitur; patet ſi expendas quod retentio beneficij à laicis non tantùm iure humano, verùm etiam diuino prohibetur; etenim cùm retentio beneficij ob illius adminiſtrationem ſupponat diuini officij miniſterium, purà adminiſtrationem Sacramentorum in curatis, & in aliis alia, & iſthæc miniſteria non tantùm iure humano, verùm & diuino laicus facere prohibeatur, iuxta ea, quæ S. Tom.2.2.*q*.100.*art*.4. Sor. *lib*.6. *de iuſt*.*q*.7.*art*.1. Couar. *lib*.1.*var.c*.17.*n*.5. rectè ſit retentionem beneficij non tantum iure humano, verùm etiam diuino laicis interdici, quicquid contradicat Gig. *de penſ. q*.21. *n*.4. Non ſic dicas de beneficij acceptatione, quæ quidem cùm adhuc prædictum miniſterium neceſſariò non ſupponat, non diuino iure,ſed ſolùm humano prohibita cenſetur. Patet ſi expendas attento iſto iure non aliter eſſe faciendam collationem, niſi perſona ſit idonea, quæ beneficio deſeruire poſſit, quod quidem laicus tempore collationis facere nequit:ſic aliàs data diſpenſatione de ſtylo curiæ,quando laico mandatur beneficium conferri, apponitur clauſula cupienti adſcribi militiæ clericali, vt teſtatur Com.*de expectat*.*n*.90.

Quo ſuppoſito colligitur text. *in præſenti*, quatenus tempore collationis Ordines Eccleſiaſticos requirit, iuris humani conſtitutionem continere; licèt enim ſit contra legem diuinam laicum beneficium in titulum retinere ob ipſius miniſterium, vt ſuprà dictum eſt, non tamen Dei præceptis aduerſatur ad beneficium laicum aduenire pietate, & eruditione inſignem intra breue tempus ordinandum: ſic aliàs qui ſacros Ordines non habet, curato beneficio iure diuino deſeruire non poteſt, iuxta reſoluta *in cap. omnis vtriſque ſexus*, *de pœnitent*. quem tamen conſtat ad curatum beneficium admitti intra breue tempus ordinandum, argum. text. *in cap.licet canon*, *de elect. lib*.6. licèt enim in illo tempore beneficium retineat, propter tamen deſtinationem, quam habet ad ſacros Ordines, vt in ſacris ordinatus retinere dicitur: ſic ſimiliter licèt laicus intra illud breue tempus poſſideat, non tamen vt laicus dicitur retinere, propter illam deſtinationem, data diſpenſatione ad obtinendum, aliàs nihil conſideratur ſuper quo caderet diſpenſatio; vnde ſupradicta clauſula in diſpenſatione adjici ſolet. Ex quibus iam intellectus *ad d cap.ſtatuimus*, vt procedat data diſpenſatione, conſtat ex illis verbis, *poteſt rata haberi* Patet ſi expendas admiſſionem laici, de qua *ibi*,iuris quidem humani prohibitionem ſolummodò continere, iuxta ſupradicta, & probat eleganter idem text. *in d. c. ſtatuimus*, ibi, *Eccleſia prohibitiones*. Vnde meritò relaxata illa prohibitione ob virorum ſanctimoniam admiſſio facta fuit, non ſic dicendum erat, ſi voluiſſent prædicta beneficia retinere abſque Ordinis promotione, iuxta ſuprà reſoluta. Sic aliàs Pontifex laicus tempore electionis eſſe poteſt, purà quia exceptio iuris humani, qualis eſt iſta, illo tempore ipſius electionem auferre non poteſt, iuxta *d.cap. licèt ad euitanda*, ibi, *abſque vlla exceptione*.

SVMMARIVM.

1 *Beneficiorum inſtitutio ſpectat ad Epiſcopos, & eorum Officiales.*

2 *Declaratur text. in præſenti.*

3 *Vicarij generales Epiſcoporum an ex vi Vicariatus poſſint inſtituere præſentatos à patronis, oſtenditur.*

4 *Epiſcopi de iure communi fundatam habent intentionem in beneficiorum collatione.*

Cap. Ex frequentibus III.

Alex. III.

Beneficia Eccleſiaſtica recipienda non ſunt, niſi ab his, ad quos pertinent, ſcilicet Epiſcopo, vel eius Officiali, & qui contrà fecerint, id eſt tam illi, qui à laicis recipiunt, quàm laici, qui illa conferunt, ſunt excommunicandi, nec poſſunt abſolui, niſi priùs ſatisfecerint. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Imol. Anan. Butr. Hoſt. Anchar. Henric. Panorm. Viuian. *in ration. lib*.3. *iuris Pontif. pag*.118. Alagona *in compend. iuris Canon. pag*.406. remiſſiuè Caſal. *in annot*.& Ximen.*in concord. p*.1. *&* 2. refertur ab Anton. Auguſt.*collect*.1. *Decret. lib*.3. *tit*.7. *c*.1. eſt poſt Concil. Lateranen. *part*.28. *cap*.11. 1

In hoc text. vt ex illius litera colligitur, proponitur conſuetudo,ſeu magis corruptela, quæ in Cantuarienſi Archiepiſcopatu inualuerat, quod Clerici auctoritate propria ſine Epiſcopi,vel alterius, qui de iure poſſet titulum conferre, beneficia occupabant, vt deducitur ex illis verbis, *qui hoc de iure poſſunt*, intelligendo non expoſitiuè, quaſi ſit ſenſus hoc poſſe Vicarios,& quoſcumque Epiſcopi Officiales, ſed reſtrictiuè ad eos,quibus ſpecialiter conceſſum eſt, vt ſit ſenſus abuſum, quem reprobat, in eo conſiſtere,quod Clerici ſine Epiſcopi, vel alterius, qui poteſtatem habeat conferendi, auctoritate propria beneficia occupabant, vt tetigit Abb. *hic*,*num*.8. & explicat Rebuff. *in praxi benefic.tit.forma Vicariatus*,*num*.128.& ex aliis refert Couar. *lib*.4. *variar.cap*.10. *num*.7. *in princip*.& poſt eum Sbroz.*de officio Vicarij*, *lib*.2.*q*.111.*num*.10. & comprobatur ex proprietate relatiui, *ad quos*, quæ ea eſſe noſcitur, vt quoties ponitur ſine copula *&*, adiiciatur generi, cuius omnibus ſpeciebus 2

non competit, ſtat reſtrictiuè, iuxta receptam doctrinam, quam ex text. *in l. ea tamen adiectio, ff. de legatis 3.* atque aliis ſingulariter deducit Bart. *in l. omnes populi, num. 1. ff. de iuſtit. & iure, & in l. 3. in princip. C. de ſumma Trinitat.* receptus ex multis, de quibus Alphan. *collect. 56.*

3 *Vel officialium ſuorum.*] Ex his verbis Doctores multi colligunt Vicarios generales Epiſcoporum ex vi Vicariatus, abſque alia ſpeciali commiſſione poſſe inſtituere ad præſentationem patroni, ſicut etiam confirmare electos, quia non liberalitatem exercere, ſed magis ex neceſſitate facere dicuntur, ad hoc text. *in præſenti* expreſſum reputantes, vt per gloſſ. *hîc. & in cap. vlt. verbo, non poſſunt, de offic. Vicarij, lib. 6.* quas refert, & ſequitur, ac latè tuetur Sbroz. *d. q. 11 à princip.* & poſt Selu. Duaren. Lambertin & plures alios Nicol. Garc. *de benefic. p. 5. c. 83.* Prax. Epiſcop. *p. 1. verbo Vicarius*, §. 18. Gonzal *ad reg. 8. Cancell. gloſſ. 9. §. 1. à n. 78.* Viuian. *in praxi iuriſpatronat. p. 2. lib. 1. cap. 2. n. 3.* Soar. de Pace *in pract. tom. 1. prel. 3. num. 7. & 8.* Azor. *inſt. t. moral. p. 2. lib. 7. c. 22. q. 3.* Narbon. *de apellat. à Vicario ad Epiſcopum, p. 1. n. 187.* Ego ipſe *de offic. & poteſt. Epiſc. p. 3. alleg. 54. n. 70.* quorum reſolutio licèt plures grauiſſimos habeat contradictores, & in primis Rebuff *d. tit. forma Vicariatus, à n. 126.* Roland. *conſ. 47. n. 45. vol. 2.* & alios quos refert Sbroz. *d. q. 111. n. 4.* in ſe quidem verior eſt, in rigore diſputationis optimè defenditur, & ſecundùm eam reſpondiſſe Illuſtriſſ. Cardinal. Sacr. Congregat. Concilij teſtantur Nicol. Garc. & Narbon *citatis locis*, & Sacram Rotam ſecundùm eum iudicaſſe refert Card. Caualer. *deciſ. 28. n. 5.* ſed ad literam huius text. minimè adaptatur, tum quia vt oſtendimus, intelligendo verba illa reſtrictiuè, non probant concluſionem affirmatiuam, quam ex eo colligunt: tum etiam, quia non agit text. de inſtitutione ſpecialiter ſumpta, quæ ſcilicet fit ad patroni præſentationem, ſed generaliter de Clericis qui ſine titulo habito ab Epiſcopo, vel officialibus ſuis, vel alia perſona, quæ de iure habeat poteſtatem, beneficia occupabant, ac ſubinde ſi verba prædicta, quia hoc de iure poſſunt, ſtarent expoſitiuè, vt iſti volunt, probat text. poſſe officiales Epiſcoporum ſine ſpeciali ipſorum conſenſu, ſeu commiſſione beneficia conferre, quod eſt directè contra text. *d. cap. vlt.* & contra receptam omnium ſcribentium ſententiam, quos refero *d. alleg. 54. n. 69.*

4 *Sine conſenſu Epiſcopi.*] Ergo in collatione beneficiorum Epiſcopi de iure communi fundatam habent intentionem, vt per Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. §. 1. proœm. num. 21.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 30. tract. 3. n. 239.*

SVMMARIVM.

1 *Inſtitui quis non debet vltra facultates inuitis Eccleſiæ Clericis.*

2 *In Eccleſiis admitti non debent plures, quàm commodè ex redditibus nutriri poſſunt.*

3 *Inueſtitura verbali per annulum, vel birretum, vel aliud ſignum transfertur poſſeſſio.*

Cap. Auctoritate IV.

Clem. III.

1 Inſtitui quis non poteſt vltra facultates inuitis Eccleſiæ Clericis. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Imol. Anan. Butr. Hoſt. Anchar. Guid. Panorm. Viu. *in ration. lib. 3. iuris Pontif. pag. 119.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 406.* remiſſiuè Ximen. *in concord. part. 1.* refertur ab Anton. Auguſt. *collect. 2. Decret. lib. 1. tit. 2. de iudic. c. 1.*

Vltra quam facultates earum, &c.] Notatur ad hoc, quod in Eccleſia admitti non debent plures, quàm commodè ex redditibus nutriri poſſint, vt per Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitentialis, lib. 30. tract. 3. num. 297. in fine*, & vide tradita *ad cap. 1. num. 2. ſupr. hoc tit.* 2

In gloſſ. *inſtituatur*, ibi, *quod poteſt fieri per annulum*, &c. Notatur ad hoc, quod verbali inueſtitura per annulum, vel birretum, vel aliud ſignum non transfertur poſſeſſio, ſed tantùm tribuitur licentia capiendi poſſeſſionem propria auctoritate, vt per Boër. *deciſ. 299. n. 2.* Menoch. *remed. 6. adipiſc. num. 34.* Couar. *lib. 3. cap. 15. num. 10.* Tiraq. *in tract. le mort, in præfat. declar. 1. n. 5.* 3

SVMMARIVM.

1 *Inſtituendi in Eccleſiis non debent eſſe vnius nationis tantùm, ſed vndecunque exiſtant, dummodo idonei ſint.*

2 *Literati in Eccleſia ſunt præficiendi.*

3 *Idonei eliguntur ad beneficia ex quocunque loco, & natione, ſi in Regno de eadem natione, & lingua tales non inueniantur.*

4 *Statuta, & conſuetudines, quod beneficia oriundis conferantur, & non aliis, an valida cenſeri debeant, remiſſiuè.*

Cap. Cùm decorem V.

Innoc. III.

Qui in Eccleſiis ſunt inſtituendi, non debent eſſe vnius nationis tantùm, ſed vndecumque veniant, dummodo idonei exiſtant, eligendi ſunt. Colligunt ex Ordin. Abb. Antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Imol. Anan. Butr. Hoſt. Anchar. Henric. Panorm. Cened. *collect. 56.* Viuian. *in ration. lib. 3. iuris Pontif. pag. 119.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 406.* remiſſiuè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Ant. Auguſt. *collect. 3. Decret. lib. 3. tit. 7. c. 1.* 1

Viros literatos.] O Deus bone! quot repetitis vicibus commendatum in iure reperitur, vt præficiendi in Eccleſia ſint literati, de qua re plura tradunt Dec. *in cap. cùm in cunctis, ex n. 12. de elect. & in cap. prudentiam, ex num. 2. de offic. deleg.* Conrad. *in templo omnium iudic. lib. 2. c. 1. §. 4. ex n. 1. fol. 135.* Felin. *conſ. 10. num. 4.* Chaſſan. *in catal. gloriæ mundi, p. 1. ex princip.* Hoied. *de incompatib. benef. p. 1. c. 24. ex n. 28.* Gig. *conſil. 3. ex n. 15. & conſil. 144. ex n. 1.* Roland. *conſil. 47. ex n. 75. vol. 1.* Rebuff. *in concord. tit. de collat. in gloſſ. viris literatis, & in cap. poſtulaſtis, ex n. 33. de cleric. excommun. miniſtr.* Lambertin. *de iurepatron. lib. 2. p. 3. q. 5. art. 11. ex n. 5. in fine*, Fuſc. *de viſit. lib. 2. c. 28. n. 4.* Marſil. de Columna *de Eccleſiæ redditib. p. 1. c. 19. in princip.* & vide quæ latè dixi *ad c. de multa, de prabend. ex n. 16. & ad cap. graue nimis, eod. tit. n. 4.* 2

Vndecumque originem duxerit.] Notatur ad hoc, quod ex quocumque loco & natione idonei ad beneficia eligendi ſunt, vt per Camill. Borel. *in ſumma omnium deciſ. tit. 6. num. 3.* Non eſt enim de iure attendenda quantum ad collationem, & prouiſionem 3

benefi

beneficiorum acceptio perſonarum. Rot. decíſ.24. n.2. apud Farin. in collect. noviſſ. aliàs part.4. diverſ. Maſſobr. in praxi habendi concurſum, prael.7. dub.21. num.37. ſe-
4 cundùm Romanam impreſſ. Vtrùm antem valida cenſeri debeant ſtatuta, vel conſuetudines quod beneficia oriundis conferantur, & non aliis, vide Rebuff. in praxi benef. p.3. tit. de reſcriptis mixtis, in princip. à n.6. & gloſ.1. & 2. & in tract. nominat. q.9. n.48. poſt med. Andr. Gambat. de offic. & poteſt. legati de latere, lib.3. ex n.537. & lib.6. ex n.379. Mandoſ. reg.16. q.39. & conſ.27. ex n.29. & conſ.55. à princ. Roland. conſ.47. ex n.67. vol.1. Ludov. Gom. reg.19. Cancel. Arnulph. Ruſae. in tract. de iur. regal. privil.29. num.7. Carol. de Graſſ. lib.2. iure 8. Selv. de beneſic. part.2. quaeſt.23. ex n.34. & p.5. q.28. ex num.1. Hojeda de incompatib. benef. p.1. c.23. ex num.84. & cap.24. ex num.43. & ex num.86. Hieron. Portoles in ſchol. ad Molin. §. alienigena, ex num.5. Salzed. in pract. cap.56. in noviſſ. edit. Burg. de Pace l.3. Tauri, n.374. Azeved. ad Curiam Piſanam, lib.1. c.12. ex num.8. & lib.14. ex num.1. tit.3. lib.1. nova recop. Segura Davalos in direct. iudicum Eccleſ. part.1. cap.9. Rot. in Placentina admiſſionis ad Capitulum, 8. Aprilis 1585. coram Card. Blanchetto, & in Seguntina admiſſionis ad Capitulum, 26. Iunij 1587. coram bonae mem. Gyptio, & in eadem 7. Iunij 1610. coram Patriarcha Manzanedo, in Toletana confraternitatum, 3. Decembris 1618. coram Vbaldo, in quibus deciſionibus fuit dictum, ſtatutum prohibens Clericos forenſes admitti ad Capitulum, tanquam illicitum, ambitioſum, & contra jus non tenere, Azeved. ad Curiam Piſanam, lib.1. c.12. à num.8. & l.14. à n.1. tit.3. lib.1. nova recop. Spin. in ſpeculo teſtam. gl.3. princ. à num.32. Salzed. ad Bernard. in pract. cap.54. Cur. Philip. part.2. lib.1. cap.1. num.37. GutTier. canon. lib.2. cap.11. à n.29. Perez l.18. verbo, que ningun eſtrangero, tit.3. lib.1. Ordin. Anton. Oliban. in comment. ad uſaticum, alium namque, de iure fiſci, cap.13. num.53. cum ſeqq. ubi de Aragonenſibus, Ferrer. in conſtit. Catalauniae, gloſ.2. n.62. ubi de Catalaunis, Cabed. de patronatibus Regiae Coronae, c.29. ubi de Luſitanis, Petr. Greg. ſyntagm. iuris lib.17. cap.6. n.41. & 42. ubi de Britannis, & Vngaris, Petr. Ludov. Martinez in allegat. Viceregis extranei, n.258. cum ſeqq. Cened. ad Decret. collect.56. num.7. Azor. inſtit. moral. p.2. lib.6. cap.4. q.25. verſ. deinde, Cened. pract. & canonicarum quaeſt. lib.1. quaeſt.28. à princ. ubi num.18. reſolvit extraneum à Regno poſſe in eo creari Vicarium Epiſcopi. In quibus Regnis exteri ex Summorum Pontif. indultis beneficia obtinere non poſſint, dixi ad c. bonae, il 2. de poſt. Prael.

SUMMARIUM.

1 *Eccleſias in poſſeſſione inſtituendi, vel conſervandi exiſtens, etiam contra ius commune, pendente lite de proprietate manutenetur in poſſeſſione.*

2 *Verbum*, ſpectat, *non ſolùm poſſeſſionem, ſed etiam dominium ſignificat.*

3 *Inſtitutio, & deſtitutio beneficiatorum de iure communi pertinet ad Epiſcopum in ſua dioeceſi.*

4 *Dominij exceptio opponi poteſt agenti poſſeſſorio, ſi illam probare poſſit incontinenti.*

5 *Promiſſio facta per verba generalia, & adulatoria, non inducit obligationem aliquam.*

6 *Sententia ſuper poſſeſſorio lata dicitur interlocutoria.*

7 *Poſſeſſio contra ius iuvata vera praeſumptione alicujus tituli, ſufficit ad repellendum proprietarium illius iuris.*

8 *Reſtitutionem petenti an, & an quando obſtet ſpontanea abiuratio, remiſſivè.*

9 *Obligatio praeſumitur perſonalis, & non realis.*

10 *Privilegii verba ſi referantur ad perſonam, cenſetur privilegium perſonale; ſi autem referantur ad rem, cenſetur reale.*

CAP. Cùm veniſſent VI.

EXiſtens in poſſeſſione inſtituendi, vel conſervandi Eccleſias etiam contra jus commune, pendente lite de proprietate manutenetur in poſſeſſione. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſt. Henric. Anch. Panorm. Guid. Papae, Vivian. in ration. lib. tertii iuris Pontif. pag.66. Alagona in compend. iuris Canon. pag.407. remiſſivè Calal. in annot. & Ximen. in concord. part.1. & 2. refertur ab Anton. Aug. collect.3. Decret. lib.3. tit.7. c.3. 1

Spectat. Hoc verbum non ſolùm poſſeſſionem, ſed etiam dominium ſignificat, ut per Menoch. conſ.21. num.4. 2

Tam de iure communi.] Notatur ad hoc, quod de jure communi inſtitutio, & deſtitutio beneficiatorum ſuae dioeceſeos pertinet ad Epiſcopum, ut per Valer. Reginald. in praxi fori poenitent. lib.30. tract.3. num.239. & plures alios, quos refero ego ipſe de officio, & poteſt. Epiſcop. p.3. alleg.72. n.176. 3

Inter alia verò, &c.] Notatur ad hoc, quod exceptio dominii opponi poteſt agenti poſſeſſorio, ſi illam probare poſſit incontinenti, ut per Maſcard. de probat. concl.98. 4

Faceret quod ſibi placeret.] Notatur ad hoc, quod promiſſio facta per verba generalia, & adulatoria non inducit obligationem aliquam, ut per Viv. tom.2. commun. opin. lib.8. tit.22. n.42. pag.362. Cald. Pereira de nominat. emphyt. q.1. n.39. Ioſeph. de Seſſe Aragon. deciſ.182. n.13. 5

Nos interloquuti fuimus, &c.] Ergo ſententia ſuper poſſeſſorio lata dicitur interloquutoria, de quo vide Menoch. remed. ultim. retin. num.46. & 47. Covarr. pract. cap.17. Valaſc. conſ.79. n.17. Bernard. Graevae. ad practicam Camerae Imper. lib.1. concluſ.7. conſid.1. num.1. 6

Donec probatum legitimè, &c.] Notatur ad hoc, quod poſſeſſio contra jus juvata vera praeſumptione alicujus tituli, licèt clarè non conſtet de qualitate tituli, ſufficit ad repellendum proprietarium illius juris, niſi clarè probet defectum tituli praeſumpti, ut per Abb. in praeſenti, quem refert Gutier. pract. lib.3. q.19. n.8. 7

Archidiaconum abiuraſſe, &c.] An & quando reſtitutionem petenti obſtet ſpontanea abjuratio, & de conciliatione hujus text. cum c. accepta, de reſtitut. ſpoliat. vide ibi Navar. oppoſit.1. ubi novem refert concordias, & literalem caſum hujus text. pro ejus elucidatione ponit Gutier. d. q.19. n.31. 8

Si conceſſio illa fuerit realis.] Notatur ad hoc, quod obligatio praeſumitur perſonalis, & non realis, ut per Maſcard. de probat. concl.1121. per totam. 9

In gloſſ. *Fuiſſe*, ibi, *immò ſi perſonae facta fuit, praeſumi debet perſonalis, ſi dignitati, realis.*] Notatur ad hoc, quod ſi verba privilegii referantur ad perſonam, cenſetur privilegium perſonale: ſi autem referantur ad rem, cenſetur reale, ut per D. Barboſ. in l. quia tale, n.2. ff. ſolutò matrim. & num.42. reſolvit quod privilegium conceſſum dignitati cenſetur reale, & perpetuò durat, prout & dignitas perpetuò durare dicitur. 10

In gloſſ. *Abiuraſſe*, ibi, *factum Praelati non praeiudicat*

dicat Eccleſia. De hoc vide latè per Ioan. Bapt. Coſt. *de facti ſcient. & ignorant. inſpect. 39. per tot.* ubi multipliciter ampliat, & limitat.

SVMMARIVM.

1 *Collatio dignitatum ſi ſpectaverit ad unum, is non poteſt ſeipſum inſtituere.*

2 *Dans, & recipiens differunt inter ſe.*

3 *Conferendi dignitatem habens poteſtatem, ſi illam alii dederit, an poſſit ab illo dignitatem recipere, oſtenditur.*

4 *Procurator conſtitutus à patrono, non poteſt ipſum patronum præſentare.*

Cap. Cùm ad noſtram XII. & ult.

1 PRælatus quando quis efficitur, non poteſt retinere dignitatem, quam priùs habebat, quia illa vacat ipſo jure; nec vacantem aliquam ſibimet poteſt conferre, quia inter dantem, & recipientem debet eſſe diſtinctio perſonalis, nec poteſt illam recipere ab alio, quia alius non habet jus conferendi. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſt. Butr. Anch. Henric. Panorm. Guid. Papæ, Vivian. *in rationali libri tertii iuris Pontif. pag.* 120. Alagona *in compend. iuris Canonici, pag.* 407. remiſſivè Caſal. *in annot.* Ximen. *in concordant. part.* 1. *&* 2. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 3. *Decret. lib.* 3. *tit.* 7. *c.* 4.

2 *Cùm inter dantem & recipientem*, &c.] Notatur ad hoc, quod differunt inter ſe dans, & recipiens, ſicut eligens, & electus; inſtituens, & inſtitutus; vendens, & emens; locans, & conducens; imperans, & ſubditus; reſtituens & reſtitutus, ut per Flamin. *de reſign. benefic. lib.* 9. *quæſt.* 17. *num.* 109. Bellet. *diſquiſit. cleric. part.* 1. *tit. de bonis Clericorum*, §. 11. *num.* 23. & Doctores à me citatos *de offic. Epiſcop. part.* 3. *allegat.* 72. *num.* 85.

Recipere non potuit à ſeipſo.] Collige ex text. non poſſe inſtituentem ſeipſum in beneficio Eccleſiaſtico inſtituere, ita gloſſ. *verbo Recipientem*, Innoc. Abb. *num.* 1. *&* 4. & alii DD. *in præſenti*, idem Abb. *num.* 1. *in cap. per noſtras*, *de iurepatron.* DD. communiter *in cap. cùm in iure peritus*, *de elect.* Roch. *de iurepatron. verb. honorificum, num.* 20. Paulus de Citad. *eod. tract. part.* 6. *quæſt.* 84. *art.* 5. Lambert. *lib.* 2. *part.* 1. *quæſt.* 8. *art.* 2. Dec. *conſ.* 151. *n.* 10. Socin. *conſ.* 11. *volum.* 1. Manric. *dial.* 34. Amplia text. hunc procedere etiam in procuratore, qui quidem virtute mandati conſtituentem non poteſt inſtituere in beneficio, in quo ipſe conſtituens habet poteſtatem inſtituendi, ſiquidem per ipſum procuratorem conſtituens cenſetur ſeipſum inſtituere, ex reg. text. *in cap. mulieres*, §. *illi*, *de ſententia excom. reg. qui per alium*, *lib.* 6. unde cùm conſtituens ſeipſum inſtituere non poſſit, utique nec per alium, nempe procuratorem, id poterit efficere, qui non aliter conſtitui poteſt, quàm poſt vacationem Eccleſiæ, propter text. *in cap. ult. de conceſſ. præb.* qua data vacatione maxima fraus reſultat reſpectu conſtituentis per conſtitutionem procuratoris. Accedit, quia procurator non aliter poteſt in beneficio inſtituere, quàm nomine ipſius conſtituentis, cujus perſonam in tali inſtitutione repræſentat, fatetur Lambert. *lib.* 2. *part.* 1. *quæſt.* 8. *art.* 9. *num.* 3. quo dato neceſſariò videtur dicendum, conſtituentem ſeipſum in effectu inſtituere, contra text. *in præſenti*, & reg. text. *in d. cap. per noſtras*, cujus ratio ambitionis etiam, & maximè in inſtitutione verificatur, & ita in ſpecie hanc ſententiam tenent Abb. *num.* 6. Ioan. Andr. & alii in præſenti, Zabarel. *in cap. ex inſinuatione*, *de iurepatr.* Pavin. *de poteſtate Capituli Sede vacante*, *part.* 2. *quæſt.* 5. *in fin.* Roch. *verbo Ipſe*, *vel is*, *quæſt.* 20. Lambert. *dict. artic.* 9. quamvis contrarium teneat Gloſſ. *verbo Recipientem*, *ad fin. hic*, exiſtimans procuratorem poſſe inſtituere dominum, cujus ſententia poterit procedere, quando dominus conſtituens legitimè transfert in alium omnimodam, & abſolutam poteſtatem inſtituendi, vel præſentandi, ita ut alius ſuo proprio jure inſtituere, vel præſentare dicatur, prout in effectu illam explicat Abb. *d. n.* 6. Lambert. *d. q.* 8. *art.* 11. & dixi *in collect. ad illam gloſſam*, quod quidem eſt faciendum interveniente juſta cauſa concedendi, ſeu transferendi tali modo, ne aliàs fraus præſumatur, prout in ſpecie advertit Lambertin. *dict. art.* 9. *num.* 4. *& dict. art.* 11. *à num.* 2. Nec ſupradictæ opinioni refragatur quod Romanus Pontifex Confeſſarium conſtituit, & quotidie abſolvitur ab illo, cui ſe ſubjicit, tradit gloſſ. ſingularis *in cap. ſanè, il* 2. *de....* Covarruv. *in cap. alma*, *part.* 1. §. 1. *num.* 5. Navarr. *in cap.* 1. *in princip. num.* 20. *& in cap. placuit*, *num.* 9. *de pœnitent. diſt.* 6. Caſtr. *lib.* 2. *de iuſta hæret. punit. cap.* 23. Reſpondet enim text. Abb. *d. num.* 6. & latè Navarr. *d. cap. placuit*, *à num.* 15.

In gloſſ. *Dantem*, ibi, *ſed quid ſi ipſe conferret alii poteſtatem conferendi illam dignitatem, nunquid poſſit ab illo illam recipere, ut ſic non videretur eam recipere à ſe ipſo*, &c. In hac quæſt. gloſſ. *in præſenti*, 3 arguit pro utraque parte, primò pro negativa, deinde pro affirmativa, in eo tamen omnes conveniunt, ut forma translationis attendenda ſit, ut ſi is, qui jus conferendi habebat, in totum à ſe hanc facultatem in alium abdicavit donando illi, ita ut is, qui liberalitatem recepit, debeat ſuo nomine conferre, non nomine ejus, qui in eum hanc facultatem tranſtulit, & tunc poterit ab illo eligi, quia ille tunc eligit ſuo proprio nomine, non uti miniſter, vel procurator alterius, & ſic valida erit donatio facta donatori: ſi verò jus conferendi ſit in alium tranſlatum, ut in compromiſſarium, vel ut in procuratorem, tunc ille non poterit eligere, vel præſentare, vel illi conferre; cum enim ille ipſius vicem gerat, idque agere debeat nomine ipſius, cujus eſt compromiſſarius, vel procurator, quemadmodum ipſe ſibi conferre non poſſet, ita nec hoc ei licebit per miniſtrum ſuum: hanc diſtinctionem approbant omnes *in præſenti*, Ioan. Andr. *num.* 4. Butr. *num.* 8. *verſ. quæro, cum eadem gloſſ.* Anchar. *col. ultim. num.* 6. *verſ. quærit gloſſ.* Zabarel. *num.* 7. *verſ. tertiò quæro*, Panormit. *num.* 6. *verſ. & in fine*, Imola *num.* 5. *verſ. in eadem gloſſ.* Ananias *num.* 10. *verſic. item nota quod quis*, Guid. Papæ *num.* 3. *verſ. quæritur ponamus.* Vnde jam colliges procuratorem conſtitutum à patrono non poſſe 4 ipſum patronum præſentare, ut per Flamin. *dict. quæſt.* 17. *num.* 113. Campanil. *in diverſorio iuris Canonici*, *rubr.* 11. *cap.* 13. *num.* 399. quos refero ego ipſe *dict. allegat.* 72. *num.* 87. ubi *num.* 89. cum Lambertin. & Vivian. reſolvo nec etiam ſubſtitutum à tali procuratore poſſe patronum, aut ſuum principalem procuratorem præſentare: & *numeris ſequentibus* alia inveniuntur in propoſito non contemnenda.

De

De Conceſſione Præbendæ, & Eccleſiæ non vacantis.

T i t. VIII.

SUper hanc rubricam ſcripſerunt Zabarel. Ioan. Andr. Imol. Anan. Anch. Butr. Panorm. Guid. Papæ, Durand. *in Breviario aureo iuris Canon. fol.91. verſo*, Ioan. de Londris *in Breviario ſanctorum Canonum, fol.174.* Petr. de Ravenna *in compendio juris Canonici*, Martin. Meſnart. *in epitome Decret. fol.104.* Daniel Venator *in analyſi methodica juris Pontificii, à pag.387.* Goffred. & Hoſtienſ. *in ſumma hujus tit.* Alexand. Caſan. & Anaſtaſ. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decretal.* Bartholom. Carthag. *in expoſitione titulorum iuris Canonici*, Zypæ. *in analytica poſtremi iuris Eccleſiaſtici enarrat. pag.177.* noviſſimè Ioan. Honor. *lib.3. ſumma in Decret.* omnes *ſub hoc tit.*

SVMMARIVM.

1 *Inſtitutus ſcienter in beneficio viventis eſt deponendus, & ab Eccleſiaſtica communione depellendus,* & num.2.

3 *Beneficia Sacerdotis vivi impetrans excuſatur à pœna, ſi de eius morte fama percrebuerat.*

4 *Sententia lata ſuper beneficio Eccleſiaſtico, an tranſeat in rem indicatam, oſtenditur.*

C a p. Qui in vivorum I.

Gelaſ. Papa.

1 INſtitutus ſcienter in beneficio viventis eſt deponendus, & ab Eccleſiaſtica communione depellendus. Colligunt ex Ordin.Abb.antiq.Innoc.Collect.Zabar. Ioan. Andr. Imola, Anan. Butr. Holt. Anch. Henric. Panorm. Guido Papæ, Viv. *in rationali libri tertii iuris Pontif. pag.122.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag.408.* remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concordant.p.1. & 2.*refertur ab Ant.Aug.*collect.1.Decret. lib.3. tit.8. c.1.* & *eod. collect.1. ſub tit. de ætate, & qualit. cap.2.*

2 Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſumunt Rebuff. *in praxi benef. tit. de reprobata beneficii viventis impetratione*, Cald. Pereira *de renovat. emphyt. q.5.n.3.* remiſſivè Nicol. Garc. *de benef. p.10.c.1. n.41. & 42.* Ordin. Reg. Luſit. *lib.2. tit.13. in princip.* ubi contra impetrantes beneficia viventis aliæ pœnæ latæ ſunt.

3 *Vivis Sacerdotibus*, &c.] Si tamen de illorum morte fama percrebuerat, excuſatur à pœna impoſita impetrantibus beneficia viventium, ut per Maſcard. *de probat. concl.1070. n.2.*

4 •In gloſſ. *Pellendi 2.* ibi, *tranſivit in rem indicatam.* Vulgò notatur ad hoc, quod ſententia lata ſuper beneficio Eccleſiaſtico tranſit in rem judicatam, ita ut veritate comperta non poſſit poſtea retractari ad inſtar aliarum, ex reg. *l. poſt rem iudicatam, ff. de re indic. cum vulgaribus*, ſequuntur DD. *hic*, communis ut per Felin. *à num.11. in cap. lator, de re indic.* Covar. *de ſponſal. p.2. cap. ult. n.12.* Socin. ubi limitat, *reg.449.* Hippol. *in pract. §. ordine, num.8.* pro quibus expendi ſolet *c. cùm dilectus 32. in fine, de electione.* Sed contrarium intendunt Innocent. & alii relati per Felin. *ubi ſuprà, n.14. ad fin.* pro quibus maximè urget, quod ſententia in cauſa matrimonii carnalis non ita in rem judicatam tranſit, quin veritate in contrarium comperta retractari valeat, *d. c. lator*, ubi addidi: igitur idem dicendum videtur in cauſa ſpiritualis matrimonii, quod inter Eccleſiam & beneficium contrahitur, *cap. quoniam, §. verò, verſ. ſi verò, ut lite non conteſt.* præſertim, quia ſicut ſententia injuſta in cauſa carnalis matrimonii continet vitium per partes irremiſſibile, ex additis ad *d. c. lator*, ita etiam in cauſa beneficiali, cùm non poſſint partes juſtum titulum præſtare beneficio, quod abſque canonica inſtitutione obtineri nequit, *reg.2. lim.7.* Nec oppoſitum probat *d. c. cum dilectus*, quia non agit de ſententia diffinitiva ſuper beneficio, aut ejectione, ſed de interlocutoria ſuper ætate, quam judex ad diffinitivam uſque revocare poterit, ut patet ex principio text. juncta *gloſſ. ult.* Nec etiam adverſatur gloſſa hæc, quia licèt probet ſententiam in propoſito tranſire in rem judicatam, non tamen dicit illam veritate poſtea comperta retractari non poſſe: obtinuit communis Doctorum explicatio utramque opinionem ſub diſtinctione defendi poſſe, ita ut prior procedat reſpectu illius, qui per ſententiam ſuccubuit; is enim ampliùs ſuper retractanda ſententia non auditur, & obſtat illi exceptio rei judicatæ: poſterior verò procedat reſpectu victoris, cui per ſententiam beneficium adjudicatur injuſtè, ſiquidem contra hunc veritate comperta ſuperior agere poteſt, & ſententiam priorem retractare, text. qui ſic communiter intelligitur, & ſummatur *in cap. cum olim, de dolo*, ſicut ea agere poterit tertius, quia rei judicatæ exceptio his perſonis non obſtat, cum quibus lis præcedens agitata non eſt, ex reg. *l.3. & 4. ff. de except. rei iud.* ita diſtinguunt Abb. *in c. cùm Bertoldus, n.28. de re iudic. & in d. c. cùm olim, n.6.* Rot. *deciſ.17. de re iud. in antiq.* & alii, ut per Felin. *ubi ſuprà*, Covar *d. loco.* Sicul. qui communem teſtatur, *in c. ad audientiam 2. n.54. de reſcript.* cujus differentiæ ratio illa videtur, quod in priori membro reſpectu illius, qui ſuccubuit, & in ipſius præjudicium ſententiæ vitium remiſſibile eſt, ab eodem quippe, qui potuit abſque peccato ſententiæ parere, & pendente lite renuntiare juri ſuo, arg. *c.1.* ibi, *renuntiavit, de in integ. reſtit. c.2.* ibi, *lite pendente cedant, ut lite pendente*, communis ut per Covar. *ubi ſup. n.14.* Boër. *deciſ.206. à n.2.* id quod ſecus eſt ex parte victoris, pro quo injuſta ſententia profertur; is etenim veritatis conſcius non poteſt uti hujuſmodi ſententia, & prætextu illius beneficium retinere, vel acquirere, in quo juſtum titulum non habet, qui conſenſus etiam expreſſus colligitantis, qui ſuccubuit, licèt ſufficiat ad ipſum excludendum, non ſufficit, ut alius juſtè acquirat, vel retineat, deficiente Canonica inſtitutione, quam ſententia non tribuit, ſed declarat, *l. ſicuti, §. ſed ſi, ff. ſi ſervitus vendicetur*, juvat *cap. olim, de reſcript.* & quæ ex illo notat *gloſſ. ult. in c.1. de eo, qui mittitur, in 6.* recepta communiter, ut per Felin. *in d. cap. olim, à n.10.* ac ſubinde in propoſito non procedit æquiparatio, & argumentum de matrimonio carnali ad ſpirituale, propter diverſam rationem, cùm in illo detur vitium irremiſſibile ex utraque parte, ut per Abb. *d. n.9.* & præcitatos: & hinc eſt quod confeſſio partis in cauſa beneficiali excludit confitentem, & ſufficit ut contra illum ſententia proferatur, text. juncta gloſſ. *verbo Conſtitit, in cap. poſt electionem, infr. hoc tit.* ubi DD. Præpoſ. *n.5. in cap. ſuper eo, de eo qui cognovit conſang.* ſecus tamen eſt in matrimonio carnali, *d. cap ſuper eo.*

SVM

SVMMARIVM.

1 *Beneficia non vacantia concedi, vel promitti non debent, & cùm vacaverint concedenda ſunt infra ſex menſes, quibus elapſis de Epiſcopo ad Capitulum, & è contra, demùm ad proximum ſuperiorem devolvitur collatio.*

2 *Beneficia Eccleſiaſtica nulla danda, aut promittenda antequam vacent.*

3 *Prohibitiones variæ expectativarum ad beneficia vacatura referuntur*, & n.4.

5 *Officia temporalia an promitti poſſint antequam vacent, oſtenditur.*

6 *Providere debent beneficia vacantia ii, ad quos proviſio ſpectat intra ſex menſes, aliàs collatio devolvitur ad Superiorem, ut* n.7.

8 *Papa ſtatim ac lapſum eſt primum ſemeſtre conceſſum Ordinariis ad providendum de beneficiis vacantibus, poteſt conferre.*

9 *Beneficia devoluta lapſo ſemeſtri conceſſo Ordinario ad conferendum, non dicuntur de novo vacare.*

Cap. Nulla II.

Ex Concil. Lateran.

1 Eccleſiaſtica miniſteria, & beneficia Eccleſiæ non tribuantur, neque promittantur antequam vacent, ne mors proximi deſideretur, quia expectatio futuræ ſucceſſionis etiam apud Gentiles fuit prohibita. Item ſi Epiſcopus debet conferre, & intra ſex menſes non confert, devolvitur collatio ad Capitulum, & ſi uterque eſt negligens, ad Archiepiſcopum. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſtienſ. Butr. Anchar. Henric. Panorm. Guid. Papæ, Vivian. *in rationali lib. tertii iuris Pontificij, pag.* 121. Alagona *in compend. iuris Canonici, pag.* 408. remiſſivè Ximen. *in concordant. part.* 1. *&* 2. deſumitur ex Concil. Lateran. ſub Alex. III. *c.*8. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 1. *Decret. lib.*3. *tit.*8. *c.*2.

2 *Promittantur antequam vacent*, &c.] Notatur ad hoc, quod nulla Eccleſiaſtica beneficia cuiquam danda, aut promittenda ſunt, antequam vacent, ne deſiderare quis mortem proximi videatur, ut per Flamin. *de reſignat. lib.*6. *q.*4. *n.*104. Nicol. Garc. *de benefic. p.* 10. *c.* 1. *n.* 1. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib.* 30. *tract.* 3. *num.* 147. & corroboratur nova diſpoſitione Concil. Trident. *ſeſſ.* 24. *de reformat. cap.*19. & faciunt dicta per me *de offic. & poteſt. Epiſcopi, p.*3. *alleg.*72. *à n.* 3.

3 Intelligo de inferioribus à Papa Prælatis, hi enim expectativas ad beneficia vacatura principaliter concedere non poſſunt pro modo, & varietate temporum, & prohibitionum de hac re loquentium; quæ quidem prohibitiones ad quatuor claſſes reducuntur. Prima prohibitio fuit Alex. III. in Concil. Lateran. de quo *in hoc text.* & per hanc indictum fuit, ne quis poſſet alteri promittere in individuo certum beneficium alicujus viventis, & ita juxta hanc primam prohibitionem ſi beneficium vacaturum certi hominis non eſſet, ſed incerti, poterat ex juſta cauſa promitti ex rei natura, & ad inſtar juris Civilis, ſuper incertorum hominum hæreditatibus, de quo *in l.* 3. *§. de illo, ff pro ſocio,* nam licèt priora hujus textus verba, utpote univerſalem negativam continentia, ſignificare videantur agere de promiſſione cujuſlibet etiam incerti beneficii, tamen poſteriora ejus verba, ibi, *mortem proximi*, & ibi, *in cujus locum*, &c. & inſuper ſimilitudo *ibid.* adducta de improbata futura ſucceſſione certi hominis viventis, juxta *legem ultimam, C. de pactis, cum ſimilibus,* ſatis evincunt agere ſolùm de certo beneficio, idque propter majorem captandæ mortis alienæ occaſionem, quæ in his terminis ab improbis hominibus periculoſiùs ſumi poterat.

Cæterùm quia occaſio prædicta, maximè creſcente hominum malitia poterat, licèt non tam probabiliter, adeſſe etiam ubi beneficium vacaturum in genere promittitur, inducta poſtmodùm fuit ſecunda prohibitio per Innoc. III. alterius Concilii Lateran. auctorem, relata *in cap. dilectus* 19. *verſ. cùm ergo, de præbendis*, ibi, *& vacaturam expectare*, &c. *& in cap. accedens* 14. *hoc titulo*, & per eam interdicta fuit promiſſio, & collatio beneficii vacaturi etiam in genere, interim tamen eo tempore adhuc licebat vacaturum beneficium promittere ſub ea forma, cùm poterro, vel cùm facultas ſeſe obtulerit, ut conſtat ex dicto *cap. accedens*, donec Bonifacius VIII. *in c.*2. *hoc titulo, lib.*6. ne etiam in hunc modum aperiretur via contra prædictum Concil. Lateran. & contra prædictam ejus rationem, ac alias, quæ ab eodem Bonifacio VIII. *ibid.* exprimuntur, interdicit hanc ultimam promittendi formam, & hæc fuit tertia prohibitio.

Altera prohibitio emanavit, per quam prohibitum fuit, ne alicui particulari concederetur ut reſignationes beneficiorum, etiam liberas recipiat, & illa valeat idoneis etiam perſonis conferre, ut habetur *in cap. deliberatione, §. prohibemus, de offic. legati, lib.*6. limitando tamen in reſignationibus, & collationibus ex cauſa permutationis, ut poſt alios reſolvunt *ibid.* Anchar. *n.*2. Franc. *in princ.* & Domin. *num.*7. hanc tamen prohibitionem deciſioni hujus textus non debes ita tribuere, ut exiſtimes eam noviter per illum inductam fuiſſe; licèt enim utatur verbo, *prohibemus*, juris novi alioquin inductivo, tamen aliud poſtulat materia, de qua *ibi*, utpote jam antea in effectu prohibita per text. *in cap. conſtitutus* 11. *hoc tit.* junctis reſolutionibus Doctorum *ibid.* maximè Panormitani *à n.*5. & gloſſæ *verbo cuicumque, in fine, in d. §. prohibemus*, ubi Franch. *à n.*2. & Domin. *à n.*6. 4

Vtrùm autem deciſio hujus text. procedat in officiis temporalibus, quæſtio eſt inveſtiganda, in qua breviter negativè reſpondendum; illa enim poſſe Regem promittere in tempus, quo vacaverint, tenent Melch. Phœbos *Luſitan. deciſ.*2. quem refert parens meus *in comment. ad Ordin. Regias Luſitan. lib.* 2. *tit.*98. *in fine*, Didac. de Britto *in ſuo reſponſo pro Comite de Salinas, q.* 1. *num.* 11. Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. tom.*5. *c.*818. *n.*38. non obſtante opinione contraria Socini, quem refert, & ſequitur Rebuff. *tom.*2. *ad leges Galliæ, tit. ut beneficia ante vacat. art.*1. *gloſſ.*2. *ad med.* dùm æquiparat officia, & beneficia ad effectum, ut non poſſint impetrari ante vacationem. Et demùm quod prohibitio hujus text. loquatur ſolùm in beneficiis Eccleſiaſticis, tradunt Cabed. *de patronat. Regiæ Coronæ, c.*15. *&* 29. Fr. Emman. *qq. regul. tom.* 1. *art.*6. *col.*3. *poſt princ.* quicquid aliter ſentiat Valaſc. *conſ.* 108. *n.*28. *tom.*2. 5

Sed infra ſex menſes, &c.] Notatur ad hoc, quod de beneficiis vacantibus providere debent ii, ad quos proviſio ſpectat, infra ſex menſes, ut per Aloyſ. Ricc. *in praxi aurea, reſol.*184. *num.* 1. latè Nicol. Garc. *de benef. p.* 10. *cap.*2. *à princ.* quos refero ego ipſe *de offic. & poteſtate Epiſcopi, p.*3. *allegat.*58. *n.*1. ubi *num.*2. amplio ad omnia beneficia, quamvis ſint in Cathedralibus, & aliis Eccleſiis, tam ſæcularibus, quàm regularibus conſtituta, & ad hoſpitalia, quæ conferuntur 6

tur in titulum beneficii. Vincent. Filliuc. *tom.* 3. *tr.* 41. *c.* 4. *n.* 171. ubi ait quod hic text. habet locum in collatione libera, non verò in neceſſaria.

7 *Si autem Epiſcopus*, &c.] Notatur ad hoc, quod ſi Epiſcopus, vel is, ad quem ſpectat collatio, infra ſex menſes non diſpoſuerit, collatio devolvitur ad ſuperiorem, ut per Rebuff. *in praxi benef. tit. de devolut. n.* 7. Azor. *inſtit. moral. p.* 2. *lib.* 7. *c.* 27. Cald. Pereira *reſp.* 3. *pro Alphonſo de Penharanda, n.* 2. Eraſm. à Cochier *de iuriſdict. Ordin. in exemptos, p.* 4. *q.* 30. *n.* 3. Nicol. Garc. *d. p.* 10. *c.* 3. *n.* 10. Zerol. *in praxi Epiſc. p.* 2. *verbo Beneficia*, §. 2. *in princ.* ubi dicit pro majori parte hodie ab Epiſcopo ad Archiepiſcopum, & ſtatim ad Papam fieri devolutionem, & Mantic. *deciſ.* 260. *n.* 1. dicit devolutionem debere probari gradatim de inferiori ad proximum ſuperiorem per ſex menſes. In exemptis tamen immediatè Papæ ſubjectis devolutio fit immediatè ad Papam, vel Legatum de latere, ut per multos, quos refert, & ſequitur Eraſm. à Cochier *d. q.* 30. *n.* 5. & ego

8 ipſe *d. alleg.* 58. *n.* 14. Illud in præſentiarum advertendum eſt, quod Papa ſtatim quo lapſum eſt primum ſemeſtre, poteſt providere, ut per Gonzal. *ad reg.* 8. *Can-*

9 *cel.* §. 3. *proœm. n.* 5. & beneficia devoluta lapſo ſemeſtri conceſſo Ordinario ad conferendum, non dicuntur de novo vacare, idem Gonzal. *gloſſ.* 15. §. 2. *n.* 20. & 21. ubi *gloſſ.* 24. *à n.* 38. quærit ſi Cardinalis collator non contulit beneficium, quod vacavit in menſe aliàs Apoſt. infra ſex menſes, ita quod locus ſit devolutioni ad ſuperiorem, juxta text. *in præſenti*, an tunc poſſit conferre Archiepiſcopus, qui Cardinalis non eſt, ſeu alius ad quem de jure competit devolutio, an verò ſolus Papa, tanquam beneficium reſervatum, ita ut Archiepiſcopus, aut alius, cujus manus ligat reſervatio, *reg.* 8. *aliàs* 9. conferre non poſſit? vide apud eum.

Cap. Relatum III.

Alex. III.

1 Beneficium vacans eſt conferendum, non obſtante appellatione illius, cui beneficium promiſſum fuit antequam vacaret. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Imola, Anan. Butr. Hoſt. Anch. Panorm. Guido Papæ, Viv. *in rationali libri tertii iuris Pontif. pag.* 123. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 409. remiſſivè Ximen. *in concordant. p.* 2. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 1. *Decret. lib.* 2. *ſub tit. de appellat. cap.* 39. & eſt poſt Concil. Lateran. *p.* 29. *c.* 6.

2 In gloſſ. *Appellationis*, ibi, *quia ex tali promiſſione nihil iuris acquiritur*, &c. Quamvis enim ordinarius collator, vel patronus in habitu habeat jus præſentandi, illud tamen non habet in actu, niſi à tempore vacationis, Duen. *reg.* 279. & ideo promiſſio facta per patronum de beneficio vacaturo, per mortem beneficiarii non convaleſcit. Cald. Pereira *de poteſt. nomin. c.* 10. *n.* 2. quem refero ego ipſe *de offic. & poteſtate Epiſc. p.* 3. *alleg.* 72. *n.* 6.

SVMMARIVM.

1 *Præbenda afficitur per præſentationem mandati, dato executore ad providendum, ita quod collatio alteri facta non teneat.*
2 *Papa ad vacatura beneficia jus tribuit.*
3 *Papa ad beneficia vacatura expectativas licitè concedit.*
4 *Verbum*, inveſtitura, *quid ſignificet, oſtenditur.*
5 *Mens & ratio ſtatuentium in reſcriptis attendenda.*
6 *Princeps ſuper iure poſitivo diſpenſat.*
7 *Beneficiarius poſtquam per ſententiam fuerit privatus, fructus poſtea perceptos non facit ſuos.*

Cap. Propoſuit IV.

Innoc. III.

Papa quando mandat, ut prima vacatura Præbenda cum Canonicatu detur alicui, & aſſignat executorem, qui præſentet literas collatori, beneficium intelligitur ita affectum, quod ſi vacet, & alteri conferatur, collatio ſit annullanda, & ſic tanquam adhuc vacans conferendum eſt nominato à Papa, qui cùm ſit ſupra jus, poteſt contra illud diſpenſare. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Butr. Hoſtienſ. Anch. Henric. Panorm. Guid. Papæ, Vivian. *in ration. libri tert. iuris Pontif. pag.* 124. Alagona *in compend. jur. Canon. pag.* 409. remiſſivè Ximen. *in concord. part.* 1. & 2. refertur ab Ant. Auguſt. *collect.* 3. *Decret. lib.* 3. *tit.* 8. *cap.* 1. 1

In Eccleſia veſtra proximè vacatura, &c.] Notatur ad hoc, quod Papa ad vacatura beneficia jus tribuit, ut per Nicol. Garc. *de benef. p.* 10. *c.* 1. *n.* 3. Poteſt enim ad beneficia vacatura expectativas licitè concedere, ut probat text. *in c.* 2. *de præb. lib.* 6. ubi Franch. *n.* 1. & 6. Domin. *n.* 2. Dec. *in c. ex parte, in* 1. *n.* 1. *de offic. deleg.* Prob. *ad Monach. in c.* 3. *n.* 3. *eod. tit. lib.* 6. Palat. *in introduct. rubr. de donat. inter vir. & uxor. à n.* 7. Navar. *in c. ſi quando, præl.* 2. *à n.* 4. *de reſcript.* Rebuff. *in concord. tit. de mandatis Apoſt.* §. 1. *ſub verbo Romanus Pontif.* Cabed. *de patronat. Regiæ Coronæ, c.* 15. *n.* 6. Mandoſ. *de ſignatura gratiæ, tit. regreſſus, & acceſſus, pag. ult. verſ. non tamen, & tit. coadiutoria, verſ. ſi tamen Papa, & tit. expectativæ, in princ.* Azor. *inſtit. moral. p.* 2. *lib.* 6. *c.* 31. *verſ. verum enim.* Secus autem eſt in inferioribus Prælatis, ut dixi *ad c.* 2. *ſup. hoc tit.* 2 3

Per annulum inveſtivit.] Notatur ad hoc, quod *inveſtitura*, vox dicitur comprehendens quamlibet poſſeſſionem, non ſolùm ſi jure feudi, ſed etiam electionis, vel ſimili apprehendatur, ut per Menoch. *conſ.* 2. *n.* 269. 4

Intentionis noſtræ non ſit, &c.] Notatur ad hoc, quod in reſcriptis ſtatuentium mens, & ratio inſpicienda, ut per Tiraq. *in l. ſi unquam, verbo Libertis, n.* 55. 5

Supra ius diſpenſare.] Notatur ad hoc, quod Princeps ſuper jure poſitivo diſpenſat, ut per Covar. *lib.* 3. *var. c.* 6. *n.* 1. *verſ. ſecundò*, Menoch. *conſ.* 157. *n.* 12. Et Papa in omnibus legibus, & ſtatutis Conciliorum etiam generalium diſpenſare poteſt, Sayr. *in clavi Regia, lib.* 3. *c.* 10. *n.* 10. 6

In gloſſ. *Vacare*, ibi, *quod per ſententiam ſtatim perditur dominium.* Notatur ad hoc, quod poſtquam beneficiatius per ſententiam fuerit privatus, fructus poſteà perceptos non facit ſuos, quia jam non habet titulum Canonicum, ſed magis beneficium videtur vacare, ut per D. Barb. *in l. divortio*, §. *fin. p.* 1. *n.* 49. *ff. ſoluto matr.* 7

SVMMARIVM.

1 *Semeſtre ad eligendum, ſeu conferendum à iure præfixum, non currit legitimè impedito, nec incipit currere niſi à die notitiæ vacationis.*
2 *Corporis deformitas ſæpè deformitatem animi oſtendit.*
3 *Suſpenſus beneficia conferre non poteſt.*
4 *Intruſus dicitur, qui ſpreta ſuperioris auctoritate beneficii poſſeſſionem invadit.*

5 Dona

5 *Donationem exercet collator*, & n. 6.

7 *Confirmatio, quæ in forma communi expeditur, non validat id, quod ex ſe nullum eſt.*

8 *Culpa ad caſum non ordinata conſiderabilis non eſt.*

9 *Excommunicato ſua culpa non imputatur, quod non poſſit conferre, nec ei currit tempus ſex menſium datum à iure ad beneficiorum collationem faciendam.*

10 *Excommunicatione durante non currit tempus patrono ad præſentandum.*

11 *Semeſtre tempus datum Ordinariis ad conferendum computari debet ſecundùm Kalendarium, & de momento ad momentum.*

12 *Semeſtre tempus datum Ordinariis ad conferendum, eſt à tempore vacationis numerandum, & currere incipit ab eo tempore, quo ſcire potuit, vel debuit Epiſcopus.*

13 *Confirmatio facit res maioris auctoritatis.*

Cap. Quia diverſitatem V.

1 Tempus ſex menſium in vacatione beneficii pro collatione incipit à die notitiæ, non à die vacationis, nec currit quando collator eſt legitimè impeditus, putà ſi ſit ſuſpenſus, non obſtante confirmatione collationis alicui à Sede Apoſtolica facta in forma communi, ſecus ſi in forma ſpeciali. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſt. Anch. Henric. Panorm. Guido Papæ, Vivian. *in ration. libri tertij iuris Pontif. pag.* 124. Alagona *in compend. iur. Canonici, pag.* 409. remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. & 2. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 3. *Decret. lib.* 3. *tit.* 8. *cap.* 2.

2 *Diverſitatem corporum ſæpè diverſitas animorum oſtendit.*] Notatur ad hoc, quod deformitas corporis ſæpè deformitatem animi oſtendit, ut per Tiraq. *ad l.* 2. *connub. gloſſ.* 1. *p.* 2. *n.* 55. Eſcob. *de ratiocin. cap.* 32. *n.* 1. & in pulchro corpore ſæpè pulchra reſidet anima, dicebat Cyn. quem refert Alexand. *conſ.* 209. *incipit Ponderatis, num.* 10. *verſ. dictum verò iuvenis, lib.* 6. Nam ſpecies corporis ſimulachrum eſt mentis, figuraque probitatis, Matth. de Fano *de modo ſtudendi, c.* 30. Thom. Act. *de ludo ſchaccorum, q.* 5. *n.* 26. Cevall. *communium contra communes, q.* 248. *n.* 13. Vide alia quæ ad hoc propoſitum dixi *de offic. & poteſt. Epiſc. p.* 2. *alleg.* 42. *n.* 2. *cum ſeqq.*

3 *Tempore ſuſpenſionis ipſius*, &c.] Notatur ad hoc, quod ſuſpenſus beneficia conferre non poteſt, ut per Ant. Ricc. *in tract. de iure perſonarum extra gremium Eccleſiæ exiſtent. lib.* 4. *c.* 3. *n.* 7. ubi *n.* 8. cum Rebuff. *in c. poſtulaſtis, n.* 16. *verſ. idem quando, de cleric. excom. miniſt.* extendit, ut procedat non ſolùm quando ſuſpenſio eſt ſpecifica à collatione beneficiorum, ſed etiam ſi ſit ab officio tantùm, quia hoc ſufficit ad hoc, ut impediatur tantùm conferre.

4 *Præter eius auctoritatem ſe intruſerunt.*] Notatur ad hoc, quod intruſus dicitur, qui ſpreta ſuperioris auctoritate beneficii poſſeſſionem invadit, ut per Camil. Borrell. *in ſumma omnium deciſionum, tit.* 20. *num.* 85.

5 *Ad donationem eius ſpectantes.*] Ergo donationem exercet collator, ut per Coſm. *in pragm. ſanction. tit. de collat. fol.* 135. Cald. Pereira *de poteſt. eligendi, c.* 6. *num.* 14.

6 *Ad eas reſignandas monitione*, &c.] Ergo coguntur ad reſignandum præbendas, qui tempore ſuſpenſionis Archiepiſcopi Eboracen. & poſtea abſque ejus auctoritate ſe intruſerunt in illis, ut per Flamin. *de reſign. benef. lib.* 3. *q.* 18. *n.* 36.

Sub forma communi, quæ confirmat, &c.] Notatur ad hoc, quod confirmatio, quæ in forma communi expeditur, non validat id, quod ex ſe nullum eſt, ſed ſolùm actui valido robur præſtat, ut per Molin. *de primog. lib.* 2. *c.* 7. *n.* 7. Cardin. Tuſch. *tom.* 2. *lit. C, concl.* 703. Cabed. *Luſit. deciſ.* 1. *n.* 4. *p.* 2. 7

Vt tempus ſuſpenſionis in ſex menſibus, &c.] Ergo culpa ad caſum non ordinata conſiderabilis non eſt, ut per Menoch. *de arbitr. caſu* 182. *n.* 59. 8

Et ſi fuerit ſua culpa ſuſpenſus, &c.] Notatur ad hoc, quod excommunicato ſua culpa non imputatur, quod non poſſit conferre, nec ei currit tempus ſex menſium datum à jure ad beneficiorum collationem faciendam, ut per Roch. *de iurepatron. verbo Competens, n.* 23. Covar. *in Clem. ſi furioſus, p.* 3. *in princ. n.* 4. Perez *ad tit.* 8. *in princip. lib.* 8. *Ordin. pag.* 205. qui etiam tenent deciſionem hujus text. procedere in impedimento juris, in quo tollendo nulla fuit culpa, vel negligentia, & culpa in caſu hujus text. minimè imputatur ad eventum poſtea ſequutum, quia ea fuit admodum remota, & mediata. 9

Amplia, ut durante excommunicatione patrono non currat tempus ad præſentandum, ſicuti non currit libero collatori, Rot. *in Placentina Parochialis de Malpartilda*, 23. *Ianuar.* 1615. coram Card. Veroſpio. Nec refert ſi dicatur, quod impedimentum proveniens ab excommunicatione, regulariter procedit ex culpa excommunicati, quo caſu non ſolet excuſare, *l.* 2. §. *ult. ff. ſi quis caut.* cum aliis per Tiraq. *de retractu lign.* §. 35. *gloſſ.* 4. *n.* 28. quia reſpondetur, quod objectum bene procedit, quando culpa eſt ordinata ad impedimentum, ſecus quando non eſt ad illud ordinata, ut declarant Butr. *hic, n.* 17. *verſ. & alii dicunt*, Anchar. *n.* 15. *verſ. Compoſtellanus*, Abb. *n.* 11. & 13. ſubdens quod ad iſtum effectum requiritur, quod culpa ſit cauſa immediata impedimenti, Surd. *deciſ.* 162. *n.* 6. & 16. Colliguntur hæc ex Anton. Ricc. *d. lib.* 4. *c.* 4. *n.* 11. ubi *n.* 12. ampliationem hujuſmodi limitat, quando excommunicatus eſſet in mora petendi abſolutionem. Et quod tempus non currat impedito, tradunt Doctores per me citati *in tract. axiom. iuris uſufreq. axiom.* 116. *n.* 1. quibus addo Salgado *de protect. Regia, tom.* 1. *p.* 2. *c.* 13. *n.* 253. & quod impeditus non dicitur negligens, Staphil. *de literis gratiæ expect. tit. de variis modis*, Salgad. *d. c.* 13. *n.* 255. Qualia autem dicantur legitima impedimenta, vide Maſcard. *de probat. concl.* 884. Menoch. *de arbitrar. caſu* 118. Pariſ. *de reſignat. lib.* 11. *q.* 13. 10

Semeſtre autem tempus.] Quod computari debet ſecundùm Kalendarium, & ſecundùm quod menſes occurrunt, & jacent per totum circulum anni, & quod deficit de primo menſe, accipiendum eſt de ultimo, ita gloſſ. *verbo Menſem, in c. quàm ſit, de elect. lib.* 6. Sanch. *de matrim. lib.* 2. *diſp.* 24. *n.* 15. Nicol. Garc. *de benefic. p.* 10. *c.* 2. *n.* 42. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloſ.* 11. *n.* 7. & 8. quos refero ego ipſe *de offic. & poteſt. Epiſcopi, part.* 3. *alleg.* 58. *n.* 9. Quæ quidem computatio de momento ad momentum eſt facienda: idem Garc. *d. c.* 2. *n.* 43. unde Rota *in una Civitatis Caſtellanæ*, 18. *Iunii* 1557. coram D. Quiroga cenſuit in ſex menſibus datis Ordinariis ad conferendum, computari diem termini: refero ego ipſe *d. alleg.* 58. *n.* 5. 11

Sed notitia ipſius, &c.] Notatur ad hoc, quod tempus ſex menſium datum ad conferendum, eſt à tempore ſcientiæ vacationis numerandum, ut per Tiraq. *de retractu lig.* §. 35. *gloſ.* 4. *à princ.* Zerol. *in prax. Epiſc. p.* 1. *verbo Iuſpatronatus*, §. 8. *dub.* 1. Azor. *inſtit. moral. part.* 2. *lib.* 6. *c.* 26. *quæſt.* 10. Cald. Pereira *de renovat. emphyt. q.* 6. *num.* 24. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloſ.* 6. *num.* 132. Nicol. Garc. *d. c.* 2. *num.* 15. & 27. Flores de Mena 12

Mena *var. lib.* 1.*q.*3.*n.*6. Aloyſ. Ricc.*in praxi aurea, reſol.* 148.*n.*1.Card.Caualer.*deciſ.* 489.*n.*1. Rota apud Seraph. *deciſ.* 702. tenuit tempus ſex menſium datum Ordininariis ad conferendum parochiales ad eorum collationem ſpectantes per Bullam Pij V. quæ dicit à die vacationis, intelligi à die vacationis notæ, & *deciſ.* 380.eodem modo cenſuit tempus quatuor menſium conceſſum Ordinariis ad collationem faciendam de beneficiis curam animarum habentibus,aliàs Sedi Apoſt. reſeruatis, non currere, niſi à die notitiæ vacationis habitæ. Quod quidem ſemeſtre tempus currere incipit ab eo tempore, quo ſcire potuit, vel debuit Epiſcopus, Rot. apud farinac. *deciſ.* 323. *n.*1. *p.*1.*in recent.* & apud. Nicol. Garc. *d.c.*2.*n.*28.*&* 29. conſiderata per iudicem beneficij qualitate, vacationis modo, temporis illius longitudine, ac diſtantia locorum, Seraphin. *d. deciſ.* 380. *n.*4. Nicol.Garc.*d. c.*2.*n.*31.Aloyſ. Ricc. *d.reſol.*184. *n.*2. & vide per me tradita *d. alleg.* 58. *n.* 56. *&* In dubio autem quoad hunc effectum, non præſumitur ſcientia, ſed ignorantia, Mohed. *deciſ.*4. *n.* 2. *de probat.* Caualer. *deciſ.* 489.*n.*1.

13 In gloſſ. *Forma*, ibi,*per confirmationem fit maioris auctoritatis.*Notatur ad hoc,quod per confirmationem fit res maioris auctoritatis, vt per Bernard. Greuæ.*ad practicam Cameræ Imper.lib.*1.*concl.* 1.*n.*5.

14 In gloſſ. *Præter*, ibi, *item argumentum eſt hic*, &c. Notatur ad hoc,quod ſi decedat clericus habens bona patrimonialia ſine hærede, ex teſtamento, vel abinteſtato, non ſuccedit fiſcus Papæ, ſed eius Epiſcopus pro ſua Camera,vt per Perez *l.*21. *tit.* 19. *lib.*8.*Ordin. pag.*372. Peregrin.*de iure fiſci, lib.*1.*tit.de iis, qui iura fiſcalia habent*, *n.*4. Bobadil.*in ſua politica, lib.*2.*c.*17. *num.*119.

SVMMARIVM.

1 *Literæ ad beneficium impetratæ, quæ de alterius colorata facti poſſeſſione non faciunt mentionem, inualidæ ſunt.*

2 *Poſſeſſio colorata alterius narranda eſt, ſi quis eam in beneficio obtinet.*

3 *Beneficium de facto vacare non dicitur interim quod non dimittitur poſſeſſio primi beneficij vacantis ipſo iure per aſſecutionem ſecundi.*

4 *Poſſeſſio plus habet facti, quàm iuris.*

Cap. Cùm noſtris VI.

1 Beneficium quando vacat de iure, & non de facto, v.g ſi dignitas conferatur Epiſcopo,& aliquis impetrat literas, vt ſibi conferatur, non faciendo mentionem, quod de facto non vacet, literæ dicuntur ſubreptitiæ, nec valent, quia non faciunt mentionem de colorata poſſeſſione,compellitur tamen Epiſcopus relinquere dignitatem, niſi monſtret diſpenſationem. Colligunt ex Ordin.Abb. antiq.Innoc.Collect.Zabar. Ioan.Andr. Imola, Ananias, Butr. Hoſt.Anch. Henric. Panorm. Viu. *in rationali libri tertij iuris Pontificij*, *pag.* 114.Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 410. remiſſiuè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.*1. *&* 2.refertur ab Anton. Auguſt.*collect.*3.*Decret.lib.*3. *tit.*8.*c.*3.

2 *Eo quòd per falſi*, &c.] Notatur ad hoc,quod narranda eſt alterius colorata poſſeſſio, ſi quis eam in beneficio obtineat, vt per Menoch. *de arbitr. caſu* 201. *n.*139. latè Nicol.Garc. *de benefic. p.*10. *c.*1.*n* 48. vbi *n.*49.limitat in prouiſione facta Motu proprio,qui excludit ſubreptionem, & *n.*51. limitat etiam, vt non procedat in poſſeſſione beneficij generaliter, vel ſpecialiter reſeruati ex prouiſione inferioris à Papa. Quare Gonzal *ad reg.*8.*Cancel.gl.* 5.§.1.*n.*64.*&* 65. bene aduertit in terminis huius text.non fuiſſe declaratam gratiam ſubreptitiam, ex eo quod verè beneficium non vacaret, vacando de iure,ſed quia non fuit facta mentio de poſſeſſione, ſeu detentione alterius de facto, quæ taciturnitas poterat forſitan retrahere Papam, vel ſaltem tardiorem, & difficiliorem reddere ſuper conceſſione dictæ gratiæ.

Cùm præpoſitura illa non vacaret de facto.] Notatur ad hoc, quod quamvis primum beneficium vacet ipſo iure per aſſecutionem ſecundi, quandiu tamen non dimittitur illius poſſeſſio, ſed potiùs continuatur ab eodem, qui ſecundum beneficium fuit aſſequutus, tunc non dicitur vacare de facto, quia de facto eſt ſemper occupatum, vt per Gonzal.*d.*§.1.*n.*4. 3

Poſſeſſio plus habet facti,quàm iuris.] Ergo in poſſeſſione factum eſt principalius, quod expreſsè tenent Cuiac.*ad l. denique* 19. *col.*55.*ff. ex quibus cauſis maiores*, & Anton. Fab. *in rationali ad eand. l. lit. D, pag. mihi* 693. mouentur, quia in quolibet compoſito illud ſemper præcipuum, & principalius cenſetur, quod magis præualet, & principalius operatur, *l. quæritur*, *ff. de ſtatu hominum*, notant noſtri *in cap. quod in dubiis, de conſecrat. Eccleſiæ*: factum autem, id eſt inſiſtentia rei principalius videtur operari, ius verò concurrere ſolùm concomitanter, coadiuuando ſcilicet, & fouendo factum illud. Verùm conſtat aliquando non ſemper factum principalius operari in poſſeſſione, ſed ius, ex *l. poſſeſſio* 49. ibi, *plurimùm ex iure mutuatur*, *ff. de acquir.poſſeſſ.* quare gloſſ. *hic verbo plus habet facti*, *&* *gloſſ.*1. *in reg. ſine poſſeſſione, de regulis iuris in* 6. (quas receptas communiter teſtantur Couarruu. *in reg.poſſeſſor*, *part.*2. *in initio*, *num.*3. *&* §.1. Anton. Gom. *l.* 45. *Taur.*, *à num.*17. Philip. *de fictionibus*, *part.*1.*cap.*5. Medic. *definit. p.*2. *defin.*37.*num.*8.Marienſ.*l.*8. *gloſſ.*1.*num.*8. *tit.*7. *lib.*5. *noua recopil.*) conſtituunt, & diſtinguunt triplicem, aut quadruplicem poſſeſſionis modum, aliam enim eſſe inquiunt, quæ plurimùm habet facti, & parum iuris; aliam, quæ plurimum hadet iuris, & minimum facti;aliam quæ plurimum habet iuris, & facti; aliam, quæ plurimum habet iuris, nihil facti, & fuit doctrina Bart. *in l. ſi is qui pro emptore,à num.*10.*ff.de uſucap.*quem alij *ibi* ſequuntur communiter,teſte Iaſ. *num.*2.Crot. *num.*3. Petr. Greg. *ſyntag. iuris lib.*1. *cap.*12. *n.* 15. Peregr. *variar. lib.*3. *n.*15.16. explicantes poſſeſſionem, quæ habet plurimùm facti, eſſe illam, quam quiſque per ſeipſum acquirit, & retinet, vt *in hoc text. & in d. l. denique* ac ſubinde inferunt poſtliminio non contineri. Poſſeſſio, quæ habet plurimum iuris, minimum facti, eſt illa quæ per ſeruum, vel filiumfam. ex cauſa peculiari ignoranti acquiritur, iuxta text. *in l.*1 §.*item acquirimus*,*&* *in l. quod ſeruus* 4. cum aliis, *ff. de acquir.poſſeſſ.& in l.Labeo,ff.de vſucap.*& de hac agit text.*in d.l poſſeſſio*, quæ probat quod poſſeſſio plurimum ex iure mutuatur, & ideo inferunt poſtliminio contineri, iuxta text.*in l. iuſto* 44. §.*vlt. ff.de vſucap.* Plurimùm iuris, & facti habere dicitur poſſeſſio, quæ per procuratorem, vel aliam perſonam, vel etiam per filium ex cauſa non peculiari acquiritur, iuxta text.*in l.*1.*C. de acquir.poſſeſſ.* factum enim ibi reperitur filij, vel ſerui, vel alterius perſonæ, multùm etiam operatur iuris diſpoſitio,vt indicant verba eiuſdem *l.*1.ibi, *tam ratione vtilitatis, quàm iuriſprudentiæ.* Plurimum iuris, & nihil facti eam habere inquiunt, quæ legis miniſterio transfertur, abſque facto eius, cui acquiritur, vt

ut in conſtituto, juxta *l. quod meo, in princ. ff. de acquir. poſſeſ.* & in pluribus aliis caſibus, quos latè proſequitur Rebuff. *in praxi, tit. de materiis poſſeſ.* Gilchen. *de præſcript. p. 2. memb. 3. c. 11. cum ſeqq.* Peregr. *variar. lib. 4. ferè per tot.*

In gloſſ. *Non vacaret de facto*, ibi, *ſed non eſt ita.* Notatur ad hoc, quod de reſcripto, ſeu commiſſione nulla neceſſariò facienda eſt mentio, ut per Cald. Pereira *de poteſt. elig. c. 5. n. 12.*

De Decano mentio, &c.] Notatur ad hoc, quod appellatione Capituli non comprehenditur caput principale ipſius, niſi ſpecialiter nominetur, ut per Rebuff. *in tract. nomin. q. 8. n. 33.* 3

Eboracen. Archiepiſc. &c.] Notatur ad hoc, quod Epiſcopus extra propriam diœceſim juriſdictionem voluntariam exercere, & beneficii collationem facere poteſt, ut per Covar. *lib. 3. variarum, c. 20. num. 8.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloſſ. 62. n. 2.* Steph. Gratian. *diſcept. forenſ. c. 127.* 4

SUMMARIUM.

1 *Beneficium ubi conſtiterit collatum fuiſſe per habentem poteſtatem, non debet poſſeſſio per exceptionem abjurationis, & renuntiationis retardari.*
2 *Beneficii collatio eſt quædam liberalis donatio.*
3 *Capituli appellatione non comprehenditur caput principale ipſius, niſi ſpecialiter nominetur.*
4 *Epiſcopus extra propriam diœceſim iuriſdictionem voluntariam exercere, & beneficiorum collationem facere poteſt.*

Cap. Poſt electionem VII.

1 Dignitas, quæ revera non vacat, non poteſt alteri conferri, & ejus poſſeſſio illi, qui habet beneficium, non debet retardari prætextu exceptionis, quod abjuraverit, vel renuntiaverit. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Butr. Imol. Anan. Hoſt. Anch. Henric. Panorm. Guid. Papæ, Vivian. *in rationali libri tertii iuris Pontificii, pag. 125.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 140.* remiſſivè Ximen. *in concord. part. 1.* & Caſal. *in annotat.* refertur ab Anton. Aug. *collect. 3. Decret. lib. 3. tit. 8. c. 4.*

Notari ſolet hic text. ad hoc, quod in beneficialibus datur multiplicatio titulorum, ut per Abb. *in præſenti, num. 4.* Rota *in Mutinen. plebis, ſeu iuriſpatr. 27. Iunii 1625.* coram Reverendiſſ. D. meo Coccino Decano, & ratione illorum poteſt quis ſe defendere, licèt ex utroque titulo non poſſit agere, ut *in cap. ut quis duas, de elect. lib. 6.* ut bene declarat Abb. *n. 4.* Lap. *alleg. 132. n. 2.* Roman. *conſ. 433. n. 7.* Felin. *in c. in noſtra, n. 2. de reſcript.* Dec. *in c. bona, n. 11. de appell.* ad idem eſt text. *in c. conſtituens, il 1. de teſtib. & in c. ex literis, de reſtit. in integr.* Caſſad. *deciſ. 21. ſuper reg.* & ſecundùm Felin. *in c. in noſtra, n. 2. verſ. intellige, de reſcript.* hic text. habet locum in gratiis diverſis, non autem in contrariis, quia ad effectum ut intret illius diſpoſitio, ſufficit quod duplex titulus tendat ad eundem effectum, ſcilicet ad collationem beneficii, ſecus ſi ad diverſos, ſeu contrarios effectus in eadem perſona, Roman. *conſ. 350. n. 13. verſ. quoad ſecundum*, ubi quod habens titulum in beneficio conferentem jus in re, ſi poſteà impetrat commendam, deſinit habere illum primum titulum conferentem jus in re, quia titulus commendæ non eſt illi conformis quoad effectum, cùm conferat ſolum detentionem, & differant effectualiter in multis, & in iſtis terminis tituli dicuntur contrarii, ſequuntur Felin. *in d. c. in noſtra, num. 2. verſ. ſecundò intellige*, Selva *de benef. part. 3. quæſt. 10. col. penult. verſ. iſtud eſt limitandum*, optimè Rot. *in d. Mutinen. plebis.*

2 *Propria liberalitate.*] Ergo collatio beneficii eſt quædam liberalis donatio, ut per Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 30. tract. 3. num. 246. verſ. ſecundò*, & alios citatos *ad c. quia diverſitatem 5. ſuper verbis, ad donationem eius ſpectantis, ſup. hoc tit.*

SUMMARIUM.

1 *Recepto in Canonicum tenetur Capitulum providere, quàm citò ſe facultas obtulerit.*
2 *Maioratus vivo poſſeſſore an ſequens petere poſſit, ut declaretur morte illius majoratum ad ſe pertinere.*
3 *Canonia non debet eſſe ſine Prabenda, ubi in Eccleſia extant Prebendæ.*
4 *Turpitudinem ſuam allegans nemo eſt audiendus.*

Cap. Cùm Super VIII.

Recepto in Canonicum tenetur Capitulum providere quàm citò ſe facultas obtulerit. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Butr. Imol. Ananias, Hoſtienſ. Anchar. Panorm. Guid. Papæ, Vivian. *in rationali libri tertii iuris Pontif. pag. 126.* Alagona *in compend. iuris Canonici, pag. 411.* remiſſivè Ximen. *in concordant. p. 1.* refertur ab Anton. Auguſt. *collect. 5. Decretal. lib. 3. tit. 8. c. 5.* 1

Vt tibi quàm citò ſe facultas, &c.] Quia ad jus futurum ex præſenti obligatione ſine cauſa quis agere non poteſt, ideò Canonicus, de quo *in hoc text.* petiit ut quàm citò ſe facultas obtulerit Præbendæ, beneficium in Tridentina Eccleſia ſibi conferatur, quia jam Præbenda vacaverat, & alteri fuerat collata, unde ne in poſterum illuderetur juſtè petiit, ut ſibi adjudicaretur proxima vacatura, quandoque legitimè erat electus in Canonicum, ita Cened. *ad Decret. collect. 10. n. 3.* unde *n. 2.* arguit ad quæſtionem illam, an vivo poſſeſſore majoratus ſequens poſſit petere, ut declaretur morte illius majoratum ad ſe pertinere? in qua negativa pars verior eſt, niſi poſſeſſor vivus in alium transferat, vel diſſipet bona majoratus, pro cujus tamen quæſtionis deciſione, vide Greg. *l. 1. verbo en el tiempo, tit. 2. p. 3.* Pinel. *in l. 1. C. de bonis mater. p. 3. n. 78.* Xuar. *alleg. 4.* Ant. Gom. *l. 40. Tauri, n. 79.* Theſaur. *Pedem. deciſ. 151.* Molin. *de primog. lib. 1. c. 16. & lib. 3. c. 14.* Sarmient. *ſelect. lib. 1. c. 2. & lib. 7. c. 6.* Palaëz *de maior. in initio, p. 2. ex n. 64. & p. 4. q. 34. ex n. 1.* Spin. *in ſpeculo teſtam. gloſſ. 19. n. 66.* Anton. de Padil. *in l. 1. C. de fideicommiſ. ex n. 30.* Perez *l. 1. tit. 8. lib. 5. Ordinam. p. 591.* Gam. *Luſit. deciſ. 6. n. 6. & deciſ. 202. n. 5.* Ioan. Garc. *de nobilit. gloſ. 47. n. 13. cum ſeqq.* Guttier. *conſil. 13. n. 1.* Molina *de iuſtit. tract. 2. diſp. 639.* Valaſc. *conſult. 184. n. 19. cum ſeq.* D. Barboſa *in l. non poteſt videri, n. 16. cum ſeqq. ff. de iudic.* 2

Non debeat carere Prebenda.] Notatur ad hoc, quod Canonia non debet eſſe ſine Præbenda, ubi in Eccleſia extant Præbendæ, ut per Rot. *deciſ. 53. de reſcr. in novis*, Franc. Marc. *Delph. deciſ. 1272. n. 1. p. 1.* Gonz. *ad reg. 8. Cancel. gloſ. 5. §. 1. n. 16. & 17.* Monet. *de diſtr. quotid. c. 1. quæſt. 1. n. 3.* ubi *n. ſeq.* in quo differat Canonia à Præbenda. 3

In gloſſ. *Poſſe*, ibi, *turpitudinem ſuam*, &c.] Notatur ad hoc, quod turpitudinem ſuam allegans nemo eſt audien- 4

audiendus, ad quod plures Doctores citat Cened. *d. collect.* 10. *n.* 4. quibus adde Surd. *deciſ.* 196. *num.* 6. & *deciſ.* 309. *n.* 16. Thom. de Thomaſ. *in floribus legum, reg.* 22. Rota apud Farin. *deciſ.* 665. *num.* 12. *part.* 1. *recent.* Marc. Anton. *var. reſol. lib.* 2. *reſol.* 11. *num.* 25. Bellet. *diſquiſit. cleric. p.* 1. *de diſciplina clericali*, §. 3. *n.* 12. Cardoſ. *in praxi iudicum, verbo Allegatio, num.* 5. Franc. Molin. *de ritu nuptiarum, lib.* 1. *c.* 13. *n.* 15. cum quibus multipliciter declarabis.

In gloſſ. *Carere præbenda*, ibi, *Papa noluit, quod illi darentur diſtributiones*, &c. An & quando Canonicus receptus ultra numerum, dum præbenda non vacat, habeat diſtributiones quotidianas, vocem in Capitulo, & alia jura Canoniæ, vide Abb. *in c. cùm M. ex n.* 29. *de conſtit.* ubi Dec. *ex n.* 132. Rip. *ex n.* 186. & Felin. *n.* 23. Corſet. *ſing.* 315. *verſ. ſupernumerarius.* Bernard. *l.* 68. Staphil. *de gratiis & expectat. in* 1. *forma, ex n.* 7. Pavin. *de offic. & poteſt. Cap. Sede vacante, præl.* 5. *n.* 15. Hojed. *de incompat. benef. p.* 1. *c.* 12. *ex n.* 6. Rebuff. *in concord. tit. de reſervat.* §. *fin. verſ. ultimò non habebit, pag.* 250. latè Monet. *de diſtribut. quotid. p.* 2. *q.* 1. *ex n.* 4. & maximè *n.* 12.

SVMMARIVM.

1 *Præbendam unam habens in Eccleſia, & aliam obtinens, utramque retinens, vacat prima de iure, licèt non de facto.*

2 *Epiſcopus non poteſt diſpenſare, ut quis in eadem Eccleſia duo ſimplicia beneficia ſimilia obtinere poſſit.*

3 *Beneficia duo difformia ſub eodem tecto poteſt quis obtinere, dummodo quodlibet per ſe non ſit ſufficiens ad ſuſtentationem proviſi.*

4 *Dictio* ſtatim, *latam denotat ſententiam.*

5 *Beneficium vacare de facto non dicitur quandiu non dimittitur poſſeſſio primi beneficii vacantis ipſo iure per adeptionem ſecundi.*

6 *Canonicatum habens in certa Eccleſia, ſi in eadem conſequatur alium, non poteſt reſignare primum in favorem, quia vacat ipſo jure.*

7 *Diſpenſare non cenſentur inferiores, niſi ſe diſpenſare exprimant.*

Cap. Literas IX.

1 PRæbendam unam habens in Eccleſia, & aliam obtinens, utramque retinens, vacat prima de jure, licèt non de facto. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſtienſ. Henric. Anchar. Panorm. Guid. Papæ, Vivian. *in rationali lib. tertii iuris Pontificij, pag.* 126. Alagona *in compend. iuris Canonici, pag.* 411. remiſſivè Ximen. *in concordant. part.* 1. & 2. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 3. *Decret. lib.* 3. *tit.* 18. *c.* 6.

2 *De communi Canonicorum confirmavit aſſenſu.* Notatur ad hoc, quod Epiſcopus non poteſt diſpenſare, ut quis in eadem Eccleſia duo ſimplicia beneficia ſimilia obtinere poſſit, ut per Abb. *hîc, n.* 3. & 6. Flamin. *de reſign. benef. lib.* 3. *q.* 1. *n.* 123. Azor. *inſtit. moral. p.* 2. *lib.* 3. *c.* 50. *q.* 6. *verſ. ſed dubia, & lib.* 6. *c.* 11. *q.* 4. Nicol. Garc. *de benef. p.* 11. *c.* 5. *n.* 185. quos refero ego ipſe
3 *de officio, & poteſt. Epiſc. p.* 3. *alleg.* 62. *n.* 12. Circa tamen beneficia difformia ſacra Congregat. cenſuit poſſe quem obtinere duo difformia ſub eodem tecto, dummodo quodlibet per ſe non ſit ſufficiens ad ſuſtentationem proviſi, prout idonei teſtes ſunt Franc. Leo *in theſauro fori Eccleſ. p.* 2. *c.* 8. *n.* 55. Nicol. Garc. *d. c.* 5. *n.* 377. Armend. *in addit. ad recopilat. legum Navarræ, lib.* 4. *tit.* 7. *l.* 2. *de benef. incompatib. n.* 8.

Statim] Ergo hæc dictio latam denotat ſententiam, 4
ut per Sayr. *in clavi Regia, lib.* 3. *c.* 8. *n.* 27.

Etſi non de facto, &c.] Notatur ad hoc, quod quam- 5
vis primum beneficium vacet ipſo jure per aſſecutionem ſecundi, quandiu tamen non dimittitur illius poſſeſſio, non dicitur vacare de facto, ut per Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloſſ.* 15. §. 1. *n.* 4.

Vnde illam ſine facultate reſignet, &c.] Notatur ad 6
hoc, quod habens Canonicatum in tali Eccleſia, ſi in eadem conſequatur alium Canonicatum, non poteſt reſignare primum in favorem, quia vacat ipſo jure per adeptionem ſecundi, ut per Abb. *hîc, n.* 2. & 4. Hojed. *de incompatib. benef. p.* 1. *c.* 11. *n.* 12. Flamin. *d. lib.* 3. *quæſt.* 1. *n.* 106. Hinc etiam infertur obtinentem beneficium ſimplex in tali Eccleſia, ſi ſimile beneficium conſequatur in eadem, non poſſe reſignare primum in favorem, cùm vacet ipſo jure per adeptionem ſecundi ſub eodem tecto, Hojed. *d. p.* 1. *c.* 20. *n.* 26. Lambertin. *de iurepatr. lib.* 2. *in* 1. *p.* 8. *q. princ. in* 15. *art. n.* 1. *cum ſeqq.* Flamin. *d. q.* 1. *n.* 121. ubi *num.* 124. quod non valet conſuetudo, ut quis obtineat plura beneficia in eadem Eccleſia: & *n.* 125. quod diſpenſatus ad duo beneficia, nequaquam cenſetur diſpenſatus, ut illa habeat in eadem Eccleſia, niſi expreſsè fuerit dictum, etiamſi ſint ſimplicia.

In gloſſ. *Vacare noſcatur*, ult. ibi, *quia ſemper eſt ne-* 7
ceſſarium, ut diſpenſatio exprimatur. Notatur ad hoc, quod inferiores non cenſentur diſpenſare, quamvis cauſæ cognitionem præmittant, niſi diſpenſare exprimant; non enim cenſentur abſolvere excommunicatum, niſi verbis abſolutionis utantur, quamvis illum ſcienter ad divina admittant: ita Rebuff. *in praxi benef. tit. de diſpenſat. ſuper defectu natalium, num.* 9. Sanch. *de matrim. lib.* 8. *diſput.* 4. *num.* 16. & limita in foro externo ſecundùm Fr. Emman. *qq. regular. tom.* 1. *quæſt.* 13. *art.* 16.

SVMMARIVM.

1 *Vacatio Præbendarum, ſeu Canonicatuum in Eccleſiis non numeratis, poſſibilis non eſt, nec fit ibi devolutio ad ſuperiorem ex negligentia ſemeſtri in non providendo Eccleſiæ de miniſtris.*

2 *Canonicatuum in Eccleſia numerus, & diſtinctio qualis.*

3 *Beneficia Eccleſiæ non numeratæ ſunt verè beneficia.*

4 *Sententiam non irritat cauſa una vera, & una falſa.*

Cap. Ex parte X.

IN Eccleſiis, in quibus non eſt certus numerus Ca- 1
nonicorum, nec ſunt certæ Præbendæ, non habet locum Concil. Lateran. quod elapſo ſemeſtri devolvitur electio ad ſuperiorem, ſed illarum Eccleſiarum eſt conſervanda conſuetudo. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Butr. Hoſt. Anchar. Henric. Panormit. Vivian. *in ration. libri tertij iuris Pontif. pag.* 127. Alagona *in compend. Iur. Canonici, pag.* 411. remiſſivè Ximen. *in concord. p.* 2. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 3. *Decret. lib.* 3. *tit.* 8. *cap.* 7.

Non erant diſtinctæ Præbendæ, &c.] Adverte quod in 2
Eccleſiis aliquando nulla eſt diſtinctio, numeruſve Præbendarum, nec certus numerus Canonicorum, ut in caſu hujus text. & *c. dilecto*, & *c. vacante, de præbendis*: aliquando eſt certus numerus Canonicatuum, ſeu Canonicorum, ſed nullus numerus, nec diſtinctio

Præbendarum, ut *in c.fin. §.ſi autem,hoc tit.lib.6.* quandoque verò non ſolùm certus eſt numerus Canonicatuum, & Præbendarum, ſed etiam eæ Præbendæ realiter, actualiter, & perpetuò ſunt inter ſe diſtinctæ, itaut non ſint unum beneficium Eccleſiaſticum, ſed dos unius actualiter, & omninò diſtincta ſit à dote alterius, juxta text. *in c. literas, hoc tit. & in Clem. fin. de præbend.* Nonnunquam eſt certus numerus Canonicatuum, & totidem etiam ſunt Præbendæ, ſed eæ diſtinctæ non ſunt, imò bona ſunt quoad dominium Capituli communia, ſuper quibus bonis,quaſi in confuſo abſque actuali aliqua diſtinctione inſtitutus eſt numerus Præbendarum correſpondens numero Canonicatuum, quos omnes caſus quoad conſuetudinem optandi percurrit Moneta *de optione Canonica,c.2. q.2.n.16. & 17.*

3 Notari ſolet hic text. ad hoc, quod beneficia Eccleſiæ non numeratæ ſunt verè beneficia Eccleſiaſtica, ut per Gonzal. *ad reg.8.Cancel. gloſ.9. §.3.n.2.*

4 *Nos igitur,* &c.] Notatur ad hoc, quod cauſa una falſa, & altera vera non irritat ſententiam, ut per Tiraq. *in tract. ceſſante cauſa, limit. 22. n.6. & 13.*

SUMMARIUM.

1 *Conferendi poteſtatem habens poteſt de iure alteri tradere poteſtatem conferendi primum beneficium, quod vacabit.*

2 *Epiſcopus, qui poteſtatem conferendi dedit, poterit conferre ante Vicarium.*

3 *Epiſcopus ſingulari perſonæ facultatem conferendi beneficia committere non poteſt,nec etiam ipſi Vicario de certo beneficio.*

Cap. Conſtitutus XI.

1 Habens poteſtatem conferendi poteſt de jure illam dare alteri, qui ſi confert, non poteſt primus eandem conferre; ſed talis licentia non eſt danda volenti facere fraudem contra jus. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſtienſ. Anch. Henric. Panorm. Guid. Papæ, Vivian. *in rationali libri tertii iuris Pontificii, pag.127.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag.411.* remiſſivè Ximen. *in concord. part.1. & 2.* refertur ab Anton. Aug. *collect.3. Decret. lib.3.tit.8. c.8.*

2 *Et tu interim frater Archiepiſcopi,* &c.] Nota quod Epiſcopus, qui poteſtatem conferendi dedit, poterit conferre ante Vicarium, ut per Rebuff. *in praxi benef. tit. de forma Vicariatus, num.89.* Azor. *inſtit. moral. p.2. lib.3. c.44.q.12.* ubi etiam quid dicendum ſi Epiſcopus, & Vicarius una die beneficium contuliſſent, refero ego ipſe *de officio, & poteſt. Epiſcopi, part.3. alleg.74. n.65.*

3 *Quod gratiam continet ſingularem,* &c.] Ergo ſingulariter non eſt conferendi poteſtas exprimenda, ut per Rebuff. *d.tit.de forma Vicariatus, n.5.* & ideo Epiſcopus ſingulari perſonæ facultatem conferendi beneficia committere non poteſt, nec etiam ipſi Vicario de certo beneficio, ut tenent Flamin. *de reſign. benef. lib.7.quæſt.ult.n.20.* Sbroz.*de officio Vicarii, lib.1. q.52. num.4. & 25.* latè Nicol. Garc. *de benef. p.10. cap.1. num.9.* Quamvis Epiſcopus poſſit committere Vicario ſuo, aut Officiali generali facultatem conferendi beneficia, ut per multos quos refero *d. alleg.54. n.50.* ubi *num.62.* quod data Vicario ſpecialiter facultate conferendi beneficia, non intelligitur conceſſa poteſtas conferendi ea beneficia, quæ Epiſcopus jure ſpeciali, aut privilegio conferre poteſt: & *n.63.* quod hæc facultas comprehendit quælibet beneficia etiam Eccleſiæ Cathedralis, & curam animarum habentia, erecta, & inſtituta ante commiſſionem: & *num.64.* quod etiam extra diœceſim beneficia virtute hujus commiſſionis conferre poteſt.

Cap. Dilectus XII.

Electio Epiſcopi, vel Archiepiſcopi, ſi non fiat in ſemeſtri, non devolvitur ad alios, quia Concil. Lateran. intelligit de perſonatibus, & minoribus beneficiis. Colligunt ex Ordin.Abb.antiq. Innoc.Collect. Zabar.Bellam.Ioan.Andr.Imol.Anan.Hoſt.Butr. Anch. Henric. Panorm. Guid. Papæ, Vivian. *in rationali libri tertii iuris Pontif. pag.128.* Alagona *in compend. iuris Canonici, pag.411.* remiſſivè Ximen. *in concordant.p.1.* refertur ab Anton. Auguſt. *collect.3. Decretal. lib.3. tit.8. c.9.* 1

Ad Archiepiſcopatum, vel Epiſcopatum non ſolet extendi, &c.] Epiſcopalis enim dignitas ſub ampliſſimis verbis quorumcunque beneficiorum in odioſis non venit, ut per gloſ. *verb. Dignitatum, in cap.2. de præbend. lib.6.* Simonet. *de reſerv. q.11.* Mandoſ. *ad reg.20. Cancel. n.7.8. & 9.* Gamb. *de offic.legati,lib.2. n.41. cum ſeq. & lib.7. à n.122.* Burſat. *conſ.287. n.5. vol.3.* Gonz.*ad reg.8.Cancel.gloſſ.5.in princ. n.36.* 2

Cap. Ex tenore XIII.

Promiſſio beneficii vacaturi non valet. Colligunt ex Ordin.Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar.Ioan. Andr. Butt.Anchar.Imol. Anan.Hoſt. Henric.Panorm. Guid. Papæ, Vivian. *in rationali libri tertij iuris Pontif. pag.128.* Alagona *in compend. iuris Canonici, pag.412.* remiſſivè Ximen. *in concord. part.1. & 2.* refertur ab Ant. Aug. *collect.3. Decret. lib.3. tit.8. c.10.* 1

Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſumit Rebuff. *in praxi benef. in proœm.concord. pag.mihi 510.* & probant per me citati ad *c.2. ſup. hoc tit.* ubi eam latè declaravi.

Dictos Abbatem, & Monachos abſolvatis. Hinc Melch. Phœbus *Luſitaniæ deciſ.27.* refert in ſupremo ſupplicationis Senatu deciſum fuiſſe, Abbates non poſſe concedere penſiones de officiis, & beneficiis annexis, & connexis ſuæ Abbatiæ in tempus, quo vacaverint,quem citat patens meus *in comment.ad Ordin. Regias Luſitan. lib.1. tit.98. in fin. n.2.* 2

Cap. Accedens XIV.

Prælatus ſi promittat providere de beneficio, quando poterit, tenetur providere, quia hæc promiſſio non eſt de vacaturo. Colligunt ex Ordinat. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan.Andr. Imol.Anan. Butr. Anchar. Hoſtienſ. Henric. Panorm. Vivian. *in ration. tertii libri iuris Pontificij, pag.129.* Alagona *in compend. iuris Canonici, pag.412.* remiſſivè Ximen. *in concord. part.1. & 2.* refertur ab Ant. Aug. *collect.4. Decret. lib.3. tit.3. c.1.* 1

Alium cùm vacabit.]An & quando promiſſio beneficii vacantis obliget, vide Roch. *de iurepatr. verbo Honorificum, q.36.* Lambert. *2.p.lib.2.quæſt.7. art.15.* Nicol. Garc. *de benef. p.10. c.1. à n.31.* & vide quæ dixi *c.2. ſup. hoc tit.* 2

SUM

SVMMARIVM.

1 *Conferendi poteſtas ſi ad Capitulum, & Prælatum, ut Prælatum pertinet, de uno ad alterum lapſu temporis non tranſit, ſecus ſi Prælatus interſit ut Canonicus, quia tunc de Capitulo tranſit ad Prælatum, niſi dolum committat.*

2 *Præbendarum Eccleſiæ Cathedralis proviſio ad Epiſcopum, & Capitulum ſimul pertinet.*

3 *Collatio ſimultanea Epiſcopi, & Capituli dicitur quando Epiſcopus concurrit in collatione uti privatus, ſeu tanquam Canonicus, & unus de Capitulo.*

4 *Poteſtas conferendi non devolvitur ad ſuperiorem ex negligentia inferiorum, quando ſuperior doloſè procuravit illam negligentiam.*

Cap. Poſtulaſtis XV.

1 Collatio quando ſpectat ad Capitulum, & Epiſcopum, ut Epiſcopus eſt, ſi intra ſex menſes nòn fiat, devolvitur ad ſuperiores. Si Epiſcopus ingrediatur, non ut Prælatus, ſed uti Canonicus, devolvitur ad ipſummet Epiſcopum, niſi doloſè impediat. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Butr. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſt. Anch. Henric. Panorm. Guid. Papæ, Viv. *in ration. libri tertii juris Pontif. pag.* 123. Alagona *in compend. jur. Canon. pag.* 411. remiſſivè Ximen. *in concord. part.* 1. *&* 2. refertur ab Ant. Auguſt. *collect.* 4. *Decret. lib.* 3. *tit.* 3. *cap* 2.

2 *Ad vos, & Archiepiſcopum veſtrum ſimul*, &c.] Ergo proviſio præbendarum Eccleſiæ Cathedralis ad Epiſcopum, & Capitulum ſimul pertinet, ut per citatos *ad c. cum Eccleſia Vulterana* 31. *n.* 4. *ſup. de elect.* & latiſſimè Nicol. Garc. *de benef. p.* 2. *c.* 4. *n.* 11. *cum ſeqq.* ubi *num.* 28. cum Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloſ.* 45. *à n.* 51. quod Capitulum habet unam vocem, & Epiſcopus aliam dimidiam, qui ſi in diſcordia contulerint, ita quod Capitulum, ſeu major pars conferat uni, & Epiſcopus alteri, etiamſi ei acceſſerint aliqui Canonici, neutra collatio valet, & tunc ſi Papa ſtante hujuſmodi diſcordia provideat tertio, ejus proviſio erit bona, ut ſæpiùs reſolutum fuiſſe in Rota atteſtatur idem Nicol. Garc. *d. c.* 4. *n.* 34.

Verùm autem, & quando vox Epiſcopi, aut alterius Prælati tanta ſit, quanta totius Capituli, optimè fuit diſputatum *in una Cæſarauguſtana electionis*, 20. *Martii* 1623. coram R. D. meo Coccino Decano, ubi fuit dictum opinionem Hoſt. *in hoc cap. poſtulaſtis*, tenentis tantam eſſe vocem Epiſcopi, vel alterius Prælati, quantam totius Capituli, habere locum, quando de jure ſpeciali jus eligendi ſpectat ad Epiſcopum, & Capitulum ſimul, vel ad Prælatum, & Capitulum, non ita quando de jure communi electio ſpectat ad Prælatum & Capitulum, quia tunc vox Prælati computatur pro una voce, ſecundum Collect. *in præſenti, n.* 5. Abb. *n.* 14. Imol. *n.* 15. *verſ. quod tamen an ſit verum*, Anch. *n.* 9. *verſ. contrarium determinat ipſe.* Card. *n.* 5. Ioan. Andr. *n.* 10. & latiſſimè *in cap. pen. de appell. in* 6. Feder. de Senis *conſ.* 1. *ex n.* 7. Abb. *conſ.* 37. *n.* 2. *in fine*, *& n.* 3. *p.* 2. & fuit reſolutum *in Placentina voti*, 26. *Aprilis* 1599. *&* 6. *Novembris* 1600. *&* 16. *Decembr.* 1604. coram bonæ mem. Penia.

3 *Niſi fortè Archiepiſcopus*, &c.] Notatur ad hoc, quod dicitur collatio ſimultanea Epiſcopi, & Capituli, quando Epiſcopus concurrit in collatione uti privatus, ſeu tanquam Canonicus, & unus de Capitulo, ut per Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloſ.* 45. *n.* 67.

Notatur etiam ad hoc, quod ubi negligentia, quam Prælatus ipſe habuit, dum teneretur non ut Epiſcopus, ſed ut quilibet alius cum cæteris Canonicis intra ſex menſes beneficium conferre, non nocet ei, ut tanquam ad Prælatum ob negligentiam ad ipſum conferendi poteſtas devolvatur, quia non fuit negligens ut ipſe ſolus, ſed cum aliis: quod efficit ut ad ipſum tanquam ad ſuperiorem meritò devolutio fiat, ita Domin. à S. Gemin. *in c. à collatione* 11. *n.* 1. *de appell. in* 6. ubi Franch. *n.* 4. Innoc. *in cap. irrefragabilis* 13. *n.* 2. & *ibi* Zabar. Hoſt & alii *de officio ordin.* Secus autem eſſet ſi electio, vel collatio à ſolo Epiſcopo tanquam Canonico facta, vel facienda fuiſſet; nam tunc nullo modo ad eum appellatio interponeretur, nec facultas conferendi devolveretur, quia deeſſet perſonarum diverſitas, quæ in his caſibus neceſſariò deſideratur. Rota *deciſ.* 1. *ſub tit. de ſuppl. neglig. Prælat. in novis*, aliàs *deciſ.* 113.

Et in hoc caſu cùm doloſè impedierit, &c.] Notatur ad hoc, quod ex negligentia inferiorum non devolvitur ad Superiorem poteſtas, quando ſuperior doloſè procuravit illam negligentiam, ut per Palat. *in repet. rubr. de donationib. inter virum, & uxorem*, §. 70. *num.* 21. 4

Notatur ad hoc, quod quando quis ex aliquo eventu prætendit lucrum, eo carere debet, ſi conſtet per ejus dolum hunc caſum eveniſſe, & per eum fuiſſe procuratum, ut per D. Barboſ. *in l. ſi ab hoſtibus*, §. *fin. n.* 5. *ff. ſoluto matrim.*

SVMMARIVM.

1 *Patronus non poteſt promittere ſe præſentaturum aliquem ad beneficia vacatura, nec poteſtatem dare alteri ut præſentet, & ſi id faciat, non tenet.*

2 *Fœmina præſentare poteſt.*

3 *Patronus beneficii Eccleſiaſtici non poteſt promittere ſe præſentaturum aliquem ad beneficium vacaturum, nec alicui dare poteſtatem præſentandi ad illud antequam vacet.*

4 *Reges Luſitani quo iure promittere poſſint in genere Eccleſias ſui patronatus, & præceptorias vacaturas, oſtenditur.*

5 *Præſentandi ius non habetur in actu, niſi à tempore vacationis.*

6 *Procuratorem ut præſentet pro ſe ad beneficia vacatura de auctoritate Ordinarii quis poteſt conſtituere ex iuſta cauſa.*

Cap. Cùm dilecta XVI. & ult.

Honorius III.

Patronus non poteſt promittere ſe præſentaturum aliquem ad beneficia vacatura, nec poteſtatem dare alteri ut præſentet, & ſi id faciat, non tenet. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Imola, Anan. Butr. Hoſtienſ. Anchar. Henric. Panorm. Guido Papæ, Vivian. *in rationali libri tertii iuris Pontif. pag.* 130. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 412. remiſſivè Ximen. *in concordant. p.* 1. *&* 2. 1

Commiſſa Flandren. &c.] Ergo fœmina præſentare poteſt, ut per Roch. *de iurepatron. verbo Competens, in princ.* Iulian. Vivian. *in praxi iuriſpatron. p.* 3. *lib.* 5. *cap.* 4. *n.* 5. 2

Fecerit promiſſiones, &c.] Notatur ad hoc, quod patronus beneficii Eccleſiaſtici non poteſt promittere ſe præ- 3

ſentaturum aliquem ad beneficium vacaturum, nec alicui dare poteſtatem præſentandi ad illud antequam vacet, ut per Kirchou. *tom.* 1. *communium opinionum, lib.* 1. *tit.* 4. *num.* 8. *pag.* 167. Put. *part.* 1. *deciſ.* 244. *in antiq.* aliàs 138. *num.* 3. *in correct.* Lambert. *de iurepatr.* 1. *p. lib.* 2. *q.* 6. *art.* 1. *&* 19. Roch. *eod. tract. verb. Honorificum, n.* 25. *& verb. Competens, num.* 63. Perez *l.* 1. *gloſſ.* 2. *verſ. non minus elegans, tit.* 6. *lib.* 1. *Ord. pag.* 146. Rebuff. *in praxi benef. p.* 2. *tit. de reprobata benef. viv. impetr. à n.* 25. Spin. *in ſpeculo teſtam. gloſſ.* 4. *princip. n.* 102. Iulian. Vivian. *in praxi iuriſpatr. p.* 2. *lib.* 10. *c.* 2. Rot. *in Faventina beneficii,* 13. *Iunii* 1614. coram bonæ memor. Buratto, inter ejus impreſſas *deciſ.* 61. *n.* 1. ubi Ferentil. *in annot. lit. A,* Ioan. Nicol. Delphin. *de iurepatron. lib.* 2. *n.* 192. Caſſad. *deciſ.* 5. *de iurepatr.* Roland. *conſ.* 47. *ex n.* 53. *vol.* 1. Coſm. *in pragm. ſanct. tit. de collationib.* §. *reſervationes, in gloſſ. verbo Vacaturorum, verſ. quemadmodum enim,* Humad. *l.* 10. *gloſſ.* 4. *num.* 1. *tit.* 16. *p.* 1. plures, quos refert Cened. *ad Decretal. collect.* 160. *à princ.* latè Nicol. Garc. *de benef. p.* 10. *c.* 1.
4 *à n* 4. Cabed. *de patronatibus Regiæ Coronæ, c.* 14. ubi reſolvit paſſim Reges Luſitaniæ conſueviſſe, & ſolere promittere præſentare aliquem in Eccleſia ſui patronatus in genere ob benemerita, & ſervitia, & de hac promiſſione proviſionem Regiam fieri: & *c.* 15. idem facere dicit commendis vacaturis. Verùm conſuetudo illa, qua Reges noſtræ Luſitaniæ promittunt in genere Eccleſias ſui patronatus vacaturas, dubito an jure ſubſiſtere poſſit, niſi ex præſumpto Summi Pontif. privilegio quod ad hujuſmodi promiſſiones, ex juſta tamen cauſa faciendas, conceſſum cenſeri debet, argum. *cap. ſuper quibuſdam,* §. *præterea, de verbor. ſignific.*

Similiter non ſine aliqua difficultate procedunt expectativæ, quæ ad Præceptorias, ideſt, Commendas Ordinum Militarium concedi ſolent per Regem noſtræ Luſitaniæ, tanquam per Magiſtrum eorundem Ordinum, quia Magiſter Ordinum Militarium cenſetur tanquam quilibet alius Prælatus inferior, ut ex Navar. *in Apologia de redditib. Eccleſiaſt. quæſt.* 1. *monitu* 56. tradit Cabed. *d. c.* 15. *num.* 4. & ſatis conſtat ex traditis per Fr. Emman. *qq. regular. tom.* 1. *quæſt.* 36. *art.* 5. Sed Prælatus inferior à Papa non poteſt principaliter promittere expectativas, ſive generaliter, ſive ſpecialiter ad beneficia vacatura, *cap.* 2. *ſupra hoc tit.* Ergo, &c. facit conſtitut. Pii V. quæ incipit, *Sacroſanctum.* Sed reſponderi poteſt hujuſmodi Commendas non eſſe Eccleſiaſtica beneficia, ut advertit Cabed. *d. c.* 15. *num.* 15. præſentit Fr. Emman. *d. tom.* 1. *quæſt.* 1. *art.* 6. *col.* 3. *poſt princ.* quicquid aliter ſentiat Valaſc. *conſult.* 108. *n.* 28. Ratio eſt, quia juſtè poſſidentur à prædictarum Militiarum profeſſoribus, qui quidem, etiamſi religioſi ſint, vel propriè, vel largè ſecundùm Doctorum opiniones, quos refero *de officio, & poteſt. Epiſcopi, part.* 2. *alleg.* 12. *n.* 16. Clerici tamen non ſunt, neque aliquem Ordinem, ſi eorum Conventuales excipiamus, utplurimùm ſuſcipiunt, neque tenentur ſuſcipere, ut ex quotidiana experientia conſtat, cùm tamen Clerici eſſe deberent, & ita Ordines ſuſcipere ad recipiendas prædictas Commendas, ſi ipſæ eſſent Eccleſiaſtica beneficia, juxta reg. text. *in c.* 1. *de ætate, & qualitate, cum ſimilibus,* & Concil. Trident. *ſeſſ.* 23. *de reformat. c.* 5. *& ſeſſ.* 24. *de reformat. cap.* 12. tum etiam, quia de facto conſtat prædictos Milites hujuſmodi Commendas non obtinere cum titulo illo ſpirituali, quem præſeferunt Eccleſiaſtica beneficia, illi namque fruuntur ſolis fructibus temporalibus, qui ſuperantur ab ipſis beneficiis, quæ reguntur per Clericos ejuſdem Ordinis, & Militiæ, penes quos ſolùm reſidet ſpiritualis eorum titulus, ut bene advertunt Cabed. *d. c.* 15. *à num.* 18. Fr. Emman. *d. col.* 3. *poſt princ.* & ſatis ex his conſtat, quæ circa oblationes his Clericis, an potius prædictis Militibus earum Commendatum poſſeſſoribus ſolvendas controvertunt Valaſc. *conſult.* 14. *tom.* 1. & Fr. Emman. *d. tom.* 2. *q.* 36. *art.* 7. Cùm ergo Commendæ hujuſmodi non ſint Eccleſiaſtica beneficia, non includuntur ſub prohibitione *c.* 2. *ſupra hoc tit.* ut *ibi* notavi; nec eſſe materiam ſimoniæ, tradunt Victor. *in relect. de ſimon. num.* 45. Aragon. 2. 2. *q.* 100. *art.* 4. Soar. *tom.* 1. *de Relig. lib.* 4. *de ſimon. c.* 27. *n.* 6. Bonacin. *in tract. de ſimon. q.* 4. *num.* 15. ubi *in verſ. ex dictis,* colligit non committi ſimoniam ab eo, qui pecunia procurat Commendam militarem, aut illam vendit.

De non vacantibus.] Quia jus præſentandi non habetur in actu, niſi à tempore vacationis, ut per Duen. 5
reg. 279. & plures alios, quos refero *de offic. & poteſt. Epiſcopi, p.* 3. *alleg.* 72. *n.* 5.

Et donatione eorum, &c.] Ex juſta tamen cauſa, 6
veluti ſi quis deberet ſe abſentare in longinquas partes de auctoritate Ordinarii, poterit conſtituere procuratorem, ut præſentet pro ſe ad vacatura, Lambert. *d. lib.* 2. *q.* 4. *art.* 2. *n.* 3. *&* 89. *& art* 9. *n.* 4. Mareſcot. *var. reſol. lib.* 2. *c.* 33. *n.* 3. Gregor. *deciſ.* 410. *num.* 5. Rot. *deciſ.* 521. *n.* 7. *p.* 1. *recent.* Ferent. *ad deciſ.* 21. Buratti, *n.* 26. Nicol. Garc. *d. c.* 1. *n.* 18. Iulian. Vivian. *in d. praxi, p.* 3. *lib.* 5. *c.* 4. *n.* 6. & ideo validè poterit procurator conſtitui generaliter ad præſentandum in omnibus Eccleſiis juriſpatronatus, Abb. *hîc, num.* 6. Lambertin. *d. quæſt.* 4. *art.* 3. Vivian. *c.* 4. *num.* 9. Mareſcot. *à cap.* 33. *num.* 1. Nicol. Garc. *d. cap.* 1. *num.* 19. ubi *num.* 20. reſolvit validam eſſe dationem procuratoris, ſeu adminiſtratoris generalis, negotiorum patroni ex juſta cauſa abſentiæ conſtituto ante vacationem beneficii, cui committeret præſentationem, etiam quod unicam haberet.

Ne Sede vacante aliquid innovetur.

TIT. IX.

SUMMARIUM.

1 *Doctores referuntur, ſuper hanc rubricam ſcribentes.*
2 *Sedes in hac rubrica ſtat pro Eccleſia, in qua eſt locus Prælati cuiuſcumque, etiam inferioris.*
3 *Vacare aliquando idem eſt quod ceſſare.*
4 *Verbum,* vacante, *in hac rubrica importat carentiam proprii Prælati, qui iura Eccleſiæ tueatur.*
5 *Vacationis nomine venit omnis vacatio, ſeu vacandi caſus.*

SUPER hanc rubricam ſcripſerunt Zabar. Ioan. Andr. Imol. Anan. Anch. Butr. Panorm. Guid. Papæ, Durand. *in Breviario aureo iuris Canon. fol.* 93. *verſo,* Petr. de Ravenna *in compendio juris Canonici,* Daniel Venator *in analyſi methodica juris Pontificii, à pag.* 396. Goffred. & Hoſt. *in ſumma hujus tit.* Alexand. Caſan. & Anaſtaſ. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decret.* Bart. Carthag. *in expoſitione titulorum iuris Canon.* Zypæ. *in analytica poſtremi iuris Eccleſiaſtici enarrat. pag.* 186. omnes *ſub hoc tit.* 1

Sede.] Licèt ſedes aliàs multipliciter dicatur in jure, ut per Pavin. *de poteſtate Capituli, prel.* 6. hîc tamen 2

men ſicut & alibi accipitur pro Eccleſia, in qua eſt locus Prælati cujuſcumque etiam inferioris, *cap. auditis*, ibi, *Eccleſia vacante, de in integr. reſtit. cap.* 1. ubi gloſſ. *verbo Eccleſia, de rebus Eccleſ. non alien. lib. 6. cap.* 2. ubi gloſſ. 1. *de exceſſ. Prælat.* Innoc. Butr. & Imol. *num.* 14. *in c.* 4. *hoc tit.* Abb. *in cap. his quæ, num.* 2. *de maior. & obed.* proſequitur latè Pavin. *d. præl.* 6. *ex n.* 6.

3 *Vacante.*] Quamvis hoc verbum multipliciter recipiat à jure interpretationem, ut per Roman. *conſil.* 150. Staphil. *de literis gratiæ, tit. de variis modis vacationis, in princip.* Pavin. *de poteſt. Capituli, prælud.* 7. *ex num.* 3. aliquando enim vacare idem eſt quod ceſſare,
4 juxta *l. qui tertiana* §. 5. *ff. de ædilit. edicto*: aliquando vacuum dicitur inutile, juxta *l.* 28. *ff. depoſiti*, tamen *in hoc tit.* importat carentiam proprii Prælati, qui jura Eccleſiæ tueatur, *cap.* 1. *hoc tit. d. c.* 1. *de rebus Eccleſ. non alienand. lib.* 6. quæ quidem Prælati carentia non eſt referenda ad Prælatum mediatum, qualis eſt Archiepiſcopus reſpectu Sedis Epiſcopi ſuffraganei, & Epiſcopus reſpectu Eccleſiarum inferiorum, ſed referri debet ad carentiam Prælati immediati, qualis eſt Archiepiſcopus, & Epiſcopus reſpectu ſuarum propriarum Sedium, & qualis eſt Archiepreſbyter reſpectu Parochialis: obſervat Innoc. *in c. olim, il* 1. *n.* 2. *de reſtitut. ſpoliat.* receptus ex Felin. *in cap.* 1. *num.* 9. *de præſcript.*

5 Vacationis nomine venit omnis vacatio, ſeu vacandi caſus, ſiue per mortem, renuntiationem, tranſlationem, ſive alium ſimilem modum, per quem titulus in totum reſolvitur, juxta gloſſ. *verbo mortem, in cap. penult. de ſuppl. negl. lib.* 6. *gloſſ.* 2. *in cap.* 1. *hoc tit. lib.* 6. gloſſ. *verbo vacabunt, in c. ſi propter, de reſcript. eod. lib. & verbo vacantibus, in c. cupientes, & verbo vacat, in c. quia ſæpè, de præbend. eorum, lib.* 6 Soar. *de cenſur. diſp.* 7. *ſect.* 2. *num.* 3. Doctores per me citati *in tract. de clauſul. uſufreq. clauſ.* 172. *n.* 1. *& in tract. de appellativa verborum utriuſque iuris ſignificat. appellat.* 266. *à num.* 1. ubi latè materiam exornavi.

SVMMARIVM.

1 *Sede vacante, ſtatus eius mutari non debet.*
2 *Papa ſolius eſt Eccleſiam in Cathedralem erigere.*
3 *Eccleſia unita alteri Eccleſiæ, vel beneficio, in illius tranſit naturam.*
4 *Augmentum eſt eiuſdem naturæ, & eodem iure regitur ut primum, cui additum eſt.*
5 *Epiſcopus, exceptis iis, quæ concernunt Regularia inſtituta, habet omnimodam iuriſdictionem in Monachos Eccleſiæ Cathedralis Regularis.*
6 *Sententia lata contra Eccleſiam viduatam Paſtore & indefenſam non valet.*
7 *Vivendi tres modi referuntur.*
8 *Epiſcopus ratam poteſt habere alienationem rerum Eccleſiæ abſque ſolemnitate, Sede vacante, factam.*

Cap. Novit ille I.

Innoc. III.

1 SEde Epiſcopali vacante nil eſt innovandum, imò nec Papa innovat, quia non eſt qui defendat jus Epiſcopale, & ne plus perſonæ quàm Eccleſiæ tribuiſſe videatur. Colligunt ex Ordin Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſt. Henric. Guid. Papæ, Anchar. Panorm. Viv. *in ration. lib.* 3. *iuris Pontif. pag.* 146. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 416. Remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Ant. Auguſt. *collect.* 3. *Decret. lib.* 3. *tit.* 9. *cap. unic.*

Probat hic text. diſſolutionem unionis, quæ Epiſcopatui facta erat, illo vacante minimè fieri poſſe, ut reſoluunt omnes *in præſenti*, gloſ. *verbo vacabat*, ubi omnes, *in Clement.* 2. *de rebus Eccleſ. non alienand.* Caccialup. *de unionibus, art.* 9. *à num.* 1. Petrus de Peruſio *eod. tract. cap.* 5. *num.* 2. *&* 3. *& de revocat. unionum, c.* 3. Non obſtat quod unio Sede vacante fieri poteſt, *d. Clement.* 2. ac proinde eodem modo diſſolvenda foret, argument. *l. nihil tam naturale, ff. de regulis iuris, reg.* 1. *in antiq.* quia reſp. rejectis duabus ſolutionibus gloſſæ *d. verbo vacabat*, magnum verſari diſcrimen inter unionis conſtitutionem, & illius revocationem; nam per unionem neutri Eccleſiæ præiudicium infertur, ſcilicet nec unitæ, cujus exiguitas, & paupertas reparatur, *c. unic.* 10. *q.* 3. *c. & temporis* 16. *quæſt.* 1. *cap. expoſuiſti, de præbend.* & ita conſulitur Eccleſiæ pauperi; rurſus nec etiam Eccleſiæ, cui fit unio, cujus redditus, & auctoritas aliquo modo amplificantur, ut patet: at verò per unionis legitimè factæ diſſolutionem utrique Eccleſiæ præjudicium infertur, ſcilicet unitæ, quia redit in antiquam paupertatem, vel ſaltem amittit privilegia digniora, quæ ratione unionis acquiſivit; rurſus & ei cui unio facta eſt, quia ejus redditus & auctoritas diminuuntur, ac ſubinde cùm detur diverſa ratio in conſtitutione unionis, quæ datur in ejuſdem diſſolutione, argumentum ex *d. l. nihil tam naturale*, non procedit, poteritque vacante Sede fieri unio, juxta *d. Clement.* 2. non autem diſſolui, juxta text. *in præſenti*, quo pacto illum intellexit Caccialup. *d. num.* 1. *cum ſeqq* Petr. de Peruſio *ubi ſup. c.* 9. *n.* 2. *&* 3. licèt id non percipiat Rebuff. *in praxi, tit. de revocat. union. à n.* 13.

Eccleſiam veſtram erexerit in Cathedralem.] Notatur 2 ad hoc, quod ſolius eſt Papæ Eccleſiam in Cathedralem erigere, dixi *de offic. & poteſt. Epiſc. p.* 3. *alleg.* 50. *num.* 5. Sic etiam ſolius Papæ eſt erigere Eccleſiam in Collegiatam, ut per Rebuff. *in praxi, tit. de erect. in Collegiatam.* Paul. Fuſc. *de viſit. lib.* 2. *c.* 1. *n.* 6. Azor. *inſtit. moral. p.* 2. *lib.* 5. *cap.* 29. *q.* 25. *& c.* 30 *q.* 3. *&* 4. Maſſobr. *in praxi habendi concurſum, præl.* 2. *dub.* 1. ſecundùm Romanam impreſſ.

Vt idem eſſet Epiſcopus utriuſque.] Notatur ad hoc 3 quod Eccleſia unita alteri Eccleſiæ, vel beneficio, in illius tranſit naturam, ut per D. Barboſ. *in l. quia tale, num* 95. *ad fin. ff. ſoluto matrim.* Augmentum enim eſt 4 ejuſdem naturæ, & eodem jure regitur ut primum, cui additum eſt, per Tiraq. *de retract. lign.* §. 1. *gloſſ.* 18. *n.* 51. Ioſeph Seſſe *Aragoniæ deciſ.* 124. *n.* 124.

Notatur etiam ad hoc, quod Epiſcopus exceptis 5 iis, quæ concernunt Regularia inſtituta, habet omnimodam juriſdictionem in Monachos Eccleſiæ Cathedralis Regularis, ut per Rotam apud Farin. *deciſ.* 770. *n.* 2. *in* 1. *collect. noviſſimarum.*

Attendentes igitur, &c.] Vnde ſententia lata contra 6 Eccleſiam viduatam paſtore & indefenſam, non valet, ut per Rebuff. *in repet. l. quod iuſſit, num.* 105. *ff. de re iudic.* & ideo Eccleſiæ Parochiali vacanti dat Epiſcopus curatorem, Paul. Montan. *de tutelis, cap.* 28. *n.* 67.

In gloſſ. *Vniendo.* De tribus modis uniendi, de qui- 7 bus agit hæc gloſſa, videlicet primò, quando fit unio, ut ex duobus beneficiis, vel Eccleſiis unum fiat: ſecundò, ut una Eccleſia alteri ſubjiciatur, ſeu unum beneficium alteri acceſſoriè: tertiò quando duæ Eccleſiæ, ſeu beneficia æquè principaliter uniuntur, latè tractant, & explicant Gregor. *lib.* 4. *tit.* 11. *part.* 1. Hojed. *de incompatib. benefic. part.* 2. *c.* 3. *num.* 2. Rebuff.

*in praxi benefic. tit. de unionib. num.*15. *cum ſeqq.* Petr. Gregor.*rei benef.c.*10.*n.*2.Azor.*inſtit.moral. p.*2. *lib.*6. *c.*28.Gonzal.*ad reg.*8.*Cancel.gloſſ.*5. §.7. *n.*26. Nicol. Garc.*de benef. p.*12. *c.*2. *num.*7. *cum multis ſeqq.* Valer. Reginald.*in praxi fori pœnit.lib.*30.*tract.*3. *n.*298. *verſ. huic unioni.*

8 In gloſſ. *Sede*,ibi,*ſi Epiſcopus ratum habeat*.Notatur ad hoc, quod Epiſcopus ratam poteſt habere alienationem rerum Eccleſiæ abſque ſolemnitate Sede vacante factam, ut per Covar. *pract. c.*28. *n.*10. Gutier. *pract.lib.*2.*q.*22.*n.*10.*& n.*9.*in fin.*reſoluit quod quãvis adverſarius non poterit Eccleſiam, vel minorem compellere ut ratificet contractum, ſed erit in ipſorum electione, attamen bene poterit petere ut intra brevem terminum declarent,an velint ſtare contractui, & ipſum ratificare, necne, ne ipſe perpetuò ſit obligatus; unde benè Surd.*de alimentis, tit.*8. *privileg.* 56. *n.*80.dicit Eccleſiam, vel minorem poſſe compellere contrahentes ad contractus invalidi obſervantiam, licèt ipſi ad id non teneantur.

SVMMARIVM.

1 *Capitulum,Sede vacante,non poteſt beneficia ſpectantia ad ſolam collationem Prælati conferre*,& n.2.

3 *Capitulum,Sede vacãte,omnia facere poteſt,quæ ſunt iuriſdictionis,niſi expreſsè prohibita reperiantur.*

4 *Eccleſias, ſive beneficia ad tempus commodare poteſt Capitulum,Sede vacante.*

5 *Præſentatos à patronis admittere, ſive inſtituere poteſt Capitulum,Sede vacante.*

6 *Reſignationes beneficiorum ſpectantium ad collationem Epiſcopi recipere poteſt Capitulum Sede vacante*,& n.7.

8 *Permutationibus beneficiorum auctoritatem præſtare poteſt Capitulum,Sede vacante.*

9 *Diſpenſare cum illegitimis ad beneficia ſimplicia poteſt Capitulum, Sede vacante.*

10 *OEconomos præficere poteſt Capitulum, Sede vacante.*

11 *Uniones ex cauſa facere poteſt Capitulum, Sede vacante, dummodò nihil pereat de iure Epiſcopali.*

12 *Licentias, quas concedit Epiſcopus, concedere poteſt Capitulum,Sede vacante.*

13 *Statuta condere quæ poſſit Capitulum, Sede vacante, oſtenditur.*

14 *Defunctorum ultimas voluntates exequi poteſt Capitulum, Sede vacante, quatenus iure ordinario competebat Epiſcopis.*

15 *Religioſos piarum voluntatum executores compellere poteſt Capitulum, Sede vacante, ad reddendas adminiſtrationis rationes.*

16 *Viſitare poteſt diœceſim Capitulum Sede vacante.*

17 *Confeſſarium inſtituere poteſt Capitulum Sede vacante, qui abſoluat à caſibus reſervatis Epiſcopo.*

18 *Cognoſcere de arduis cauſis poteſt Capitulum Sede vacante.*

19 *Vicarium generalem in ſpiritualibus, & temporalibus conſtituere poteſt Capitulum Sede vacante.*

20 *Matrimonio celebrando iuxta fomam Concilii Trid. aſſiſtere poteſt Capitulum Sede vacante.*

21 *Rationem ab adminiſtrationibus piorum locorum poteſt exigere Capitulum Sede vacante.*

22 *Charitatiuum ſubſidium exigere poteſt Capitulum Sede vacante.*

23 *Privilegium cognoſcendi de cauſis in prima inſtantia habet Capitulum Sede vacante.*

24 *Indulgentias concedere poteſt Capitulum, Sede vacante.*

25 *Deponere poteſt Capitulum Sede vacante.*

26 *Capitulum Sede vacante non ſuccedit in iuriſdictione delegata Epiſcopo.*

27 *Viſitare Monaſteria exemptorum Monialium, quæ viſitat Epiſcopus auctoritate Apoſt. non poteſt Capitulum Sede vacante.*

28 *Supprimere Præbendas, aut portiones vigore Concil. Trid. non poteſt Capitulum Sede vacante.*

29 *Iuriſpatronatus donationem non poteſt confirmare Capitulum Sede vacante.*

30 *Dimiſſorias ad Ordines infra annum à die vacationis concedere non poteſt Capitulum Sede vacante, niſi illis, qui arctati fuerint.*

Cap. Illa II. *Honor. III.*

Beneficia ſpectantia ad collationem Prælati, Sede vacante,non poteſt Capitulum conferre, quia non devolvuntur per negligentiam. Colligunt ex Ordin. Abb.antiq.Innoc. Collect. Zabar.Bellam.Ioan. Andr. Imol.Anan.Hoſt. Henric. Panor.Guid. Papæ, Anchar. Viu. *in ration. lib.*3.*iuris Pontif. pag.*140. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.*416. remiſſivè Ximen. *in concord.p.*1.*&* 2. 1

Hanc eandem concluſionem ex hoc text.deſumunt Rebuff.*in praxi benefic.tit.de devolut. num.*70.*&* 71. *& n.*88.*&* 90 Selu.*de benefic.p.*2. *quæſt.*11. Corraſ.*part.*2. *c.*7.*num.*1. *&* 2.Flamin.*de reſignationib. benefic.lib.*7. *quæſt.*23.*num.*19. ubi extendit ad beneficia, quæ vacant per renuntiationem. Pavin. *de poteſt. Capituli Sede vacante, p.*2. *princ.q.*1. Molin.*de iuſt. tom.*6.*tract.*5. *diſp.*9.*à num.*11. Gonzal.*ad reg.*8. *Cancell.*§.4.*proœm. n.*35.*& gloſ.*9.§.1.*n.*77.ubi de beneficiis patrimonialibus, Azeved.*conſil.*9.*à n.*1.Azor.*inſtit.moral.p.*2.*lib.*3. *c.*38. *quæſt.*1. Vincent. Filliucius *tom.*3. *tract.*41. *c.*2. *n.*42. Nicol. Garc. *de benefic.p.*5.*c.*7.*n.*51. ubi *n.*52.extendit ad præſentationem, ſeu electionem ſpectantem ad Epiſcopum, latè Quarant. *in ſumma Bullarii, verbo Capitulum Sede vacante, verſ.nonò quæro*, ubi refert hoc ipſum jure noviſſimo cautum eſſe per conſtit.felicis mem. Pii V.incipient. *Sanctiſſimus in Chriſto Pater*, per quam omnia beneficia Epiſcopali Sede vacante quomodolibet vacantia, ad eorundem Epiſcoporum collationem, proviſionem, præſentationem, electionem, ſeu quamvis aliam diſpoſitionem quomodolibet pertinentia, ipſi Pontifici reſeruantur, & quamvis hæc conſtit. expiraſſet cum ipſo Pio V. ut advertit Nicol.Garc.*d.part.*5.*c.*1.*n.*234.hoc ipſum habetur *in reg.*2. *Cancel.* Quæ quidem principalis hujus text. concluſio procedit, quamvis beneficiorum collatio ad Epiſcopum pertineat jure devoluto ob negligentiam, vel culpam inferiorum Prælatorum non conferentium, ut per Rebuff.*d. tit. de devolut. num.*93. Abb.*in cap.cùm olim, n.*3.*verſ. ſed circa, de maiorit.* & *ibi* Felin.*in fine*, Pauin. *p.*2.*q.*2.*num.*10. Nicol. Garc.*d. p.*5.*c.*7.*n.*53.ubi plures contrarium tenentes, & *n.*54. intelligit in collatione libera, non verò in confirmatione, & inſtitutione, quæ ſunt neceſſariæ,& debitæ. Quarant.*d.verſ. nonò quæro, ampliat.*3. ubi *in* 2. *ampl.* pariter concluſionem text.procedere ait, quando alius ex aliquo ſpeciali jure haberet conferre cum Epiſcopo. 2

Amplia concluſionem procedere non ſolùm in Capitulo, ſed etiam in quocumque alio viſitatore dato Eccleſiæ Cathedrali vacanti, vel alio inferiori Summo Pontif. juxta terminos *c. ult. verſ. niſi fortè, cum ſeq.de ſuppl. neglig. Prælat.lib.*6. Concil. Trident. *ſeſſ.*24.*de reformat.c.*16.*verſ.ſi ſecus factum fuerit*, notat gloſſ. *verbo is ad quem, in c.unic. de maior. & obed. lib.*6. adhuc enim illa beneficia ad Epiſcopi collationẽ pertinentia non conferet, text. opt. *in d. c. ult.* §. *ult. in*

in princ. Secus dicendum eſt in viſitatore dato à Summo Pontifice eidem Eccleſiæ Cathedrali, quem ſolus Papa poteſt deputare, nulla interueniente Capituli negligentia, *d.c. vlt. in princ.*d.gloſſ.*verbo is ad quem*; is enim beneficia poteſt conferre, *d.§.vlt.in fin.*iuncta *gloſſ. vlt.* & inſuper omnia alia facere (excepta rerum immobilium alienatione) quæ poteſt facere Epiſcopus electus & confirmatus, *c.is cui* 42. *de elect. in* 6. Amplia etiam prædicta procedere in Collegio Cardinalium, qui vacante Apoſtolica Sede non poſſunt conferre beneficia ad Summi Pontif.promotionem pertinentia, de quo latè Selu.*de benef.p.*2.*q.*2.*per totam.* Limitatur tamen ſupradicta concluſio vbi ad Capitulum, & Epiſcopum ſimul collatio ſpectaret; nam tunc mortuo Epiſcopo, vel à beneficiorum collatione ſuſpenſo,poterit Capitulum conferre.Gloſſ & DD. per text. *ibi, in cap. vnic. in princ. hoc tit. lib.*6. Abb. *in præſenti, num.*4. Rebuff. *in praxi, tit. de deuolution. à num.*74.

3 De poteſtate Capituli Sede vacante multa Doctores ſcripſerunt, de qua vt aliqua dicam, & vt plures caſus diſtinguam,in quibus ſuccedit,vel non ſuccedit Epiſcopo, repetenda eſt illa vulgaris regula, quæ renet Capitulum Sede vacante omnia facere poſſe, quæ ſunt iuriſdictionis, niſi expreſsè prohibita reperiantur, vt per Nauarr.*conſil.*4. *num.*1.*de tempor.ordinat. in nouis*, Pauin. *de officio, & poteſt. Capituli Sede vacante, p.*1. *q.*1. *à num.*3.*& q.*5.*num.*2.*verſ. item regulariter*, Guttier. *canon.lib.*1. *cap.*11.*num.*10.Flamin.*de reſignat. lib.*7.*quæſt.*23. *à n.*26. Azor. *d.l.b.*3.*c.*27.*q.*6. Quarant. *d. verbo Capitulum Sede vacante, à princ.* Nicol. Garc.*d.c.*7.*à num.*4. Rota *deciſ.*1. *num.*13. *p.*1. *diuerſ. & deciſ.*346.*n.*2. apud Farin. *p.*1. *recent. & deciſ.*632. *n.*4. *p.*2. *etiam recent.*Rebuff. *in praxi, tit. de deuolut.à n.*58.Soar.*tom.*5. *diſp.*50. *ſect.*5.*n.*6.Vincent. Filliuc. *d. c.... n.*4. vbi dicit ex antiquo iure tempore Sedis vacantis iuriſdictionem Epiſcopi deuolui ad Capitulum, quam facultatem nec mutauit, nec minuit Concil. Trident. *ſeſſ.*14. *de reformat. cap.*16. ſed ſolùm præcepit modum vtendi illa, nimirum per Vicarium ab eodem Capitulo electum, cui & iuriſdictionem, & vſum committat, & ita Capitulum Sede vacante ſuccedit Epiſcopo in ſequentibus caſibus.

4 Primò in commendando Eccleſias, ſiue beneficia ad tempus, Rebuff.*in praxi benef. tit. de deuolut.n.*77. & 80.*& in tract. nominat.q.*8.*n.*30. Azor.*d.lib.*3.*c.*38. *quæſt.*8.

5 Secundò in admittendo, ſiue inſtituendo præſentatos Clericos à patronis, Rebuff. *d. tit. de deuolut.à n.*68. Ego ipſe *de offic. & poteſt. Epiſc. p.*3. *allegat.*72. *n.* 183.vbi cito Azor.*d.p.*2.*lib.*3.*c.*38.*q.*2.Nicol. Garc. *d.c.*7. *num.*54. Viuian. *in praxi iuriſpatronat. lib.*12. *c.*2.*n.*6.

6 Tertiò in recipiendis reſignationibus beneficiorum ſpectantium ad collationem Epiſcopi. Flamin. *de reſignat.lib.*7.*quæſt.*23. *à n.*20. Sbroz.*de officio Vicarij, lib.*2.*quæſt.*71. *num.*1.*& quæſt.*130. *n.*3.Ego ipſe *d. part.*3. *alleg.*69. *n.*8. vbi refero Quarant.*in ſumma bullarij, verbo Capitulum Sede vacante, quæſt.*9. *prope fin. verſ. quartò limita*, Nicol. Garc. *p.*11. *c.*3. *n.*256. *& cap.* 4. *à num.*75. Aloyſ. Ricc. *in praxi aurea, reſol.*243.

7 Quartò in cognoſcendis, & aſſignandis congruis portionibus, Rebuffus *in tract. congruæ portionis, num.*57.

8 Quintò in præſtanda auctoritate permutationibus beneficiorum, Flamin. *lib.*7. *q.*23. *n.*31.Bellacomb. *tom.*1. *communium. opinion. lib.*1.*tit.*9.*num.*11.*pag.*183. Azor. *d. part.*2. *lib.*7. *c.*29. *quæſt.*4. Quarant. *dicto verbo Capitulum Sede vacante, q.*9. *verſ.qua concluſio, in med.*

9 Sextò in diſpenſationibus illegitimorum ad beneficium ſimplex, Nauar.*conſ.*28.*ſub tit.de temp. ordin.* Zerol.*in praxi Epiſc. p.*2.*verbo Capitulum*, §.3. Quarant.*d.verbo Capitulum Sede vacante, verſ.ſecundò quæro.* An autem Capitulum ſuccedat in poteſtate Epiſcopis conceſſa diſpenſandi in irregularitatibus iuxta decretum Concil. Trid.*ſeſſ.*24.*de reform.c.*6.vide plures, quos citaui *in d.tract. de officio, & poteſt.Epiſcopi, p.*2.*alleg.*3. *n.*16.

10 Septimò in œconomis præficiendis, *c.cùm vos*, 4. *de officio ordin.*Valer. Regin. *in praxi fori pœnit.lib.*30. *tract.*3.*n.*241.

11 Octauò in vnionibus ex cauſa faciendis, dummodo nihil pereat de iure Epiſcopali, Quarant. *d.verbo Capitulum Sede vacante, q.*9.*verſ. quæ concluſio*, Azor. *d. part.* 2.*lib.*6.*c.*28. *quæſt.*9. ſibi contrarius *lib.*3.*c.*38. *quæſt.*9. Rebuff. *in prax. tit. de vnionib. n.* 36. *& d. tit. de deuolut. num.* 100. Zerol. *in praxi Epiſc. verbo vnio*, §.11.*part.*1.*& verbo Capitulum*,§.4. *part.*2. Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.*2. *lib.*7. *c.*29. *num.*15. Nicol. Garc.*de benef. p.*12. *num.*67. vbi *num.*68. refert ex S. Congreg. Concilij deciſum, Capitulum Sede vacante non poſſe ſupprimere quodcunque beneficium, & ſibi vnire, ſicut Sede plena non poteſt conſentire vnioni faciendæ ipſi Capitulo directè, & principaliter.

12 Nonò in concedenda facultate, ſeu licentia, quam dare poſſet Epiſcopus, Azor *d.p.*2. *lib.*7.*c.*5.*q.*3.veluti in licentia præſtanda Clericis curam animarum habentibus ad ſtudium ire volentibus, Zerol. *in praxi Epiſc. p.*1. *verbo Capitulum*, §.2. Et in danda licentia ædificandi Eccleſiam, vt acquiratur iuſpatronatus, Ego ipſe *d. p.*3. *alleg.* 70. *n.*32. Et in concedenda licentia extero Epiſcopo exercendi Pontificalia in Eccleſia vacante, Henriq. *in ſum. lib.* 10. Quarant. *d. loco, verſ.vndecimò quæro*, Nicol. Garc. *d c.*7.*n.*93. *verſ.quinta.*

13 Decimò in condendis ſtatutis, quæ ad ſtatum Eccleſiæ pertineant, quæque durare debeant etiam tempore Epiſcoporum ſuccedentium, Pauin. *in tract. de poteſtate Capituli Sede vacante, p.*1. *q.*6. Azor. *d. p.*2. *lib.*3. *c.*37.*q.*11.Quarant.*d.verbo Capitulum Sede vacante, verſ. quæro*, Zerol *in praxi Epiſc.part.*1. *verbo Capitulum*, §. 15. Monet *de diſtribut. quotid. p.*2. *quæſt.*13. *num.*24. Sbroz.*de officio Vicarij, lib.*2.*q.*187. *num.*5. & 6. dummodo ſint iuſta & ſalubria; ſecus verò ſi in præiudicium Eccleſiæ, vel Epiſcopalis menſæ, vt intelligit Quarant. *loco cit.*& ideo non poterit ſtatutum condere, quo charitatiuum ſubſidium in futurum ex parte minuatur, ego ipſe *p.*3. *alleg.*87. *num.*14.

14 Vndecimò in exequendis vltimis defunctorum voluntatibus, quatenus iure ordinario competebat Epiſcopis. Couarr. *in cap. Ioannes,n.*2. *de teſtam.* Azor. *d.p.* 2.*lib.*2. *c.*39. *q.*6. Quarant. *d. verbo Capitulum Sede vacante, verſ.ſeptimò quæro*, Zerol.*in praxi Epiſcop. p.*2. *verbo Capitulum*, §. 9. Ego ipſe *d. p.* 3. *alleg.*82. *num.*31.

15 Duodecimò in compellendis Religioſis piarum voluntatum exequutoribus ad reddendas adminiſtrationis rationes, ego ipſe *dicta allegatione* 82. *num.*35.

16 Decimotertiò in viſitanda diœceſi, Socin. *in tract. viſit.col.*4. Quarant.*d. verbo Capitulum Sede vacante, verſ. primò quæro*, Azor.*d.p.*2.*lib.*3.*c.*37.*quæſt.*14.Rota *deciſ.* 347.*n.*2. apud. Farin. *p.*1. *recent.* Abb.*in cap. cùm olim, ſub n.*2. *verſ.ſed indiſtinctè*, & *ibi* Balb.*n.*1. *de maiorit.* Archidiac.*in cap. ſi Epiſcopus, n.*2.*de ſuppl. negl.*

negl. Pral. lib.6 Rebuff. *in praxi,tit.de deuol.n.65*.Rot. *in Burgen. procurationum*,10.*Martij* 1597.coram Orano, & *in Tuden. iuriſdictionis*,28.*Nouembris* 1607.coram Card.Sacrato, & *in Pampilonen.iuris viſitandi*,15. *Decembr*.1623.coram R.P.D. Merlino.

17 Decimoquartò in inſtituendo Confeſſario, qui abſoluat à caſibus Epiſcopo reſeruatis. Azor.*dicto c.37.quaeſt.16*.Quarant.*vbi proximè,verſ. tertiò quaero, poſt med.*

18 Decimoquintò in cognoſcendo de arduis cauſis, Quarant. *dicto verbo Capitulum Sede vacante, verſ. quintò quaero.*

19 Decimoſextò in conſtituendo Vicarium generalem in ſpiritualibus, & in temporalibus, Bonacoſ. *tom.1. communium opin. lib.1.tit.9. n.13.pag.183.* Gutier.*Canon.lib.1.c.11.n.10.* Zerol.*in praxi Epiſcop. p.1. verbo Capitulum*, §.3. Azor.*d. c.37. q.10.* Quomodo autem hodie Capitulum Sede vacante debeat Vicarium conſtituere, & qualem, & intra quod tempus, vide Concil. Trident. *ſeſſ.24.de reform. c.16.* & quae circa eius intellectum congerunt Quarant. *dicto verbo Capitulum Sede vacante, verſ.duodecimò quaero*, Nicolaus Garcia *de benefic. part.5.c.7. num. 6. cum ſequentibus*, & plures alij, quos refero ipſe *de part. 3. allegat.*

20 Decimoſeptimò in aſſiſtendo matrimonio celebrando iuxta formam Concilij Tridentini *ſeſſ.24. de reformat. matrimon. c.1.* Sanchez *de matrimon. lib.3. diſp.28. num.5.* Guttier.*eod.tract.c.76. à n.12.& c.69. num.9.*

21 Decimooctauò in exigenda ratione ab adminiſtratoribus piorum locorum, ego ipſe *p.3. alleg.75.n.61.* vbi cito Quarant. *in ſumma bullarij, verbo Capitulum Sede vacante, verſ.7.* Zerol.*in praxi Epiſcop. p.2.verbo Capitulum*,§.9.

22 Decimononò in exigendo charitatiuo ſubſidio, ego ipſe *d. p.3. alleg.87. n.13.*vbi citato Bellencin.*de charitatiuo ſubſididio, q.7.* Azor.*inſtit. moral.p.2.lib.9. c.14.q.5.verſ. item collegium*; quamuis nequeat ſtatutum condere, quod tale ſubſidium in futurum ex parte minuatur. Bellencin. *d. tract.q.45.* Azor. *d. c.15. q.7. verſ.item Canonicum.*

23 Vigeſimò in priuilegio cognoſcendi de cauſis in prima inſtantia, ego ipſe *p.3. alleg.81. n.6.* vbi cito Aloyſ. Ricc. *in praxi aurea, reſol.130.*

24 Vigeſimoprimò in concedendis indulgentiis, Azor.*d.c.37.q.9.* Zerol.*in praxi Epiſc.p.1.verbo Indulgentia*, §.2. Henriq.*in ſum.lib.7.c.31.§.1.* Quarant. *d. verbo Capitulum Sede vacante, verſ. duodecimò quaero*, Iul.Lauor.*de Iubileo, & Indulgent. p.2.à n.52.*ego ipſe *d. p.3.alleg.88.n.21.*

25 Vigeſimoſecundò in deponendo, & interdicendo, Sbroz.*de officio Vicarij, lib.2. q.182.n.7.*

26 Praedicta autem regula ſuprà poſita, quod Capitulum Sede vacante omnia facere poſſit, quae ſunt iuriſdictionis, non procedit in iuriſdictione Epiſcopo delegata, Azeued. *ad Curiam Piſanam, lib.1.c.8.n.12. & conſ.12.n.7.* Sbroz. *de officio Vicarij, lib.1. c.16.n.1. & lib.2. q.135. n.4.* Quarant. *d. verbo Capitulum Sede vacante,in princ. verſ. & primò, vt intelligatur.* D. Barboſ. *in l. quia tale, n.1. ff. ſoluto matrim.* Azor.*d.lib.3. c.39.q.4.* Filliuc.*d.c.2.n.40.* Nicol. Garc. *d.c.7.n.42.* vbi *n.43.* ampliat, etiamſi poſt praeſentationem mandati fuiſſet mortuus Epiſcopus: & *n.44* pariter ampliat etiamſi delegatio fiat à Canone. Subſequenter infertur eodem modo regulam praedictam non procedere in iuriſdictione, quae competeret Epiſcopo iure aliquo ſpeciali, ſeu accidentali, Quarant.*vbi proximè, verſ. ſubſequenter*, Nicol. Garc. *d. c.7. n.39.* Fr. Emman.*qq.Regul.tom.1.q.61. art.9.*D.Barb.*d.l.quia tale, n.1.* Cened. *ad Sextum collect.4. n.6.*vnde inferunt Capitulum Sede vacante non ſuccedere Epiſcopo in caſibus infraſcriptis.

Primò in viſitatione monaſteriorum exemptorum monialium, quae viſitat Epiſcopus auctoritate Apoſtolica, Nicol. Garc.*d.c.7. num. 45.* & alij, quos refero ego ipſe *de officio, & poteſtate Epiſc. p.3. allegat.73. num. 25.* Azor.*d. lib.3.c.37. quaeſt.15.& c.40. quaeſt.8.* 27

Secundò in ſuppreſſione Praebendarum,aut portionum vigore Concil.Trid.*ſeſſ.24.de reform.c.15.*Monet. *de diſtribut.quotid. p.1. q.5.n.26.* Ego ipſe *d.p.2. alleg. 67.n.3.* 28

Tertiò in confirmatione donationum iuriſpatronatus, Stephan, Gratian. *diſcept. forenſ. c.303.n.10.cum ſeqq.* Ego ipſe *d.p.3.alleg.71.n.24.* 29

Quartò in dimiſſoriis literis ad Ordines concedendis infra annum à die vacationis aliquibus, qui arctati non fuerint, iuxta nouam Concilij Tridentini diſpoſitionem *ſeſſ.7.de reformat. c.10.* de cuius intellectu latè agunt Henriq. *in ſumma, lib.10 c.22.§.3.*Sayr. *in floribus deciſ.ſub rubr. de tempor. ordin. deciſ.65.* Zerol. *in praxi Epiſc. p.1. verbo Capitulum, in princ.* Petr.de Ledeſma *in ſum. part. 1. tract. de Sacram. Ordinis, c.8. concl.3.* Franc. Leo *in theſauro fori Eccleſ. p.3.c.8. num.47.cum ſeqq.*Molin. *de iuſtit. tract.5. diſp.31. n.4.* Quarant.*d. verbo Capitulum Sede vacante, verſ. decimoquartò*,Rendin. *in prompt. receptarum ſentent. tom.1. tit.10.à princ.*Campan.*in diuerſorio iuris Canon.rubr.9. c.7.* Nicol. Garc. *d. c. 7. à num. 91.* Filliuc. *d. c.2. num.44.* 30

SVMMARIVM.

1 *Iudicium agitatum cum Eccleſia vacante non valet*, & n.2.

3 *Adminiſtrator datus à Summo Pont. cenſetur legitimus defenſor in Eccleſia Cathedrali.*

Cap. Conſtitutis III. & vlt.

Teſtimonium, & iudicium Sede vacante facta contra Eccleſiam non tenent, quia non habet defenſorem. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect.Zabar.Ioan.Andr.Imola,Anan.Anch. Henric. Guid. Papae, Panorm. Hoſt. Viu. *in ration. lib.3. iuris Pontif. pag. 141.* Alagona. *in compend. iuris Canon. pag. 416.*remiſſiuè Ximen. *in concord. p.1.& 2.* 1

Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſumunt Pauin.*de poteſt. Capituli Sede vacante, p.2.q.9.*Gig.*de penſionib.q.65.* etiamſi vacet Eccleſia per renuntiationem, Gabr. *tom.3. communium opinion. tit. de procurat. concluſ.3. n.3.* Flamin. *de reſignat. benefic. lib.1. q.5. n.42. cum ſeqq.* vbi etiam idem reſoluit in Abbatibus, & Prioribus triennalibus, interim dum nouus Praelatus non eligitur. Vnde reprobat hic text. teſtium depoſitiones, qui vacante Eccleſia ſunt recepti, vt notant DD. *in praeſenti gloſſ.vlt.ad fin. in c.1.ſup. hoc tit.* vbi Innoc.Imola, & communis, gloſſ. *verbo reuocari*, vbi Cardin. & Imola *in Clement. vlt.de procuratorib.* Felin. *in cap. edoceri, verſ. vacante, de reſcript.* Pauin. *de poteſtate Capituli Sede vacante, p.2. quaeſt.* Gig.*de penſionibus,q.65.* 2

Et carente legitimo defenſore.] Cenſebitur autem legitimus defenſor in Eccleſia Cathedrali adminiſtrator datus à ſummo Pont. *c. is cui, de elect. lib.6.*Gig. *de penſion. q.65. n.5.* Rebuff. *in praxi benefic. tit. de recenſit. vnionis, num.14.& in tract. nominat.q.8.num.29.* 3

De

De his, quæ fiunt à Prælatis ſine conſenſu Capituli.

Tit. IX.

SVper hanc rubr. ſcripſerunt Zabarel. Ioan. Andr. Imola, Ananias, Anchar. Butr. Panorm. Durand. *in breviario aureo iuris Canon. fol.* 95. Petr. de Ravenna *in compend. iuris Canon.* Dan. Venat. *in analyſi methodica iuris Pontific. pag.* 398. Goffred. & Hoſtienſ. *in ſumma huius tit.* Alexand. Caſan. & Anaſt. Germon. *in paratilis ad quinque libros Decret.* Barthol. Carthag. *in expoſitione titulorum iuris Canonici,* Ioan. Honor. *lib.* 3. *ſum. in Decret.* Zypæ. *in analytica poſtremi iuris Eccleſiaſtici enarrat. pag.* 189. omnes *ſub hoc tit.*

Svmmarivm.

1 *Alienatio rei Eccleſiaſticæ abſque approbatione Capituli non tenet.*
2 *Permutatio ex vi verbi maximè in materia odioſa ſub emptione non continetur.*
3 *Conſenſus requiſitus in actu debet etiam in eius revocatione adhiberi.*
5 *Epiſcopi præſcripſerunt contra Capitula, ut abſque eorum conſilio, ſive conſenſu poſſint iuriſdictionalia exercere, ſubditorumque exceſſus punire.*

Cap. Irrita I.

Ex Concil. apud Valentiam.

1 DOnatio, venditio, commutatio rei Eccleſiæ facta ab Epiſcopo ſine conſenſu Capituli, vel Clericorum, non tenet. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Butr. Hoſt. Henric. Panorm. Anchar. Vivian. *in ration. lib.* 3. *iuris Pontific. pag.* 145. Alagona *in compendio iuris Canon. pag.* 418. remiſſivè Ximen. *in concord. p.* 1. & 2. refertur à Burchard. *lib.* 3. *Decretorum, c.* 170. Ivon. *p.* 3. *c.* 231. & ab Ant. Aug. *collect.* 1. *Decret. lib.* 3. *tit.* 9. *c.* 1.

Citari ſolet hic text. juncta ejus gloſſ. ad hoc, quod contractus cum Eccleſia non poteſt declarari nullus in ipſius Eccleſiæ præjudicium, ſi illum ratum velit habere, ut per Butr. *in cap. ſi quis Presbyterorum, num.* 9. Imol. *n.* 21. *de rebus Eccleſ. non alien.* Creſcent. *dec.* 122. aliàs 1. *de locato*, Putc. *deciſ.* 310. *lib.* 1. ab eo enim ſolùm nullitas allegari valet, cujus favore actus nullus eſt, gloſſ. & Doctores *in l.* 2. *C. de iure emphyt* Menoch. *conſil.* 89. *num.* 84 Surd. *conſ.* 284. *n.* 7. Tiraq. *in l ſi unquam, verbo revertatur, num.* 393. *C. de revoc. donat.* Rot. *deciſ.* 133. *n.* 1a. *p.* 2. & fuit dictum *in Ravenna iuris redimendi,* 26. *Maii* 1628. coram R.P.D. Veroſpio.

2 *Venditio, vel commutatio*, &c.] Ergo permutatio ex vi verbi, maximè in materia odioſa, ſub emptione non continetur, ut per Tiraq. *de retract. lignag* §. 30. *gloſſ.* 14. *num.* 29. & *ſeq* Pinel. *in rub. C. de bonis matern. p.* 2. *n.* 26. *in fine*, Surd. *de aliment. tit.* 8 *privil.* 38. *num.* 13. Cald. Pereira *in l. ſi curatorem, verbo venundediſti, n.* 2. & *de extinct. emphyt. c.* 8. *num.* 11. *cum ſeqq* Et ideo in ſtatutis, & contractibus appellatione emptionis venit ſolùm proprius emptionis contractus, *l.* 1. *ff. de contrah. empt. l.* 1 *ff. de rerum permut.* cum aliis adductis per Fabian. de Monte *in tract. de empt. quæſt.* 2. *num.* 1. Franc. Molin. *de ritu nupt. lib.* 3. *q.* 71. *num.* 21. quos refero ego ipſe *in tract. de appel. verbor. utriuſque iuris ſignif. appel.* 88. *num.* 2. Advertendum eſt text. *in præſenti* procedere in diſtractu, per text. *in cap. querelam, infr. de ſimonia,* ex Tiraq. *de iure marrii, gloſſ.* 5. *n.* 13. nam conſenſus requiſitus in actu, debet etiam in ejus revocatione adhiberi, ut per Brunor. à Sole *in locis communib. verbo conſenſus* 4. quia valet argumentum à contractu ad diſtractum, cùm contractus & diſtractus à pari procedant, & ſint ejuſdem naturæ, ſicut docent citati per me *in tract. de locis comm. argumentorum iuris, loco* 26. *n.* 11. & 12. 3

Et ſubſcriptione clericorum.] Quorum nomina exprimi debent ſingulorum, ut per Rebuff. *in compendio al ... rerum Eccleſ. n.* 16. & 17. Quid autem ſi Prælati non habeant Conventum, aut Capitulum, vide Tiraq. *de iure marrii, gloſſ.* 8 *n.* 21. ubi reſolvit in his terminis debere in alienationibus rerum Eccleſiaſticarum Prælati ſuperioris conſenſum adhiberi. Vbi tamen adeſt Conventus, ſive Capitulum, conſenſus capitulariter ab univerſis, non autem à ſingulis præſtari debet, Rot. apud Farin. *deciſ.* 204. *n.* 9. *in* 1. *collect. noviſſimarum,* aliàs *p.* 4. *diverſ.* 4

Illud maximè advertere oportet cum Steph. Gratian. *diſcept. forenſ. c.* 10. *n. ult.* jam Epiſcopos præſcripſiſſe contra Capitula, ut abſque eorum conſilio, ſive conſenſu poſſent juriſdictionalia exercere, ſubditorumque exceſſus punire. 5

Svmmarivm.

1 *Alienatione in temporali, quam facit Prælatus, taciturnitas Capituli habetur pro conſenſu.*
2 *Decima in vim alienationis poſſunt concedi ab Epiſcopo, ſive alio Prælato cum conſenſu Capituli, ſeu conventus, cum cauſæ cognitione, & aliis ſolemnitatibus.*
3 *Abbatia habet adminiſtrationem.*
4 *Tacens ſi potuit prohibere, & non prohibuit, videtur conſentire.*
5 *Conſenſus Prælati in alienatione rei Eccleſiaſticæ expreſſus eſſe debet.*
6 *Alienatio facta ſine conſenſu Capituli non ratificatur, niſi conſenſus Capituli expreſſus accedat.*
7 *Allegatio partis non facit jus.*
8 *Titulus illegitimus, qui ex errore iuris legitimus reputabatur, conſtituit præſcribentem in mala fide.*

Cap. Continebatur II.

Alex. III.

PRælatus ſi alienat tacente & ſciente Capitulo, tenet alienatio, quia Capitulum conſentire videtur. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Butr. Imol. Anan. Anchar. Hoſt. Henric. Panorm. Viv. *in ration. lib.* 3. *iuris Pontif. pag.* 146. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 419. remiſſivè Ximen. *in concord. p.* 1. & 2. refertur ab Ant. Auguſt. *collect.* 2. *Decret. lib.* 3. *tit.* 9. *c.* 2. & eſt poſt Concil. Lateran. ſub Alex. III. *p.* 47. *c.* 5. 1

Probare videtur hic text. ſecundùm unum intellectum poſſe concedi ab Epiſcopo, ſive alio Prælato cum conſenſu Capituli, ſeu Conventus decimas in vim alienationis, cum cauſæ cognitione, & aliis ſolemnitatibus, ut per Rebuff. *in tract. de decimis, quæſt.* 5. *num.* 35. Monet. *eodem tract. cap.* 5. *quæſt.* 3. *num.* 63. qui 2

ita hunc text. intelligunt; in hoc enim caſu non eſt ſpiritualе jus conceſſum, ſed temporale, hoc eſt, fructus, & commoditas decimarum, quæ propriè decimæ non dicuntur, ut advertit Bald. *conſ.*119. *vol.*1. ſed ſunt certæ decimationes, ſeu annuæ præſtationes in quantitate frumenti, vel pecuniæ deſcendentes à jure temporali, & ex contractu pro rebus debitæ, Rota *in Ferrarien. decimarum*,26. *Iunii* 1645. coram R. P. D. Pirovano, habetur apud Farin. *deciſ.*684.*n.*2. *p.*2. *recent.* qui quidem intellectus à veritate non deviat, niſi cum gloſſ. Abb. & Hoſt. hic potiùs dicere velimus, hunc text. loqui de decimis conceſſis Clerico ad breve tempus; vel cum eodem Hoſt. Innocent. & Anania, de modica decima, vel de remiſſione decimæ.

3 *Ab Abbatiſſa prius facta.*] Ergo Abbatiſſa habet adminiſtrationem, ut per Dec. *in l.*2. *num* 8.*de regulis iuris*, & æquiparatur in ea Abbati, Flamin. *de reſign. benef.lib.*22.*q.*40.*n.*20.

4 *S.Conventu ſciente, & non contradicente*,&c.] Notatur ad hoc, quod tacens ſi potuit prohibere, & non prohibuit, videtur conſentire, ut per Surd. *deciſ.*302. *n.*3.*& conſ.*290.*n.*22.*& conſ.*100.*n.*8. Cald.Pereira *de reſol.emphyt.c.*11.*num.*9.*cum ſeqq.*Stephan.Gratian.*diſcept.forenſ.c.*39.*n.*20.*& c.*68.*num.*16. Menoch.*de præſ. lib.*6 *q.*99.*n.*15.*& conſ.*58.*num.*65. Rota apud Farinac. *deciſ.*513. *num.*5. *p.*1.*recent.* Maſcard.*de probat. concl.* 1158.*num.*47.D.Barboſ.*in l.quæ dotis*, *n.*160. *ff. ſoluto matrim.*

5 In gloſſ. *Contradicente* 1. ibi, *& ideo neceſſarius eſt ibi expreſſus conſenſus.* Notatur ad hoc, quod conſenſus Prælati in alienatione rei Eccleſiaſticæ expreſſus eſſe debet, ut per Tiraq.*de iure mariti*, *gloſſ.*7.*n.*13.*&*
6 *num.*69. Sic etiam alienatio facta ſine conſenſu Capituli non ratificatur, niſi conſenſus Capituli expreſſus accedat, de quo tamen vide Cald.Pereira *de reſolut.emphyt.c.*11.*n.*3.& Rot.apud Farin.*deciſ.*204.*num.*8.*in* 1. *collect. noviſſimarum.*

7 In gloſſ. *Non poſt multum*, ibi, *ſed ſolum factum hic narrat.* Notatur ad hoc, quod partis allegatio non facit jus, ut per Palat.*in repet.rubr.de donat. inter virum, & uxor.*§.7.*num.*22 Gonzal.*ad reg.*8.*Cancel.gloſſ.*5.§.7. *num.*107.

8 In ead.gloſſ. ibi, *Imò non poſſet præſcribere.* Notatur ad hoc, quod titulus illegitimus, qui ex errore juris legitimus reputabatur, conſtituit præſcribentem in mala fide, deſtruítque longiſſimi temporis præſcriptionem, ut per Molin.*de primog.lib.*2.*c.*6.*n.*68. Abb. *in cap.de quarta*,*num.*12.& *ibi* Felin.*n.*35. *de præſcript.* plures relati per Aym. *de antiq. tempor. p.*4.*c. materia*, *n.*6.Duen.*reg.*285.Covar.*in reg.poſſeſſor*,*p.*2.§.7.*num.*5. *verſ. hæc autem*, & eſt magis communis ſententia, ut poſt alios teſtatur Gabr. *commun. ſub tit. de præſcript. concl.*14.*n.*4.Quamvis contrariam ſententiam, quæ jure magis probatur, teneant *gloſſ.penult.in d.c.de quarta*.ubi Bero.*num.*30.Imol.& Paul.*in l.nunquam* 32.*ff.de uſucap.*& alii relati per Aym.*n.*7. Molin. *n.*68. *in princ.* & Covar.*num.*5 *verſ.ſecundas* ac Gabr.*n.*1. *dictis locis*, Pinel.*in auth.niſi*,*num.*11.*C.de bonis matern.*Mench.*illuſtr.c.*77.*à n.*14.*& c.*81.*n.*8.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio temporalis facta ſine conſenſu Capituli per ratificationem eius roboratur.*

2 *Conſenſus poſtea præſtitus idem operatur ac ſi antea fuiſſet præſtitus.*

3 *Conſenſus Capituli in alienatione rerum Eccleſiæ ex curſu* 30. *annorum præſumitur interveniſſe.*

4 *Nullum quod eſt ab initio, ipſo iure ratificari non poteſt.*

Cap. Cùm nos III.

Donatio facta ab Epiſcopo ſine conſenſu Capi- 1
tuli eſt nulla: ſed ſi Capitulum deinde eam ratam habet, valet. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr.Butr. Imol.Anan. Hoſt.Henric. Anch. Panorm. Vivian. *in rationali lib.*3. *iuris Pontif.pag.*146. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.*409.remiſſivè Caſal.*in annot.*& Ximen. *in concord. p.*1.*&* 2.refertur ab Ant.Auguſt.*collect.*3. *Decret.lib.*3. *tit.*9.*c.*3.

Niſi eam ratam,&c.] Ergo conſenſus poſtea præſti- 2
tus idem operatur, ac ſi antea fuiſſet præſtitus, de quo tamen vide Roch. *de iurepatron. verbo de diœceſani*, *q.*4.*à princ.& n.*10.*&* 11. Palat.*in repet. rub. de donat. inter virum,& uxorem*,§.68.*num.*27. *verſ. & procedunt*, Tiraq.*de iure mariti*,*gloſſ.*6.*n.*1.*&* 2. Avendan.*ad l.*24.
Tauri,*gloſſ.*2. *n.*3. Curſu verò triginta annorum con- 3
ſenſus Capituli in alienatione rerum Eccleſiæ præſumitur interveniſſe, Maſcard.*de probat.concl.*416.*n.*21.

In gloſſ.*Ratam*, ult.ibi, *& quæ ipſo iure nulla ſunt ab* 4
initio. Notatur ad hoc, quod nullum quod eſt ab initio ipſo jure, ratificari non poteſt, ut per Tiraq.*in l.ſi unquam*,*verbo revertatur*,*num.*415. *C.de revocandis donat.*Rota apud Farin.*deciſ.*492. *n.*9. *& deciſ.*535.*c.*11. *p.*1.*recent.*

SVMMARIVM.

1 *Prælatus ſine conſilio Capituli inſtituere, vel deſtituere, vel alia negotia Eccleſiæ tractare non debet.*

2 *Proviſio Præbendarum Eccleſiæ Cathedralis ſpectat ad Epiſcopum cum conſilio Capituli, vel melius ad Epiſcopum, & Capitulum inſimul.*

3 *Verbum* carere decernimus, *totalem denotat privationem, & latam ſententiam.*

Cap. Novit VI.

Capituli conſilio omiſſo non debet aliorum uti 1
conſilio in negotiis Eccleſiæ; quare non poteſt Epiſcopus inſtituere, vel deſtituere aliquas perſonas ſine conſenſu fratrum, aliàs facta inſtitutio, vel deſtitutio nulla eſt ipſo jure. Colligunt ex Ordin.Abb.antiq.Innoc.Collect.Zabar.Butr.Ioan.Andr.Imol.Anan. Hoſt.Anchar. Henric. Panorm.Viv.*in ration. lib.*3.*iuris Pontif. pag.*146. Alagona *in compendio iuris Canon. pag.*419. remiſſivè Caſal.*in annot.*& Ximen.*in concord. p.*1.*&* 2.refertur ab Ant.Auguſt.*collect.*1.*Decret.lib.*3. *tit.*9.& eſt poſt Concil. Lateran. ſub Alex. III. *p.*50. *cap.*18.

Sine conſilio Fratrum, &c.] Notatur ad hoc, quod 2
proviſio Præbendarum Eccleſiæ Cathedralis ſpectat ad Epiſcopum cum conſilio Capituli, ut poſt Hoſt. *in cap. cùm Eccleſia Vulterana*, *ſupr. de elect.*quem ſequuntur Ægid. *deciſ.*69. Corraſ. *in praxi benefic. p.*2. *cap.*4.*num.*6. Zech.*de benefic. & penſion.c.*2.*verſ. Ordinarii etiam*, Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit.lib.*30. *tract.*3. *num.*239. ubi extendit ad majora beneficia inferiorum Eccleſiarum. Verior tamen eſt opinio illorum, qui tenent hujuſmodi proviſionem ad Epiſcopum,& Capitulum ſimul pertinere, quos citavi *ſuprà ad cap.poſtulaſtis* 25.*num.*2.*de conceſſ.præbenda*, & omnium latiſſimè Nicol.Garc. *de benefic.p.*3.*c.*4.*à num.*13. ubi

ubi *n.16.* aſſerit text. *in præſenti*, & alia jura in contrarium facientia loqui ſecundùm conſuetudinem, & jus ſpeciale Eccleſiæ, de qua agebatur, non enim loquuntur diſpoſitivè, ſed narrativè, & ex ſuppoſitione factum poſſibile ſupponendo.

3 *Carere decernimus.*] Nota verbum illud, *carere*, totalem denotare privationem, & latam ſententiam, ut per Tiraq. *in l. ſi unquam, verbo revertatur, num.161. C.de revocand. donat.* Vezin. *tom.1.communium opinion. lib.9.tit.34. num.354.* Sayr. *in clavi Regia, lib.3.cap.8. num.26.*

Cap. Quanto V.

1 PRælatus non poteſt tractare negotia ſine conſenſu Capituli. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſt. Anchar. Henric. Panorm. Vivian. *in ration. lib.3. juris Pontific. pag.146.* Alagona *in compendio juris Canon. pag.419.* remiſſivè Ximen. *in concord. p.1. & 2.* refertur ab Anton. Auguſtin. *collect.1. Decret. lib.3. tit.9. cap.5.* & eſt poſt Concil. Lateranenſe ſub Alexand. III. *part.50. cap.16.*

2 In gloſſ. *Abſentium*, ult. in addit. marginali, ibi, *nec articulatè loqui.* Notatur ad hoc, quod teſtatoris teſtamentum, qui neſciebat articulatè loqui, falſum eſt, de quo vide Anton. Gom. *l.3. Tauri, n.110. & 112.* Grammat. *deciſ.73.* Guillielm. *in cap. Raynutius, verbo in extremis, n.17* Menoch. *de arbitr. caſu 97. n.4.* Graſſ. *in §. inſtitut. q.17. n.9.* Molin. *de juſtit. tract.2. diſp.127.* Cald. Pereira *quæſt. forenſ. conſ.24. n.12.* Vtrùm autem reſponſio, *ſi*, dicatur articulata loquutio, vide Card. Mantic. *de conjecturis ultim. volunt. lib.1. tit.6. n.8.* Farin. *conſ.67.* Et probationem incumbere ei, qui dicit teſtatorem articulatè loqui non potuiſſe, reſolvit Maſcard. *de probat. concl.1353. n.13.*

SUMMARIUM.

1 *Collegiata Eccleſia ſi habet præſentationem, præſentabit Prælatus de conſenſu Capituli, vel majoris partis, niſi de conſuetudine, vel privilegio competat ſoli Prælato.*

2 *Abbas ſolus non poteſt præſentare ad beneficium, niſi hoc habeat ex præſcripta conſuetudine, vel privilegio.*

4 *Alienatio bonorum Eccleſiæ præſumitur ſolemniter facta ob temporis diuturnitatem.*

5 *Præſentatio ad beneficium per ſolum Prælatum facta abſque majoris partis Collegii conſenſu, eſt ipſo jure irrita.*

6 *Solemnitas extrinſeca præſumitur, quando defectus talis ſolemnitatis non fuit per partem allegatus.*

7 *Abbatis acta præſumuntur facta conſenſu Conventus.*

Cap. Ea noſcitur VI.

Cæleſt. III.

1 COllegiata quando habet jus præſentandi, præſentabit Prælatus de conſenſu Capituli, vel majoris, & ſanioris partis, aliter præſentatio non valet, niſi Prælatus probet conſuetudinem, vel privilegium. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Imol. Anan. Butr. Hoſt. Anchar. Henric. Panorm. Viv. *in ration. lib.3. juris Pontif. pag.147.* Alagona *in compend. juris Canon. pag.419.* remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.1. & 2.* refertur ab Ant. Auguſt. *collect.1. Decret. lib.3. tit.8. c. unico.*

Probat hic text. Abbatem ſolum non poſſe præſentare ad beneficium, niſi hoc habeat ex præſcripta conſuetudine, vel privilegio, ſed id eſt totius collegii, cujus major pas conſentire debet, ut præſentatio legitima ſit, ut per Lambert. *de jurepatron. lib.2. p.1. q.2. art.12. num.3. & 4.* Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.2. lib.7. c.14. n.7.* reſolventes non obſtare text. *in cap. ex literis, de jurepatron.* ubi Abbatiſſa præſentavit, quia vel ea verba ſunt narrativa, quæ diſpoſitionem non inducunt, vel præſumitur præſentationem ab Abbatiſſa legitimè fuiſſe factam, nempe cum majoris partis Conventus conſenſu. 2

Aut per literas, &c] Procedit quando patronus abſens per literas facit præſentationem perſonæ, quæ cum eiſdem Epiſcopo ſe perſonaliter repræſentet, ut dixi *ad c. cùm & plantare, § in Eccleſiis, n.53 infr. de privileg. pag.347.* ubi etiam dixi præſentationem regulariter fieri non poſſe de abſente, & ſi regulariter fiat, non ſuffragari, quia præſentatus debet eſſe præſens, & perſonaliter Ordinario inſtituenti ſe exhibere; limitavi tamen ut non procederet hæc reſolutio, quando abſens eſt ita notus habenti inſtituere, quod nullo opus ſit examine, dummodo tamen abſens infra terminum datum ad præſentandum per ſe, vel per procuratorem ſuum ad hoc ſpecialiter conſtitutum præſentationem acceptet, & *ibi* dictis addendum duxi, quod eo ipſo, quod Ordinarius præſentationem acceptavit, & admiſit, præſumitur habuiſſe notitiam de præſentato abſente. Abb. *conſ.76. n.2. verſ. & præſumitur, lib.2.* Lambert. *de jurepatron. lib.2. p.1. q.11. art.4.* Rot. *in Firmana beneficii, 20. Iunii 1597.* coram Penia, & ſatis eſt ad hunc effectum quod Ordinarius præſentationem non rejiciat, Rot. *in d. Firmana*, & *in Aurien. Parochialis, 11. Ianuarii 1613.* coram bonæ mem. Vbaldo. Lotter. *de re beneſ. lib.2. q.6. n.44.* 3

Niſi antiqua, &c.] Notatur ad hoc, quod alienatio bonorum Eccleſiæ præſumitur ſolemniter facta ob temporis diuturnitatem, ut per Bald. *conſ.511. colum.1. volum.2.* Menoch. *conſ.90. n.30.* Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſ. reſol.4. n.1.* Maſcard. *de probat. concl. 416. n.11.* niſi inſtrumentum alienationis oſtendatur ſine aliqua ſolemnitate, quia tunc curſus temporis non juvabit poſſeſſorem, ut per Palat. *in repet. cap. per veſtras, de donat. inter virum, & uxorem, notab.1. §.1. n.8.* Boër *deciſ.115. in fine.* Et hinc argum. hujus text. patrem præſumi conſenſiſſe filio contrahenti ex diuturnitate temporis, reſolvit Tiraquel. *de jure mariti, gloſſ 7. n.40. cum ſeqq.* 4

Convenit evacuari.] Ex his verbis colligunt *hic* Hoſt. *n.2.* & Zabar. *n.2. oppoſ.4.* præſentationem ad beneficium per ſolum Prælatum factam abſque majoris partis Collegii conſenſu, non eſſe ipſo jure nullam, ſed per ſententiam irritandam. At verius eſt eſſe ipſo jure irritam, & ſic ea verba, *convenit evacuari*, explicanda ſunt, convenit vacuas pronuntiari, ut conſtat ex *cap. novit, ſuprà hoc tit.* & ideo ita tenent Lambert. *d. art.12. n.6. verſ. hoc ſic ſtante*, Sanch. *d. c.14. n 8.* 5

Aliqui eorum probaverint, &c.] Notatur ad hoc, quod ſolemnitas extrinſeca præſumitur, quando defectus talis ſolemnitatis non fuit per partem allegatus, ut per Maſcard. *de probat. concl.1315. n.9.* 6

In gloſ. *Intelligi debet*, ibi, *præſumptivè.* Notatur ad hoc, quod Abbatis acta præſumuntur facta de conſenſu Conventus, ut per Maſcard. *de probat. concluſ.2.* At verò Surd. *de aliment. tit. 8. privileg.56. num.74.* tenet quod in alienatione rerum Eccleſiæ non attenditur parti aſſerenti in inſtrumento contractum eſſe utilem, niſi aliud concurrat, ex quo aſſertio illa 7

iuſtificetur, præcipuè longi, vel longiſſimi temporis curſu.

SVMMARIVM.

1 *Donatio tenet, quam de ſolius diœceſani conſenſu facit laicus Eccleſiæ de decimis, quas ab alia Eccleſia habet in feudum ab antiquo ante Lateranenſe Concil.*

2 *Concilium Lateranenſe ſub Alex III. quo tempore fuerit celebratum, oſtenditur.*

3 *Decimas titulo feudi vel alio temporali ante Concil. Lateran. potuerunt inferiores Prælati concedere, ſed ex eo deinde fuit prohibitum.*

4 *Decimæ ſi laicis conceſſæ reperiantur, & neſciatur an poſt, vel ante Concil. Lateran. fuerint conceſſæ, in dubio poſt Concil. conceſſæ cenſentur.*

5 *Declaratur text. in præſenti, & numeris ſeqq.*

Cap. Cùm Apoſtolica VII.

Innoc. III.

1 DEcimæ ſi concedantur laico in feudum perpetuum, & laicus cum ſolo conſenſu Epiſcopi ſine Clero eas donet alicui Eccleſiæ, donatio tenet, quia hoc eſt revocare ad Eccleſiaſticum vſum, qui à laicis detinetur, & non eſt alienare ius Eccleſiæ, quia tunc non teneret ſine conſenſu Cleri, ſicut nec teneret in aliis decimis à laicis datis ipſi Eccleſiæ, ſi alienatentur ſine conſenſu Capituli. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Collect. Innoc. Zabat. Butr. Ioan. Andr. Imola, Anan. Hoſt. Anch. Henric. Panorm. Viu. *in ration. lib. 3. iuris Pontif. pag.* 147. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 420. remiſſiuè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Anton. Auguſt. *collect. 3. Decret. ſub tit. de his, quæ conceduntur ab Epiſcopo ſine conſenſu Capituli, c. 1.*

2 *Nam & in Lateranenſi Concilio.*] ſub Alex. III. *p. 1. c. 6. tom. 2. Conc. pag. mihi* 839. De tempore autem, quo huiuſmodi Concilium fuit celebratum, non ſatis conſtat apud ſcribentes, nam in prædictis actis Conciliorum refertur ad annum 1180 & conſonat frequentiſſima hiſtoriæ Eccleſiaſticæ ſcriptorum, atque iuris noſtri profeſſorum ſententia, qui factum fuiſſe referunt anno 1179. vt ex Platina, Sabellico, Volaterrano, & aliis teſtatur Couar. *lib. 1. var. c. 17. n. 5. verſ. & dubio procul*, quem laudat Ioan. Garc. *de expenſis, c. 9. n. 90.* Aragon. *2. 2. q. 88. art. 3.* ſequitur Rot. *in Gerunden. iuriſpatron. 22. Aprilis* 1522. coram R. D. meo Coccino Decano, *in verſ. Quantum attinet*, & poſt Beroi. Menoch. *de præſ. lib. 6. præſ. 86. n. 3.* Anaſt. Germ. *animadverſionum iuris lib. 2. c. 1. paulò poſt princ.* nouè Coriolan Capuccin. *in compendio Conciliorum generalium, ſub Concil. Lateran. III.* Monet. *de decimis, c. 5. q. 3. n. 67.* & plures teferens Gilchen. *de præſcript. p. 3. c. 8. n. 19.* meritò reprehendens aliorum negligentiam in hac temporum computatione, dum alij ponunt hoc Concil. anno 1160. vt voluit Aufrer. alij verò anno 1379. ſcilicet Vulter. & Bocoldus: alij denique anno 1126. vt etiam inaduertenter ſcriptum reliquit Burſat. *conſ. 49. n. 9. vol. 1.* quæ quidem temporis inſpectio non ſolùm vtilis, ſed omninò neceſſaria eſt pro intelligentia multorum iurium, quæ in materia conceſſionis decimarum factæ à laico religioſis perſonis faciunt diſtinctionem temporis ante, vel poſt Concilium Lateran. prove ſunt text. *in præſenti, & in c. 2. §. ſanè, in fine, de decimis, lib. 6.* Aduertendum tamen eſt hujuſmodi Concil. Lateran. eſſe aliud longè diverſum ab illo etiam Lateran. de anno 1215. de quo dixi *ad c. 1. num. 3. de Summa Trinit. pag. 7.* hoc enim, de quo agit text. *in præſenti*, celebratum fuit ſub Alex. III. illud verò, de quo *in d. c. 11.* ſub Innoc. III. & dicitur generale.

Qui decimam detinet, ut eam reſtituat, &c.] Ex his 3
verbis, juncto fine, atque *d. cap. 8. §. ſanè, de decimis, lib. 6.* colligunt Doctores ante Lateran. Concilium potuiſſe inferiores Prælatos decimas titulo feudi, vel alio temporali laicis concedere, ſed ex eo deinde fuiſſe prohibitum, ita Cov. *d. num. 5. verſ. olim*, D. Barb. *in l. Titia, n. 45. verſ. non obſtat ſecunda, ff. ſoluto matrimon.* Guttier. *practic. lib. 1. c. 14. n. 5. & c. 15. n. 4.* Menoch. *d. præſ. 86. n. 2.* Azor. *inſtit. moral. p. 1. lib. 7. c. 36. q. 12.* Monet. *d. c. 5. q. 3. num. 66.* & in hoc omnes conuenire
profitetur, & ſequitur Soar. *de Relig. tom. 1. tract. de* 4
decimis, lib. 1. c. 29. n. 2. & 3. In dubio autem, ſi decimæ laicis conceſſæ reperiantur, & neſciatur, an poſt, vel ante Concil. Lateran. fuerint conceſſæ, poſt Concilium conceſſæ cenſentur, Rot. *in Tanen. decimarum, 12. Ianuarij* 1607. *verſ. non obſtaret*, coram Card. Marquemontio, per Beroi. *conſ. 21. n. 14. lib. 1.* quæ deciſio impreſſa eſt per Farin. *deciſ. 163. n. 9. p. 2. recent. & in d. Gerunden. iuriſpatronatus.*

Verùm hæc communis reſolutio in ſe vera non eſt, 5
ſi aduertas multò ante Concil. Lateran. hoc ipſum prohibitum fuiſſe ab Vrbano II. *in cap. decimas 39. in ord. 16. q. 7.* & manifeſtiùs *in c. 1. Epiſcopum, vel Abbatem, in vſibus feudorum*, qui annos ferè centum præceſſit hoc Concil. Later. ut videre eſt apud relatos ab Aragon. *loco proximè citato.* Quare ſi materia bene perſcrutetur, nullus text. invenietur, qui probet potuiſſe laicos licitè retinere decimas à Prælatis inferioribus conceſſas, ſed ſolùm quod obtentas ante Conc. Later. poſſunt transferre in locum religioſorum de conſenſu Epiſcopi, quod non ex ea ratione prouenit, quod eas licitè retinerent, ſed magis quia hoc voluit Eccleſia permittere ad vitanda ſcandala, vtilius iudicans, ſi decimas, quas laici cum animarum ſuarum periculo illicitè detinebant, ſponte dimitterent aliis Eccleſiis, vel religioſis locis, quàm ſi eos Eccleſiaſticis cenſuris, vel modis aliis cogerent ad reſtitutionem faciendam eidem Eccleſiæ, ad quam pertinent: advertit Rebuff. *de decimis, q. 10. n. 23.* & melius Gilchen. *d. c. 8. n. 7.* nec omninò diſplicet. Soar. *d. c. 6. n. 23.* dum reſolvit Concilium non concedere laicis, ut decimas conceſſas à Prælatis inferioribus retineant, ſed ne transferant in alios laicos abſolutè, ut *cap. prohibemus, de decimis*; nec in Religioſos ſine Epiſcoporum auctoritate, ut *in hoc text.* quæ prohibitio inducta ad privationem minimè operatur conceſſionem, juxta reg. *l. legata inutiliter, ff. de adimend. legatis*, cum ſimilibus.

Circa poteſtatem transferendi decimas à laïcis re- 6
tentas, tres caſus diſtinguere oportet. Primus eſt de laicis intruſis, qui ſine titulo aliquo decimas detinebant; hi enim neceſſariò tenentur illas reſtituere Eccleſiæ ad quam de jure pertinent, cui Epiſcopus conſenſu ſuo præjudicium facere non poteſt, iuxta reg. generalem text. *in l. id quod noſtrum, ff. de regulis iuris*, ut advertit Soar. *d. c. 26. n. 10.* Secundus eſt de decimis, quas laici obtinent titulo feudi perpetui habiti ab inferioribus Prælatis, qui etiam ante Lateranenſe Concilium erat invalidus, iuxta ſuprà dicta, & procedit in his permiſſio hujus Concilii, ut eas de Epiſcoporum conſenſu transferre ſufficiat in aliam Eccleſiam, vel religioſum locum, neque ſit neceſſarium facere reſtitutionem eidem Eccleſiæ, ad quam pertinebant, ut expreſsè probat text. *in præſenti, in verſ. quia verò*, juncto fine, & ex ultimis verbis *d. §. ſanè*, dum

ſemper

ſuper hanc Lateran. Concilij prohibitionem, & conceſſionem reſtringunt ad decimas, quas laici titulo feudi perpetui antę Lateranenſe obtinebant, atque ita non procedere in aliis, quæ ſine huiuſmodi titulo feudi perpetui in laicum ſunt alienatæ. Tertius caſus eſt quando decimæ à laicis titulo iuſto, & validò in perpetuum obtentæ ſunt, vel à Summo Pontif. vel aliis Prælatis, qui ſufficienti poteſtate ad hoc fuerint muniti, & in eo non videtur neceſſarius Epiſcopi conſenſus, vt in locum religioſorum transferantur, vt in donationibus tertiarum, quas à Summo Pontif. obtinent Luſitaniæ & Caſtellæ Reges, communiter receptum eſt poſt Sot. *de iuſt. lib. 9. q. 4. art. 3. & q. 7. art. 1.* & poſt Greg. Lop. & alios Ioan. Garc. *d. c. 9. n. 97.* & poſt Gutier. D. Barboſ. *in d. l. Titia, n. 42. verſ. adde, ff. ſolut. matrim.* Cabed. *Luſitaniæ deciſ. 63. n. 5. p. 2.* vnde etiam in laicos transferri poſſe reſoluūt Menoch. *illuſtr. c. 80. n. 2.* Gutier. *d. c. 15. n. 6.* Gilchen. *d. c. 8. à n. 1.* Ioan. Garc. *d. c. 9 à n. 97.* Ceval. *commun. contra communes, q. 367.* Cabed *d. deciſ. 63. n. 8.* contra Covar. & plures alios, quos refert, & ſequitur Azot. *c. 36. q. 13.* Et oſtenditur, quia ſi huiuſmodi decimæ titulo feudi perpetui iuſto, & valido ſemel in laicum ſunt alienatæ, efficiuntur ipſius patrimonium, nec in diſputationem cadere poteſt, an reſtitutio ſit facienda Eccleſiæ ad quam de iure pertinent, ſiquidem poſtquam in perpetuum alienatæ ſunt in laicum titulo iuſto & valido, non pertinent iam ad Eccleſiam aliquam, & tamen textus *hic, in verſu taliter*, in his decimis, quæ ad Eccleſiam aliam pertinebant, decidit neceſſarium non eſſe eidem Eccleſiæ facere reſtitutionem, ſed ſufficere quòd religioſo loco, vel alteri Eccleſiæ fiat: ergo non de decimis titulo iuſto obtentis, ſed iniuſto, modo prædicto, ſcilicet habito à Prælatis inferioribus, iura iſta ſunt intelligenda.

7 Inquirendum adhuc eſt, ſi iuxta veriorem reſolutionem, quam probare ſuprà intendi, tam poſt, quàm ante Lateran. Concil. ſemper ille titulus habitus ab inferioribus Prælatis, fuerit illicitus & iure reprobatus, quare text. *in d. c. 2. §. ſanè*, diſtinguat tempora ante, vel poſt Lateran. ad effectum, vt laici decimas antea habitas à Prælatis inferioribus transferre poſſint in Religioſos, non poſteà obtentas. Sentit difficultatem ſuæ adhærens opinioni, dum exiſtimat faciendam non eſſe diſtinctionem à temporibus ante, vel poſt Lateranenſe, ante, vel poſt Vrbanum II. Soar *d. c. 26. n. 6. ad fin* dum quærit, ſi iam ab Vrbano erat prohibitum Prælatis inferioribus, ne decimas laicis darent in feudum, quare text habitas poſt illam prohibitionem ante Lateranenſe transferre concedit; & reſpondet hoc ita vel conſuetudine, vel præſcriptione, vel expreſſa aliqua Concilij auctoritate, quam tamen hactenus non inueniſſe fatetur, factum fuiſſe, vt conſtitutio Vrbani? quæ infeudationes antea factas ſuſtinebat, extenderetur vſque ad tempora Lateran. Concilij. Sed his diuinationibus omiſſis quoad noſtrum propoſitum reſpondetur Concilium propter rationes eminentis ſcandali permiſiſſe, vt antea habitas à Prælatis, inferioribus, licèt iniuſtè poſſent transferre in Religioſos, quia ſic aliquo modo Eccleſiarum vtilitati occurrebatur: vt verò permitteret hoc ipſum in decimis de cætero concedendis, rationem illam non ſubeſſe, ſed quod rigor iuris obſeruetur, vt plerìſque aliis materiis factum videmus, quod illicitè facta in præteritum ſuſtinentur, ac de cætero, & in futurum ſtrictiùs ſeruetur prohibitio, vt notant omnes per text *in cap. vlt. de ſponſa duorum* ibi, *de cætero, cap. prouida 44 in fine*, ibi, *de cætero, de elect. lib. 6.* cum multis aliis.

Per quod indirectè.] Non ergo propriè, per Tiraq. *de iure mariti, gloſſ. 7. n. 175.*

Quæ laicis in feudum, &c.] Ergo Epiſcopus abſque recognitione feudali ius percipiendi decimas laicis concedere non poteſt, vt per Rebuff. *d. q. 5. n. 32. & q. 13. n. 73.* Azot. *d. c. 46. q. 12.* Monet. *d. c. 5. n. 59.* ſed in huiuſmodi conceſſione decimarum, & iuris decimandi adeò neceſſaria eſt auctoritas Sedis Apoſtolicæ, vt non ſufficiat immemorialis, abſque fama priuilegij, vel recognitione feudali, Rota *in Tolet. Iuris decimandi, 27. Aprilis 1584.* coram Card. Blanchetto, & *in Taurinen. decimarum, 12. Ia. uar. 1607. verſ. ſuppoſito autem*, coram Cardin. Marquemontio, & *in Ferrarien. decimarum, 23. Iunij 161*7. coram Cardin. Phamphilio iuniore, ubi pariter dictum fuit, quod ſi Epiſcopus habens à Summo Pontifice facultatem infeudandi decimas, & iura decimandi quibuſcunque perſonis ſibi benè viſis, reſeruet in inveſtitura beneplacitum Apoſtolicum cum clauſula, *& non aliàs, aliter, nec alio modo*, abſque dicto beneplacito conceſſio decimarum non tenet, additurque idem beneplacitum Apoſtolicum, quando eſt ſeruatum in conceſſione iuris decimandi facta laicis, non præſumi ex lapſu triginta annorum, & vltra, cùm obſeruantia reſpectu illius iuris propter incapacitatem laici nihil operetur, quod & clariùs cenſuit eadem Rota *in Mediolanen. reſciſſionis permutationis, 21. Maij 1597.* coram Card. Pamphilio ſen. & tetigit Alexand. *conſil. 70. num. 4. lib. 3.* 8

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus non poteſt ſine conſenſu Capituli concedere Eccleſias aliis Eccleſiis, etiamſi habeat iuſpatronatus in Eccleſiis conceſſis.*

2 *Alienatio non ſufficit vt ſit Eccleſia vtilis, ſed vt meliora proſpiciat.*

3 *Concluſio ſola attenditur, ac obligationem inducit, & non quod tractatur.*

4 *Eccleſiæ res, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, alienari prohibentur.*

5 *Statutum ſi punit facientem tractatum, non requiritur delicti conſummatio.*

6 *Alienatione immobilium prohibita, prohibentur mobilia pretioſa.*

7 *Priuilegium perpetuum dicitur quod ſit Eccleſiæ, vel populo.*

8 *Perpetuum quibus modis dicatur.*

Cap. Tua nuper VIII.

EPiſcopus ſine conſenſu, & ſubſcriptione Clericorum non poteſt concedere in perpetuum Eccleſias, quia hoc eſſet alienare, quamvis accipiens in illa Eccleſia haberet iuſpatronatus, & alienaretur cum ſolo Archidiacono. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Butr. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſt. Henric. Anchar. Panorm. Viuian. *in ration. lib. 3. iuris Pontif. pag. 148.* Alagona *in compendio iuris Canon. pag. 420.* remiſſivè Ximen. *in concord. p. 1.* refertur ab Ant. Auguſt. *collect. 2. Decret. lib. 3. tit. 11. de his, quæ conceduntur ab Epiſcopo ſine conſenſu Capituli, c. 2.* 1

Vt meliora proſpiciat.] Ergo non ſatis eſſe videtur, ut alienatio ſit Eccleſiæ utilis, ſed ut meliora proſpiciat, de quo vide Tiraq. *de iure mariti, gloſſ. 8. à num. 56.* 2

Et cum totius Cleri tractatu.] Notatur ad hoc, quod ſola concluſio attenditur, ac obligationem inducit, 3

& non quod tractatur, & dicitur, vt per Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloſſ. 63. n. 34.*

4 In gloſſ. *Vendere*, ibi, *niſi fortè ſit res, quæ ſeruando ſeruari non poſſit.* Notatur ad hoc, quod Eccleſiæ, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, alienari non prohibentur, vt per Rebuff. *in compendio alienat. rerum Eccleſiæ, n. 25.* Socin. *reg. 10. n. 2.* Quarant. *in ſumma Bullarij, verbo alienatio rerum Eccleſiæ, n. 38.* Cald. Pereira *l. ſi curatorem, verbo contractum, à princ.* Quæ autem ſunt res, quæ vſu conſumuntur, & corrumpuntur, vide Caualcan. *in tract. de vſufructu mulieri relicto, n. 143. in med.*

5 In gloſſ. *Tractatum*, ibi, *conueniunt omnes*, &c. Notatur ad hoc, quod ſi ſtatutum punit facientem tractatum, non requiritur delicti conſummatio, vt per Tiraq. *de pœnis temper. cauſa 37. n. 6.*

6 In ead. gloſſ. ibi, *Quia ſi ſint pretioſa, neceſſaria eſt ſolemnitas.* Notatur ad hoc, quod prohibita alienatione immobilium, aut ſimpliciter, aut ſine aliqua ſolemnitate, cenſetur & horum mobilium pretioſorum prohibita, vt per Tiraq. *de retract. lignag. §. 1. gloſſ. 7. num. 100. cum ſeqq.* Rebell. *de obligat. iuſtitiæ, part. 2. lib. 1. quæſt. 8. ſect. 2. num. 25.* Nam res mobiles pretioſæ loco immobilium habentur. Molin. *de primogen. lib. 2. c. 10. n. 8.*

7 In gloſſ. *Perpetuas*, vlt. ibi, *perpetuæ enim intelliguntur ex eo quia ſiunt Eccleſiis, & non perſonis.* Notatur ad hoc, quod perpetuum dicitur priuilegium, quod fit Eccleſiæ, vel populo, vt per Greg. *l. 27. verbo que taiaſſe, tit. 9. p. 6.* Fr. Emman. *quæſt. Regul. tom. 1. q. 61. art. 14. & in addit. ad Bullam Cruciatæ, p. 2. fol. mihi 189.* & ita perpetuum dici, quod adhæret rei de ſe perpetuæ, vel ſine aliqua temporis præfinitione conceditur, tenent Fr. Emman. *d. tom. 1. q. 9. art. 4.* Soar. *de legibus, lib. 8. c. 2.* Salas *eod. tract. diſp. 17. ſect. 2. à n. 3.* Verùm, ſi rigorem iuris, eiuſque generalia principia inſpiciamus, verius eſt perpetuum dici quod conceditur in perpetuum, vel ſimpliciter, non adiecta certi temporis præfinitione, vel cum termino ad tempus incertum duraturo, iuxta reg. text. *in l. ſufficit, ff. de condict. indebiti, & in l. Iuriſperitos, in princ. ff. de excuſat. tutorum, cum ſimilibus,* de quibus Pinel. *in l. 1. C. de bonis matern. p. 3. n. 63. verſ. dicitur præterea,* & magis ad propoſitum probat text. iuncta gl. *verbo perpetuas, in cap. vlt. de reſcript. in 6.* dum reuocat licentias perpetuas percipiendi fructus beneficiorum in abſentia, & receptum teſtatur Felin. *in cap. ex literis, n. 9. de conſtit.* vnde ſequitur à fortiori, perpetuum eſſe cenſendum priuilegium datum ad vitam concedentis, vel priuilegiati, vt probat text. opt. *in l. 1. ff. pro ſocio,* dum ait, *Societas conueniri poteſt, vel in perpetuum, id eſt, dum viuunt,* &c. notant Briſſon. *de verborum iuris ſignif. verbo perpetuum, ad fin.* & latè adducti à Tiraq. *de retract. lign. §. 1. gloſſ. 6. num. 9.* ratio autem deducitur ex *reg. d. l. ſufficit,* quia cùm tempus mortis ſit incertum, hoc ſufficit, vt perpetuum dicatur, notant gloſſ. *verbo perpetuo, in c. ſi gratioſè, de reſcript. lib. 6. verbo perpetuæ, in c. fundamentum, de elect. eod. lib.* receptæ ex Barb. *in l. quia tale, n. 10. verſ. exemplum, ff. ſoluto matr.* quiquid dicant Card. Tuſch. & ab eo adducti *tom. 6. lit P. concl. 744.*

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus parochiales Eccleſias, vel obuentiones ipſarum de conſenſu patroni ſine conſenſu Capituli ſui monaſterio conferre non poteſt.*

2 *Parochiæ auctoritate Dionyſij fuerunt limitatæ.*

3 *Curatis in ſuis locis decimæ aſſignantur, & limitantur.*

4 *Oblationes, quæ fiunt alicui imagini depictæ in pariete alicuius priuati, cedunt Eccleſiæ parochiali, eiuſque Rectori.*

Cap. Paſtoralis IX.

Epiſcopus ſine conſenſu Capituli, vel auctoritate Papæ non poteſt concedere alicui monaſterio Eccleſias parochiales, vel fructus, ſeu obuentiones Parochiæ, etiam cum conſenſu patroni. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſt. Anchar. Henric. Panorm. Vivian. *in ration. lib. 3. iuris Pontif. pag. 148.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 420.* remiſſivè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Anton. Auguſt. *collect. 3. Decret. lib. 3. tit. 11. de his, quæ conceduntur ab Epiſcopo ſine conſenſu Capituli, c. 3.* 1

Cùm auctoritate Dionyſii fuerint Parochiæ limitatæ.] Vide quæ dixi *de offic. & poteſt. Epiſcop. p. 1. tit. 1. c. 7. num. 10.* Et quod auctoritate Dionyſii Papæ fuerint Parochiæ limitatæ, ſentit Rot. *in Theatina iuriſdictionis, 4. Maij 1612.* coram R. D. meo Coccino Decano, & *in Conchen. decimarum, 7. Februar. 1612.* coram bon. mem. Andrea, & Platina in vita ejuſdem Dionyſij. Vide Navar. *in cap. placuit, de pœnit. diſt. 6. ex num. 3.* Hippol. Marſil. de Columna *de Eccleſ. reddit. orig. p. 1. c. 4. ex n. 1.* Paul. Fuſc. *de viſit. lib. 2. c. ... n. 1.* Selu. *de benefic. p. 1. q. 4. num. 19.* Hojed. *de incompat. beneſ. p. 1. in præfat. n. 5.* Stephan. Gaëta *in repet. cap. ad limina 30. q. 1. §. 5. n. 253.* unde colligit Rebuff. *in concord. tit. de conſtitut. verſ. parochias inſtituit, pag. 521.* beneficia non eſſe de jure divino, ſunt enim inſtituta de jure poſitivo, ex reſolutis per Nicol. Garc. *de beneſ. p. 5. c. 1. n. 3.* 2

Et ſtipendia miniſtrorum.] Notatur ad hoc, quod curatis in ſuis locis decimæ limitantur, & aſſignantur, ut per Rebuff. *de decimis, q. 7. num. 3.* & per hunc text. tenent Ioan. Andr. Abb. & Hoſt. *hîc*, oblationes, quæ fiunt alicui imagini depictæ in pariete alicujus privati, cedere Eccleſiæ parochiali, ejúſque Rectori: de quo vide Socin. *in tract. de oblation. libel. 18. quæſt. 6.* Troil. Maluet. *eod. tract. in 4. dub. col. 6.* Rebuff. *de decimis, q. 1. num. 29.* Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſ. deciſ. 102. in 1. edit. aliàs reſol. 88. à num. 1. in 2. edit.* Læl. Zech. *de Republ. Chriſt. c. 28. de Parocho, num. 11.* Marc. Anton. Genuenſ. *in praxi Archiepiſcop. Neapolit. c. 57. n. 3.* Camil. Borrel. *in ſum. omnium deciſ. tit. 18. n. 22.* Bellet. *diſquiſit. cleric. p. 1. tit. de bonis Clericorum, §. 3. n. 3.* vbi *n. 6.* pariter per hunc text. reſolvit Parochum habere fundatam intentionem ſuper oblationibus, quæ fiunt intra Parochiam, vide quæ latè dixi *ad c. 2. de offic. cuſtod.* 3 4

SVMMARIVM.

1 *Capitula Cathedralium vocari debent, & admitti ad Concilia provincialia, etiam per procuratores, ad tractandum, non autem ad dicendum,* & n. 2.

3 *Capitula Collegiatarum Eccleſiarum quaſi Epiſcopalem iuriſdictionem habentia ad ſynodum provincialem ſunt vocanda.*

4 *Laici in Conciliis univerſalibus an intervenire debeant oſtenditur.*

Cap.

Cap. Etſi membra X. & ult.

Honor. III.

1 CApitula Cathedralium vocari debent, & admitti ad Concilia provincialia, etiam per procuratores ad tractandum, non autem ad decidendum. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Butr. Imol. Anan. Hoſt. Anchar. Henric. Panorm. Viv. *in ration. lib. 3. iuris Pontif. pag.* 149. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 420. remiſſivè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.*

2 Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſumunt Abb. *hîc, num.* 4. qui dicit procedere etiam in negotiis non tangentibus Capitula, Bottæ. *in tract. de ſynodo, p. 2. n. 42.* Quarant. *in ſumma Bullarii, verbo Concilium Provinciale, verſ. quartò quæro*, ubi Proſper de Auguſtino *in addit.* reſoluit, quod ſi tempore celebrationis Concilii Provincialis vacaret Sedes Cathedralis, Capitulum ſuccedens in juriſdictione eſt Ordinarius judex, & debet de neceſſitate vocari, & poteſt comparere per Vicarium generalem cum ſpeciali mandato dandi vocem deciſivam, cùm ſit juriſdictionis, quæ
3 tranſit in Capitulum Sede vacante; additque Sacram cenſuiſſe Congreg. Capitula Collegiatarum quaſi Epiſcopalem juriſdictionem habentia ad Synodum Provincialem eſſe vocanda.

4 In gloſſ. *Contingere*, ult. ibi, *laici verò huiuſmodi Conciliis intereſſe non debent*, &c. Tenet hæc gloſſa laicos Conciliis univerſalibus regulariter intervenire non debere, tribus caſibus exceptis, videlicet ſi invitati fuerint, & ad illud ſpecialiter vocati, vel ſi cauſa Fidei tractatur, aut ſi de gradibus circa matrimonium contrahendum agitur. Verùm Ioan. Andr. *col. ult. num. 4. in præſenti*, intelligit hanc gloſſam procedere, quod in caſibus prædictis intereſſe poſſint laici ad audiendum, non ad judicandum, vel ad docendum, qui poſtea ſubdit poſſe etiam laicos intereſſe Concilio, ut petant ſibi juſtitiam miniſtrari, vel ut ſe tueantur: ſequuntur Anch. *n. 5. verſ. quintò*, Butr. *num. 7.* Imol. *n. 6. verſ. in gloſſ. fin* Anan. *n. 5. verſ. adde*, Cardin. Iacob. *in tract. de Concil. lib. 2. art. 2. fol.* 81. Cæterùm Panorm. *hîc, n. 6. verſ. & nota*, dicit ſe putare laicos in Conciliis vocandos eſſe ut conſulant, non ut definiant, præſertim ſi periti ſint: ego verò tenendam puto diſtinctionem Præpoſ. *in cap. Canones, 15. diſt. col. 2. poſt princip. verſ. in Eccleſiaſticis autem*, quam refert Rendin. *in promptuario recept. ſentent. tom. 1. tit. 19. n. 1.* vide apud eum.

De his, quæ fiunt à maiori parte Capituli.

Tit. XI.

SVPER hanc rubr. ſcripſerunt Zabarel. Butr. Ioan. Andr. Imola, Ananias, Anchar. Panorm. Durand. *in breviario aureo iuris Canon. fol.* 94. Petr. de Ravenna *in compend. iuris Canon.* Dan. Venat. *in analyſi methodica iuris Pontific. pag.* 599. Goffred. & Hoſtienſ. *in ſumma huius tit.* Alexand. Caſan. & Anaſt. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decret.* Barthol. Carthag. *in expoſitione titulorum iuris Canonici*, Ioan. Honor. *lib. 3. ſum. in Decret.* Zypæ. *in analytica poſtremi iuris Eccleſiaſtici enarrat. pag.* 191. omnes *ſub hoc tit.*

SVMMARIVM.

1 *Vniverſitatibus Eccleſiaſticis prævalet regulariter quod ſit à maiori parte, niſi minor pars rationabiliter contradicat.*
2 *Minimi interdum ſententiam optimam dicunt.*
3 *Capituli maior pars quod fecit, non admittit appellationem.*
4 *Dictio*, incunctanter, *omne tẽporis ſpatium excludit.*
5 *Ex cauſa poteſt recedi à ſtatuto, vel conſuetudine iurata.*
6 *Maior pars eſt illa, quæ maiori ratione, & pietate nititur.*
7 *Statutum quod accuſans habeat certum præmium, intelligitur ſi probaverit.*
8 *Capitulum non poteſt ſtatuere in præiudicium abſentium, niſi ſubſit rationabilis cauſa.*

Cap. Cùm in cunctis I.

Ex Concil. Lateran.

IN Capitulis quod à majore & ſaniore parte fuerit ſtatutum, prævalere debet appellatione remota, & conſuetudine contraria, licèt jurata, non obſtante. Imò ſi quis jurat ſervare talem conſuetudinem, privabitur communione, donec agat pœnitentiam, niſi pars major objiciat aliquid rationabile. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Io. Andr. Imol. Anan. Butr. Anch. Henric. Panorm. Hoſt. Cened. *collect.* 120. Vivian. *in ration. lib. 3. iur. Pontif. pag.* 120. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 421. remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* deſumitur ex Concil. Lateran. ſub Alexand. III. *c.* 16. & refertur ab Anton. Auguſt. *collect. 1. Decret. lib. 3. tit. 10. cap. unico.* 1

Vt niſi à paucioribus, & inferioribus, &c.] Notatur ad hoc, quod minimi interdum ſententiam optimam dicunt, ut per Tiraquel. *ad l. 11. connub. gloſſ. 1. p. 11. n. 4.* me citato *in hoc loco*, Caſtil. *tom. 3. & de tertiis, c. 11. num. 5.* 2

Appellatione remota prævaleat, &c.] Notatur ad hoc, quod Capituli major pars quod fecit, non admittit appellationem, ut per Rebuff. *tom. 3. ad leges Galliæ, tract. de appell. art. 7. gloſ. 2. n. 33. verſ.* 18. Sigiſm. Scacc. *de appell. q. 17. limit. 25.* ubi *num.* 2. limitat, ut procedat quando appellatur ex rationabili cauſa; & *n.* 3. aſſerit non ſervari hunc text. in Francia. An, & quando factum à majori parte vires obtineat firmitatis, latè Duen. *reg.* 296. Tiraq. *de iure mariti, gl. 8. n.* 130. Capyc. *deciſ.* 152. *à num.* 2. Azeved. *ad Curiam Piſan. lib. 2. c. 44. lit. B*, plures per Cened. *ad Decret. collect.* 120. 3

Incunctanter.] Hæc dictio, omne temporis ſpatium excludit, & latam ſententiam continet, ut per Sayr. *in clavi regia, lib. 3. c. 8. num.* 27. Monet. *de diſtribut. quotid. p. 3. q. 7. n.* 37. 4

Non enim iuramenta.] Notatur ad hoc, quod ex cauſa poteſt recedi à ſtatuto, vel conſuetudine jurata, ut per Tiraquel. *de pœnis temper. in præfat. n.* 23. Surd. *deciſ. 38. n.* 14. 5

In gloſſ. *Rationabiliter*, ibi, *non ſtatur ſemper maiori parti*, &c. Notatur ad hoc, quod non ſemper ſtatur majori parti, nec pluralitati, quia major pars eſt illa, quæ majori ratione, & pietate nititur, ut per Vincent. de Franchis *deciſ. 2. à n.* 25. 6

In gloſſ. *Oſtenſum*, ibi: *ergo non ſufficit obiicere, niſi probetur.* Notatur ad hoc, quod ſtatutum, quod accuſans habeat certum præmium, intelligitur dummodo probaverit, ut per Hippol. *conſil. 37. num. 3. & conſ. 74.* 7

*n.38.& in l.is qui cum telo, n.47.C.de ſicariis, & in l.1. §.ſi quis dicatur, n.4.& 5.ff.de quæſt.& in practic.§.diligenter, n.173.*Mench. *illuſtr.c.36.n.2.*

8 In gloſſ.*Conſtitutum*, ibi, *alias præſentes in præiudicium abſentium nihil conſtituere poſſunt.*] Notatur ad hoc, quòd Capitulum non poteſt ſtatuere in præiudicium abſentium,niſi ſubſit rationabilis cauſa, & eoſdem vocauerit, & ex vocatis concurrant duæ partes,vt per Bened.Capr.*tom.1.commun.opinion.lib.1.tit.2.n.23. pag. mihi* 154. Capituli poteſtas an, & quando reſideat penes præſentes, vide Aloyſ. Ricc. *in praxi aurea, reſol.*180.

SVMMARIVM.

1 *Canonicus non interdicit Eccleſiam,ſed hoc facere debet Epiſcopus cum Capitulo.*
2 *Interdictum ferens an illi ſubiiciatur, remiſſiuè.*
3 *Culpa ſuos debet tenere auctores.*
4 *Pœna debet commenſurari delicto, & culpæ reſpondere.*
5 *Pœna accipitur ſub ratione medicinæ.*

CAP. Quæſiuit II.

Cœleſt. III.

1 CAnonicus ſine conſenſu Capituli,& fratrum non poteſt ponere interdictum in Eccleſia, & pœna Eccleſiaſtica non eſt imponenda niſi iis, qui delinquunt, nec pœna excedere debet delictum. Colligunt ex Ordin.Abb. antiq.Innoc.Collect. Zabar.Butr.Ioan. Andr. Imol. Anan.Hoſt.Aanchar.Henric.Panorm.Viu. *in ration. lib.3. iuris Pontif.pag.*115. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.*41. remiſſiuè Ximen.*in concord. p.1.& 2.*refertur ab Ant.Auguſt.*collect.3.Decret.lib.3. tit.9.c.2.*

2 *Quidam in Canonicis.*] Vtrùm ferens interdictum ſubiaceat interdicto, vide Bonacin.*de cenſuris diſp.4. puncto 1.n.24.*

3 *Cùm peccata ſuos auctores*, &c.] Notatur ad hoc, quod culpa ſuos debet tenere auctores, vt per Surd.*de aliment. tit.1.q.38.n.30.*Farin.*in praxi crimin.p.1.q.23. n.1.*Eſcobar. *de ratiocin.c.42.n.7.* cum iuribus per me citatis *in tract. axiomatum iuris vſufreq. axiom.62.n.1. & axiom.181.n.4* & plenè adductis *in collect. ad c.non debet, & ſeq.de regul.iuris lib.6.*& *ibi* citatis addo Buccaron. *de different. inter iudicia ciuilia, & crimin.differ. 161. n.2.* vbi refert ex Bart.iniquiſſimum & diabolicum eſſe, vt ex facto alterius alter criminaliter, ſeu corporaliter teneretur.

4 *Nec pœna ſit*, &c.] Notatur ad hoc,quod pœna debet commenſurari delicto, & culpæ reſpondere, vt per Couarr.*lib.2.variar.c.8.à princip.*Bonacoſ.*commun. crimin.p.2.verbo delictum, fol.* 24. Menoch.*remed.5.recuper.n.39.& de arbitr. lib.1.q.90.n.38.*Bertazol.*in repet.l.ſi quis maior,C.de tranſact. n.68.* Thom. de Thomaſſetis *in floribus legum, reg.216.* Fatin. *in praxi crimin. q.4. n.10. & p.17.n.9.* Card. Tuſch.*tom. 6.lit.P. concl.* 211. Mench. *illuſtr.c.8.n.51.& c.24.n.1.*

5 In gloſſ. *Deliquit*], ibi, *quia patitur iuſtus pro impio*, &c. Nota, quod ſi pœna accipiatur ſub ratione medicinæ,vel data iuſta cauſa ad maiorẽ Reip.vtilitatem,vt dum vnuſquiſque torquetur, cæteri cautiùs,& promptiùs à criminibus abſtineant,non inconuenit,vt vnus pro alio puniatur pœna temporali, non tamen æterna, neque ſpirituali ad ſalutem animæ pertinente, vt per gloſ. *verbo de quarta, in ſum.1.q.4.* D.Thom. *1.2 q.87. art.8.in ſolut.& in reſp.ad 1.& 2.2.q.108.art.4.in ſolut.* Thom.de Thomaſſ.*reg.228.*Couarr.*d.c.8.verſ.quarta, iuncto verſ. quinta*,Guttier.*Canon.lib.2.c.30.n.25.*

SVMMARIVM.

1 *Ordinatio communis Eccleſiæ per contradictionem,& appellationem eius,cuius non intereſt,impediri non debet.*
2 *Quaſi poſſeſſio in iuriſdictione,& ſimilibus an acquiratur per inueſtituram annuli, remiſſiuè.*
3 *Feudi poſſeſſio per inueſtituram verbalem, ſeu abuſiuam non transfertur.*
4 *Collitigans quando nominaret eum, cum quo litigat, ſub nomine beneficij ſuper quo litigat, cenſetur illi ſic nominato ius ſuum renuntiare.*
5 *Renuntiatio tacita in præiudicium renuntiantis idem operatur quod expreſſa.*
6 *Poſſeſſio per inueſtituram non transfertur.*
7 *Poſſeſſio quomodo definiatur, oſtenditur.*

CAP. Ex ore III. *Innoc. III.*

APpellatio illius, ad quem non ſpectat appellare, 1
non valet, nec impedit ordinationem Eccleſiæ, & electus à ſaniori parte Capituli,eſt bene electus,& confirmandus.Item habens ius ad electionem Præpoſituræ,ſi alicui electo reuerentiam præſtat, videtur renuntiare ſuo iuri ipſo facto.Colligunt ex Ordin.Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Burr. Ioan. Andr.Imol. Anan. Hoſt. Anch. Henric. Panorm. Viuian.*in ration. lib.3. iuris Pontif. pag.*151. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 421.Remiſſivè Ximen.*in concord.p.1.& 2.* refertur ab Anton.Auguſt.*collect.3.Decret.lib.3.tit.12. cap. vnic.*

In ſignum inueſtituræ annulo,&c.] An per inueſtitu- 2
ram annuli acquiratur quaſi poſſeſſio in iuriſdictione,& ſimilibus,vide Gregor. *l.4.verbo con vna ſorteia, tit.26.p.4.*

Non fuit aliquatenus inueſtitus,&c.]Notatur ad hoc, 3
quod feudi poſſeſſio per inueſtituram verbalem, ſeu abuſivam non transfertur,vt per Valaſc.*de iure emphyt. q.18. n.18.* vbi tamen aduertit ex huiuſmodi inueſtitura videri conceſſam facultatem propria auctoritate apprehendendi poſſeſſionem feudi.

Iure ſuo,&c.] Notatur ad hoc,quod electus ad aliquod beneficium poteſt cedere iuri ſuo, & electioni de ſe factæ abſque ſuperioris licentia, vt per Abb. *in c.cùm Bertoldus, de re iudic.* Felin.*in cap.in noſtra,n.28. de reſcript.*Rot.*deciſ.6.de elect.in nouis*, Gom.*in reg.de non tollendo iure quæſito, q.* 1.Nauat. *in cap. accepta oppoſit.8.n.7.*Flamin. *de reſign.lib.1.q.13.n.7.*Non obſtat text. *in cap.cùm inter 21.de elect.*vbi per mutuum electi, & eligentium conſenſum quaſi coniugale vinculum contrahitur, quia intelligendus eſt text. ille ſecundùm gloſſ. *ibi,verbo quaſi*, poteſt etiam intelligi, vt loquatur de vinculo, quod ex ſponſalibus de futuro reſultat, vnde quemadmodum ſponſalia ſolo contrahentium diſſenſu dirimuntur, *cap.2. de ſponſalib.* ita vinculum illud mutuo electi & eligentium conſenſu diſſoluitur, & ideo valet renuntiatio, quæ in manibus electorum abſque Superioris licentia celebratur, vt notauit gloſſ. *verbo renuntiauit, in c.2.de tranſlat.Præl.* Vnde renuntians electioni de ſe factæ ampliùs non exaudiri,nec eius appellationem ad nouam electionem impediendam, admitendam eſſe, reſoluit Flamin. *d. q.23.n.9.*

Reuerentiam exhibuit, quæ debetur Præpoſito, &c.] 4
Notatur ad hoc, quod quando collitigans nominaret eum cum quo litigat, vel ad illum ſcriberet ſub nomine

mine dignitatis, vel beneficii ſuper quo litigat, cen-
ſetur illi ſic nominato jus ſuum renunciare, ut per
Rebuff. *in tract. nominat. q.1. n.9.*

5 *Renuntiaſſe videtur.*] Notatur ad hoc, quod tacita
renuntiatio in præjudicium renuntiantis idem opera-
tur quod expreſſa, ut per Flamin. *de reſign. benef. lib.1.*
q.13. n.11. cum ſeqq.

6 In gloſſ. *Annulo*, ibi, *cùm in poſſeſſionem miſſus non*
fuerit. Ergo per inveſtituram non transfertur poſſeſſio,
ut per Tiraq. *in tract. le mort, in præfat. declar.1. n.5.*
Covar. *lib.3. var. c.16. n.3.*

7 In gloſſ. *Et ſi mandatum*, ibi, *quia in adipiſcenda poſ-*
ſeſſione actus corporalis requiritur. Et ideo poſſeſſio de-
finitur, quod ſit corporalis rei detentio corporis, &
animi, juris adminiculo concurrente, ut per Hoſtienſ.
in ſum. de cauſa poſſeſ. n.1. Petr. Greg. *ſyntagm. lib.1.*
c.13. num.4. Henric. Caniſ. *in reg.3. lib.6. §. is autem,*
Molin. *de juſtit. diſp.12.* Azor. *inſtit. moral. p.3. lib.1.*
c.31. Leſſ. *de iuſtit. lib.2. c.3. n.40.* Rebell. *de obligat.*
iuſtit. p.1. q.8. ſect... ac proinde nullo unquam caſu
jus Canonicum, aut Civile poſſeſſionis acquiſitionem
induxiſſe abſque actu corporeo, vel alio, quod pro
corpore habeatur, ex Alber. *in l. quorundam, ff. de acquir.*
poſſeſ. ſcribit Valaſc. *i. q.18. n.34. verſ. illud tamen,* ex-
pendens *in c.2. ſuprà de conſuet.* interveniſſe apprehen-
ſionem corpoream apponendo modicum terræ ſuper
Altare, & ſic in ſimilibus juribus, quæ pariter ad hoc
propoſitum expendit. Verùm contrariam ſententiam,
imò legem per modos fictos poſſeſſionem transferre
poſſe abſque actu corporeo, tenuerunt Bald. *in rubr.*
de cauſa poſſeſ. n.13. Tiraq. *in tract. le mort, p.5. declar.1.*
n.4. Covar. *in reg. poſſeſ. p.2. §.1. n.5.* Ant. Gom. *l.45.*
Tauri, n.111. Molin. *de primog. lib.3. c.19. à num.19.*
alt. Molin. *de iuſtit. tract.2. diſp.636. n.3.* qui contra-
riis bene reſpondent.

SVMMARIVM.

1 *Prælatus cum maiori parte Capituli ſtatuere poteſt quod ad neceſſariam reparationem fabricæ quilibet Canonicus conferre teneatur.*

2 *Canonici ſupplere tenentur de ſuperabundantibus, quando non eſt ſufficiens quarta portio, quam dat Epiſcopus pro fabrica Eccleſiæ.*

3 *Epiſcopus etiam cum conſenſu ſui Capituli non poteſt facere ſtatuta in præiudicium iurium aliorum Prælatorum inferiorum, vel Eccleſiarum ſubditarum abſentium, niſi aliqua ſubeſſet iuſta cauſa.*

4 *Epiſcopus cum maiori parte Capituli poteſt ſtatuere, ut quilibet Canonicus de ſua præbenda quotannis contribuat certam ſummam in alicuius pauperis ſcholaris docilis, & non vagi ſubſidium.*

Cap. Ex parte IV. & ult.

1 Epiſcopus ſi cum majore & ſaniore parte Capituli
ſtatuit contributionem Canonicorum pro repa-
randa fabrica Eccleſiæ, quamvis aliquis Canonicus
contradicat, tamen valet ſtatutum plurimorum. Colli-
ligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar.
Ioan. Andr. Imola, Anan. Butr. Hoſtienſ. Anchar.
Panorm. Vivian. *in rationali libri tertii iuris Pontif.*
pag.151. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.412.*
remiſſivè Ximen. *in concordant. p.1.* refertur ab Ant.
Aug. *collect.4. Decret. lib.3. tit.4. c. unic.*

2 *Ad reſtaurandam fabricam*, &c.] Notatur ad hoc,
quod Canonici ſupplere tenentur de ſuperabundanti-
bus, quando non eſt ſufficiens quarta portio, quam
dat Epiſcopus pro fabrica Eccleſiæ, ut per Panorm.
n.7. in præſenti, & in c.1. n.3. de Eccleſiis ædif. & in q.3.
incip. Sempronius, in fine, verſ. & adverte, Bero. *conſ.3.*
n.8. 21. 26. & 37. vol.1. Barbat. *conſ.26. n.4. & 5. vol.3.*
Lambert. *de iurepatr. lib.3. q.7. art.2. n.3. & 4. verſ.*
tertius eſt caſus, Bellet. *diſquiſit. cleric. p.1. tit. de exem-*
ptione clericorum à ſtatutis ſæcularium, §.13. n.16. ubi
n.17. reſolvit quod ſi Epiſcopus & Canonici ſimul non
ſufficerent, tunc Epiſcopus unà cum Capitulo poſſet
ſtatuere quod alii inferiores Clerici de ſuperabundan-
tibus fructibus, deductis ſibi neceſſariis, ad contri-
buendum dictæ fabricæ tenerentur: & *n.18.* advertit
Epiſcopum ad redditus Canonicorum, & aliorum
Clericorum pro fabrica non poſſe devenire, niſi in ca-
ſu, quo fabrica, ſeu reparatio eſt neceſſaria, & in ſub-
ſidium, & tunc mediante diſpoſitione Epiſcopi & Ca-
pituli ſimul, vel majoris partis illius, & citat Abb. *d.*
q.3. circa fin. & Bero. *d. conſ.3. n.23. & 24. in princ.*
& n.42. & 43. Vnde per hunc text. dicebat Tiraq. *de* 3
pœnis temper. in præfat. n.51. Epiſcopum etiam cum
conſenſu ſui Capituli non poſſe facere ſtatuta in præ-
judicium jurium aliorum Prælatorum inferiorum, vel
Eccleſiarum ſubditarum abſentium, niſi aliqua ſubeſ-
ſet juſta cauſa.

Operi tam pio, & neceſſario, &c.] Per hunc text. te- 4
net Rebuff. *de privileg. ſcholar. privil.42* quod Epiſ-
copus cum majori parte Capituli poteſt ſtatuere, ut
quilibet Canonicus de ſuis præbendis quotannis con-
tribuat certam ſummam in alicujus ſcholaris pauperis
docilis, & non vagi ſubſidium, in ſtudio exiſtentis,
etiamſi minor pars contradicat.

Vt Eccleſiaſtica Beneficia ſine diminutione conferantur.

Tit. XI.

Svper hanc rubricam ſcripſerunt Zabar. 1
Ioan. Andr. Imol. Anan. Anch. Butr. Pa-
norm. Guid. Papæ, Durand. *in Brevia-*
rio aureo iuris Canon. fol.94. Ioan. de Lon-
dris *in Breviario SS. Canon. fol.174.* Martin.
Meſnart. *in epitome Decret. fol.108.* Petr. de Ravenna
in compendio juris Canonici, Daniel Venator *in ana-*
lyſi methodica juris Pontificii, pag.399. Goffred. &
Hoſt. *in ſumma hujus tit.* Alexand. Caſan. & Anaſtaſ.
Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decret.* Barth.
Carthag. *in expoſitione titulorum iuris Canonici*, Ioan.
Honor. *lib.3. ſummæ in Decret.* Zypæ. *in analytica po-*
ſtremi iuris Eccleſiaſtici enarrat. pag.192. omnes *ſub*
hac rubr.

De materia tituli vide Rebuff. *in praxi benef. tit.* 2
requiſita ad collationem bonam, num.6. Corraſ. *de benef.*
p.1. c.2. in fine, & p.4. c.1. n.4. Guillelm. *in c. Raynu-*
tius, verbo ſi abſque literis 2. de fideicomm. ſubſtitut. à
n.32. Maſcard. *de probat. concl.313. à n.5.* Flamin. *de*
reſign. benef. lib.8. q.9. n.32. Adverte verbum, *confe-*
rantur, de quo in hac rubr. generale eſſe, & compre-
hendere præſentationem, inſtitutionem, & quamli-
bet aliam proviſionem, ſeu omnem modum, per quem
providetur de beneficio, ut per Rebuff. *in praxi benefic.*
tit. de forma Vicariatus, à n.49. & tit. de diſpenſat. ra-
tione ætatis, verbo Conferantur. Mandoſ. *reg.32. Cancel.*
q.4. n.2. & alios plures, quos refert, & latè explicat
Nicol. Garc. *de benef. p.1. c.6. à n.32.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur ſuper hunc text. ſcribentes.*
2 *Iudex quilibet dicitur miniſter Dei in terris.*
3 *Iudex in quibus caſibus poſſit procedere contra reum, quamvis nullus ſit accuſator, remiſſivè.*
4 *Actore non probante reus abſolvitur.*
5 *Clericus poteſt cogi ad oſtendendum titulum beneficii.*
6 *Fama nulla pracedente poteſt Epiſcopus inquirere, quando vertitur periculum animarum.*
7 *Beneficiorum in collatione non ſanguinis, ſed meritorum ratio habenda eſt.*
8 *Cauſa, & occaſio differunt.*
9 *Fraus praſumitur ex varietate ſermonis.*
10 *Epiſcopus, aut alius collator non poteſt ab initio conferendi beneficium alicui penſionem reſervare.*
11 *Penſio ſolvenda ex redditibus beneficii licita, & honeſta imponi poteſt.*
12 *Beneficii collatio clandeſtinè facta praſumitur ſimultanea.*

Cap. Vt noſtrum, unic.

Innoc. III.

1 Beneficia Eccleſiaſtica ſine diminutione ſunt conferenda. Item qui ante donationem beneficii Eccleſiaſtici non percipit proventus, ſed alius, & ex donatione conſequitur ut fructus percipiat, eſt ſimoniacus; ſed ſi ante donationem percipit fructus, & ante conſtituit ex cauſa neceſſaria ut retineat fructus, eſt licitum. Sed ſi conveniat cum eo, qui accipit beneficium, vel cum mediatore, ut retineat proventus, & concedat beneficium, eſt illicitum, & ſimonia palliata. Item occulta collatio beneficii, licèt ſit ſuſpecta, benè valet, dummodò aliàs legitimè facta probetur. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Caſal. *in annotat.* Zabatel. Ioan. Andr. Imol. Anan. Butr. Hoſt. Anch. Henric. Guid. Papæ, Panorm. Vivian. *in rationali libri tertii iuris Pontificii, pag.* 152. Alagona *in compend. iur. Canon. pag.* 422. remiſſivè Ximen. *in concord. part.* 1. & 2. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 3. *Decret. lib.* 3. *tit.* 10. *c. unic.*

2 *Vt noſtrum prodeat,* &c.] Notatur ad hoc, quod quilibet judex dicitur miniſter Dei in terris, & ejus judicium cenſetur prodire de vultu Dei, ut per Matant. *diſp.* 1. *incip. plerumque, n.* 16. & faciunt quæ tradunt citati per Cened. *ad Decret. collect.* 56. *n.* 2.

3 *Nullus debeat ſine accuſatore damnari.* Vide Coriol. Capuccin. *de caſibus reſervatis, p.* 3. *caſu* 5. *tit. de accuſat. n.* 3. ubi *n.* 4. caſus aliquos recenſet, in quibus poſſunt judices procedere contra reum, quamvis nullus ſit accuſator.

4 *Actore non probante,* &c.] De hoc juris principio vide infinitos propemodùm per me citatos *in tract. axiom. iuris uſufreq. axiom.* 10. *n.* 2. An autem procedat in beneficialibus, vide Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gl.* 1. *n.* 29. & 30.

5 *Vt oſtenderes,* &c.] Notatur ad hoc, quod Clericus poteſt cogi ad oſtendendum titulum beneficii, ut per Palat. *in rubr. de donat. inter virum & uxorem, notab.* 2. §. 1. *n.* 46. *verſ. infertur,* Covar. *in reg. poſſeſſor, p.* 2. §. 10. *n.* 9. *col.* 2.

6 *Inquirere veritatem,* &c.] Notatur ad hoc, quod quandocunque vertitur periculum animarum, vel quando Epiſcopus vult ſe informare de vita, & moribus eligendi, aut alicujus promovendi ad Ordines, ex officio inquirere poteſt nulla fama præcedente, ut per Duen. *reg.* 98. *verſ. ſextò limita.*

Circa carnalitatem animi, &c. Notatur ad hoc, quod 7
in conferendis beneficiis, non ſanguinis, ſed meritorum ratio habenda eſt, ut per Covar. *var. lib.* 2. *c.* 5. *n.* 4. Azor. *inſtit. moral. p.* 2. *lib.* 6. *c.* 15. *q.* 1. *verſ. in hac igitur,* Nicol. Garc. *de benef. p.* 8. *c.* 1. *n.* 118. ubi à *n.* 119. an collatio precibus ex carnali affectu procedentibus, obſequiis, aliaque humana gratia facta ſimoniaca ſit?

Cauſam, & occaſionem.] Ergo differunt, vide Tiraq. 8
in tract. ceſſante cauſa, limit. 13. *n.* 5. & tetigi *ad rubr. de cauſa poſſeſſ. & propr. verb. cauſa.*

Quia non ſolùm nobis, &c.] Notatur ad hoc, quod 9
ex varietate ſermonis fraus præſumitur, ut per Alciat. *de praſumpt. reg.* 2. *praſumpt.* 31. *in princ.*

Ne quis conferendo, &c.] Notatur ad hoc, quod non 10
poteſt Epiſcopus, aut alius collator ſibi reſervare aliquam penſionem ab initio conferendo beneficium alicui, quia ſine diminutione debet conferre, ut per Rebuff. *in praxi benef. tit. requiſita ad collationem, à n.* 6. & *de pacificis poſſeſ. n.* 117. Flamin. *de confident. q.* 28. *n.* 120. Vgolin. *de ſimonia, tab.* 1. *de ſimonia in genere, c.* 28. §. 3. *n.* 6. An autem penſio impoſita ab Epiſcopo in collatione beneficii faciat proviſionem ſimoniacam? vide Nicol. Garc. *de benef. p.* 1. *c.* 5. *à n.* 313.

Vnde credimus, &c.] In hoc loco ait Pontifex, quod ſi Epiſcopus ante donationem beneficii fructus non percipiebat, minimè poteſt ex donatione ipſius abſque ſimoniæ pravitate fructus ad tempus conſequi, & paulò poſt, *in verſ. Si verò,* ait quod ſi ante donationem Epiſcopus percipiebat fructus, poteſt eos retinere ad tempus ex juſta cauſa, dummodo id faciat vacante beneficio: ſi autem cum recipiente conveniat, ſtatuit Pontifex id non licere, ne via aperiatur fraudibus: continet hic text. non mediocrem difficultatem, primò dum ait abſque dubio ſimoniacam pravitatem contineri, ſi ex donatione fructus conſequatur: conſtat enim poſſe Epiſcopos ex juſta cauſa fructus ſibi ad tempus reſervare, ut hic text. ad finem apertè probat, & affirmat *gloſſ. ult. ibid.* & ante eam Innoc. Ioan. Andr. & Butr. quos refert & ſequitur Imol. *n.* 21. optimè Zabar. *n.* 3. *hic,* hoc idem poſt Hoſt. vult gloſſ. *verbo defenſori, in Clem.* 2. *de rebus Eccleſ. non alien.* gloſ. recepta *in c. ſi propter, de reſcript. lib.* 6. quamvis Abb. *in praſenti,* videatur dubitare. Neque contrarium probat *cap. pen. de verb. ſignif. d. cap. ſi propter, & c. ſi tibi conceſſo, de prabend. lib.* 6. quibus locis hæc fructuum reſervatio ad tempus ex gratia Summi Pont. facta proponitur, quæ neceſſaria non fuiſſet, ſi de jure communi Epiſcopis facere liceret, arg. *l. unic. C. de theſauris, lib.* 10. Nam ex ſententia gloſſ. *in d. cap. ſi propter,* & omnium dictis locis, gratia neceſſaria eſt cùm omnium vacantium beneficiorum fructus Epiſcopo reſervantur, quia interim beneficia vacant cùm fructus omnes retinentur, ut prædicta jura probant, quæ in his terminis intelligenda ſunt; non autem cùm pars fructuum reſervatur, & beneficium confertur, quo caſu procedit text. *in praſenti,* nec etiam impeditur reſervatio fructuum ad tempus, *ex d. Clem.* 2. *de rebus Eccleſ. non alien.* quoniam agit de perpetuis unionibus Eccleſiarum, & immeritò extenditur ad temporales fructuum reſervationes, ut benè advertit Zabar. *ubi ſup.* cùm ergo liceat Epiſcopo fructus reſervare ad tempus, hanc reſervationem abſque dubio facere poteſt in ipſa collatione, quoniam perinde ceſſat conventio, & in effectu reſervantur fructus beneficii vacantis; nec enim datum cenſetur, niſi poſtquam collatio perfecta eſt omninò. Nec dubitandum in ipſo inſtrumento confirmationis, ſeu collationis poſſe fieri reſervationem penſionis, conſtitutionem cenſus, aliudve ſimile

ſimile onus reale, ut *in c. conſtitutus, de relig. domibus*, dummodo cum recipiente pactum non fiat.

Secunda difficultas in eo verſatur quod priori caſu, ubi ſine conventione Epiſcopus fructus conſequitur, veram ſimoniam committit, in poſteriori verò data conventione ait text. dicimus non licere, ne aperiatur via fraudibus; cùm tamen videretur propter conventionem à fortiori ſimoniam committi. Augetur difficultas etiam ex hoc text. *in verſ. quia etiam*, dum inquit Archiepiſcopum probaſſe quod retentis ſibi fructibus beneficium contulerat, ſic ſentiens non licere Epiſcopo tempore collationis, vel antè beneficii fructus ſibi reſervare, nec difficultatem ſolvit gloſſ. recepta *in præſenti, verbo ſub modo*, quam ſequuntur DD. communiter, dum ait ſimoniam *in hoc text.* committi propter modum adhibitum in donatione officii ſpiritualis; quia certum eſt modum temporalem poſſe adjici beneficiis vacantibus, tanquam onus reale, quod eorum fructus non excedat. Nec etiam difficultatem ſolvit alia gloſſ. *in præſenti, verbo conſequitur*, ab omnibus recepta, dum inquit ideo in priori caſu committi veram ſimoniam, quia in donatione pactio de percipiendis fructibus fuit adhibita, adhuc enim dubitamus, cùm utroque caſu pactio intervenerit, cur diverſo modo à Summo Pontifice improbetur.

Vnde ex litera hujus text. difficultas explicabitur, ſi advertas *hic, in §. ult.* jam non definiri factum Archiepiſcopi, quod ſuperius tribus rationibus fuerat damnatum, ſed futuris temporibus occaſione illius facti dirimi quæſtionem, utrùm abſque vitio ſimoniæ poſſit beneficium ſpirituale ita conferri, ut ejus fructus ad tempus Epiſcopus reſervet, eamque trimembri diſtinctione Pontifex reſolvit. Præmitte etiam abſque ulla ſimoniæ labe poſſe Epiſcopum reſervare ſibi fructus ad tempus ex juſta cauſa, ſi id palàm faciat, ſervatis ſervandis, nulla facta conventione, juxta communem Doctorum ſententiam, *ibid.* quam text. *in fin.* probat: nec refert, utrùm multò ante donationem, an eodem tempore reſervatio fiat. His ſuppoſitis dicendum eſt, ideo in primo caſu Summum Pont. reſpondiſſe abſque dubio ſimoniacam pravitatem contineri, quia agit quando nulla facta fuit legitima reſervatio; jam enim tunc non ex reſervatione juſta, ſed propter donationem beneficii fructus percipit temporales: vel etiam dici poteſt pactionem cum recipiente fuiſſe factam, ut gloſſ. vult, & ſaltem præſumptione juris ſimoniam dari, quia ubi nulla apparet reſervatio facta, ſed tantùm ſpirituale datum, & temporale receptum, rectè ſimonia judicatur. In ſecundo autem caſu quando ante vacationem idem Epiſcopus percipiebat fructus, ſi fiat conventio de ipſis iterum retinendis, non committitur ſimonia, ſed ejus ſpecies, quia ex vi præcedentis reſervationis retinentur, & ſola pactio efficit, ut illicita ſit conventio propter ſimilitudinem illiciti contractus, qui prima facie de ſpiritualibus ad temporalia fieri videtur.

11 *Pro cauſa juſta, & neceſſaria.*] Ergo ex cauſa licita, & honeſta poteſt imponi penſio ſolvenda ex redditibus beneficii, ut per Flamin. *de reſignat. benef. lib. 6. quæſt. 2. num. 2.* Soar. *de relig. tom. 1. lib. 4. de ſimon. cap. 58. n. 10.*

12 In gloſſ. *Occulta.* Notatur ad hoc, quod beneficii collatio clandeſtinè facta præſumitur ſimulata, ut per Maſcard. *de probat. concl. 176. à princip.* Illud enim quod clam, & ſecretò fit, ſuſpectum eſt, ut per Tiraq. *de retractu, tit. 22 in præfat. n. 13.* & fraus præſumitur in his, quæ clandeſtinè, & ſecretè fiunt, Brun. à Sole *in locis communib. verbo fraus 5.* vide notata *ad cap. conſulmit 24. n. 8. cum ſeqq. de offic. deleg. pag. 243.*

De Rebus Eccleſiæ alienandis, vel non.

Tit. XIII.

SVPER hanc rubricam ſcripſerunt Zabar. Ioan. Andr. Imol. Anan. Anch. Butr. Panorm. Guid. Papæ, Barbat. Guillelm. Durand. *in Breviario aureo iuris Canon. fol. 95. verſo*, Petr. de Ravenna *in compend. jur. Canonici*, Martin. Meſnart. *in epitome Decretal. fol. 108.* Daniel Venator *in analyſi method. jur. Pontif. pag. 400.* Goffred. & Hoſt. *in ſumma hujus tit.* Alexand. Caſan. & Anaſtaſ. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decret.* Batt. Carthag. *in expoſit. titul. iuris Canon.* Lancel. *in inſtit. Canon.* Caniſ. *in ſum. iuris Canon.* Caſarel. *in erothem. eiuſdem iuris*, Zypæ. *in analytica poſtremi iuris Eccleſiaſtici enarrat.* noviſſimè Ioan. Honor. *lib. 3. ſummæ in Decret.* omnes *ſub hac rubr.*

De materia tit. vide Redoan. *in tract. ſpeciali illius*, Navar. *in tract. de alienat. rerum Eccleſiaſt.* Rebuff. *in compend. alien.* Quarant. *in ſum. Bullarii, verbo Alienatio*, Villalob. *tom. 1. commun. opin. lib. 1. tit. 1. à n. 55.* & Bonacoſ. ac Soar. *à n. 51.* Bertachin. *in tract. de Epiſc. p. 4. lib. 4. à n. 1.* Menoch. *de arbitr. caſu 172.* Perez *l. 10. tit. 2. lib. 1. Ordin.* Maſcard. *de probat. concluſ. 75.* Azor. *inſtit. moral. p. 2. lib. 9. c. 1. cum ſeqq* Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſiaſt. deciſ. 1. cum ſeqq.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 3. tr. 3. n. 61. cum ſeqq.* Camil. Borrel. *in ſum. omnium, tit. 15.* Laym. *in Theolog. morali, lib. 3. tract. 44. c. 10.* Vgolin. *de poteſt. Epiſc. c. 14. §. 4. cum ſeqq.* Vaſq. *de redditib. Eccleſ. in fine*, Vincent. Filliuc. *tom. 2. tract. 44.* Bonac. *var. q. 2. de alien. bonor. Eccleſ.* Leſſ. *de iuſtit. lib. 2. c. 24. dub. 11.* Portel. *in dubiis Regular. verbo alienare*, Molin. *de iuſtit. tom. 2. diſp. 466. cum ſeqq.* Villalob. *p. 2. ſum. tract. 25. diffic. 17* Hieron. Roder. *in compend. qq. regul. reſol. 7.* & alios per me citatos *de offic. & poteſt. Epiſc. p. 3. alleg. 95.*

SVMMARIVM.

1 *Prælatus non poteſt res unius Eccleſiæ alteri dare, nec invicem illas res commutare ſine amborum conſenſu.*

2 *In alienationibus rerum Eccleſiæ copulativè requiruntur ſolemnitas, & cauſa.*

3 *Alienatio rei Eccleſiæ utilis non dicitur, ubi Eccleſia recipit tantum quantum dimiſit.*

Cap. Non licet I.

PRælatus, ſive Epiſcopus, ſive Abbas, non poteſt dare terras, vel alia bona unius Eccleſiæ ſuæ, alteri ſuæ Eccleſiæ, niſi cum conſenſu ambarum partium. 1 Colligunt ex Ordinat. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſt. Anchar. Butr. Panorm. Guid. Papæ, Barbat. Bero. Vivian. *in rationali libri tertii iuris Pontif. pag. 153.* Alagona *in compend. iuris Canonici, pag. 411.* remiſſivè Caſal. *in annotat.* & Ximen. *in concord. p. 2.* deſumitur ex Concil. Lugdun. 4. refertur à Burchard. *lib. 3. Decret. c. 24.* & ab Anton. Auguſt. *collect. 1. Decretal. lib. 3. tit. 8. c. 1.*

Vertere ad aliam.] Intellige ſine cauſa, in alienationibus enim rerum Eccleſiæ copulativè requiruntur 2 ſolemni

ſolemnitas,& cauſa,*c.1.hoc tit.lib.6.* Dec. *conſ.*142.*n.*4. *in princ.* Covat. *var. lib.*2.*c.*17. *n.*2. Mantic.*deciſ.*41. *n.*1. Molin. *de iuſtit. tract.*2. *diſp.*468. poſt Maſcard. Redoan. & alios. Quarant. *in ſumma Bullarij*, *verbo Alienatio rerum Eccleſiæ*, *n.*2. *cum ſeqq.* Camil.Bottel. *in ſumma omnium deciſ. tit.*15. *n.*1. Marc. Anton. *var. reſol. lib.*1. *reſol.*5. *à n.*6. & fuit dictum *in Lucana bonorum infrà citanda, & in Lucana terrarum*, 10. *Decembris* 1613.*& in nullius provinc.Caurinen.Præpoſituræ*, 12. *Februarij* 1624. coram bonæ mem. Vbaldo. Vnde ex hoc text. in citatis verbis jam colligitur non bene cenſuiſſe Triviſan. *Venetiæ deciſ.*56.*p.*1. dum ibi firmiter tenet in alienatione ab una Eccleſia alteri Eccleſiæ facta non requiri ſolemnitatem, *Extravag. ambitioſæ*, *hoc tit.* prout eum ſaltem ſecundùm communem Romanæ Curiæ praxim reprobat Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſiaſt. reſol.*35.

Tamen ſi commutare voluerit, &c.] Adverte alienationem Rei Eccleſiæ utilem non dici, ubi Eccleſia recipit tantum quantum dimiſit, ut cenſuit Rota *in Lucana bonorum*, 11.*Februar.*1513. apud Farin. *deciſ.*430. *n.*6.*p.*2. *recent. & n.*5. pariter cenſuit hujuſmodi alienationem utilem non dici, ubi Eccleſia dimiſit bona propria, habita fide de re ſibi in cambium aſſignanda.

Cap. Qui res II.

1 Petens, vel recipiens à laicis res Eccleſiæ, perdit receptas, & eſt excommunicandus. Colligunt ex Ordin.Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan.Andr. Imol. Anan. Hoſt. Anchar. Butr. Henric. Barbat. Panorm. Guid. Papæ, Bero. Viv. *in ration. libri tertij iuris Pontif. pag.*154. Alagona *in compend. iuris Canonici*, *pag.*423. remiſſivè Ximen. *in concord.p.*1.*&* 2.deſumitur ex Concil. Lugdun. IV. *cap.*11. prout refertur à Burchard.*lib.*15. *Decretor.c.*36. & Ivo.*p.*16.*c.*12. Sed in tomis Conciliorum reperitur in Concil. Vvernenſi *c.*4. & refertur ab Anton. Aug. *collect.*1. *Decret. lib.*3. *tit.*12. *c.*2.

2 *Petunt à Regibus*, &c.] Quia Princeps ſæcularis non habet poteſtatem in rebus Eccleſiaſticis, ut per Peregrin. *de iure fiſci, lib.*6. *tit.*4. *n.*18. *verſ.undecimò*, Xuar. *alleg.*8. *n.*1.

3 In gloſſ. *irrita*, ibi, *lex iſta non obtinet ſecundùm Canones.* Notatur ad hoc, quod *l. bene à Zenone*, *C. de quadriennij præſcript.* non habet locum ſecundùm Canones,in præjudicium Eccleſiarum,ut per Felin.*in cap. quæ in Eccleſiarum*, *num.*38. *ſup. de conſtitut.* Duen. *reg.*238. *verſ. limita tertiò*, Caſtil. *rerum quotid. lib.*2. *c.*5. *num.*27. *&* 67. *in princip.* Marta *de iuriſdict. p.*4. *cent.*1. *caſu* 48. Cald. Pereira *de emptione*, *& vendit. cap.*12. *n.*17.

SVMMARIVM.

1 *Rector Eccleſiæ poteſt ſervos illius manumittere, ſi ei dederit tantum quod valent duplo plus ſervis manumiſſis, ipſi tamen manumiſſi, & eorum poſteri erunt ſub patrocinio Eccleſiæ.*

2 *Prælatus rem Eccleſiæ donare poteſt, ſi eidem tantundem donaretur.*

3 *Clericus de acquiſitis ex redditibus Eccleſiæ teſtari poterat, ſi iam tantundem de ſuo Eccleſiæ contulerit.*

4 *Prælatus alienare poterit res Eccleſiæ pro remuneratione meritorum.*

Cap. Ex parte conſenſus III.

Rector Eccleſiæ, qui ei dat alia bona, vel acquirit eidem Eccleſiæ prædia, ſeu familias, poteſt aliquos de familia Eccleſiæ ſuæ, idest, ſervos manumittere, ſi datum valet duplo plus ſervis manumiſſis, & ſervi, eorumque poſteri erunt ſub parrocinio Eccleſiæ, & præſtabunt operas impoſitas tempore manumiſſionis. Colligunt ex Ordinar. Abb.antiq. Innoc.Collect. Zabar. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſt. Anchar. Butr. Henric. Barbat. Panorm. Viv. *in ration.libri tertii juris Pontif. pag.*155. Alagona *in compend. juris Canonici*, *pag.*423. deſumitur ex Concil. Toler. IV. *c.*68. remiſſivè Ximen. *in concord. part.*1. *&* 2. referunt Burchard. *lib.*3. *Decretor. c.*177. Ivo *p.*3. *c.*23. Anton. Auguſt. *collect.*1. *Decret. lib.*3. *tit.*11. *cap.*3. 1

Aliquid Eccleſiæ ſuæ relinquunt, &c.] Ergo Prælatus rem Eccleſiæ donare poteſt, ſi eidem tantundem donaretur, ut per Rebuff. *in compend. alienat. num.*63. Vnde Clericus de acquiſitis ex redditibus Eccleſiæ teſtari poterit, ſi jam tantundem de ſuo Eccleſiæ contulerit, *c. ſi quis in qualibet* 12.*q.*2.*c.ſi Epiſcopus*,12.*q.*5. Abb.*in c. cùm in officiis*, *n.*4. *& in c.cùm eſſes*, *n.*31. *de teſtam.* Bero. *conſ.*7. *n.*9. *vol.*2. Redoan. *de ſpoliis Eccleſ. q.*3. *§. ſed in contrarium*, *n.*8. quos refert, & ſequitur Bellet. *diſquiſit. cleric. p.*1. *tit. de bonis cleric. §.*5. *n.*3. 2 3

Iuxta rei collatæ modum, quem antiqui Canones, &c.] Hæc verba probatе recompenſationem, atque ſatisfactionem faciendam ſecundùm ſubjectam materiam, ait Anton. de Fuertes *Canon. lect. lib.*1.*cap.*19. quia ſi Rector manumittit ſervum ſine parrocinii, & peculii retentione, tunc intrat diſpoſitio *c. Epiſcopus qui*, 12. *q.*2. ſi autem cum retentione illorum, tunc verba ſuprà relata referenda erunt ad Concil.Agathenſe, cujus fragmenta habentur *in c. Diaconi* 35. *& in c.ſi quos de ſervis* 56. 2. *q.*2. in quibus ſtatuitur quod Epiſcopus, vel alius, qui aliquam rem Eccleſiæ alienaverit,reddat Eccleſiæ tantum quantum abſtulit, quod non ſolùm accipiendum eſt in alienatione rerum, ſed etiam in mancipiorum, & ſervorum manumiſſione, ut eadem jura clarè probant in ſua generalitate, & in verbis, de quibus *in d. c.ſi quos de ſervis.* Et addit idem Ant. de Fuertes *eod. lib.*1. *c.*20. quod ſupradicta verba hujus text. non tantùm pertinent ad Rectorem, qui ex proprio teſtimonio donat,ſed etiam ad illum,qui Eccleſiæ ex bonis ejuſdem acquirit, itaut quemadmodum ille tenetur duplum reddere, quando ſine retentione peculii, & patrocinii manumittit, ita etiam Rector acquirens debeat tantum quantum aufert, acquiſiviſſe, ut valida manumiſſio ſit; nam verba illa non ſolùm determinant Rectorem relinquentem, & donantem, ſed etiam acquirentem, quia una determinatio reſpiciens plura determinabilia, debet pariformiter determinare, præſertim eadem ratione urgente, *l. iam hoc iure*, *ff. de vulg. & pupil. ſubſt.*

In gloſſ. *De familia*, ibi, *nam benemeritos poſſet manumittere.* Notatur ad hoc,quod Prælatus alienare poteſt res Eccleſiæ pro remuneratione meritorum, ut per Tiraq. *in l. ſi unquam*, *verbo Donatione largitus*, *num.*17. Cacheran. *Pedem.deciſ.*39. *num.*32. Menoch. *de arbitr. caſu* 434. Magon. *Florent. deciſ.*67. *num.*41. latè Camill. Borrel. *in ſumma omnium deciſ. tit.*15. *à num.*12. ubi *num.*13. declarat procedere, quando donarentur mobilia: & *n.*1. pariter declarat dummodo Prælatus remunerationis metas, & limites non excederet. 4

Cap. Epiſcopi IV.

1 EPiſcopus nihil de ſuo dans Eccleſiæ, non poteſt ejuſdem ſervos manumittere, quod ſi manumittar, non tenet manumiſſio, & ſucceſſor ſervos revocare poteſt. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Butr. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſt. Anchar. Henric. Barbat. Panorm. Guid. Papæ, Bero. Vivian. *in rationali lib. tertii iuris Pontificij*, *pag.* 155. Alagona *in compend. iuris Canonici*, *pag.* 423. remiſſivè Ximen. *in concord. part.* 2. deſumitur ex Concil. Tolet. IV. *c.*66. ut referunt Burchard. *lib.* 3. *Decret. c.*189. Ivo *part.* 3. *c.*249. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 3. *Decret. lib.* 3. *tit.* 11. *c.* 5.

2 *Succeſſor Epiſcopus*, &c.] Quia factum Rectoris non nocet Eccleſiæ, neque ſucceſſoribus, Capel. Tholoſ. *q.*487. Caputaq. *deciſ.*128. *n.*3. Menoch. *remed.* 15. *recup. n.*101. quos refert, & ſequitur Mar. Ant. *var. reſol. lib.* 1. *reſol.* 38. *n.*6. *in fine*, in tantum quod favore Eccleſiæ quilibet poteſt dicere, & opponere de nullitate alienationis, etiamſi Eccleſia ipſa nihil opponat, Lap. *alleg.* 11. Afflict. *deciſ.* 10-. *num.* 3. Marſil. *in l. ſi quis*, *n.* 113. *ff. de quæſt.* Mar. Anton. *d. reſol.* 38. *n.* 18. *verſ. quinimmò*, & in principio illius *n.* 18. reſolvit ipſummet alienantem poſſe revocare, quando conceſſio ipſo jure eſt nulla.

SVMMARIVM.

1 *Res Eccleſiæ alienari non debent.*
2 *Mobilia pretioſa æquiparantur immobilibus.*
4 *Servus adſcriptitius fundi pars quodammodo iudicatur, & inter immobilia connumeratur.*
5 *Hypotheca ſpecialis bonorum Eccleſiæ fieri non poteſt.*
6 *Alienare prohibitus non poteſt hypothecare.*
7 *Alienatio ubi non ſuper re, ſed ſuper perſona conſtituitur, an videatur prohibita pignoratio, remiſſivè.*
8 *Alienationis ſub verbo quæ contineantur? remiſſivè.*
9 *Prælatus abſque ſolemnitate in alienationibus rerum Eccleſiæ neceſſaria poteſt hæreditatem repudiare, ſeu remittere legatum, aut alteram rem Eccleſiæ non incorporatam.*
10 *Alienare prohibitus non poteſt rem vendere.*
11 *Alienare prohibitus non poteſt in ſolutum dare.*
12 *Locare ad longum tempus, ſeu in perpetuum non poteſt alienare prohibitus.*
13 *Tranſire, ſeu compromittere ſuper re immobili, cuius poſſeſſio eſt penes Eccleſiam, ſi eam dimittat, non poteſt Prælatus.*
14 *Vſumfructum conſtituere non poteſt prohibitus alienare.*
15 *Bona Eccleſiæ, quæ ſervari non poſſunt, licitè venduntur ſine ſolemnitatibus.*
16 *Permutare non poteſt prohibitus alienare.*
17 *Alienatione prohibita prohibetur etiam conceſſio emphyteuſis.*

Cap. Nulli V.

1 ALienare non poteſt res immobiles Eccleſiæ, ſive agrum, ſive ruſticum mancipium, nec obligare titulo hypothecæ. Item ſub nomine alienationis intelligitur conductio, donatio, venditio, permutatio, contractus perpetuus, emphyteuſis. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Imol. Anan. Butr. Hoſt. Anch. Henric. Panorm. Guid. Papæ, Henric. Caniſ. Bero. Barbat. Vivian. *in rationali libri tertii iuris Pontiſ. pag.* 156. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 423. *& vol.* 4. remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. *repet. ſuper iure Canon. ad lib.* 3. *Decret.* Ioan. Calderin. deſumitur ex Concil. apud Sylvan. ut refert Burchard. *lib.* 3. *Decretor. c.* 144. & Ivo *p.* 34. *c.* 81. ubi rectiùs, quàm apud Burchard. legitur unde hoc ſit ſumptum, refertur ab Ant. Aug. *collect.* 1. *Decret. lib.* 3. *tit.* 11. *c.* 4.

Rem immobilem Eccleſiæ, &c.] Vel etiam mobilem 2 pretioſam, quæ æquiparatur immobilibus, & pari paſſu ambulant in hac materia, ut per Redoan. *de rebus Eccleſiæ non alienan. q.* 8. Vgolin. *de poteſt. Epiſc. c.* 14. §. 4. *n.* 5. *verſ. tertiò* Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſiaſt. deciſ.* 63. *in* 1. *edit. & reſol.* 58. *in* 2. Quarant. *in ſumma Bullarii*, *verb. alienatio rerum Eccleſiæ*, *n.* 14. ubi etiam dicit nomine rerum mobilium pretioſarum, quæ ſervando ſervari poſſunt, intelligi vaſa aurea, argentea, veſtes pretioſas, quæ longè ab interitu diſtant, & commodè ſervari poſſunt, gemmas, & his ſimilia: & *n.* 25. reſolvit pecuniam deſtinatam ad emptionem ſtabilium, cenſuum, vel mobilium pretioſorum, cujus proprietas eſt Eccleſiæ, non poſſe alienari ſine ſolemnitate, & cauſa, conſiderando pecuniam quoad fructuoſam conſervationem: & *num.* 26. idem dicit de juribus, actionibus, & annuis redditibus.

Nota, loca montium non vacabilia inter immobilia numerari, & in eis habere locum ſtatutum excluſivum fœminarum, Peregr. *conſ.* 90. *n.* 29. *lib.* 1. Bellon. jun. *conſ.* 74. *n.* 111. Alciat. *in l. moventium*, *ff. de verb. ſignif.* Tiraq. *de retract. lign.* §. 1. *gloſ.* 6. *n.* 3. *&* 7. Rot. *in Veneta pretii bonorum*, 12. *Novembr.* 1602. coram bonæ mem. Card. Pamphilio ſen. & *in Narnien. ſucceſſionis*, 22. *Maij* 1618. coram R.P.D. Merlino, *verſ. quo autem*, & *in Auximana fideicommiſſi*, 4. *Martij* 1630. coram eodem Buratt. *deciſ.* 470. *n.* 1. refert Ferentil. *in annot. ad deciſ.* 535. *Buratti*, *lit. B.*

Agrum.] Vel molendinum, ex reſolutis per Tiraq. 3 *de retract. lign.* §. 1. *gloſſ.* 7. *n.* 92.

Sive ruſticum mancipium.] Notatur ad hoc, quod 4 ſervus adſcriptitius fundi pars quodammodo judicatur, & inter immobilia connumeratur, ut per Tiraq. *d. gloſ.* 7. *num.* 119. *&* 120. Menoch. *remed.* 3. *retin. à num.* 116.

Nec ſpecialis hypotheca titulo obligare.] Notatur ad 5 hoc, quod hypotheca ſpecialis bonorum Eccleſiæ fieri non poteſt, ut per Covar. *lib.* 2. *var. c.* 16. *n.* 7. Ant. Gom. *l.* 40. *Tauri*, *n.* 83. Tiraq. *de iure mariti*, *gloſ.* 5. *n.* 167. Redoan. *de rebus Eccleſiæ non alien. q.* 2. *c.* 8. *& q.* 51. *c.* 29. Molin. *de iuſtit. tr.* 2. *diſp.* 466. *n.* 2. Vgolin. *d. c.* 14. §. 4. *n.* 4. Quarant. *d. verbo alienatio rerum Eccleſiæ*, *n.* 17. ubi idem dicit de generali hypotheca, Bonac. *variar. tract. diſp.* 2. *de alienat. bonorum Eccleſ. punct.* 2. *n.* 23. Prohibitus enim bona alienare, non poteſt ea hypo- 6 thecare, ſeu obligare, *l. ult. C. de rebus Eccleſ. non alien.* Pinel. *in l.* 1. *C. de bonis matern. p.* 3. *n.* 10 *& in l.* 2. *C. de reſcind. vendit. p.* 2. *c.* 1. *n.* 14. Gam. *Luſitania deciſ.* 108. Cald. Pereira *de poteſt. elig. c.* 3. *n.* 38. *& de reſol. emphyt. c.* 3. *n.* 27. *cum ſeqq. & de emptione*, *c.* 8. *n.* 30. Rebel. *de obligat. iuſtitiæ*, *p.* 2. *lib.* 9. *q.* 9. *n.* 15. *&* 16. D. Barboſ. *in l.* 1. *p.* 3. *n.* 59. *ff. ſoluto matrim.* & ultra hos noſtros Luſitanos, idem tenent Neguz. *de pignor. p.* 2 *membr.* 2. *num.* 28. *&* 29. Anton. Gom. *l.* 40. *Tauri*, *num.* 83. *& tom.* 1. *var. c.* 12. *n.* 39. *col.* 2. *verſ. non obſtat*, Menoch. *conſ.* 116. *n.* 15. Maſcard. *de probat. concl.* 1236. *n.* 108. Gutier. *de tutelis*, *p.* 2. *c.* 21. *n.* 7. An autem ubi aliena- 7 tio non ſuper re, ſed ſuper perſona conſtituitur, videatur prohibita pignoratio, vide Bart. *in l. quorum*, *ff. de pignorib.* quem plures ſequuntur, ut per Tiraquel. *de*

iure

iure mariti, *gl.*5.*n.*108. Neguz. *de pignor. p.*2.*membr.*3. *n.*70. Duen. *reg.*31. *verſ. ſextò fallit.*

8 *Alienationis autem verbum continet*, &c.] Quæ autem contineantur ſub verbo *alienationis*, oſtendit parens meus *in comment. ad Ordin. Regiam Luſit. lib.*4. *tit.*48. *in princ.* & in citatis per illum addo Cagnol. *in repet. Extravag. ambitioſæ*, *ex num.*10. *uſque ad n.*34. Redoan. *de alienat. quæſt.*2. *num.*14. Vincent. Filliuc. *tom.*3.*tract.*14. *cap.*2.*in princ.* Bonac. *var. tract. diſp.*2. *de alienat. bonorum Eccleſ. punct.*1. meipſum *in tract. de appellativa verborum utriuſque iuris ſignificat. appellat.*14.

9 *Donationem.*] Non procedit in repudiatione hæreditatis, ſeu remiſſione legati, aut alterius rei Eccleſiæ non incorporatæ, ex re ſolutis per Rebuff. *in compendio alienat. à n.*30. Redoan. *d. tract. de rebus Eccleſiæ non alien. p.*2.*c.*7.*n.*12.*& q.*3.*n.*60. *& q.*22.*n.*52. *& q.*76. *num.*51. Vincent. de Franchis *deciſ.*14. *ſub num.*16. Quarant. *d. verbo alienatio rerum Eccleſiæ*, *n.*43. Cabed. *Luſit. deciſ.*109. *part.*1. & plures alios, quos refert, & ſequitur Bellet. *diſquiſit. cleric. part.*1. *tit. de clerico debitore*, §... *num.*11. Cevall. *commun. contra commun. q.*661. Poteſt namque Prælatus nulla ſolemnitate adhibita repudiare hæreditatem Eccleſiæ delatam, Palat. *in repet. rubr. de donat. inter virum*, §.47. *n.*7. Cervant. *l.*6. *Tauri*, *n.*79. Seraph. *de privilegiis iurament. privil.* 71. *n.*52. quos refert, & ſequitur Sanch. *de matrim. lib.*6. *diſp.*4. *num.*11. Idem in legato tenent Palat. & Cervant. *dictis locis*, Navar. *in cap. ſi quando*, *de reſcript. except.*7.*n.*2. Spin. *in ſpeculo teſtam. gloſſ.*8.*princ.n.*63. *in fine*, Sanch. *d. diſp.*4.*n.*12. *verſ. ſed contrarium*, quicquid dicant Mench. *de ſucceſſ. progreſſu*, *lib.*3. §.37. *num.*23. Lambert. *de iurepatron. lib.*2. *q.*9. *art.*1. *n.*21. *concl.*3. Pinel. *ad l.*1. *C. de bonis mater. p.*3. *num.*130. *verſ. alia ampliatio erit.*

10 *Venditionem.*] Prohibitus alienare non poteſt rem vendere, Cald. Pereira *de reſolut. emphyt. c.*5. *num.*46. nec promiſſionem facere de vendendo, Bellacomb. *tom.*2. *commun. opin. lib.*9. *tit.*34. *num.*339. Tiraquel. *de retract. convent. ad finem tituli*, *num.*30. Menoch. *conſ.*1. *num.*230. Valaſc. *conſ.*77. *&* 83. D. Barboſ. *in l.*1. *ff. ſoluto matrim. p.*4. *num.*57. Cald. Pereira *de extinct. emphyt. cap.*1. *n.*36. *& cap.*16. *num.*84. *& de empt.*

11 *cap.*8. *num.*5. *& cap.*13. *num.*21. nec dare in ſolutum, cùm hoc emptioni, & venditioni æquiparetur, Fabian. *de empt. part.*3. *princ. quæſt.*21. Afflict. *deciſ.*335. *num.*18. Tiraq. *de retractu lign.* §.1. *gloſ.*14. *num.*2. Menoch. *de arbitr. caſu* 171. *num.*51. Vivian. *tom.*2. *commun. opin. lib.*8. *tit.*27. *n.*29. *verſ. & quia*, *& tom.*1. *lib.*4. *tit.*26. *n.*155. *verſ. ſecundò*, Maſcard. *de probat.*

12 *concl.*1142. *num.*14. Guttier. *pract. lib.*2. *q.*157. nec locare ad longum tempus, ſeu in perpetuum, Tiraq. *d. gloſ.*14. *num.*85. Valaſc. *de iure emphyt. q.*29. *n.*8. Cald. Pereira *de extinct. emphyt. c.*4. *num.*44. *& c.*5. *num.*42. Cardoſ. *in praxi iudicum*, *verb. alienatio*, *n.*9. Portol. *de conſortibus*, *c.*12. *num.*5. Peregr. *de fideicom. art.*40. *num.*93. Flores de Mena *var. lib.*2. *quæſt.*29. *num.*1. Cardin. Mantic. *de tacitis*, *& ambig. convent. lib.*5. *tit.*4. *à n.*6. Ferret. *in conſtitut. Catalauniæ*, *gloſ.*4. *n.*131. Quarant. *d. verbo alienatio rerum Eccleſiæ*, *n.*18.

13 *cum ſeqq.* Nec tranſigere, aut exprimere ſuper re immobili, cujus poſſeſſio eſt penes Eccleſiam, ſi eam dimittat, Rebuff. *in compendio alienat. num.*2. *&* 66. Ioſeph. Seſſe *Aragonia deciſ.*121. *num.*12. Quarant. *d. verbo alienatio rerum Eccleſiæ*, *n.*20. *&* 43. *verſ. duodecimò limita*, Cald. Pereira *de reſolut. emphyt. c.*9. *n.*36. Filliuc. *d. tract.*4. *cap.*2. *num.*25. In tranſactione enim, quando bona remanere debent penes laicum, requiruntur eædem ſolemnitates, quæ requiruntur in alienatione, Bart. *in l. nulli*, *num.*1. ubi etiam Iaſ. *num.*2. *ff. de tranſact.* Pinel. *in l.*1. *p.*3. *n.*45. *C. de bonis mat. verſ. adverto etiam*, Roland. *conſ.*15. *n.*43. *lib.*1. Ruin. *conſ.*129. *num.*1. *lib.*9. Veral. *deciſ.*106. *q.*1. *& deciſ.*318. *p.*3. & fuit dictum *in Papien. bonorum*, 13. *Martij* 1627. coram R.D. meo Coccino Decano, & *in Bononien. tranſactionis*, 14. *Iunij* 1648. coram R.P.D. Ghiſlerio. Quæ quidem tranſactio facta à Prælato de rebus Eccleſiæ abſque auctoritate Apoſtolica eſt perſonalis, & finitur morte tranſigentis, nec ligat ſucceſſores, Gregor. *deciſ.*152. *num.*1. cum aliis citatis per Ferentil. *in annot. ad deciſ.*152. *Buratti*, *lit. A*, etiamſi inter duas Eccleſias inita ſit, Gratian. *diſcept. forenſ. c.*674. *ex n.*3. niſi fuerint elapſi 30. anni cum obſervantia, poſt quod tempus tranſactio ligat etiam ſucceſſores, Rot. *deciſ.*159. *n.*5. *p.*1. *recent.* Beltramin. *ad d. deciſ.*152. Gregor. *n.*4. niſi tranſactio fiat ſuper bonis nondum unitis, & incorporatis Eccleſiæ, Natt. *conſ.*441. *n.*12. Menoch. *conſ.*79. *& conſ.*73. *n.*8. Bellet. *d.* §. *n.*21. Nec imponere ſervitutem, Rebuff. *in compendio alienat. num.*4. *&* 6. *in fine*, Quarant. *ubi proximè*, *num.*31. D. Barboſ. *in l. uſufructu*, *n.*15. *cum ſeqq. ff. ſoluto matrim.* Nec conſti- 14
tuere uſumfructum, Cavalcan. *de uſufructu mulieri relicto*, *num.*66. *verſ. quia conſtituere*, Molin. *de primog. lib.*1. *cap.*20. *num.*8. D. Barboſ. *in d. l. uſufructu*, *à n.*15. Cald. Pereira *de reſolut. emphyt. cap.*5. *à n.*11. plures refert Doctores Caſtil. *controverſ. lib.*1. *de uſufructu*, *c.*54. *num.*3. Eccleſiæ tamen bona, quæ ſervari 15
non poſſunt, licitè venduntur ſine ſolemnitatibus, ut per Surd. *de alimentis*, *tit.*8. *privileg.*45. *num. ult.* Redoan. *de ſpoliis Eccleſ. q.*3. *num.*1. Bellet. *diſquiſit. clerical. p.*1. *tit. de clerico debitore*, §.7. *num.*11. ſicut & illa, quæ in ipſa Eccleſia obtinere non poteſt, cùm actum neceſſarium conficiat, Cald. Pereira *de empt. cap.*8. *num.*45.

Permutationem.] Notatur ad hoc, quod prohibitus 16
alienare, permutare non poteſt, ut per Redoan. *q.*2. *cap.*20. Rebuff. *in d. compendio alienat. num.*66. Cald. Pereira *de extinct. emphyt. c.*5. *n.*36. Quarant. *c... verbo alienatio rerum Eccleſiæ*, *num.*15. Filliuc. *d. cap.*2. *num.*23.

Et emphyteuticum perpetuum contractum.] Notatur 17
ad hoc, quod alienatione prohibita prohibetur etiam conceſſio emphyteuſis, ut per Flores de Mena *in addit. ad Gam. deciſ.*16. *num.*3. Cald. Pereira *d. cap.*5. *num.*33. Aloyſ. Ricc. *Curia Archiepiſc. Neap. deciſ.*32. *num.*1. Vgolin. *de poteſtate Epiſcopi*, *cap.*14. §.4. *num.*2.

Vtrùm conſuetudo efficere poſſit ut minuantur ſolemnitates, quæ deſiderantur circa res Eccleſiæ alienandas, vide quæ latè dixi *ad cap. cùm cauſa* 8. *ex n.*7. *de re iudic.*

SVMMARIVM.

1 *Alienatio de rebus Eccleſiæ facta non tenet, & alienatores niſi rem reſtituant, excommunicantur, & quilibet Clericus poteſt contradicere, & rem cum fructibus repetere.*
2 *Bona Eccleſiaſtica alienantium pœna quot, & quæ, remiſſivè.*
3 *Alienare quis non dicitur ante traditionem.*
4 *Pacta, quibus quis promittit certam partem fructuum beneficiorum tum collatorum, tum conferendorum, pro dote ſororis, non ſunt ſimoniaca.*
5 *Eccleſiæ nomine intelligitur omnis locus pius.*
6 *Subſcribens ſcripturam ab alio confectam, præſumitur illam approbare.*
7 *Alienare prohibitus, etiam prohibetur alienationi conſentire.*

8 *Bona*

8 *Bona Eccleſiæ alienans repetere ipſe poteſt, & tenetur, etiamſi proprio iuramento firmaverit ſe non repetiturum.*

9 *Eccleſia an res malè alienatas repetat, non reſtituto pretio, oſtenditur.*

10 *Annullatio actus non eſt pœna, quando non inducitur in odium, & ſupplicium contrahentium.*

11 *Alienationis nullius revocatio, & potentia ante realem, & pacificam poſſeſſionem excuſat.*

12 *Procurator alienans rem Eccleſiæ, reſervato aſſenſu Apoſtolico, ſi tradiderit poſſeſſionem ante illius impetrationem, an faciat dominum in cenſuras incidere, remiſſivè.*

13 *Emptor rei Eccleſiæ nulliter alienatæ, vel alius, qui eam poſſederit, tenebitur etiam fructus perceptos reſtituere.*

14 *Subſcribens quando non legit ſcripturam, cui ſe ſubſcripſit, non cenſetur illam approbare.*

15 *Alienans res Eccleſiæ de evictione de proprio tenetur.*

Cap. Si quis Presbyterorum VI.

Symmachus Papa.

1 Clericus, vel defenſor, qui ſubſcribit alienanti bona Eccleſiaſtica, debet excommunicari, niſi alienans, & qui accepit celeriter reſtituant, & præter excommunicationem inſtrumentum alienationis non valet. Alienationi hujuſmodi quilibet Eccleſiaſticus contradicere poteſt, & bona cum fructibus repetere. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Collect. Innocent. Zabarel. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſtienſ. Henric. Butr. Bald. Anchar. Panorm. Barbat. Guid. Papæ, Bero. Cened. *collect.71.* Vivian. *in rationali tertii libri iuris Pontificij, pag.156.* Alagona *in compendio iuris Canon. pag.424. & vol.4. repet. in iure Canon. ad lib.3. Decret.* Ioan. Calderin. remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. part.1. & 2.* tribuitur Symmacho Papæ in Romana Synodo III. *c.4. cum quatuor ſeqq.* circiter annum Domini 506. vel 507. ut rectè adnotat *hic* Contius, refertur ab Ant.Aug. *collect.1. Decret. lib.3. tit.11. c.6.*

2 Probat hic text. in prima ejus parte, Presbyteros, & alios Eccleſiaſticos ſibi appropriantes, vel alienantes bona Eccleſiaſtica, excommunicari, ut per Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſiaſt. deciſ.138. n.1. in fin. in 1. edit. aliàs reſol.121. in 2. edit.* Farin. *in praxi crimin. p.6. q.171. n.10.*

Pœnæ alienantium bona Eccleſiaſtica quot, & quænam ſint, tradunt Alphan. *collect.173.* Cov. *var. lib.2. cap.17. ex n.1.* Fuſc. *lit.A, ſing.109.* Redoan. *de rebus Eccleſ. non alien. q.21. in cap. incip. habetur pariter, ex n.30.* Rebuff. *in compend. alienat. verbo Irrita, ex n.102.* Perez *l.10. gloſſ. ni de lo vender, ni empeñar, tit.2. lib.2. ordinam. pag.51.* Ant. Gabr. *commun. opin. lib.3. tit. de rerum alienat. concluſ.1.* Menoch. *de arbitr. caſu 172.* Aloyſ. Ricc. *d. loco, reſol.120. cum duabus ſeqq.* Navar. *in tract. de rebus Eccleſiæ non alienan. n.24. & 25.* Cened. *ad Decret. collect.71.* Vgolin. *de poteſtate Epiſcopi, c.14. §.6.*

3 *Alienanti.*] Cum traditione ſcilicet, quia ante illam quis non dicitur alienare, *l. alienatum 37. ff. de verb. ſignif.* & in alienante emphyteuſim hoc ipſum firmant Surd. *de aliment. tit.9. q.16. n.67. & q.26. n.65.* Cald. Pereira *de reſol. emphyt. c.5. n.78. & c.6. n.35. & c.10. n.6.* & alii relati à parente meo *in comment. ad Ordinat. Regiam Luſit. lib.4. tit.38. n.30.* Intellige in alienante titulo, quo dominium transfertur directum, atque utile, vel utile tantùm, Vgol. *d. c.14. §.4. n.1. & 2.*

Vnde pacta, quibus quis promittit tertiam partem fructuum beneficiorum, tum collatorum, tum conferendorum pro dote ſororis, & ut ſorores ſuſtentari poſſint, non eſſe ſimoniaca, nec invalida, reſolvit Flamin. *de reſignat. lib.14. quæſt.7. num.69.* quicquid improbet Lara *in l. ſi quis à liberis, §. idem reſcripſit, n.27. ff. de liberis agnoſc.* quando enim quis obligat ſe actione perſonali ad dandam commoditatem, & utilitatem percipiendi fructus vita ſua durante, vel tanto tempore ultra triennium, non transfertur aliquod jus in re, ſed tenetur dumtaxat exhibere conductori commoditatem percipiendi fructus, ut per Rebuff. *in compendio alienat. n.26. verſ.6.* Molin. *de iuſtit. tract.2. diſp.466.* Quarant. *d. verbo Alienatio rerum Eccleſiæ, n.18. verſ. tertiò.* 4

Eccleſiæ.] Nomine Eccleſiæ intelligitur omnis locus pius, ut confraternitas, hoſpitale, & ſimilia auctoritate Epiſcopi fundata, Menoch. *remed.1. recup. num.24. cum ſeqq.* Rot. Bononienſ. *deciſ.13. num.3.* Maſcard. *de probat. concl.869. n.11.* Valaſc. *conſult.105. num.34.* Quarant. *in ſumma Bullarii, verbo Alienatio rerum Eccleſiæ, num.28.* Camil. Bortel. *in ſumma omnium deciſ. tit.15. à n.41.* Vgolin. *de poteſtate Epiſc. c.14. §.3. num.6.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.30. tract.3. n.61.* 5

Subſcripſerit.] Ergo ſubſcribens ſcripturæ ab alio confectæ præſumitur illam approbare, ut per Menoch. *de præſumpt. lib.1. præſumpt.66. à num.7.* Anton. Gabr. *commun. tit. de præſumpt. concluſ.3. num.1.* Covarruv. *pract. cap.22. num.2.* Rebuff. *ad leg. Galliæ, tom.1. tit. de chirog. in initio, ex num.51.* ita ut ſubſcriptio dicatur continere quicquid in corpore ſcripturæ continetur, Barbat. *conſ.87. num.15. lib.3.* Natt. *conſ.287. num.4.* Alexand. *conſ.147. num.8. & 10. lib.2.* Ruin. *conſ.193. num.2. vol.2.* Decian. *conſ.11. num.48. vol.1.* Aym. *conſ.73. num.40.* Pariſ. *conſ.7. n.23. lib.3.* Rot. Ianuenſ. *deciſ.78. in princ. & deciſ.177. n... & deciſ.210. n.2.* quos refert, & ſequitur Cavalet. *deciſ.133. n.2.* Et quod ſubſcribens ſe alicui ſcripturæ cenſeatur approbare, & confirmare omnia in ſcriptura contenta, ultra ſupracitatos tenent Maſcard. *de probat. concluſ. 1341. n.2.* Peregr. *conſ.128. n.1. lib.5.* Seraphin. *deciſ.973. num.11.* Card. Manric. *deciſ.321. n.4.* Rot. *in Romana pecuniaria, 8. Novembris 1596.* coram Card. Pamphilio ſen. *& in Terraconen. paritionis Brevis, 28. Aprilis 1606.* coram Iuſto, *& in Bononienſi de Beroaldis, 24. Ianuar. 1624.* coram Reverendiſſ. P.D.Merlino, *& in Pacen. Capellaniæ, 27. Iunii 1625.* coram R.P.D.Durano, *& in Peruſina laudi, 13. Martii 1628.* coram eodem, *& in Tullen. reformationis, 18. Iunii 1629.* coram R.P.D. Dunozetto jun. refert Ferent. *in annot. ad deciſ.419. Buratti, lit.B.* 6

Notatur ad hoc, quod prohibitus alienare, etiam prohibetur alienationi conſentire, ut per Tiraquel. *in l. ſi unquam, verbo Donatione largitus, num.343. & 346. & de iure mariti, gloſſ.5. numero 136. cum ſeqq. & numero 143.* Portol. *de conſortibus, cap.49. num.5.* 7

Niſi fortè & alienator, &c.] Notatur ad hoc, quod bona Eccleſiæ alienans repetere ipſe poteſt, & tenetur, ac proinde nomine Eccleſiæ contravenire contractui, quem ipſemet fecit, quod Doctores infrà citandi ampliant procedere, etiamſi alienator proprio juramento firmaverit ſe non repetiturum, aut illam alienationem nunquam revocaturum: ita Nel. *de dote, in 7. part. princip. limit.32. n.15.* Pinel. *in l.1. Cod. de bonis mat. part.3. num.73. verſ. idem probatur,* Cavalcan. *de tutore, & curatore, num.162.* Guttier. *de iuram. confirm. part.1. cap.1. n.96.* Cened. *d. collect.7. num.2.* Hieron. Portol. *de conſortib. cap.22. n.3. & 4.* 8

Surd. *de alimentis, tit.7. q.38. n.8.* Vgolin. *d.c.14. §.5. n.2.* D.Barboſ. *in l.1. ff. ſoluto matrim. p.5. n.17. & 19.* Cald. Pereira *de nomin. emphyt. q.19. n.72. cum ſeqq. & de empt. c.26. num.17.* Intellige hoc non ſolùm procedere in ipſomet alienante, ſed etiam in ejus ſucceſſore, qui poteſt malè alienata per prædeceſſorem ſuum recuperare. Zerol. *in praxi Epiſc. p.2. verbo ſucceſſor, §.1.*

9 Vtrum autem in hoc caſu, veluti quando Eccleſia vult à contractu inito reſilire, ex quo ſolemnitates neceſſariæ non fuerint adhibitæ, teneatur ipſa Eccleſia reſtituere pretium, & quicquid ex dicto contractu ad eam pervenit, dubium eſt in præſenti materia non contemnendum, quod examinat Abb. *n.13.* Butr. *n.25.* Bero. *n.49. verſ. in gloſſ.* & Imol. *n.25. in præſenti text.* item idem Abb. *n.4.* Imol. *num.8.* & Barbat. *n.9. in cap. ad audientiam, hoc eod. tit.* Felin. *in cap. cùm cauſa, ex n.25.* ubi Abb. *n.17. de ſent. & re iud.* Bertachin. *in tract. de Epiſcopo, p.4. lib.4. q.41. num.116.* Hippol. Bonacoſ. *in tract. de æquitate canon. concl.13. fol.12.* Rebuff. *in compend. alien. num.110. & 215. & in comment. ad l. bona fidei 110. verſ. vigeſimus quartus, ff. de verbor. ſignif.* Redoan. *de rebus Eccleſiæ non alien. q.22. in §. incip. Ad repetendum, ex num.19.* Hieron. Portol. *de conſortib. c.15. n.11.* Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſ. reſol.88.* Menoch. *conſ.888. num.3. & 4.*

Ex quibus colligitur juris eſſe regulam, & æquitate pleniſſimam, quod pupillus, ſive Eccleſia, quatenus velint à contractu inito reſilire, ex quo ſolemnitates neceſſariæ non fuerint adhibitæ, teneantur reſtituere pretium, & quicquid ex dicto contractu ad eos pervenerit, & in ſpecie quod Eccleſia impugnans contractum, eo quòd beneplacitum Apoſt. non fuerit obtentum, teneatur ad reſtitutionem ſortis, ſeu pretii accepti, reſolvit Rot. *in Romana cenſuum de Romaulis, 17. Iunii* 1599. coram bonæ mem. Penia, quæ deciſio eſt impreſſa apud Concilium poſt tract. *de cenſib. deciſ.287.* & confirmata 23. *Iunii* 1600. coram bon. mem. Cardin. Millino, & eſt *deciſ.29.* poſt dictum tract. & *in Treveren. ſpolii, 5. Decembris* 1622. coram R. P. D. Navarro.

Nec refert ad effectum ut Eccleſia cogatur reſtituere acceptum, an contractus fuerit quidem validus, ſed reſcindendus, vel an ſit nullus, quia & hoc etiam poſtremo caſu poſſet contrahens cum Eccleſia ex condictione ſine cauſa repetere pretium, tanquam ſine cauſa datum, *l.1. in fine, l. nihil, ff. de condict. ſine cauſa l. eleganter, §. ſi quis poſt, ff. de condict. indeb.* Natt. *conſ.631. n.7. in fine*, & luculentiùs Menoch. *conſ.644. n.3. & 14.*

Intellige tamen quod eatenus pupillus, & Eccleſia teneantur ad reſtitutionem pretii, & acceptorum ex contractu, quem impugnant, quatenus conſtet ipſos inde factos eſſe locupletiores, *l. ſi fundus, §. fin. ff. de reb. eorum*, Doctores omnes *in l. utere, & in l. prædium, & in l. prædiorum, C. de præd. min. & in l. quod ſi minor, §. reſtitutio, ff. de minor.* Rimin. jun. *conſ.5. num.76.* Sfort. Odd. *de reſtit. in integr. p.1. q.47. art.4. n.10.* & in terminis Rot. *in Romana nullitatis contractus, 18. Iunij* 1624 coram bonæ mem. Buratto.

Probatione autem locupletationis facta non ſequitur, quod probetur pecuniam traditam fuiſſe Eccleſiæ, quia potuit diſſipari, ſed ab his contrahentibus cum Eccleſia, vel minore juſtificandum eſt in aliquam utilitatem Eccleſiæ fuiſſe verſas, & erogatas pecunias, *l. prædiorum, C. de præd. minor.* ibi, *pecuniam, quam in facultates tuas erogatam eſſe conſtiterit*: ubi ſcribentes. Cov. *var. lib.2. cap.17. n.3.* Sfort. Odd. *d.q.47. ex n.22.* Riminald. *d.conſ.5. num.77. & 78.* Fachin. *controverſ. iuris lib.2. c.46.* Rot. *in Romana nullitatis*, coram bonæ mem. Buratto. Quorum opinio licèt communis ſit, tamen Rota Romana conſuevit in hoc articulo diſtinguere, an contractus Eccleſiæ & minoris proceſſerit, ex cauſa neceſſaria, videlicet pro ſolvendo ære alieno, vel ex cauſa voluntaria, propter eorum aliquam utilitatem, ita ut primo caſu probanda ſit verſio, & qui contrahit cum minore, vel Eccleſia, ſollicitus eſſe debeat quod pretium ab eo ſolutum in illam cauſam neceſſariam erogetur: ſecundo verò caſu non eſt opus juſtificare verſionem. Ita Innoc. *in cap.1. num.2. de depoſito*, quem communiter ſequuntur Canoniſtæ, ut teſtatur Dec. *conſ.550. n.2. & 3.* diſtinguit Rot. coram Seraph. *deciſ.366. n.2. & 3.* & *in Romana cenſus coram Bubalo*, quæ eſt *deciſ.25.* impreſſa per Pacificum poſt tract. *de Salviano interdicto*, & in illis coram bonæ mem. Penia, & Card. Millino ſuperiùs allegatis, quæ loquuntur in his terminis, & ſunt impreſſæ apud eundem Pacific. poſt tract. *de Salviano interd. deciſ.29. & 284.* & explicat etiam Steph. Grat. *diſcept. forenſ. c.45. n.35. cum ſeqq.* ex quibus omnibus ita cenſuit Rot. *in Romana cenſus vitalitii, 22. Maij* 1626. coram R. P. D. Merlino.

Præter pœnam, &c.] Notatur ad hoc, quod annullatio actus non eſt pœna, quando non inducitur in odium, & ſupplicium contrahentium, ſed propter defectum ſolemnitatis non ſervatæ, ſecus ſi in odium tranſgredientis, ut per Vant. *de nullitat. tit. quid ſit nullitas, in princip.* Matienz. *l.1. gloſ.10. n.35. tit.4. lib.5. nova recop.* Boër. *deciſ.1. num.16.* Mench. *illuſtr. cap.28. num.3. & 5.* Sanch. *de matrim. lib.3. diſp.4. num.8.* 10

Ceteri reſtitutione.] Ante realem ſcilicet, & pacificam poſſeſſionem, tunc enim revocatio alienationis & pœnitentia excuſat, Covar. *lib.1. var. c.16. n.7.* poſt traditionem verò revocatio non excuſat à cenſura, Navar. *conſ.3. n.4. ſub hoc tit.* Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſiaſt. deciſ.138. num.3. in 1. edit. alias reſol.121. in 2. edit. & reſol.53.* diſputat, utrùm alienans ſalvo aſſenſu Apoſt. incidat in cenſuras, ſi ante ipſius expeditionem tradiderit poſſeſſionem: & *reſolut.54* an procurator alienans rem Eccleſiæ reſervato aſſenſu Apoſt. ſi tradiderit poſſeſſionem ante illius impetrationem, faciat dominum conſtituentem incidere in cenſuras. 11 12

Vt cum fructibus, &c.] Ergo emptor rei Eccleſiæ nulliter alienatæ, vel alius, qui eam poſſederit, tenetur illam Eccleſiæ reſtituere unà cum fructibus à die alienationis, *l. iubemus, §.1. C. de ſacroſ. Eccleſ.* Bero. *in cap. ſi quis Preſbyterorum, num.14. hoc tit.* Felin. *in cap. cum cauſa, n.27. de re iudic.* Curt. ſen. *conſ.71. col.7. num.13.* Surd. *conſ.115. n.31. cum ſeqq. & dec.45. num.10.* Redoan. *de rebus Eccleſ. non alien. quæſt.77. cap.5. num.2.* Rebuff. *in compendio alienat. num.103. & in d. l. bona fidei, verſ. vigeſimus quartus*, Cened. *collect.71. num.4.* Guttier. *conſ.1. num.14.* Pinel. *in l.2. part.3. num.4. & ſeq. C. de reſcind. vendit.* Menoch. *remed.15. recup. n.634.* Aloyſ. Ricc. *in d. praxi, reſol.18. num.2. in utraque edit.* Rota *deciſ.14. p.1. diverſ. & in una Placentina bonorum, 26. Iunii* 1585. coram Blanchetto, & *in Vlyſbonen. nullitatis, 1. Iunii* 1596. coram Card. Pamphilio ſen. & *in Neapolitana ſpolii, 31. Iunii* 1607. coram Cardin. Lancellotto jun. & *in Placentina decimarum, 13. Maij* 1630. coram Reverendiſſ. P. D. Durano, quo caſu etiam error juris non excuſat, cùm jus reſiſtat, Covar. *lib.1. variar. cap.3. num.8.* Rota *in d. Placentina*, poſt Felin. Alexand. Grammat. & alios, Aloyſ. Ricc. *d. reſol.18. num.2.* niſi in facto erraretur, quia tunc error excuſaret, putà ſi emptor cogitavit aſſenſum Apoſt. interveniſſe, qui 13

tamen

tamen non interuenit, Bero. *hîc, n.* 45. Raudenſ. *de analogis, lib.* 2. *cap.* 27. *n.* 13. *&* 14. Coſta *conſ.* 17. *n.* 4. & tunc fructus non debentur, niſi à die motæ litis, Felin. *in d. cap. cùm cauſa, num.* 27. *verſ. procederet, conſ.* 39. *n.* 7. Rota *in d. Vlixbonen. nullitatis, & in d. Placentina decimarum*, vbi citatur Bero. *in d. cap. ſi quis Presbyterorum, n.* 41. Curt. ſen. *d. conſ.* 71. *n.* 13. & alios cumulat Aloyſ. Ricc. *d. reſol.* 18. *n.* 3. An autem aſſenſus Apoſt. operetur retentionem fructuum, revocata alienatione, vide Aloyſ. Ric. *in praxi rerum fori Eccleſiaſt. deciſ.* 34. *aliàs reſol.* 61.

14 In gloſſ. *Subſcripſerit* 2. ibi, *caſus, ſed ibi ignorauit*, &c. Notatur ad hoc, quod quando ſubſcribens non legit ſcripturam, cui ſe ſubſcripſit, non cenſetur illam approbare, vt per Iaſ. *in l. emptor, §. Lucius, num* 4. *ff. de pactis, & in l. locum antiquitus, n.* 12. *C. de teſtam.* Afflict. *deciſ.* 340. *n.* 14. Menoch. *de præſump lib.* 3. *q.* 66. *num.* 2. *&* 21. Cened. *d. collect.* 71. *n.* 6. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloſſ.* 60. *n.* 21. vbi *n.* 29. reſoluit idem quando quis ratione officij ſui ſubſcriberet ſe ſcripturæ alterius, veluti ſi iudex ſe ſubſcriberet, quando ex officio tenetur, de quo etiam Menoch. *d. q.* 66. *n.* 17. & ideo quia ſubſcribens ſe in folio albo non poteſt legere, nec intelligere quæ poſtea in illo ſcribentur, ſibi non præiudicat, Maſcard. *concl.* 1341. *n.* 17. Rot. *in Romana laudi,* 3. *Decembris* 1599. coram Penia, & *in Bononien. laudi,* 23. *Februarij* 1615. coram Remboldo, niſi probatum fuerit, vel ex præſumptionibus deprehendi poſſit notitiam habuiſſe eorum, quæ deinde erant ſcribenda, Petr. Caball. *conſ.* 11. *n.* 2. 7. *&* 8. Gonzal. *d. gloſſ* 60. *n.* 17. *& ſeq.* Seraphin. *deciſ.* 973. *n.* 1. Rot. *in Bononien. de Beroaldis,* 24. *Ianuarij* 1624. coram R.P.D. Merlino. At ſi folium reperiatur ſcriptum, & ſubſcriptum, allegans ignorantiam contentorum in eo, concludenter probare tenetur, Gregor. *deciſ.* 328. *n.* 1. Rot. *in d. Bononien. de Beroaldis.*

15 In gloſſ. *Alienata*, ibi, *cùm teneatur de euictione*, &c. Notatur ad hoc, quod alienans res Eccleſiæ, de euictione de proprio tenetur, vt per Innoc. *hîc in princip.* Imol. *n.* 19. *& ſeq.* Bald. *n.* 16. Hoſt. *in praxi, reſolut.* 17. *in vtraque edit.* Rot. *in Placentina euictionis*, 5. *Maij* 1389. *&* 1. *Aprilis* 1590. coram Plato, & *in Firmana bonorum*, 16. *Ianuarij* 1585. coram Litta, ampliantes procedere contra alienantis heredes, non ſolùm ad pretium, ſed etiam ad intereſſe, & damna. Adde quod Prælatus modernus poteſt agere contra hæredes prædeceſſoris pro pretio rei Eccleſiæ alienatæ, Rota *in Piſana liquidationis fructuum,* 17. *Octobris* 1571. coram Orano, & *in Romana Caſalis,* 13. *Aprilis* 1593. coram Blanchetto.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuſis bonorum Eccleſiæ concedi poteſt de rebus incultis parum vtilibus*, & n. 2.

3 *Vtilitas Eccleſiæ debet conſiderari tempore contractus alienationis factæ.*

4 *Ad hoc vt conſtet de euidenti vtilitate, debet attendi tempus vltimæ alienationis.*

Cap. Ad aures VII.

Alexand. III.

1 TErra non fertilis poteſt dari in emphyteuſim perpetuam ſub annuo cenſu illis, qui eorum, vel parentum labore eam meliorarunt, niſi fortè tempore contractus poſſit dari aliis cum maiori vtilitate. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Imol. Anan. Butr. Hoſt. Anchar. Bald. Henric. Panorm. Barbar. Guid. Papæ, Viuian. *in rationali lib.* 3. *iuris Pontif. pag.* 157. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 424. remiſſiuè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 1. *Decret. lib.* 3. *tit.* 11. *cap.* 7. & eſt poſt Concil. Lateranenſe ſub Alexand. III. *part.* 29. *cap.* 4.

Hanc eandem concluſ. ex hoc text. deſumunt 2
Petr. Rebuff. *diſp* 111. *&* 112. Capyc. *deciſ.* 195. Gam. *Luſit. deciſ.* 323. *incip. Monaſterium, n.* 1. Cened. *ad Sextum, collect.* 32. *num.* 4. Quarant. *in ſumma Bullarij, verbo alienatio rerum Eccleſiæ, n.* 41. Camill. Borrell. *in ſumma omnium deciſ. tit.* 33. *n.* 128. latè Cald. Pereira *de nominat. emphyt. q.* 55. *cum ſeqq.* vbi *n.* 56. reſoluit poſſe Prælatum, ſi velit, terras non fertiles Eccleſiæ in emphyteuſim perpetuam concedere: & *num.* 57. tenet quod res ſterilis pro heredibus, & ſucceſſoribus conceſſa ad extraneos tranſit: & *num.* 59. quod perpetua conceſſio eſt obſeruanda ſine augmento perſonis: & *num.* 60. quod conceſſio temporis rei ſterilis finita debet conformari etiam in fauorem extraneorum, de quo idem Cald. Pereira *de renouat. emphyt. q.* 12. *num.* 2.

Niſi fortè tunc aliis, &c.] Ergo vtilitas Eccleſiæ de- 3
bet conſiderari tempore contractus alienationis factæ, non autem quid poſtea contingat, ſiue in detrimentum, ſiue in beneficium Eccleſiæ, ita Calder. *conſ.* 5. *de rerum perm.* Bero. *conſil.* 32. *num.* 10. *lib.* 1. Bald. *conſ.* 334. *in fin. lib.* 1. Surd. *conſ.* 249. *num.* 23. Seraphin. *deciſ.* 366. *num.* 3. Rot. *deciſ.* 18. *part.* 2. *diuerſ. & in Romana cenſus vitalitij* 22. *Maij* 1626. coram R. P. D. Merlino, Rebuff. *in compendio alienat. num.* 75. *in fine,* Surd. *de alimentis, tit.* 8. *priuil.* 56. *n.* 78. *& tit.* 9. *quæſt.* 11. *num.* 10. Marc. Anton. Genuenſ. *in praxi Curiæ Archiepiſc. Neapol. cap.* 89. *num.* 3. Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſ. reſol.* 1. vbi plures citat Sacræ Rotæ deciſiones, vbi *n.* 2. limitat ſi tempus ſit calamitoſum, vt peſtis, vel belli, quo res minoris valebat: & *n.* 4. limitat in contractu emphyteutico, in quo non tempus contractus, ſed confectæ ſcripturæ attendi debet, vt fuit dictum *in vna Placentina bonorum*, 13. *Iunij* 1483. coram Card. Seraphino, quæ eſt *deciſ.* 607. *in impreſſis.* Quibus addo, quod ad hoc vt conſtet de euidenti Eccleſiæ vtilitate, debet attendi tempus vltimæ alienationis, non autem tempus alienationis antiquæ, Cæſ. de Graſſis *deciſ.* 2. *num.* 17. & *deciſ.* 4. *per tot. ſub hoc tit.* Rot. *deciſ.* 583. *p.* 1. & ſic de tempore quo perficitur contractus, Marc. Anton. Genuenſ. *in pract. Archiepiſc. Neapol. c.* 89. *n.* 3. & iſta vtilitas de tempore alienationis debet probari euidens, id eſt, clara & indubitata, Bald. *conſ.* 156. *circa med. verſ. præterea, lib.* 2. Corn *conſ.* 244. *n.* 3. *lib.* 2. Barbat. *conſ.* 40. *in princ. lib.* 1. Rot. *deciſ.* 583. *part.* 1. *& deciſ.* 65. *num.* 19. *& deciſ.* 178. *num.* 8. *part.* 2. & propterea non ſufficit, quod Eccleſia non fuerit damnificata, ſed requiritur lucrum de tempore alienationis, *cap. ſine exceptione,* 12. *quæſt.* 2. vbi Bellam. *n.* 1. Gemin. *num.* 2. *verſic. in hac quæſtione*, Imol. *in cap. ad aures, num.* 2. *de rebus Eccleſ. non alien.* Quæ quidem vtilitas debet plenè probari, nec ſtatur aſſertioni alienantis Bart. *in l. ſi fortè, ff. de caſtrenſi pecul.* Federic. de Senis *conſil.* 143. *circa fin.* Alexand. *conſ.* 169. *num.* 5. *lib.* 6. Rebuff. *de alienat. rerum Eccleſ. num.* 75. Roland. *conſ.* 15. *n.* 19. *lib.* 1. Rot. *deciſ.* 181. *num.* 3. *& deciſ.* 473. *numero* 1. *part.* 1. ita vt non ſufficiat quod negotium vtiliter ſit cœptum, ſed requiratur Eccleſiam fieri locupletiorem, *l. ſi pupillo, in princip. ff. de negot. geſtis*, Archidiac. *in d. cap. ſine exceptione, num.* 5.

in gloſſ. ſed nonne, ubi Gemin. *col.* 2. *circa med. verſ. in hac quæſtione.* Bellam. *n.*6. *in gloſſ. nonne*, Laurent. de Rodulph. *n.*14. Henric. Boich. *in cap. tua*, *in fine*, *de iis, quæ fiunt à Prælat.* latè Rot. *in Bonon. devolutionis*, 15. *Novembris* 1621. coram R. D. meo Coccino Decano, ubi etiam fuit dictum, alienationem præſumi utilem, itaut onus probandi alienationem læſivam, Eccleſiæ incumbat, quando alienatio fuit facta cum debitis ſolemnitatibus.

SVMMARIVM.

1 *Iurans non alienare bona Eccleſiæ, non poteſt alienare ea quæ ſunt de menſa, vel dubitatur an ſint de menſa.*
2 *Bona, quæ dicantur de menſa Eccleſiæ, oſtenditur.*
3 *Bona, quæ ſunt de menſa, alienare non poteſt Prælatus, nec in emphyteuſim perpetuam concedere.*
4 *Tranſactio, & compoſitio ſuper decimis præteritis ſine conſenſu ſuperioris fieri poteſt.*
5 *Decimarum exemptio an poſſit emi, oſtenditur.*
6 *Alienari poſſunt res Eccleſiæ ex cauſa maioris utilitatis.*
7 *Contractus ſi ſint utiles Eccleſiæ, etiamſi fiant ſine ſolemnitate, ſunt validi.*

Cap. Vt ſuper VIII.

Cæleſt. III.

1 Epiſcopus qui jurat non alienare bona Eccleſiæ, non poteſt illa alienare, ſive ſint de menſa Epiſcopi, ſive non. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Imol. Anan. Butr. Hoſt. Anchar. Henric. Bald. Panorm. Barbar. Viv. *in ration. libri tertij iur. Pontif. pag.* 158. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 424. remiſſivè Ximen. *in concord. p.*1. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 2. *Decret. lib.* 3. *tit.* 10. *c.* 1.

2 *De menſa ſit*, &c.] De menſa Eccleſiæ dicuntur ea bona quæ perpetuò unita fuerant Eccleſiæ, atque ita quæ nunquam alteri ab Eccleſia poſt ad ſe quæſitum dominium conceſſa fuerunt, vel quæ ad eam reverſa, vel ei incorporata ſunt: ita Menoch. *de arbitrar. caſu* 433. *à n.*2. *& conſ.*70. *n.*10. *&* 11. Quando autem dicantur bona Eccleſiæ menſæ incorporata, vide Curt. Jun. *de feudis*, *q.*5. Cavalcan. *deciſ.*76. *p.*2. Bellet. *diſquiſit. cleric. p.*1. *tit. de clerico debitore*, §.5. *n.*16.

3 *Vt non alienentur*, &c.] Notatur ad hoc, quod bona, quæ ſunt de menſa, Prælatus alienare non poteſt, Menoch. *d. caſu* 433. *n.*1. nec in emphyteuſim perpetuam concedere: idem Menoch. *d. conſ.*79. *à princ.*

4 In gloſſ. *Poſſeſſiones* 1. ibi, *ſed pro futuris non videtur admittenda talis compoſitio.*] Notatur ad hoc, quod compoſitio, & tranſactio ſuper decimis præteritis, & decurſis, ſine conſenſu ſuperioris fieri poteſt, ut per Rebuff. *de decimis*, *q.*13. *n.*25. *&* 33. *& de exception. n.*217. Fagundez *præc.*5. *lib.*3. *cap.*2. *n.*7. Monet. *de decimis*, *c.*5. *n.*128. ubi rationem reddit, quia tunc non agitur de tollendo, aut remittendo aliquo jure Eccleſiæ; ſed ſolùm de commodo illius Parochi, ad quem illæ decimæ jam ſpectant.

5 Advertendum eſt cum Monet. *d. c.*5. *n.*130. text. *in præſenti*, eſſe optimum ad probandum, poſſe aliquid temporale, ut prædium, dari Eccleſiæ pro ſe eximendo ab onere decimarum, dummodò ad id ſuperioris auctoritas cum Eccleſiæ utilitate accedat; contra quam reſolutionem non obſtat text. *in cap. fin. de rerum permut.* dum prohibere videtur ne detur aliquod temporale per viam permutationis pro decimis, quia intelligendus eſt de jure decimandi, quod ſpirituale eſt; non verò de exemptione à ſolutione decimarum, quod & ſatis patet ex text. *in præſenti*, dum non utitur nomine decimarum, ſed decimationum, & apertè ſupponunt *hic* gloſſa, & Doctores; vel etiam exponi poteſt ſi id fiat ſine auctoritate legitima ſuperioris: unde gloſſ. *in d. cap. fin.* & Hiſpan. *in reg. decimarum, in fine*, *not.* 2. dum dicunt non poſſe laicum dando unum prædium Eccleſiæ liberare aliam ab onere decimarum, intelligendi ſunt, ſi id facere velit propria auctoritate, & ſine cauſæ cognitione, & decreto ſuperioris.

§. Poſſeſſiones.

Epiſcopus qui jurat non alienare bona Eccleſiæ de conſilio ſanioris partis Capituli, poteſt alienare, vel commutare poſſeſſiones Eccleſiæ minùs utiles pro utilioribus. Colligunt Doctores *in princ. text.* citati.

Pro aliis utilioribus, &c.] Notatur ad hoc, quod res 6
Eccleſiæ ex cauſa majoris utilitatis alienari poſſunt, ſi quippe Eccleſia ipſa reciperet alteram rem meliorem, ut per Vivian. *tom.*1. *comm. opin. lib.*1. *tit.*1. *n.*36. 7
verſ. nonò, *pag.*150. Vnde contractus ſi ſint utiles Eccleſiæ, etiamſi fiant ſine ſolemnitate, ſunt validi, ut per Anton. Gabr. *commun. tom.*3. *tit. de rebus Eccleſiæ non alienan. ſub num.*17. Redoan. *in tract. illius tit. q.*20. *& q.*51. *c.*7. Navar. *in comment. alienat. rerum Eccleſiæ*, *ſub n.*17. Rebuff. *in compendio alienat. n.*34. Maſcard. *de probat. concl.*75. Quarant. *in ſumma bullarii*, *verbo alienatio rerum Eccleſiæ*, *n.*34. ubi declarat quod talis contractus erit nullus, vel validus, ſi Eccleſia, in cujus favorem ſolemnitates ſunt introductæ, hoc volet, eique placebit, adeò quod hæc nullitas non poſſit ab alio allegari, quàm ab ipſa Eccleſia, ita quod ipſa volente ſtare contractui, non poteſt ejus adverſarius dicere contractum nullum, dummodo Eccleſia poſt initum contractum illi ſtare volens, parata, & ſollicita ſit adhiberi facere legitimas ſolemnitates, vereque, ac cum effectu eas adhiberi faciat, ſeu Papæ aſſenſum ſuper contractus validitate obtineat, ne conductor, ſeu conceſſionarius perpetuò ſtet in ſuſpenſo, & Eccleſia ſemper in tuto.

SVMMARIVM.

1 *Canonicus prædium Eccleſiæ locare non poteſt.*
2 *Locatio rerum Eccleſiæ infra quod tempus ſit permiſſa, oſtenditur.*
3 *Conductores rerum Eccleſiæ an habeant actionem contra locatores ad repetendam pecuniam, ſi locatio ſit nulla, oſtenditur.*

Cap. Ad audientiam IX.

Canonici non poſſunt locare prædia Eccleſiaſtica 1
in perpetuum, & ſi locant, ſunt revocanda, & locans refundere debet pretium locatori. Colligunt ex Ordinat. Abb. antiq. Collect. Innoc. Zabarel. Ioan. Andr. Imol. Anan. Butr. Hoſtienſ. Anchar. Henric. Bald. Panorm. Guid. Papæ, Barbat. Vivian. *in ration. tertii libri iuris Pontificij*, *pag.*160. Alagona *in compendio iuris Canon. pag.*423. remiſſivè Ximen. *in concord. part.*1. refertur ab Ant. Aug. *collect.*1. *Decretal. lib.*3. *tit.*10. *c.*2.

In perpetuum locaverunt. Ergo locatio infra decen- 2
nium, non verò ultra, permiſſa eſt, ut per gloſ. *in Clem.*1. *hoc tit.* & citatos à Rebuff. *in compendio alienat. n.*26. Sed hodie

hodie per *Extravag. Ambitioſæ, hoc tit.* non ſolùm prohibetur locatio ad longum tempus, quod eſt decem annorum, Boër. *deciſ.* 23. ſed etiam ad minus tempus ultra triennium, Quarant. *in ſumma Bullarij, verbo Alienatio rerum Eccleſ. n.* 18. Rota *in Senen. prædij,* 8. *Octobris* 1584. coram Illuſtriſſimo Cardin. Pamphilio ſen. Vgolin. *de poteſt. Epiſc. c.* 14. §. 7. *poſt n.* 5. Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſ. deciſ.* 115. *n.* 1. *in* 1. *edit. aliàs reſol.* 98. *in* 2. *edit.* Camil. Bottel. *in ſum. omnium deciſ. tit.* 16. *de locatione bonorum Eccleſ. à princ.* Scott. *in ſelectas conſtit. theorem.* 117. Bonac. *var. tract. diſp.* 2. *de alienat. bonor. Eccleſ. punct.* 2. *n.* 24. latè ad plures utiles quæſtiones circa materiam dictæ Extravag. ego ipſe *de offic. & poteſt. Epiſc. p.* 3. *alleg.* 95. *à n.* 16. & præcipuè ad illam controverſam quæſtionem, an locatio bonorum Eccleſiaſticorum ultra tres annos facta in totum vitietur, in qua Domini de Rota antiqui, & moderni talem locationem in totum vitiari cenſuerunt, ut atteſtatur eadem Rota *deciſ.* 30. *num.* 3. apud Farin. *p.* 1. *recent.*

3 In gloſſ. *Refundendam,* fin. ibi, *ſed nunquid habent actionem de iure tales conductores contra locatores ad repetendam pecuniam? ſic, ſi fuerunt bonæ fidei.* Vide Tiraq. *de retractu lign.* §. 12. *gloſſ.* 1. *à n.* 7. D. Barboſ. *in l.* 1. *p.* 1. *n.* 37. *ff. ſoluto matrim.*

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſiones, quæ ſunt de menſa, alienari non poſſunt, & Eccleſiæ conſueta regi per Regulares, ſæcularibus Clericis conferri non debent.*
2 *Alienare non poteſt Prælatus ea, quæ ſunt de menſa.*
3 *Clerici ſæculares ad Regularia beneficia ſunt inhabiles.*
4 *Regulares an capaces ſint beneficiorum ſæcularium parochialium, interveniente ſuperioris licentia, oſtenditur.*

Cap. Poſſeſſiones X. *Innoc. III.*

1 EPiſcopus non poteſt alienare poſſeſſiones, quæ ſunt de menſa Epiſcopali, vel Capituli, nec dare Clericis, vel laicis Eccleſias, in quibus monachi miniſtrare conſueverunt. Colligunt ex Ordinat. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Imol. Anan. Butr. Hoſtienſ. Anchar. Henric. Bald. Panorm. Guid. Papæ, Barbat. Vivian. *in rationali libri tertii iuris Pontif. pag.* 160. Alagona *in compend. iuris Canonici, pag.* 425. remiſſivè Ximen. *in concord. part.* 2. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 2. *Decretal. lib.* 3. *tit.* 13. *cap.* 1.

2 *Ad menſam,* &c.] Notatur ad hoc, quod ea, quæ ſunt de menſa, Prælatus alienare non poteſt, ut per Menoch. *de arbitr. caſu* 433. *num.* 2. Camil. Bottel. *in ſum. omnium deciſ. tit.* 15. *n.* 36.

3 *Aut Eccleſias, in quibus monachi,* &c.] Notatur ad hoc, quod Clerici ſæculares ad regularia beneficia ſunt inhabiles, ut per Valer. Reginald. *in praxi fori pænit. lib.* 30. *tract.* 3. *n.* 158. Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.* 2. *lib.* 7. *c.* 29. *n.* 28. ſæcularia enim beneficia ſæcularibus, regularia regularibus ſunt conferenda, Nicol. Garc. *de benef. p.* 7. *c.* 10. *num.* 3. ego ipſe *de officio, & poteſtate Epiſc. p.* 3. *alleg.* 67. *n.* 170. Verùm autem Religioſi ſint omninò incapaces beneficiorum ſæcularium, maximè in titulum? vide eundem Nicol. Garc. *d. c.* 10. *à n.* 38.

4 In gloſſ. *Monachi,* ibi, *& in ea inſtitui regulares, ſi Epiſcopi diœceſani conſenſus accedat.* Advertè pro hujus gloſſæ intellectu, Regulares capaces eſſe ſæcularium beneficiorum parochialium, dummodo prius obtineant ſuperioris licentiam, Sanch. *d. c.* 29. *n.* 59. *&* 65. verius exiſtimat hanc licentiam poſſe per ſe ſolum dare Prælatum immediatum Conventus, niſi aliud in religionis illius conſtitutionibus præſcribatur: & *n.* 66. hoc intelligit ſi beneficium pleno jure ſubſit monaſterio, ſi autem ſic monaſterio non ſubſit, deſideratur præter Prælati conſenſum auctoritas Epiſcopi. Et quod Canonico Regulari poſſit provideri de beneficio curato ſæculari cum diſpenſatione Epiſcopi, dicit in Rota deciſum Flamin. *de reſignat. lib.* 4. *q.* 5. *in fine.* Sed nullius beneficii ſimplicis ſæcularis eſſe capacem regularem, etiam diſpenſante Epiſcopo, tenent plures Doctores, quos refert, & ſequitur Sanch. *d. c.* 29. *n.* 75. *&* 76.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia reſtituitur contra alienationem, per quam fuit enormiter læſa.*
2 *Doctores referuntur de intellectu hujus text. agentes.*
3 *Eccleſia poteſt petere reſtitutionem in integrum, & conſequenter reſciſſionem contractus coram iudice Eccleſiaſtico.*
4 *Eccleſia petens reſtitui debet probare ſe læſam, alioquin non eſt audienda.*
5 *Dictio,* multi, *verificatur etiam in duobus.*
6 *Pluralis locutio duorum numero contenta eſt.*
7 *Reſtitutio minoris ita eſt intelligenda, ut fructus ſint ipſi minori reddendi.*

Cap. Ad noſtram XI.

ECcleſia quando in alienatione invenitur enormiter læſa, reſtituenda ei ſunt bona, & reſtituenti reddi debet pretium, & relinqui fructus percepti pro ſuo labore. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Imol. Anan. Butr. Hoſt. Anchar. Henric. Bald. Panorm. Barbat. Guid. Papæ, Viv. *in ration. libri tertij iuris Pontif. pag.* 161. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 425. remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 3. *Decret. lib.* 2. *tit.* 13. *c.* 2. 1

De intellectu hujus text. latè Cov. *lib.* 1. *var. c.* 3. *ex n.* 3. Pinel. *in l.* 2. *C. de reſcind. vendit. p.* 2. *c.* 4. *n.* 14. *cum multis ſeqq.* ubi undecim intellectus aſſignat. Coſta *in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, q.* 2. *à n.* 71. Mench. *uſufreq. c.* 71. *n.* 6. Lar. *in l. ſi quis à liberis, §. ſed utrum, à n.* 8. *ff. de liberis agnoſc.* Ioan. Garc. *de nobilit. gloſſ.* 6. §. 1. *n.* 47. *cum ſeqq.* ubi ſex præſtat intellectus, Ioſeph. Seſſe *Aragoniæ deciſ.* 136. *n.* 26. Cald. Pereira *in l. ſi curatorem, verbo implorare, n.* 13. Morl. *in emporio iuris, p.* 1. *tit.* 5. *q.* 1. *n.* 310. primè Caſtil. *lib.* 3. *quotid. qq. c.* 23. *n.* 51. Cùm ergo inter tot Doctores vix colligi poſſit, quis illorum veriorem aſſignarit intellectum, ideò totum diſcreti lectoris judicio relinquendum duxi. Verùm ne videar ſicco pede diſcedere, verior mihi videtur intellectus ille, quem licèt nemine citato probat idem Morla *d. loco, n.* 32. *verſ. quare,* Hectori tamen Roder. Luſitano tribuit Soar. *in addit. ad Pinel. ubi ſuprà,* & latè proſequitur Mench. *d. cap.* 17. *num.* 91. quod text. *in præſenti,* (ſive in eo actum fuiſſet remedio nullitatis, ſive reſtitutionis) ſpecialiter procedat in contractu feudali, de quo agit, de cujus reſciſſione ob quam cauſam fiat, ideo fructus non reſtituuntur, quia de ipſius natura eſt, ut tales fructus pertineant ad vaſallum ratione laboris & ſervitii, quod domino præſtat, vel paratus eſt præſtare, *cap.* 1. *in fin. in*

quibus cauſ. feud. amit. quo pacto explicanda ſunt verba hujus text. ibi, *cùm ſibi fructus percepti ſufficere debeant pro labore*, &c. ſicut aliàs in terminis *c. 1. de feudis*, dominus feudi fructus illius ſibi à vaſſallo in pignus datos non tenetur in ſortem principalem computare, contra reg. *cap. cùm contra, de pignor.* quia interim vaſſallus à ſervitiis ceſſat, ut eleganter explicat idem Morl. *d. loco, n.34.* ubi etiam *n.36.* alium novum intellectum ad hunc text. deſumptum ex *reg. illius*, juncta deciſione *l. quod ſi minor, §. Scævola*, ibi, *negotiis finitis ad paratam pecuniam laboribus ſubſtitui veniat, repellendus eſt, ff. de minorib.*

3 *Vt feudum prædictum faceremus*, &c.] Ergo Eccleſia poteſt petere reſtitutionem in integrum, & conſequenter reſciſſionem contractus coram judice Eccleſiaſtico, ut per Covar. *lib. 1. var. c. 4. n. 2.* Rebuff. *de except. n. 229.* Cald. Pereira *in l. ſi curatorem, verbo implorandum, n. 17. & 30.* Guttier. *canon. lib. 1. c. 34. n. 10.* D. Barboſ. *in l. heres abſens, §. proinde, num. 33. ff. de indic.*

4 *Enorme diſpendium incurriſſe.* Ergo Eccleſia petens reſtitui debet probare ſe læſam, alioquin non eſt audienda, ut per Maſcard. *de probationibus, concl. 1273. num. 5.*

5 In gloſſ. *Per multos*, ibi, *fortè per duos.* Notatur ad hoc, quod dictio, *multi*, verificatur etiam in duobus, ut per Mar. Ant. *var. reſol. lib. 1. reſol. 109. n. 37.* Intrigl. *Siciliæ deciſ. 44. n. 18.* quos refero *in remiſſ. meis de dictionibus, & clauſ. dict. 174.* aliàs *dict. 204. n. 1.*

6 In ead. gloſſ. ibi, *Quia pluralis locutio duorum numero contenta eſt.* Dixi ad *reg. pluralis 40. de regulis iuris, lib. 6.* & plures citantur Doctores *in libello de principiis utriuſque iuris, lit. P, num. 21.* alios refero ego ipſe *in tract. axiom. iuris uſufreq. axiom. 179. num. 1. & de dict. uſufreq. dict. 265. n. 3.*

7 In gloſſ. *Sufficere.* Notatur ad hoc, quod reſtitutio minoris ita intelligenda eſt, ut fructus ſint ipſi minori reddendi, ut per Ioſeph. Seſſe *Aragoniæ deciſ. 136. n. 25.* minor enim per reſtitutionem rem ſuam unà ſimul cum fructibus ejuſdem recipere debet, *l. patri 28. §. 1. verſ. item ex diverſo, l. minor 40. §. 1. in fin. ff. de minorib. l. ſi prædium, C. de præd. minor.* Cov. *lib. 1. var. cap. 2. à princ.* Sfort. *de reſtit. in integr. quæſt. 45. art. 2. num. 13.*

SVMMARIVM.

1 *Alienatio rei Eccleſiaſticæ facta ſine legitimo perſonarum Eccleſiaſticarum aſſenſu non tenet, licèt approbetur per conſtitutionem laicorum.*
2 *Laici nullam ſtatuendi poteſtatem in Clericos habent.*
3 *Statuta contra libertatem Eccleſiaſticam quæ dicantur, oſtenditur.*
4 *Statuta laicorum non poſſunt diſponere ſuper directo dominio feudi Eccleſiaſtici.*

Cap. Cùm laicis XII. & ult.

1 ALienatio rei Eccleſiaſticæ ſine legitimo conſenſu perſonarum Eccleſiaſticarum non valet, quanvis eſſet facta juxta conſtitutionem laicorum, & præſumentes contra facientem ſunt compellendi cenſuris Eccleſiaſticis. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſtienſ. Anchar. Butr. Bald. Henric. Panorm. Barbat. Guid. Papæ, Vivian. *in Irationali lib. tertii iuris Pontificij, pag. 161.* Alagona *in compend. iuris Canonici, pag. 425.* remiſſivè Ximen. *in concord. part. 1. & 2.* deſumitur ex Concil. generali Lateran. ſub Innocentio III. *cap. 44.* & refertur ab Anton. Aug. *collect. 1. Decret. lib. 3. tit. 5. cap. unico.*

Nulla ſit attributa poteſtas.] Notatur ad hoc, quod laici nullam ſtatuendi poteſtatem in Clericos habent, ut per Rebuff. *tom. 1. ad leges Galliæ, in proœm. gloſſ. 1. n. 8. cum ſeqq.* & vide quæ tradit Bellet. *diſquiſit. Clerical. p. 1. tit. de exempt. Clericorum à ſtatutis ſecularium, §. 2. per totum.* 2

Quod immunitatem Eccleſiaſticæ libertatis, &c.] Statuta ergo contra libertatem Eccleſiaſticam dicuntur, quando directè ſeu indirectè ſunt contra privilegia, aut prærogativas conceſſas Eccleſiis, & Eccleſiaſticis perſonis, ſeu piæ cauſæ à Papa, vel à Principe ſæculari, Innoc. *in cap. noverit, n. 1. & 2.* ubi Butr. *n. 9.* & Abb. *n. 2. infr. de ſent. excom.* Abb. *conſ. 63. in princ. p. 1.* Barbat. *conſ. 31. num. 1. & 2. vol. 4.* Card. Tuſch. *tom. 5. lit. L, concl. 342. n. 12.* & plures apud Bellet. *tit. de exempt. cleric. à ſtatutis ſecularium, §. 1. n. 9.* 3

Sed etiam de mortuariis, &c.] Notatur ad hoc, quod ſtatutum laicorum diſponens de mortuariis eſt contra juriſdictionem Eccleſiæ, ac proinde non valet, ut per Roman. *ſing. 358. verſ. Reverendiſſimus dominus*, Marr. *de iuriſdict. p. 4. caſu 54. à princ.* ubi id intelligit *n. 2.* de impenſis, quæ fiunt in remedium, ſive ſolatium animæ defuncti, non autem de iis, quæ fiunt ad pompam vivorum.

Alienatione feudorum.] Adverte ſtatuta laicorum non poſſe diſponere ſuper directo dominio feudi Eccleſiaſtici, ſecus ſuper dominio utili, ut per Ruin. *conſ. 70. n. 11. vol. 5.* Surd. *conſ. 338. n. 18. & ſeq.* faciunt quæ Marta *de iuriſdict. p. 4. caſu 13. n. 3.* 4

De Precariis.

Tit. XIV.

SUMMARIUM.

1 *Doctores referuntur ſuper hanc rubricam ſcribentes.*
2 *Precariorum materiam qui tractent, citantur.*
3 *Precarium in neutro, precaria in fœminino, & precaria in numero plurali, dicimus.*
4 *Precarium eſt contractus, per quem aliquid utendum conceditur, quandiu concedens patitur.*
5 *Precarium ad libitum differt à locatione, & commodato.*
6 *Precaria definiri ſolet, ut ſit contractus ad preces initus in perpetuum, vel ad tempus, ſingulis quinquenniis renovandus: vel melius, ut ſit conceſſio rei ad tempus, vel in perpetuum fruendæ, ad preces recipientis facta.*
7 *Precariæ contractus ſolùm in uſu iuris Canonici reperitur, & tantùm ab Eccleſiaſtica, & in rebus Eccleſiaſticis celebratur.*
8 *Precaria in quo differat à precario, oſtenditur.*
9 *Precaria ab emphyteuſi differt.*
10 *Precariæ de quinquennio in quinquennium ſecundum auctoritatem, & antiquam conſuetudinem renovari debent.*

SVPER hanc rubricam ſcripſerunt Zabar. Ioan. Andr. Imol. Anan. Anch. Butr. Panorm. Guid. Papæ, Guillelm. Durand. *in Breviario aureo iuris Canonici, fol. 98. verſo*, Petrus de Ravenna *in compendio jur. Canonici*, Martinus Meſnattius *in epitome Decretalium, fol. 109. verſo*, Daniel Venator *in analyſi* 1

methodica

methodica juris Pontif. pag. 404. Goffred. & Hoſt. *in ſumma huius tit.* Alexand. Caſan. & Anaſtaſ. Germon *in paratitlis ad quinque libros Decretal.* Carthag. *in expoſitione titulorum iuris Canonici*, nouiſſimè Ioan. Honor. *lib.* 3. *ſumma in Decret.* omnes *ſub hoc tit.*

2 De materia tituli vide Couar. *lib.* 3. *variar. cap.* 15. Ant. Gom. *tom.* 2. *var. c.* 7. *num.* 1. *verſ. & ex*, Valaſc. *de iure emphyt. q.* 34. *n.* 9. *cum ſeqq.* Viu. *tom.* 2. *communium opin. lib.* 4. *tit.* 44. *n.* 193. *pag.* 680. Card. Tuſch. *tom.* 6. *lit. P, concl.* 472. *cum ſeqq.* Cald. Pereira *de reſol emphyt. c.* 7. *n.* 39. Molin. *de iuſtit. tract.* 2. *diſp.* 298. Azor. *inſtit. moral. p.* 3. *lib.* 7. *de precario, à pag.* 538. *ſive* 466. *in alia impreſſ.* Card. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib.* 22. *tit.* 4. aliqua per Ovid. de Amicis *de iure emphyt. in prælud. à n.* 12.

3 Omiſſa precarij etymologia, de qua per Calepin. Promptuar. & alios, quod idem importat ac precibus datum, tripliciter dicitur in iure noſtro, vel in neutro *precarium*, vel in fœminino in ſingulari, *precaria*, vel in plurali *precariæ*, quæ duo poſteriora inter ſe minimè diſtingui, ſed eumdem contractum ſignificare, contra Hoſt. tenent gloſſ. Abb. & communiter Doctores *in cap. vlt. infr. hoc tit.* ſequitur Valaſc. *de iure emphyt. quæſt.* 34. *num.* 12. Omiſſa quoque multiplici forma, ſub qua celebrari poteſt, de qua per Abb. *in cap.* 1. *in fine, hoc tit.* Iaſ. *in l.* 1. *n.* 42. *C. de iure emphyt.* Valaſc. *dicto loco, num.* 14. Euerard. *in topicis, c.* 29. *ad fin.*

4 Precarium ſtrictè, de quo *in cap. vlt. hoc tit.* optimè definitur vt ſit contractus, per quem aliquid vtendum conceditur, quandiu concedens patitur. Loco generis ponitur *contractus*, quæ particula communis eſt illi cum aliis: loco differentiarum, reliquæ particulæ adiiciuntur, per quas ab aliis contractibus precarium diſtinguitur, vt ſtatim videbis. Dixi in definitione, *vtendum*, vt intelligas vel ad vſum incertum in ſe, vel ratione temporis, vel è contrario concedi precarium, poteſt enim habere tempus certum, vel vſum certum, non tamen vtrumque, *l. Lucius, ff. de donat. l. in princ.* vbi Iaſ. *num.* 6. Socin. *num.* 15. *ff. ſi cert. pet.* Abb. *in d. c. vlt. num.* 12. Couar. *lib.* 3. *variar. cap.* 15. *num.* 7. Ioan. Garc. *reg.* 359. *num.* 6. Dixi, *quandiu concedens patitur*, quia precarium habet pro ſua natura, vt ad libitum poſſit revocari, ſecundùm omnes *in d. cap. vlt.* quod intelligendum, modò talis revocatio fiat ſine damno ejus cui fuit facta conceſſio, & cum aliquo tēporis intervallo, ex Capyc. *deciſ.* 116. *num.* 5. & Valaſc. *d. q.* 34. *in princip.* Couarr. *d. cap.* 15. *num.* 6. ſecundùm quam naturam, & proprietatem differt ab aliis contractibus; & in primis differt à donatione, quia ſemel donata citra ingratitudinem non revocantur, *cap. vlt. de*
5 *donat. l. vlt. C. de reuocand. donat.* precarium verò ad libitum differt à locatione, ſecundùm Socin. *vbi ſuprà*, *n.* 9. *& ſeq.* apud quem videbis an per precarium transferatur poſſeſſio. Item differt à commodato, quia commodatum duo pro ſubſtantia copulatiuè requirit, ſcilicet certum vſum, tempus expreſsè, aut tacitè præfinitum; expreſsè cùm dies opponitur; tacitè cùm ex ipſa conceſſione colligitur, vt ſi equus concedatur ad eundum Vlyſſiponem, ad nor. *in l. commodato, §. ſicut, ff. commodati.* At verò precarium nec certum vſum, nec tempus habet præfinitum, quod ſi aliquando apponatur, reuocationem non impedit; ex Bart *in l.* 1. *n.* 1. *ff. hoc tit.* Aretin. & Iaſ. *n.* 6. *in l.* 2. *ff. ſi certum pet.* vbi Socin. *n.* 15. Rip. *n.* 181. Bald. & Salicet. *n.* 3. *in l.* 2. *commodati*, Idem Iaſ. *in l.* 3. *§. ex contrario, n.* 12. *ff. de acquir. poſſeſſ.* Couar. *vbi ſuprà*, *n.* 7. Palat. *de contract. lib.* 5. *c.* 1. *col.* 1. Syluest. *in ſumma, verbo precarium, n.* 1. Ioan. Garc. *d. loco, num. vlt.* Adde quod precario rem habens ſi reſtituere recuſet, incurrit pœnam, *l. conductores, C. locati*, ex Pontan. *de ſpolio, lib.* 1. *n.* 102.

Precaria vulgò definiri ſolet, vt ſit contractus ad 6
preces initus in perpetuum, vel ad tempus, ſingulis quinquenniis reuocandus: ita Bart. *in l. ſi finita, §. ſi de vectigalibus, n.* 10. *ff. de damno infecto*, quem ſequuntur Alexand. & reliqui *ibidem*, Iaſ. *in authent. ingreſſi, C. de ſacroſ. Eccl. num.* 45. *& in d. l.* 1. *n.* 41. *C. de iure emphyt.* Valaſc. *d. quæſt.* 34. *ex n.* 9. Sed meliùs definitur, vt precaria ſit conceſſio rei ad tempus, vel in perpetuum fruendæ, ad preces recipientis facta. Dixi *conceſſio*, loco generis; reliquæ particulæ loco differentiarum adiiciuntur. Dixi, *rei*, vt ita tam res mobilis, quàm immobilis comprehendatur, cùm circa vtramque precaria verſari poſſit, vt tenere videtur Valaſc. *d. q.* 44. *n.* 9. dum in definitione precariæ ait quod ſit conceſſio alicuius rei, &c. Dixi *in perpetuum, vel ad tempus*, quia vtroque modo fieri ſolet, ex *cap. ſæpe* 12. *quæſt.* 2. Dixi *fruendæ*, vt oſtendam in huiuſmodi contractu nullum dominium transferri, ſed ſolum vſum, aut vſumfructum, vt colligitur ex *d. cap. precariæ* 10. *q.* 2. ibi, *fructuario vſu*, & ex *d. cap. ſæpe*, ibi, *proprietati originis*, & ibi, *quæcunque in vſu percepit.* Dixi tandem, *ad preces recipientis*, quia de natura eius eſt vt ad preces ſit id, quod ipſa ſcriptura debet declarari, prout etymologia demonſtrat, & apertè colligitur ex *d. cap. ſæpè*, ibi, *ſub precariæ nomine debeat profeſſionem ſcribere*: ita tenent Iaſ. *d. n.* 42. & Valaſc. *d. q.* 34. *n.* 15.

Contractus precariæ ſecundùm Abb. *in cap.* 1. *hoc* 7
tit. ſolùm in vſu iuris Canonici reperitur, & ſic ſolùm ab Eccleſia, & in rebus Eccleſiaſticis celebratur, ſecundùm exempla à Doctoribus relata, licèt etiam fieri poſſit à laicis, quo fit vt in ſolo iure ciuili nulla mentio huius nominis, *precariæ*, facta reperiatur, licèt quoad ſubſtantiam ab eodem iure ciuili talis contractus fuerit cognitus, vt probat *l. iubemus, la* 2. *§. ſanè, de ſacroſ. Eccleſ.* Et precaria dicitur contractus nominatus, cum habeat nomen diſtinctum, & ſeparatum ab aliis contractibus, iuxta reg. *l. iuriſgentium, in princ. ff. de pactis*, & ſic ex eo debet dari actio propter rationem ſpecialem, & certam formam à lege Canonica illi datam, explicat poſt alios Fortun. *in l. naturalis, n.* 38. vbi Meneſ. *n.* 17. *ff. de præſcript. verbis.*

Precaria à precario differt, quia precarium ad 8
tempus determinatum non conceditur, imò etiamſi pactum de non renouando intra illud tempus apponatur, adhuc eo non obſtante reuocari poteſt, vt *ſuprà* dixi. Precaria verò ad certum tempus concedi poteſt, ſecundùm quod partes conuenerunt, nec ante tempus conuentum revocari poteſt, vt innuit text. *in c.* 1. & probatur *in cap. vlt. fine, hoc tit.* Abb. *in eod. c.* 1. & *ibi* Beto. *n.* 1. multas alias aſſignat differentias Angel. *in ſum verbo precarium, in princ.*

Differt precaria ab emphyteuſi in eo, quod in em-
phyteuſi pro ſubſtantia certa penſio in recognitionem 9
dominij eſt ſoluenda, *l.* 1. *C. de iure emphyt. §. adeò, Inſtit. de locat.* Precaria verò penſionem non patiatur, quia ſolus vſusfructus in remunerationem ad preces conceditur, quamvis *gloſſ.* 1. *&* 2. *in d. cap. ſæpe*, Valaſc. *vbi ſuprà*, *n.* 14. falsò exſtiment in precaria penſionem annuatim eſſe ſoluendam, ſicut in emphyteuſi, quam omninò ſimilem eſſe precariæ renuit Bart. *in d. l.* 1. *n.* 8. *& in d. l. finita, §. ſi de vectigalibus, n.* 10. *ff. de damno infecto*, Angel. Sylueſt. *n.* 6. *dictis locis*, licèt in renouatione tantùm diſtinguatur ſecundùm Valaſc. *d. q.* 34. *n.* 9.

precariæ de quinquennio in quinquennium ſe- 10
cundùm auctoritatem & antiquam conſuetudinem

revocati debent, vt probat *c.1. hoc tit.* quæ quidem revocatio non ita fit, vt quaſi per ſingula quinquennia renaſcatur nouus contractus, eſſet enim tunc neceſſaria nova conceſſio, non reuocatio, de qua loquitur *d. c.1.* ſed ideo fit ne longitudine temporis pereat memoria contractus, *d. cap. ſæpe, 12. q. 2.* vel propter alias vtilitates, quas recenſet Iacob. relatus à Valaſc. *d. q. 14. n. 10.* Si autem precariam habens elapſo quinquennio revocationem non petat, cadit à jure ſuo, ſicut non petens inveſtituram à novo domino, tradunt Abb. *in d. c. 2. n. 5.* Imol. 4. & Bero. 14. Angel. *verbo, precarium, n. 4.* Valaſc. *d. q. 34. n. 11.* Vnde notabis revocationem iſtam multum differre à prorogatione, de qua *in l. ſed ſi de manente ff. de precario*, de cuius materia vide omnino Gutier. *de iuram. confirm. part. 1. cap. 49.*

SVMMARIVM.

1 *Precariæ de quinquennio in quinquennium ſunt renovandæ*, & n. 2.
2 *Precario libera facultas renouandi cenſetur eſſe de ſubſtantia illius.*
4 *Precarium eſt quod precibus petenti vtendum conceditur tandiu quandiu is, qui conceſſit, patitur.*
5 *Precarium tacitè renouatur, ſi dominus patiatur eum, qui rogauit, in poſſeſſione remanere.*
6 *Patientia ſola nihil operatur, quando actus requirit aliquid vltra patientiam.*

Cap. Precariæ I.

Ex Concil. Beluac.

1 PRecariæ de quinquennio in quinquennium ſecundùm auctoritatem, & antiquam conſuetudinem renovari debent Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſt. Anchar. Butr. Heuric. Panorm. Barbat. Bero. Guid. Papæ, Viuian. *in ration. lib. 3. iuris Pontif. pag. 186.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 428.* remiſſiuè Ximen. *in concord. p. 1.* refertur à Burchard. *lib. 3. Decret. c. 169.* & Iuo. *p. 3. c. 230.* & Anton. Auguſt. *collect. 1. Decret. lib. 3. tit. 12. c. 1.*

2 Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſumunt Valaſc. *de iure emphyt. q. 34. n. 9.* Molin. *de inſt. tract. 2. diſp. 298. n. 12.* Card. Mantic. *de tacitis, & ambig. convent. lib. 22. tit. 4. n. 20.* ubi etiam reſoluit quod in conceſſione precariæ cum pacto de renovando de quinquennio in quinquennium, ſi renovatio non fuit petita ab eo, cui conceſſio facta eſt, ipſe cadit à jure ſuo, ſicut feudatarius, quod etiam ita priùs reſoluerunt Abb. *hic, n. 5.* Beroi. Valaſc. *ubi ſupr. n. 11.* quod ſine difficultate non tranſit, cùm conſtet privationem hujuſmodi nec ex rei natura hic contingere, cùm revocatio non ſit de ſubſtantia, nec ex lege, cùm nulla reperiatur hanc privationem inducens, & recepriſſimum ſit ſolùm in actibus à jure expreſſis talem privationem admittendam, juxta gloſſ. ab omnibus receptam *in cap. ult. de iurepatronat.* ubi *in collect.* plures referuntur Doctores igitur in puncto iuris verior videtur contraria ſententia contra communem, de qua *ſuprà.* In precario autem libera facultas revocandi intelligitur eſſe de ſubſtantia illius, *l. cùm precario, ff. de precar.* Molin. *d. tract. 2. diſp. 298. n. 2. & 4.* Card. Mantic. *de tacitis, & ambig. convent. lib. 1. tit. 12. num. 9.*

3 Valde torquentur Doctores hic in reddenda ratione, cur fiat in precaria renovatio de quinquennio in quinquennium, cùm precarii poſſeſſores nullo tempore poſſint præſcribere, eo quòd proprietas maneat apud Eccleſiam, ſolus verò uſusfructus apud ipſos poſſeſſores, juxta text. *in l. 2. C. de præſcript. 30. l. neque, C. de uſufruct.* text. expreſſus *in cap. Clerici 16. q. 3.* ſicque contendunt otioſam eſſe renovationem: cui difficultati gloſſ. Abb. Imol. & Bero. *in præſenti*, & Angel. *in ſum. verbo precarium, n. 4.* reſpondent in hoc caſu nullum eſſe præſcriptionis periculum, ſed ideo renovationem fieri, ne fortaſſe ſcriptura pereat, & initium contractus excidat, & longi precarii poſſeſſores negantes rem ad Eccleſiam pertinere, ſuæ poſſeſſioni adhærentes ſe dominos prædicent, & ſic niſi Eccleſia dominium probet, ſuccumbet, *c. 3. de probat.* Vnde jam colliges renovationem non ita fieri, ut quaſi per ſingula quinquennia renaſcatur novus contractus, eſſet enim tunc neceſſaria nova conceſſio, & non renovatio, de qua loquitur text. *in præſenti*; ſed ideo fieri, ne longitudine temporis pereat memoria contractus, ut *ſuprà* dixi, *cap. longinquitate, cap. ſæpè 12. q. 2.* vel propter alias utilitates, quas refert Iacobin. relatus à Valaſc. *de jure emphyt. q. 34. n. 10.* Non obſtat quod jure antiquo nulla revocationis mentio fiebat, quia illo jure antiquo attento erat hæc revocatio incognita, quæ poſtea moribus inducta, & auctoritate hujus text. primùm confirmata fuit, ut ſentit Beroi. *hic, n. 9.*

In gloſſ. *Precariæ 1*, ibi, *Precarium eſt quod precibus petenti utendum conceditur tandiu quandiu is, qui conceſſit, patitur.* Vide Azor. *inſtit. moral. p. 2. lib. 7. de precario, c. 1. in princ.* Molin. *d. tract. 2. diſp. 298.* Valaſc. *de iure emphyt. q. 34. à princ.* Ovid. de Amicis *eod. tract. in prælud. n. 12.* 4

In gloſſ. *In quinquennium*, ibi: *quod ſi elapſo quinquennio cum taciturnitate prætereatur, intelligitur contractus innovari.* Precarium enim tacitè renovatur, ſi dominus patiatur eum, qui rogavit, in poſſeſſione remanere, Card. Mantic. *de tacitis, & ambig. convent. lib. 22. tit. 36. n. 6.* Quando tamen actus requirit aliquid ultra patientiam, ipſa ſola patientia nihil operatur, Menoch. *de præſ. lib. 3. præſ. 85. n. 28. & conſ. 111. n. 101.* 5 6

Cap. De Precariis II.

Ex Conc. Carthag.

SVcceſſor poteſt diſſolvere precaria irrationabiliter facta ab anteceſſore, non obſtante pœna gravi appoſita, & poteſt Eccleſia bona revocare. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Imol. Anan. Butr. Hoſt. Anchar. Henric. Panorm. Barb. Guid. Papæ, Vivian. *in ration. lib. 3. iuris Pontif. pag. 169.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 428.* remiſſivè Ximen. *in concord. p. 1.* refertur ab Anton. Aug. *collect. 1. Decret. lib. 3. tit. 12. c. 2.* qui in notis ad hunc text. ait ſe non inveniſſe in Conciliis hoc caput, ſed extare conſtitutionem Lotharii totidem verbis, *l. 3. tit. 8. c. 2. legum Longob.* in aliis eſt *tit. 10.* quando liceat Rectoribus Eccleſiarum acta anteceſſorum ſuorum reſcindere. 1

Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſumit Molin. *de inſtit. tract. 2. diſp. 298. n. 20.*

Gloſſ. *in præſenti* exiſtimat ideo precarias, de quibus *hic*, irritas eſſe, quia ſcilicet factæ fuerunt in caſu non præmiſſo; nam, ut valeat alienatio rei Eccleſiæ, non ſolùm ſolemnitas neceſſaria obſervanda eſt, ſed etiam evidens utilitas concurrere debet, docent Imol. *hic in princ.* & tanquam receptum tradit Covarr. *lib. 2. variar. cap. 17. num. 2.* quæ cùm hic defecerit, meritò 2

meritò precaria irrationabilis dicitur, & per conſequens pœna quaſi acceſſoria corruit, ut text. habet ſecundùm *l. non dubium, C. de legib.* tenet communis *in praeſenti*. Verùm obſtat verbum, *praecipimus*, de quo text. quod aliquid novi importat: item verba *ad jus Eccleſiae revocentur*, quæ oſtendunt jus aliquod tranſlatum, arg. *l. decem, ff. de verb. oblig. & cap. ad diſſolvendum, de deſponſ. impub.*

4 Rejecto igitur hoc gloſſæ intellectu, & aliis, ut verus pateat, notandum eſt precariam duobus modis poſſe celebrari, vel ad breve, vel ad longum tempus; quando celebratur ad breve, certum eſt quod per eam dominium non transfertur, & uti talis alienatio non dicitur, ac per conſequens neceſſaria non eſt ſolemnitas in alienatione rerum Eccleſiæ neceſſaria, ſed à ſolo Prælato fieri poteſt, ad exemplum locationis, juxta *cap. ult. ne Prael. vices ſuas, Clement.* 1. *de rebus Eccleſ.* & in his terminis planè procedit hic text. Quando verò precaria celebratur ad longum tempus, majus dubium eſt inter Doctores, an tunc temporis per eam transferatur dominium, & dicatur alienatio? in quo verior pars eſt negativa, & ſic quod in ea non eſt neceſſaria ſolemnitas; quæ ſervatur in alienatione rerum Eccleſiæ, quæ tantummodo ſervanda eſt in eo contractu, per quem directum, vel utile dominium transfertur, vel ſpecialis hypotheca conſtituitur, juxta *cap. nulli, de rebus Eccleſ. non alienand.* per precariam verò etiam ad longum tempus factam nullum transfertur dominium, ſed tantùm commoditas, & uſusfructus, juxta *l. iubemus, la* 2. *§. ult. C. de ſacroſ. Eccleſ. cap. precaria* 10. *q.* 2. Ergo nil mirum ſi in ea ſolemnitas non requiratur, imò à ſolo Prælato poſſit celebrari, atque ita tenent Batt. communiter receptus *in l. codicillis, §. inſtituto, n.* 4. *ff. de legat.* 2. Beto. *in c. nulli, n.* 32. Molin. *de primog. lib.* 1. *c.* 21. *n.* 24. *& ſeq.* notat Valaſc. *de iure emphyt. q.* 18. *in princ. & n.* 9. Quo ſuppoſito communis obtinuit hunc text. (dum precarias à ſolis Rectoribus factas, tanquam irrationabiliter factas jubet revocari) intelligi caſu, quo valuit ipſa precaria, cùm per eam non inducta ſit ipſa alienatio, & ſit irrationabiliter facta; in caſu tamen permiſſo tenuit, & ideo indiget reſciſſione, ex juſta tamen cauſa talis contractus in hoc text. irritatur.

5 Contra hunc tamen communem intellectum illud unum advertere oportet, quod Pontif. nec verbum quidem de contractu fecit in hoc text. Sed totus eſt circa pœnam; quare aliquod ſpeciale eſt in pœna, quod non aperit communis intellectus: illa igitur mihi videtur vera & ingenioſa hujus text. intelligentia, ut ſcilicet in eo ſola pœna removeatur, & ſolùm id de novo text. inducat, contractus autem juris regulis impugnandus relinquatur. Ratio autem quæ movit Pontificem ea fuit, quia notum eſt jure, quod pœna conventionalis in contractu poſita committitur, ſi is qui contractum impugnavit, condemnatus fuerit, & per ſententiam quantumcunque injuſtam contractus approbetur, quoniam juſta cauſa litigandi, quamvis à pœna legali, & expenſis excuſet, *cap. calumniam, de pœnis*, tamen non excuſat à pœna conventionali, ut apertè probat text. *in l. qui Romae, §. duo fratres, ff. de verbor. obligat.* ubi Batt. cujus ſententiam veram, & communem reſtatur Iaſ. *num.* 17. Rip. *n.* 13. Unde fit quod ſi Prælatus contractum faciens nomine Eccleſiæ pœnam imponat, ſi idem, vel ſucceſſor ejus quocumque colore etiam juſto adverſus contractum veniat, & per ſententiam contractus approbetur, pœnam debebit. Verùm cùm hoc eſſet Eccleſiæ nocivum, cùm ſucceſſores non auderent timore pœnæ contractus contra Eccleſiæ utilitatem factos revocare, meritò in præſenti effectum fuit, ut abſque ullo impedimento liberum eſſet adverſus tales contractus venire, pœnam ipſo jure auferendo, & ſucceſſores obligando, ut patet ex verbis text. ibi, *praecipimus, ut nullus ſucceſſor*, &c. circa contractum autem nihil diſpoſuit, ſed ſecundùm juris principia, vel remedio nullitatis, vel reſtitutionis in integrum impugnandum reliquit.

In gloſſ. *Pœna*, ibi, *cùm enim contractus non valet, nec pœna ei appoſita.* Vide Valaſc. *conſult.* 85.

SUMMARIUM.

1 *Precarij conceſſio extinguitur voluntate concedentis, aut ei ſuccedentis.*
2 *Precarium liberè à concedente revocari poteſt.*
3 *Beneficium in perſonam eius, qui accepit collatum, cum perſona extinguitur.*
4 *Precarium non finitur morte concedentis.*
6 *Precario qui rem accepit, dicitur poſſidere naturaliter, dominus autem, qui conceſſit, civiliter.*
7 *Precarium in quo differat à commodato, remiſſivè.*
8 *Precaria fœminini generis quid ſit, oſtenditur.*

Cap. Precarium III. & ult.

Gregor. IX.

PRecarium poteſt revocari ad libitum concedentis, & ſolvitur morte ejus cui fuit conceſſum, & non morte concedentis, & ſolvitur etiamſi ille, qui conceſſit precarium illud, alienaverit alicui, qui poſtea illud revocat. Sed contractus, qui dicitur precaria, non poteſt revocari ad voluntatem concedentis Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Butr. Imol. Anan. Hoſt. Anch. Henric. Panorm. Barbar. Guid. Papæ, Vivian. *in rationali libri tertii iuris Pontificii, pag.* 169. Alagona *in compend. iur. Canon. pag.* 428. remiſſivè Ximen. *in concord. part.* 1. *&* 2. 1

Quandiu patitur, qui conceſſit.] Ergo precarium liberè à concedente revocari poteſt, ut per Covarruv. *variar. lib.* 3. *cap.* 15. *à princip.* Molin. *de iuſtit. tract.* 2. *diſput.* 298. *num.* 2. Leon. Leſſ. *eod. tract. lib.* 2. *c.* 27. *num.* 4. Cardin. Tuſch. *tom.* 6. *lit. P, concluſ.* 472. Menoch. *de arbitrar. caſu* 23. *num.* 2. ubi *num.* 4. reſolvit quod precarium concedens ſtatim revocare non poteſt. 2

Solvitur quoque obitu eius, cui conceſſum eſt.] Eſt enim beneficium in perſonam ejus, qui accepit, collatum, ac proinde cum perſona extinguitur, Azor. *inſtit. moral. p.* 3. *lib.* 7. *de precario, cap.* 3. *in princ.* & ita non tranſit in hæredem recipientis. Batt. *in auth. de non alienand. §. emphyteuſim, num.* 4. Tiraq. *de conſtit. p.* 1. *num.* 65. *& ampl.* 13. *à princip.* 3

Non etiam concedentis.] Notatur ad hoc, quod precarium non finitur morte concedentis, ſed perſeverat comparatione hæredum illius, quouſque ab eis revocetur, *l. cùm precario, ff. hoc tit. l. quaeſitum eſt, quod à Titio, ff. eod.* Covar. *d. cap.* 15. *n.* 1. *& à n.* 3. Valaſc. *de iure emphyt. q.* 54. *n.* 2. *&* 3. Tiraquel. *de conſtituto, p.* 2. *ampl.* 12. *à princip. & ampl.* 13. *à n.* 1. *& in tract. le mort, p.* 2. *declar.* 3. Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *q.* 69. *n.* 17. Sebaſt. Nævi. *in l. certè* 6. *ff. hoc tit.* Capic. *deciſ.* 116. Afflict. *deciſ.* 335. *n.* 5. *&* 10. Azot. *d. c.* 3. *q.* 4. Molin. *d. diſp.* 298. *n.* 8. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gl.* 12. *in princ. à n.* 35. Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſiaſtici, deciſ.* 75. *in* 1. *edit.* aliàs *reſol.* 61. *n.* 3. *in* 2. *edit.* ubi etiam tenet precarium tranſire ad ſingularem ſucceſſorem concedentis. 4

Aut

5 *Ant cùm ipſum alienari*, &c.] Notatur ad hoc, quod quando is, qui precarium conceſſit, rem precario datam alienavit, tunc niſi voluntate novi domini res eadem maneat penes eum, qui ab initio precario poſſidebat, finitur, & tollitur precarium, ut per Azor. *d. c.* 3. *verſ. quartò.*

6 *Poſſideri.*] Is enim, qui rem precario accepit, dicitur poſſidere illam naturaliter, dominus autem, qui conceſſit, civiliter, ut per Anton. Gom. *variar. tom.* 2. *c.* 7. *n.* 1. Tiraq. *de conſtit. p.* 1. *à num.* 4. Sebaſt. Nævi. *ad l. & habet*, §. *placet, ff. hoc tit.* Molin. *d. diſp.* 298. *n.* 5. Cald. Pereira *de empt. & vend. c.* 25. *n.* 12. Et quanto tempore poſſeſſio illa civilis amittatur, vide Menoch. *de arbitr. caſu* 24. Tiraq. *de conſtituto, p* 1. *n.* 69. Ant. Gom. *d. c.* 7. *n.* 1. Cald. Pereira *de extinct. emphyt. c.* 10. *num.* 44. & *c.* 17. *n.* 17. Sebaſt. Nævi. *ad l. certè* 6. §. *is qui rogavit, ff. hoc tit.* Azor. *d. lib.* 4. *de precario, c.* 2. *quæſt.* 4.

7 In gloſſ. *Precarium*, ibi, *& eſt ſimile commodato*, &c. In quo differat precarium à commodato, oſtendit Azor. *d. lib.* 7. *de precario, cap.* 1. *q.* 1. ubi *q.* 3. quærit quænam res precario dari queant.

8 In gloſſ. *Precario*. Precaria fœminini generis eſt quidam contractus, qui fit de rebus Eccleſiæ, quando res conceditur in perpetuum, vel ad longiſſimum tempus, vel alio modo, ad renovandum de quinquennio in quinquennium, ut per Barbat. *in preſenti*, Valaſc. *de iure emphyt. q.* 34. *à n.* 9. ubi *num.* 13. dicit hunc contractum non eſſe cognitum, Mantic. *de tacitis, & ambig. convent. lib.* 12. *tit.* 4. *à num.* 10. ubi ait, quod in conceſſione precariæ cum pacto de renovando de quinquennio in quinquennium, ſi renovatio non fuit petita ab eo, cui facta eſt conceſſio, cadit à jure ſuo, ſicut feudatarius.

De Commodato.

TIT. XV.

SVPER hanc rubricam ſcripſerunt Zabar. Ioan. Andr. Imol. Anan. Anch. Butr. Panorm. Guid. Papæ, Guillelm. Durand. *in Breviario aureo iuris Canonici, fol.* 98. *verſo*, Petrus de Ravenna *in compendio jur. Canonici*, Martinus Meſnartius *in epitome Decretalium, fol.* 110. Daniel Venator *in analyſi methodica iuris Pontif. pag.* 407. Goffred. & Hoſt. *in ſumma huius tit.* Alexand. Caſan. & Anaſt. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decret. ſub hoc tit.* Bart. Carthag. *in expoſitione titulorum iuris Canon. ſub eod.*

De materia hujus tit. agunt Ordin. Regia Luſitan. *lib.* 4. *tit.* 53. ubi parens meus, & apud Caſtellanos *l.* 1. *& ſeq. tit.* 2. *p.* 5. ubi Gregor. Lopez, *& tit.* 16. *lib.* 3. *for. leg.* Covar. *lib.* 3. *var. c.* 15. Ant. Gom. *tom.* 2. *var. c.* 7. Bellacomb. Soar. & alii *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 4. *tit.* 13. Mozz. *de contract. lib. tit. de commodato*, Cardoſ. *in praxi iudicum, verbo Commodatum*, Soar. de Pace *in pract. tom.* 3. *c.* 6. *num.* 9. Card. Mantic. *de tacitis, & ambig. convent. lib.* 9. Molin. *de iuſtit. tract.* 2. *diſp.* 194. *uſque ad* 298. Rebell. *de oblig. iuſtitiæ, part.* 2. *lib.* 16. *quæſt. unic. de commodato*, Azor. *inſtit. moral. part.* 3. *lib.* 7. *de commodato*, Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. tom.* 2. *lib.* 25. *tract.* 2. *n.* 468. *cum multis ſeqq.* Card. Tuſch. *tom.* 1. *lit. C, concl.* 480. *cum ſeqq.*

SVMMARIVM.

1 *Commmodatarius tenetur de leviſſima culpa*, & n. 2.
3 *Culpa lata, levis, & leviſſima quæ dicatur, remiſſivè.*
4 *Conductor tenetur de dolo, culpa lata, & levi, non autem de leviſſima.*
6 *Commodatarius non tenetur de caſu fortuito, niſi concurrat eius culpa.*
7 *Bellum annumeratur inter caſus fortuitos.*
8 *Incendium annumeratur inter caſus fortuitos.*
9 *Peſtis annumeratur inter caſus fortuitos.*
10 *Furtum quando annumeretur inter caſus fortuitos, oſtenditur.*

CAP. Cùm gratia, unic.

Gregor. IX.

COmmodatum gratia ſui tantùm accipiens, tenetur etiam de leviſſima culpa, ſed non de caſu fortuito, niſi acciderit ſua culpa, vel intercеſſerit pactum, vel fuerit in mora: item non poteſt repeti commodatum, niſi finito uſu, ob quem fuit commodatum, quia ex beneficio non debemus decipi, ſed juvari. 1
Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Butr. Imol. Anan. Hoſt. Anchar. Guid. Papæ, Henric. Panorm. Barbat. Vivian. *in rationali lib. tertii iuris Pontificij, pag.* 170. Alagona *in compend. iuris Canonici, pag.* 424. remiſſivè Ximen. *in concord. part.* 1. & 2.

De leviſſima etiam culpa tenetur.] Notatur ad hoc, quod commodatarius tenetur etiam de leviſſima culpa, ut per Ordin. Regiam Luſitanorum *lib.* 4. *tit.* 53. §. 2. ubi parens meus, Perez *tit.* 7. *lib.* 5. *Ordin. pag.* 209. *cum ſeq.* Rebuff. *in tract. except. n.* 843. *cum ſeq.* Menoch. *illuſtr. c.* 28. *n.* 18. Cardoſ. *in praxi iudicum, verbo Commodatarius, n.* 13. Card. Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib.* 9. *tit.* 2. *à princip.* Sayr. *in clavi Regia, lib.* 10. *tract.* 3. *n.* 10. Ludov. Beia *reſponſ. caſuum conſcientiæ, part.* 2. *caſu* 29. *pag. mihi* 219. Henriq. *in ſumma, p.* 2. *lib.* 14. *de irregul. c.* 15. *in fine*, Molin. *de iuſtit. tract.* 2. *diſp.* 295. Paul. Comitol. *reſponſ. moral. lib.* 1. *quæſt.* 42. *num.* 3. Azor. *inſtit. moral. part.* 3. *lib.* 7. *de commodato, cap.* 7. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib.* 15. *tract.* 6. *num.* 474. Rebell. *de obligat. iuſtitiæ, p.* 2. *lib.* 16. *quæſt. unic. de commodato, num.* 1. Quæ autem dicatur culpa lata, levis, & leviſſima, vide Perez *ad lib.* 5. *Ordinam. pag.* 211. Connan. *comment. iuris civilis lib.* 7. *cap.* 4. *à num.* 7. Brunor. à Sole *in locis communibus, verbo Culpa* 2. Molin. *de iuſtitia, tract.* 2. *diſp.* 293. *n.* 4. Sayrum *d. lib.* 10. *tract.* 2. *c.* 14. *à num.* 5. *& tract.* 3. *c.* 1. *num.* 10. Surd. *deciſ.* 87. *num.* 8. *& deciſ.* 198. *n.* 16. latè Farinac. *in praxi crimin. quæſt.* 88. *num.* 53. *cum ſeqq.* 2
3

Illud tamen advertere oportet, conductorem teneri tantùm de dolo, culpa lata, & levi, non autem leviſſima, *l. ſicut certo*, §. *nunc videndum, ff. commodati*, Viv. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 45. *num.* 75. *pag.* 658. Ludov. Beia *d. part.* 2. *caſu* 20. *pag.* 216. Surd. *deciſ.* 87. *n.* 7. ubi de culpa leviſſima, *& deciſ.* 198. *n.* 24. ubi *num.* 15. quod emphyteuta quando rem deterioravit, de levi culpa tenetur. Depoſitarius, quando depoſitum fit ratione deponentis, non tenetur niſi de dolo, & lata culpa; quando verò fit gratia utriuſque, tunc uterque de levi tenetur. Rebuff. *de except. à num.* 774. Procurator, qui mandatum acceptavit, tenetur de lata culpa & levi, ac aliquando de leviſſima. Surd. *deciſ.* 304. *n.* 6. 4

Tenetur

5 *Tenetur.*] Etiam in foro conſcientiæ, ut per Perez
ad tit.7. lib.5. Ordin. pag. 209. cum ſeqq. Sayr.*a. lib. 10.*
tract. 3. c. 1. n. 10. cum ſeqq.

6 *Licèt caſus fortuitus*, &c.] Notatur ad hoc, quod
commodatarius non tenetur de caſu fortuito, niſi con-
currat ejus culpa, ut per Ordin. Reg. Luſitan. *l. 4. tit. 5.*
§. 3. ubi parens meus, & apud Caſtell. *leg. 3. tit. 2.*
part. 5. ubi Gregor. Lopez. Anton. Gom. *tom. 2. variar.*
cap. 3. n. 19. Pincl. *in l. 2. C. de reſcindend. vendit. part. 1.*
c. 3. à n. 26. Cardin. Mantic. *de tacitis, & ambiguis*
convent. lib. 5. tit. 8. n. 10. Cardoſ. *in praxi judicum, verbo*
commodatum, n. 16. Molin. *diſp. 295. verſ. de fortuito,*
Rebell. *d. q. un. c. de commodato, à n. 1.* Valer. Reginald.
d. lib. 25. tract. 6. n. 475.

7 Hæc inter caſus fortuitos annumerantur. Primò
8 bellum, Flamin. *de reſign. lib. 11. q. 13. n. 55.* Secundò
incendium, Gregor. *l. 3. verbo fuogo, tit. 2. p. 3.* Me-
noch. *de arbitr. caſu 390. à n. 3. & de præſumpt. lib. 1.*
præſumpt. 50. n. 3. & conſ. 53. n. 1. Ioſeph. Ludov. *Peruſ.*
deciſ. 10. n. 15. & deciſ. 25. Mexi. *in tract. taxæ panis,*
concl. 6. n. 115. Guttier. *pract. lib. 1. q. 29. n. 6.* Surd. *de-*
ciſ. 198. n. 5. Maſcard. *de probat. concl. 467. n. 5. &*
concl. 892. num. 8. Padil. *in ſumma legum pœnalium,*
p. 1. cap. 23. à num. 1. Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ.*
9 *cap. 354.* Cened. *ad Decretal. collect. 40. num. 1.* Tertiò
peſtis, Vezin. *tom. 1. commun. opinion. lib. 4. tit. 43.*
n. 78. Flamin. *de reſignat. lib. 11. q. 13. n. 63.* Quartò
factum Principis non ſeparatum. Cabed. *Luſitan. de-*
ciſ. 114. num. 5. p. 2. Quintò injuria judicis quandoque,
Bellacomb. *d. tom. 1. commun. opin. lib. 4. tit. 43. num. 77.*
10 *pag. 959.* Sextò furtum, quando à domeſticis fuit
commiſſum, vel quando res fuit recondita in loco
forti, aliàs bene tuto, in quo conſuevit ille imponere
propria pretioſiora, Gregor. *l. 3. verbo fortaſſe, tit. 2.*
p. 5. Sylvan. *conſ. 29. n. 4.* Bonacoſ. *communium crimin.*
p. 1. verbo furtum, folio 75. verſo, & part. 2. eodem
verbo, folio 32. Menoch. *conſil. 353. num. 8. cum ſeqq.*
& de præſumpt. lib. 9. præſumpt. 61. à num. 34. Vide
quæ *infrà* dixi *ad cap. propter ſterilitatem, ex n. 11. de*
locato.

De Depoſito.

TIT. XVI.

SUMMARIUM.

1 *Doctores referuntur, qui ſuper hanc rubricam ſcrip-ſerunt.*
2 *Depoſiti materiam qui tractent, citantur.*
3 *Deponere antiquitus ſignificabat à ſe abjicere, & alienare.*
4 *Deponere idem ſignificat quod concredere & committere.*
5 *Deponere aliquando pro commendare accipitur.*
6 *Depoſitum eſt contractus per quem res nobilis alicui non domino gratuitò cuſtodienda traditur.*
7 *Depoſitum voluntarium quid dicatur, & quæ ſit inter utrumque differentia, oſtenditur.*
8 *Depoſitum judiciale, quod aliàs ſequeſtrum dicitur, tunc fit quando res de qua in judicio controverſia eſt, apud aliquem deponitur, ut finita controverſia victori reſtituatur.*
9 *Sequeſtratio triplex eſt, voluntaria, neceſſaria, & mixta, & quæ dicantur, oſtenditur.*
10 *Depoſitum ſimplex aliud regulare, aliud irregulare, & quod dicatur oſtenditur.*

SUPER hanc rubr. ſcripſerunt Zabarell. Ioan. 1
Andr. Imol. Anan. Butr. Anchar. Panormit.
Guid. Papæ, Barbar. Guillelm. Durand. *in breviario*
aureo iuris Canon. fol. 98. verſo, Petr. de Ravenna
in compend. iuris Canon. Martin. Meſnart. *in epitome*
Decret. fol. 110. Dan. Venator *in analyſi methodica*
iur. Pont. à pag. 410. Goffred. & Hoſtienſ. *in ſum. hu-*
ius tit. Alex. Caſan. & Anaſtaſ. Germon. *in paratit-*
lis ad quinque libros Decretal. novè Bartholom. Car-
thagena *in expoſitione titulorum iuris Canonici, ſub*
eod.

De materia hujus tit. vide Connan. *commentar. iuris* 2
civilis lib. 7. c. 4. Cardoſ. *in praxi iudicum, verbo depo-*
ſitum, Caror. *in tract. huius tit.* Mozz. *de contract. tit. de*
depoſito, Cardin. Mantic. *de tacitis, & ambig. convent.*
lib. 10. de depoſito, Molin. *de iuſtit. tract. 2. diſp. 523.*
Azor. *inſtit. moral. p. 3. lib. 7. de depoſito,* Rebell. *de obli-*
gat. iuſtitiæ, p. 2. lib. 16. q. unic. de depoſito, Layman. *in*
Theolog. morali, lib. 5. tract. 4. c. 25.

Depoſito.] Derivatur à verbo *deponere*, quod anti- 3
quitus ſignificabat à ſe abjicere, & alienare, ut ex
aliis tradit Connan. *comment. iuris civilis lib. 7. cap. 4. in*
princip. hinc depoſitum pro abjecto, & deſperato ha-
betur, juxta illud Virgilii,

Ille ut depoſiti proferret facta parentis.

Qui locus explicatur depoſiti, id eſt, deſperati, con-
ſueverant enim antiqui ut deſperati homines ante
januas ſuas collocarentur; ut fortè poſſent tranſeun-
tes qui aliquando ſimili morbo laborarunt, oppor-
tuna aliqua remedia adhibere: quia verò multoties
res noſtras deponimus, & abjicimus non perdendi
animo, ſed gratia conſervandi, eáſque ſic à nobis di-
mittimus, ut aliis credamus, & committamus; ideo
ſtatutum eſt ut *deponere* idem ſignificet quod concre- 4
dere, & committere, hinc *depoſitum* dicitur, quod ali-
cujus fidei, id eſt, diligentiæ creditum eſt. Vnde Vl-
pian. *in l. 1. hoc tit.* inquit, depoſitum eſt quod cuſto-
diendum alicui datum eſt, dictum ex eo, quod poni-
tur, quia præpoſitio *de*, auget poſitum, ut oſtendat to-
tum ejus fidei commiſſum, quod ad cuſtodiam rei per-
tinet, quoniam non ſolùm res noſtras apud amicos
ponimus, ſed deponimus, & dimittimus à nobis, ut
apud eos collocemus, & cuſtodiam earum à nobis ad
illos transferamus, prout adnotavit Connan. *ubi ſup.* &
poſt eum Pichard. *in §. præterea, n. 9. Inſtit. quibus modis*
re contrah. oblig. hinc etiam aliquando *deponere*, pro 5
commendare accipitur, *l. commendare 186. ff. de*
verbor. ſignificat. l. Lucius 24. ibi, *centum nummos, quos*
hodie commendaſti mihi, ff. hoc tit. & res commendatæ
depoſitæ dicuntur, *l. Publia 26. ff. eod. l. cùm hæreditas 9.*
C. eod.

Depoſitum autem ſic acceptum ex mente Docto- 6
rum definiri poteſt, ut ſit contractus, per quem res
mobilis alicui non domino gratuitò cuſtodienda tra-
ditur. Loco generis particula *contractus*, reliquæ verò
ponuntur loco differentiarum. Dixi, *res mobilis*, ut
ſignificarem depoſitum non poſſe conſiſtere in re im-
mobili, ut per gloſ. *in c. 2. hoc tit.* Hoſtienſ. *in ſumma*
eiuſdem tit. num. 3. Sylveſt. *in ſumma, verbo depoſitum,*
n. 3. quod probatur ex natura ipſius depoſiti, in quo
res poſita ad ipſius cuſtodiam, & conſervationem tra-
ditur depoſitario, unde cùm cuſtodia propria non de-
tur in re immobili, nihil mirum ſi in ea non conſiſtat
depoſitum. Dixi, *alicui non domino*, ut oſtenderem de-
poſitum rei propriæ dici non poſſe, licèt ille, qui ſuſce-
pit cuſtodiam, ignoraverit ſe illius rei dominum non
eſſe, *l. qui rem ſuam, ff. depoſiti, l. neque pignus, ff. de reg.*
iuris, tradunt Cardoſ. *in praxi judicum, verbo depoſitum,*
num. 1. Caroc. *de depoſito, part. 1. quæſt. 2. num. 27.* Vnde
fit, quod ſi fur ignorans rem ſuam furatus eſt filio,
vel

vel ſervo apud patrem, vel dominum eorum ignorantem depoſuerit actione depoſiti, id repetere non poterit, quia bona fides non patitur ut dominus rem ſuam prædoni reſtituere teneatur, proindéque licèt dominus ignorans eam tradiderit quaſi depoſitum, tanquam indebitum ſolutum conducere poterit, *l. bona fides, ad fin. ff. depoſiti.* Poſui, *gratuitè*, quia ſi merces conſtituta ſit, depoſitum non eſt, ſed locatio, & conductio, *l. 1. §. ſi veſtimenta, ff. depoſiti*, vel erit contractus innominatus juxta qualitatem mercedis, *l. 1. §. ſi quis ſeruum*, tradit Iaſ. *in §. ſequens, Inſtit. de actionib. & in l. 2. num. 6. ff. ſi certum pet.* Connan. *d. c. p. 4. num. 5.* Duaren. *ad tit. ff. depoſiti*, & dixi *ad rubr. de locato.* Tandem adjeci, *cuſtodienda*, ut intelligeretur differentia, quæ inter depoſitum, & commodatum conſiſtit, quia in commodato uſus conceditur accipienti, in depoſito autem ſolùm cuſtodia rei datur, proindéque ſi depoſitarius re depoſita utatur, furtum committer, *l. ſi ſacculum 29. ff. hoc tit. l. 3. C. eod.* quod tamen intellige, & declara cum Carot. *ubi ſupr. tit. actio tertia contra depoſitarium furti.*

7 Depoſitum autem diſtinguitur in plures ſpecies, ſcilicet in voluntarium, neceſſarium, & judiciale. Voluntarium eſt, quando nullo eminente periculo quis rem alteri cuſtodiendam tradidit: neceſſarium dicitur quando ratione tumultu, incendii, ruinæ, naufragiive res deponitur, nec ulla alia cauſa deponendi eſt, quàm imminens ex dictis cauſis periculum. Inter utrumque illud maximum datur diſcrimen, quod in depoſito voluntario, ſi res depoſita non reddatur, tenetur depoſitarius tantùm in ſimplum: at in depoſito neceſſario datur adverſus ipſum depoſitarium actio in duplum in hæredem ejus, propter dolum defuncti pro hæreditaria portione, & in ſimplum propter dolum ſuum in duplum, *l. 1. §. 1. & l. quod tumultus*, aliàs incip. *de eo quod tumultus, ff. depoſiti*, explicat Iaſ. *in d. § ſequens, n. 5. & 6. & n. 31. Inſtit. de actionib.* Carot. *in tract. huius tit. p. 1. tit. quantum veniat in actione depoſiti.* Ratio differentiæ eſſe poteſt, quia in priori caſu, ſcilicet quando quis fidem alterius ſponte elegit, ſibi imputet quod non quæſivit diligentiorem amicum, cui ſuam rem cuſtodiēdam tradiderit, erat enim in ejus poteſtate non committere, & ideo nihil mirum ſi in ſimplum tantùm adverſùs eundem pro re depoſita agere poſſit, quæ ratio ceſſat in poſteriori, in quo res moram non patitur, & utplurimum quis perturbato animi judicio, & non voluntariè res ſuas commendat minùs idoneo; unde meritò creſcit perfidiæ crimen, ſi quis in hujuſmodi cauſa circumuento neceſſitatibus amico depoſitum inficietur, ob quam cauſam majus odium majoremque pœnam meretur, *l. 1. & toto tit ff. de incend. ruina, nauf.* unde licèt *in l. 12. tabul.* quando depoſitarius depoſitum negabat, daretur actio in duplum deponendi, Prætoris tamen edicto datur in ſimplum ex depoſito voluntario, ex neceſſario in duplum, *d. l. 1. §. 1. ff. depoſiti, §. rei proſequendæ, Inſtit. de actionib.* Pichard. *in d. § preterea, n. 16. cum ſeqq.* Card. Mantic. *d. lib. 10. tit. 2. n. 1. cum ſeqq.*

8 Depoſitum verò judiciale, quod aliàs ſequeſtrum, ſive ſequeſtratio dicitur, tunc fit quando res, de qua in judicio controverſia eſt, apud aliquem deponitur, ut finita controverſia victori reſtituatur, *l. licèt 17. in princip. ff. hoc tit. l. intereſſe puto 39. ff. de acquir. poſſeſſ. l. ſequeſter 110. ff. de verbor. ſignific. c. 2. de dolo, cap. examinatâ, de iudic. c. 1. cum ſeqq. de ſequeſt. poſſeſſ.*

9 Hæc autem ſequeſtratio triplex eſt, voluntaria quæ fit partium conventione, debetque judici ſemper eſſe grata, *l. 1. §. inde quæritur, ff. de novi oper. nunt.* Neceſſaria, quæ fit jubente magiſtratu, præcipuè ſi timentur rixæ, & ut veniatur ad arma, juxta *l. æquiſſimum 13. in princ.* aliàs *l. ſi cuius, §. ſed ſi inter duos, ff. de uſufructu*, de qua Valaſc. *tom. 2. conſult. 191. ex n. 33.* Mixta quæ fit imperante magiſtratu, & legis auctoritate, & partis petitione, ut *in l. ſi fideiuſſor 7. §. fin. ff. qui ſatiſdare cog.* Menoch. *de arbitr. caſu 87. n. 10.* quod depoſitum judiciale multùm diſtat à ſimplici depoſito, ut per Card. Mantic. *d. tit. 1. n. 7.* ſex differentias tradit Othoman. *in tract. de depoſito, pag. 270.*

Hoc autem ſimplex depoſitum, de quo agimus, aliud regulare, aliud verò irregulare vocatur: regulare dicitur illud, quod iuxta propriam naturam ſic fit, ut proprietas & poſſeſſio rei depoſitæ apud eum, qui depoſuit, permaneat, *l. licet deponere, §. rei depoſitæ, ff. hoc tit.* Irregulare vocatur, quando notiſſimos hos terminos egreditur. Exemplum ſit ſi quis pecuniam deponat neque clauſam, neque obſignatam, ſed numeratã, hoc caſu is qui accepit tantumdem pecuniæ ſolvere obligatur, *l. Lucius 1 cum ſeq. §. qui pecuniam, ff. locati*, quod depoſitum magis naturæ mutui accedit, ex eo namque dominium transfertur cum obligatione reſtituendi tantumdem in eodem genere, & in eadem quantitate, iuxta *l. 2. in princ. ff. de rebus cred.* Dec. *in l. contractus, n. 8. ff. de reg. iuris*, Alex. *conſ. 80. num. 4. lib. 5.* Coſt. *in l. ſi ex cautione, lim. 2. num. 4. C. de non numerata pecun.* Anton. Gabr. *lib. 3. tit. de rebus cred. concl. 2.* Nav. *in man. c. 17. n. 180.* Card. Mantic. *d. lib. 10. tit. 4. n. 11.* Carot. *ubi ſupr. q. 2. n. 21.* ubi *n. 22.* agit an privilegia depoſiti Regularis competant depoſito irregulari: depoſitum in dubio magis præſumitur regulare quàm irregulare, ut tradit Rip. *in d. l. 2. n. 3. ff. de rebus cred.* & videtur ſentire Menoch. *conſ. 37. ex n. 26.* 10

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia non tenetur ex depoſito facto apud Clericum Eccleſiæ, niſi in utilitatem Eccleſiæ ſit verſum.*
2 *Nomen malum habet ſiniſtram ſuſpicionem, & ex bono nomine oritur bona præſumptio.*
3 *Nomen bonum, & honeſtum habere, præmium eſt non modicum.*
4 *Eccleſia ex depoſito facto apud Clericum ipſius Eccleſiæ non tenetur, niſi in eius utilitatem verſum probetur.*
5 *Deponenti an incumbat onus probandi pecuniam verſam fuiſſe in utilitatem Eccleſiæ, an verò ipſi Eccleſiæ non fuiſſe verſam in ipſius utilitatem, oſtenditur.*
6 *Furtum committit qui re depoſita utitur, niſi exiſtimet dominum facilè id permiſſurum.*
7 *Clericus an poſſit torqueri, oſtenditur.*
8 *Eccleſia tenetur ex depoſito facto apud ipſam, non ſecus atque alii depoſitarii.*

Cap. Gravis I. *Alex. III.*

Deponens pecuniam apud Clericum alicuius Eccleſiæ non obligatur Eccleſiæ pro illa pecunia, niſi fuerit converſa in utilitatem Eccleſiæ. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Io. Andr. Butr. Imol. Anan. Hoſt. Anchar. Henric. Panorm. Cened. *collect. 24.* Guid. Papæ, Viv. *in ration. lib. 3. iuris Pontif. pag. 172.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 429.* remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Anton. Aug. *collect. 1. Decret. lib. 3. tit. 13. c. 2.* & eſt poſt Concil. Lateran. ſub Alex. III. *p. 5. c. 35.* 1

Ille vir Belial] Notatur ad hoc, quod malum nomen habet ſiniſtram ſuſpicionem & ex bono nomine oritur bona præſumptio, de quo vide Matheſil. *ſing. 35.* 2

Annib.

Annib. *in rob. ff. ſoluto matrim. num.* 212. Iaſ. *in l. cunctus populos, lect.* 2. *num.* 25. *C. de ſumma Trinitate*, Felin. *in proœm. Decretal. n.* 30. Chaſſan. *in conſuetud. Burgundiæ, fol.* 66. *n.* 53. *& in Catalogo gloriæ mundi, part.* 11. *conſid.* 23. Guillelm. *in cap. Raynutius, verbo Raynutius, à num.* 5. *infr. de teſtam.* Gerard. *ſing.* 75. Mandoſ. *conſ.* 76. *ex num.* 1. Franc. Viu. *lib.* 2. *commun. opin.* 193. *ex num.* 2. Paul. Fuſc. *lit. N, ſing.* 14. Ant. Scap. *de iure non ſcripto, lib.* 5. *c.* 105. *ex num.* 6. Anton. Sola *in conſtit. Ducat. Sabaudiæ, in proœm. in gloſſ.* 1. *n.* 5. Viui. *tom.* 1. *commun. opinion. lib.* 9. *tit.* 8. *n.* 2. *pag.* 513. ubi *in verſ. alium etiam effectum*; colligit ex hoc text. quod ſi quis deponeret res ſuas penes turpe nomen habentem, & eas perderet, ſibi imputandum foret, qui de illo confidere auſus ſit. Bernard. *in pract. c.* 7. ubi Salzed. *lit. A*, Cened. *ad Decretal. collect.* 24. *num.* 3. Menoch. *de præſumpt. lib.* 1. *præſumpt.* 89. *n.* 131. Maſcard. *de probat. concl.* 831. *n.* 22. Farin. *in praxi crimin. p.* 6. *q.* 176. *n.* 91. *cum ſeqq.* Vnde
3 dicitur præmium eſſe non modicum bonum, & honeſtum nomen habere, quia à nomine, & cognomine multoties ſumitur, & permiſſa eſt argumentatio, ut latè explicat Abb. *in d. proœm. Decret. in verbo Gregorii, n.* 7. Et hinc Salicet. *in l.* 1. *in princip. C. de ſumma Trinit.* per eum text. exhortatur parentes, ut pulchra nomina, & honeſta liberis imponant, & non turpia, quia ſecundum illum quodammodo præſeferunt infamiam.

Sic etiam facie deformior cenſetur animo quoque gravior, & medici ex corporis turpitudine animi deformitatem præſumunt, ut ſcribit Raſis *lib.* 2. *ad Almanſor. c.* 33. *& c.* 54. Galenus in ſuper faciem fœdam malos mores oſtendere affirmat *lib.* 3. *de temper. cap.* 6. unde meritò in jure noſtro, quando plures de crimine ſunt ſuſpecti, primò quæſtioni ſubjici debet ille, qui facie deformior eſt, quoniam cenſetur animo quoque gravior, Bald. *in l.* 2. *n.* 5. *C. quorum appell. non recip. & in l. non ignorat, n.* 12. *C. qui accuſ. non poſſ.* Hippol. *in l.* 1. *num.* 4. *ff. de quæſt.* Carrer. *in pract.* 12. *tit. de indic. num.* 29. Menoch. *de præſumpt. lib.* 1. *præſ.* 89. *ex n.* 130. cùm corporis deformitas animi quoque deformitatem oſtendat, ut tradunt Tiraquell. *ad l.* 2. *connub. gloſſ.* 1. *part.* 2. *num.* 55. Eſcobar. *de ratiocin. c.* 32. *num.* 1. Vnde S. Ambroſ. *lib.* 2. *de virgin.* affirmat ſpeciem corporis ſimulacrum eſſe mentis, figuramque probitatis, referunt Luc. de Penna *in l.* 1. *verſ.* 2. *quæritur, C. qui ætat. vel profeſſ. ſe excuſ. lib.* 10. Matth. de Fano *in tract. de modo ſtudendi, c.* 30. Torreblanc. *lib.* 1. *de Magia, c.* 9. *num.* 46.

In utilitatem Eccleſiæ controverſam, &c. Colligo ex
4 text. Eccleſiam ex depoſito facto apud Clericum ipſius Eccleſiæ non teneri niſi in ejuſdem utilitatem verſum probetur, ita notant Abb. & omnes *in præſenti*, & plures, quos refert Cened. *ad Decret. collect.* 24. *n.* 1. quibus adde Carot. *in tract. huius tit. part.* 2. *q.* 1. *à n.* 1. Cardoſ. *in praxi iudicum, verbo depoſitum, n.* 9. Molin. *de iuſtit. tract.* 2. *diſp.* 525. *num.* 4. Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſiaſtic. deciſ.* 2. *num.* 5. Tenetur tamen Clericus, ac ſi contractus valeret; nam quoad ſui præjudicium non eſt audiendus, dicens contractum non tenere, prout reſoluit Stephanus Gratian. *diſcept. forenſ. c.* 186. *num.* 6. *cum ſequentibus*, ubi *num.* 8. ponit tres caſus, in quibus contrahens cum Eccleſia debet eſſe ſollicitus de converſione in ejus utilitatem, ſcilicet mutuo, depoſito, & venditione facta pro debito Eccleſiæ, cùm in aliis diceretur debitor ſi ſoluat, etſi non fuerit verſum in utilitatem Eccleſiæ: & de emptione agunt Menoch. *conſ.* 114. *num.* 8. *&* 9. Surd. *deciſ.* 156. *num.* 9. Marc. Anton. Genuenſ. *in praxi Archiepiſc. Neapol. cap.* 89. *num.* 7. ubi tenet ementem rem Eccleſiæ cum evidenti utilitate, non teneri docere de converſione pretii in utilitatem Eccleſiæ.

Verùm deponenti incumbat onus probandi pecu- 5
niam verſam fuiſſe in utilitatem Eccleſiæ, an verò ipſi Eccleſiæ non fuiſſe verſam in ipſius utilitatem; quæſtio eſt non contemnenda, in qua ſecurè reſoluendum eſt, prædictum onus incumbere ipſi deponenti; cùm enim non aliter Eccleſia obligetur, quàm ſi depoſitum verſum fuerit in utilitatem ipſius, ut *ſuprà* ex text. colligimus, neceſſariò ſequitur talem obligationem ipſi deponenti incumbere ex principio, quo docemus, quod ille qui fundat intentionem ſuam in aliqua qualitate, tenetur eam probare, *l. hoc iure utimur, ff. de verb. oblig.* tradit Bart. & communiter Doctores *in l. in illa ſtipulatione, eod. tit.* Covar. *lib.* 2. *var. c.* 6. *n.* 3. vide quæ dixi *in collect. ad c. ſi quis presbyterorum, de rebus Eccleſiæ non alienand. in verſ. probatio autem locupletationis*, ubi ſub diſtinctione reſoluit. Quibus autem conjecturis, & præſumptionibus probetur depoſitum verſum fuiſſe in utilitatem Eccleſiæ, vide Menoch. *de arbitr. caſu* 432. *num.* 33. *cum ſeqq. & de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 55. *à n.* 4. Matienſ. *l.* 22. *gloſſ.* 3. *num.* 7. *tit.* 11. *lib.* 5. *nova recop.* Redoan. *de rebus Eccleſiæ non alien. tit. de cauſa utilitatis, à n.* 56.

Furatus eſt.] Ergo qui re depoſita utitur, furtum 6
committit, *l.* 1. *§. ſi rem, l. ſi ſacculum* 29. *ff. hoc tit. l.* 3. *l. qui depoſitam, C. eod. l. furtum, Inſtit. de obligat. quæ ex delicto*, Ordin. Reg. Luſit. *lib.* 5. *tit.* 60. *l.* 8. ubi parens meus, Covar. *lib.* 3. *variar. cap.* 15. *num.* 8. Carot. *de depoſito, p.* 1. *tit. uſus, à princip. & tit. actio tertia contra depoſitarium furti*, Molin. *d. tract.* 2. *diſp.* 524. Cardoſ. *d. verbo depoſitum. n.* 11. Eſcob. *de ratiocin. c.* 20. *num.* 2. ubi *n.* 9. dicit quod ideo negans depoſitum torqueri jubetur, quia negando committit furtum, & ſic delictum grave, quod limitatur, ne procedat ſi depoſitarius, qui re depoſita utitur, id faciat exiſtimans dominum, qui depoſuit, facilè id permiſſurum, tunc enim furti actio ceſſat, quia furtum ſine affectu furandi non committitur, *§ placuit, Inſtit. de oblig. quæ ex delicto, l. qui re* 78. *in princip. ff. de furtis*, Carot. *d. tit. uſus, n.* 3. Conſenſus autem Domini colligi poteſt ex conjecturis, quas tradit Io. Fab. *in l.* 1. *C. de pignorat. act.* explicatis per Couarr. *d. lib.* 3. *c.* 15. *ad finem.*

Sub quæſtionibus ad rationem ponant.] Notatur ad 7
hoc quod Clericus poteſt torqueri: idem etiam colligi videtur ex *c. ſi conſtiterit*, ibi, *ſine coactione, de accuſat.* Abb. *n.* 6. & communiter Doctores *in præſenti*, Dec. *in c. at ſi Clerici, in princ. n.* 19. *de judic.* Simanch. *de Catholicis, c.* 63. *n.* 27. Clar. *in § fin. quæſt.* 64. *num.* 24. plures quos refert Farinac. *in praxi crimin. q.* 41. *num.* 2. *& part.* 4. *conſ.* 38. *num.* 16. Contrariam tamen opinionem, ſcilicet Clericum non poſſe torqueri, tenuit Angel. *de maleſic. in verbo quod fama publica, n.* 102. *verſ. item Clericus*, plures relati per Duen. *reg.* 90. *fallent.* 3. *verſ. contrarium tamen*, ubi inquit, hanc videri magis communem opinionem: tenent alii, quos refert Farinac. *d. quæſt.* 41. *num.* 4. quæ opinio ſaltem in Clericis ſacro Ordine inſignitis, ſi magis placuerit, reſponderi poterit ad hunc text. verba illa, *ſub quæſtionibus*, idem ſignificare, quod ſub interrogationibus, propter ſequentia verba, *etiamſi oportuerit vinculis alligatum*; quia torturæ non poſſunt dari niſi vinculis alligatis; vel quia Belial, de quo *hic*, non conſtat an ſit Clericus, poterat enim eſſe in minoribus, laicus, ſyndicus, vel procurator Eccleſiæ. Sin verò priorem opinionem ſequi magis placuerit, eam intelligere oportet caſu, quo Clerici ultra legitima indicia, quæ ad torturam requiruntur, ſint inſuper de delicto infamati, aliàs ſecus, quantumcunque plurima præcedant indicia, ut per Imol. Zabarell. Barbat. & communiter

L Docto

Doctores *in præſenti*, Felin. *in c.vniuerſitatis*, *poſt n.2. de ſentent. excommun.* Hippol.*ſing.55.& in l.quæſtionis habendæ, n.98. ff.de quæſt.& in l.editum,num.20.ff.eod.* Boër. *deciſ.163.n.6.&* plures per Maſcard.*de probat. concl.152.n.14.& concl.352.n.5.* Bonac. *tom.2.comm. opinion.lib.9.tit.28.à n.110.pag.540.& commun.crimin. p.1. verbo Clericus, fol.25.* Perez *l.1.tit.3.lib.2.Ordin. p.68.*Rebuff.*ad tit.ff.de verbor.ſignific.pag.509.*Aldrete *de religioſa diſciplina tuenda,lib.1.c.17.n.2.*Fr.Emman. *quæſt.Regul.tom.2.q.19. art.2.* dicit magis communem Farin.*d.q.41. n.5.& 6.*

9 In gloſſ. *Perſona*, ibi,*niſi depoſitio facta ſit*, &c. Notatur ad hoc, quod Eccleſia ex depoſito apud ſe facto cum conſenſu Epiſcopi, & Capituli, vel recipiente theſaurario, vel aliis ad recipienda depoſita deſignatis, cæteriſque ſolemnitatibus à iure requiſitis interuenientibus efficaciter obligatur, licèt deponens non probet depoſitum verſum fuiſſe in vtilitatem ipſius Eccleſiæ, ſequuntur vltra Zabarell. Imol.& alios *hîc*, Molin. *d. diſp.525. num.4. verſ.de depoſito*, Sum.Angelica *verbo depoſitum*, §.4. Cardoſ.*d. verbo depoſitum, num.9.* communis ex Decio *conſ.39. num.6.* Sanch. *in præcepta Decalogi,tom.2.lib.6. c.41. num.35.* in hoc enim caſu minimè loquitur text.*in præſenti*, ſed ſolùm de depoſito facto penes perſonam particularem, & abſque ſolemnitatibus à iure requiſitis. Quamvis contrarium, nempe Eccleſiam non obligari ex depoſito facto prædicto modo, niſi etiam probetur verſio, tenuerint *gloſſ.2.in cap.vlt.ne Prælati vices ſuas*, Innoc. & Abb.*in præſenti, n.10.* Henric. *n.2.* Ioan. Andr.*n.9.* Hoſtienſ. *num.3.* Paul. *in authent. hoc ius porrectum, num.5. C. de ſacroſ. Eccleſ.*& Rebuff.*in compendio alienat. n.39.*

SVMMARIVM.

1 *Depoſitarius ad quid teneatur, & quando repetatur depoſitum oſtenditur.*
2 *Depoſitarius dicens ſe perdidiſſe res depoſitas, præſumitur in dolo, ſi appareant illius res incolumes.*
3 *Depoſitum qui ſuſcipit, tenetur cuſtodire, & ſeruare ea fide, cura, & diligentia, qua ſolet proprias res cuſtodire.*
4 *Bona fides quæ in præſenti dicatur.*
5 *Compenſatio, & reconuentio ceſſat in depoſito vero, non autem in confeſſato, vt* n.6.
7 *Compenſatione partis petitio requiritur.*

Cap. Bona fides II. & vlt.

Gregor. IX.

1 DEpoſitarius ſi perdat depoſitum, & non res ſuas, non præſumitur habere bonam fidem, & condemnabitur, quia præſumitur dolus. Item qui ſe obtulit vel accepit aliquid pro cuſtodia, tenetur de culpa, & etiam de caſu fortuito, ſi pactum, vel culpa, vel mora interuenerit depoſitarij. Item depoſitum poteſt repeti ad libitum, nec admittitur compenſatio, vel deductio, ſecus in aliis contractibus, quamvis cauſa compenſationis ſit liquida. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Butr. Ioan. Andr. Imol. Barbar. Anan. Hoſt. Anchar. Henric. Guid. Papæ, Panorm. Viuian. *in ration. lib. 3. iuris Pontif. pag. 73.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 429.* remiſſiuè Ximen. *in concord. p.1. & 2.*

2 *Si rebus tuis ſaluis*, &c.] Notatur ad hoc, quod depoſitarius dicens ſe perdidiſſe res depoſitas, præſumitur in dolo, ſi appareant illius res incolumes, vt per Maſcard. *de probat. concl.508. à princip.* Farin. *in praxi crimin. p.6.q.169.n.37.* Is enim, qui depoſitum ſuſcipit, cuſtodire, & ſeruare debet ea fide, cura, & diligentia, qua ſolet proprias res cuſtodire, Azor. *inſtit. moral. p.3. lib.7.c.6.* 3

Bona fides.] Non accipitur hic in ea ſignificatione, ſecundùm quam bona fides eſt contraria malæ fidei, vel dolo, ſed debet accipi vel pro conſcientia, & bona æquitate, vel pro æquitate, & iuſtitia diſtincta à rigore, & ſtricta verborum ſignificatione. Ita D. Barboſ. *in prælud. l. ſi mora, à n.27. ff. ſoluto matrim.* 4

Contra quod compenſationi, &c. Notatur ad hoc, quod compenſatio ceſſat in depoſito, vt per Ordin. Regiam Luſit.*lib.4. tit.78.§...* vbi parens meus, & apud Caſtellanos *l.5.tit. 3.p.5.& l.27.tit.14.p.5.* Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ.p.4. collect. 105.illat.1.* D.Barboſ.*in l.diuortio, §. ob donationes, n.13.& 14.ff.ſoluto matrim.* Molin.*de iuſtit. tract.2.diſp.526. verſ.in depoſito*, Cardin. Mantic. *de tacitis, & ambig. conuent. lib.10. à n.4.* Caſtil. *lib.3. quotid.c.16. n.11.* Cald. Pereira *quæſt. forenſ. lib.14. n.3.* Rebell. *de oblig. iuſtitiæ, p.1. lib.2. q.18.n.3.* Azor.*d.p.3.lib.7.de depoſito,c.8.q.3.* Sic etiam in depoſito ceſſat reconuentio, Carpan.*ſuper ſtatuta Mediolanen. p.1 c.44. n.11.* Carol. de Graſſis *de effectibus cleri al. effectu 1.n.770.* 5

Intellige in depoſito vero, non autem confeſſato, quia priuilegia veri, & actualis depoſiti in confeſſato locum non habent, vt per Gregor.*l.5. verbo compenſation.tit.3.part.5.* Tiraq.*de retract. tit.2.§.4.gloſſ.6. à num.8.cum ſeqq.* Kirchou. *tom.1.commun. opin. lib.4. tit. 24. num.18.in med.pag.509.* Maſcard.*de probat.concluſ.509. num.7.* D. Barboſ. *in dicto §. ob donationes, num. 14.* Mendez à Caſtro *in praxi Luſitan. lib.3.c.22. num.35.* 6

Ex qua poſtulatio, &c.] Ergo in compenſatione partis petitio requiritur, vt per Tiraq. *in l.ſi vnquam, verbo reuertatur, n.15.* Surd.*deciſ.117.n.4.cum ſeqq.* Intellige niſi agatur de euitanda pœna, quia tunc ipſo iure fit compenſatio, vt per Gam. *Luſit.deciſ.91.n.2.* Valaſc. *concl.71.n.14.* Surd.*d.deciſ.117. n.2.& de aliment.tit.1. q.42.n.86.* 7

De Emptione, & Venditione.

TIT. XVII.

SVper hanc rubr. ſcripſerunt Zabarel. Butr. Ioan. Andr. Imola, Ananias, Barbat. Anchar. Panorm. Guid. Papæ, Guillelm. Durand. *in breuiario aureo iur. Canon. fol.95.verſo*, Petr.de Rauenna *in compend. iur. Canon.* Martin Meſnatt.*in epitome Decret. fol.110. verſo*, Dan. Venator *in analyſi methodica iuris Pontif. pag.412.* Goffred. & Hoſtienſ. *in ſumma huius tit.* Alexand. Caſan. & Anaſt. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decretal.* Barthol. Cartagena *in expoſit. titulorum iuris Canonici*, Zypæ. *in analytica poſtremi iuris Eccleſiaſtici enarrat. pag 208.* omnes *ſub hoc tit.*

De materia huius tit. agunt Ordin. Regia Luſit. *lib. 4.tit. 1. cum ſeq.* vbi parens meus apud Caſtellanos *tit.5. part.5.* vbi Gregor. Lopez, *& tit.10. lib.3. for. leg. & tit.7. lib.5. Ordinam.* vbi Perez, *& tit. 11. lib.5. noua recopil.* vbi Azeued. & Marienſo, item de hoc tit. peculiares edidêre tractatus Fabianus de Monte, Franciſc. Zoanettus, pleniſſimè, & eleganter

Conluſi

Conluſitantis noſter Cald. Percita in typum emptionis, & vendit. incidenter, etiam de illo tractarunt Cov. *lib. 2. var. c. 3. & lib. 3. c. 14.* Cancet. *p. 1. var. c. 13.* Medices *de diffinit. p. 2. c. 48.* Anton. Gom. *tom. 2. var. c. 2.* Iacob. de Carol. *tom. 2. praxis iuridicæ, colore 10. n. 31.* Albornoz *de arte contractus, tit. 9.* Mozz. *de contract. tit. de empt. & vend.* Donel. *comment. iuris ciuilis, c. 17.* Ioſeph. Ludouiſ. *tom. 3. commun. opin. tit. de empt. & vendit.* Soar. de Pace *in pract. tom. 3. c. 6. §. 1.* Rendina *in promptuario recept. ſent. tom. 1. tit. 121.* Cardin. Mantic. *de tacitis, & ambig. convent. lib. 4. de empt.* Benedict. Ægid. *in repet. l. hoc iure, ff. de inſtit. & verbo empt. & vendit.* ex Theologis vltra Summiſtas *verbo emptio.* tum alios *in 4. diſt. 15.* tum D. Thom. cum ſuis interpret. *2. 2. q. 77.* & cum eis Greg. de Valent. *diſp. 5. q. 10.* Sot. *de iuſtit. lib. 6. q. 2. 3. & 4.* Molin. *de iuſtit. tract. 2. à diſp. 336. vſque ad 380.* Leſſ. *eod. tract. lib. 2. c. 21.* Rebell. *de obligat. iuſtitiæ, p. 2. lib. 9.* Azor. *inſtit. moral. p. 3. lib. 8.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 25. tract. 3. n. 247. cum ſeqq.* Ioan. de Salas *de contract. tit. de empt. & vendit.* Paul. Layman. *in Theolog. morali, lib. 3. tract. 4. c. 17. cum ſeqq.*

SVMMARIVM.

1 *Tranſeuntibus non debet carius vendi quàm in mercato venderetur.*
2 *Hoſpitalitas quæ ſit, & qui ad eam teneantur, remiſſivè.*
3 *Eleemoſynæ virtus, & effectus qualis, remiſſivè.*
4 *Diuites tempore penuriæ cogi poſſunt ab Eccleſia ad erogandam pauperibus eleemoſynam.*
5 *Clerici beneficiati ad eleemoſynas arctius tenentur, quàm laici.*
6 *Victualia in hoſpitiis taxari conuenit, ne in eis carius forenſibus vendantur, quàm in mercato vendi ſolent.*
7 *Pretium iuſtum rei cenſetur illud pro quo vendi poteſt in foro.*
8 *Epiſcopus cogere poteſt laicos, vt eodem pretio merces, & res victui neceſſarias peregrinis, & hoſpitibus vendant, quo publicè ab incolis vendi ſolent.*
9 *Venalem rem qui expoſuit, compellitur ad eam vendendam.*

CAP. Placuit I. *Ex Concil. apud Valentiam.*

1 NOn debent res advenis cariori pretio vendi, quàm in mercato venderentur. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Butr. Imol. Anan. Hoſt. Anch. Henric. Barbar. Guid. Papæ, Panorm. Cened. *collect. 118.* Viuian. *in ration. lib. 3. iuris Pontif. pag. 175.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 430.* remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* deſumitur à Burchard. *lib. 2. Decret. c. 168.* Iuo. *p. 6. cap. 250.* & ab Anton. Auguſt *collect. 1. Decret. lib. 3. tit. 15. c. 2.*

2 *Vt & ipſi hoſpitales ſint.*] De hoſpitalitate, & qui teneantur, vel cogi poſſint ad eam, tractant Coſm. *in pragm. ſanct. in proœm. §. nam Eccleſiarum, in gloſſ. hoſpitalitas, §. 39.* Renat. Chop. *de ſacra politia, lib. 3. tit. 5. à princ.* Fuſc. *de viſit. lib. 2. c. 13.* vbi multa de hoſpitalitate congerit, Illuſtriſſ. D. meus Roder. à Cunha *in comment. ad ſum. diſt. 42. n. 1. pag. 325.* Chaſſan. *in catalogo gloriæ mundi, p. 11. conſid. 46.* Menoch. *de arbitr. caſu 182. n. 45.* Lata *in l. ſi quis à liberis, §. etſi impubes, n. 37. ff. de liberis agnoſc.* Spin. *in ſpeculo teſtam. gloſſ. 6. princ. n. 8.* Auendan. *de exequendis mandat. lib. 2. c. 8.* plures, quos refert Cened. *ad Decretal. collect. 118.* Azeued. *l. 7. n. 1. & 5. tit. 3. lib. 1. nouæ recop.*

De eleemoſyna, eiuſque obligatione, virtute, & 3
effectibus, vide Nauar. *in cap. quieſcamus, 22. diſt.* Spin. *d. gloſſ. 6. à princ.* Henriq. *in ſum. lib. 2. de Baptiſmo, c. 25.* Tolet. *in ſum. lib. 8. c. 27.* Surd. *de aliment. tit. 4. q. 28.* plures per Cened. *ad Decret. collect. 27.* quibus adde Fr. Ludou. Bejam *reſponſ. caſuum conſcientiæ p. 2. caſu 25.* Petr. de Ledeſm. *in ſum. p. 2. tract. 4. c. 3* Azor. *inſtit. moral. p. 2. lib. 12. c. 7.* Ioan. Pineda *in Iob, tom. 2. lib. 30. c. 25. pag. 490.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 4. n. 237. cum ſeqq.* latè Camil. Borrel. *in ſum. omnium deciſ. tit. 18.* Et quod conſanguineis potius tradenda ſit eleemoſyna quam extraneis, cùm teneatur plus diligere conſanguineos, eiſque potius ſubuenire, quàm extraneis, docent S. Thom. *2. 2. q. 32. n. 9.* Sylveſt. *verbo eleemoſyna, n. 4.* Afflict. *deciſ. 290. n. 10.* Menoch. *conſ. 321. n. 3.* Rojas *de ſucceſſ. c. 32. n. 5.* Fuſc. *de viſit. lib. 1. c. 30. num. 8. & 10.* Card. Mantic. *de coniect. ultim. volunt. lib. 6. tit. 3. n. 42.* Cened. *pract. & canon. qq. lib. 1. q. 17. n. 1.*

Illud in præſentiarum aduertendum eſt, tempore 4
penuriæ cogi poſſe diuites ab Eccleſia ad erogandam pauperibus eleemoſynam, quod intellige cum Nau. *in man. c. 23. n. 73.* Sylveſt. *in ſumma verbo eleemoſyna, q. 6.* Couar. *lib. 3. var. c. 14. n. 5. in princ.* Tiraq. *de nobilit. c. 29. n. 46. & de priuileg. ſchol. priuileg. 90. n. 10.* Sarmient. *de redditib. Eccleſ. p. 3. c. 4. n. 2.* Morl. *in emporio iuris, ſub tit. de legib. q. 13. num. 8.* Leſſ. *de iuſtitia, lib. 2. c. 12. dub. 12. n. 75.* Anton. Monach. *Bononien. deciſ. 69. n. 9.* per text. *in c. 2. diſt. 42.* tenet quod tempore ſterilitatis poteſt pauper implorare officium iudicis ad compellendum divitem, vt faciat ſibi eleemoſynam, Benincaſ. *in tract. de paupertate, quæſt. 7. princ. in 5. ſpec. iudic. n. 17.* Lata *in l. ſi quis à liberis, §. etſi impubes, n. 36. & ſeqq.* Tiraq. *de pœnis temper. cauſa 44. num. 10.* Mexi. *in tract. taxæ panis, concluſ. 1. n. 5.* Surd. *de aliment. tit. 3. quæſt. 3. num. 27.* Azor. *d. lib. 12. c. 13. quæſt. 2.* Henriq. *in ſum. lib. 3. c. 7. §. 5. in fine.* Sem- 5
per verò Clerici beneficiati ad eleemoſynas arctiùs tenentur quàm laici, Azor. *d. lib. 12. c. 11. q. 1.* Franc. Mar. *deciſ. 540. n. 31. p. 1.* Camil. Borrel. *in ſumm. deciſ. tit. 11. n. 53*

Et non cariùs vendant tranſeuntibus. Convenit ergo 6
in hoſpitiis, ut victualia taxentur, ne in eis carius forenſibus vendantur, quàm in mercato vendi ſolent. Mex. *in tract. taxæ panis, concl. 4. n. 14. & 21.* Azeved. *ad Curiam Piſanam, lib. 1. c. 17. n. 27.* Rebuff. *tom. 2. ad leges Galliæ, tit. de hoſpitibus, n. 14.* Peccat enim vendens rem plus juſto, Nau. *in cap. novit, notab. 6. num. 57. verſ. ſexto, ſupr. de iudic.*

Quàm in mercato vendere poſſunt.] Ergo juſtum rei 7
pretium cenſetur illud pro quo vendi poteſt in foro, ut per Iaſ. *in l. qui Romæ, §. cohæredes, n. 25. ff. de verborum oblig. & in l. etſi æquo, n. 4. cum ſeqq. ff. de legatis 1.* Ioan. Nider. *de contractibus mercat. c. 2. à n. 2.* Corſet. *ſing. 391. vendit. il 2.* Afflict. *dec. 3. c. 16. n. 7.* Cou. *lib. 2. var. c. 3. num. 4 in princ.* Pinel. *in l. 2. C. de reſcind. vendit. p. 3. cap. ult. num. 17.* Tiraq. *de retractu lign. §. 1. gloſſ. 18. num. 1.* Strach. *de mercat. p. 1. n. 91. ad fin.* Mex. *in tract. taxæ panis, concl. 4. n. 26.* Menoch. *conſ. 137. num. 4.* Gemin. *de uſuris, commento 1. §. 8. num. 167.* Perez *l. 1. gloſſ. fin. tit. 9. lib. 1. Ordin. & l. 6. gloſſ. 1. tit. 1. lib. 2. & l. 2. tit. 23. lib. 2. pag. 429.* Maſcard. *de probat. concl. 656. num 70. & concl. 1396. n. 35.* ubi dicit quod juſtum rei pretium eſt quod in foro invenitur.

Ad presbyterum tranſeuntes, &c.] Notatur ad hoc, 8
quod Epiſcopus (intelligendo verbum, *Presbyterum,*

L 2 de

de quo *in hoc text.* ideſt, Epiſcopum, cum *gloſſ. 2. in præſenti,*) cogere poteſt laicos, vt eodem pretio merces, & res victui neceſſarias peregrinis, & hoſpitibus vendant, quo publicè incolis vendi ſolent, vt per Abb. *hîc, n. 5. & 6.* Rom. *ſing. 526.* Tiraq. *de priuil. piæ cauſæ, priuil. 149.* Strach. *de mercat. p. 1. n. 10.* Rip. *de peſte, tit. de remediis præſervativ. à n. 195.* Cou. *d. c. 14. n. 5. verſ. huius tandem,* Bellet. *diquiſit. Cleric. p. 1. tit. de fauore Cleric. reali, §. 5. num. 63.* & alios plures refero ego ipſe *de offic. & poteſt. Epiſcop. p. 3. alleg..*

9 *Vt illius iuſſu*, &c.] Notatur ad hoc, quod ille, qui expoſuit rem venalem, compellitur ad eandem vendendam, vt per Capell. Tholoſ. *deciſ. 446.* Afflict. *in prælud. conſtit. q. 3. à n. 8.* Cou. *d. c. 14. n. 1.* Mex. *in tract. taxa panis, concl. 1. n. 3. cum ſeqq.*

SVMMARIVM.

1 *Menſuras, & pondera fraudans, triginta diebus in pane, & aqua pœnitere debet.*
3 *Clericus vendens falſa menſura, punitur à iudice Eccleſiaſtico.*
4 *Pondus dicitur falſum, quod nunquam tranſivit per manus affinatorum.*
5 *Canones pœnitentiales crebri erant antiquitus.*

Cap. Vt menſuræ II.

Ex Concil. Mogunt.

1 QVi fraudat menſuras, & pondera, triginta diebus in pane, & aqua pœnitere debet. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Burr. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſt. Anch. Henric. Guid. Papæ, Barbat. Cened. *collect. 6.* Panorm. Viu. *in ration. lib. 3. iuris Pontif. pag. 153.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 430.* Remiſſivè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur à Burchard. *lib. 19. Decret. c. 148. & 158.* & ab Anton. Auguſt. *collect. 1. Decret. lib. 3. tit. 8. cap. 3.*

2 De his qui falſis ponderibus, & menſuris vtuntur, ac de eorum pœnis, agunt Doctores per me citati *infrà ad rub. de crimine falſi, n. 11.*

3 *Si quis.*] Hinc Clericum vendentem falſa menſura, puniri à iudice ſæculari reſoluunt Chaſſan. *in conſuet. Burgund. rubr. 1. §. 5. gloſſ. S'il n'a grace, n. 90.* Mex. *d. concl. à n. 29.* Cened. *ad Decret. Collect. 9. n. 1. in fine,* Contrarium verò rectius tuentur Aug. Vigian. *tract. de immun. Eccleſ. diſp. 2. concl. 5.* Vaſq. *in p. 2. tom. 2. diſp. 166. c. 4. n. 29. & 30.* Salas *de legib. diſp. 14. ſect. 9. n. 106.* & me citato *in hoc loco*, Diana *reſol. moral. p. 2. tract. 2. reſol. 76.* & ſic talem condignis pœnis ad arbitrium Eccleſiaſtici iudicis puniendum eſſe, tenet Marta *de iuriſd. p. 4. caſu 3. n. 16. & 17.*

Iuſta fiunt.] Ideſt, legati, vel ſecundùm legem, conſuetudinem, aut conuentionem partium, iuxta *l. Imperatores 71. ff. de contrah. empt.* Fabian. *de empt. q. 9. n. 12.* qua ratione non eſt menſura iuſta, quæ olim fuit legalis, ſed hodie non ſeruatur, *Clement. 2.* ibi, *monetam currentem, de decimis, c. vlt. in fine, de maledicis,* reſoluit Tiraq. *de retract. lign. §. 1. gloſſ. 20. n. 14.* Cened. *d. collect. 9. n. 3.*

4 Et illud pondus dicitur falſum, quod nunquam tranſiuit per manus affinatorum, Maſcard. *de probat. concl. 1044. n. 5.* Bobadil *in ſua politica, lib. 3. c. 4. n. 105.*

5 *In pane, & aqua pœniteat.*] Antiquitus erant crebri Canones pœnitentiales, quibus Sacerdotes erant alligati ad iniungendas pœnitentias Sacramentales pro quocumque crimine. Vide Nau. *in cap. conſideret, §. ponat ſe, num. vlt. & in cap. falſas, n. 17. de pœnit. diſt. 5. & de indulg. ſuper declaratione Bullæ Gregor. XIII. n. 23.* Rebuff. *in repet. cap. omnis vtriuſque ſexus, de pœnit. & remiſſ. §. iniunctam pœnitentiam, pag. 566.* Emman. Roder. *in explicat. Bullæ Cruciatæ, §. 7. n. 8.* plures Doctores refert Cened. *d. collect. 6. n. 4. cum ſeqq.* Hodie verò huiuſmodi Canones pœnitentiales non ſunt in vſu, ſed omnes pœnitentiæ impoſitæ pro peccatis ab ipſis ſacris Canonibus, ſunt arbitrariæ Confeſſoribus, ex *cap. quæſitum, & cap. Deus qui, de pœnit. & remiſſ.* Rebuff. *d. §. iniunctam pœnitentiam, verſ. hodie verò,* Viuald. *in candelabro aureo, tit. de ſatisfact. n. 18.* Menoch. *de arbitr. caſu 317. n. 4. & 5. & caſu 391. num. 1.* Cened. *d. collect. 9. n. 5. & 6.*

SVMMARIVM.

1 *Emptori, venditori læſo vltra dimidiam iuſti pretii ſubuenitur, vel reſciſſione contractus, vel ſupplemento iuſti pretij,* & n. 2.
3 *Deceptio intra dimidium iuſti pretij tanquam minus malum impunè permittitur, non tamen tanquam licita approbatur.*
4 *Referuntur Doctores agentes de intellectu* l. in caſu, la 2. §. pen. ff. de minoribus.
5 *Deceptio minus dimidia reſpectu venditoris dicitur interuenire quando res, quæ valet* 100. *diſtracta fuit minus quinquaginta.*
6 *Nummi vnius à dimidio, vel exceſſus, vel defectus ſat eſt, vt in deceptione interueniat.*
7 *Remedium huius cap.* & l. 2. C. de reſcind. vendit. *non poteſt directè intentari contra tertium, niſi ipſe fuerit ſciens, vel emerit cum eadem deceptione, vel poſſideat ex cauſa lucratiua, etiamſi non ſit ſciens.*
8 *Contractus omnes bonæ fidei reſcinduntur ob læſionem vltra dimidiam iuſti pretii.*
9 *Tranſactio ob læſionem vltra dimidiam iuſti pretii reſcindi poteſt, vel in ea agi ad ſupplementum iuſti pretii.*
10 *Feudum ob læſionem vltra dimidiam reſcindi poteſt.*
11 *Datio in ſolutum voluntaria, & extraiudicialis ob læſionem vltra dimidiam reſcindi poteſt.*
12 *Litis dubii euentus venditio ob læſionem vltra dimidiam reſcindi poteſt.*
13 *Diuiſio bonorum ob læſionem vltra dimidiam reſcindi poteſt, niſi fuerit approbata iudicis ſententia.*
14 *Mulieri læſa in æſtimatione dotis ſuccurritur, etiamſi læſio ſit intra dimidiam.*
15 *Locatio ob læſionem vltra dimidiam reſcindi poteſt.*
16 *Permutatio ob læſionem vltra dimidiam reſcindi poteſt.*
17 *Emphyteuſis conceſſio ob læſionem vltra dimidiam quando reſcindi poſſit, remiſſiuè.*
18 *Penſio imponenda in emphyteuſi, ut dicatur immodica, reſpectus non eſt habendus ad fructus ex fundo prouenientes, ſed ad penſiones in illa regione imponi ſolitas.*
19 *Emphyteuſis non dicitur, ſed potiùs locatio quando magna conſtituitur penſio.*
20 *Penſionis remiſſio fit in emphyteuſi, in qua fuit impoſita fructibus reſpondens.*
21 *Venditio facta cum pacto de retro, ob læſionem vltra dimidiam reſcindi non poteſt.*
22 *Teſtator quando rem pro certo pretio vendi iuſſit, non poteſt ob læſionem vltra dimidiam venditio reſcindi.*
23 *Iurans non contrariari contractui, non poteſt illum reſcindere ob læſionẽ vltra dimidiã, niſi enormiſſima*

læſione deceptus proponatur.
24 *Permutatio beneficiorum ob læſionem ultra dimidiam reſcindi non poteſt.*
25 *Redditus annui ob læſionem ultra dimidiam, tam ex parte emptoris, quàm venditoris reſcindi non poſſunt.*
26 *Artifices, & officiales non poſſunt remedio huius text. gaudere.*
27 *Venditio facta ſub haſta quando ob læſionem ultra dimidiam reſcindi non poſſit, oſtenditur.*
28 *Contractus lucrativi ob læſionem ultra dimidiam reſcindi non poſſunt.*
29 *Actio non datur læſo ultra dimidiam, perempta re.*
30 *Contractus reciproci, ſeu reſpectivi ob læſionem ultra dimidiam reſcindi non poſſunt.*
31 *Calculus rationum ut repetatur, non requiritur læſio in dimidia, ſed ſufficit læſio non minima, niſi ſuper læſione iudicatum, aut tranſactum ſit.*
32 *Emptoris in arbitrio eſt agere ut reſtituatur res, vel iuſtum pretium ſuppleatur.*
33 *Remedio huius text. an poſſit renunciari, remiſſivè.*
34 *Pretium iuſtum ex quibus cognoſcatur, & attendatur, oſtenditur.*
35 *Remedium læſionis ultra dimidiam tollitur de iure ſpatio 30. annorum, 15. apud Luſitanos, 16. apud Gallos, & 4. apud Caſtellanos, & 3. apud Valentinianos, niſi deceptio ſit enormiſſima, ut* n. 36.
37 *Læſio enormiſſima quæ dicatur, remiſſivè.*
38 *Pretium regulatur de tempore contractus.*
39 *Dolus præſumitur ex enormi læſione.*

Cap. Cùm dilecti III.

Alexand. III.

1 VEnditor rei, ſi eſt deceptus ultra dimidiam juſti pretii, poteſt agere, vel ad ſupplementum juſti pretii, vel ad reſtitutionem rei; ſed eſt in arbitrio emptoris, vel reſcindere contractum, vel ſupplere pretium, quæ electio venditori non competit. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Butr. Imol. Anan. Hoſt. Anch. Henric. Panorm. Barbat. Guid. Papæ Henric. Caniſ. Viu. *in ration. lib. 3. iur. Pont pag.* 177. Alagona *in compend. iur. Canon. pag.* 430. *& volum. 4. repet. in iure Canon. ad 3. Decret. librum.* Anton. Burgos, remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Anton. Auguſt. *collect. 3. Decret. lib. 3. tit. 15. c. 4.*

2 Collige ex text. emptori, aut venditori læſo ultra dimidiam juſti pretii ſubveniri, vel reſciſſione contractus, vel ſupplemento juſti pretii, ad quod plures Doctores refert Cened. *ad Decretal. collect.* 158. *num.* 1. quibus addo Iacob. de Carol. *tom. 2. Praxis iuridica, colore* 11. *n.* 4. Mench. *frequent. c.* 61. Menoch. *conſ.* 343. *n.* 16. Cacheran. *Pedem. deciſ.* 41. Anton. Theſaur. *deciſ.* 146. Gammam *Luſitaniæ deciſ.* 204. 205. 212. 256. 259. Cald. etiam *Luſitaniæ deciſ.* 34. *num.* 1. *p.* 1. Sarm. *lib. 1. ſelect. c. 11. à num. 4. & lib. 7. c. 12.* Gemin. *de vſuris, commento 3. §. 3. num. 12. cum ſeqq.* Ioſeph. Ludoviſ. *tom. 3. commun. opin. tit. de empt. concl.* 2. & Anton. Gabr. *eod. tit. concl.* 1. Mozz. *de contractibus, tit. de empt. cap. quibus caſibus annulletur emptio, num. 6. cum ſeqq.* Brunor. à Sole *in locis communibus, verbo clauſula* 14. *& verbo Fundus 4. & verbo Læſio 4. &* 6 Parlard. *lib. 2. rerum quotidian. c.* 16. Felician. *de cenſibus, lib. 2. c. 1. num. 6. cum ſequentibus,* Guttier. *pract. lib. 2. q.* 134. Morlam *in emporio iuris, p. 1. tit. 9. de contrahenda empt. quæſt. 19. cum ſeqq.* Cevall. *communium contra communes. quæſt* 171. *& ſeq.* Aldovin. *conſ. 70. num.* 12. Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. p. 1. collect.* 81. Gaſp. Roder. *de annuis redditib. lib. 1. quæſt.* 11. Valaſc. *conſ.* 81. *& conſ.* 43. *&* 44. *& conſ.* 78. *à num.* 4. Caſtill. *lib. 2. quotidian. c.* 8. Cardoſ. *in praxi iudicum, verbo emptio, num.* 58. Rot. *in Romana executionis, ſeu ſocietatis,* 13. *Martii* 1417. coram bonæ mem. Buratto, inter ejus deciſiones impreſſas *deciſ.* 232. Ex doctis Patribus Societatis IESV Molin. *de juſtit. tr. 2. diſp.* 349. Rebell. *de oblig. iuſtit. p. 2. lib. 9. quæſt. 3. ſect.* 2. Ioan. de Salas *de contractibus, tract. 1. de emptione, dub.* 27.

3 *Minus dimidia.*] Ergo deceptio intra dimidiam juſti pretii partem tanquam minus malum impunè permiſſa eſt, ne majus malum, id eſt, Reip. perturbatio, per lites innumeras ſequatur, non tamen tanquam licita approbatur, cùm lædens peccet mortaliter contra juſtitiam, & ad reſtitutionem teneatur, de quo vide Thom. Boninſig. *de iuſtis negot. tract. de vendit. ad tempus, c.* 5. Molin. *d. tract. 2. diſp.* 350. Petr. Gregor. *ſyntagm. iuris lib. 25. c. 24. à n.* 19. Felician. *de cenſibus, lib. 2. c. 1. num.* 11. plures, quos refert Cened. *d. collect.* 158. *num.* 6. quibus adde Modern. *de iuriſdict. p. 3. c. 8. n. 27. cum ſeqq. & in votis noviſſ. deciſ. voto* 89. *num.* 15. Rebello *d. q. 3. num. 6. verſ. ad leges,* Salas *d. tract. de empt. dub. 26. num* 6. Menoch. *conſ. 109. num. 30. &* 37. Cardin. Mantic. *de tacitis, & ambig. convent. lib. 4 tit. 20. n.* 62. Caſtil. *d. c. 8. num.* 16 De intellectu verò *l. in cauſa,*
la 2. §. pen. ff. de minoribus, dum probat licere contra- 4
hentibus ſe decipere, prout eam refert gloſſ. *verbo humanum, in d. l.* 2. agunt Duen. *reg.* 148. Alphan. *collect.* 15. Pinell. *in d. l. 2. p. 1. c. 1. à num.* 32. Covarruv. *lib. 2. variar. c. 3. à num.* 2. Cabed. *diverſorum iuris argum. lib. 4. cap. 9. num.* 10. Navarr. *in cap. qualitas, num. 41. de pœnitent. diſt. 5. & in cap. novit, de iudic. notab. 6. n.* 49. Matienſ. *l. 1. gloſſ. 1. à num. 1. tit. 11. lib. 5. nova recopil.* Felician. *d. num.* 11. D. Barboſ. *in rubr. ff. ſoluto matrimon. p. 4. num. 26. ad finem*, Ceuall. *communium contra commun. q. 511. num.* 5. Gomeſ. *de poteſtate in ſeipſum, lib. 2. cap. 17. num.* 7. Gaſpar. Roderic. *de annuis redditibus, lib. 1. quæſt. 11. num.* 6. Caſtill. *controverſ. lib. 2. cap. 8. num. 13. & ſeqq.* Cardinal Mantic. *d. tit. 20. num. 53. cum ſeqq.* Soar. *de legibus, lib. 2. c. 20. num. 4. &* 5. Rebell. *d. lib. 9. q. 3. ſect.* 1. Cened. *pract. & Canon. quæſt. lib. 1. q. 7. num.* 7.

5 Deceptio igitur minus dimidia reſpectu venditoris dicitur intervenire, quando res, quæ valet centum, diſtracta fuit minus quinquaginta. Mozz. *de contractibus, tract. de empt. tit. quibus caſibus annulletur emptio, num.* 10. Matienſ. *l. 1. gloſſ. 2. num. 43. tit. 11. lib. 6. nova recopil.* Gaſp. Roderic. *d. lib. 1. quæſt. 1. à num.* 18. Vincent. de Franch. *deciſ.* 243. Cevall. *communium contra communes, quæſt. 536. num.* 9. Morl. *in emporio iuris,*
part. 2. tit. 9. quæſt. 18. Et ſat eſt quod unius nummi au- 6
rei dimidio vel exceſſus, vel defectus in deceptione interveniat, ut per Tiraquel. *de judicio in rebus exig. notab.* 50. Rebuff. *tom. 2. ad leges Galliæ, tit. de reſciſ. contract. art. unic. gloſſ. 14. num.* 14. Franciſc. Viv. *lib. 2. commun. opinion.* 312. Matienſ. *l. 1. gloſſ. 2. num. 45. ad fin. tit. 11. lib. 15. nova recop.* Rebello *d. part. 2. lib. 9. quæſt. 3. ſect. 2. n.* 7. noviſſimè Mendez à Caſtro *in praxi Luſit. lib. 4. c. 8 num.* 61. Sic & eodem modo in emptore, qui adverſus venditionis contractum ſe læſum ultra dimidiam juſti pretii dixerit, oportet pretium conventum plus duplo ſupervalere rei emptæ, vide Pinel. *in d. l. 1. part. 1. cap. 2. n.* 4. Greg. *l. 16. verbo eſta feria, tit. 11. part.* 4. Vincent. de Franch. *deciſ.* 243. Covar. *lib. 2. variar. cap. 3. num. 8. poſt princip.* Guttier. *pract. lib. 2. q. 133. num.* 1.

7 Illud in præſentiarum advertere oportet, remedium *d. l. 2 C. de reſcind. vendit.* cùm ſit perſonale, non poſſe directè intentari contra tertium, niſi ipſe fuerit ſciens,

vel emerit cum eadem deceptione, vel poſſideat ex cauſa lucrativa, etiamſi non ſit ſciens, text. *in l. qui autem, §. ſimili quoque modo, ff. quæ in fraudem cred.* & tunc ſemper debet præcedere executio in bonis principalis emptoris, & conſuetudine iam introductum eſt vno, eodemque libello contra vtrumque agere, & ambo condemnantur in defectum alterius, de quo tamen vide Couarr. *lib. 2. variar. c. 3. n. 2.* Pinel. *in d. l. 2. p. 2. c. 1. n. 30.* Gom. *tom. 2. cap. 2. num. 22.* Matienſ. *gloſſ. 8. n. 24. tit. 11. lib. 5. nova recop.* Mozz. *de contract. tit. quibus modis annulletur emptio, num. 14.* Flores de Mena *ad Gam deciſ. 21.* Cevall. *commun. contra communes, q. 443.* Valdeſ. *ad Xuar. alleg. 22. n. 4. lit. E.* D. Barboſ. *in l. diuortio, §. ſi fundum, n. 35. ff. ſolut. matr.* Molin. *d. tract. 2. diſp. 349. verſ. ſi res inſ. a.* Morla *in emporio iuris, p. 2. tit. 9. in prælud. n. 103.* Rebel. *d. lib. 9. q. 3. ſect. 2. n. 9. verſ. ſed quod.*

8 Amplia primò, principalem concluſionem procedere in omnibus contractibus bonæ fidei, de quo an verum ſit, conſule Padil. *in d. l. 2. n. 18.* Pinel. *p. 1. cap. 3. n. 1.* Ant. Gabr. *commun. tom. 3. tit. de empt concl. 1. n. 19.* Ceuall. *d. q. 539. n. 24.* Hortenſ. Caualcan. *de brachio Regio, p. 6. n. 255. verſ. tertiò,* Guttier. *pract. lib. 2. q. 138.* Buratt. *d. deciſ. 232. num.*

9 Amplia ſecundò procedere in tranſactione, quod apud Luſitanos ſtabilitum eſt per Ordin. Regiam *lib. 4. tit. 13. §. 6.* ſed quia in hoc mirè variant Doctores, vt rectè dixerit Cagnol. *in d. l. 2.* vix dignoſci poſſe quæ ſit receptior opinio, ideo vide gloſſ. *in cap. cùm cauſa, hoc tit.* Puteum *Romana deciſ. 230. ſub n. 5. p. 2. in antiq.* Nicol. Reuſner. *deciſ. 6. num. 11. lib. 2.* Vincent. de Franch. *Neapol. deciſ. 59.* Viuium *deciſ. 429. n. 4.* Gam. *Luſitaniæ deciſ. 10.* Pinel. *d. l. 2. C. de reſcind. vendit. p. 1. cap. 4. num. 12.* Tiber. Decian. *reſp. 56. num. 66.* Muſcul. *in tract. de ſucceſſ. conuent. claſſ. 1. membr. 3. à n. 152.* Menoch. *conſ. 195. n. 11. & conſ. 401. à num. 157.* Mozz. *d. tract. de empt. tit. quibus annulletur emptio, d. num. 21.* Garc. *de expenſis, cap. 18. num. 26. & 38. verſ. vnde, & de nobilit. gloſſ. 9. §. 1. num. 5. & 6.* Cald. Pereira *in cap. ſi curatorem, verbo læſis, num. 153.* Avend. *de exequendis mandatis, part. 1. cap. 1. num. 29* Guttier. *pract. lib. 2. q. 141. & de iurament. confirmat. part. 3. c. 2. num. 24.* Fachin. *lib. 2. controuerſ. c. 26.* Azeued. *ad l. 4. num. 133. cum ſeqq. tit. 21. lib. 4. noua recop.* Montan. *de tutelis, & curis, cap. 35. num. 301.* Ceuall. *communium contra communes, quæſt. 71.* Morla *d. tit. 9. quæſt. 19. n. 10.* Valaſc. *conſ. 18. n. 8.* Bernard. Græυæ *ad practicam Cameræ Imper. lib. 2. concl. 70.* Card. Mantic. *de tacitis, & ambig. conuent. lib. 26. tit. 8. num. 23.* Rebello *d. part. 2. lib. 9. q. 4. ſect. 2. n. 13. verſ. adnotandum, & lib. 16. q. 1. num. 1.*

Amplia tertiò in feudo, quia tamen hoc certum ita indiſtinctè non eſt, igitur pro reſolutione conſule Pinel. *ad l. 2. C. de reſcind. vendit. p. 1. cap. 2.* Specul. *in pract. tit. de empt. §. nunc videndum, verſ. ſed nunquid,*
10 Anton. Gabr. *de empt. concl. 1. num. 74.* Marc. Anton. Genuenſ. *in practicab. Eccleſiaſt. c. 1. p. 59.* Iaſ. *in l. de quibus, n. 27. & ſeq. ff. de legib.* Afflict. *in cap. 1. num. 85. de feudo dato in vicem legis commiſſ. lib. 1.* Hortenſ. Cavalcan. *de brachio Regio, p. 6. n. 255. verſ. Præterea,* ex quorum dictis facilè colliges reſolutionem ſecundùm diverſitatem conceſſionis feudi.

11 Amplia quartò in datione in ſolutum voluntaria, & extraiudiciali, ſecus in neceſſaria, ſeu iudiciali. Cardin. Pute. *Rom. deciſ. 302. part. 1.* quem refert Aloyſ. Ricc. *in collect. p. 3. deciſ. collect. 583. verſ. infertur tertiò,* Pinel. *d. l. 2. part. 1. cap. 4. num. 8. & 9.* Suar. *tom. 2. communium opinion. lib. 8. tit. 27. num. 88.* Matienſ. *l. 6. gloſſ. 1. tit. 11. lib. 5. noua recop.* Bernard. Græuæ. *d. concluſ. 70. conſid. 1.*

Amplia quintò in dubio eventu litis, quia poteſt æſtimari, Pinel. *in d. l. 2. part. 1. cap. 4. num. 16.* vbi etiam de quolibet dubio eventu. Tiraquell. *in l. ſi vnquam, verbo donatione, n. 131.* Vincent. de Franchis *Neapol. deciſ. 159. num. 7.* Morl. *d. tit. 9. quæſt. 19. num. 7. verſ. tertiò,* Valaſc. *conſ. 18. num. 8.* Quid ſi quis vendat ius quod habet in re, vide Menoch. *conſ. 178. num. 23.* Quid in ſpe vendita, vide Couarr. *lib. 2. variar. cap. 3.* Tiraquell. *de iure mariti, gloſſ. 2. n. 38.* Pinel. *d. c. 4. n. 19. in med.* 12

Amplia ſextò in diuiſione bonorum, de quo Cagnol. *in d. l. 2. n. 59.* Pinel. *part. 2. cap. 1. num. 1.* Gozadin. *conſ. 44. num. 17.* Azor. *de partit. part. 3. q. 10. n. 25.* Ceuall *commun. q. 536. n. 15.* Gaſp. Roderic. *de annuis reddit. lib. 1. q. 11. à num. 33.* & in diuiſione hereditatis facta ſine fraude, Valaſc. *de partit. cap. 59. num. 8. cum ſqq.* Bernard. Græυæ *ad pract. c. Cameræ Imper. lib. 2. concluſ. 116. conſid. 1. num. 21.* Limita ſi diuiſio fuit approbata iudicis ſententia, quæ tranſiuit in rem iudicatam, iuxta text. *in l. cùm putarem, ff. famil. erciſc.* Menoch. *conſ. 161. num. 26.* Gutier. *de iuram. confirm. part. 3. c. 7. num. 1.* Azeued. *l. 22. num. 7. tit. 6. lib. 3. noue recop.* Sententia autem ferri debet in iudicio contradictorio, nec ſufficit interponi iudicis decretum, Decian. *conſ. 351. num. 7.* Menoch. *conſ. 91. n. 55. & conſ. 105. num. 97. & conſ. 115. num. 21.* ad hunc ſenſum reducenda ſunt, quæ Rebuff. *ad l. cognoſcere 56. §. diſpungere, verſ. octauò, ff. de verbo ſignif. pag. 288.* Marant. *de ordine iudic. part. 6. membr. 9. n. 70.* An autem in diuiſione, quæ fit per ſortes, ſuccurratur ei, qui læſus fuerit vltra dimidiam, vide Bald. Tiraquell. Iaſ. & alios, quos refert Pinel. *d. c. 1. n. 6* quibus adde Cald. Pereira *in l. ſi curatorem, in verbo aduerſarij dolo, n. 13. & 15.* 13

Amplia ſeptimò in dote, quia mulieri læſæ in æſtimatione dotis ſuccurritur, etiamſi læſio ſit intra dimidiam, electione marito data, vt vel rem reſtituat, vel ſuppleat iuſtam æſtimationem, vide Pinel. *d. l. 2. part. 1. c. 4. num. 33.* Gutier. *conſ. 2. n. 27.* D. Barboſ. *in l. ſi æſtimatis, n. 21. & 22. ff. ſoluto matrim.* Ceuall. *q. 536. n. 11. & 12.* 14

Amplia octavò in locatione, vt per Bellacomb. *tom. 1. communium opin lib. 4. tit. 30. n. 58.* Pinel. *d. l. 2. part. 1. cap. 1. n. 17.* Matienſ. *l. 1. gloſſ. 6. tit. 11. lib. 5. noua recop.* Mench. *frequent. c. 61. num. 12.* Morl. *d. tit. 9. q. 19. n. 7.* Ceuall. *quæſt. 536. n. 27.* Gutier. *pract. lib. 2. q. 38.* Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 185. à n. 11.* Melchior. Phebos *Luſitaniæ deciſ. tom. 1. Areſto 74.* Molin. *diſp. 487. verſ. ſeptimò,* Rebello *d. part. 2. lib. 14. q. 3. num. 4.* Azor. *inſtit. moral. part. 3. lib. 8. de locato, & conducto, cap. 11. q. 1.* 15

Amplia nonò in permutatione, vt per Maynard. *deciſ. 25. lib. 3.* quem refert Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. q. 3. collect. 703.* Pinel. *d. c. 3. p. 1. n. 13. cum ſeq.* vbi Donel. *n. 20.* Matienſ. *d. l. 1. gloſſ. 7.* Aldouin. *conſ. 68. n. 33.* Gutier. *d. lib. 2. q. 139.* 16

Amplia decimò in emphyteuſi, de quo tamen vide Couar. *lib. 2. var. c. 4. à n. 5.* Pinel. *d. l. 1. p. 1. c. 3. num. 27.* Matienſ. *d. l. 1. gloſſ. 8. à n. 7.* Valaſc. *de iure emphyt. q. 11. n. 19.* Gom. *Luſit. deciſ. 258.* Ranchin. *part. 3. deciſ. 500.* Morl. *d. tit. 9. q. 19. n. 7. & n. 9. verſ. vltimò,* Molin. *diſp. 452. verſ. quod verò attinet,* Azor. *d. p. 3. lib. 10. de emphyteuſi, c. 7. q. 8.* Cald. Pereira *in l. ſi curatorem, verbo implorare, n. 7.* vbi aſſerit in praxi ſe obtinuiſſe conceſſionem emphyteuticam ab Eccleſia factam reſcindi penitus non poſſe ex eo ſolùm, quod in penſione fuit Eccleſia læſa, ſed ad arbitrium boni viri fore reducendam penſionem. 17

Ad hoc ut dicatur immodica penſio, quæ imponitur in emphyteuſi, reſpectus non eſt habendus ad 18
fructus

fructus ex fundo provenientes, ſed ad penſiones in illa regione imponi ſolitas: ita Cremenſ. *d. l. 2.* Quaranta *in ſumma Bullarij, verbo Alienatio, pag. 13.* Flores ad Gam. *deciſ. 158.* faciunt quæ Menoch. *conſ. 358. n. 15.* Maſcard. *de probat. concl. 1396. num. 34.* Et quod non debeant attendi redditus feudi in emphyteuſim conceſſi, reſolvunt Ruin. *conſ. 50. n. 8. lib. 1.* Brunor. *in tract. de augmento, concl. 14. n. 11. vol. 17. tract.* Bero. *in c. 1. de in integr. reſtit. n. 48.* Maſcard. *concl. 603. n. 35.* Cald. Pereira *de nomin. emphyt. q. 7. n. 25. & de empt.*
19 *cap. 2. n. 8.* Quando autem magna penſio conſtituitur, non dicitur emphyteuſis; ſed potiùs locatio, Socin. *in l. Gallus, §. etiamſi, n. 6. ff. de liberis, & poſth.* Alciat. *in l. 2. in princ. n. 22. ff. ſi certum petat.* Valaſc. *de iure emphyt. q. 11. ad finem, & q. 27. num. 11. col. 2.* Surd.
20 *deciſ. 198. n. 1.* & ſicut in locatione fit remiſſio penſionis, *l. ſi merces, §. vis maior, ff. locati, cap. propter ſterilitatem, de locato*: ita etiam in emphyteuſi, in qua fuit impoſita penſio fructibus reſpondens, ſecundùm communem ex Valaſc. *q. 29. n. 24. & quaſt. 27. n. 7. 11. & 13.* Maſcard. *concl. 1333. n. 10.* D. Barboſ. *in l. divortio, §. fin. p. 1. n. 1. ff. ſoluto matrim.* Surd. *dict. deciſ. 198. n. 1. & 20.* Cald. Pereira *de extinct. emphyt. c. 2. num. 8.*

21 Limita primò in venditione facta cum pacto de retro, Ioſeph. Ludov. *Peruſ. deciſ. 97.* Rebello *d. q. 2. n. 1. in princ.*

22 Limita ſecundò, quando teſtator rem pro certo pretio vendi juſſit, ut per Vincent. de Franch. *deciſ. 225.*

23 Limita tertiò, quando quis juraſſet non contravenire contractui, niſi enormiſſima læſione deceptus proponatur, vide Pinel. *d. l. 2. part. 3. cap. 1. num. 5.* Belacomb. *tom. 2. commun. opin. lib. 4. tit. 1. n. 30. pag. 436.* ubi Donat. à Fina *num. 156. pag. 449.* Ioſeph. Ludov. *tom. 2. tit. de empt. concl. 2. ampl. 2.* Theſaur. *Pedem. deciſ. 165.* Vincent. de Franchis *deciſ. 225. & deciſ. 243.* Molin. *diſp. 359. n. 17.* Spin. *in ſpeculo teſtam. gloſſ. 40. in princ. n. 62.* Cened. *ad Decret. collect. 158. n. 3.* Morla *d. tit. 9. q. 10. num. 12. & quaſt. fin. n. 7. verſ. quarta,* Rebel. *d. p. 2. lib. 9. q. 3. ſect. 2. n. 9.* Salas *de contract. tract. de empt. dub. 27. num. 16.* Caſtil. *lib. 3. quotid. cap. 2. n. 35.*

24 Limita quartò in permutatione beneficiorum, in qua læſo ultra dimidiam non ſuccurritur, ut per Pinel. *d. l. 2. p. 1. c. 3. n. 16.* Maſcard. *concl. 1170. n. 20.* Morl. *d. tit. 9. q. 19. num. 4.* Flamin. *de reſignat. lib. 3. q. 7. n. 41.* Rebello *d. q. 3. n. 13. verſ. adnotandum.* Salas *d. dub. 7. n. 12.* latè Aloyſ. Ricc. *in praxi aurea, reſol. 463. per totam.*

25 Limita quintò in annuis redditibus, tam ex parte emptoris, quàm ex parte venditoris, ut per Gaſp. Roderic. *d. q. 11. n. 35.*

26 Limita ſextò in artificibus, & officialibus, qui etſi ultra dimidiam decipiantur, non poſſunt uti remedio hujus text. ut apud Luſitanos conſtitutum eſt per Ordin. Regiam *lib. 4. tit. 13.* §. 8. & apud Caſtellanos *l. 5. tit. 11. lib. 5. nova recop.* Pinel. *d. l. 2. p. 3. cap. fin. n. 18. in fine,* Perez *l. 2. tit. 23. lib. 2. Ordin. pag. 434.* Avend. *de exequendis mandatis, part. 2. cap. 13. num. 3.* Guttier. *pract. lib. 2. q. 144.* Mathienzo *l. 2. gloſſ. 11. tit. 11. lib. 5. recop.* Morla *d. tit. 9. q. 19. num. 8.* & latè *q. 24.* Bobad. *in ſua politica, lib. 3. c. 5. n. 43. cum ſeqq.* Steph. Gratian. *diſcept. forenſ. c. 185. num. 8.* Salas *d. dub. 27. n. 12.*

27 Limita ſeptimò in venditionibus factis ſub haſta, denuntiatis domino de judicis mandato, ut videat an velit debitum ſolvere, & rem pro pretio retinere, de quo vide Ordin. Regiam Luſitan. *d. lib. 4. tit. 13. §. 7.* ubi parens meus, & apud Caſtellanos *l. 1. tit. 11. lib. 5. recop.* ubi Mathienz. *gloſſ. 9.* Mench. *frequent. cap. 61.* Anton. Gabr. *lib. 3. commun. tit. de empt. concl. 1. n. 107.* Gam. *Luſit. deciſ. 198.* Pinel. *d. l. 2. p. 2. c. 2. n. 18.* Morla *d. tit. 9. q. 23.* Cevall. *q. 536.* Molin. *diſp. 349. n. 13.* Hortenſ. Cavalc. *de brachio Regio, p. 6. n. 255. verſ. praterea,* Maſtrillo *Sicilia deciſ. 33. num. 9.* Don Chriſtoph. de Pace *in ſcholiis ad leges ſtyli, l. 220. num. 2.* Salas *d. tract. de empt. dub. 27. n. 6.* Rebello *d. p. 2. lib. 9. q. 3. ſect. 2. n. 8.* ubi ſublimitat data enormiſſima læſione, ſive executio fieret ad debitum privatum, ſive publicum ſolvendum.

Limita octavò in lucrativis contractibus; Molin. 28
de primog. lib. 2. cap. 3. num. 30. Gaſp. Roderic. *dict. q. 11. num. 50.*

Limita nonò perempta re, quia tunc læſo ultra di- 29
midiam partem, actionem non dari tenent Pinel. *in d. l. 2. p. 2. c. 1. n. 36.* Mozz. *d. tit. quibus caſibus annulletur emptio, n. 16.* Guttier. *pract. lib. 2. q. 137.* Molin. *d. tract. 2. diſp. 349. verſ. quando caſu fortuito,* Rebello *d. lib. 9. q. 3. ſect. 2. n. 10.*

Limita decimò in reciprocis contractibus, ſeu re- 30
ſpectivis, nec in his, qui non ſunt ordinati commercii cauſa, neque eunt ad mutuam commutationem, vide Mathienzo *d. l. 1. gloſſ. 8. n. 3.* Gaſpar. Roderic. *d. q. 11. n. 31.*

Limita undecimò in redditione rationum, ubi cal- 31
culus verſatur, aut ubi aliàs de ſimplici calculi ratione agitur; tunc enim ut calculus repetatur, non requiritur læſio in dimidia, & multò minùs ultra dimidiam, ſed ſufficit læſio non minima, aut non contemnenda, niſi ſuper læſione judicatum, aut tranſactum ſit, Pinel. *d. l. 2. p. 2. cap. 1. n. 2.* Gaſp. Roder. *d. q. 11. n. 32.*

Quia verò in arbitrio.] Notatur ad hoc, quod in ar- 32
bitrio emptoris eſt, ſi velit ſupplere juſtum pretium, aut venditionem reſcindere, ut per Iaſon. *in l. 2. n. 143. C. de iure emphyt.* Pinel. *in d. l. 2. C. de reſcind. vend. p. 3. c. 3.* Gabr. *lib. 3. commun. tit. de empt. concl. 1. n. 2. & 3.* Fachin. *lib. 2. controverſ. c. 20. verſ. tertia controverſia eſt,* Valaſc. *de iure emphyt. q. 28. n. 2.* Morl. *in emporio iuris, p. 1. tit. 9. q. 22.* Si tamen deceptio procedit à dolo emptoris, tunc emptor non habet electionem, ſed præciſè tenetur rem tantùm reſtituere; *gloſſ. ult. in l. pen. C. ſi vendito pignore agatur,* Paul. & Cagnol. *in d. l. 1. C. de reſcind. vend. n. 211.* Mant. *in lib. commun. locorum, c. 6. col. ult.* An autem ab emptore malente potiùs rem reſtituere, quàm juſtum pretium ſupplere, reſtitutio ſit facienda cum fructibus, vide Covar. *lib. 2. var. c. 3. n. 9.* Pinel. *in d. l. 2. p. 2. c. 4. n. 2.* Coſta *in §. & quid ſi tantùm, p. 2. n. 71.* Gom. *tom. 2. var. c. 2. n. 24.* Morl. *d. tit. 9. q. 21. à num. 2. cum ſeqq.* Mozz. *d. tit. quibus caſibus emptio annulletur, num. 26.* Guttier. *pract. lib. 2. q. 134.* Molin. *d. tract. 2. diſp. 349. verſ. utrùm autem quando,* Rebel. *d. lib. 7. q. 4. n. 9. & lib. 9. q. 16. ſect. 2.* Cardoſ. *in praxi iudicum, verbo Fructus, num. 10.* Illud non abs re advertere oportet, emptorem eligentem ſupplere pretium, dici habere rem ex cauſa antiqua, & poſſidere ex cauſa emptionis primævæ, ut per D. Mattam *in votis noviſſ. deciſ. voto 138.* Unde ſi emptor domus eam aliis obligavit, & poſteà conveniatur à venditore hoc remedio læſionis, & ipſe emptor elegerit reſtituere domum, dicta domus non tranſit cum onere debitorum à ſe factorum, ut reſolvit idem Matta *voto 132.* An autem ex hac venditione, quæ reſcinditur remedio *d. l. 2.* debeatur gabella, vide *ibi* Pinel. *p. 2. c. 3. n. 35. verſ. diverſum autem,* Lazarte *de decima vendit. c. 14. n. 13.* Girond. *de gabellis, p. 6. §. unic. n. 12.* Parlad. *lib. 1. rerum quotid. c. 3. §. 5. n. 5.* Molin. *d. tract. 2. diſp. 349. verſ. dubium eſt,* Guttier. *de gabellis, q. 12.*

33 An, & quando remedio hujus text. & d. l.2. poſſit renuntiari, vide Ordin. Reg. Luſit. lib.4. tit.13.§.9. ubi parens meus, Pinel. in d.l.2. p.1.c.2. n.9. Gabr. lib.4. commun. tit. de empt. concl.1. à n.52. Covar. lib.2. var. c.4. à princ. Mozz. d. tit. quibus modis annulletur emptio, n.20. Sarm. lib.1. ſelect. c.11. à n.4. Guttier. de iuram. confirm. p.1. c.26. à n.2. & pract. lib.2. q.140. Cald. Pereira in l. ſi curatorem, verbo Leſis, num.2. Menoch. conſ.1. n.350. Mench. uſufreq. c.61. n.10. Maſcard. concl.1264. n.350. Ceval. commun. q.511. Molin. d. tract.2. diſp.349. verſ. in Luſitania. Et quid ſi geminatus læſi conſenſus accedat, vide Pinel. in d.l.3. part.3. c.1. n.36. Menoch. d. conſ.1. n.356. & conſ.343. n.16. Vincent. de Franchis deciſ.243. Molin. de primogen. lib.2. c.3. n.2. Aldovin. conſ.69. n.27. & an per clauſulam, omni legum auxilio, &c. vide Tiraq. in l. ſi unquam, in præfat. n.27. Martam de clauſ. p.1. deciſ.130. num.23.

Iuſti pretii.] Quod non attenditur ſecundùm illud, quo res empta fuit, ſed quo communiter res æſtimatur, l. pretia, ff. ad legem Falcid. Thom. Boninſig. in tract. de iuſtis negot. tit. de vendit. ad tempus, c.6. Gaſp.
34 Roderic. de annuis reddit. lib.1. q.8. n.6. Ceval. communium contra commun. q.664. n.2. Valaſc. conſ.43. n.6. Nec etiam attenditur quod daret quilibet emptor, vel quod naſcitur ex affectione, vel intereſſe particulari, prout reſolvunt Doctores in d. l. pretia rerum, Pinel. d. l.2. p.3. cap. fin. num.17. & 18. Mex. in tract. taxa panis, concl.5. n.100. Perez l.2. poſt princ. tit.23. lib.2. Ordin. pag.430. Valaſc. conſ.34. num.1. & de partit. c.10. num.2. Gaſp. Roderic. d. lib.1. q.8. num.6. Illud notare oportet, quod pretium conventum inter partes præſumitur juſtum, & ideo contrarium aſſerenti incumbit onus probandi injuſtitiam, Bald. in l. per diverſas, in 4. quæſt. num.8. in fin. C. mandati, Cæſar de Graſſis deciſ.10. in fin. de teſtam. Roland. conſ.92. num.17. lib.2. & conſ.64. ex n.18. lib.4. Surd. deciſ.248. n.7. Cardin. Mantic. de tacitis, & ambig. convent. lib.4. tit.20. n.21. Gregor. deciſ.193. n.22. & deciſ.321. n.10. & 524. n.5. & fuit dictum in Romana cenſus vitalitii, 4. Februarii 1628. coram Card. Vitili, & hoc habet locum etiam contra Eccleſiam, Cravet. conſ.894. n.22. Mantic. d. tit.20. n.22. & quod in dubio pretium ſemper præſumatur juſtum, Afflict. deciſ.270. Rot. apud Zach. de oblig. Camerali, deciſ.147. n.8. Manric. deciſ.109. n.6.

35 Adverte quod remedium læſionis intra dimidiam, attento jure communi tollitur ſpatio triginta annorum, quod apud noſtros Luſitanos reſtrictum eſt ad quindecim annos, apud Gallos ad decem, apud Caſtellanos ad quatuor, & apud Valentinianos ad tres, vide Cov. lib.3. var. c.3. n.13. Anton. Gom. tom.2. c.2. n.12. Pinel. d.l.2. p.2. c.1. n.12. ubi Padil. n.47. Molin. de primog. lib.4. c.9. n.37. Mathienz. d.l.1. gl.10. n.7. Azeved. l.4. n.135. tit.21. lib.4. recop. Menoch. conſil.197. n.86. Salas d. tract. de empt. dub.27. n.13. Ceval. quæſt.536. num.15. Hortenſ. Cavalcan. de brachio Regio, part.6. num.255. verſ. ſeptimò, Cald. Pereira in l. ſi curatorem, verbo infrà, num.10. Rebel. d. part.2. lib.9. q.3. ſect.2. n.14. Quid ſi per viam exceptionis venditor agat, an perpetuò duret, vide Guttier. pract. lib.2. q.143.

36 Nihilominus tamen ſi deceptus enormiſſimè læſus ſit, quantumcunque tranſactum ſit tempus triginta annorum, agere poterit, vide Gonzal. ad reg.8. Cancel. gloſſ.21. n.28. Gam. deciſ.66. & deciſ.266. Bernard. Græve. ad practicam Cameræ Imper. lib.2. concl.147. num.10. Cabed. part.1. deciſ.70. n.3. Rebell. d. ſect.2. num.8. verſ. ſi tamen, Steph. Gratian. diſcept. forenſ. cap.148. num.20. & cap.52. num.25. limitat in hærede emptoris poſſidente per tempus longiſſimum, quia
præſcriptione ſe tuebitur. Quæ autem dicatur læſio 37
enormiſſima, judicis arbitrio relinquitur, ut per Dec. conſ.39. n.7. Pariſ. conſ.12. n.8. & conſ.69. n.93. vol.1. Roland. conſ.7. n.54. & ſeq. vol.3. Pinel. in d.l.2. p.3. c.1. à n.8. ubi Padil. num.43. Gam. deciſ.198. n.3. & deciſ.291. n.6. Molin. de primog. lib.2. c.3. à num.18. Cabed. p.1. deciſ.70. Cardoſ. verbo Emptio, num.5. Caſtill. quotid. lib.3. c.2. à n.13. Rebell. d. lib.9. q.3. ſect.2. n.8. verſ. & rem, Guttier. conſ.16. à n.22. Burſar. conſ.27. n.18. & conſ.75. ſub n.5. & conſ.99. num.12. Maſcard. de probat. concl.1058. n.10. Giurb. Siciliæ deciſ.110. n.3.

Tunc valentem.] Tempore ſcilicet contractus, ut 38
per Perez ad l.2. in princ. tit.23. lib.2. Ordin. pag.429. Rebell. d. q.3. n.12. Valaſc. conſ.43. n.28. Pinel. d. l.2. p.3. c.4. n.15. Quid ſi poſteà ibi inveniatur theſaurus, vide D. Barboſ. in l. divortio, §. ſi fundum, n.31. cum ſeqq. ff. ſoluto matrim. Card. Mantic. de tacit. & ambig. convent. lib.4. tit.16. n.37. ubi reſolvit venditionem non poſſe reſcindi, neque pretium debere augeri, Gabr. tom.3. commun. opin. tit. de empt. concl.1. n.131. Rebell. d. lib.9. q.5.

Illud advertere oportet, quòd quando agitur de reſciſſione contractus ex capite læſionis, valor fructuum probari debet de tempore contractus, Aldobrand. conſ.60. num.24. Pariſ. conſ.128. n.35. lib.1. Rot. deciſ.18. num.4. part.2. diverſ. & in Tiburtina læſionis, 3. Martii 1625. coram bonæ mem. Dunozetto ſen. Nec ex probatione valoris de uno tempore infertur ad aliud, Seraph. deciſ.1073. num.9. Greg. XV. deciſ.570. num.6. optimè tamen Rot. diſtinguit duos caſus in una Tiburtina caſtri Aſſularum, coram Penia, quæ eſt deciſ.825. part.4. diverſ. Primus eſt quando agitur de probando valore rerum mobilium, & tunc debet præcisè probari de tempore venditionis ad effectum reſciſſionis, ut docuit Bart. in l. unic. num.31. C. de eo, quod intereſt, & ibi Rebuff. n.503. non eſt tamen neceſſarium quod teſtes referant ſe in individuo ad diem contractus, ut per Rot. d. deciſ.825. n.2. ad fin. Secundus caſus eſt, quando agitur de probando valore rerum immobilium, & tunc non eſt præcisè inſpiciendum illud tempus, quo celebratus fuit contractus, ſed etiam tempus anterius, & poſterius per aliquot annos, Bart. in l. pretia rerum, n.3. & Alex. num.10. ff. ad leg. Falcid. benè Rot. deciſ.65. num.13. cum ſeqq. part.2. diverſ. & d. deciſ.825. num.3. part.4. diverſ. & in Romana reſciſſionis contractus, 30. Octobr. 1602. coram bonæ mem. Cardin. Pamphilio ſen. impreſſa per Marcheſ. de commiſſion. p.3. pag.20. num.1. & in Anconitana terrarum, 28. Maii 1608. coram Card. Pamphilio jun. impreſſa per Farin. deciſ.252. num.2. poſt volum.2. conſil. Non eſt tamen inſpiciendus valor unius anni tantùm, ſed per quinque annos ante, & per quinque poſt. Achil. deciſ.24. de probat. Put. deciſ.374. n.3. lib.3. in correct. Sarnen. in reg. de valore, q. ult. Seraph. deciſ.1340. num.2. & fuit dictum in Cremonen. Priorat. 28. Iunii 1627. coram R. D. meo Coccino Decano, & in Bononien. Legati de Mareſcottis, 30. Aprilis 1629. coram R. P. D. Dunozetto jun. Verùm Rot. etiam tenet ſufficere probationem per aliquot annos ante, & poſt, etiamſi non ſit quinquennium, cùm id potiùs remittatur arbitrio judicis, ut per Rot. deciſ.825. n.4. p.4. diverſ. & in Romana nullitatis permutationis, 24. Martii 1627. coram R. P. D. Vbaldo jun. in qua fuit dictum, quod quando agitur de probatione valoris fructuum, & reddituum beneficii ad effectum videndi, an poſſit ex illis Rector ſuſtentari, non eſt neceſſarium decennium, ſed ſufficit probatio de tempore datæ gratiæ, & per duos annos ante

ante, & annum poſt, quando tamen materia eſt objectiva, ut quando agitur de privando aliquem beneficio, requiritur probatio decennalis, Seraph. *deciſ.*485.*n.*1. Rot.*deciſ.*189.*n.*1.*&* 4 *p.*1.*diverſ.* *& in d. Romana nullitatis permutationis*, refert Ferentil.*in annot. ad deciſ.*538. *Buratti*, *lit. A.*

39 In gloſſ. *Deceptione*, ult. Notatur ad hoc, quod ex enormi læſione præſumitur dolus, vide tamen Menoch. *de præſ. lib.*5.*q.*3. *n.*69. Vincent. de Franchis *deciſ.*247. Maſcard. *de probat. concl.*531.*num.*17. *cum ſeqq.* Menoch. *conſ.*1.*n.*25. *& conſ.*1.*n.*359. D.Barboſ. *in l.*1.*ff.ſoluto matrim. p.*1.*n.*51.*&* 53. Valaſc.*conſ.*130. *n.*21. Farin. *de delictis*, *p.*1. *q.*89. *n.*140. Guttier. *in auth. Sacramenta puberum*, *n.*92. *verſ. idem enim eſt*, Sfort. *de in integr. reſtit.q.*4.*art.*12.*n.*10. Camil.Borrel. *conſ.*4.*n.*6. Carol. de Graſſis *in tr. de except.except.*22. *n.*27. Aldovin. *conſ.*1. *n.*98.

SUMMARIUM.

1 *Donatam rem uxori propter nuptias, ſi vir habens alia bona, unde uxor poſſit ſibi conſulere, eadem conſentiente uxore vendiderit, non poterit illa inquietare ſuper ea emptorem, qui ſpatio triginta annorum rem poſſederit, maximè ſi pretium fuit converſum in communem uſum viri, & uxoris.*

2 *Solemnitatem in alienatione facta per maritum in re dotali facit præſumere ſpatium* 30. *annorum.*

3 *Longiſſimo temporis curſu omnia ſolemniter interveniſſe præſumuntur.*

4 *Actus quando pro ſui ſolemnitate ſcripturam requirit, tunc curſu temporis ſolemnitas intrinſeca non præſumitur.*

5 *Solemnia requiſita non præſumuntur interveniſſe ex temporis diuturnitate, quando ex inſpectione inſtrumenti apparet eam non interveniſſe, aliàs ſecus.*

6 *Solemnitas extrinſeca non præſumitur, quando eſt talis, cui partes renuntiare non poſſunt.*

7 *Ratificatio ſolo temporis curſu præſumitur.*

8 *Arrha an poſſint alienari, oſtenditur.*

Cap. Pervenit IV.

Cæleſt. *III.*

1 SI vir res donatas uxori propter nuptias ea conſentiente vendiderit, quamvis tempore venditionis vir haberet alia bona unde uxor poſſet ſibi conſulere, non poterit illa amplius moleſtare emptorem, qui ſpatio triginta annorum rem poſſederit, etiam ſoluto matrimonio, maximè ſi pretium fuit converſum in communem uſum viri, & uxoris. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Burr. Imol. Anan. Hoſt. Anchar. Henric. Panorm. Barbar. Guid. Papæ, Vivian. *in ration. libri tertij iur. Pontif. pag.*177. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.*431. remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.*1. *&* 2. refertur ab Anton. Aug. *collect.*2. *Decret. lib.*3. *tit.*11. *c.*2.

2 *Quod per triginta annos*, &c.] Notatur ad hoc, quod ſpatium triginta annorum, & non minus in alienatione facta per maritum in re dotali facit præſumere ſolemnitatem, ut per Maſcard. *de probat. concl.* 1371. *n.*92. & ex lapſu triginta annorum cum obſervantia alienatio rerum Eccleſiæ præſumitur, nedum ſolemnis, ſed etiam utilis, ſecundùm Mantic. *deciſ.*101. Seraph. *deciſ.* 1125. *n.*3. *& deciſ.*1307. *n.*7. Gregor. *deciſ.*343. *n.*1. ubi addent. *n.*4. *& ſeq.* Rot. *deciſ.*684. *n.*1. *p.*2.*recent.* *& deciſ.*221.*n.*5.*p.*4. *diverſ.* & fuit dictum *in Tuſculana bonorum*, 18. *Martij* 1611. coram Cardin. Sacrato, Rota enim paſſim ſervat ex curſu triginta annorum præſumi ſolemnitates extrinſecas, concurrente ſimul obſervantia, ut *in Squillacen. ſeu nullius iuriſdictionis*, 4. *Maij* 1616. coram bonæ mem. Andrea, & *in Sulmonen.beneficij*, 1. *Martij* 1621. coram bonæ mem. Dunozetto, *& deciſ.*301.*n.*3. *& deciſ.*364. *n.*6. inter impreſſas Reverend. D. mei Coccini, & non ſufficere ad hunc effectum obſervantiam præſumptam, ſed requiri veram, cenſuit Rot. *d. deciſ.*301.*n.*4. Seraph. *d. deciſ.*1042. *in fine.* Et quod lapſus 30. annorum ſolus non ſufficiat ad præſumendas ſolemnitates contractus, niſi accedat obſervantia, tenet eadem Rot.*deciſ.*694.*n.*5.*p.*1.*recent.*& *in Toletana diſmembrationis*, 9. *Iunij* 1623. coram R. P. D. meo Pirovano, & *in Lunen. Sarzanen. iuriſpatronatus*, 9. *Februarij* 1626. coram eodem, & *in Ravennatenſi emphyteuſis*, 22. *Maij* 1628. coram R. D. meo Coccino Decano; nam ex longiſſimo temporis curſu omnia ſo- 3
lemniter interveniſſe præſumuntur, Michael. Graſſ. *tom.*1. *commun. opin. lib.*4.*tit.*9.*n.*348. *pag.*511. Surd. *deciſ.*231. *n.*19. Flores *var. lib.*3. *q.*23. *n.*40. *&* 89. Avend. *d. l.*42. *Tauri, gloſſ.*2.*n.*7. Mench. *Illuſtr.c.*63. *n.* 1. Stephan. Quarant. *in ſumma Bullarii, verbo Alienatio*, *n.*49. *pag.*34. Aloyſ. Ricc. *in prax.*, *deciſ.*249. *n.*7. Quando verò actus pro ſui ſolemnitate ſcriptu- 4
ram requirit, tunc curſu temporis ſolemnitas intrinſeca non præſumitur, de quo vide Menoch. *lib.*3. *de præſumpt. q.*108. *n.*1. *& q.*132. *n.*87. Honded.*conſ.*80. *n.*25. *lib.*1. Surd. *conſ.*28. *n.*110. Navar.*conſ.*3.*de cenſibus*, *n.*7. Burgos *conſ.*44 *n.*2. Monch.*illuſtr.c.*61.*n.*14. Rot. *in Romana fideicommiſſi*, 15. *Novembr.*1624. coram Remboldo, quicquid dicant Maſcard. *de probat. concl.*2.*n.*9.*& concl.*154. Valdeſ. *ad Xuar. p.*2. *pag.*43. Roland. *conſ.*99.*ex n.*33.*vol.*2. D.Barboſa *in l.*2. *ff.ſoluto matrim.* § *fin.n.*30.*&* 31. Unde ſolemnia requiſita 5
non præſumuntur interveniſſe ex temporis diuturnitate, quando ex inſpectione inſtrumenti appareat ea non interveniſſe, aliàs ſecus, ut per Bellacomb. *tom.*2. *commun.opin. lib.*7.*tit.*14. *n.*229. *pag.*274. Honded.*d. conſ.*80. *lib.*2. Menoch. *d. præſ.*132.*n.*79. Garc. *de beneſic.p.*12.*c.*2.*n.*188. Maſcard. *concl.*1140.*à n.*25. *& concl.*1216. *à n.*33. Cavaler. *deciſ.*613. *n.*2. Avend.*ad l.*31. *Tauri, gloſſ.*3. *num.*5. Anton. Gabr. *lib.*1. *de præſ. concl.* 1. *n.*57. Peregr. *de iure fiſci*, *lib.*6. *tit.*8. *num.*25. Valaſc. *conſ.*162. *num.*20. Cald. Pereira *de empt. c.*35. *n.*40. Rot. *deciſ.*84. *n.*2. *p.*2. *diverſ.* Steph. Gratian. *diſcept.forenſ. c.*268. *n.*4. quia hæc præſumptio intrat tantùm quando ſcriptura deficit, dummodo unà cum lapſu 30. annorum concurrat obſervantia, ut advertit Rot.*in Elicen.minerariarum*, 17.*Novembris* 1585. coram bonæ mem. Orano, & *in Cluſina bonorum*, 4. *Decembris* 1498. coram Corduba, & *in Romana fideicom.* 15. *Novembris* 1624. coram bonæ mem. Remboldo, *in verſ. minus facit.*

Solemnitas verò extrinſeca non præſumitur, quan- 6
do eſt talis, cui partes renuntiare non poſſunt, ut per Surd. *de aliment. tit.*8. *privil.*56. *num.*112. Ratifi- 7
catio ſolo temporis curſu præſumitur, ex Menoch. *conſ.*371. *à n.*22. non tamen ſi ignorabatur alienatio, juxta tradita per eundem Menoch. *conſ.* 120. *num.*37.

Advertе quod arrhæ non poſſunt alienari, etiam 8
de conſenſu uxorum, niſi maritus habeat bona ſufficientia tempore, quo dos eſt reſtituenda; nam aliàs, non obſtante geminato conſenſu, poterit mulier res alienatas vendicare, ac ſi non fuiſſent alienatæ, ut per Xuar. *tit.de las arrhas*, *à num.*44. D.Barboſ.*in l.*1.*ff.ſo-*

luto

*luto matrim. part.*5. *n.*50. ubi *num.*51. dicit quod huic reſolutioni non obſtat textus *in præſenti*, quia mulier non allegavit hanc cauſam, & ideo non conſideratur.

9 In gloſſ. *Fatigari*, ult. Ad illius ornatum vide Mench. *illuſtr. c.*64. *n.*10. Maſcard. *conſ.*417. & *concluſ.*1371. *n.*5.

10 In gloſſ. ibi, *Ratione tanti temporis.* Notatur ad hoc, quod beneplacitum Papæ, ſi aliter non probatur, præſumitur obtentum ſtante obſervantia contractus concordiæ, vel cujuſvis alterius actus per ſpatium triginta annorum, ut per Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloſ.*12. *in princ. n.*76.

SVMMARIVM.

1 *Pactum de recuperanda re poſt certum tempus, ſi in venditione apponitur, modico conſtituto pretio, præſumitur pignus, & non venditio.*

2 *Pactum de retro cum modicitate pretii inducit contractum uſurarium.*

3 *Pactum de recuperanda re vendita, etiam cum clauſula,* quandocunque, *præſcribitur ſpatio* 30. *annorum.*

4 *Vſuræ præſumptio oritur, ſi appoſitum ſit pactum, ne liceat infra certum tempus redimere.*

5 *Pactum de retrovendendo facit rem eſſe minoris pretii, quàm fuiſſet ſi libera venderetur.*

6 *Præſumptio juris dicitur patens probatio.*

7 *Emens cum pacto de retro, fructus ſuos facit, & dominus fit.*

8 *Ruſticus, & mulier facilè excuſantur, ne fœnus exercuiſſe dicantur.*

Cap. Ad noſtram V.

Innoc. III.

1 VEndens rem cum pacto, quod poſt certum tempus poſſit recuperari modico pretio, præſumitur venditio uſuraria, & cogitur reſtituere rem hæredibus, juxta pœnam Concilii Lateranenſis contra uſurarios latam. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Butr. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſt. Anchar. Henric. Panorm. Barbat. Guid. Papæ, Cened. *collect.*28. Vivian. *in ration. libri tertij iuris Pontif. pag.*178. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.*431. & *vol.* 4. *repet. in iure Canonico ſuper lib.*3. *Decret.* Anton. Burgos, remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. part.*1. & 2. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.*3. *Decret. lib.*3. *ſub tit.*14. *de emptione, cap.*1.

2 *Patet ex eo quod creditor*, &c.] Notatur hic text. ad hoc, quod pactum de retro cum modicitate pretii inducit contractum uſurarium, quaſi celebretur contractus pignoris, & res empta retineatur pro pignore, donec pecunia mutuata, ideſt, pretium, ſolvatur, de quo tamen vide Covar. *lib.*3. *var. c.*8. *n.*3. Bonacoſ. *commun. crimin. p.*1. *verbo Vſurarius, fol.*185. & *p.*2. *verbo Contractus, fol.*18. Tiraq. *de retract. tit.*2. *in præfat. n.*5. *cum ſeq.* Kirchou. *tom.*1. *commun. opin. lib.*4. *tit.*5. *de obligat. & actionibus, num.*36. *pag.*468. Mich. Graſſ. *tom.*2. *lib.*8. *tit.*28. *de evict. num.*14. *pag.*398. Cott. *in memorab. verbo Pactum, pag.*637. Alex. *conſ.*50. ex *n.*1. *vol.*6. Natt. *conſ.*198. Burſat. *conſ.*144. ex *n.*10. & *conſ.*353. ex *n.*33. & *conſ.*175. Roland. *conſ.*40. ex *n.*13. & *conſ.*96. *vol.*3. & *conſ.*58. *vol.*4. Cravet. *conſil.*156. Ioſeph. Ludov. *commun. opin. tit. de ſimulat. contractuum, concl.*1. *verſ. prima conjectura, cum ſeqq.* Ambroſ. de Vigna *in repet. c. ſalubriter, de uſur.* ex *n.*111. Anton. Scacc. *de iure non ſcripto, lib.*4. *c.*39. Vincent. Caroc. *de locato, p.*2. *tit. de uſuris, num.*6. Menoch. *de præſumpt. lib.*3. *q.*122. ex *n.*7. & 30. & *conſ.*343. *n.*20. & *de arbitr. c.*13. Felician. *de cenſib. lib.*1. *c.*6. *à n.*12. & *c.*7. *n.*7. Mozz. *de contract. tract. de empt. tit. ex quibus cauſis annulletur emptio, num.*31. addit. Farin. *part.*4. *deciſ.*118. *lit.* C, Fachin. *lib.*1. *controverſ. c.*12. Maſcard. *de probat. concl.*44. Molin. *de iuſtit. tract.*2. *diſp.*375. *verſ. hoc loco*, Ceval. *q.*234. latè Gaſp. Roder. *de annuis redditibus, lib.*2. *q.*3. *n.*8. *cum ſeqq.* Card. Mantic. *de tacitis, & ambig. convent. lib.*8. *tit.*20. *à n.*5. Steph. Gratian. *diſcept. forenſ. c.*258. *n.*1. Farin. *de falſitate, & ſimulat. q.*163. *à n.*40. Cardoſ. *in praxi iudicum, verbo Emptio, n.*56. & *verbo uſura, n.*10. Cald. Pereira *in l. ſi curatorem, verbo Sua facilitate, n.*58. *cum ſeqq.* & *de reſol. emphyt. c.*13. *n.*26. Valaſc. *conſ.*70. *num.*3. & 9. plures Doctores refert Cened. *ad Decret. collect.*18. *n.*1. Ex decidentibus Afflict. *Neapol. deciſ.*65. Caſſad. *deciſ.*1. *de uſuris*, Grammat. *deciſ.*76. Boër. *Burgund. deciſ.*102. Cornaz. *Lucenſi deciſ.* 41. Franc. Marc. *Delphin. deciſ.*485. *p.*1. D. Marta *Piſana deciſ.*54. *à n.*1. Gam. *Luſit. deciſ.*138. *n.*1. Cavalcan. *p.*2. *deciſ.*1. ex *n.*7. & *deciſ.*32. *n.*66.

Quod quandocunque, &c.] Hoc pactum de recuperanda re vendita etiam cum clauſula, *quandocumque*, præſcribitur ſpatio 30. annorum, ad quod plures citat Doctores Cened. *d. collect.*28. *n.*2. quibus adde Viv. *tom.*1. *commun. opin. lib.*2. *tit.*3. *de pactis, n.*18. *in princ.* & *lib.*4. *tit.*37. *n.*25. *pag.*945. Soar. *tom.*2. *lib.*7. *tit.*5. *n.*1. *pag.*235. ubi Fichard. *num.*17. *pag.*236. Stephan. Gratian. *diſcep. forenſ. c.*2. *n.*5. D. Marta *d. c.*34. *n.*11. Cald. Pereira *in l. ſi curatorem, verbo ſua facilitate, n.*70. Molin. *diſp.*374. *verſ. quando*, Card. Mantic. *de tacitis, & ambig. convent. lib.*4. *tit.*31. *n.*26. Bernard. Grævæ. *ad practicam Cameræ Imper. lib.*2. *concluſ.*18. *conſid.*1. ubi *num.*11. intelligit licèt interveniret juramentum. 3

A ſeptennio uſque ad novennium, &c.] Notatur ad hoc, quod præſumptio uſuræ oritur, ſi appoſitum ſit pactum ne liceat intra certum tempus redimere, ſi alia conjectura concurrat, veluti quod modico etiam pretio facta ſit venditio, vel quod emptor ſit ſolitus fœnerari, refert plures Doctores Cened. *d. collect.*28. *n.*3. vide Perez *l.*2. *tit.*2. *lib.*8. *Ordin. pag.*41. Azeved. *l.*4. *n.*35. & *ſeq. tit.*6. *lib.*8. *recop.* Gemin. *de uſuris, commento* 1. §. 1. *n.*40. Felician. *de cenſibus, lib.*1. *c.*7. *n.*7. Card. Mantic. *d. tit.*20. *n.*33. Gaſp. Roder. *de annuis redditibus, lib.*2. *q.*1. *n.*14. multos citat Caſtil. *lib.*2. *quotid. cap.*25. *num.*9. Paul. Comitol. *reſponſ. moral. lib.*3. *quæſt.*30. 4

Domos ejus reſtitueret.] Notatur ad hoc, quod propter pactum de retrovendendo adjectum venditioni res non eſt tanti æſtimanda, imò talis conditio, & pactum facit eam eſſe minoris pretii, quàm fuiſſet, ſi libera venderetur. Vide citatos à Cened. *d. collect.*28. *num.*4. Pinel. *d. l.*9. *de reſcind. vend. p.*3. *cap. fin. n.*12. Menoch. *conſ.*358. *n.*26. Gemin. *de uſuris, commento* 2. §. 5. *n.*129. Cardin. Mantic. *d. tit.*20. *num.*41. Molin. *diſp.*375. *verſ. rem venditam*, Maſcard. *concl.*970. *n.*13. Azor. *inſtit. moral. part.*3. *lib.*8. *cap.*12. *q.*3. Gomez *deciſ.*198. *n.*2. & *deciſ.*168. *n.*8. Valaſc. *de iure emphyt. q.*10. *n.*6. *ad finem*, & *conſ.*60. *n.*10. Cald. Pereira *in l. ſi curatorem, verbo Sua facilitate, num.*83. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib.*23. *num.*293. Et juxta ſtylum Rotæ æſtimatur, ut aſcendat ad ſextam partem pretii rei venditæ, ex eadem Rot. *deciſ.*446. *in fin. p.*1. *recent.* & *in Romana domus*, 16. *Iunii* 1614. coram bonæ mem. Buratto, inter ejus impreſſas *dec.*62. *num.*8. ubi Ferentil. *in annot. lit. B*, licèt aliàs dixerit 5

quod

quod ſi illud pactum fuiſſet perpetuum, facere æſtimationem minui paulò minus quàm in tertia parte, ut *in deciſ. 746. num. 5. part. 4. diverſ.* & quod æſtimetur in tertia parte, adeò ut res valoris centum vendita cum tali pacto valeat ſolùm ſeptuaginta, tenet Tiraq. *de retract. convent. in præfat. num. 20. verſ. quartum,* Roland. *conſ. 96. num. 36. cum ſeqq. lib. 2.* Ioſeph. Ludov. Peruſ. *deciſ. 97. n. 4.* Cardin. Mantic. *d. tit. 20. num. 49.*

6 In gloſſ. *Patet*, ibi, *præſumitur.* Notatur ad hoc, quod præſumptio juris dicitur patens probatio, *l. licèt, ff. de legatis 1. l. 1.* ibi, *liquido, C. de teſtam. milit.* Tiraq. *in l. ſi unquam, verbo Donatione, n. 158.* Afflict. *deciſ. 13. n. 23. & 24. & deciſ. 44. n. 14. cum ſeqq.* Menoch. *remed. 15. recup. n. 400. & de præſumpt. lib. 1. q. 33.* Covar. *lib. 2. var. c. 6. n. 1.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloſſ. 43.* Alvarad. *de conjecturata mente defuncti, lib. 2. cap. 4. à num. 8.*

7 In ead. gloſſ. ibi, *& haberet emptor fructus.* Notatur ad hoc, quod emens cum pacto de retro, fructus ſuos facit, & verus dominus rei ſit, ut per Ioſeph. Ludov. *deciſ. 79.* Theſaur. *deciſ. 56.* Iaffred. Balb. *deciſ. 29.* Ordin. Regiam Luſit. *lib. 4. tit. 4. in princ.* Etiamſi adſit ſuſpicio, niſi hujuſmodi contractus judicaretur in totum fœneratitius, quia tunc locus erit imputationi fructuum in ſortem, ut per Surd. *deciſ. 34. in fine,* Stephan. Grat. *diſcept. forenſ. c. 26. n. 21. cum ſeqq.*

In ead. gloſſ. ibi, *& ita potius conſiderandum eſt, quod agitur inter contrahentes.* Ruſticus, & mulier facilè excuſantur, ne fœnus exercuiſſe dicantur, & arbitrio judicis relinquitur an ruſticus, & mulier ſic ignari, & ſimplices ſint, ut nil mali de eis ſuſpicari poſſit, vide Menoch. *de præſumpt. lib. 3. q. 122. n. 40. & de arbitr. caſu 194. n. 47. & conſ. 353. n. 17.* Card. Mantic. *de tacitis, & ambig. convent. lib. 8. tit. 25. n. 13. & 14.* Ruſticus in dubio præſumitur ſagax, & non ſimplex, ut per Surd. *deciſ. 237. n. 11.* ubi *n. 12.* reſolvit quod ruſtico ſagaci non ſubvenitur, quod etiam tenet Farin. *in praxi crimin. p. 3. q. 98. n. 28. & 56.*

SVMMARIVM.

1 *Venditor deceptus ultra dimidiam juſti pretii agere poteſt, ut res ſibi reddendo pretium acceptum reſtituatur, vel juſtum pretium ſuppleatur, & in hoc electio eſt emptoris.*

3 *Fructuum reſtitutio non fit, quando reſcinditur contractus ex læſione ultra dimidiam, ſecus ſi læſio ſit enormiſſima.*

4 *Minor læſus ultra dimidiam an ſit reſtituendus, oſtenditur.*

Cap. Cùm cauſa VI.

1 Venditor deceptus ultra dimidiam juſti pretii agere poteſt, vel ut reſtituto pretio ſibi res reddatur, vel ut juſtum pretium ſuppleatur, & in hoc electio eſt emptoris. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Butr. Imol. Anan. Hoſtienſ. Anchar. Henric. Panorm. Barbat. Vivian. *in rationali tertii libri iuris Pontificij, pag. 178.* Alagona *in compendio iuris Canon. pag. 431. & vol. 4. repet. in iure Canonico ad lib. 4. Decret.* Anton. Burgos, remiſſivè Ximen. *in concordant. part. 1. & 2.* refertur ab Anton. Auguſt. *collect. 1. Decret. lib. 3. tit. 13. cap. 3.*

2 De materia hujus text. latè dixi ad *cap. cùm dilecti 3. ſuprà hoc tit.*

3 *Poſſeſſiones reſtituerent.*] Non autem fructus ex eis perceptos; fructuum enim reſtitutio non fit quando reſcinditur contractus ex læſione ultra dimidiam, ſecus tamen ſi læſio ſit enormiſſima, quia tunc condemnatus tenetur ad reſtitutionem fructuum, ut per Pinel. *d. l. 2. C. de reſcind. vendit. p. 2. c. 4. à n. 1.* Covar. *lib. 2. var. c. 3. n. 9.* Gom. *l. 70. Tauri, n. 29. & tom. 2. c. 2. n. 24.* Mozz. *de contract. lib. tract. de empt. tit. quibus caſibus annulletur emptio.* Mench. *frequent. c. 7.* Vincent. de Franch. *Neap. deciſ. 119. 495. & 242.* Magon. *Florent. dec. 23. in fine,* Parlad. *lib. 2. rerum quotid. cap. fin. p. 5. §. 16. n. 12.* Guttier. *pract. lib. 2. q. 134.* Morl. *in emporio iuris, p. 1. tit. 9. q. 21.* Molin. *diſp. 349. verſ. utrùm autem quando,* Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. p. 4. collect. 681.* Cevall. *q. 536. n. 17. cum ſeqq. & q. 762. à n. 1.* Cald. Pereira *in l. ſi curatorem, verbo Implorare, n. 13. & de poteſt. elig. c. 4. n. 10.* Cardoſo *in praxi iudicum, verbo Fructus, n. 10.* Rebel. *de obligat. inſtit. p. 2. lib. 7. q. 4. n. 9. & lib. 9. q. 16. ſect. 2.*

In gloſſ. ult. ibi, *ſecus in minore,* &c. Notatur ad hoc, 4
quod etiamſi contractus minoris ſit juratus, juramentum adductum operatur ſolùm, quod minor non poſſit in integrum reſtitui, quia per juramentum habetur pro majori, ex appoſitione tamen jurisjurandi non tolluntur ei alia juris remedia, putà allegatio læſionis ultra dimidiam, niſi expreſsè renuntiaverit tali læſioni. Vide Gam. *deciſ. 212. & 291.* Cald. Pereira *in l. ſi curatorem, verbo Implorare, num. 12.* Vincent. de Franchis *Neapol. deciſ. 248.* Valaſc. *conſult. 130. n. 27.* Garc. *de nobilit. gloſſ. 9. §. 1. num. 5.* ubi reſolvit quod minor læſus ultra dimidiam, omiſſo remedio læſionis, quod eſt ordinarium, poteſt ad beneficium reſtitutionis confugere, quia pinguius, & utilius, & commodius.

SVMMARIVM.

1 *Venditor in quibus caſibus re evicta non teneatur de evictione, oſtenditur.*

2 *Emptor cùm vi depellitur à re empta, venditor non tenetur de evictione.*

3 *Evictio ceſſat cùm quis ſcienter rem emit alienam.*

4 *Evictio ceſſat cùm quis emit jus, quod venditor habet in re.*

5 *Evictio non competit adversùs donantem.*

6 *Evictio quando cadat in emphyteuſi, oſtenditur.*

7 *Emptor ut contra venditorem agere poſſit de evictione, tenetur litem motam venditori nuntiare ante apertas atteſtationes.*

8 *Emptor, qui non denuntiavit litem motam venditori, non poteſt agere de evictione, etiamſi probet ſententiam contra ſe latam iuſtè, & ſecundùm ius fuiſſe prolatam.*

9 *Evictio datur in beneficialibus.*

10 *Filius à quo evincitur legitima etiam aſſignata per patrem, poteſt agere de evictione contra fratres, vel cohæredes.*

11 *Feudo evicto tenetur dominus de evictione, niſi vaſſallus, ſeu feudatarius ſciviſſet rem de qua inveſtiebatur.*

12 *Minor, & fiſcus non tenentur denuntiare, ſed ſequuta evictione poſſunt agere contra ſuum auctorem.*

13 *Denuntiatio non eſt neceſſaria ſtante iuramento de defendenda lite, & cauſa, ſi venditor ſciat litem eſſe motam.*

14 *Evictio ceſſat ubi per contumaciam emptor condemnatur.*

15 *Venditor tenetur emptorem defendere coram iudice à quo emptor conventus eſt, & quid ſi ſit Clericus, remiſſivè,* & n. 16.

17 *Iudiciis*

17 *Iudicis imprudentia venditori nocere non debet.*
18 *Venditor ubi latitat , & impedit ne fiat determinatio , tenetur de evictione abſque alia denuntiatione.*
19 *Evicta re per ſententiam arbitri,an,& quando emptor contra venditorem de evictione agere poſſit , oſtenditur.*
20 *Emptor poteſt recuperare à venditore ſumptus , quos fecit in lite , & etiam damna , & intereſſe , caſu quo res non fuerit evicta.*

Cap. Si venditori VII. & ult.

Gregor. IX.

1 VEnditor non tenetur emptori de evictione , primò ſi emptor mota lite contra ipſum eam denuntiavit venditori , ut rem defenderet : ſecundò ſi tempore ſententiæ ſe contumaciter abſentaverit : tertiò ſi per injuriam judicis ſententia fuerit lata contra ipſum. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Butr. Imol. Anan. Hoſt. Anchar. Henric. Panorm. Barbat. Guid. Papæ , Cened. *collect.*141. Viv. *in ration. libri tertij iur. Pontif. pag.*179. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.*432. *& vol.*4. *repet. in iure Canon. ad lib.* 3. *Decretal.* Anton. Burgos , remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.*1. *&* 2.

Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſumunt Capel. Tholoſ. *deciſ.*408. Capic. *deciſ.*106. *à princ.* Capra *reg.*87. *ex num.*227. Duen. *reg.*242. Alexand. *conſ.*138. *à num.*1. *vol.*7. Covar. *lib.*4. *variar. c.*17. *à princ.* Perez *l.*2. *verſ. dubitatur eo caſu , tit.*7. *lib.*5. *Ordin. pag.*194.

2 Vltra caſus relatos *in hoc text.* in quibus venditor non tenetur de evictione , alii ſunt in quibus illa ceſſat , veluti cùm emptor vi depellitur à re empta , Ordin. Regia Luſitan. *lib.*3. *tit.*45. §.4. ubi parens meus, Anton. Gom. *tom.*2. *var. c.*2. *n.*43. Cald. Pereira *de empt. c.*31. *n.*106. ubi *n.*101. limitat quando violentia fuit commiſſa in odium vendentis.

3 Ceſſat etiam evictio cùm quis ſcienter rem emit alienam , Ordin. Reg. Luſit. *d. tit.*45. §.5. Ant.Gom. *d. c.*2. *n.*42. Vezin. *tom.*2. *commun. opin. lib... tit.*38. *n.*64. Covar. *lib.*3. *var. c.*17. *n.*1. Tiraq. *de retractu lign.* §.12. *gloſ... à n.*7. Palat. *in rep. t. rubr. de donat. inter vir. & uxor.* §.65. *n.*53. Calcan. *de tutore, & curatore, n.*172. Caballin. *de evict.* §.5. *num.*31. Paul. Montan. *de tutel. & curis, c.*33. *n.*104. Centolin. *in addit. ad Farin. p.*4. *deciſ.*44. *n.*1. Ioan. Martin. à Coſta *in addit. ad formam libellorum , annot.*17. *n.*12. Cald. Pereira *d.c.*31. *n.*105.

4 Deinde ceſſat cùm quis emit jus, quod venditor habet in re, Menoch. *conſ.*178. *n.*23.

5 Adversùs donantem non competit evictio, *l. Ariſto* 18. §. *fin. ff. de donat. l.*2. *C. de evict.* Anton. Gom. *d. c.*2. *n.*35. *& c* 4. *n.*2. Pinel. *in l.*1. *p.*3. *n.*61. *illat.*12. *C. de bonis maternis.* Bellacomb. *d. tit.*38. *n.*61. Covar. *lib.*2. *var. c.*15. *n.*1. Molin. *de iuſtit. tract.*2. *diſp.*252. *verſ. ſecundò ſumitur ,* D. Barboſ. *in l. ſi æſtimatis* 51. *n.*17. *ff. ſoluto matrim.* Cabed. *p.*1. *deciſ.*37. *num.*1. *& deciſ.*119. *n.*12. Valaſc. *de partit. c.*37. *n.*3. Cald. Pereira *d. c.*12. *n.*41 qui limitant quando donatio eſt remuneratoria , vel quando donator expreſsè promiſit ſe teneri velle de evictione.

6 Vlteriùs ceſſat evictio in emphyteuſi conceſſa cum clauſulâ , *ſalvis juribus cujuſcumque tertii* , quia tunc non tenetur dominus de evictione , ut per Surd. *deciſ.*290. *n.*7. Cald. Pereira *d. c.*31. *n.*24. In aliis tamen caſibus evictio debetur emphyteutæ , de quibus vide Valaſc. *de iure emphyt. q.*38. *n.*32. *& de partit. c.*37. *n.*1. Surd. *d. deciſ.*290. *à n.*17. Veluti ſi dominus directus renovationem emphyteuſis conceſſerit illegitimo ſucceſſori , tunc enim tenebitur ad intereſſe , Gam. *Luſit. deciſ.*117. *n.*1. Cald. Pereira *de renovat. emphyt. q.*7. *ad fin.* Valaſc. *conſ.*172. *& conſ.*129. *à n.*3.

Vt rem venditam ubi defenderet , nuntiare.] Ergo ut emptor contra venditorem agere poſſit de evictione, tenetur litem motam venditori nuntiare, ita Ordin. Regia Luſitan. *lib.*3. *tit.*45. §.2. & apud Caſtellanos *l.*36. *tit.*5. *p.*5. Cov. *lib.*3. *var. c.*17. *n.*3. *in princ.* Mich. Graſſ. *tom.*2. *commun. opin. lib.*8. *tit* 28. *n.*8. *pag.*397. & Don. à Fina *n.*13. Villalob. *n.*18. Viv. *n.*40. Bellacomb. *n.*68. *cum ſeqq.* Menoch. *conſ.*100. *n.*181. Gam. *dec.*79. *n.*1. *& deciſ.*101. *n.*1. Maſcard. *de probat. concl.*614. *n.*8. Guttier. *de iuram. confirm. p.*1. *c.*61. *n.*3. Alex. Trentacinq. *lib.*3. *var. tit. de empt. reſol.*4. Morl. *in emporio iuris, p.*1. *tit.*9. *in prælud. n.*38. D. Barboſ. *in l.*1. §. *fin. n.*41. *ad finem, & n.*42. *ff. ſoluto matr.* Cald. Pereira *d. c.*31. *n.*79. & hujuſmodi denuntiatio debet fieri ante apertas atteſtationes , ſaltem apud Luſitanos, ex Ordinat. Regia *d. tit.*45. §.2. *ad fin.* & apud Caſtellanos *l.*32. *&* 36. *tit.*5. *p.*5. vide de jure communi *in l. ſi cùm quæſtio, C. de evict.* Covar. *d. c.*17. *n.*8. Anton. Gom. *tom.*2. *c.*2. *n.*39. Menoch. *de arbitr. caſu* 476. Perez *tit.*7. *lib.*3. *Ordin. pag.*103. *cum ſeqq.* Cald. Pereira *d. c* 31. *n.*8. Benedict. Ægid. *in repet. l. ex hoc iure, c.*8. *de empt. & vendit. n.*82. ubi tenet de jure communi nunriationem poſſe fieri etiam in inſtantia appellationis, dummodo idoneo adhuc tempore ad cauſæ defenſionem fiat. 7

Amplia primò hujuſmodi denuntiationem neceſſariam eſſe , etiamſi apertè conſtet de juſtitia evincentis , & emptor , qui non denuntiavit , probet ſententiam contra ſe latam juſtè , & ſecundùm jus fuiſſe prolatam , ex gloſſ. *verbo Poſſe , in fine , in l. emptorem , in princ. ff. de action. empt.* vide tamen Cald. Pereira *d. c.*31. *n.*71. Guttier. *d. c.*61. *n.*18 D. Barboſ. *in l. venditor , ff. de iudic. n.*29. *cum ſeqq.* Surd. *deciſ.*22. *num.*9. 8

Amplia ſecundò in beneficialibus , in quibus datur evictio, ut poſt Rebuff. reſolvit Zerol. *in praxi Epiſcopali, p.*1. *verbo Evictio, pag.*158. 9

Amplia tertiò in filio , à quo evincitur legitima etiam aſſignata per patrem , qui agere poteſt de evictione contra fratres , vel cohæredes , *l. ſcimus , in princip.* ubi gloſſ. & Iaſon *num.* *C. de inoffic. teſtam.* Anton. Gom. *d. cap.*2. *num.*34. Valaſc. *de partit. c.*37. *per totum.* 10

Amplia quartò in feudo, quo evicto tenebitur dominus de evictione , vide Surd. *deciſ.* 290. *num.*16. Camil. Borrel. *in ſum. omnium deciſ. tit.*34. *de feudis, n.*585. niſi vaſſallus, ſeu feudatarius ſciviſſet rem, de qua inveſtiebatur , eſſe alienam, tunc enim contra dominum inveſtientem pro evictione agere poſſe , reſolvunt Bapt. Coſta *de facti ſcientia , & ignor. cent.*1. *diſt.*4. *n.*7. Surd. *deciſ.*243. *n.*1. Camil. Borrel. *d. tit.*34. *num.*588. 11

Limita primò in minore, & fiſco , qui non tenentur denuntiare , ſed ſequuta evictione poſſunt agere contra ſuos actores , ut per Peregr. *de iure fiſci , lib.*6. *tit.*4. *n.*39. Stephan Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*175. *n.*33. Mench. *frequent. cap.*9. *n.*18. Bellacomb. *tom.*2. *commun. opin. lib.*8. *tit.*28. *num.*69. *verſ. limita quoque,* D. Barboſ. *d. l. venditor, n.*124. Cald. Pereira *d. c.*31. *num.*69. ubi intelligit , ſi venditor eſſet conſcius litis motæ. 12

Limita ſecundò extante juramento de defendenda lite , & cauſa , quia tunc non eſt neceſſaria denuntiatio , ſi venditor ſciat litem motam , ut per Capic. *deciſ.*106. 13

*deciſ.*106. *n.*3. Ludov. Gom. *in §. item ſi quis poſtulaverit, n.*10. *Inſtit. de actionib.* Palat. *in repet. cap. per veſtras, de donat. inter virum, & uxorem, §. fin. n.*32. Covar. *in cap. quamvis pactum, p.*1. §.4. *n.*5. *verſ. ſeptimò, & lib.*3. *var. c.*17. *n.*5. Seraph. *de privileg. iuram privileg.*94. Gutrier. *d. c.*61. *n.*19. Menoch. *conſ.*128. *n.*15. Cald. Pereira *d. c.*31. *n.*70.

14 *Vel contumaciter abſuit.*] Notatur ad hoc, quod ubi per contumaciam emptor condemnatur, evictio ceſſat. Bellacomb. *tom.*2. *commun. opin. lib.*8. *tit.*38. *num.*60. Surd. *deciſ.*22. *à princ.* In dubio namque præſumitur condemnatus non ex defectu cauſæ, ſed ratione contumaciæ, *l. ſi ideo, in princ. ff. de evict. l. emptor, Cod. eodem,* Felin. *in cap. cùm Bertoldus, n.*23. *de re iudicata,* Covar. *lib.*3. *var. c.*17. *n.*9. Hippol. *in pract. §. poſtquam, n.*53. Perez *tit.*7. *lib.*5. *Ordin. pag.*194. *in fine,* Maſcard. *de probat. concl.*614. *n.*4. ubi reſolvit quod emptor in dubio non poteſt agere de evictione, niſi probet quod defenderit cauſam quantum in ſe fuit; & non fuerit contumax: & *n.*5. quod emptor oſtendere debet ſe proſequutum fuiſſe ſuam appellationem uſque ad finem, etſi conſtiterit ſententiam fuiſſe latam contra ipſum, & ipſum appellaſſe. Illud advertere oportet, quod venditor tenetur ſemper de evictione, licèt illam expreſsè non promiſerit, cùm evictio ſit de natura emptionis, *l. cùm dubitatur,* & *ibi* Bald. *C. de evict.* latè Tiraq. *de retract. lign.* §.2. *in gloſ. ult. num.*4. & ideo procurator conſtitutus ad vendendum poteſt promittere de evictione, licèt id expreſſum non habeat in mandatis, Tiraquel. *d. num.*4. *verſ. hincque procurator,* & fuit dictum *in Terracinen. molendini,* 28. *Ianuarii* 1618. & *in Romana officii,* 31. *ejuſdem menſis & anni,* coram R. P. D. meo Pirovano, refert Ferent. *in annot. ad deciſ.*381. *Buratti, lit. A.*

15 *Defendat.* Coram judice, à quo emptor conventus eſt, licèt aliàs venditor ex ſuo privilegio alibi eſſet conveniendus, *l. venditor, ff. de iudic. l.*1. *C. ubi in rem actio,* Ordin. Regia Luſitan. *lib.*3. *tit.*45. *§. ult.* ubi patens meus, Soar. de Pace *in praxi, tom.*3. *c.*1. *§.*3. *n.*13. D. Barboſ. *d. l. venditor, à n.*132. Cald. Pereira *d. c.*31. *à n.*82. Mendez à Caſtro *in praxi ſeculari Luſit. lib.*3. *c.*5. *n.*7.

16 Quid ſi venditor ſit Clericus, an teneatur emptorem laicum defendere coram ſuo judice, à quo conventus eſt? vide Ordin. Reg. Luſit. *lib.*2. *tit.*1. *§.*11. & apud Caſtellanos *l.*57. *in fin. tit.*6. *p.*1. Boër. *dec.*69. *num.*27. Covar. *pract. cap.*8. *num.*2. *verſ. quæ quidem,* Grammat. *deciſ.*21. *num.*4. Capic. *deciſ.* 197. *num.*7. Marant. *de ordine iudic. part.*4. *diſtinct.* 11. *num.* 78. Guillelm. Benedict. *in cap. Raynutius, verbo Uxorem in* 2. *n.*125. *aliàs* 417. Gail. *lib.*1. *obſerv.*37. *n.*7. Ant. Gom. *d. c.*2. *num.*39. *col.*8. Anfrer. *in tract. de poteſtate ſeculari, reg.*2. *num.*9. *verſ. quintò fallit,* Girond. *de gabellis, part.*4. *§.*1. *num.*15. Perez *l.*4. *verſ. hinc eſt, quod Clericus, tit.*2. *lib.*3. *Ordin. pag.*143. Humad. *d. l.*57. *gloſſ.*6. Mynſing. *cent.*1. *obſerv.*22. *ad fin.* Azeved. *l.*5. *num.*2. *tit.*4. *lib.*5. *nova recop.* Fachin. *lib.*2. *controv. c.*39. *col.*2. *lit. D,* Gam. *Luſit. deciſ.*332. *num.*1. Surd. *conſ.*222. *num.*20. *& conſ.*396. *num.*7. Franc. Vivian. *Neap. deciſ.*49. *num.*8. Cevall. *commun. contra commun. q.*588. *& tom.*7. *q.*896. *n.*627. Bobadil. *in ſua politica, lib.*2. *c.*18. *num.*169. Modern. *de iuriſdict. p.*4. *cent.*1. *caſu* 34. Cened. *ad Decretum, collect.*37. *num.*8. Molin. *de iuſtit. tract.*2. *diſp.*380. *verſ. quando venditor,* Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*22. *num.*35. Cardoſ. *in praxi iudicum, verbo Emptio, n.*34. D. Barboſ. *in l. venditor* 49. *à num.*138. *cum ſeqq. ff. de iudic.* Cald. Pereira *de empt. c.*32. *num.*84. Mendez à Caſtro *in praxi Luſitaniæ, lib.*3. *c.*5. *§.*11. *verſ. ſecundò* amplia, Cur. Philip. *part.*1. *§.*5. *num.*20. Bernard. Græv. *ad pract. Cameræ Imper. lib.*1. *concl.*37. *conſid.*8. Camill. Borrel. *in ſumma omnium deciſ. tit.*7. *num.*90. *cum ſeqq.*

Per iniuriam.] Vel imprudentiam judicis, quæ venditori nocere non debet, cùm emptor ex defectu juris non ſuccumbat, *l. ſi per imprudentiam, ff. de evict. l. emptor, C. eod.* Covar. *d. c.*17. *n.*19. Perez *tit.*7. *Ordin. pag.*195. Menoch. *conſ.*361. *n.*1. Secus ſi per imprudentiam Advocati, quem contumacem, vel indoctum adhibuit, ex Cald. Pereira *d. c.*32. *n.*29. 17

In gloſſ. *Inveſtitus* 1. ibi, *quid ſi per venditorem ſteterit,* &c.] Notatur ad hoc, quod venditor ubi latitat & impedit ne fiat denunciatio, tenetur de evictione, abſque alia denunciatione, ut per Maſcard. *de probat. concl.*614. *à n.*20. 18

In ead. gloſſ. ibi, *Item ſi emptor compromittit,* &c.] Evicta re per ſententiam arbitri emptor contra venditorem de evictione non rectè agit, niſi compromiſſum ejus voluntate, aut ex neceſſitate fieret, putà ex forma ſtatuti, vel alio jure ad hoc fuiſſet coactus emptor, ut per Bened. Capr. *tom.*1. *commun. opin. lib.*8. *tit.*28. *n.*47. *pag.*400. ubi Bellacomb. *n.*56. *pag.*401. Surd. *deciſ.*22. *n.*1. Cald. Pereira *d. c.*31. *n.*31. 19

Adverte quod emptor poteſt recuperare à venditore ſumptus, quos fecit in lite, & etiam damna, & intereſſe eo caſu, quo res non fuit evicta, ut per Anton. Gom. *tom.*2. *c.*2. *n.*47. Mich. Graſſ. *d. tom.*2. *lib.*8. *tit.*28. *num.*11. *pag.*398. ubi Vezin. *num.*52. *pag.*400. *& n.*54. *pag.*401. Cald. Pereira *d. c.*31. *n.*33. Et ad amiſſionem augmenti valoris, ex Farin. *noviſſ. Rotæ deciſ.*13. *n.*2. aliàs *p.*3. *diverſ.* 20

De Locato, & Conducto.

Tit. XVIII.

SUMMARIUM.

1 *Doctores referuntur ſuper hanc rubricam ſcribentes.*
2 *Locationis, & conductionis materia ubi tractetur, oſtenditur.*
3 *Locator, & conductor unde, & quotupliciter dicantur, oſtenditur.*
4 *Locatio eſt conventio, qua factum ſolitum perſonarum vile officium exercentium, vel uſus rei pro certa mercede conceditur.*
5 *Merces in locatione debet eſſe certa, non ſimpliciter conſtituta, aliàs eſſet contractus innominatus.*
6 *Merces certa quando dicatur conſtituta.*
7 *Merces certa, quæ in locatione intervenire debet, an neceſſariò ſit conſtituenda in pecunia numerata, an verò ſufficiat quod conſtituatur in alia quacunque ſpecie, oſtenditur.*

Super hanc rubricam ſcripſerunt Zabar. Ioan. Andr. Imol. Anan. Anchar. Panorm. Guid. Papæ, Guillelm. Durand. *in Breviario aureo iuris Canonici, fol.*99. *verſo,* Ioan. de Londris *in Breviario ſanctorum Canon. fol.*174. Martin. Meſnart. *in epitome Decretal. fol.*111. *verſo,* Petr. de Ravenna *in compend. jur. Canon.* Dan. Venator *in analyſi methodica iuris Pontif. pag.*419. Goffred. & Hoſt. *in ſum. huius tit.* Alexand. Caſan. & Anaſt. Germon. *in paratitlis ad* 5. *libr. Decret. ſub hoc tit.* novè Barr. Carthag. *in expoſitione titulorum iuris Canon. ſub eod.* & noviſſimè Didac. de Britto. 1

2 De materia tit. agit apud Luſitanos Ordin. Regia *lib.4. tit.23.* & apud Caſtellanos *tit.8. p.1.* & latè materiam proſequuntur Verrut. *de verborum ſignificat. verbo Locatio,* Anton. Gom. *tom.2. var. cap.3 de locato,* Cancer. *var. cap.14. de locato,* Pichard. *in rubr. Inſtit. de locatione,* Vivian. Kitchou. Soar. & alii *tom.1. commun. opin. lib.4. tit.43. de locato, pag.654. cum ſeqq.* Mozz. *de contract. tract. de locato,* Petr. Gregor. *ſyntagm. iuris lib.27. de locato,* Carot. *in ſpeciali tract. de locato,* Cardoſo *in praxi Iudicum, & Advocat. verbo Locato,* Moria *in emporio iuris, p.1. tit.10. de locato,* Cardin. Mantic. *de tacitis, & ambig. convent. lib.5. de locato,* Pinel. *in l.2. C. de reſcind. vendit. p.2. c.3. n.4. cum ſeqq.* Valaſc. *de iure emphyt. q.21. & 23.* Soar. de Pace *in pract. tom.3. cap.6. §.3.* Cabed. *p.1. deciſ.92.* Fr. Ludov. Beja *reſponſ. caſuum conſcient. p.2. caſu 20.* Ex doctis Patribus Societatis Iesu de locatione eruditè tractarunt Molin. *de iuſtitia, tract.2. diſp.486. cum ſeqq.* Leſſ. *eod. tract. lib.2. c.24.* Rebello *de obligation. iuſtitia, p.2. lib.14.* Paul. Comitol. *reſponſ. moralium lib.3. q.12. n.4. & q.29. num.4.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib.25. cap.38. à n.486. cum multis ſequentibus,* Layman. *in Theolog. moral. tract.4. cap.22.*

3 *Locato.*] Dicitur à verbo *locare*, & inter alia ſignificat in aliquo loco ponere, unde qui in fundo aliquem conſtituunt ad utendum, vel habitandum, locare dicuntur; conductor verò à verbo *conducere*, hoc eſt, ſecum ducere, tradit ex Varrone *lib.4. de lingua Latina,* Donel. *comment. iuris Civilis lib.13. c.6. n.30. cum ſeqq.* Quo fit, locatorem appellari, qui rem ſuam alteri utendam, vel factum proprium pro mercede concedit, conductorem verò dici qui mercedem dat, ut uſum conſequatur, quaſi ductum ejus res locata ſequatur, ut ex Briſſon. tradit Pichard. *in rubr. Inſtit. de locato,* Cujac. *lib.2. obſerv.28.* Moſcon. *dilucidat. totius iuris Civilis lib.3. tit. de oblig. ex contractu, dilucid.17. n.123.* multoties tandem locator dicitur qui dat mercedem, conductor qui accipit, ut multis exemplis oſtendunt Cujac. & Pichard. *ubi ſup.* Verrut. *de verb. ſignif. verbo Locationis,* & ita veteres promiſcuè his verbis utebantur, ut conſtat ex *l. veteres, cum ll. ſeqq. ff. de actionib. empti,* & ex *l.1. ff. de ſuperficieb.* notant Connan. *lib.7. comment. iuris Civilis, c.15.* Petr. Greg. *ſyntagm. iuris lib.27. in princ.* Strach. *de mercat. tom.1. tit. de navib. p.3. in princ.* quicquid teneat Cujac. *lib.9. obſerv. c.15.*

4 Locatio autem, & conductio in hunc ſenſum accepta variè à Doctoribus definitur, ut per antiquiores *in rubr. huius tit. & ff. & C. eod.* Sot. *lib.6. de inſtit. q.2. art.1.* Petr. Gregor. *ubi ſupr. num.3. & in partit. iuris Canon. lib.3. tit.16. c.1.* Cujac. *in paratitl. ff. & C. hoc tit.* Verrut. *de verbor. ſignif. verb. Locatio,* Anton. Gom. *var. tom.2. de contract. c.3.* Moſcon. *d. dilucid.17. n.122.* Donel. *d. c.9. n.30.* Card. Mantic. *de tacitis, & ambig. convent. lib.5. tit.1. n.2.* refert plures, & propriam aſſignat Carot. *in tract. huius tit. in princ.* Sed inter omnes illa mihi melior definitio videtur, & quæ magis eſſentiam rei explicat, quæ ſequentibus continetur verbis. *Locatio eſt conventio, qua factum ſolitum perſonarum vile officium exercentium, vel uſus rei pro mercede conceditur.* Ponitur, *conventio*, loco generis, quia multæ dantur conventiones, quæ non ſunt locationes, *l.1. §. conventionis, & §. fin. l. juriſgentium 7. ff. de pactis, l. ex hoc iure, ff. de iuſtit.* reliquæ particulæ ponuntur loco differentiarum. Adjeci, *factum*, ut oſtenderem veram locationem dari non ſolùm quando res locatur, prout ſignificat verbum, *rei*, in definitione poſitum, ſed quando etiam operæ, *l. in operis 29. l. qui inſulam 33. §. qui mercedem, l. opus 39. l. qui operas 41.* cum multis aliis, *ff. hoc tit. l. ſi hi 22. C. eod.* Dixi, *ſolitum*, ut excludantur facta, ſeu operæ, quæ ſua natura non ſolent locari, quia quantumcunque merces interveniat etiam in pecunia numerata, ſi factum tale eſt, quod non ſoleat locari, non locatio, ſed contractus innominatus, do ut facias, dicendus erit, *l. naturalis, §. at cùm do, ff. de præſcript. verb. l. ſi pecuniam 5. in princ.* ubi gloſſ. *verbo acceperis, & verbo repetetur, ff. de condict. cauſa data.* Adjeci, *vile officium*, ut includantur operæ mechanicæ, & excludantur liberales, & ſimiles, *l.1. ff. de var. & extraord. cognit. l.1. ff. ſi menſor falſum modum dix.* Poſui, *uſus*, ut intelligatur in locatione non transferri dominium, ſed ſolum uſum, *l. non ſolet, ff. hoc tit.* & ita ut ab emptione & venditione diſtinguatur, quæ licèt pretio, & conſenſu contrahatur, ſicut locatio mercede, *text. in princ. inſtit. hoc tit. §. pretium, & §. item pretium, inſtit. de empt.* attamen in venditione dominium transfertur, ſi is qui vendidit dominus eſt, *l. clavibus 74. l. cùm manu ſata 80. §. nemo, ff. de contrah. empt.* Addidi, *pro certa mercede*, in primis ut oſtenderem differentiam inter locationem, commodatum, & precarium, in quibus licèt uſus ad tempus concedatur, gratis tamen fit, *§. item is cui, Inſtit. quibus mod. re contrah. oblig. l.1. ff. de precar.* Deinde ut intelligatur 5 mercedem in locatione debere eſſe certam, non ſimpliciter conſtitutam, aliàs enim eſſet contractus innominatus: *text. in princ. Inſtit. hoc tit. l. ſi merces 28. ff. eod. l. ſi vir uxori 53. ff. de donat. inter virum, l. ſi convenerit 23. ff. communi divid.* Pinel. *in rubr. de reſcind. vendit. p.2. c.3. num.5.* Petr. Gregor. *d. lib.27. cap.1. num.10.* Mantic. *d. lib.5. tit.1. num.5. & tit.2. à princ.* Certa autem merces conſtituta dicetur, ſi fiat relatio 6 ad aliquid ex quo de ejus certitudine conſtet, veluti ſi contrahentes ſe referant ad penſiones annorum præteritorum, & ad legem, vel conſuetudinem, ſive æſtimatores, quibus certa merces præſcribitur, tunc enim valet locatio, *d. l. merces, in princ. l. his capit. venditio 7. ff. de contrah. empt.* Pinel *d. cap.1. à princ. & cap.3. num.2.* Valaſc. *de iure emphyt. quæſt.11. num.5.* Card. Mantic. *d. tit.2. num.5.* Quæſtio dubia eſt, an hujuſ- 7 modi certa merces neceſſariò ſit conſtituenda in pecunia numerata, an verò ſufficiat quod conſtituatur in alia quacunque ſpecie? Communis ſententia in ea eſt opinione, ſcilicet non dari veram locationem, niſi merces in pecunia numerata conſiſtat: ita gloſſ. *verbo ſi res, in l. naturalis, §. at cùm do, ff. de præſcript. verb. gloſſ. verbo non dabatur, in l.1. §. ſi quis ſervum, ff. depoſiti, & in l. ſi olei, eod. tit.* Bald. & communiter Doctores *dictis locis*, Baldus & alii *in princ. Inſtit. hoc tit.* Anton. Gom. *d. cap.3. num.3.* Laſſarte *de decima vendit. cap.1. ex num.2.* Cardin. Mantic. *d. lib.5. tit.1. num.11. & tit.2. num.25.* Fachin. *controv. lib.1. c.82.* Carot. *in tract. huius tit. part.3. quæſt.1. de mercede numerata, à princ.* Donel. *comment. iuris Civilis lib.13. cap.6. col.3. ad fin.* Contrariam opinionem, ſcilicet non eſſe de ſubſtantia locationis quod merces conſiſtat in pecunia numerata, ſive in alia quacunque re, materia, vel ſpecie, tenuit originaliter Corraſ. *miſcell. lib.2. cap.11.* ſequuntur Pinel. *in rubr. de reſcind. vendit. part.2. cap.3. ex num.28.* Cujac. *tract. 8. ad African. ad l. & hac diſtinctio, ff hoc tit.* Valaſc. *de iure emphyt. quæſt.20. num.5.* Menoch. *lib.3. uſufreq. cap.53.* Pichard. *in princ. Inſtit. hoc tit. n.27.* vide apud eos.

SVMMA

SUMMARIUM.

1 *Excommunicati ſunt Magiſtri, & ſcholares Bononienſes, qui ante tempus conductionis conducunt hoſpitia aliorum Magiſtrorum, vel ſcholarium ſine eorum conſenſu*, & num. ſeqq.

2 *Scholares veteres conductores ſunt præferendi novis ſuper conductione domus, intellige ut ibi.*

3 *Statutum, de quo in hoc text. eſt locale, & habet locum Bononiæ ſolùm.*

4 *Excommunicatio, de qua in hoc text. non comprehendit locatores, qui ſecundum* l. ne cui, C. hoc tit. *etiam durante priori locatione poterant domus ſuas locare aliis ſcholaribus.*

Cap. Ex reſcripto I.

Clem. III.

1 MAgiſtri & ſcholares Bononienſes, qui ante tempus elapſum conductionis hoſpitia aliorum Magiſtrorum, & ſcholarium conducunt ſine inquilinorum conſenſu, excommunicantur, & hoc decretum ſingulis annis in audientia Magiſtrorum & ſcholarium recitetur. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Butr. Imol. Anan. Hoſtienſ. Anchar. Henric. Panormit. Guid. Papæ, Cened. *collect.36.* Vivian. *in rationali tertii libri iuris Pontificij*, *pag.*182. Alagona *in compendio iuris Canon. pag.*432. remiſſivè Ximen. *in concordant. part.*1. & 2. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.*3. *Decret. lib.*3. *tit.*12. *cap.*2. & noviſſimè Didacus de Britto.

Hanc eandem concluſionem firmant & explicant Bonacoſ. *commun. crimin. verbo excommunicantur Magiſtri*, Sylveſt. *in ſum. verbo excommunicatio, il 9. ex n.*8. Tabien. *in ſum. verbo excommunicatio, il 5. caſu 17. n.*6. Navar. *in man. c.*27. *n.*114. *verſ.*4. Quintil. Mandoſ. *in gloſſ. facultatum, in ſuperſcript. in verbo ad perpetuam rei memoriam, pag.*14. *lim.*13. ubi ait quod deciſio hujus text. eſt ſpecialis quoad civitatem Bononiæ, Læl. de Zanchis *de privileg. Eccleſiaſt. privileg.*19. *n.*14. Rebuff. *de privileg. ſchol. privil.*10. Iacob. Benn. *de privileg. Iureconſultor. p.*1. *privil.*9. *n.*1. *in fine*, Vincent. Carot. *in tract. de locato, p.*2. *tit. de ſent. excommun. à princip.* Soar. *de cenſur. diſp.*23. *ſect.*3. *num.*3. Filliuc. *tract.*14. *cap.*3. *q.*7. Bonacin. *de cenſur. extra Bullam, diſput.*2. *q.*2. *puncto* 37.

2 *Super conducendis*, &c.] Per hunc text. tenet gloſſa *in l. ult. verbo manet, C. de locat. prædior. lib.*11. Scholares veteres conductores eſſe præferendos novis ſuper conductione domus: & ita limitari *l. ne cui, C. hoc tit.* ſequuntur Anton. Gom. *tom.*2. *var. c.*3. *n.*5. Rebuff. *de privileg. ſcholaſt. privil.*9. Valaſc. *de iure emphyt. q.*24. *n.*2. ubi tenet hoc ſpecialiter fuiſſe conſtitutum in hoc text. Sed intelligendum eſt, quando antiquus ſcholaris vult præferri novo conductori non ſcholari, ſecus quando & antiquus & novus domus conductor ſunt ſcholares, quia tunc dominus poterit eandem locare cui voluerit, juxta reſoluta per D. Barboſ. *ad l.*1. *part.*7. *num.*51. *ff. ſoluto matrim.* & Carot. *de locato, p.*3. *tit. de libertate ſuper materia d. l. ne cui, q.*1. *n.*15.

3 *In communi audientia*, &c.] Ergo ſtatutum, de quo *hic*, eſt locale, & habet tantùm locum Bononiæ, ut per Sylveſt. *verbo Excommunicatio* 9. *num.* 11. Navarr. *in man. cap.*27. *n.*114. Clar. *lib.*3. §. *fin. q.*77. *n.*26. Perez *l.*8. *tit.*2. *lib.*1. *verbo ſtudio, pag.*45. D. Barboſ. *d. l. p.*7. *n.*52. licèt contrarium ſequi videatur Rebuff. *d. privil.*10.

In gloſſ. *Sub excommunicatione*, ibi, *ſed quare*, &c. 4
Notatur ad hoc, quod excommunicatio, de qua *hic*, non comprehendit locatores, qui ſecundùm *d. l. ne cui*, etiam durante priori locatione poterant domus ſuas locare aliis ſcholaribus, ſive Magiſtris, Rebuff. *d. privil.*10. *ad fin.* Carot. *d. q.*1. *num.*23. & 24. D. Barboſ. *d. l.*1. *p.*7. *n.*52.

Cætera ad materiam hujus text. parum conducentia, vide apud Cened. *ad Decret. collect.*36.

SUMMARIUM.

1 *Fructus decimarum, & beneficiorum poſſunt locari his cum quibus conditio Eccleſiæ fit melior, ſtatuto diœceſani contrario non obſtante.*

2 *Epiſcopus in ſynodo non poteſt facere ſtatuta in præiudicium aliorum inferiorum, abſque ipſorum conſenſu.*

3 *Decimarum, & beneficij fructus poſſunt unicuique etiam laico locari.*

4 *Beneficij redditus licèt inſpecto iure Decretalium citra ſolemnitatem iuris locari poſſint ad modicum tempus, id eſt, ad novennium uſque, hodie per Extravag.* Ambitioſæ, *reſtrictum eſt uſque ad triennium.*

5 *Commodatarij perpetui poſſunt locare fructus ad plures annos, ſicut alij titulares.*

6 *Locatio ad alienationem extenditur, quando per eam transfertur utile dominium, quia ſcilicet fit ad longum tempus, putà ad decem annos.*

Cap. Veſtra II.

Innoc. III.

FRuctus decimarum, & beneficiorum poſſunt dari ad affictum illis, cum quibus poteſt fieri melior conditio Eccleſiæ ſuæ, dummodo hæc locatio non extendatur ad feudum, vel alienationem, diœceſanorum Epiſcoporum ſtatuto contrario non obſtante. Colligunt ex Ordinat. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarel. Butr. Ioan. Andr. Imol. Ananias, Hoſtienſ. Anchar. Henric. Barbat. Panorm. Guid. Papæ, Vivian. *in rationali libri tertij iuris Pontificij*, *pag.*183. Alagona *in compendio iuris Canonici*, *pag.*433. remiſſivè Ximen. *in concord. part.*1. & 2. & noviſſimè Didacus de Britto. 1

Statuto contrario non obſtante.] Notatur ad hoc, quod Epiſcopus in Synodo non poteſt facere ſtatuta in præjudicium aliorum inferiorum abſque ipſorum conſenſu, ut per Duen. *reg.*249. Henric. Botræum *in tract. de Synodo Epiſcopi*, *p.*3. *art.*1. *num.*19. *inter Doctorum tractatus, tom.*13. *p.*2. Graſſ. *tom.*1. *commun. opin. lib.*1. *tit.*2. *n.*68. 2

Fructus veſtrarum, &c.] Notatur ad hoc, quod fructus decimarum, & beneficii poſſunt unicuique etiam laico locari, ut per Covar. *lib.*1. *cap.*17. *num.*5. *verſ. ſic & laici*, Monet. *de decimis*, *cap.*5. *quæſt.*3. *num.*64. Rebuff. *eodem tract. quæſt.*10. *num.*38. & *quæſt.*14. *n.*33. & *in compendio alienat. num.*27. Carot. *de locato*, *part.*3. *tit. de decimis*, *num* 6. & 7. Molin. *de iuſtit. tract.*2. *diſp.*466. *num.*10. D. Barboſ. *in l. Titia*, *num.*47. & *in l. uſufructu*, *num.*16. & 27. *ff. ſoluto matrimon.* Cardin. Mantic. *de tacitis, & ambig. convent. lib.*5. *tit.*3. *num.*12. 3

4 Licèt inſpecto jure Decretalium reddirus beneficii citra ſolemnitatem juris locari poſſint ad modicum tempus, ideſt, ad novennium uſque; hodie tamen per *Extravag. Ambitioſa, de rebus Eccleſiæ, inter communes*, reſtrictum eſt prædictum tempus uſque ad triennium, & ſi ultra fiat, infirma erit talis locatio, ut *ibi* Deo dante dicam.

5 Commendatarii perpetui poſſunt locare fructus ad plures annos, ſicut alii titulares, ut per Rebuff. *in praxi benef. tit. de commenda, n.* 62. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloſſ.* 5. §. 8. *n.* 14.

6 *Locatio ad feudum, vel alienationem*, &c.] Extenditur autem locatio ad alienationem, quando per eam transfertur utile dominium, quia ſcilicet fit ad longum tempus, putà ad decem annos. Vide Tiraq. *de retract. lignag.* §. 1. *gloſſ.* 14. *n.* 81. Sarm. *lib.* 3. *ſelect. cap.* 2. *n.* 31. Valaſc. *de iure emphyt. q.* 20. *n.* 19. & *q.* 29. *n.* 2. & 5. Pinel. *in l.* 1. *p.* 3. *n.* 63. *verſ. ante alia*, *C. de bonis mat.* Menoch. *de arbitr. caſu* 31. Mozz. *de contract. tract. de locato, tit. de diviſione locat. n.* 7. Guttier. *in l. nemo poteſt, n.* 50. & *Canon. lib.* 2. *c.* 8. *à n.* 22. Card. Tuſch. *lit. L, concl.* 403. Card. Mantic. *d. lib.* 5. *tit.* 4. *num.* 7. Ceval. *q.* 199. *n.* 5. D. Matta *in votis noviſſ. deciſ. voto* 37. *n.* 4. Cald. Pereira *qq. forenſ. lib.* 1. *q.* 11. *n.* 2.

SVMMARIVM.

1 *Penſionis, ſeu mercedis remiſſio fit propter ſterilitatem ſine conductoris culpa contingentem*, & n. 2.

3 *Sterilitas ut dicatur ad remiſſionem faciendam penſionis, adeò magna requiritur, ut ex fructibus perceptis, detractis expenſis non potuerit dimidia debita penſionis perſolvi.*

4 *Sterilitate ſtante non fit colono mercedis remiſſio, quando ſterilitas ipſius culpa evenit.*

5 *Penſionis remiſſio non fit quando ſterilitas contigit ex vitio rei proprio.*

6 *Penſionis, ſeu mercedis remiſſio non fit, quando calamitas, quæ fructus abſtulit, conſueta eſt in illis locis, vel regionibus.*

7 *Conductor quando renuntiavit caſibus fortuitis, non fit remiſſio mercedis propter ſterilitatem.*

8 *Caſuum fortuitorum renunciatio non comprehendit inſolitos, & qui rariſſimè contingunt.*

9 *Penſionis remiſſio denegatur in ſimplici colono partiario.*

10 *Penſionis remiſſio fit in emphyteuſi, ſi ex eo ſolvatur magna penſio, quæ fructibus reſpondeat, aliàs ſecus.*

11 *Fluminum inundatio rariùs contingens inter caſus fortuitos numeratur.*

12 *Locuſtarum edacitas cauſat penſionis remiſſionem.*

13 *Incendium inter caſus fortuitos numeratur.*

14 *Hoſtium incurſus facit ut penſionis remiſſio fiat, niſi conductor habeat prædium in confinibus agrorum, in quibus ſolent eſſe hoſtiles incurſus, vel ſciebat tempus belli imminere*, ut n. 15.

16 *Penſionis remiſſio ubi eſt facienda ob cauſam ſterilitatis, intelligitur pro rata obtingentis ſterilitatis.*

17 *Conductor ſi caſu fortuito impediatur frui re conducta, fiet tunc penſionis remiſſio pro rata temporis.*

18 *Sterilitas cum ubertate præcedentis, vel ſubſequentis anni etiam interpolati poteſt compenſari.*

19 *Vbertas quando dicatur, oſtenditur.*

20 *Penſio augenda non eſt colono propter ubertatem.*

21 *Inquilinus etiam invitus ante tempus locationis finitum per locatorem expelli poteſt, ſi ſuperveniat neceſſitas, ut locator in domo inhabitet.*

22 *Locator ſi locata domo indigeat ad patrem, vel ad avum, filium, aut fratrem, poteſt conductorem expellere.*

23 *Conductor propter ſupervenientem caſum poteſt rem conductam deſerere ante finitum locationis tempus.*

24 *Conductor poteſt domum deſerere, ſi in ea tetris imaginibus, & tumultibus inquietetur.*

25 *Conductor propter ſupervenientem caſum è domo conducta diſcedens, tenetur domino denuntiare, & claves tradere, ſi commodè poteſt.*

26 *Succeſſor conductoris non poteſt expellere colonum propter ſupervenientem neceſſitatem.*

27 *Scholaris non poteſt à domo conducta expelli, etiamſi minus eam velit pro ſua neceſſitate.*

28 *Conductor non poteſt expelli è domo, ſi dominus promiſit durante conductione illum non expellere.*

29 *Conductor non poteſt expelli per dominum ex ſuperveniente neceſſitate, quando locatio fuit facta ad longum tempus.*

30 *Locator durante tempore locationis poteſt expellere conductorem, ſi domus locata indigeat refectione.*

31 *Locationis tempore exiſtente neceſſitate non poteſt locator conductorem expellere.*

32 *Locator ſi propter ſupervenientem neceſſitatem conductorem expellat, non tenetur ad intereſſe.*

33 *Locator etiam extra caſum neceſſitatis non tenetur præciſè ſtare locationi, ſed liberatur præſtando intereſſe.*

34 *Conductor expelli poteſt, ſi re conducta abutatur, niſi dominus à principio ſciret.*

35 *Conductor ſi inducat in domum meretrices, aut malos homines, è domo expelli poteſt, niſi domus eſſet iuxta lupanar, vel ad talia conſueta*, ut n. 36.

37 *Meretrices è vicinia expelli poſſunt.*

38 *Meretrici domum locans non peccat, dummodo non intendat domum conducere ad meretricium uſum.*

39 *Dominus domi propter vitæ turpitudinem è domo propria, & vicinia eſt expellendus.*

40 *Mulier conjugata, quæ meretricio more vivit, ſi maritus eſt conſcius, & ipſius uxoris leno, poteſt è vicinia expelli.*

41 *Mulier, quæ non quæſtus cauſa, ſed capta alicuius amore illi ſui copiam facit, poteſt è vicinia expelli.*

42 *Conductori expulſo ob rei conductæ abuſionem durante tempore locationis, an remitti debeat penſio pro rata temporis, oſtenditur.*

43 *Doctores habent facultatem expellendi obſtrepentes, ne per tales ſtrepitus diſtrahantur, ſi præveniant eum, quem volunt expellere.*

44 *Conductor ſi non ſolvit debito tempore penſionem, ſtatim expelli poteſt.*

45 *Scholaris qui non ſolvit penſionem, poteſt è domo expelli.*

46 *Conductor ſi non ſolvat penſionem, poteſt expelli etiam ſtante pacto de non expellendo illum durante tempore locationis.*

47 *Conductor poteſt expelli, qui defecit in minimo nummo penſionis.*

48 *Locator an poſſit conductorem qui penſionem non ſolvit, propria auctoritate expellere, oſtenditur.*

CAP. Propter ſterilitatem III.

Gregor. IX.

PRælatus debet facere remiſſionem penſionis pro 1
rata, quando coloni patiuntur ſterilitatem cum magno incommodo ſine propria culpa, ſed vitio rei, vel

caſu

caſu fortuito contingente, niſi ubertas præcedentis, vel ſubſequentis anni compenſet ſterilitatem. Item inquilinus poteſt expelli ante finitum tempus conductionis in quatuor caſibus, primò ſi dominus vult domum habitare, ſecundò ſi neceſſitas expoſtulet quod domus reficiatur, quæ neceſſitas non imminebat tempore locationis, & remitti debet penſio pro rata: tertiò quando perversè converſatur in domo: quartò quando per biennium non ſolvit canonem, niſi celeriter ſatisfaciendo ſibi provideat. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Imol. Anan. Butr. Hoſt. Anchar. Henric. Barbat. Panorm. Guid. Papæ, Henric. Caniſ. Cened. *collect.* 116. Viv. *in rationali lib. tertii iuris Pontificij*, *pag.* 183. Alagona *in compend. iuris Canonici*, *pag.* 433. remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord*, *p.* 1. *&* 2. & noviſſimè Didacus de Britto.

2 Collige ex text. mercedis, ſeu penſionis remiſſionem fieri propter ſterilitatem ſine conductoris culpa contingentem, in idem eſt text. *in l. ex conducto* 16. §. *ſi vis tempeſtatis*, *& l. ſi merces*, §. *vis maior*, *ff. hoc tit. l. licèt*, *C. eodem*, & apud Luſitanos Ordin. Regia *lib.* 4. *tit.* 27. & apud Caſtellanos *l.* 22. *tit.* 8. *part.* 5. Covar. *pract. c.* 30. *à princip.* Pinel. *in l.* 2. *C. de reſcind. vendit. part.* 1. *cap.* 3. *n.* 18. Menoch. *conſ.* 37. *n.* 71. *& de arbitr. caſu* 76. 80. *&* 440. Redoan. *de rebus Eccleſ. non alien. c.* 18. *de remiſſ. mercedis conductori, vel emphyteutis facienda*, Vincent. Caroc. *de locato*, *p.* 3. *tit. de remiſſ. mercedis*, Ioſeph. Ludov. *commun. opin. tit. de iure emphyt. concl. unic. ex verſ. quæ autem ſterilitas*, Salaz. *de uſu, & conſuetud. cap.* 11. *ex num.* 88. Anton. Scap. *de iure non ſcripto*, *lib.* 4. *cap.* 25. *ex num.* 1. Cott. *in memor. verbo Conductor*, Alph. de Leon. *reſp.* 67. Valaſc. *de iure emphyt. q.* 27. *n.* 23. Cened. *ad Decret. collect.* 116. *num.* 1. Mozz. *de contract. tract. de locato, tit. de accidentalibus locati, à n.* 1. Surd. *deciſ.* 155. *num.* 6. *& deciſ.* 326. Alexand. Raudenſ. *conſ.* 17. *p.* 1. *n.* 38. *vol.* 1. Mench. *illuſtrium c.* 54. *n.* 1. Madeira *in animadverſ. iuris civilis, c.* 16. Ceval. *communium contra commun. q.* 57. *à n.* 1. *& in emporio iuris, p.* 1. *tit.* 10. *in prælud. n.* 28. *& q.* 1. Molin. *de iuſt. tract.* 2. *diſp.* 495. Bernard. Græv. *ad practicam Cameræ Imper. lib.* 2. *concl.* 23. Cardoſo *in praxi iudicum, verbo locatio, à n.* 32. Cardin. Mantic. *de tacitis, & ambig. convent. lib.* 5. *tit.* 8. Rebello *de obligat. iuſtit. p.* 2. *lib.* 14. *q.* 7. *&* 8. Rot. *in Romana locationis*, 15. *Ianuarij* 1618. coram bonæ mem. Buratto, inter ejus impreſſas *deciſ.* 295.

3 Quæſtio eſt admodum controverſa, quæ ſcilicet pars fructuum deperditorum ſufficiat ad hoc ut dicatur ſterilitas? Opiniones reperiuntur multæ, eædemque diſcordantes: quinque refert Maſcard. & ſex Valaſc. ac Menoch. *locis infrà citandis.* Sed apud Summos practicos crebrior, communior, ac verior reputatur opinio illa, quæ habet, ſterilitatem adeò magnam requiri, ut ex fructibus perceptis, detractis expenſis, non potuerit dimidia debitæ penſionis perſolvi. Vide Covar. *d. c.* 30. *n.* 2. *verſ. vide tamen*, Gom. *tom.* 2. *c.* 3. *n.* 18. Corn. *conſ.* 128. *col. pen. vol.* 2. Pariſ. *conſ.* 38. *vol.* 1. Angel. *conſ.* 15. *n.* 2. *&* 3. Bero. *conſ.* 143. *num.* 22. *&* 24. *vol.* 1. Burſat. *conſ.* 193. *n.* 27. Surd. *conſ.* 34. *num.* 7. Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *q.* 76. *& caſu* 76. *n.* 5. Mench. *uſufreq. cap.* 54. Anton. Theſaur. *Pedemont. deciſ.* 108. Carot. *dict. tract. de locato*, *tit. de remiſſ. mercedis*, *ſub num.* 5. *part.* 3. Valaſc. *q.* 27. *ſub n.* 24. Mozz. *d. tract. de locato*, *tit. de accidentalibus locat. n.* 11. *cum ſeqq.* Ludov. Moror. *conſ.* 76. *ſub n* 9. Baptiſta Coſta *de ratione ratæ*, *q.* 10. *n.* 5. 6. *&* 10. Mich. Calaca *tract. de modo articulandi*, *& probandi*, §. 2. *gloſſ. unic. n.* 560. Maſcard. *de probat. concl.* 133. *num.* 4. *cum ſeqq. & concl.* 1339. *à n.* 3. Garc. *de expenſis*, *c.* 13.

num. 9. Ioſeph. Ludov. *concl.* 12. *num.* 13. Ceval. *q.* 57. Morla *in emporio iuris*, *part.* 1. *tit.* 10. *quæſt.* 1. *num.* 12. Stephan. Gratian. *Marchiæ deciſ.* 221. Cardin. Mantic. *de tacitis, & ambiguis convent. lib.* 5. *tit.* 8. *num.* 30. Gamma *Luſit. deciſ.* 42. *n.* 1. Cald. Pereira *de extinct. emphyt. cap.* 3. *num.* 24. *ad finem*, Bernard. Græv. *ad practicam Cameræ Imper. lib.* 2. *concl.* 23. *num.* 3. *cum ſeqq.* Caſtill. *lib.* 3. *quotid. cap.* 3. *à n.* 36. Molin. *de iuſtit. tract.* 2. *diſp.* 495. *verſ. dubitant Doctores*, Leſſ. *eod. tract. lib.* 1. *cap.* 24. *dub.* 3. *n.* 17. Rebello *de oblig. iuſtit. part.* 2. *lib.* 14. *de conducto, & locato*, *q.* 7. Azor. *inſtit. moral. p.* 3. *lib.* 8. *de locato*, *c.* 10. *à princ.* Bellet. *diſquiſit. Cleric. part.* 1. *tit. de Clerico debitore*, §. 9. *num.* 3.

Sine culpa coloni.] Notatur ad hoc, quod ſtante ſterilitate non fit colono mercedis remiſſio, quando ſterilitas culpa ipſius coloni evenit, quod videlicet non ſeminaverit, vel negligenter coluerit prædium, vel non purgaverit malis herbis, vel cuſtodiam debitam non adhibuerit, Ordin. Regia Luſitan. *lib.* 4. *tit.* 27. §. *fin.* Valaſc. *d. q.* 27. *num.* 39. Surd. *deciſ.* 87. *à n.* 3. D. Marta *in votis noviſſ. deciſ. voto* 1. *num.* 18. Molin. *diſp.* 495. *num.* 13. Azor. *d. lib.* 8. *c.* 10. *q.* 2. *verſ. prima.* Rebello *d. lib.* 14. *quæſt.* 8. *num.* 2. *cum ſeqq.* ubi etiam reſolvit non excuſandum colonum, qui nec ſeminavit, nec coluit prædium, ſi poſteà conſtiterit per fortuitum caſum fructus fore omninò vaſtandos, ſi naſcerentur. 4

Amplia primò, ut nec etiam fiat remiſſio mercedis quando ſterilitas contigit ex vitio proprio, ut per Gom. *d. c.* 3. *n.* 18. Carot. *d. tit. de remiſſ. mercedis*, *q.* 8. *n.* 41. 5

Amplia ſecundò, ut nec fiat remiſſio mercedis, quando calamitas, quæ fructus abſtulit, eſt conſueta in illis locis, vel regionibus, probat apud Luſitanos Ordin. Regia *lib.* 4. *tit.* 27. *in princip.* ubi patens meus, & apud Caſtellanos *l.* 22. *tit.* 8. *p.* 5. ubi Greg. Pinel. *d. cap.* 3. *n.* 30. Surd. *conſ.* 34. *num.* 4. Mozz. *dict. tit. de accidentalibus locat. num.* 31. Carot. *dict. quæſt.* 8. *num.* 1. *cum ſeqq.* Morla *d. tit.* 10. *quæſt.* 1. *n.* 20. *verſ.* 2. Cardin. Mantic. *d. tit.* 8. *num.* 5. *in fine*, Caſtil. *lib.* 3. *quotid. cap.* 3. *à num.* 24. Molin. *diſp.* 495. *n.* 12. Azor. *d. lib.* 8. *cap.* 10. *q.* 2. *verſ. ſeptima*, Rebello *d. lib.* 14. *q.* 8. *n.* 1. 6

Amplia tertiò, ut nec etiam fiat remiſſio mercedis propter ſterilitatem, quando conductor renuntiavit caſibus fortuitis, ut per Pinel. *d. cap.* 3. *n.* 26. Valaſc. *d. quæſt.* 27. *num.* 37. Carot. *dict. quæſt.* 8. *num.* 109. niſi perempta fuerit ſubſtantia, quia tunc excuſatur conductor à ſolutione penſionis, etiam quod ſuſceperit in ſe caſum fortuitum. Surd. *deciſ.* 326. *num.* 55. Rot. *in Ravennaten. Pineti*, 18. *Martii* 1619. coram bonæ mem. Patriarcha Manzanedo. Renuntiatio tamen caſuum fortuitorum non comprehendit inſolitos, & qui rariſſimè contingunt, ut per Pinel. *d. c.* 3. *num.* 29. Mench. *uſufrequent. lib.* 3. *cap.* 54. *num.* 6. Valaſc. *d. quæſt.* 27. *num.* 36. Azeved. *leg.* 2. *à num.* 9. *tit.* 9. *lib.* 9. *nova recopil.* Anchar. Regienſ. *lib.* 3. *quæſt. famil. quæſt.* 36. *num.* 7. *&* 8. Carot. *d. quæſt.* 8. *num.* 6. Guttier. *de iurament. confirmat. part.* 1. *cap.* 24. *num.* 6. Ceval. *quæſt.* 702. Molin. *diſp.* 495. *verſ. dubium eſt*, Cardin. Mantic. *d. tit.* 8. *num.* 3. *&* 18. Caſtil. *d. cap.* 3. *à num.* 7. Rebel. *d. lib.* 14. *q.* 8. *num.* 18. Nam caſus inſolitus non comprehenditur etiam quod quis ſuſcipiat in ſe periculum caſuum fortuitorum, Aym. *conſ.* 95. *n.* 2. *& conſ.* 294. *poſt princ. verſ. in quibus locis*, Surd. *conſ.* 326. *n.* 52. ubi *circa fin.* ampliat etiam accedente iuramento, ac etiamſi fuerit dictum de caſu cogitato, & incogitato. Gratian. *diſcept. forenſ. c.* 195. *num.* 8. *&* 9. Caſus autem inſolitus dicitur contin- 7 8

gere præter omnem cogitationem, & veriſimilitudinem, Rot. *deciſ.*725. *n.*11. *p.*1. *diverſ.* Bellet. *d.* §.9. *n.*13. Corn. *conſ.*12. *lib.*4. relatus à Menoch. *de arbitr. caſu* 80. *ſub n.*7. Burſat. *conſ.*16. *n.*71. *volum.*1. Bec. *conſ.*82. *vol.*1. Dicitur etiam caſus inſolitus, qui rariſſimè contingit, ita quod in mille annis non evenit niſi una vice, ſecundum opinionem Batt. *in l. ſcio*, §. *medico, ff. de auro leg.* Gozadin. *conſ.*27. *num.*9. & 24. Natt. *conſ.*66. *ſub num.*6. Vel ſecundum aliam ſententiam dicitur caſus inſolitus, qui in centum annis non evenit, niſi ſemel. Corn. *conſ.*23. *colum. penult. volum.*2. Rip. *de peſte*, *in rubr. de privileg. contract. num.*101. Menoch. *conſ.*37. *num.*14. Burſat. *conſ.*16. *num.*73. ita quod inſolitus dicatur ille caſus, qui non ſolet communiter contingere, aut veriſimiliter evenire, Alexand. *conſ.*107. *n.*16. *vol.*8. Alciat. *reſp.*157. *num.*6. Abb. *conſ.*1. *num.*4. Aym. *conſ.*95. *num.*2. ſuper quo judicantis arbitrium verſari poſt relatas opiniones, & poſt Rip. voluit Menoch. *de arbitrar. caſu* 80. *n.*8. & poſt eum Bec. *d. conſ.*82. *n.*13. *vol.*1. Caſus fortuitos ſuſcipiens in ſe etiam inſolitos, qualiter remaneat obligatus, vide Mat. Anton. *var. reſolut. lib.*2. *reſol.*26.

9 *Colonis Eccleſiæ*, &c.] Sive ad modicum, ſive ad longum tempus conduxerint, ut per Valaſc. *d. q.*29. *n.*24. Maſcard. *de probat. concl.*1339. *n.*9. In ſimplici tamen colono partiario denegari penſionis remiſſionem, reſolvunt Franc. Marc. *Delphin. deciſ.*211. *n.*1. *p.*2. Salaz. *in tract. de uſu, & conſuet. c.*11. *n.*92. Bernard. Grævæ. *ad practic. Cameræ Imper. lib.*1. *concl.*23. *conſid.*3.

10 Si ex emphyteuſi ſolvatur magna penſio, & fructibus reſpondeat, fiet remiſſio ſicut in locatione, aliàs ſecus. Vide Valaſc. *q.*27. *num.*7. 11. & 13. Viv. *tom.*1. *commun. opin. lib.*4. *tit.*44. *num.*190. *pag.*679. Cottam *in memorab. verbo emphyteuta* 9. *deciſ.* 150. *num.*2. Petr. Salaz. *d. cap.*11. *num.*89. Felician. *de cenſibus, lib.*1. *cap.*8. *n.*20. Maſcard. *de probat. concl.*1333. *num.*20. Rebuff. *in l. Labeo*, §. *rem*, *ff. de verborum ſignificat. pag.*103. Surd. *deciſ.* 198. *num.*1. & 20. Cardin. Mantic. *de tacitis*, & *ambig. convent. lib.*22. *tit.*2. *à num.*22. D. Barboſ. *in l. divortio*, §. *fin. part.*1. *n.*70. *ff. ſoluto matrim.* Azot. *d. p.*3. *lib.*10. *de emphyteuſi, cap.*6. *q.*2. Rebello *d. part.*2. *lib.*14. *q.*8. *à n.*6. Cald. Pereira *de extinct. emphyt. c.*2. *num.*8. & *cap.*4. *n.*24. de penſione Eccleſiaſtica, Cardin. Tuſch. *tom.*3. *lit. E*, *concluſ.*204. *num.*13. Ovid. de Amicis *de iure emphyt. q.*38.

11 *Caſu fortuito.*] Notatur ad hoc, quod in materia conductionis fortuitorum caſuum ratio haberi poteſt ad effectum remiſſionis mercedis faciendæ per locatorem, ut apud Gozadin. *conſ.*74. Rimin. jun. *conſ.*757. Boſſ. *in ſua praxi crimin. tit. de remiſſ. mercedis*, *n.*76. Gail. *lib.*2. *obſerv.*23. Menoch. *conſ.*27. & 671. Carot. *de locato, p.*2. *tit. de remiſſ. merced. cond.* quos refert Ioan. Bapt. Coſta *de facti ſcientia*, & *ignor. inſpect.*38. *num.*1.

Inter caſus fortuitos enumeratur factum Principis, quando eſt injuſtum, vel inveriſimile, aut inopinatum, ſeu non ſperatum, aliàs ſecus, *l. Lucius*, *ff. de evictiõn.* Bald. *conſ.*395. *n.*3. *vol.*2. Alexand. *conſ.*57. *num.*4. *volum.*1. Natt. *conſ.*181. *n.*4. Burſat. *conſ.*104. *num.*21. *volum.*2. in pulcherrimo caſu Gam. *Luſit. deciſ.*349. *num.*8. Decian. *conſ.*41. *num.*138. *vol.*2. & *conſ.*14. *num.*49. *volum.*3. imò pluſquam caſus fortuitus aliquando reputatur, Ozaſch. *conſ.*31. *n.*82. *cum ſeqq.* refert Ioan. Baptiſta Cotta *d. inſpect.*38. *num.*4. Inundatio fluminum rariùs contingens, *l. ex conducto*, §. *ſi vis*, ibi, *fluminum*, *ff. hoc tit.* Ordin. Regia Luſitan. *lib.*4. *tit.*27. *in princ.* ibi, *cheas de rios*, Azot. *d. lib.*8. *c.*10. *queſt.*2. *verſ. ſeptima*, Cephal. *conſ.*257. *n.*11. & 12. Sebaſt. Medic. *in tract. de caſibus fort. part.*2. *quæſt.*10. *num.*39. Surd. *deciſ.*326. *num.*60. Caball. *deciſ.*102. *num.*12. Rot. *in Ferrarien. affictus*, 26. *Novembr.* 1616. coram Buratto, inter ejus impreſſas *deciſ.* 210. *n.*3. & 8.

Edacitas locuſtarum, propter quam fit remiſſio penſionis, Magon. *Florent. deciſ.* 67. quem refert Aloyſ. Ricc. *in collectan. deciſ. collectan.* 1033. *verſ. primò fit.* 12

Incendio, ut per Valaſc. *d. q.*27. *num.*41. & 42. Molin. *d. diſp.*495. *n.*13. Mozz. *d. tract. de locato, tit. de accidentalibus locat. n.*30. 13

Aut bellum, Iaſ. *in l.*1. *ex n.*84. *C. de iure emphyt.* Paul. Fuſch. *lit. B*, *ſing.*19. ſeu hoſtium incurſibus, ex *d.* §. *ſi vis*, ibi, *impulſus hoſtium*, & dict. Reg. Ordin. *d. tit.*27. *in princ.* ibi, *Enimigos*, Flamin. *de reſignat. lib.*11. *q.*13. *num.*56. Rebello *d. lib.*24. *q.*8. *num.*16. Bellet. *d.* §.9. *n.*12. vel facto bannitorum, ſeu facinoroſorum hominum, Cardin. Mantic. *lib.*5. *tit.*8. *num.*38. 14

Limita tamen ſi conductor prædium habeat in confinibus agrorum, in quibus ſolent eſſe hoſtiles incurſus, ut per Azor. *d. tit. de locato*, *c.*10. *q.* 2. *verſ. ſeptima.* Limita etiamſi conductor ſciebat tempus belli imminere. Balb. *deciſ.*200. quem refert Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. p.*4. *collect.* 1033. Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. c.*328. *n.*21. Limita denique ſi conductio facta ſit tempore belli, vel peſtis, Ioſeph. Ludov. *Peruſina deciſ.*106. 15

Pro rata penſionis.] Notatur ad hoc, quod ubi remiſſio eſt facienda ob cauſam ſterilitatis, intelligitur pro rata obringentis ſterilitatis, ut per Menoch. *uſufreq. c.*54. *n.*4. *verſ. quæ quidem remiſſio.* Menoch. *de arbitr. caſu* 77. *verſ. ſecunda opinio*, Valaſc. *d. q.*27. *n.*30. & *ſeq.* Bernard. Grævæ. *ad pract. Cameræ Imper. lib.*2. *concl.*23. *n.*6. Et ſi caſu fortuito conductor impediatur frui, fiet tunc remiſſio pro rata temporis, ex Bart. *in l. ſi uno*, §. *item cùm quidam*, *n.*4. *ff. locati*, Surd. *de alim. tit.*2. *q.*33. *n.*32. 16 17

Niſi cum ubertate, &c.] Notatur ad hoc, quod ſterilitas cum ubertate præcedentis, vel ſubſequentis anni poteſt compenſari, *l. licèt certis* 8. *C. hoc tit.* in idem ſunt Ordin. Regia Luſitan. *lib.*4. *tit.*27. §.1. & apud Caſtellanos *l.*23. *tit.*8. *p.*5. Soar. *tom.*1. *commun. opin. lib.*4. *tit.*24. *n.*208. *pag.*682. Valaſc. *d. queſt.*27. *num.*45. & *à num.*23. Mench. *d. c.*54. *n.*10. D. Barboſa *in l. divortio*, §. *fin. n.*6. *cum ſeqq. ff. ſoluto matrimon.* Caroc. *d. q.*8. *n.*45. Morla *d. tit.*10. *queſt.*1. *num.*18. Molina *diſp.*495. *num.*16. Leſſ. *lib.*2. *cap.*24. *dub.*3. *num.*19. Rot. *deciſ.*757. *num.*3. *part.*1. *diverſ.* Bellet. *d. tit. de Clerico debitore*, §.9. *n.*11. Alexand. de Nevo *conſ.*67. *n.*11. Gig. *de penſionibus*, *queſt.*62. *num.*7. Stephan. Gratian. *Marchiæ deciſ.*222. *n.*6. & *diſcept. forenſ. cap.*195. *num.*14. Aloyſ. Ricc. *p.*6. *collect.*1487. Cardin. Mantic. *d. lib.*5. *tit.*8. *n. ult.* Bernard. Grævæ. *d. lib.*2. *concl.*23. *conſid.*1. Rebello *d. part.*2. *lib.*14. *queſt.*8. *num.*11. Quæ quidem compenſatio non ſolùm facienda cum ubertate anni proximi præcedentis, vel ſubſequentis, ſed etiam interpolari, Valaſc. *d. q.*27. *n.*46. Carot. *d. q.*8. *n.*49. D. Barboſ. *d.* §. *fin. num.*8. 18

Vbertas dicitur, quando computatis fructibus duorum annorum, ſcilicet ſterilis, & fertilis, tantum fuerit collectum, quantum ſatis ſit, ut integræ penſiones utriuſque anni ſolvantur, & ulteriùs conductor percipiat omnes expenſas, quas fecit, computando quod ſibi debetur pro ſuo labore, & induſtria, quo caſu fit integra compenſatio, & nihil de penſione remittitur: ſi tamen non fuerit tantum collectum, tunc 19

remiſſio

remiſſio fit de penſione pro portione quadam, Gom. *d.c.3. num.* 18. Valaſc. *d. quæſt.* 17. *num.* 45. Molina *vbi ſupr.*

20 Nota propter vbertatem etiam caſu fortuito contingentem non eſſe augendam penſionem colono, vt per Pinel. *in l.* 2. *C. de reſcind. part.* 1. *c.*3. *num.* 34. Valaſc. *d. quæſt.* 27. *num.* 53. Mench. *vſufreq. cap.* 54. *num.* 10. D. Barboſa *d.§.fin.n.*7. Bernard. Græuæ. *d. lib.* 2. *concluſ.* 23. *conſid.* 5. Licèt contrarium reſoluant Soat. *tom.* 1. *commun. lib.* 4. *tit.* 44. *num.* 208. *pag.* 682. Molin. *d. diſp.* 494. Carot. *d.q.*8. *à n.* 118. Gom. *d.c.*3. *n.*18.

§. Verùm.

21 *Domum inhabitare*, &c.] Notatur ad hoc, quod inquilinus etiam inuitus ante tempus locationis finitum per locatorem expelli poteſt, ſi ſuperveniat neceſſitas, vt locator in domo inhabitet: concordant *l. æde, C. hoc. tit.* & Ordin. Regia Luſitan. *lib.* 4. *tit.* 24. *in princip.* vide Couarruv. *lib.* 2. *variar. c.* 15. *num.* 4. Gom. *tom.* 2. *variar. c.* 3. *num.* 6. Valaſc. *de iure emphyt. quæſt.* 21. *n.*3. Anton. Gabr. *commun. lib.* 3. *tit. de locato, concl.* 3. Carot. *de locato, part.* 4. *tit. de recuſat. quæſt.* 2. Molina *diſp.* 499. *n.* 5. Cardoſ. *in praxi iudicum, verbo Locatio, num.* 20. Rebello *d. lib.* 14. *quæſt.* 10. *n.* 14. Azor. *d. lib.* 8. *de locato, c.* 8. *quæſt.* 2. *verſ. ſecunda*, Leſſ. *d.c.* 24. *dub.* 7. *num.* 34.

22 Amplia primò ſi locator domo indigeat ad patrem, vel avum, filium, aut fratrem, vt per d. Ordin. Reg. Luſit. *vbi proximè*, & apud Caſtellanos *l.*6. *tit.* 8. *part.* 5. Valaſc. *d.q.* 22. *n.*3. Molin. *diſp.* 499. *n.*6. Azor. *d.c.*8. *q.*2. *verſ. ſed quid.*

23 Amplia ſecundò, vt concluſio huius text. procedat etiam in conductore; nam quemadmodum locator poteſt expellere conductorem propter ſupervenientem neceſſitatem, ita è converſo conductor propter ſuperuenientem caſum rem deſerere poteſt ante finitum locationis tempus. Boër. *deciſ.* 149. *num.* 8. *&* 9. Hieron. Gabr. *conſ.* 73. *n.* 2. *vol.* 2. Valaſc. *d. quæſt.* 21. *num.* 9. Carot. *d. tit. de recuſat. quæſt.* 4. Cardoſo *d. verbo Locatio, num.* 21. Azor. *d. lib.* 8. *c.* 9. quamvis diſpoſitionem huius text. vt ſcilicet in caſu neceſſitatis liceat locatori à locatione diſcedere, non procedere in conductore, ſeu inquilino, teneant Barbat. *in præſenti, num.* 4. *&* 21. Firman. *in repertor. in verbo conductor, num.* 30. Rip. *in tract. de peſte, part.* 2. *num.* 15. 20. *&* 21. Couar. *pract. c.* 30. *n.* 3. *verſ. immò excepta, circa fin.* vbi
24 dicit hanc partem eſſe veriorem. Vnde propter veriſimilem timorem ſpirituum malignorum poterit conductor domum deſerere, ſi in ea terris imaginibus, & tumultibus inquietetur, Anton. Gom. *variar. tom.* 2. *c.* 3. *num.* 3. *verſ.* 2. Valaſc. *d. quæſt.* 22. *num.* 7. Mozz. *de accident. locati, num.* 5. Perez *tit.* 7. *lib.* 5. *Ordin. pag.* 190. *verſ. deducitur etiam.* Et propter peſtem, vt per Valaſc. *d. quæſt.* 22. *num.* 6. Mozz. *tit. de accident. locat. num.* 6. *& tit. quomodo finiatur locatio, num.* 3. Gom. *d. num.* 3. *verſ. ex quo infero.* Molin. *diſp.* 493. *in princip.* Azor. *d.c.* 10. *quæſt.* 5. Cabed. *part.* 1. *deciſ.* 93. *num.* 3. *cum ſeqq.* Item propter bellum, ſi quando conduxit neſciebat imminere tempus belli, vide *l. item quæritur, §. exercitu, ff. locati,* Valaſc. *d. quæſt.* 22. *num.* 6. *in princip.* Mozz. *d. tit. de accident. locat. num.* 5. Flamin. *de reſignat. tom.* 2. *lib.* 11. *quæſt.* 13. *n.* 56. Denique vbi domus minatur ruinam, ſecundùm Bald. *in l. ſi in lege* 27. *§. ſi domus, ff. locati.* Gail. *lib.* 2. *obſeru.* 23. *n.* 6. Anton. Gom. *variar. tom.* 2. *de contract. tit. de locat. cap.* 3. *num.* 3. *verſ. tertiò infero.* In his enim & ſimilibus caſibus conductor ſiue inquilinus non poteſt nec per ſe, nec per alios vti domo locata, & ideo tunc ſoluta penſione præteriti temporis habet interdictum de migrando, de quo *in l.* 1. *§. ſi penſio*, & *ibi* Odofred. Alberic. & Bart. *ff. de migran.*

Aduerte tamen quod conductor diſcedens propter aliquem ex ſupradictis caſibus tenetur domino denuntiare, & claues tradere, ſi commodè poteſt vt per Cott. *in memorab. verbo conductor*, Rebuff. *de priuileg. ſcholaſt. priuileg.* 11. *num.* 5. Valaſc. *d. quæſt. num.* 1. *verſ. adde tamen*, Maſcard. *de probat. concluſ.* 820. *n.* 12. Rebello *d. part.* 2. *lib.* 14. *quæſt.* 8. *n.* 16. vbi cum Gam. reſoluit quod ſi cùm commodè poſſet non denunciavit, vel claues non reddidit, & ea de cauſa fortè dominus domum alteri non locauit, ad ſatisfactionem damni ſubſequuti compellendus erit; ſi tamen impedimentum ſit notorium, non eſt neceſſaria denuntiatio, vel proteſtatio, prout reſoluit Menoch. *conſ.* 120. *num.* 15. *&* 33. 25

Limita primò ſupradictam reſolutionem non procedere in ſucceſſore conductoris, qui non poteſt expellere colonum propter ſuperuenientem neceſſitatem, vt per Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 117. *num.* 19. 26

Limita ſecundò in ſcholari, qui non poteſt à domino expelli, etiamſi vellet domum pro ſua neceſſitate, vt per Bologn. *in repet. auth. habita, C. ne filius pro patre, n.* 369. Cevall. *communium contra commun. q.* 756. *n.* 43. Morla *in emporio iuris, p.* 1. *tit.* 10. *n.* 16. Rebuff. *de priuileg. ſcholaſt. priuileg.* 8. quamvis contrarium tueantur Valaſc. *d.q.* 22. *n.* 5. D. Barboſa *in l.* 1. *p.* 7. *n.* 52. *ff. ſoluto matrim.* Carot. *de locato, p.* 4. *tit. de recuſat. q.* 2. *n.* 37. *&* 38. 27

Limita tertiò ſi dominus promiſit non expellere inquilinum durante conductione, quatenus etiam indigeret domo locata pro vſu proprio, vt per Anton. Gabr. *commun. lib.* 5. *tit. de locato, concl.* 3. Pute. *deciſ.* 171. *lib.* 1. *in correct.* Alciat. *concl.* 35. *n.* 5. *in fine, & n.* 4. *lib.* 8. Valaſc. *d. q.* 22. *n.* 8. Magon. *Lucenſi deciſ.* 75. *num.* 2. Carot. *d. quæſt. num.* 18. Surd. *conſil.* 34. *num.* 29. Molin. *diſp.* 499. *n.* 8. Cardin. Mantic. *d. lib.* 5. *tit.* 7. *num.* 12. Ceuall. *q.* 756. *num.* 41. *&* 42. Anton. Gabr. *lib.* 3. *commun. tit. de locato, concluſ.* 3. *à n.* 2. D. Barboſ. *in l. ſi filiofam. § fin. num.* 35. *cum ſeq. ff. ſoluto matrim.* Girond. *de priuilegiorum, ſeu exemptionum explicat. n.* 1217. 28

Limita quartò in locatione ad longum tempus, putà ad decennium, vel vltra, quia tunc etiam ex ſuperuenienti neceſſitate dominus non poterit expellere conductorem, vt per Gom. *d.c.* 3. *n.* 9. Duen. *reg.* 240. *limit.* 2. Valaſc. *d. q.* 22. *in princ.* Carot. *d. q.* 2. *num.* 40. D. Barboſ. *d. §. fin. n.* 37. *ad finem*, Cabed. *p.* 1. *deciſ.* 92. *num.* 3. 29

Vel reficere poterit.] Notatur ad hoc, quod locator durante tempore locationis poteſt expellere conductorem, ſi domus locata indigeat refectione: in idem eſt *l. æde,* vbi gloſſ. *verbo corrigere*, *C. hoc tit. l. qui inſulam*, vbi Bart. *& l. & hæc diſtinctio, ff. eodem*, & Ordin. Regia Luſitan. *lib.* 4. *tit.* 24. *in princip.* ibi, *ò tercero*, vide Mozz. *tit. quomodo finiatur locatio, n.* 12. Donat. à Fina *tom.* 1. *commun. opinion. lib.* 4. *tit.* 43. *n.* 107. *pag.* 661. Molina *diſp.* 499. *n.* 11. Carot. *d. p.* 4. *de locato, tit. de recuſat. quæſt.* 5. Cardoſ. *d. verbo locatio, n.* 20. Leſſ. *d. lib.* 2. *c.* 24. *dub.* 7. *n.* 34. *verſ. tertia eſt.* Azor. *d. p.* 3. *lib.* 8. *de locato, c.* 8. *quæſt.* 2. *verſ. tertia cauſa eſt*, Rebell. *d. lib.* 14. *q.* 10. *num.* 13. vbi etiam reſoluit reddendam eſſe domum conductori poſt refectionem, de quo etiam Tiraquel. *in tract. ceſſante cauſa, n.* 103. Menoch. *remed.* 3. *retin. num.* 208. Bonacin. *de contract. diſp.* 3. *quæſt.* 7. *punct.* 2. *num.* 13. 30

Si neceſſitas, quæ tamen non imminebat, &c. Notatur ad hoc, quod exiſtente neceſſitate tempore locationis, non poterit locator poſtea conductorem expellere, 31

Matilian. *deciſ.*29. quem refert Aloyſ. Ric. *in collect. deciſ. p.*1. *collect.* 16. *in fine*, quia neceſſitas expellendi debet eſſe improuiſa, nec antea cogitata, vt per Valaſc. *d. queſt.* 22. *num.* 3. Rebello *d. lib.* 14. *quæſt.* 10. *num.* 5. Vnde ſi domum locavi in qua habitabam, cùm aliam non haberem, non poſſum poſtea conductorem expellere, Azor. *d. cap.* 4. *quæſt.* 2. *verſ. quid verò ſi Titius.*

32 *Remiſſa ſibi pro reſidui temporis penſione.*] Ergo non tenetur locator ad intereſſe, quia cùm his caſibus ex natura contractus citra culpam locatoris expellatur conductor, ceſſat obligatio ad intereſſe, *l. fundus*, *C. hoc tit. l. qui inſulam, in princip. & l. ſi fundus quem, verſ. Nam ſi, ff. eodem.* Imò nec penſionem remittere tenetur vbi domum æquè commodam præſtiterit conductori. Henric. *hîc n.*4. Imola *n.* 19. Cardin. *oppoſit.* 3. per text. *in l. cùm in plures, in princip. ff. eodem*, Connan. *lib.* 7. *c.* 11. *n.* 17.

33 Extra hos tamen caſus, de quibus *hîc*, non tenetur locator præciſè ſtare locationi, ſed liberatur præſtando intereſſe, & eo præſtito poteſt conductor expelli, ex Bart. *in l. emptorem, in fine, C. hoc tit.* communiter recepto per Covar. *lib.* 2. *variar. c.* 15. *verſ. primum*, Neguzant. *de pignorib. p.* 2. *membro* 1. *n.* 7. & 8. Gurtier. *in l. nemo poteſt, n.* 44. *ff. de legatis* 1. Et aliqua de intereſſe, & quod dominus pendente locatione cum hypotheca rei conductæ, ſiue generali conductorem expellere non poteſt, vide Valaſc. *conſ.* 76. *n.* 5. Cald. Pereira *de renouat. emphyt. q.* 12. *à n.* 22. & *de reſol. emphyt. c.* 20. *n.* 26.

34 *Perverſè conuerſatur*, &c.] Notatur ad hoc, quod conductor expelli poteſt ſi re locata abutatur, Ordin. Regia Luſitan. *d. tit.* 24. *in princip.* Gregor. *l.* 6. *verbo, de las mugeres, tit.* 8. *p.* 5. Menoch. *de arbitr. q.* 78. Tiraq. *de iudicio in rebus exig. verſ.* 57. *cum ſeqq.* Rebuff. *de priuileg. ſchol. priuileg.* 20. *num.* 5. Carot. *d. part.* 4. *de locato, tit. de recuſat. quæſt.* 7. *à princip.* Mozz. *d. tit. quomodo finiatur locatio, n.* 13. Card. Mantic. *de tacitis, & ambig. conuent. lib.* 5. *tit.* 7. *n.* 17. Molin. *diſp.* 499. *n.* 12. *verſ. quartus*, Leſſ. *lib.* 2. *c.* 24. *dub.* 7. *num.* 34. *verſ. quarta*, Azor. *d. part.* 3. *lib.* 8. *de locato, c.* 8. *quæſt.* 2. *verſ. quarta cauſa*, Rebello *d. lib.* 14. *quæſt.* 10. *num.* 10. Card. Tuſch. *tom.* 5. *concl.* 416. Bonacin. *de contractib. diſp.* 3. *quæſt* 7. *puncto* 2. *num.* 11. noviſſimè Benedict. Ægid. *in tract. de iure, & priuilegio honeſtatis, art.* 9. *num.* 8. Niſi dominus à principio locet illi, quem veroſimiliter credere debuit perverſè conuerſaturum, vt per Bellacomb. *tom.* 1. *communium opinion. lib.* 4. *titul.* 43. *num.* 109. *pag.* 661.

35 Vnde ſi conductor inducat in domum meretrices, aut malos homines, qui ibi inhoneſtos actus exerceant, ex quibus damnum aliquod honeſtis vicinis inferatur, vel ſi aliquod detrimentum ex hoc generetur locatori, vel ipſi domui, è domo expelli poterit, per Ordin. Regiam Luſitan. *d. tit.* 24. *in princip.* ibi, *ou vzando nella de alguns actos illicitos, è deshoneſtos*, & reſoluta per Valaſc. *q.* 23. *in princ.* Menoch. *d. caſu* 78. *num.* 9. Carot. *d. quæſt.* 11. Scholares tamen ſi in domum conductam meretrices inducant, cùm hoc in illis non ſit nouum, & inuſitatum, non eſſe expellendos reſoluunt Bolognin. *in auth. habita, C. ne filius pro patre, num.* 377. Rebuff. *de priuil. ſchol. priuileg.* 20. Sed Rebello *d. quæſt.* 10. *num.* 10. *verſ. porrò*, affirmat expelli poſſe; ſi inde locatoris honeſtas, vel fama periclitaretur, vel honeſtorum vicinorum detrimentum timeretur.

36 Limita primò, quod de inquilino, vel conductore dictum eſt, vt ſcilicet è domo poſſit expelli, ſi in eam meretrices inducat, non procedere ſi domus eſſet iuxta lupanar, vel ad talia conſueta, provt poſt Valaſc. reſoluit Molin. *diſp.* 489. *n.* 12. & poſt eos Bened. Ægid. *d. art.* 9. *n.* 8. *in fine.*

Meretrices è vicinia expelli poſſunt, vt per Viuian. 37 *tom.* 2. *commun. opinionum, lib.* 9. *tit.* 12. *n.* 11. *verſ. eſt bene verum, pag.* 488. Couarruv. *de ſponſal. part.* 2. *c.* 8. §. 11. *num.* 5. Anton. Gom. *tom.* 3. *variar. c.* 6. *num. fin. verſ. Et ex ſuperioribus, & l.* 62. *Tauri, num.* 3. *verſ. item*, Bellet. *diſquiſit. clerical. part.* 1. *tit. de fauore clericorum reali*, §. 4. *n.* 54. Menoch. *de arbitr. caſu* 78. *n.* 11. & *caſu* 328. *num.* 1. & 14. & *caſu* 535. *n.* 16. Rebuff. *tom.* 1. *ad leges Galliæ, tract. de ſentent. proviſ. num.* 133. *pag.* 149. & *in comment. ad tit. ff. de verborum ſignific. pag.* 527. & 528. Vincent. de Franch. *deciſ.* 316. Maſcard. *concluſ.* 1066. *n.* 8. Peregrin. *deciſ.* 12. Cened. *ad Decretal. collect.* 140. *num.* 4. Benedict. Ægid. *d. art.* 9. *à num.* 4. Plaz. *in epitom. delict. lib.* 1. *c.* 34. *num.* 18. Petr. Cabal. *reſol. crimin. tom.* 1. *caſu* 184. *num.* 1. Vincent. de Franch. *part.* 2. *deciſ.* 516. Farinac. *fragment. crimin. part.* 2. *verbo mulier*, *n.* 407. Intellige ad inſtantiam vicinorum habitantium in ipſa vicinia non, autem ad inſtantiam dominorum ipſarum domuum, quas ipſi non inhabitant, ſed aliis locant: ita ſentiunt Plaz. *d. c.* 33. *n.* 10. *ad fin.* Farinac. *d. verbo mulier, n.* 408.

Non peccat autem mortaliter qui facit vel locat 38 domum meretrici, dummodo nec principaliter, nec etiam minus principaliter meretricium vſum in domo conducta exercendum intendat, ſed ſolius habitationis vſum, vt per Fr. Emman. *in ſumma, parte* 1. *cap.* 203. *concluſ.* 11. Beja *in reſponſis caſuum conſcientiæ, part.* 1. *caſu* 27. plures Doctores refert Cened. *ad Decretal. collect.* 140. *num.* 5. quibus adde Petr. Ledeſma *in ſumma, part.* 2. *tract.* 27. *cap.* 9. *concluſ.* 6. *dub.* 3. *verſ. digo lo ſecundo*, Benedict. Ægid. *d. art.* 9. *num.* 4. *in med.* Molin. *diſp.* 500. *num.* 3. Azor. *inſtit. moral. part.* 2. *lib.* 12. *c.* 18. *quæſt.* 3. Rebello *de obligat. iuſtit. lib.* 14. *quæſt.* 7. *num.* 8. *in fine*, Sanchez. *in præcepta Decalogi, lib.* 1. *c.* 7. *num.* 20.

Amplia primò, vt etiam dominus domi propter vi- 39 tæ turpitudinem è domo propria, ac vicinia ſit expellendus, vt per Menoch. *d. caſu* 535. *n.* 17. Bened. Ægid. *d. art.* 9. *n.* 10. vbi etiam contra Valaſc. *q.* 23. *ante finem*, idem reſoluit in emphyteuta.

Amplia ſecundò in muliere coniugata, quæ mere- 40 tricio more viuit, cuius maritus eſt vilis, & ipſius vxoris leno, vt tradit Menoch. *d. caſu* 535 *n* 19. & nouiſſimè Benedict. Ægid. *art.* 9. *n.* 11. Avendan. *de exequendis mand. p.* 2. *c.* 6. *n.* 4 *cum ſeqq.* vbi extendit ad uxoratam habentem domum propriam. Caball. *d. caſu* 284. *n.* 3. & 4. Farin. *d. verbo mulier, n.* 409.

Amplia tertiò in ea, quæ non quæſtus gratia, ſed 41 capta alicuius amore illi ſui copiam facit, cùm inhoneſta dicatur, provt reſoluit Benedict. Ægid. *d. art.* 9. *n.* 6. *in fine, & n.* 7. quamvis hanc mulierem non poſſe è vicinia expelli reſoluant Farin. *in praxi crimin. p.* 3. *q.* 98. *n.* 6. Maſcard. *d. concl.* 1066. *n.* 8. Menoch. *caſu* 328. *num.* 14.

Et cùm conductor ob prædictam cauſam expelli- 42 tur durante tempore locationis, dubium eſt an illi penſio pro rata temporis remitti debeat. In qua quæſt. poſt varias adductas ſententias diſtinguit Gregor. *l.* 6. *verbo dos caſos, propè finem, tit.* 8. *p.* 5. dicens quod aut dominus reperit conductorem pro tempore futuro, & tunc fiat remiſſio penſionis, ſecus ſi non reperit, ne aliàs in damno ſit propter conductoris culpam, referunt, & ſequuntur Molin. *diſp.* 499 *num.* 14 Rebello *libro* 14. *quæſt.* 10. *numero* 11. & conſentit Benedict. Ægid. *d. artic.* 9. *numero* 9. quando ſcilicet conductor ob turpem vitæ conuerſationem expellitur à vicinis, quibus ſcandalum præbet: ſecus dicit ſi à non vicinis, ſed à locatore iure domini vtente expellatur; tunc enim

enim penſio illi remittenda eſt, quia etſi propter ipſius culpam expellatur, talis tamen culpa nullum affert domino in re ſua detrimentum.

43 Aduerte quod Doctores, & ſcholares habent facultatem expellendi obſtrepentes, ne per tales ſtrepitus diſtrahantur à ſuis ſtudiis, vt per Iacob.Benint.*de priuileg. Iuriſconſult. priuileg.69. n.3. cum ſeqq.* Horat. Lut. *de priuilegiis ſcholaſt.priuileg.46.* Franc. Marc. *deciſ. 365. p.1.* Marc. Mut. *ſuper conſuet. Panorm c.70. n. 27.* vbi etiam quod contra tales ſtrepitum facientes & malleantes proceditur tempore feriarum, Franciſc. Marc. *deciſ. 368. n.7. p.1.* Moterent. *ad ſtatuta Bononien.lib.4.tit. de conductoribus domor.probib.*Bellet. *diſquiſit. clerical. p.1. tit. de fauore Clericorum reali, §.4. n.58.* vbi *num.61.* reſoluit poſſe compelli fabrum ad ceſſandum à ſuo exercitio propter infirmum vicinum, qui moleſtatur ob ſtrepitum eiuſdem fabri, & *num.62.* tenet non poſſe appellari à decreto lato contra eundem fabrum expulſum propter ſtrepitum, & contra meretricem expulſam è vicinia, quia iſta non patiuntur dilationem. Quod etiam eſt in ſimilibus impedimentis, vt in malis odoribus, importuno ſono campanæ, ſibilationibus, & vocibus infectis, Benint. *dicto priuileg. 68. num. 12.& 13.p.3.* Alaciat. *parerg. lib.1. cap.11.* Intellige hæc omnia, quando Doctor præuenit eum, qui vult expellere de vicinia, aliàs ſecus, cùm cauſa præuentionis tanquam potiſſima ſit in iure conſideranda, per text. *in l. 2. §. ſi quis nemo, ff. ne quid in loco publico*, reſoluunt Menoch. *de arbitr. caſu 137. n.7. & 17.* Coller.*de proceſſibus execut. p.1. c.4. num.8. in fine, verſ.quam theoricam*, Marc. Mut. *ſuper conſuet. Panorm. cap.33. num.53.*

44 *Per biennium non ſoluiſſet.*] Notatur ad hoc, quod conductor ante finitum locationis tempus per locatorem expelli poteſt, ſi per biennium penſionem debitam non ſoluat. Sed verius eſt ſtatim expelli poſſe ſi non ſoluit debito tempore penſionem, vt per Valaſc.*queſt.21. num.1.* Rebuff. *in tract. exception.n.680.* Anton. Gabr. *lib.3. commun. tit.de locato, concl.3. n.2.* Seraph. *de priuileg. iuram.priuileg.13. num.20.*Carot. *d. p.4. de locato, tit. de recuſat. quaeſt. 14. num.50.* Morla *d.tit. 10. in prælud.num.31.*D.Barboſa *l.in filiofamil. fin. n.35. ff. ſoluto matrimon.* Cardin. Mantic. *de tacitis, & ambig.conuent. lib.1. tit.13. num.25.* Ex doctis Patribus Societatis Iesv Molin. *diſp.499. n.2.* Leon. Leſſ. *de iuſtit.lib.2. cap.24. dub.7. num.32.* Rebello *d. lib.14. quaeſt.10.n.1.cum ſeqq.*Azor.*d.p.3.lib.8. de locato, q.2. verſ. quorum prima*, & ſequitur Ordin. Reg. Luſitan. *lib. 2. tit.14. in princ. verſ. O primeiro he.* Et propter iuramentum ſoluendi penſionem ſufficit defectus vnius termini, vt poſſit expelli non expectato biennio, vt per Stephan. Gratian.*diſcept. forenſ. c.19.n.7.*

45 Amplia primò in ſcholari, qui poteſt expelli, ſi non ſoluat penſionem, vt per Valaſc. *q.22. n.5.*Morla *d. tit. 10. in prælud.n.25. in fine*, Ludouic.Rodolphin. *var. concluſ.1. n. 6.* Carot. *de locato, p.4. tit. de recuſ. q.14. n.16.& 17.* D. Barboſa *in l.1. p.7. n.53. ff.ſoluto matrim.*

46 Amplia ſecundò, vt habeat locum etiam ſtante pacto de non expellendo conductorem durante tempore locationis; adhuc enim ſi non ſoluat penſionem, expelli poteſt, vt per Valaſc. *q.21. n.4.* Carot.*d.q.14. n.4.* Menoch.*de præſ.lib.3. q.38. n... & lib.6. q.10.n.2.*

47 Amplia tertiò, vt etiam conductor poſſit expelli, qui deficit in minimo nummo penſionis, vt per Surd. *conſ.p.2. n.16.* quem refert & ſequitur Steph. Gratian. *d.c.19.n.10.& n.12.*quod non cenſetur facta relocatio ſi defecerit in ſolutione penſionis.

Inde rationabiliter amovetur.] Propria ſcilicet auctoritate locatoris, communis ex Valaſc. *d.q.21. n.2.* Stephan. Gratian.*d.c.19 num.8.*& eſt de natura huius verbi, ex Tiraq. *in l. ſi vnquam, verbo renuntiatur, n.171.*De iure verò Luſitan. per Ordin.Regiam *lib.4. tit.25.§. vnic.* neceſſariò adeundi ſunt miniſtri publici pro expulſione, nec vlterior proceſſus requiritur; non tamen per hoc aperitur via malitioſè eiiciendi, cùm eadem Ordin. conductori temerè eiecto triplicatum tempus reſiduum gratis concedat. Valaſc. *d. q. 21. num.3.* Molin. *diſp.499. num.15.* Rebello *d. lib. 141. quaeſt.10.num.18.* Cald.Pereira *de empt.c.23. num.8.* 48

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta Eccleſiæ meliorationes ſuas vendere non poteſt, niſi ſervatis his, de quibus hic, & ſi contra fecerit, vel canonem per biennium non ſoluerit, nec moram poſtea celeriter purgaverit, iuſtè poteſt expelli.*

2 *Emphyteuſis de materia qui ſcripſerint referuntur.*

3 *Emphyteuta non poteſt emphyteuſim alienare, niſi prius requirat domini conſenſum, etiam extraiudicialiter, vel præſumptiuè, vt* n.4.

5 *Eccleſia in præſtando conſenſum alinatori emphyteuſis requiſita videtur, ſi emphyteuta poſt alienationem illam requiſierit ſcientem alienationem.*

6 *Prælatus Eccleſiæ Collegiatæ, vel Monaſterij, poteſt abſque Capitulo conſenſum præſtare alienationi rei emphyteuticæ ad Eccleſiam pertinentis.*

7 *Dominium directum vendere poteſt dominus directus non requiſito emphyteuta.*

8 *Subemphyteuta vendens alteri emphyteuſim quando teneatur requirere conſenſum domini directi, & non emphyteutæ, oſtenditur.*

9 *Emphyteuta tenetur denuntiare domino directo verum pretium, vt ipſe deliberare poſſit, an expediat emphyteuſim habere.*

10 *Caducitas incurritur pro ea parte pro qua conſenſus non fuerit requiſitus, quando duo ſunt Domini directi, & vnus fuit requiſitus.*

11 *Emphyteuta priuatur re emphyteutica, ſi exprimat per mendacium pretium venditionis, vt minus ſoluat pro laudemio.*

12 *Emphyteuſis non poteſt retineri à domina in favorem tertij, quando ei denuntiatur an ſibi expediat eam habere.*

13 *Colono, vaſſallo, & emphyteutæ debet Dominus præferri in emptione fructuum ex prædio perceptorum.*

14 *Dominus directus ſi intra ſpatium duorum menſium declaraverit ſe nolle emere emphyteuſim, quæ ab emphyteuta alienanda eſt, non requiritur vlterior expectatio, nec re integra pœnitere poteſt.*

15 *Menſis quilibet conſtat triginta diebus.*

16 *Dominus directus ſi intra ſpatium duorum menſium oppoſuit exceptionem, quod non tenebatur conſenſum, & auctoritatem præſtare venditioni, & poſtea vltra plures menſes victus evadat, tempus dictorum duorum menſium currit à tempore latæ ſententiæ.*

17 *Emphyteuta licitè poteſt vendere, & alienare perſonis non prohibitis, poſtquam dominus declarauerit ſe nolle emere.*

18 *Laudemium ſoluendum eſt domino directo ex emphyteuſi vendita, antequam emptor poſſeſſionem conſequatur.*

19 *Laudemium minui, vel augeri poteſt, ſi conuentum ſit inter partes, vel in regione.*

20 *Laude*

20 *Laudemiorum materiam qui tractent, referuntur.*
21 *Laudemii præſtatio eſt quædam exhibitio reverentialis, quam facit emphyteuta, dum ſuſcipiendo inveſtituram dominum recognoſcit.*
22 *Laudemium in dubio debet intelligi, ut non debeatur.*
23 *Datio in ſolutum ſoluit laudemium.*
24 *Venditio cum pacto de retro ſoluit laudemium.*
25 *Dos æſtimata, quæ facit emptionem, ſoluit laudemium.*
26 *Locatio ad longum tempus ſoluit laudemium.*
27 *Remiſſio, quæ fit inter ſocios, ſoluit laudemium.*
28 *Venditio ſervitutis realis ſoluit laudemium.*
29 *Vendita res juſſu teſtatoris ſoluit laudemium.*
30 *Diviſio rei feudalis, vel emphyteuticæ ſoluit laudemiũ.*
31 *Venditio nulla non ſoluit laudemium.*
32 *Venditio conditionalis non ſoluit laudemium.*
33 *Vſusfructus venditio non ſoluit laudemium.*
34 *Retrovenditio non ſoluit laudemium.*
35 *Redditus venditio non ſoluit laudemium.*
36 *Diviſio hæredum non ſoluit laudemium.*
37 *Hypothecata res non ſoluit laudemium.*
38 *Laudemium non debetur re non tradita.*
39 *Tranſactio non ſoluit laudemium, niſi res dimittatur.*
40 *Alienatio neceſſaria non ſoluit laudemium.*
41 *Permutatio an, & quando ſoluat laudemiũ, oſtenditur.*
42 *Donatio non ſoluit laudemium.*
43 *Laudemia exigendi facultas non eſt perſonalis, ſed realis.*
44 *Hypotheca competit pro laudemiis præſtandis.*
45 *Vſufructuario, & non proprietario debetur laudemiũ.*
46 *Emphyteuta alienans irrequiſito domini conſenſu amittit emphyteuſim.*
47 *Conducens emphyteuſim ad longum tempus irrequiſito domino, illam amittit.*
48 *Permutatio emphyteuſis irrequiſito domino facta facit emphyteutam incidere in commiſſum.*
49 *Melioramentorum venditio non poteſt fieri abſque domini conſenſu.*
50 *Tranſactio, quam irrequiſito domino facit emphyteuta transferens emphyteuſim in adverſarium, aliquo nempe dato, vel retento, facit illum cadere in commiſſum.*
51 *Cenſus impoſitus ſuper re emphyteutica irrequiſito domino, facit incidere emphyteutam in commiſſum.*
52 *Redditus reſervativi impoſitio ſuper re emphyteutica irrequiſito domino facit emphyteutam incidere in commiſſum.*
53 *Legatum emphyteuſis irrequiſito domino fieri non poteſt penitus extraneo, qui non erat emphyteutæ ſucceſſurus.*
54 *Donatio rei emphyteuticæ irrequiſito domino fieri non poteſt.*
55 *Emphyteuſis renuntiari non poteſt irrequiſito domino.*
56 *Alienatio emphyteuſis cum clauſula* Conſtituti, *an faciat incidere emphyteutam alienantem in commiſſum, oſtenditur.*
57 *Dotis conſtitutio de re emphyteutica irrequiſito domino an fieri poſſit, oſtenditur.*
58 *Alienatio neceſſaria, quæ fit ex mandato judicis, alicujus rei emphyteuticæ, irrequiſito domino fieri non poteſt.*
59 *Compromiſſum de re emphyteutica ſine conſenſu domini directi fieri non poteſt.*
60 *Nominatio ad emphyteuſim an fieri poſſit irrequiſito domino,* & n.78.
61 *Commiſſi pœna ob alienationem rei emphyteuticæ irrequiſito domino, an incurratur ipſo iure abſque ſententia, remiſſivè.*
62 *Negans ſe emphyteutam, ſi de mendacio convincatur, in pœnam commiſſi cadit.*
63 *Emphyteuta licet celebret contractum alienationis, ſi tamen non ſit ſequuta traditio, non incidit in commiſſum.*
64 *Venditio nulla emphyteuſis irrequiſito domino, non facit emphyteutam vendentẽ incidere in cõmiſſum.*
65 *Venditio conditionalis irrequiſito domino fieri poteſt, ſi nondum proceſſum ſit ad traditionem.*
66 *Venditio emphyteuſis cum pacto legis cõmiſſoriæ, vel addictionis in diem, fieri poteſt irrequiſito domino.*
67 *Venditio emphyteuſis, quæ reſcinditur remedio* l. 2. C. de reſcind. vendit. *fieri poteſt irrequiſito domino.*
68 *Promiſſio de vendendo emphyteuſim poteſt fieri irrequiſito domino.*
69 *Retrovenditio emphyteuſis poteſt fieri irrequiſito domino.*
70 *Venditio, quam facit partis ſuæ hæres emphyteutæ cohæredi ſuo, poteſt fieri irrequiſito domino.*
71 *Donatio emphyteuſis irrequiſito domino facta Eccleſiæ, non facit donantem incidere in commiſſum.*
72 *Alienatio nulliter facta emphyteuſis irrequiſito domino, non facit incidere ſic alienantem in commiſſum.*
73 *Alienatio facta à viro de emphyteuſi uxoris irrequiſito domino, non facit eam incurri in commiſſum.*
74 *Alienatio emphyteuſis irrequiſito domino facta ab eo, qui ignorabat rem eſſe emphyteuticam, non facit incidere in commiſſum.*
75 *Alienatio emphyteuſis in ſocium, vel collegam ejuſdem emphyteuſis, fieri poteſt irrequiſito domino.*
76 *Diviſio emphyteuſis, quam faciunt inter ſe plures emphyteutæ, fieri poteſt irrequiſito domino.*
77 *Servitutem ſuper rebus emphyteuticis emphyteuta citra domini conſenſum conſtituere poteſt.*
79 *Emphyteuſis quando tranſit ad comprehenſos in inveſtitura, in ea tranſlatione non requiritur conſenſus domini.*
80 *Vſusfructus conſtitui poteſt in fundo emphyteutico abſque domini conſenſu.*
81 *Pignorari, vel hypothecari poſſunt bona emphyteutica irrequiſito domino.*
82 *Alienans partem emphyteuſis, non à tota emphyteuſi, ſed ab illa parte ſic alienata cadit in commiſſum.*
83 *Fiſci emphyteuta poteſt irrequiſito domino emphyteuſim alienare.*
84 *Alienans, vel vendens cum conditione, ſi domino placuerit, &c. nec aliter, aliàs, nec alio modo, &c. non incidit in commiſſum, etiamſi tradat emphyteuſim irrequiſito domino.*
85 *Dominus directus non poteſt declarare commiſſum incurſum contra hæredem emphyteutæ alienantis, ſi in vita emphyteuta tacuit.*
86 *Alienans irrequiſito domino cadit à jure ſuo, quando conſuetudo eſt in loco, quod emphyteuta alienet ſine domini requiſitione.*
87 *Rem ſolitam alienari abſque conſenſu domini poteſt emphyteuta alienare eo irrequiſito, ſine commiſſi incurſu.*
88 *Emphyteuta non tenetur in alienatione emphyteuſis requirere conſenſum domini, quando in inſtrumento adjectum fuit quod emphyteuta poſſit alienare in quemcunque, &c.*
89 *Alienatio emphyteuſis irrequiſito domino fieri poteſt, quando ſuper ea pendet lis inter dominum, & emphyteutam.*
90 *Emphyteuta Eccleſiæ amittit emphyteuſim ceſſando à ſolutione canonis per biennium, etiamſi res emphyteutica ſit magni valoris, penſio verò exigua, ut* n.91. *etiamſi in uno nummo ceſſaverit, ut* n.92. *& etiãſi emphyteuta à domino directo interpellatus nõ fuerit, ut penſionem ſolvat,* ibid. n.93. *& etiamſi in contractu emphyteutico appoſita ſit pœna propter non ſolutam penſionem debito tempore, ut* n.94.

95 Eccleſia, quæ ab alia Eccleſia, vel à privato rem in emphyteuſim accepit, incidit in commiſſum ſi penſionem per biennium non ſolverit.

96 Emphyteuta favore Eccleſiæ de contractu emphyteutico nullo tenetur ſolvere penſionem.

97 Emphyteuta recipiens emphyteuſim ab Eccleſia ſine ſolemnitatibus, non poteſt nullitatem contractus allegare, teneturque canonem ſolvere.

98 Emphyteuta lite pendente non ſoluens canonem per biennium incidit in commiſſum.

99 Emphyteuta ſi ſit creditor domini directi in æquali, ſeu majori quantitate debitæ penſionis ultra biennium, non incidit in commiſſum.

100 Penſio emphyteuſis ſufficit ut ſoluta ſit à quocunque etiam extraneo, ne res incidat in commiſſum, quamvis domino nolente.

101 Cenſus à ſolutione etiamſi per mille annos ceſſatum ſit, nunquam intelligitur caducitas commiſſa.

102 Emphyteuta penſionem ob ignorantiam non ſoluens excuſandus eſt.

103 Servitium ubi pro feudo ſolvitur, illud non amittitur, etiamſi ultra biennium ſervitium non fiat.

104 Eccleſia ſi non ſoluat Canonem rei emphyteuticæ, debet reſtitui adverſus ſolutionem omiſſam.

105 Minor an, & quando reſtituatur adverſus omiſſam ſolutionem canonis rei emphyteuticæ, oſtenditur.

106 Mulier, & ruſticus ſimplex an excuſetur ob omiſſionem ſolutionis penſionis rei emphyteuticæ, oſtenditur.

107 Impeditus juſto impedimento propter quod non ſoluit penſionem emphyteuſis ultra biennium, non incidit in commiſſum.

108 Pauper non ſoluens canonem emphyteuſis ultra biennium ob paupertatem non incidit in commiſſum.

109 Emphyteuta non ſoluens penſionem quandiu rei emphyteuticæ poſſeſſionem aſſequi non poteſt, vel quando plures domini inter ſe contendunt, non incidit in commiſſum.

110 Emphyteuta non ſoluens penſionem minimè incidit in commiſſum, ſi propter bellum, vel peſtem fructus non potuerint percipi, vel ſi non adeſſet cui penſio ſolveretur, ut n. 111.

112 Emphyteutica domo, vel molendino deſtructo per incendium, aut inundationem, non tenetur emphyteuta reædificare, nec ſolvere penſionem.

113 Emphyteutica re deſtructa cenſus ſolutio pro eadem re ceſſat.

114 Commiſſum non incurritur, ſi ſolutio canonis rei emphyteuticæ dotalis non fiat à marito.

115 Emphyteuta non cadit in commiſſum ob non ſolutionem canonis, ſi adſit ſtatutum, vel conſuetudo, quod emphyteuta propter canonem non ſolutum per totum biennium non privetur jure ſuo.

116 Fructus ſi non ſingulis annis, ſed de biennio in biennium in debita copia colligantur, tunc non niſi per quatuor annos cõtinuos hæc pœna commiſſi curritur.

117 Penſionem poſt commiſſum incurſum ob ceſſationem canonis Dominus directus, accipiens, non amplius emphyteutam expellere poterit, intellige ſi ſciat illud incurſum, ut n. 119.

118 Prælatus recipiens penſiones poſt commiſſum decurſas an cenſeatur remittere caducitatem, oſtenditur.

120 Procurator, ſeu factor recipiendo cenſum, ſeu penſionem, non præjudicat domino, quin poſſit caducitatem incurſam declarare.

121 Prælatus an poſſit emphyteutam privatum propter canonem non ſolutum reintegrare abſque auctoritate Sedis Apoſtolicæ, oſtenditur.

122 Heredes Domini directi, qui in vita non declaravit ſe velle quod emphyteuta incurrat in commiſſum, non poſſunt huiuſmodi declarationem facere.

123 Caducitas poteſt declarari per hæredes, quando adeſt clauſula, quod quis cadat ipſo jure.

124 Penſionem ſoluens emphyteuta illi, qui publicè gerebat ſe pro procuratore, liberatur, vel quando ſoluit Prælato intruſo, ſi habeat juſtam, & veriſimilem cauſam credendi eum eſſe Prælatum, ut n. 125.

126 Mora non committitur per emphyteutam ob quantitatem illiquidam canonis.

127 Iudicis mandatum ut emphyteuta non ſoluat penſionem excuſat à caducitate.

128 Lite pendente ſuper re emphyteutica inter duos directos dominos, vel hæredes, non incidit in commiſſum emphyteuta ob non ſolutionem canonis.

129 Biennium, in quo emphyteuta non ſoluens Canonem incidit in commiſſum, debet eſſe continuum, & non interpolatum.

130 Soluiſſe aſſerenti incumbit onus probandi.

131 Caducitatis à pœna omnis cauſa, etiam temeraria, & beſtialis excuſat.

132 Emphyteuta Eccleſiæ ceſſans per bienniũ in ſolutione canonis poteſt celeri ſatisfactione morã purgare.

133 Soluere celeriter quando quis dicatur, remiſſivè.

134 Moræ purgatio non admittitur ſtante pacto, quod ipſo jure incurratur caducitas non ſoluendo canonem die præſtituto.

135 Emphyteuſim ipſo jure amittit ceſſans à ſolutione, ſi dominus velit, itaut eo volente retrotrahatur pœna à die commiſſi.

136 Fructus reſtituere tenetur emphyteuta à tempore commiſſi conſumptos.

137 Penſiones ante commiſſum decurſas tenetur ſoluere emphyteuta.

138 Melioramenta in rebus emphyteuticis per commiſſum deperditis amittit emphyteuta.

139 Commiſſi pœnam nullus poteſt opponere contra emphyteutam, excepto domino, vel eius procuratore cum ſpeciali mandato.

140 Emphyteuticam rem ſi dominus alteri conceſſiſſet, videretur neceſſarium antecedens declaraſſe caducitatem commiſſam.

141 Emphyteutam poſt cõmiſſũ incurſũ an poſſit propria auctoritate dominus directus expellere, oſtenditur.

142 Monachus, & pupillus ad emphyteuſim nominare poſſunt.

143 Mutus ſignis, & nutu ad emphyteuſim nominare poteſt.

144 Excommunicatus ad emphyteuſim nominare poteſt.

145 Prodigus, cui bonorum adminiſtratio interdicta eſt, ad emphyteuſim nominare non poteſt.

146 Nominans ad emphyteuſim tres perſonas, cum unam tantum nominare teneretur, an nominatio valeat, oſtenditur.

147 Nominatio ad emphyteuſim titulo dotis an maneat irrevocabilis, oſtenditur, & n. 148.

149 Nominatio ad emphyteuſim facta in teſtamento, corruit illo revocato, vel annullato.

150 Filius minor legitimus patri ſuccedens ab inteſtato, conſequitur emphyteuſim, quam pater habebat cum poteſtate nominandi ſecundam, vel tertiam perſonam, & filio majore repudiante illam, erit locus ſecundo, ut n. 151.

152 Emphyteuſi Eccleſiæ conceſſa per verba liberè nominandi, an poſſit ſuccurrere filius naturalis, vel ſpurius, oſtenditur.

153 Emphyteuſis Eccleſiæ conceſſa patri abſque mentione filiorum, cenſetur pro ſe, & filiis, non ut hæredibus.

154 Emphyteuſis conceſſa pro hæredibus, & deſcendentibus, non comprehendit deſcendentes, qui etiam hæredes non ſint.

155 Pater non poteſt nocere filio in emphyteuſi non hære-

ditaria

ditaria, ſed ex pacto, & prouidentia conceſſa, niſi fuerit ex re, & pecunia patris acquiſita, vel niſi pater fuiſſet primus emphyteuſis acquiſitor.

156 *Emphyteuſim pro ſe, & filiis ſi pater alieni vendiderit, poterit venditio reſcindi à filio, quamvis filius teneretur emptori pretium pro ſua parte reſtituere, ſi patris hæres ſit.*

157 *Emphyteuſim ex pacto, & prouidentia ſi pater vendiderit, in dubio videtur vendere ius ſuum, non ius filiorum, & alienatio durabit in vita alienantis.*

158 *Emphyteutico titulo nondum finito, poteſt res alteri in emphyteuſim concedi, dummodo ſecunda inueſtitura, prima durante facta, extincta prima conualeſcat.*

159 *Emphyteuſis per partes an poſſit diuidi, oſtenditur.*

160 *Emphyteuſis non poteſt fieri de manſo ſeu paſſalibus Eccleſiæ, nec præſumptus titulus admitti poteſt.*

161 *Dominus directus finitis generationibus, ad quas emphyteuſis conceſſa fuit, tenetur eandem hæredibus, aut deſcendentibus accipientis renouare.*

162 *Emphyteuticus contractus præſumptus requirit quadragenariam poſſeſſionem.*

163 *Emphyteuſis extinguitur, dominiumque vtile cum directo conſolidatur, quoties emphyteuta, nullo relicto aſcendente, vel deſcendente, aliquem non nominauit ſucceſſorem in ſecundam, vel tertiam perſonam.*

164 *Emphyteuta non poteſt recedere à tenore contractus emphyteutici.*

165 *Poſſeſſor rei emphyteuticæ tenetur ad ſolutiones præteritorum annorum.*

166 *Emphyteutæ tenetur dominus de euictione pro emphyteuſi ei conceſſa.*

167 *Renouatio emphyteuſis peti debet intra annum.*

168 *Serui ſunt prohibiti habere emphyteuſim.*

169 *Alienatio rei emphyteuticæ prohibetur fieri in Eccleſiam.*

170 *Capitanei ſunt prohibiti habere emphyteuſim.*

171 *Capitanei dicuntur in Regno Neapolitano Barones.*

Cap. Potuit IV. & fin.

1 EMphyteuta poteſt vendere meliorationes, & ſuum ius, ſi moneatur primò Eccleſia an velit illa emere, dicendo quantum ſibi ab aliis offeratur. Et ſi Eccleſia dicat ſe nolle emere, vel per duos menſes non reſponder, tunc poteſt vendere; aliàs ſi præſumit vendere, vel per biennium non ſoluit canonem, niſi ſtudeat ſibi celeriter conſulere, poteſt expelli, non obſtante quod ei non fuit nuntiatum, vt canonem ſolueret, quia dies ſtatuta interpellat pro homine. Colligunt ex Ordin. Abb.antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Imola, Butr. Barbat. Anan. Hoſt. Anch. Henric.Boich.Guid. Papæ, Panorm.Henric. Caniſ. Cened.*collect.*144. Viu. *in ration. lib.3. iur. Pontif.pag.*186. Alagona *in compend. iuris Canon.pag.*433. Remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.*1. & 2. noviſſimè Didac. de Britto *in ſuo tractatu*. & nouè ſuper hunc text. repetitionem edidit Ovid. de Amicis iuris emphyteutici materiam centum diſceptationibus frequentiſſimis explicans.

Sedet in hoc text. vtilis iuris emphyteutici materia, de qua peculiares ediderunt tractatus Guid. de Suzario *tom.6. tractatuum Doct. part.1. fol.*189. Ioan. Ferrat. Elbert. Leonin. Corbul. Aluar. Valaſc. & latè Cald. Pereira in tribus partibus *de renouat. nominat. & extinct. emphyteuſis*, latè etiam Clar.§.*emphyteuſis*, Bertachin.*p.*1. *verbo emphyteuſis*, Cotta *in memorabil. eod. verbo*, Cardoſo *in praxi iudicum, & advocat. eod. verbo*, Iacob. de Graſſiis *tom.*1. *conſil. lib.*3 *tit. de iure emphyt.* Kirchou. Villab. & alij *tom.*1. *commun. opinion. lib.*4. *tit.*44. *de iure emphyt.* Card. Mantic. *de tacitis, & ambig. conuent. tom.*2. *lib.* 22. *de emphyteuſi*, nouiſſimè Camil. Borel. *in ſumma omnium deciſ. tit.*33. *de iure emphyt.* ex Theologis Molin. *diſp.*444. *cum ſeqq.* Leonard. Leſſ. *eod. tract.*2.*c.*24. *dub.*9. *cum ſeqq.* Paul. Layman. *in ſumm. Theologiæ Moralis, lib.*3. *tract.*4.*c.*23. Azot. *inſtit. moral. p.*3. *lib.* 10. *de emphyteuſi*, Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. tom.*2. *lib.*25. *c.*44. *à num.* 544. Rebell. *de obligat. iuſtit. p.*2. *l.*1. *de contractu emphyteutico.*

Illud aduertere oportet, quod excepta caducitate omnes effectus *l. vlt. C. de iure emphyt.* & text *in præſenti*, habent locum etiam in colonia perpetua, & in locatione ad longum tempus, & in omnibus contractibus, in quibus dominium directum eſt ſeparatum ab vtili, quia debent regulari ſecundùm regulas contractus emphyteutici, Bart. *in l.*1.§. *quod autem, il* 2. *n.* 1. *ff. de ſuperfic.* latè Fulgoſ. *conſ.*240. Aretin. *conſ.*55. *ſub num.*4. *verſ. quia ad hoc dicimus*, vbi expreſsè tenet quod etiam conductor ad longum tempus non poteſt ius ſuum alienare in alterum ſicut emphyteuta, quia hoc pactum ita conuenit conductori ſicut emphyteutæ, & maximè illi, qui conduxit ab Eccleſia, *l.*2. ibi, *quæ à colonis, ſeu emphyteuticariis, C. ne rei dominicæ, vel templor.* ita Rot. *in Terdonen. bonorum*, 25. *Iunij* 1610. coram bonæ mem. Card. Cavalerio, inter eius deciſiones impreſſas *deciſ.*115.

Eccleſia primitus requiſita.] Notatur hic text. ad hoc, quod emphyteuta non poteſt emphyteuſim alienare, niſi priùs requirat domini conſenſum, & quod magis eſt, ipſi domino ius, & poteſtatem competere rem ipſam emphyteuticam pro pretio conuento, ſi conſenſum præſtare noluit, habendi, in idem eſt *l. fin. C. de iure emphyt.* & Ordin. Regia Luſitan. *lib.*4. *tit.*38. *in princ.* Clar.§. *emphyteuſis*, *q.*13. Card. Tuſch. *lit. E, concl.*207. *n.*1. Cald. Pereira *de extinct. emphyt. c.*3. *à princ.* Molin. *diſp.*461. Card. Mantic. *d. lib.*22. *tit.*28. Cabed. *p.*1. *deciſ.*103. Rebell. *d. lib.*13. *q.*4. Cened. *ad Decretal. collect.* 144. Galganet. *de condit. & demonſtrat. p.*1. *c.*52. Surd. *deciſ.*39. *n.*10. plures, quos refert Camil. Borrel. *d. tit.*33. *n.*106. Et aduerte quod dominus debet concedere aſſenſum emphyteutæ alienanti, ſi is in quem fieret tranſlatio, ſit habilis, & non ſit inimicus domino. Surd. *deciſ.*220. *n.*54. Miſtril. *Siciliæ deciſ.*55. *n.*109. Camil. Borrel. *d. tit.*33. *n.*281. 3

Requiſita.] Intellige etiam extraiudicialiter, vt per Duen. *reg.*181. Cald. Pereira *de extinct. c.*13. *n.*5. *ad fin.* Vnde ſufficit ſi alienatio fiat ex implicito præſumptove domini, nec tamen requiſito conſenſu, vt per Rebello *d. lib.*13. *q.*4. *n.*11. illa enim in tertium facta domino præſente, & tacente, valet. Surd. *de alimentis, tit.*9. *q.*22. *n.*24. *cum ſeqq.* Ex quibus infertur Eccleſiam requiſitam videri, ſi emphyteuta poſt alienationem illum requiſierit ſcientem alienationem, quæ per hoc releuatur à commiſſo, Gregor. *l.*29. *verbo, que le no queria, verſ. & quid ſi facta, tit.* 8. *p.*5. Vincent. de Franch. *deciſ.* 105. *n.*1. Bellacomb. *tom.*1. *commun. opin. lib.*4. *tit.*44. *n.*286. *pag.*686. Cald. Pereira *de nominat. q.*21. *n.*88. 4

Eccleſia.] Per Eccleſiam in præſenti intellige Prælatum Eccleſiæ Collegiatæ, vel Monaſterii, qui abſque Capitulo poterit conſenſum præſtare alienationi rei emphyteuticæ ad Eccleſiam pertinentis, cùm ante conſenſum res non dicatur radicata penes Eccleſiam, iuxta tradita per Iaſ. *in l.* 2. *C. de iure emphyt. num.*127. Vnde meritò ſubjacet diſpoſitioni ſolius Prælati, arg. 5

gloſſ.

gloſſ.ult.in c.ult.16.q.6. recepta per Hippol.ſing.194. Palat. in repet.rubr.§.47. num.5. Cald.Pereira in l.ſi curatorem,verbo Vel adverſarii dolo,num.82. Sanch. de matrimonio,lib.6.diſp.5.n.13.cum ſeqq. Et ita in hoc textu Eccleſia poteſt accipi pro viris Eccleſiaſticis, ſive Epiſcopo, ſive Prælato, œconomo, Præpoſito alicujus Eccleſiæ, ad quem pertinet adminiſtratio bonorum Eccleſiæ, vel jurium dictarum Eccleſiarum particularium,Cardinal.Tuſch. tom.3. lit.E,concluſ.3. num.14. Ovid. de Amicis in repet.hujus cap. q.1.n.7. & q.22.n.1.

7 Nota quod dominus directus ſuum dominium directum vendere poteſt non requiſito emphyteuta, ut tradunt Bald. num.13. Salicet.& Iaſ. à n.17.in l. ult. C.de jure emphyteutico, Cardinal. quæſt.11. Imol.n.9. in præſenti,Menoch.conſ.116.n.5. quamvis in materia feudali hoc ſit dubium. Vide Gregor. ad l.55. verbo communalmente,tit.5.p.5.Puteum deciſ.39. p.1. Perez ad l.14.tit.11.lib.4.Ordin. Surd.de aliment.tit.8. privil.42.& tit.9.q.22.n.29. D.Barboſ. in l.2. ff. ſoluto matrim.p.2. in princip. n.41.cum ſeqq. Fallit tamen quando emphyteuta ex venditione à domino directo facta damnum ſentiret in jurgationibus,& ſimilibus, à quibus immunis erat propter dominum directum, quibus carere debet apud emptorem, ut probat text. c.1.§.ex eadem,de lege Conradi,& eſt recepta ſententia ex Grato conſ.147. à num.5. lib.2. Duen. reg. 215. Menoch. conſ.32. n.22.cum ſeqq.

8 Subemphyteuta vendens alteri rem quam emphyteuta cum conſenſu domini directi ei ſubemphyteuticavit, tenetur conſenſum requirere domini directi quando emphyteuta in eum tranſtulit omne jus ſuæ conceſſionis,reſervando ſibi tantùm penſionem,quādo verò non omninò utile dominium à ſe abdicavit emphyteuta, tenetur ſubemphyteuta illius conſenſum requirere, reſolvunt Valaſc. q.13.n.12. Gamma ubi ſuprà, Flores dec.26. n.2. Camill. Borell. d. tit.33. n.226. Ovid de Amicis in repet.hujus cap. q.83. Menoch.conſ.338.n.16.& de præſumpt.lib.3.q.102.n.22. Molin.diſp.471.n.5.cum ſeqq. ubi etiam quod emphyteuta poteſt agere contra ſubemphyteutam ad pœnam commiſſi ob non ſolutam penſionem, in aliis verò eventibus ad directum dominum eſſe recurrendum apertè inſinuat, & latè tuentur citati à Rendin. in prompt.recept.ſentent. tom.1.tit.37.n.4. Et quod primus emphyteuta eaſdem actiones habet adverſùs ſecundum emphyteutam, quas habet dominus directus contra ipſum,dicit Portel. d.tit.33.n.322.

9 Eique nuntiato quantum ſibi ab aliis offertur.] Notatur ad hoc, quod emphyteuta tenetur denuntiare domino directo verum pretium, ut ipſe deliberare poſſit, an ſibi expediat emphyteuſim habere, aliàs perinde eſt, ac ſi nuntiatio non fieret,& incideret in commiſſum,& idem eſt l.fin C.de jure emphyt. Ordin. Regia Luſitan. lib.4.tit.38. in principio, ibi, declarandolhe o preco, Cald.Pereira de extinct.cap.13 num.35. Valaſc. q.28.n.6. Gam. deciſ.116. n.4. & deciſ.127. num.3.Rebello de obligation.juſtit. part.2. lib.13. q.4. num.2. & 3.

10 Si verò duo ſint domini directi, & unus fuit requiſitus, & alter non, incurritur caducitas pro ea parte, qua conſenſus non fuit requiſitus, ut per Stephan. Gratian. diſcept.forenſ. c.36. n.14.

11 Emphyteuta ſi ut minus ſolvat pro laudemio, exprimat per mendacium ſe vendidiſſe tali pretio, privatur re emphyteutica,& ubi conſtiterit de fraude, poterit dominus emphyteutæ, & emptori juramentum deferre, ut pretium manifeſtent. Vide Valaſc. q.8.n.11.Surd.conſ.371.n.8. Cald.Pereira de extinct. cap.13. n.24.

Nota dominum non poſſe retinere emphyteuſim in favorem tertij, imò præſtandum eſſe juramentum domino directo, an verè,& ſine fraude rem ſibi velit. Vide Vincent. de Franch. deciſ.226. Franc.Marc. p.2. deciſ.2. Cened.ad Decretal.collect.144.num.50. Cald. Pereira de extinct.emphyt. cap.13. num.33. Camill. Borrell. tit.33.n.108.Aloyſ.Ricc. part.5.collect.1701. in fine. 12

Vnde colono, & vaſſallo, & emphyteutæ debet dominus præferri in emptione fructuum ex prædio perceptorum. Vide Bart. in l.expenſa, in addit. num.3. C.de metallar.lib.11. Gregor.l.56.verbo alguna coſa, tit.5.part.5. Tiraq. de retract. in præfat. n.15. & § 1. gloſſ.8.n.2.Valaſc. quæſt.24.num.3. Surd. de alimentis, tit.1.quæſt.93. n.14. Cald.Pereira de extinct. emphyt. c.3.n.15. Stephan.Gratian. diſcept.forenſ.c.149.à n.1. & in emptione melioramentorum, Surd. deciſ.91 num.10.& deciſ.78.num.17. Camill.Borrell. d.tit.33 num.219. 13

Si nolle ſe emere dixerit,&c.] Notatur ad hoc,quod dominus directus eſt expectandus per ſpatium duorum menſium à die denuntiationis, an velit habere emphyteuſim, itaut ulterior expectatio non requiratur,ſi dominus intra ſpatium duorum menſium declaraverit ſe nolle emere,ut per Tiraq.ceſſante cauſa, p.1. num.78. Cald.Pereira de extinct. cap.14. n.4. Rotam deciſ.620.n.1.apud Farin. part.1.recent. Intellige adeò excludi dominum poſt declarationem, & prædictum ſpatium,ut licèt re integra, hoc eſt, ante venditionem factam ab emphyteuta velit pœnitere, non ſit audiendus,nec poſſit petere ſe præferri aliis emptoribus, quia text. hic poſt illa duo, ſtatim defert jus liberæ venditionis ipſi emphyteutæ,quo caſu non admittitur pœnitentia etiam re integra, l.ſtatuliberum 11. §.1. ff.de leg.2. Bart. receptus in l.inſulam, n.14. ff.de verborum obligat. Tiraq de retract.lign.§.1. gloſſ.9.n.145. & §.24. n.7.& 11. Cald.Pereira de extinct. emphyt. cap.14. n.5. cum ſeqq. 14

Duorum menſium ſpatium ſit elapſum.] Quorum uterque debet conſtare triginta diebus, ut per Menoch. de arbitr.caſu 50.num.8.cum ſeqq. Cald.Pereira d.c.14. n.2. & de empt.c.4.n.11. dixi de officio,& poteſt.Epiſcopi, p.2.alleg.58.n.8. & me citato in illo loco, Maſſobr.in praxi habendi concurſum, prælud.13.dub.1. ſecundùm Romanam impreſſ.Attenta tamen Ordinat. Regia Luſitan. lib.4.tit.38.in princip. prædictum ſpatium duorum menſium reſtringitur ad triginta dies, qui continui ſunt, non verò utiles, prout reſolvunt Cardoſo in praxi judicum, verbo emphyteuſis, num.6. Cald.Pereira d.cap.14.n.3. Cabed. part.1. deciſ.111. Et minor, ac Eccleſia non reſtituuntur, ſi intra hoc ſpatium non declaraverint, Cald.Pereira d. cap.14. à num.20.& in leg.ſi curatorem, verbo Vel adverſarii dolo, num.28. 15

Quid ſi intra hujuſmodi ſpatium duorum menſium vel triginta dierum apud Luſitanos, dominus directus oppoſuit exceptionem, quod non tenebatur conſenſum,& auctoritatem præſtare venditioni, quia venditor non habebat jus,& ſuper hoc lis pendeat per plures menſes, quouſque ſententia feratur, in qua emptor victor evaſit, an iſti triginta dies numerentur à tempore latæ ſententiæ. & poſſit dominus directus rem venditam ſibi capere ſoluto pretio, pro quo fuit diſtracta? Dic quod ſic, per reg.l.contra majores,C.de inofficioſ.teſtament. junctis reſoluti. per Tiraq de retract. lign.§.1. gloſſ.10.n.40.cum ſeqq. Cald.Pereira in l.ſi curatorem, verbo infra, n.14.& de dopat. emphyt. q.7. num.14.& faciunt quæ de extinct.emphyt.cap.14.n.3. Vnde interim dum lis pendet, non poterit emptor in impeditam poſſeſſionem pedem ponere, aliàs incidet 16

in commiſſum, quia abſque domini conſenſu non potuit ingredi ante judicis ſententiam.

17 *Minimè prohibentur.*] Notatur ad hoc quod poſtquam dominus declaravit ſe nolle emere, licitè poteſt emphyteuta vendere & alienare, non tamen perſonis jure prohibitis, quales ſunt potentiores, veluti Clerici, curiales, & milites, eo quòd majoribus privilegiis in foro fruantur, quibus etiam adde alios, ſive ſint aliter potentiores, ſive pauperes, aut malæ fidei, à quibus difficilè penſio, & jus emphyteuſis obtineri poſſit. Ita Rebello *d. p.* 2. *lib.* 13. *q.* 4. *num.* 4. Molin. *diſp.* 459. *n.* 6. Card. Tuſch. *lit. E, concluſ.* 310. *à num.* 1. Cald. Pereira *d. tract. de extinct. cap.* 13. *n.* 37. *& de poteſtate eligendi, in princip. à num.* 2. Menoch. *conſ.* 38. *num.* 4. declarans habere locum quando ex tali alienatione in potentiorem conditio domini deterior facta eſt.

18 Licèt emphyteuta ſervata forma, de qua *ſuprà*, poſſit emphyteuſim alienare, attamen antequam emptor poſſeſſionem conſequatur, debet dominum requirere, ut eum laudet, & in poſſeſſionem mittat, *d. l. fin. C. de jure emphyt.* & ei ſolvendum eſt laudemium, quod attento jure *in d. l. fin.* eſt quinquageſima pars, & apud noſtros Luſitanos quadrageſima, per Ordin.

19 Regiam. *d. tit.* 38. *in princ.* quod poteſt minui, vel augeri, ſi conventum fuerit inter partes, vel conſuetum in regione, teſte Cald. Pereira *de extinct. c.* 16. *n.* 18.

20 De laudemiis integros edidêre tractatus Amadæus de Ponte, Maurus Burgius, & Franciſcus Salſona Hiſpanus, & latè de laudemii materia agentes Doctores refert Cened. *collect.* 144. *num.* 4. quibus adde Molin. *diſp.* 429. Rebello *de obligat. juſtit. part.* 2. *lib.* 13. *quæſt.* 6. Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 180. *& cap.* 377. noviſſimè Camill. Borrell. *in ſumma omnium deciſ. tit.* 35. *de laudem.* Quibus autem nominibus nuncupetur laudemium apud varias mundi nationes recenſent Renat. Chopin. *de legibus Andium, lib.* 11. *cap.* 4. *in fine, & n.* 7. Dionyſ. Pontan. *ad conſuetud. Bleſenſ. tit.* 6. *de obſerv. feudali, art.* 99. Peguet. *in prælud.* 3. *ad c.* 3. Regis Petri *in Curia Cervariæ, num.* 2. *& verſ.* 1. *num.* 70. Gerard. Maynard. *deciſ.* 45. *lib.* 4. Franc. Salſon. *in ſua lucerna laudem. prælud.* 4. *num.* 3. *& ſeq.* Carol. Anton. Blanch. *in ſuis notis ad quæſtiones laudem. Amadæi à Ponte*, 1. *nota*, Maur. Burg. *de laudem. part.* 1. *inſpect.* 1.

21 Præſtatio laudemii eſt quædam exhibitio reverentialis, quam facit emphyteuta dum ſuſcipiendo inveſtituram dominum recognoſcit, quæ nunquam cenſetur remiſſa per quamcumque conceſſionem, & facultatem alienandi, & aliam ſimilem immunitatem, ut per Menoch. *conſ.* 297. *à n.* 4. Surd. *deciſ.* 200. *n.* 5 Stephan. Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 377. *à num.* 21 Cavaler. *deciſ.* 121. *num.* 2. In dubio tamen laudemium

22 debet intelligi ut non debeatur, Mantic. *deciſ.* 336. *num.* 4.

23 Amplia primò laudemium deberi ex datione in ſolutum. Vide Tiraq. *de retract. lign.* §. 1. *gloſſ.* 14. *n.* 14. Vincent. de Franch. *deciſ.* 50. *n.* 2. *& deciſ.* 277. Gaſp. Theſaur. *Taurin. deciſ.* 82. *part.* 2. quem refert Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. p.* 3. *collect.* 583. Afflict. *deciſ.* 468. *n.* 2. *& deciſ.* 369. Cald. Pereira *de extinct. emphyt. c.* 16. *n.* 64. Camill. Borrell. *d. tit.* 35. *de laudem. à n.* 37. Surd. *conſ.* 287. *n.* 47. *& deciſ.* 248. *num.* 3. Redoan. *de rebus Eccleſiæ non alienand. q.* 2. *cap.* 17. Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. tom.* 3. *c.* 544. *n.* 15. Ovid. de Amicis *in repet. hujus cap. q.* 96.

24 Amplia ſecundò ex venditione cum pacto de retro, ut per Theſaur. *deciſ.* 75. *&* 97. Camil. Borrel. *d. tit.* 35. *num.* 72.

25 Amplia tertiò, ut etiam debeatur ex dote æſtimata quæ facit emptionem, Valaſc. *conſ.* 113. *num.* 13. Cald. Pereira *de extinct. cap.* 16. *n.* 11. *&* 12. Cabed. *p.* 1. *deciſ.* 104. *n.* 5.

Amplia quartò in locatione ad longum tempus, ut 26
per Cabed. *p.* 1. *deciſ.* 92. *n.* 9. Cald. Pereira *de emptione, c.* 26. *n.* 33. *prope finem.*

Amplia quintò in remiſſione, quæ fit inter ſocios, 27
ut per Guid. Papæ *deciſ.* 411.

Amplia ſextò in venditione ſervituris, ut per Fran- 28
ciſc. Marc. *Delphin. deciſ.* 608.

Amplia ſeptimò in re vendita juſſu teſtatoris. ex 29
his, quæ Tiraquel. *de retract. lign. ad finem tit. n.* 7. Alexand. *conſ.* 215. *vol.* 6.

Amplia octavò, ex diviſione rei feudalis, vel em- 30
phyteuticæ deberi laudemium, ut per Camill. Borrell. *d. tit.* 35. *n.* 41. ubi *num.* 43. idem reſolvit etiamſi res fuerit tota uni applicata, & alteri pecunia, quia etiam laudemium debetur. Vendita re emphyteutica ſi concurrat dominus directus in recognitione ſimul cum domino ſubalterno, laudemium debetur ipſi domino directo, & non ſubalterno, Aloyſ. Ricc. *p.* 5. *collect.* 1537. *ampl.* 1.

Limita primò, laudemium non deberi ex venditione 31
nulla. Vide Anton. Fabrum *in ſuo Codice, ſub tit. de jure emphyt. definit.* 28. Et ſic quod receperit dominus, reſtituere tenetur, ſive à principio ſit nulla, ſive ex poſtfacto declaretur nulla ex cauſa neceſſaria ab ipſo contractus initio exiſtenti, ex qua contractus reſolvatur, ſecus ſi ex cauſa ſuperveniente, prout reſolvunt Cald. Pereira *de extinct. cap.* 16. *n.* 67. Amad. de Ponte *de laudemiis, q.* 39. ubi *verſ. interim tamen*, dicit quod dum non eſt declarata invaliditas contractus, dominus habet fundatam intentionem in jure laudemii, Camill. Borrell. *d. tit.* 35. *n.* 28.

Limita ſecundò in venditione conditionali, ut per 32
Tiraq. *de retract. lign.* §. 1. *gloſſ.* 2. *n.* 23. Surd. *deciſ.* 305. *n.* 18. Camill. Borrell. *d. tit.* 35. *n.* 70.

Limita tertiò in venditione uſusfructus. Vide *alleg.* 33
juris pro majoratu de Bellas, p. 2. *n.* 113. Gam. *deciſ.* 299. Rebuff. *in comment. ad l.* 25. §. *item uſusfructus, ff. de verborum ſignificat. pag.* 151. *col.* 1. Cald Pereira *de extinct. c.* 16. *n.* 73. D Barboſ. *in l. uſufructu, num.* 14. *ff. ſoluto matrim.*

Limita quartò, in retrovenditione habente origi- 34
nem à prima venditione, ut per Surdum *deciſ.* 321. Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 180. *n.* 14. Cald. Pereira *d. c.* 16. *à n.* 52. Valaſc. *de partit. c.* 29. *&* 30. Mar. Antonin. *variar. reſolut. lib.* 1. *reſolut.* 99. *n.* 2. *&* 3. Cened. *ad Decretal. collect.* 144. *num.* 56. Cavaler. *deciſ.* 360. *n.* 5. Hieron. de Laurent. *Aven. deciſ.* 123. *in fine*, Borrell. *num.* 73.

Limita quintò in venditione redditus, ut per Gaſp. 35
Rodericum *de annuis redditibus lib.* 2. *quæſt.* 4. *n.* 4. *& q.* 22. *n.* 5.

Limita ſextò in diviſione hæredum. Vide Bella- 36
comb. *tom.* 1. *communium opinion. lib.* 4. *tit.* 44. *num.* 303. Stephan. Gratian. *diſcept forenſ. c.* 36. *n.* 5. Surd. *deciſ.* 105. *n.* 30. Mar. Antonin. *d. lib.* 1. *reſolut.* 32. ubi de diviſione facta inter fratres, Coler. Germ *deciſ.* 33. *n.* 43. Camill. Borrell. *d. tit.* 35. *n.* 42.

Limita ſeptimò, in re hypothecanda. Vide Farin. 37
noviſſ. Rotæ deciſ. 183. *n.* 6.

Limita octavò re nondum tradita, quia tunc non 38
debetur laudemium Vide Cornaz. *deciſ.* 168. Gam. *deciſ.* 91. *ad finem*, Surd. *deciſ.* 31. *num* 8 Cald. Pereira *de extinct. cap.* 16. *à num.* 45. *& num.* 78. *in fine.* Nec etiamſi peti poteſt alienatione facta cum ficta traditione, ut per Guid. Pap *deciſ.* 101. *n.* 7. *&* 8. Franc. Marc. *deciſ.* 570. *n.* 2 Redoan. *de rebus Eccleſ. non alien. q.* 66. *n.* 36. Iacob Cancer. *var. lib* 1. *tit. de feudis, c.* 12. *n.* 14.

Celſ.

Celſ.Vgo conſ.60. n.16.& 23. circa med. Franc.Bec. conſil.2.n.2.Cald.Pereira de extinct.emphyt.c.16.n.45. & ſeq. Solſon. in lucerna laudem. p.2. cap.de laudemio duplicato, verſ. tertia regula, Ludov.Peguera in repet. c.3. Cur.Cevar. præl.3.laudemii, n.8.& ſeq.& verſ.1. n.77. verſ. nec ſicto, Cornazan. deciſ.168. n.2.& ſeq. Surd.deciſ.200.n.3.Gam.deciſ.91.n.3. Amad. à Ponte de laudem. q.38. n.18.

39 Limita nonò in tranſactione, niſi res dimittatur. Vide Amad à Ponte de laudem q.32.à num.1.Ovid. de Amicis in repet.hujus cap.q.95.n.6. Tiraq. de retract. lign.§.1. gloſſ.14.n.63.& 69. Cened. ad collect.144. n.34.in fine, Farin. noviſſ.deciſ.765. n.1. Cald. Pereira de extinct. c.13. n.25.& c.16. à n.49. Debetur ergo laudemium de illa pecunia, quam emptor venditori dedit in ſupplementum pretii juſti, quia læſio contingit ultra dimidiam,& emptori lis mota fuit à venditore,& lis per tranſactionem ſopita: reſolvit Cald. Pereira d.cap.16.n.52. Quid ſi tempore venditionis fuerunt diverſi locatores laudemiorum, unus ſcilicet tempore venditionis, & alius tempore ſupplementi, an primo, vel potiùs ſecundo ſit ſolvendum laudemium dicti ſupplementi? Dic quod ſecundo, ex Cald.Pereira de extinct. c.13. n.26. & faciunt quæ Tiraq.de retract.lign. §.1. gloſſ.18.n.55.& de retract. convent. ad finem tit. n.168.

40 Limita decimò in alienatione neceſſaria. Vide Tiraq. de retract.lign. §.2. gloſſ.14. n.9. cum ſeqq. Vincent. de Franc. deciſ.277. Theſaur. deciſ.139. Cald.Pereira d.c.16. n.61. Rebello d. lib.13.q.6. n.3. ubi num.4. reſolvit quod nec ex alienatione voluntaria per donationem debetur laudemium, de quo vide Vincent. de Franchis deciſ.201. Cald. Pereira de extinct. c.10. num.7. & 18.

41 Limita undecimò in permutatione, ſi tamen quod reliquum eſt æſtimationis recipiatur in pecunia, debet tunc ſolvi laudemium ex pecunia, non ex re. Vide Tiraq. de retract.lign. §.30. gloſſ.3. Bellacomb. d.tit.44.num.308.Cened d.collect.144.num.32.Cald. d.cap.16.à num.42.optimè Camil. Borrell. d.tit.35. à num.78.

42 Limita duodecimò ex donatione non deberi laudemium, ut per Camil.Borrell.d.tit.35.à num.61. ubi num.67. reſolvit quod quando facta eſt omnium bonorum cum onere alimentandi, vel quod donatarius donantis debita ſolvat, tunc laudemium debetur, cùm non ſit pura donatio.

43 Facultas exigendi laudemia non eſt perſonalis, ſed realis, hoc eſt, annexa rebus, & bonis emphyteuticis, & cum ipſis tranſit ad ſucceſſores, Menoch. conſil 444.n.18.cum ſeqq. Stephan.Gratian.diſcept.forenſ. c.272.à n.2.& c.377.n.24.

44 Et pro laudemiis præſtandis competit hypotheca. Vide Maurum Burgium de laudem. p.1. inſpect. 9. Tiraquel. de retract.lign. §.29. gloſſ.2. n. 8. in fine, Vincent. de Franchis deciſ.430. Menoch. conſil.297. num.1. & 34.& conſ.444. n.21. Baptiſtam Coſta in tract.de rata,& quota, q.122.n.9. & de ſubſidiar. remed.52.num.11.Surd. deciſ.31. Stephan.Gratian. cap.272. à princ. Maſtrillo Siciliæ deciſ.171.n.5. p.2. Pro laudemio tamen non ſoluto non cadit res in commiſſum, Surd. deciſ.1. num.14. & deciſ.200. n.8. de quo etiam Camil.Borrell. d.tit.33. num 345.

45 Vſufructuario, & non proprietario deberi laudemium, quia in fructu bonorum eſt, reſolvunt Tiraquell.de retract.lign.ad fin.tit.n.107. Guid. deciſ.477. Clar.§.emphyteuſis,quæſt.23.n.5.Vezin. tom.1.commun. opinion.lib.3.tit.20.num.28. pag.419. Seraphin. Rota deciſ.222.num.2.Rebuff in comment.ad l.bonorum 49. verſ.ſextò, ff.de verborum ſignif.Amad.de laudem.q.20. Cardin.Tuſch. lit.V, concluſ.316.à n.1. latè Ovid. de Amicis in repet.hujus cap.q.90. Menoch. conſ.66.n.36. & de præſumpt.lib.4. præſumpt.142. n.222. Surd. deciſ.31.n.12.& conſil.47.n.25 Alciat. conſ.154.num.3. tom.2.lib.5. Franc.Marc.deciſ.605. Roſenthal. de feudis,c.6.concl.63.n.4. Bellon. conſil.6.n.17. Redoan. de rebus Eccleſ.non alien.q.66.n.14.& ſeq. Molin. de jure primog.lib.1.c.22.n.12.Marius Muta ad capitula Regni Siciliæ, c 6.n.25. Schiad. de feudis, 2. p.9. part. princ. ſect.2.q.6.n.69. Amad. à Ponte de laudem. q.20. n.3. Burg.eod.tract.p.1.inſpect.4.à n.8. Caſtill.de uſufructu, q.36.num.45.& ſeq. Laurent. à Pinu conſil.40. num.4. Peregrin. de fideicom. art.10. num.5. Molin. de juſtit. diſp.459.num.24.verſ. proprietarius, Mari. Giurba ad conſuet. Meſſanenſ.c.7.gloſſ.16.n.8. Pacific. de Salviano interd.inſpect.3.c.4.n.51. Mareſcot. var. reſol. cap.30. n.5.Gutier.de tutel.p.3.c.24.n.10.Cald.Pereira de extinct.emphyt.c.16.num.40. Molfeſ. ad conſuet. Neapol. tom.1.tit.de bonis,q.8.n.11. Borrell.in tract.de magiſtr. edit.lib.4.c.2.n.144.in ſumma deciſ. tom.1.tit. de laudem. n.95. Greg.Everard.conſ.33.n.3.& ſeqq. Sylveſt. Aldobran. conſ.56.lib.2. Ioſeph.Seſſe deciſ.63.num.3. tom.1.Vincent.de Anna ſing.298. Vtilitas tamen non quæritur uſufructuario, ſed pertinet ad proprietarium,ut reſolvit Gutier. de tutel.p.3.c.24.n.3. Borrel. d.tit.35. num. 95.

Emphyteuta quoque ſecus, &c.] Notatur ad hoc, 46 quod emphyteuta alienans prætermiſſa hac forma, irrequiſitóque domini conſenſu, amittit emphyteuſim (prout ſuprà dictum eſt,) & melioramenta facta in emphyteuſi,ut per Ioſeph.Ludov.Peruſ.deciſ.117. n.33. Camil.Borrel. d.tit.35. n.95.

Amplia primò procedere in conductore ad lon- 47 gum tempus alienante irrequiſito domino. Vide Ordinat.Regiam Luſitan. lib.4.tit.38.in princ.Tiraquell. de retract.lign.§.1. gloſſ.14.num.82. Menoch. de arbitrar. caſu 5. num.4. & 5. Pinel. in l.1. C.de bonis matern. p.3.num.68.verſ.infertur 6. Valaſc. de jure emphyt. quæſt.29. num.23. Gam. deciſ.26. num.2. Surd. de alimentis, tit.8. privileg.43. num.2.& 3. Cevall. communium contra communes, quæſt.399. num.6. Cald. Pereira de renovat.emphyteuſ. quæſt.16.à num.8.& de extinct. cap.1. num.17.& 19. & cap.4. num.38. & de empt.cap.16.num.33.& quæſt.forenſ. lib.1.q.15.num.5. Cardin. Mantic. de tacitis, & ambig. convent. lib.22. tit.9.à num.43. Stephan.Gratian. diſcept.forenſ. c.378. n.30.cum ſeqq. Molin.de juſtit. tract.2.diſp.361. verſ. utrùm autem, Leſſ. eod.tract. lib.2.cap.24.dub.9. n.56. Rebello de obligat.juſtit. part.3.lib.13.quæſt.5.num.5. cum ſeqq.Maſtrillo Siciliæ deciſ.71.n.6.Camill.Borrell. d.tit.33. n.246. Ovid. de Amicis in repet. hujus cap. q.15. Rota in Romana Caſalis S.Crucis,8.Iunii 1618. coram bonæ memoriæ Buratto, inter ejus impreſſas deciſ.534.n.18.

Amplia ſecundò in permutatione. Vide Clarum 48 §. emphyteuſis, quæſt.17. Sarmient. lib.3. ſelect.cap.2. num.20. in fine, Gregor. l.fin. gloſſ.3. titul. 8. part.5. Molina diſput.461. in principio, Azor. inſtitut.moral. part.3. lib.10. de emphyteuſi, cap.8. quæſt.5. Cardin. Mantic. d.lib.22. tit.28. num.69.cum ſeqq. & lib.25. titul.4. num.9. Cald. Pereira de extinct. cap. 8. à num.31. & de empt. cap.2. n.3. Ovid. de Amicis in repet.hujus cap.quæſt.13. Borrell. dicto tit.33.n.379. ubi num.109. dicit, quod in illa jus prælationis ceſſat.

Amplia tertiò etiam in venditione melioramen- 49 torum, quæ non poſſunt vendi niſi de conſenſu domini. Vide Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. cap.21. num.34. Azor.d.part.3.lib.10.cap.8.q.1. Leſſ.d.dub.9. num. 52.

50 Amplia quartò in tranſactione, quam facit emphyteuta transferens emphyteuſim in adverſarium, aliquo nempe dato, vel retento. Vide Bellacomb. tom.1.commun.opin. lib.4.tit.44.n.328. pag.691. Ioſeph. Ludoviſ. Peruſ. deciſ.35.n.7. Cald. Pereira de extinct. c.9.n.34. & ſeq. Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. tom.3.c.476.n.12. Ovid. de Amicis in repet. hujus cap. quæſt.95.

51 Amplia quintò in impoſitione cenſus ſuper re emphyteutica, propter quam caducitas incurritur, de quo an verum ſit, & plurimis diſtinctionibus in hac re factis, vide Ovid. de Amicis in repet. hujus cap. q.20. Felician. de Solis de cenſibus, tom.1.lib.2.cap.4. n.5.& tom.2.lib.2.cap.4.num.3. Velaſq. de Avendan. eodem tract.c.67.num.3. Ludovic. Cenci. eodem tract. part.1.c.2.quæſt.2.art.2. Federic. Marrin. de jure cenſ. c.4.à num.85. Nicol. Intrigl. ſuper Bulla de cenſibus, quæſt.28.num.1.& 7. Seraphin. deciſ.794.num.9.cum ſeqq.& deciſ.1290.ſub num.12.& 13. Camill. Borell. dicto tit.33.à n.170. Rota in una Salviani interdicti, 12. Novembris 1592. coram D. Penia, relata in fine d.tract. Cencii, deciſ.77.num.1.& 2. & iterum in una Ravennatén. cenſus, 9. Aprilis 1617. coram D. Vbaldo, in fine dicti tract. deciſ.75. num.1. Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. cap.43. num.20. & cap.202. num.26. cum ſeqq.

52 Amplia ſextò in redditu reſervativo, quando quis rem ſuam alteri confert pleno jure, reſervato ſibi tantùm quotannis recipiendi penſionem aliquam in fructibus, vel pecunia, ut per Gaſp. Roderic. de annuis redditibus, lib.1.q.3.n.6. verſ. infertur, ubi etiam ſecus reſolvit in conſignativo, quando ſcilicet quis retentis ſuis bonis, eorúmque uſu, conſignat alteri certam penſionem in fructibus.

53 Amplia ſeptimò in legato emphyteuſis facto penitùs extraneo, qui non erat emphyteutæ ſucceſſurus. Vide Gregor. l.29. verbo la venda, verſ. an poſſit legare, tit.8. part.5. Surd. deciſ.93.n.1.in fine, Stephan. Gratian. d.c.77.num.27.& Marchiæ deciſ.56.n.3. Cald. Pereira d.c.10.à n.12. Azor. d.c.8.q.4. Camil. Bortel. d.tit.33.num.261. Rota deciſ.261.num.3. apud Fatin. in recent.

54 Amplia octavò in donatione. Vide Vincent. de Franch. deciſ.201.num.3. Sarmient. lib.3.ſelect.c.2.n.3. Anton. Gabr. lib.4.commun.tit.de jure emphyt.concl.44. num.12. Surd. deciſ.39. Cald. Pereira de extinct. c.10. Valaſc. conſil.113.num.13.& 25. Cabed. part.1. deciſ.104. Cardin. Mantic. d.lib.22. tit.28. num.56. Stephan. Gratian. d.c.377.num.27. cum ſeqq.& Marchiæ deciſ.56.num.2. Cened. ad Decretal. collect.144. num.32. Molin. diſp.461.num.7. Leſſ. d.lib.1.cap.24. dub.9.num.54. Azor. d.p.3.lib.10. de emphyteuſi, c.8. quæſt.2. Rebello d.lib.13.quæſt.5.à n.1. Rotam apud Fatin. deciſ.694.num.6. p.1.recent. Ovid. de Amicis in repet. hujus cap.quæſt.12. In illa tamen dominus non poteſt prælationem obtinere, Camill. Borrel. d.tit.33. num.108.

55 Amplia nonò in renuntiatione emphyteuſis. Vide Pinel. ad l.2. C.de reſcind.vendit. p.1. c.4. n.2.in med. Anton Theſaur. Pedem. deciſ.20.n.3. Camil. Bottel. in ſumma omnium deciſ.tit.33.de emphyt.à n.137. Idem dicendum ubi emphyteuta alium facit emphyteutam, ut poteſt, quia etiam ad hoc requiritur domini conſenſus, Corbul. de jure emphyt. tit.de cauſis privat. ob alienat.ampl.40. Cald. Pereira de renovat.emphyt.q.13. n.10. Valaſc de jure emphyt. q.13.n.11. Camil. de Medic. conſ.145.n.2. Ant. Fab. in ſuo Cod.lib.4.tit.43. definit.12.

56 Amplia decimò in alienatione rei emphyteuticæ cum clauſula Conſtituti, quod apud Luſitanos locum habet; in aliis verò provinciis, ubi ſuper id nihil diſpoſitum eſt, contraria opinio de jure tenenda eſt; cùm enim materia ſit pœnalis, & odioſa, obligatióque emphyteuſis ſtricti juris, non debet extendi, de quo vide Gammam deciſ.126.n.1. Corbul. in tit.de cauſa privat.ob alien.irreq. domino, ampl.30.n.1. Soar. in theſauro recept. ſent. verbo emphyteuta, num.76. Tiraq. de conſtit. p.3. limit.26. num.5.& 6. Polyd. Ripa obſervat.342. quem refert Aloyſ. Ricc. in collect.deciſ.p.1. collect.55.in fine. Cardin. Mantic. d.lib.22.tit.28 n.33. Cened. ad Decretal. collect.144.num.10. Cald. Pereira de extinct.cap.5.num.83.& de empt.cap.8.num.46.ad finem. Rebello d.lib.13.q.4.n.7. Cardin. Tuſch. tom.3. lit.E, concluſ.207.num.82. Ovid. de Amicis in repet. hujus cap. q.2.

57 Amplia undecimò in conſtitutione dotis, in qua ſi detur emphyteuſis irrequiſito domino, cadit emphyteuta à jure ſuo. Ordin. Regia Luſitan. lib.4.tit.38. in princip. ibi, ou dotar: refert plures Doctores Cened. d.collect.144. num.33. quibus adde Gam. deciſ.242. Maſcard. de probat.concluſ.663.num.2. Camil. Bortel. d.tit.33.à num.352. Cardin. Tuſch. tom.3. litera E, concluſ.112 n.3.& 10. D. Barboſa in l.uſufructu, n.25. ff. ſoluto matrimonio, Cardinal. Mantic. d.l.22. tit.28. num.39. cum ſeqq. Cald. Pereira de extinct. cap.10. n.13.& 28.& c.16.num.26.ad finem, & quæſt foren. lib.1.q.11.num.23. & quæſt.23.n.89.& de empt. c.8. num.40.& c.27.num.37. Valaſc. conſil.112.n.3.& 18. Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. c.159. num 34. cum ſeqq. Cabed. part.1. deciſ.104 num 4. Rebello dicto lib.13.q.5.num.4. Molin. diſp.461.verſ. quod ad dotem, quorum aliqui reſolvunt citra pœnam commiſſi patrem dotare poſſe filiæ emphyteuſis commoditatem, ſalvo jure domini, & ſecluſa fraude: latè Ovid. de Amicis in repet. hujus cap.q.16. ubi agit de patre dante fundum emphyteuticum in dotem filiæ: & q.29. de extraneo.

58 Amplia duodecimò in alienatione neceſſaria, quæ fit ex mandato judicis, vide Avend. reſp.13.n.3. Molin. diſp.459.n.21. Cald. Pereira de extinct.c.6.n.15.& 16. quamvis contrarium reſolvant D. Barboſa in l. uſufructu, n.20. ff. ſoluto matrim. Gaſp. Roder. de annuis redditibus, lib.1. q.15.n.81.

59 Decimotertiò amplia in compromiſſo de re emphyteutica, quod ſine conſenſu domini directi fieri non poteſt, ut per Corbul. ſub tit. de cauſa privat. ob alien.irreq.domino, ampl.33. per totam, Cardin. Tuſch. tom.3.lit.E, concl.207.n.32. Ovid. de Amicis in repet. hujus cap. q.94.

60 Amplia decimoquartò in nominatione ad emphyteuſim, in qua licèt non requiratur domini conſenſus, requiritur tamen antequam nominatio tradatur, ut per Gammam, qui ita dicit judicatum deciſ.116. Cabed. p.1. deciſ.103. licèt contrarium tueatur Cald. Pereira de extinct. c.21. n.9.

61 Amplia decimoquintò, ut hujuſmodi pœna ipſo jure abſque ſententia incurratur, ut per Mench. quæſt. frequent. cap.64. in princip. Cald. Pereira de extinct. cap.16.num.3. Corbul. in tract.de cauſis ex quibus emphyteuta jure ſuo privatur, tit.de cauſa privat.ob alienat. ampliat.52. ſed quia hic articulus controverſus eſt apud ſcribentes, qui in varias diviſi ſunt opiniones, illos conſulito, & præcipuè Fachin. controverſ. lib.1. cap.93. Surd. de alimentis, tit.1. quæſt.48. num.50. & tit.9.quæſt 25.num.77. Menoch. conſ.301.n.23.cum ſeqq.& remed.1.recuper.num.78.& 79. Valaſc. de jure emphyt.q.18.num.8.& 9.& q.21.num.2. Gam. deciſ.4. n.2.& deciſ.333.n.5. Vivian. Neapolit. deciſ.74. n.1. Aloyſ. Ricc. in collectan.deciſ.part.2.collect.303. verſ. unde infero, Maſtrill. Siciliæ deciſ.93. Bernard. Græv. de

ad practicam Cameræ Imper. lib. ·. *concluſ.* 51. *conſid.* 1. Cardin. Mantic. *d. lib.* 22. *tit.* 27. *n.* 31. Ceval. *q.* 14. Cald. Pereira *de extinct. emphyt. c.* 17. *n.* 26. *& ſeqq. & in comment. ad §. ſed hæc, n.* 92. *Inſtit. de inoffic. teſtament.* & latè *conſil.* 2. *num.* 2. *cum ſeqq.* Molina *diſp.* 453. *verſ. quæritur nunc*, Azor. *d. p.* 3. *lib.* 10. *cap.* 9. *quæſt.* 2. Rebello *d. lib.* 13. *q.* 2. Stephan. Gratian. *Marchiæ deciſ.* 49. *num.* 16.

62 Amplia decimoſextò, ut in pœnam commiſſi cadat negans ſe emphyteutam, ſi ex adverſo probetur, & de mendacio convincatur, ut per Surd. *de aliment. tit.* 9. *quæſt.* 26. *num.* 71. *& conſ.* 371. *à num.* 80. Redoan. *de rebus Eccleſiæ non alienand. quæſt.* 19. *cap.* 11. *à n.* 1. Cardin. Mantic. *de tacitis, & ambig. convent. lib.* 22. *tit.* 20. *num.* 11. Cald. Pereira *de empt. cap.* 33. *num.* 21. Valaſc. *quæſt.* 4. *num.* 10. & 11. Camil. Bottel. *d. tit.* 23. *n.* 214. *cum ſeqq.* Molin. *de juſtit. tract.* 2. *diſp.* 449. *à num.* 3. Ovid. de Amicis *in repet. hujus cap. q.* 88. ſecus tamen ſi ante litis conteſtationem pœniteat, ut per Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. c.* 109. *à n.* 27. Ovid. de Amicis *d. q.* 88. *n.* 14. ubi *num.* 12. limitat hanc ampliationem, ſi negatio fuiſſet facta à procuratore emphyteutæ vigore generalis mandati: & *num.* 13. limitat etiam quando negatio facta fuit ex ignorantia, & *num.* 15. quando emphyteuta conventus negaret reſpondendo libello inepto, & *num.* 16. quando emphyteuta negaſſet generaliter narrata, prout narrantur, & *num.* 17. limitat denique in infante, & minore 14. annorum.

63 Limita primò prædictam concluſionem, ut non habeat locum, niſi ſequuta traditione, quia quantumcunque emphyteuta celebret contractum alienationis, ſi tamen non ſit ſequuta traditio, non incidet in commiſſum, ut per Clar. *in §. emphyteuſis, q.* 13. *n.* 3. Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. collect.* 155. *p.* 3. Card. Tuſch. *lit. E, concl.* 207. *n.* 75. Cald. Pereira *de extinct. c.* 5. *n.* 78. *& c.* 6. *n.* 35. *& c.* 10. *n.* 6. Matienſ. *l.* 1. *gloſſ.* 6. *n.* 6. *tit.* 10. *lib.* 5. *novæ recop.* Surd. *de alimentis, tit.* 9. *q.* 16. *n.* 67. *& quæſt.* 26. *num.* 65. Cened. *ad Decretal. collect.* 144. *num.* 10. Fichard. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 4. *tit.* 44. *num.* 281. *pag.* 686. Sublimita etiam ſequuta traditione, ſi ante litem de ea re conteſtatam venditor, vel alienans ab emptore rem recuperet, facto diſtractu prioris contractus. Vide Villalob. *verbo emphyteuta, n.* 71. Gam. *deciſ.* 274. Menoch. *conſil.* 322. *n.* 51. Cald. Pereira *de extinct. c.* 7. Rebello *d. lib.* 13. *q.* 4. *n.* 9. Aloyſ. Ricc. *d. p.* 5. *collect.* 1704. *limit.* 6. & ita vidi in Senatu judicatum.

64 Limita ſecundò in venditione nulla, quia per illam irrequiſito domino factam non incurritur commiſſum, per Molinam *diſp.* 459. *n.* 10. Cald. Pereira *de extinct. cap.* 3. *num.* 3. *& cap.* 7. *n.* 10. Valaſc. *conſult.* 17. *num.* 15.

65 Limita tertiò in venditione conditionali, ſecus ſi proceſſum ſit ad traditionem. Vide Tiraq. *de retract. lign. §.* 1. *gloſſ.* 2. *n.* 23. *&* 32.

66 Limita quartò in venditione cum pacto legis commiſſoriæ, vel addictionis in diem. Vide Gam. *deciſ.* 5. Surd. *deciſ.* 220. *n.* 38. Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. p.* 5. *collect.* 1704. *limit.* 5. Card. Mantic. *d. lib.* 22. *tit.* 28. *n.* 30. Gam. *deciſ.* 12. *n.* 1. Cald. Pereira *de extinct. emphyt. c.* 6. *n.* 37. *& c.* 7. *n.* 9. *& c.* 13. *n.* 25. *& c.* 16. *n.* 55. Bottel. *d. tit.* 33. *n.* 78.

67 Limita quintò in venditione, quæ reſcinditur remedio *l.* 2. *C. de reſcind. vendit.* vide Molin. *diſp.* 459. *num.* 16. & læſionem ultra dimidiam juſti pretii allegari poſſe in contractu emphyteutico, voluit Gammia *deciſ.* 247. *num.* 1. quem refert Camill Borell. *d. tit.* 33. *num.* 34.

68 Limita ſextò in promiſſione de vendendo. Vide Tiraq. *de retract. tit.* 2. *ad finem, n.* 44. Cald. Pereira *de extinct. emphyt. c.* 5. *num. fin.*

Limita ſeptimò in retrovenditione, quæ fit vigore pacti de retro, itaut res dicatur non tranſacta, ſed reddita. Vide Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. c.* 180. *n.* 20. Cavaler. *deciſ.* 360. *n.* 5. 69

Limita octavò in venditione, quam facit partis ſuæ hæres emphyteutæ cohæredi, ut per Rebello *d. lib.* 13. *q.* 4. *n.* 8. 70

Limita nonò in donatione facta Eccleſiæ, propter quam donans non incidit in commiſſum. Vide Don. Garc. Maſtrillo *Siciliæ deciſ.* 128. quem refert Aloyſ. Ricc. *in collectan. deciſ. part.* 1. *collectan.* 156. *verſ. tertiò.* 71

Limita decimò in alienatione nulla. Vide Socin. *reg.* 153. *verſ. tertiò fallit*, Tiraq. *de retract. lign. §.* 1. *gloſſ.* 1. *n.* 6. Menoch. *conſ.* 342. *n.* 54. Gutier. *conſil.* 12. *num.* 8. Surd. *de aliment. tit.* 9. *q.* 16. *n.* 68. *& deciſ.* 51. *num.* 18. *& deciſ.* 220. *n.* 40. Burgos de Pace *conſil.* 44. *num.* 3. Cald Pereira *de poteſtate eligendi, cap.* 5. *n.* 11. Molin. *diſp.* 459. *verſ. hoc eodem*, Valaſc. *conſ.* 71. *n.* 15. Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 36. *n.* 15. D. Marta *in votis noviſſ. deciſivis, voto* 196. *num.* 5. Camill. Borrell. *d. tit.* 33. *de emphyteuſi, n.* 91. Et ideò cùm alienatio facta à viro de emphyteuſi uxoris, non valeat, per eam non incurritur in commiſſum, Valaſc. *conſil.* 71. *ſub num.* 15. quem refert Camill. Borrell. *d. tit.* 33. *n.* 317. 72 73

Limita undecimò in alienatione facta ab eo, qui ignorabat rem eſſe emphyteuticam. Vide Gammam *deciſ.* 91. *n.* 1. Cald Pereira *de renovat. q.* 5. *n.* 29. *& de extinct. c.* 7. *n.* 18. Card. Mantic. *d. lib.* 22. *tit.* 28. *n.* 12. Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. c.* 24. *num.* 17. *&* 18. Molin. *diſp.* 459. *n.* 21. Valaſc. *q.* 38. *n.* 15. Gamil. Borrel. *d. tit.* 33. *n.* 94. Ovid. de Amicis *in repet. hujus cap. q.* 8. ubi *q.* 9. diſputat an hæres ignorans rem eſſe emphyteuticam, mortuo principali emphyteuta, non ſolvens canonem debito tempore, & determinato, perdat jus ſuum. 74

Limita duodecimò in alienatione facta in ſocium, vel collegam ejuſdem emphyteuſis. Vide Sarm. *lib.* 3. *ſelect. cap.* 2. *n.* 21. Molin. *diſp.* 406. *n.* 8. Ceval. *q.* 435. Cald. Pereira *de extinct. c.* 8. *n.* 1. *& quæſt. forenſ. conſ.* 7. *num.* 55. Cardin. Mantic. *d. tit.* 28. *n.* 45. Cardin. Tuſch. *lit. E, concl.* 202. *n.* 7. *& concluſ.* 207. *n.* 130. Rebello *d. lib.* 13. *q.* 4. *n.* 8. Hieron. Portoles *in tract. de conſortibus, c.* 62. *n.* 4. Unde in alienatione, quam facit ſubemphyteuta emphyteutæ, non requiritur conſenſus directi domini, quia res de facili revertitur ad ſuam naturam, argum. *l. ſi unus, §. pactus ne peteret, ff. de pactis*, & facit gloſſ. *verbo numerandum, in c.* 3. *de præbendis, lib.* 6. Cald. Pereira *in l. ſi curatorem, verbo vel adverſarii dolo, n.* 82. 75

Limita decimotertiò in diviſione, quam faciunt inter ſe plures emphyteutæ, ut per Soar. *tom.* 1. *commun. opinion. lib.* 4. *tit.* 44. *n.* 349. *& ſeq.* Cardin. Mantic. *d. lib.* 22. *tit.* 38. *à n.* 46. Azor. *d. cap.* 8. *q.* 6. Cevall. *quæſt.* 435. *n.* 1. Gam. *deciſ.* 243. *n.* 6. *&* 7 *& deciſ.* 268. *n.* 2. Valaſc. *conſ.* 53. *n.* 4. *& de partit. cap.* 25. *à num.* 7. Cald. Pereira *de nominat. quæſt.* 24. *à n.* 14. Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 36. *à num.* 1. Rebello *dict. lib.* 14. *quæſt.* 4. *n.* 8. Rota *in Romana diviſionis domus, 9. Maii* 1614. coram bonæ memoriæ Buratto, inter ejus impreſſas *deciſ.* 50. *num.* 2. ubi Ferentil. *in annot. lit. B*, ubi declaratur cum Cardin. Mantic. *de tacitis, & ambig. convent. lib.* 22. *tit.* 28. *ſub num.* 48. ut procedat quando emphyteuſis recepta fuit à patre pro ſe, & filiis, & hæredibus, non autem quando emphyteuſis à principio duobus etiam fratribus conceſſa fuit. 76

77 Limita decimoquartò in ſervitute, quam poteſt emphyteuta ſuper rebus emphyteuticis citra conſenſum domini conſtituere. Vide Cacheran. *Pedem. deciſ.* 156. *n.* 8. Surd. *deciſ.* 286. *n.* 12. Amatis *Marchiæ deciſ.* 92. *n.* 5. *&* 6. Camil. Borrel. *d. tit.* 33. *à num.* 51. Gaſpar. Roderic. *de annuis reddit. lib.* 1. *q.* 3. *n.* 7. *verſ. hinc eſt*, Surd. *de alimentis, tit.* 4. *q.* 10. *à n.* 6. Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. c.* 43. *n.* 1. *&* 2. Rebello *d. q.* 4. *n.* 11. *prope finem.*

78 Limita decimoquintò in nominatione emphyteuſis abſque traditione. Vide Gammam *deciſ.* 116. Cald. Pereira *de extinct. c.* 21. *n.* 9. Cened. *d. collect.* 144. *n.* 10. Cabed. *p.* 1. *deciſ.* 103. noviſſimè Benedict. Pinel. *ſelect. juris interpret. cap.* 15. *num.* 5. Quando enim emphy-
79 teuſis tranſit ad comprehenſos in inveſtitura, in ea tranſlatione non requiritur domini conſenſus, nec ſolvitur laudemium. Valaſc. *de jure emphyt. q.* 18. *n.* 28. *& conſ.* 71. *n.* 16. Cald. Pereira *de nominat. q.* 10. *num.* 30. D. Barboſa *in l. uſufructu, num.* 18. *ff. ſoluto matrim.*

80 Limita decimoſextò in conſtitutione uſusfructus, qui poteſt conſtitui in fundo emphyteutico abſque domini conſenſu. Vide Vezin. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 4. *tit.* 44. *n.* 322. *pag.* 690. Cottam *in memorab. verbo emphyteuta* 6. Gam. *deciſ.* 299 *à num.* 1. Pinel. *in l.* 1. *C. de bonis matern. p.* 3. *num* 70. *col.* 2. Surd. *de alimentis, tit.* 8 *privileg.* 43. *n.* 6. Valaſc. *conſil.* 16. *n.* 73. *alleg. juris pro majoratu de Bellas, p.* 2. *num.* 112. Cald. Pereira *de extinct. c.* 5. *à n.* 2. D. Barboſa *in d. l. uſufructu, n.* 14. *ff ſoluto matrim.* Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 43. *num.* 3.

81 Limita decimoſeptimò in pignore, vel hypotheca, quia bona emphyteutica poſſunt irrequiſito domino pignorari, vel hypothecari. Vincent. de Franchis *deciſ.* 226. *n.* 1. Anton. Gabr. *lib.* 6. *commun. tit. de regulis juris, concluſ.* 12 *num.* 19. Gam. *deciſ.* 28. *num.* 2. *& deciſ.* 214. Surd. *deciſ.* 93. *num.* 10. *&* 11. *& deciſ.* 160. *num.* 1. *& deciſ.* 173. *num.* 12 Camil. Borell. *in ſumma deciſ. tit.* 33. *n.* 116. *cum ſeqq.* Corbul. *de cauſis privat. ob alien. irrequiſito domino fact. am. limit.* 33. Cardinal. Tuſch. *tom.* 3 *lit. E, concluſ.* 212 *n.* 7. Ovid. de Amicis *in repet. hujus cap. quæſt.* 14. Gaſp. Roder. *de annuis redditibus, lib.* 1. *q.* 3. *n.* 7 *verſ. poteſt etiam ſine conſenſu, & lib.* 2 *quæſt.* 22. *n.* 51. Cald. Pereira *de extinct. c.* 5. *à num.* 27 *&* 61. Molin. *diſp.* 461. *num.* 12. Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 43 *à num.* 7. Card. Mantica *d. lib.* 22. *tit.* 18. *n.* 51. Morte autem hypothecantis finitur hypotheca, juxta reg. *l. ex vectigali fundo, ff. de pignor.* & tradita per Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 88. *n.* 40. domino autem directo conſenſum præſtante durabit hypotheca ultra vitam hypothecantis, ex Ordin. Regia Luſitan. *lib.* 4. *tit.* 95. *§.* 1. *ad finem*, Farin. *in noviſſ. Rotæ deciſ.* 183. *n.* 13. ubi *n.* 12. reſolvit quod ſi res emphyteutica redeat ad dominum uti dominum, non uti privatum, ex acquiſitione habita ab emphyteuta, omnes obligationes, & onera per emphyteutam impoſita extinguuntur, & res redit libera ad dominum.

82 Limita decimooctavò in alienatione partis emphyteuſis, itaut emphyteuta non à tota emphyteuſi, ſed ab illa tantùm parte indebitè alienata cadat in commiſſum. Vide Tiraq. *de retract. lign. §.* 23. *gloſſ.* 1. *n.* 28. Grammat. *deciſ* 49. Menoch. *conſil.* 325. *num.* 76. Graſſ. *tom.* 1 *commun. opinionum, lib* 4 *tit.* 44. *n.* 278. *pag.* 686. ubi Bellacomb. *num.* 331. Martin. Monter. à Cueva *Aragoniæ deciſ.* 5. *à num.* 74. Surd. *de alimentis, tit.* 9. *num.* 28. *&* 68. Cald. Pereira *de extinct. c.* 5 *num.* 58. *& cap.* 9. *num.* 1. 8. 15. *&* 19. D. Barboſa *in l. divortio, §. fin. part.* 2. *num* 41. *ff. ſoluto matrimonio*, Cened. *d. collect.* 144 *n.* 36. Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. part.* 4. *collect.* 1246. *verſ. infertur ſextò*, Molin. *diſput.* 459. *verſ. quando emphyteuta*, Caſtillo *quotid. lib.* 1. *de uſufructu, c.* 24. *n.* 8. D. Garc. Maſtrillo *Siciliæ deciſ.* 199. *n.* 8. Card. Mantic. *d. lib.* 22. *tit.* 28. *n.* 13. Galganet. *de condit. & demonſtr. p.* 2. *c.* 5. *q.* 23. *num.* 3. Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. c.* 36. *n.* 18. *cum ſeqq.* Rebello *d. lib.* 13. *q.* 4. *n.* 7. *verſ. atque.* Camil. Borrel. *in ſumma deciſ. tit.* 33. *n.* 81. Ovid. de Amicis *de jure emphyt. in repet. hujus cap. q.* 6.

Limita decimononò in emphyteuta fiſci, qui poteſt irrequiſito domino emphyteuſim alienare, niſi in titulo emphyteutico alienatio prohibita reperiatur, juxta *l.* 1. *C. de fundis patrimon. lib.* 1. ubi Bart. & alii, quos refert & ſequitur Gam. *deciſ.* 242. *num.* 2. Valaſc. *q.* 13. *num.* 1. *col.* 4. Peregrin. *de jure fiſci, lib.* 5. *tit.* 5. *n.* 40. Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. c.* 36. *n.* 38. Cald. Pereira *de extinct. c.* 2. *n.* 9. *& c.* 4. *n.* 45. *& ſeq.* Rebello *d. lib.* 13. *q.* 4. *num.* 12. ſecus in emphyteuta Reip. ut per Valaſc. *q.* 48. *in fine*, Rebello *d. lib.* 13. *q.* 5. *n.* 2. *in fin.* 83

Limita vigeſimò in alienatione, vel venditione cum conditione, ſi domino placuerit, vel ſi conſenſus domini acceſſerit, aut ſi emphyteuta proteſtetur ſe vendere, vel alienare, ſalvo, & reſervato domini conſenſu, & non aliter, nec alio modo; nam tunc etiamſi traditio ſequatur, non incurritur caducitas: plures Doctores refert Cened. *ad Decret. collect.* 144. *n.* 27. quibus adde Vincent. de Franchis *deciſ.* 267. *à n.* 2. Mich. Graſſ. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 4. *tit.* 44. *pag.* 686. *n.* 279. ubi Vezin. *n.* 284. Bellacomb. *tom.* 2. *tract. de feudis, tit.* 8. *quibus ex cauſis feudum amittatur, pag.* 636. Frec. *de ſubfeudis, lib.* 2. *§. prima auctoritas, n.* 23. Menoch. *conſ.* 28. *n.* 10. *& conſ.* 38. Gam. *dec.* 147. *num.* 4. Theſaur. *deciſ.* 169. Flamin *de reſignat. lib.* 7. *quæſt.* 1. *num.* 67. *&* 70. Cald. Pereira *de extinct. c.* 5. *num.* 84. *& c.* 6. *à num.* 26. Molin. *diſp.* 459. *n.* 10. Cardoſo *in praxi judicum, verbo Clauſula, num.* 15. *& verbo Emphyteuſis, n.* 6. *poſt princip.* Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. p.* 3. *collect.* 526. Cardin. Mantic. *d. lib.* 22. *tit.* 28. *num.* 18. *cum ſeqq.* Cardin. Tuſch. *litera E, concl.* 207. *num.* 76. *&* 80. D. Maſta *de clauſulis, p.* 1. *clauſula* 74. *& in votis noviſſ. deciſ. voto* 196. Galganetre *de condit. & demonſtrat. part.* 1. *cap.* 52. *num.* 2. Rebello *d. part.* 2. *lib.* 13. *quæſt.* 4. *num.* 10. Camil. Borrel. *d. tit.* 33. *de emphyt. num.* 88. *&* 90. Ovid. de Amicis *de jure emphyt. in repet. hujus cap. q.* 1. quorum plures refero ego ipſe *de dictionibus, clauſula* 93. *num.* 13. 84

Limita vigeſimoprimò quando dominus vult agere contra hæredem emphyteutæ alienantis, quia contra illum non poteſt dominus declarare commiſſum incurſum, ſi in vita emphyteutæ tacuit. Vide Socin. ſen. *conſ.* 66. *num.* 18. *verſ. quintò confirmatur, vol.* 3. Ruin. *conſ.* 10. *n.* 5. *& conſ.* 159. *n.* 12. *vol.* 1. Caſſad. *deciſ.* 2. *num.* 2. *& deciſ.* 3. *num.* 3. *de locato*, Cardin. Mantic. *de tacit. lib.* 22. *tit.* 27. *num.* 34. Menoch. *conſ.* 757. *num.* 9. *& conſ.* 865. *num.* 23. Bellon. jun. *conſ.* 68. *num.* 11. Cened. *d. collect.* 144. *num.* 14. Flamin. *de reſignat. lib.* 3 *quæſt.* 3. *n.* 26. Cald. Pereira *de extinct. cap.* 18. *num.* 13. *& in l. ſi curatorem, verbo Sua facilitate, n.* 69. Gam. *deciſ.* 17. *& deciſ.* 41. *num.* 2. Surd. *de alimentis, tit.* 1. *quæſt.* 48. *à num.* 45. Valaſc. *conſil.* 71. *num.* 13. *& conſil.* 101. *num.* 5. Camillum Borrel. *d. tit.* 33. *de emphyteuſi, num.* 92. Burſatum *conſil.* 447. *num.* 6. *volum.* 6. Honded. *conſil.* 2. *n.* 52. *& conſil.* 55. *num.* 20. *& lib.* 1. *num.* 94. Magon. *Florent. deciſ.* 69. *num.* 11. & plures alios, quos refert Marius Antoninus *variarum reſolutionum lib.* 1. *reſol.* 98. *num.* 10. ſecus quando dominus ignoravit caducitatem per prædeceſſorem emphyteutam eſſe incurſam, 85

quia

quia tunc etiam contra ſucceſſores agi poteſt, Ruin. *conſ.*70. *num.*13. *verſ. nec obſtat*, *lib.*5. Honded. *dict. conſ.*55. *n.*92. Gregor XV. *deciſ.*529. *n.*18. *ubi n.*19. quod ignorantia non præſumatur.

86 Limita vigeſimoſecundò, quando conſuetudo eſt in loco, quod emphyteuta alienet ſine domini requiſitione; tunc enim licèt alienet irrequiſito domino, non cadit à jure ſuo, ut per Redoan. *de rebus Eccleſiæ, tit. de caducitate ob rei alienat. num.*13. *pag.*513. Corbul. *tit. de cauſa privat. ob alienat. limit.*32.

87 Limita vigeſimotertiò in re ſolita alienari abſque conſenſu domini, ut per Menoch. *conſ.*1. *n.*131. Cald. Pereira *de extinct. cap.*7. *n.*17.

88 Limita vigeſimoquartò, quando in inſtrumento emphyteuſis adjectum fuit, quod emphyteuta poſſit alienare emphyteuſim in quemcunque liberè, quandocumque, &c. vel quando emphyteuſis fuit accepta pro accipiente, & omnibus quibus concedere voluerit; in hoc enim caſu emphyteutam non debere requirere priùs conſenſum directi domini, tenent Clar. *in §. emphyteuſis*, *quæſt.*13. *num.*7. Corbul. *ampl.*2. *num.*5. Molin. *d. tract.*2. *diſp.*459. *num.*26. Ovid. de Amicis *in repet. hujus cap. quæſt.*3. Sed hoc tamen intelligendum eſt, ut novus emphyteuta non dicatur liberatus ab onere ſuſcipiendi inveſtituram à domino directo, quem expectabit per duos menſes, & cui ſolvet laudemium pro dicta inveſtitura, Bero. *hic, n.*24. Molin. *d. num.*26. *in fine*, Menoch. *conſ.*297. *n.*27. quicquid dicant Camil. Borrel. *in ſumma omnium deciſ. tit.*33. *num.*340. Cardin. Mantic. *p*... *tit.*28. *num.*36.

89 Limita vigeſimoquintò, quando pendet lis inter dominum, & emphyteutam ſuper dictis bonis emphyteuticis; tunc enim alienationem dictorum bonorum fieri poſſe reſolvit Menoch. *conſ.*79. *n.*26. *& ſeqq.* quem refert Bellet. *diſquiſit. cleric. part.*1. *tit. de clerico debitore*, §.4. *n.*17. *in princ.*

90 *Vel ceſſando à ſolutione canonis per biennium.*] Notatur ad hoc, quod emphyteuta Eccleſiæ amittit emphyteuſim ceſſando à ſolutione canonis per biennium, concordat Ordin. Regia Luſit. *lib.*4. *tit.*39. §.2. & reſolvunt Clar. §. *emphyteuſis*, *q.*8. *in princ.* Corbul. *d. tit. de cauſa privationis ob non ſolutum canonem*, *in princ.* Molin. *diſp.*453. *in princ.* Pichard. *in §. adeo*, *n.*52. *inſtit. hoc tit.* Valaſc. *de jure emphyt. q.*21. *in princ.* Card. Mantic. *d. lib.*22. *tit.*27. *in princ.* Cald. Pereira *de renovat. q.*16. *num.*10. Rebello *p.*2. *lib.*13. *q.*10. Camil. Borrel. *d. tit.*33. *n.*95. Rota *deciſ.*400. *n.*11. apud Farin. *p.*1. *recent.* citati à Cened. *d. collect.*144. *n.*4. Card. Cavaler. *deciſ.*360. *n.*1.

91 Primò amplia, ut habeat locum, etiamſi res emphyteutica ſit magni valoris, penſio verò pro illa ſolvenda ſit valde exigua; nam ſi emphyteuta Eccleſiæ per biennium, & emphyteuta privati per triennium illam non ſolvant, incidunt in commiſſum, ut per Tiraq *de judicio in rebus exig. verſ.*51. Surd. *de alimentis, tit.*8. *privileg.*51. *n.*23. *& tit.*7. *q.*17. *n.*23. *&* 24. Cardin. Mantica *d. lib.*22. *tit.*27. *n.*13. Cald. Pereira *quæſt. forenſ. lib.*1. *q.*11. *num.*12. *& conſ.*38. *n.*9. Molin. *diſp.*453. *verſ. dubium etiam eſt*; Rebello *d. lib.*13. *q.*8. *n.*8. Ovid. de Amicis *in repet. hujus cap. q.*7.

92 Secundò amplia, ut procedat etiamſi emphyteuta non in totum, ſed in partem ſolutionis canonis in uno nummo ceſſaverit. Vide Corbul. *ubi ſupr. ampl.*5. *n.*1. & plures Doctores citat Cened. *d. collect.*144. *n.*21. quibus adde Surd. *deciſ.*301. *n.*91. Gam. *dec.*41. *num.*2. Cald. Pereira *de extinct. c.*9. *à num.*6. *& lib.*1. *quæſt. forenſ. q.*11. *n.*12. *& conſ.*38. *n.*9. Card. Mantic. *d. lib.*22. *tit.*27. *num.*14. *&* 53. Molin. *diſp.*453. *verſ majus dubium*, Menoch. *conſ.*1282. *in fin. vol.*13. Octav. Glorit. *reſp.*7. *n*... Azor. *d. p.*3. *lib.*10. *de emphyt. c.*7. *q.*5. Cardoſo *d. verbo Emphyteuſis*, *n.*8. Rebel. *d. lib.*13. *q.*8. *n.*8. Alex. Raudenſ. *var. reſol. lib.*1. *c.*17. *ſub n.*17. Verall. *deciſ.*182. *n.*2. *& deciſ.*300. *num.*3. Cornaz. *deciſ. Lucenſi* 1. *n.*33. Borrel. *d. tit.*33. *n.*96. & idem Rebello *n.*9. cum aliis reſolvit quod ſolvens magnam pecuniæ quantitatem, & deficiens in nummo, non incurrit totam pœnam commiſſi, ſed accuſandus erit pro rata.

Tertiò amplia procedere etſi emphyteuta à domino 93
directo interpellatus non fuerit, ut penſionem ſolvat, adhuc enim ceſſando in ſolutione penſionis per biennium, vel triennium incidet in commiſſum, ut per Corbul. *tit. de cauſa privationis ob non ſolutum canonem*, *ampl.*5.

Quartò amplia, ut habeat locum etiamſi in con- 94
tractu emphyteutico apposita ſit pœna propter non ſolutam penſionem debito tempore, quia etiam tunc emphyteuta per triennium, vel biennio ceſſando in ſolutione penſionis incidit in commiſſum, ut per Clar. *§. emphyteuſis*, *q.*8. *n.*12. Corbul. *d. tit. de cauſa privat. ob non ſolutum canonem*, *ampl.*9.

Quintò amplia, ut locum ſibi vendicet in Eccleſia, 95
quæ ab alia Eccleſia, vel à privato rem in emphyteuſim accepit, quia ſi ejus Rector, ſive Prælatus penſionem per biennium, vel triennium non ſolverit, etiam incidet in commiſſum, gloſſ. *verbo Repelli*, ibi, *reſpondeo idem in authent. qui rem*, *C. de Sacroſ. Eccleſ.* Corbul. *ubi ſupr. ampl.*27. *in princ.*

Sextò amplia, ut procedat etiamſi contractus ſit 96
nullus, quia favore Eccleſiæ tenetur emphyteuta ſolvere penſionem in eo contentam, ac ſi contractus ſubſtitiſſet. Vide Vincent. de Franch. *deciſ.*296. Surd. *deciſ.*108. *n.*14. & emphyteuta recipiens emphyteu- 97
ſim ab Eccleſia ſine ſolemnitatibus nullitatem contractus allegare non poteſt, teneturque canonem ſolvere, ut per Camil. Borrel. *d. tit.*33. *n.*324.

Septimò amplia, quamvis emphyteuta lite pen- 98
dente non ſolvat canonem, & tranſactum ſit biennium, ut per Corbul. *ſub tit. de cauſ. privat. ob non ſolutum canon. ampl.*16. *in fine*, Card. Mantic. *d. lib.*22. *tit.*27. *n.*12. *in fin.* Seraph. *deciſ.*958. *n.*2. Ovid. de Amicis *in repet. hujus cap. q.*100. *n.*2. quamvis Surd. *deciſ.*6. *à n.*1. *& conſ.*86. teneat, quod nullo pacto in hoc caſu incidatur in commiſſum.

Primò limita, prædictam regulam non procedere 99
quando emphyteuta, qui ceſſavit in ſolutione penſionis, erat creditor domini directi, cui penſionem ſolvere tenebatur in æquali, vel majori quantitate; tunc enim ſi emphyteuta ſit paratus compenſare poſt lapſum biennium, vel triennium, ceſſat pœna commiſſi. Vide Tiraq. *de retract. lignag.* §.3. *gloſſ.*3. *n.*4. Corbul. *d. tit. de cauſa privat. ob non ſolutum canonem*, *limit.*5. Redoan. *in tract. de rebus Eccleſiæ non alien. c.*3. *q.*19. *n.*1. Bellacomb. *tom.*1. *commun. opin. lib.*4. *tit.*44. *n.*142. Maſcard. *de probat. concl.*251. *n.*10. Menoch. *conſ.*372. *n.*30. Gaſp. Roder. *de annuis redditib. lib.*2. *q.*18. *n.*4. *&* 7. Card. Mantic. *d. lib.*12. *tit.*27. *n.*65. Azor. *d. lib.*10. *de emphyteuſi*, *c.*6. *q.*4. Rebel. *d. lib.*13. *q.*8. *n.*6. Camil. Borrel. *d. tit.*33. *n.*124. Surd. *dec.*191. *num.*3. Anton. Monach. *Florent. deciſ.*36. *n.*18. Quæ limitatio procedit etiamſi emphyteuta mediante juramento ſe obligaſſet domino directo ad ſolvendam penſionem, ut per Roland. à Valle *conſ.*97. *lib.*1. *à n.*26. & plures alios relatos per Ovid. de Amicis *in repetit. hujus cap. q.*97.

Secundò limita, ſi ab alio extraneo penſio fuerit 100
ſoluta, ſufficit enim canonem à quocunque fuiſſe ſolutum, ne res incidat in commiſſum. Vide Ioſeph. de

N 4 Seſſe

Seſſe *d. ciſ.*204. *à n.*15. Mantic. *d.lib.*22. *tit.*27. *n.*64. Surd. *deciſ.*286. *num.*7. Seraph. *deciſ.*1186. Ovid. de Amicis *in repet. hujus cap. q.*98. Rebello *d.lib.*13. *q.*10. *n.*2. Cened. *d.collect.*144. *n.*19. quamvis domino nolente, & invito, non evitari caducitatem ob ſolutionem, quæ fieret ab altero quàm emphyteuta, reſolvant Baptiſta Coſt. *de remed. ſubſid. remed.*121. *n.*10. Camil. Borrel. *d. tit.*33. *n.*330. Corbul. *limit.*7. *n.*2. Redoan. *de rebus Eccleſ. q.*19. *c.*3. *n.*7. Marſil. *ſing.*367. Carot. *de oblig. p.*2. *q.*24. *n.*6. Ioſeph. Ludov. *Peruſ. deciſ.*35. *n.*5. Guid. Papæ *deciſ.*173. Steph. Gratian. *diſcept. forenſ. c.*8. *n.*7. & 8. Et tunc ſolutio præſumitur facta procuratorio nomine. Vide Maſcard. *de probat. concl.*1004. *n.*39 Menoch. *de præſumpt. lib.*2. *q.*35. *n.*3. Et tenetur dominus directus eam acceptare. Cott. *in memorabil. verb. ſolvit, pag.*768 Flores de Mena *lib.*1. *q.*21. *n.*132. Quæ quidem limitatio tanto magis procedit, ſi iſte tertius extraneus haberet hypothecam ſuper emphyteuſi; tunc enim ſine mandato pro conſervatione juris ſui, ſive hypothecæ poſſet ſolvere canonem, etiam invito domino directo, Card. Tuſch. *d. lit. E, concl.*192. *n.*85. & 86. Steph. Gratian. *d. cap.*8. *num.*2.

101 Tertiò limita in cenſu, à cujus ſolutione etiamſi per mille annos ceſſatum ſit, nunquam intelligitur caducitas commiſſa. Vide Covar. *lib.*1. *var. cap.*7. *num.*1. Valaſc. *q.*32. *num.*30. Gutier. *de jurament. confirm. part.*1. *cap.*31. *n.*9. Cardin. Mantic. *d. lib.*22. *tit.*3. *num.*10.

102 Quartò limita in ignorante, quia excuſandus eſt emphyteuta penſionem ob ignorantiam non ſolvens. Vide Corbul. *d. tit. de cauſa privationis ob non ſolutum canonem, limit.*20. Maſcard. *de probat. concl.*881. *n.*5. Cald. Pereira *in l. ſi curatorem, verbo ſua facilitate, n.*20. *& de renovat. q.*5. *n.*25. *& de extinct. cap.*7. *n.*18. Flores *var. lib.*1. *q.*3. *num.*3. Cardin. Mantic. *d. lib.*22. *tit.*27. *n.*40. Molin. *diſp.*453. *verſ. dubium eſt quid ſi emphyteuta*, Rebello *d. lib.*3. *q.*8. *num.*1. Cavaler. *deciſ.*94. *ex n.*1. Seraph. *de privilegiis iuram. privil.*4. *num.*131. ubi etiam reſolvit, quod ſtante juſta veriſimilitudine ignorantiæ, qui eam allegat, poterit probare per proprium juramentum, & in hærede emphyteutæ, qui ignoravit, nuncupatim idem reſolvit Surd. *de alimentis, tit.*1. *q.*48. *n.*39. *cum ſeq.* & latè Ovid. de Amicis *in repet. hujus cap.*8. *&* 9. in quo ignorantiam præſumi tenet Rebello *d. q.*8. *à n.*1. ſi emphyteuta habet, vel relinquit plures hæredes, & unus ipſorum ſolvit partem canonis, alius non, nunquid res tota emphyteutica cadat in commiſſum, an tantùm pro parte non ſolventis? Vide Ovid. de Amicis *loc. cit. q.*10.

103 Quintò limita in feudo, quando pro illo non ſolvitur penſio, ſed ſervitium, ſcilicet perſonale. Vide Cald. Pereira *quæſt. forenſ. lib.*1. *q.*11. *n.*7.

104 Sextò limita in Eccleſia, quæ ſi non ſolvat canonem, debet reſtitui adversùs ſolutionem omiſſam. Vide Cald. Pereira *d. q.*11. *num.*13. Surd. *de aliment. tit.*8. *privil.*61. *num.*14. Leſſ. *de iuſtit. lib.*2. *cap.*24. *dub.*9. *n.*48. Cardin. Mantic. *lib.*22. *tit.*27. *num.*69. Modern. *de iuriſdict. part.*4. *caſu* 17. *num.*29. *&* 30. Camill. Borrel. *d. tit.*33. *n.*383.

105 Septimò limita in minore acceptante emphyteuſim; ſi verò acceptata ſit per majorem, & hæres minor non ſolvat debitum canonem, incidet in commiſſum, nec reſtituetur ex privilegio minoris ætatis. Vide Ioſeph. Ludov. *Peruſ. deciſ.*54. *n.*6. plures Doctores refert Cened. *d. collect.*144. *num.*5. quibus adde Farin. *in* 1. *collect. noviſſ. Rotæ deciſ.*221. *n.*13. Borgnin. Cavalcan. Fiviz. *deciſ.*30. *n.*120. *p.*2. Borrel. *d. tit.*33. *num.*108. Cardin. Mantic. *d. lib.*22. *tit.*27. *num.*43. optimè D. Barboſ. *in l. hæres abſens, in princ. num.*255. *ff. de iudic.*

106 Octavò limita in muliere, & ruſtico ſimplici. Vide Rebello *d. quæſt.*8. *num.*1. ubi *n.*2. reſolvit, quod in judiciali foro ignorantia juris non excuſat, qualis eſſet ſi quis ignoraret irrequiſito domino nefas eſſe alienare rem emphyteuticam, aut neſciret ſolvendam eſſe penſionem ex re, quam ſcit eſſe emphyteuticam. Vide Card. Mantic. *d. lib.*22. *tit.*27. *n.*43. Menoch. *de arbitr. caſu* 194. *num.*21. Cald. Pereira *de extinct. emphyt. c.*7. *n.*19.

107 Nonò limita in impedito juſto impedimento. Vide Flamin. *de reſignat. lib.*11. *q.*13. *n.*15. Card. Mantica *d. lib.*22. *tit.*27. *n.*58 quod exemplificari poteſt in detento in carceribus. Camill. Borrel. *d. tit.*33. *de emphyteuſi, n.*358. Corbul. *ſub tit. de cauſis privat. ob non ſolutum canon. limit.*10. Ovid. de Amicis *in repet. huius cap. q.*100. *n.*15. *&* 16. exemplificat etiam ſi fuiſſet peſtis: & *n.*17. ſi emphyteuta non habeat tutum acceſſum propter graves inimicitias, vel aliam legitimam cauſam accedendi ad locum, in quo debet fieri ſolutio: & *n.*18. quando fuit factum præceptum à judice emphyteutæ ne ſolvat.

108 Decimò limita in paupere, qui propter paupertatem non ſolvit canonem Vide plures Doctores, quos citat Cened. *d. collect.*144. *num.*62. Rot. Lucenſ. *deciſ.*137. quam refert Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. p.*3. *collect.*588. *verſ. limita quartò.* Corbul. *de iure emphyt. tit. de cauſ. privat. ob non ſolut. canon. limit.*29. *n.*1. Cardin. Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib.*22. *tit.*27. *n.*54. Cavaler. *deciſ.*94. *n.*5. Surd. *de aliment. tit.*1. *q.*38. *n.*37. Molin. *diſp.*433. *verſ. inatus*, Rebello *d. lib.*13. *q.*9 *n.*7. Camil. Borrel. *d. tit.*33. *n.*66. *& n.*169. ſubdit procedere etiamſi ſua culpa obveniſſet.

109 Vndecimò limita in emphyteuta, quandiu rei emphyteuticæ poſſeſſionem aſſequi non poteſt, vel quandiu plures domini inter ſe contendunt. Vide Clar. *§. emphyteuſis, quæſt.* 8. *num.*5. Kirchou. *tom.*2. *commun. opin. in fine tract. de feudis, tit.*8. *num.*6. *pag.*631. Gam. *deciſ.*83. *n.*2. *in fin.* Surd. *deciſ.*6. *n.*4. *cum ſeqq.* Card. Mantic. *d. lib.*22. *tit.*27. *n.*44 Steph. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*223. *à princip.* Ioſeph. de Seſſe *Aragonia deciſ.*35. *à n.*15. Don Garc. Maſtrillo *Siciliæ deciſ.*15. *n.*1. Camill. Borrel. *d. tit.*33. *n.*327. *& n.*358. limitat ſi culpa ſua, aut dolo deſiiſſet poſſidere: & *n.*380. quod non excuſatur emphyteuta, ſi ſpoliatus fuerit ſua poſſeſſione, abſque ipſius domini conſenſu, nec eo cauſam dante.

110 Duodecimò limita, ſi propter bellum, vel peſtem fructus non poterunt percipi. Vide Redoan. *de rebus Eccleſ. non alien. q.*63. *c.*4. *à num.*4. Theſaur. *deciſ.*20. *num.*1. *verſ. limitat.* Vivian. *tom.*1. *commun. opinion. lib.*4. *tit.*44. *n.*190. ubi Bellacomb. *num.*105. Valaſc. *q.*27. *n.*13. plures Doctores refert Cened. *d. collect.*144. *num.*67. *in fine*, quibus adde Surd. *deciſ.*316. *num.*64. Flamin. *de reſign. lib.*11. *q.*13. *n.*65. Ceval. *communium contra communes, quæſt.*441. Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. c.*195. *num.*19. Azor. *inſtit. moral. part.*3. *lib.*10. *de emphyteuſi, c.*6. *q.*3. Rebello *d. lib.*13. *q.*8. *num.*4. Camill. Borrel. *d. tit.*33. *à n.*162. Card. Tuſch. *d. lit. E, concl.*204. *n.*6. 7. *&* 9. Ovid. de Amicis *in repet. huius cap. q.*39.

111 Decimotertiò limita, ſi non adeſſet, cui penſio ſolveretur. Vide Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. c.*241. *num.*15. ubi *num.*17. reſolvit hoc procedere, licèt emphyteuta non fuiſſet proteſtatus, quod canonem ſolveret, ſi adeſſet qui reciperet: & *num.*19. admonet non eſſe inutile proteſtari, conſignare, ſeu deponere ad majorem cautelam: quod etiam reſolvit Anton. Monach. *Florent. deciſ.*59. *num.*7. *&* 8. & citat Surd. *conſ.*56.

conſ. 56. *n.* 22. & 31. Carot. *de depoſito, p.* 1. *excuſat.* 4. *num.* 11.

112 Decimoquartò limita, ſi domus, vel molendinum, ex quo ſolvebatur penſio, ſit per incendium, aut terræmotum, aut publici fluminis alluvione deſtructum, itaut area ſolùm permaneat, quia nec tunc emphyteuta tenebitur reædificare, ſicut nec antiquam penſionem ſolvere, plures refert Doctores Cened. *d. collect.* 144. *n.* 74. quibus adde Valaſc. *q.* 26. *n.* 8. & *q.* 27. *num.* 2. Bellacomb. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 4. *tit.* 4. *n.* 202. & 204. Garc. *de expenſis, cap.* 15. *n.* 17. Surd. *de alimentis, tit.* 7. *quæſt.* 33. *num.* 19. & *deciſ.* 198. *n.* 4. Stephan. Gratian. *cap.* 195. *num.* 17. Ovid. de Amicis *in repetit. hujus cap. q.* 40. Molin. *diſp.* 454. *verſ.*
113 *quando domus.* Rebello *d. lib.* 14. *q.* 9. *n.* 3. Deſtructa enim re emphyteutica, ceſſat cenſus ſolutio pro eadem re, & domino remanet ſolùm, ut per Camil. Borrel. *in ſumma deciſ. tit.* 33. *n.* 229. ubi *n.* 230. declarat, quando res eſſet deſtructa in totum: & *n.* 232. limitat quando paulatim deſtructa eſſet negligentiâ emphyteutæ, quia tunc debetur domino integra penſio.

114 Decimoquintò limita, ſi marito non fieret ſolutio Canonis rei emphyteuticæ dotalis. Vide Menoch. *conſ.* 88. *num.* 41. Surd. *deciſ.* 10. *num.* 6. & 20. & *deciſ.* 286. *num.* 8. Cabed. *part.* 1. *deciſ.* 154. ubi etiam an pater poſſit præjudicare filio, Camil. Borrel. *dicto tit.* 33. *à num.* 318. latè Ovid. de Amicis *in repet. hujus cap. q.* 17.

115 Decimoſextò limita ſi adſit ſtatutum, vel conſuetudo, quod emphyteuta propter Canonem non ſolutum per totum biennium, vel triennium non privetur jure ſuo. Vide Molin. *diſtinct.* 453. *verſ. utrum autem validum ſit pactum.* Cardin. Mantic. *d. lib.* 22. *tit.* 21. *n.* 46. & *tit.* 27. *n.* 38. & 39.

116 Decimoſeptimò limita ſi fructus non ſingulis annis, ſed de biennio in biennium in debita copia colligantur, ſicut in fructibus olivarum, quia tunc non niſi per quatuor annos continuos hæc pœna incurritur. Vide Cardin. Mantic. *d. lib.* 22. *tit.* 27. *n.* 36. D. Barboſ. *in l. divortio*, §. *quod in anno*, *ff. ſoluto matr.* Rebel. *d. lib.* 23. *q.* 7. *n.* 7. Cald. Pereira *quæſt. forenſ. lib.* 1. *q.* 11. *n.* 17.

117 Decimooctavò limita, quando dominus poſt commiſſum incurſum ob ceſſationem Canonis recipit penſionem ab emphyteuta, tunc enim eum amplius expellere non poterit. Vide Gabr. *conſ.* 66. *num.* 54. *cum ſeq.* & *conſ.* 75. *num.* 1. *vol.* 2. Cavalcan. *deciſ.* 25. *n.* 11. *part.* 5. Afflict. *deciſ.* 174. *num.* 3. Magon. *Florent. deciſ.* 145. *n.* 14. & *Lucen. deciſ.* 35. *num.* 7. Corbul. *ubi ſupra, limit.* 21. Menoch. *remed.* 9. *recup. n.* 152. & *de præſumpt. lib.* 3. *q.* 112. *n.* 1. & *quæſt.* 132. *num.* 48. & *q.* 45. *num.* 7. & 21. & *conſ.* 20. *num.* 58. & *conſ.* 355. *num.* 11. Gam. *deciſ.* 72. *num.* 5. & *deciſ.* 299. *n.* 2. & *deciſ.* 283. *num.* 4. Maſcard. *de probat. concl.* 252. & *concl.* 417. *num.* 4. & *concl.* 881. *n.* 6. & *concl.* 1262. *num.* 24. & *concl.* 1316. *num.* 2. Mench. *illuſtr. c.* 61. *num.* 14. plures refert Doctores Cened. *d. collect.* 144. *num.* 11. quibus adde Mareſc. *var. reſol. lib.* 1. *cap.* 138. *num.* 5. Ferentil. *in annot. ad deciſ.* 617. *Buratti*, *n.* 8. Surd. *de aliment. tit.* 1. *q.* 48. *n.* 27. & *tit.* 16. *q.* 3. *n.* 36. & 67. & *deciſ.* 317. *n.* 1. & 15. *cum ſequentibus*, & *deciſ.* 181. *n.* 1. & *deciſ.* 189. *à n.* 11. Borrel *d. tit.* 34. *de emphyt. num.* 143. Mar. Anton. *var. reſol. lib.* 1. *reſolut.* 22. *n.* 2. & 11. & *reſol.* 25. *n.* 2. & *reſol.* 98. *à n.* 3. Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. c.* 152. *à n.* 12. Barz. *deciſ.* 50. *n.* 3. Cardin. Tuſch. *tom.* 3. *lit. E, concl.* 193. *à n.* 1. Ovid. de Amicis *in repet. hujus cap. quæſt.* 33. Cald. Pereira *de extinct. emphyt. cap.* 11. *n.* 16. Martin. Monter. à Cueva *Aragon. deciſ.* 5. Flores *ad Gam. deciſ.* 72. *n.* 3. Ceval. *q.* 402. Flamin. *de reſign. lib.* 6. *q.* 3. *num.* 30. Cald. Pereira *de nominat. q.* 19. *n.* 78. & *de extinct. cap.* 11. *n.* 8. & *quæſt. forenſ. conſ.* 38. *n.* 7. Card. Mantic. *d. lib.* 22. *tit.* 83. & *deciſ.* 200. Steph. Grat. *Marchiæ deciſ.* 49. *n.* 30. & 31. Molin. *diſp.* 453. *verſ. dubium utrùm ſi poſtquam, à n.* 7. Rebel. *d. lib.* 13. *quæſt.* 11.

Amplia hanc 18. limitat. ut procedat, ſive dominus recipiat Canonem temporis, quod lapſum eſt poſt incurſam caducitatem, ſive etiam temporis præteriti ante commiſſam caducitatem, ſi non incepit ab expulſione, ut reprobatis Bart. & aliis contrarium ſentientibus tenuerunt Gig. *de penſion. q.* 73. *num.* 3. Clar. *in* §. *emphyteuſis*, *q.* 10. *poſt princip.* cum aliis per Corbul. *de emphyteuſi, tit. de privat. ob non ſol. can. limit.* 21. Surd. *deciſ.* 317. *num.* 14. Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. c.* 633. *num.* 38. 39. & 40. quos refert *ubi ſupra, ampliatur primò.*

Amplia deinde ut caducitas cenſeatur remiſſa etiam per ſolam Canonis petitionem, Ruin. *conſ.* 119. *n.* 3. *vol.* 5. Tiraq. *de retract. convent.* §... *gloſſ.* 2. *num.* 64. Surd. *d. conſ.* 86. *num.* 15. & *d. deciſ.* 317. *num.* 1. & 14. Corbul. *d. limit.* 21. *num.* 9. Stephan. Gratian. *d. c.* 633. *num.* 37. 38. & 39. & fuit reſolutum *in Romana domus*, 17. *Iunii* 1619. coram bonæ memoriæ Patriarcha Manzanedo.

Amplia denique, ut procedat etiam quod dominus in actu receptionis proteſtetur ſe Canones recipere ſine præjudicio devolutionis, ſeu ſalvo jure caducitatis, quia hujuſmodi proteſtatio tanquam contraria facto non ſuffragatur, non enim reperitur per dominum aliquod quod poſſit præſervari, ex quo exactio penſionis, & caducitas ſunt contraria, itaut ſimul ſtare minimè poſſint: unde cùm caducitas per voluntatem domini Canonem recipientis ceſſaverit, nullum jus ipſi proteſtanti poteſt reſervari; eſt enim inconveniens quod quis eodem tempore habeatur pro emphyteuta, & pro non emphyteuta, ac ideo quicquid proteſtatio dicat, factum prævalet verbis: ita contra Bart. tenent Ruin. *conſ.* 110. *n.* 4. & *conſ.* 151. *n.* 12. *lib.* 1. Guid. Papæ *deciſ.* 171. & *ſeq.* Gig. *d. q.* 73. *in fine*, Mantic. *deciſ.* 200. *n.* 2. Mareſc. *d. lib.* 2. *c.* 138. *n.* 6. & *fin.* Surd. *conſ.* 86. *n.* 16. & fuit dictum *in Romana præſtationis cedulæ*, 1. *Decembris* 1628. coram R. D. meo Coccino, Buratt. *deciſ.* 624. *num. ult.* Quod quidem intelligitur habere locum, ubi dominus cum tali proteſtatione recipiat Canones temporis decurſi poſt commiſſam caducitatem; ſecus autem ſi recipiat Canones temporis præteriti tantùm, in quibus terminis intelligendi ſunt Clar. §. *emphyteuſis*, *q.* 10. *in princ.* Card. Mantic. *de tacitis, lib.* 22. *tit.* 33. *n.* 4. Camil. Borrel. *in ſum. crimin. deciſ. tom.* 1. *tit.* 33. *n.* 146. & loquitur Rot. coram Buratto *d. deciſ.* 624. Præterea habet locum ſi emphyteuta expreſsè tali proteſtationi non contradicit, quia tunc videtur conſentire, quo caſu proteſtatio domino ſuffragatur. Imol. *in cap. potuit*, *n.* 39. *de locato*, Curt. ſen *conſ.* 81. *n.* 2. Iaſon *in l.* 2. *n.* 127. *C. de jure emphyt.* cenſetur tamen emphyteuta expreſsè contradicere, ſi proteſtetur ſe non cecidiſſe à jure ſuo, Ruin. *d. conſ.* 151. *n.* 12. *verſ. nec obſtat, lib.* 1. Mantic. *d. tit.* 33. *n.* 8.

Vtrùm autem Prælatus recipiens penſiones poſt commiſſum decurſas, cenſeatur remittere caducitatem? Vide Bero. *hîc, num.* 173. Imol. *d. n.* 84. Butr. *num.* 19. Clar. §. *emphyteuſis*, *q.* 10. *à n.* 3. Burg. de Pace *conſ.* 44. *n.* 15. Menoch. *d. præſ.* 112. *num.* 17. & *conſ.* 79. *n.* 7. *cum ſeqq.* Gam. *Luſit. deciſ.* 268. *num.* 4. Maſcard. *conſ.* 252. *n.* 12. Cald. Pereira *in l. ſi curatorem, verbo, vel adverſarii dolo*, *n.* 82. Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſ. deciſ.* 125. *in* 1. *edit.* Quarant. 118

in

in ſumma B ll :ri:,verbo Alienatio rerum Eccleſiæ,n.44. Sanch. de m trim. lib.6. diſp.4. n.13. Card.Mantic.d. lib.22.tit.43. à n.13. Card.Tuſch. d.lit.E,concl.193. n.46. Ovid. de Amicis in repet. hujus cap. q.35. Hier. Gabr. conſ.88.n.15.lib.1. ex quorum dictis illa verior eſt reſolutio, quod Prælatus (ſi Eccleſia non eſt Collegiata) accipiens canonem temporis præteriti poſt incurſam caducitatem,dicitur illam remittere: ſi verò Eccleſia ſit Collegiata, Prælatus ſolus recipiens canonem non remittit caducitatem, niſi Capitulum dictam canonis receptionem ratam habeat, quod ultra ſupracitatos tenent expreſsè gloſſ. hic,verbo Expelli,circa med. Redoan. de rebus Eccleſiæ non alienand. q.20. de moræ purgat.ob ceſſationem ſolut. canon. n.15. Steph. Gratian. Marchiæ deciſ.49. n.24. Bellet. diſquiſ.Cleric. p.1. tit. de Clerico debitore, §.5. n.117. quicquid dicant Abb. & Iaſon, quos ſequi videtur Sanch. de matrim. lib.6. diſp.14. n.1. verſ. ſimiliter.

119 Intellige ſuprà adductam 18. limitationem procedere, ubi dominus recipiens penſiones decurſas poſt commiſſum, ſciebat illud eſſe incurſum ex alienatione indebita, ſeu ceſſatione ſolutionis, ſecus ſi probabiliter ignorabat, argum. l. mater, ff. de inoff. teſtam. Alex. Butr. Hippol.Ruin.Grat. & plures alii,quos refert, & ſequitur Rendin. in promptuar. recept. ſentent. tom.1.tit.37.n.3. Menoch.d. præſ.112.n.15. Magon. Lucenſi deciſ.3. Mar. Anton. d. reſol.98. n.16. Tiraq. de retract.lign. §.1. gloſſ.10.n.22. & de retract.convent. §.1. gloſſ.2.n.60. Rot. deciſ.280. p.1.diverſ. Maſcard. concl.881. n.6. & concl.1262. n.8. & 25. Surd. deciſ.181. num.7. & deciſ.203. n.20. Cald. Pereira de extinct. cap.11. num.8. faciunt tradita per eundem cap.13.num.2. Camil.Borrel. d.tit.33.n.145.Honded. conſ.55. n.89. lib.1. Rot. in Aquenſi emphyteuſis, 27. Martii 1628. coram Vitili. Præſumitur autem dominum ignoraſſe commiſſam caducitatem, Corbul. limit.23. num.5. Surd. deciſ.181. num.8. niſi poſt eam commiſſam emphyteuta per multum temporis ſpatium rem emphyteuticam poſſederit ſolvendo canonem. Dec.conſ.185. ſub num.12.verſ.nec obſtat,Rimin.
120 jun. conſ.22.num.15. & conſ.619. num.50. Vnde procurator, ſeu factor recipiendo cenſum, ſeu penſionem non præjudicat domino, quin poſſit caducitatem incurſam declarare, ut per Cened. d. collect.144. n.64. Ovidium de Amicis in repet. hujus cap. q.36. Surd.deciſ.21. n.17. & deciſ. 148. n.3. & deciſ.181. num.2. ubi num.15. reſolvit quod mandatum ſpeciale requiritur ad remittendam caducitatem, de quo etiam Menoch. conſ.460. n.14. Gratian. Marchiæ deciſ.49.n.25. Camil. Borrel. d. tit.33. n.149. cum ſeqq. & n.218. quod mandatum procuratorium ad petendum Canones præſentes, & futuros, non ſe extendit ad remittendam caducitatem. Declara, niſi dominus receptionem canonis ratam habuerit. Ruin. conſ.151. ſub n.12. verſ. & inſuper non obſtat, lib.1. Rimin. jun. conſ.22. n.11. Corbul. limit.21.n.16. in fine, Honded. conſ.55. n.87. Mantic. de tacit. lib.22. tit.33. n.10. Stephan. Gratian. d.cap.633. n.42. Rot. deciſ.896. in fin. p.4. diverſ. Vel niſi is, qui recipit canonem, ſit pater domini directi, quia legitimus adminiſtrator bonorum filii recipiendo canonem domino præjudicat, Socin. ſen. conſ.66. col. fin. verſ. nec obſtat ſi dicatur, lib.3. Corbul. limit.21. n.17. Honded. ubi ſuprà.

121 Sed an poſſit Prælatus emphyteutam privatum propter canonem non ſolutum reintegrare abſque auctoritate Sedis Apoſtolicæ, non abs re inquirendum eſt, & breviter rejecta ſententia gloſſæ magnæ in præſenti, & Alex. conſ.79. in fine, vol.1. negantium dicendum eſt, quod ſi ipſa res nondum eſt incorporata Eccleſiæ, poterit Prælatus emphyteutam reintegrare, dummodo non alteretur natura prioris conceſſionis, Natt. conſ.441. n.18. 19. & 31. Clat. §. feudum,q.13. n.6. Bellet. d.§.5.num.26. niſi ſit Prælatus Eccleſiæ Collegiatæ, qui etiam in hoc caſu ſine conſenſu Capituli caducitatem remittere non poterit, gloſſ. in præſenti, verbo Expelli, circa med. Alexand. conſ.14. n.12. vol.2. Redoan.de rebus Eccleſ.non alien. q.20. de moræ purg. ob ceſſat. ſolut. canon. n.13. Steph. Gratian. Marchiæ deciſ.49. n.24. Quando verò ipſa res eſt incorporata Eccleſiæ, abſque dubio Rector,ſeu Prælatus Eccleſiæ etiam non Collegiatæ, non poteſt reintegrare emphyteutam, ſolemnitatibus juris non ſervatis, Alex. d.conſ.79. Bellet. d. §.5. n.25. Incorporata autem res tunc dicetur, quando poſt collationem à ſolutione canonis dominus expreſsè declaraverit emphyteutam cecidiſſe à jure ſuo, & propterea deſcribi fecerit rem reverſam inter bona menſæ, vel tacitè declaraverit, hoc eſt quod menſa collegerit fructus ipſius, & tenuerit illam per annum, Curt. jun.de feudis,q.5. Clat. §.feudum,q.13. n.3. Menoch. conſ.79.

Decimononò limita, ut procedat tantùm domino 122
directo in vita declarante velle ſe quod emphyteuta incurrat in commiſſum; nam ſi ipſe dominus moriatur antequam hoc declaret, talis declaratio ad hæredes ipſius non tranſibit, neque emphyteutam expellere poterunt. Vide Sebaſt. Medices in tract. Mors omnia ſolvit, part.2. concl.100. n.279. Magon. Florent. deciſ.70. num.1. Surd. deciſ.57. n.16. & deciſ.194. n.7. Cavalc. part.2. deciſ.30. n.130. Corbul. de jure emphyt. cauſa 15. privat. ampliat.45. num.17. cum ſeqq. Menoch. conſ.155. n.17. & lib.3. de præſumpt.q.112. num.28. verſ. primus eſt. Cald. Pereira de extinct. emphyt. cap.19. n.24. & cap.8. n.29. & quæſt. forenſ. lib.1. quæſt.20. n.51. Gam. deciſ.1. n.2. & deciſ.83. in fine, Mar. Anton. var. reſol. lib.1. reſol.98. num.7. Aloyſ.Ricc.in collect.deciſ. part.4.collect.1396. Valaſc. conſ.101. n.5. Mantic. d. lib.22. tit.27. n.34. Molin. diſp.453. verſ. dubium quoque eſt, Card.Tuſch.tom.3. lit.E, concl.190. n.25. Gaſp. Roder. de annuis redditibus, lib.3. q.7. n.67. D. Barboſa in l.2. in princip. p.1. n.136. cum ſeqq. ff. ſoluto matrim. & in l. ſi quis intentione ambigua, n.72. ff.de judic. Gonzal. ad reg.8. Cancel. gloſſ.56. n.53. Ovid. de Amicis in repet. hujus cap. q.30. plures Doctores ex antiquioribus refert Cened. d. collect.44. n.15.

Vnde caducitatem non declaratam in vita emphy- 123
teutæ non poſſe declarari contra ejus ſucceſſorem tenent citati ſuprà, n.85. Adverte tamen, quod caducitas poteſt quandocunque declarari per hæredes, vel contra hæredes,& ſucceſſores, quando adeſt clauſula, quod quis cadat ipſo jure & facto, ex Bero. conſ.98. n.38. lib.1. Burſat. conſ.252. n.4. Clar.§.feudum,q.65. n.2. Honded.lib.2. conſ.80.n.69. Surd.deciſ.29.n.12. Cavalcan. deciſ.43. n.11. 14. & 50. p.1. Corbul. in rubr. de cauſa privil. ob alien. ampl.10. n.1. Mar. Ant. d. reſol.98. n.9. & 12.

Vigeſimò limita ſi emphyteuta ſolvit canonem illi, 124
qui publicè gerebat ſe pro procuratore domini, quia liberatus intelligitur ex ſolutione illi facta, Surd. deciſ.181. n.7. & 9. Cavalc. Fiviz. deciſ.30. num.20. p.2. Baptiſta Coſta de facti ſcient & ignorant. cent.1.
diſt.54. n.8. Camil. Borrel. d.tit.33.n.103. Vel etiam 125
quando ſolvit canonem Prælato intruſo, habens juſtam, & veroſimilem cauſam credendi eum eſſe Prælatum, quia quamvis nulliter ſit Prælatus, rectè tamen ſolvit, & eſt liberatus. Corbul. tit. de cauſis privat. ob non ſolut. canonis, limit.24. Ovid. de Amicis in repet. hujus cap. q.100. num. ult. me citato in hoc loco, Ferentil. in annot. ad deciſ.2. Buratti, n.17.

Vige

116 Vigeſimoprimò limita, moram non committi per emphyteutam ob quantitatem illiquidam canonis, ut per Alexand. Raudenſ. *variar. reſol. lib.* 1. *c.* 17. *n.* 1. Camil. Borrel. *d. tit.* 33. *n.* 211.

117 Vigeſimoſecundò limita, ſi prætextu mandati judicis non ſolverit, à caducitate enim, & ejus pœna tunc liberabitur, Afflict. *deciſ.* 328. & *ibi* Vrſillis *n.* 1. Maſtril. *Siciliæ deciſ.* 193. *n.* 29. Corbul. *de cauſ. privat. ob non ſolut. canon. limit.* 14. *n.* 1. Aloyſ. Ricc. *d. p.* 5. *collect.* 1704. Anton. Monach. *Florent. deciſ.* 59. *num.* 9.

118 Vigeſimotertiò limita lite pendente ſuper re emphyteutica inter duos directos dominos, vel hæredes, Boër. *deciſ.* 107. Corbul. *in tit. de cauſ. privat. ob non ſolut. canon. limit.* 23. Ovid. de Amicis *in repet. hujus cap. quæſt.* 100.

119 *Per biennium.*] Continuum ſcilicet, & non interpolatum, ut per Cald. Pereira *quæſt. forenſ. lib.* 1. *q.* 11. *n.* 17. & Ordin. Regiam Luſitan. *lib.* 4. *tit.* 39. §. 1. nam ad effectum privationis ob non ſolutionem tempora non conjunguntur, Socin. ſen. *conſ.* 118. *n.* 6. *& ſeqq. lib.* 4. ubi quod hoc eſt regulare in quacumque pœna, ut tempora non conjungantur, ſequuntur Navar. *conſ.* 34. *n.* 2. *& conſ.* 36. *n.* 1. *in fine, de regul.* Anton. Ricc. *de jure perſon. extra gremium Eccleſ. exiſtentium, lib.* 4. *c.* 8. *n.* 2.

130 *Vel ceſſando in ſolutione.* Notatur quod aſſerenti ſe ſolviſſe incumbit onus probandi. Vide Menoch. *conſil.* 372. *n.* 24. Maſcard. *de probat. concl.* 601. *num.* 4. *& concl.* 603. *n.* 32. *& concl.* 1318. *n.* 3. Valaſc. *q.* 21. *n.* 9. Surd. *de alim. tit.* 1. *q.* 48. *n.* 54. *& conſ.* 86. *n.* 1. *& conſ.* 288. *n.* 11. Molin. *diſp.* 453. *verſ. dubium eſt quando adverſus,* Honded. *conſ.* 56. *n.* 1. *lib.* 1. Ant. Monach. *Florent. deciſ.* 68. *n.* 2. Et agens ad caducitatem eo quòd emphyteuta ceſſaverit per biennium à ſolutione canonis, obtinet, ſi pendente lite perficitur triennium, quod tempore declaratæ caducitatis nondum erat elapſum, ex Put. *deciſ.* 426. *lib.* 3. Ant. Monach. *Florent. deciſ.* 56.

131 Surd. *deciſ.* 29. *n.* 10. Advertè quod à pœna caducitatis omnis cauſa etiam temeraria, vel beſtialis excuſat, ut per Corbul. *de cauſ. privat. ob non ſolut. canon. limit.* 17. *n.* 2. Anton. Monach. *Florent. deciſ.* 36. *n.* 3. ubi *n.* 4. monet Clericos, & Religioſos, quod non debeant eſſe ptoni ad caducitates, vel pœnas conventionales petendas.

132 *Niſi cleri ſatisfactione.*] Notatur ad hoc, quod emphyteuta Eccleſiæ ceſſans per biennium in ſolutione canonis poteſt cleri ſatisfactione moram purgare ad effectum, ut evitet commiſſum, vide Valaſc. *q.* 5. *n.* 13. Ioſeph. Ludov. *Peruſ. deciſ.* 90. *n.* 6. *cum ſeqq.* Ovid. de Amicis *in repet. hujus cap. q.* 28. Azor. *inſtit. moral. p.* 3. *lib.* 10. *de emphyteuſi, c.* 7. *quæſt.* 7. Rebello *d. lib.* 1. *q.* 10. *n.* 3. *verſ. his poſitis, & n.* 5. Hieron. de Laurent. *Aven. deciſ.* 143. *n.* 7. Bortel. *d. tit.* 33. *n.* 175. Seſſe *Aragoniæ deciſ.* 205. *à princ.* quod non procedit in foro laicali, Surd. *conſ.* 97. *à n.* 31. Anton. Monach. *Florent. deciſ.* 59. *n.* 3.

133 Quando autem quis dicatur celeriter ſolvere, vide Gutrier. *conſ.* 43. *n.* 9. Menoch. *de arbitr. caſu* 7. *n.* 9. *&* 10. Steph. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 378. *n.* 12. *cum ſeqq.* Borrel. *d. tit.* 33. *à n.* 178. Vincent de Franch. *deciſ.* 482. Ovid. de Amicis *in repet. hujus cap. q.* 29. Card. Tuſch. *d. lit. E. concl.* 193. *n.* 32. Molina *diſp.* 453. *verſ. dubium tamen eſt.* Pichard. *in tract. de mora, n.* 100. Rebello *d. q.* 10. *n.* 6. Cald. Pereira *lib.* 1. *quæſt. forenſ. q.* 11. *n.* 16. quorum communis eſt opinio, quod ante litis conteſtationem. Intellige tamen de vera litis conteſtatione, & non de ea, quam facit judex in oblatione

134 libelli, ex Gam. *deciſ.* 147. *n.* 3. Purgatio moræ non admittitur obſtante pacto quod ipſo jure, & facto incurratur caducitas non ſolvendo canonem die præſtituto, ut per Put. *Roman. deciſ.* 63. *lib.* 3. *& deciſ.* 472. *lib.* 1. *in noviſſ.* Anton. Monach. *Florent. deciſ.* 59. *n.* 4. Ioſeph. Seſſe *Arag. deciſ.* 103. *n.* 9. *&* 11. reſolvit quod emphyteuta, vel creditor non excuſatur ab incurſu moræ, vel caducitatis, etiamſi fiat oblatio canonis, vel debiti celeriter, niſi congruentibus loco, & tempore, id eſt, domi creditoris, & ante lapſum termini ſolutioni deſtinati.

Potuiſſet expelli. Notatur ad hoc, quod ceſſans à ſolutione ipſo jure amittit emphyteuſim ſub conditione ſi dominus velit, itaut eo volente retrotrahatur pœna à die commiſſi, ut per Henriq. *in ſum. lib.* 13. *de excommun. c.* 19. §. 2. *in gloſ. lit. H, in med.* Cald. Pereira *de extinct. c.* 17. *n.* 2. *cum ſeqq. & c.* 18. 135

Vnde tenetur ad reſtitutionem fructuum etiam bona fide conſumptorum à tempore commiſſi, & contraventionis, ante ſubſequutam declarationem, & ſic medio tempore, cùm talis declaratio retrotrahatur. Vide Rot. Bonon. *deciſ.* 37. Surd. *deciſ.* 25. *n.* 27. Cabal. *conſ. civili* 106. *n. fin.* Ant. Monach. *Florent. deciſ.* 36. *num.* 24. Cald. Pereira *de extinct. c.* 18. *n.* 8. *&* 9. optimè Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gl.* 56. *n.* 12. Et ad penſiones ante commiſſum decurſas, Burg. de Pace *conſ.* 24. Surd. *de aliment. tit.* 7. *q.* 17. *n.* 45. amittitque melioramenta communia, & ordinaria, ad quæ vi contractus tacitè, & expreſsè tenebatur, ſecus extraordinaria, & magni pretii, Azor. *d. c.* 9. *q.* 5. *& c.* 12. *à princ.* Ovid. de Amicis *in repet. hujus cap. q.* 70. *&* 71. Rebel. *d. lib.* 13. *q.* 2. *n.* 12. *in fin.* Surd. *deciſ.* 317. *n.* 16. Anton. Monach. *Florent. dec.* 36. *n.* 23. Valaſc. *q.* 25. *n.* 2. *cum ſeqq.* Molin. *diſp.* 455. *n.* 2. ubi *n.* 3. quærit ſi emphyteuta poſtquam in commiſſum incidit, meliorationes aliquas fecit, an amittat illas, perinde atque alias, quas antequam in commiſſum incideret, fecit. Adverte quod nullus poteſt opponere contra emphyteutam de pœna commiſſi, excepto domino, vel ejus procuratore cum ſpeciali mandato, in cujus voluntatem confertur. Ioſeph. Ludov. *Peruſ. deciſ.* 17. *n.* 4. Corbul. *de cauſ. priv. ob non ſolut. canon. ampl.* 45. *n.* 13. Felic. *alleg.* 32. *n.* 19. *p.* 3. Anton. Monach. *Florent. deciſ.* 58. *n.* 4. *&* 5. Declarata autem caducitate à domino quilibet opponere poteſt, ex Surd. *deciſ.* 280. *n.* 6. 136 137 138 139

Si dominus tamen rem emphyteuticam alteri conceſſiſſet, videretur neceſſarium antecedens declaraſſe caducitatem commiſſam, Corbul. *tit. de cauſis privat. ob non ſolutum canonem, ampl.* 45. *num.* 8. Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. c.* 36. *n.* 12. Surd. *de alimentis, tit.* 9. *q.* 25. *à n.* 71. *cum ſeqq. & tit.* 1. *q.* 48. *num.* 51. Cald. Pereira *de extinct. c.* 18. *n.* 5. *&* 6. 140

Vtrùm autem auctoritate propria poſſit dominus directus expellere emphyteutam, ſi canonem tempore debito non ſolverit, vel cùm ex aliis legitimis cauſis à jure ſuo ceciderit? Vide Sylvan. *conſ.* 26. *num.* 5. Valaſc. *q.* 18. *n.* 8. *&* 9. *& q.* 21. *n.* 2. Flores de Mena ad Gam. *deciſ.* 4. *n.* 2. Surd. *de alim. tit.* 5. *q.* 48. *n.* 50. Cald. Pereira *de renovat. emphyt. q.* 10. *n.* 2. *& de extinct. c.* 17. *n.* 18. *& de emptio.* 25. *n.* 35. Valaſc. *conſ.* 156. *n.* 17. D. Barboſ. *in l. ſi de vi, n.* 287. *cum ſeqq. ff. de jud.* Farin. *in praxi crimin. q.* 175. *n.* 29. *cum ſeqq.* Ovid. de Amicis *in repet. hujus cap. q.* 31. apud quos pars negativa ſaltem de æquitate Canonica receptior eſt, & apud Luſitanos miniſter publicus adeundus videtur, argum. Ordin. Regiæ *lib.* 4. *tit.* 24. §. *unic.* 141

Reſolutiones in materia emphyteuſis utiles.

Cùm jus nominandi, ſeu eligendi facti ſit, & in facto conſiſtat, poterit Monachus, vel pupillus ad emphy 142

emphyteuſim nominare. Vide Cald. Pereira *de nomin. q.4. num.2. cum ſeqq. & in l. ſi curatorem , verbo cùm non abſimilis, num.*24. Bened. Ægid. *in repet. l.1.C.de*
143 *Sacroſ. Eccleſ. p.*1. §.2. *n.*19. *cum ſeqq.* & ita minor,
144 Cald. Pereira *d. q.*4. *à n.*16. & mutus ſignis,& nutu, Cald. Pereira *d. verbo cùm non abſimilis, n.*69. *verſ. illud tamen omittendum* , item & excommunicatus , Peregr. *de jure fiſci, lib.*3. *tit.*11.*n.*31. Cald. Pereira *de*
145 *nominat. q.*5.*n.*47. & deportatus , idem Cald. *d. q.*5. *n.*5. Flor. de Mena *var. lib.*2.*q.*22.*n.*2. Non autem prodigus , cui bonorum adminiſtratio interdicta eſt, Benedict. Ægid. *d p.*1. §.2. *n.*22.

146 Nominans ad emphyteuſim tres perſonas , cùm unam tantùm nominare teneretur, nominatio non valet, argum. *l.duo ſunt Titii, ff.de teſtam.tut.* tenet Gonzal.Vaſq.*in l.unum ex familia,§.ſed ſi uno,ff.de legat.*2. quod procedit quando quis nominavit filios ſuos, ſecus verò ſi nomina expreſſerit , quia tunc prior nominatus habebit emphyteuſim, cùm cenſeatur magis dilectus, Cald. Pereira *de nominat. q.*10. *num.*31. *cum ſeqq.* Valaſc. *conſ.*71. *num.*11. faciunt quæ tradit Tiraquel. *in §.hoc ſermone* , *num.*124. Sic etiamſi res relinquatur duobus , quæ ab uno tantùm poſſideri poteſt, tunc primo loco nominatus debet præferri. Vide Bald. *in l.*1.*n.*1. *C.de edicto Divi Adriani*, Rebuff. *de pacific.poſſeſſ.n.*295. Valaſc.*conſ.*121.*n.*3.*& conſ.*139. *à num.*2. Sed noſter Gam. *deciſ.*174. *num.*7. aſſerit quod ſi plures ſunt vocati ad unam donationem nomine collectivo, & ſi unus ſolùm in ea re donata ſuccedere debet , cenſetur unuſquiſque vocatus ſecundùm ordinem affectionis, quod ſi ſint diſpares gradu conſanguinitatis, proximior vocatus cenſetur primo loco.

147 Nominatio ad emphyteuſim facta titulo dotis manet irrevocabilis , ut reſolvit in terminis Flores de Mena *var. lib.*2. *q.*22.*n.*20. *cum ſeqq.* actus enim dotis facit donationem irrevocabilem,ex *l. ſi ego, §.ſi res, ff. de jure dotium*, Segur. *in l. unum ex familia , §. ſed ſi fundum , col.*32. *ff. de legatis* 2. Guttier. *de juram. confirm. p.*1. *c.*59.*n.*7. Avend. *ad l.*44. *Tauri,gloſ.*16. *n.*1. Menoch. *conſ.*92. *n.*79. Surd. *de alimentis, tit.*9. *q.*33. *n.*30. *&* 31.

148 Contrariam tamen opinionem,imò hujuſmodi nominationem titulo dotis eſſe revocabilem,niſi emphyteuta cum prædicta nominatione totum jus cedat emphyteuticum , & in favorem ſponſi transferat ad inſtar nominantis , & univerſum jus transferentis, tenent Luſitani noſtri,moti auctoritate Ordin. Regiæ *lib.*4. *tit.*37. §.1. præcipuè Valaſc. *conſ.*102. *n.*11. *&* 30. *cum ſeqq.* Cald.Pereira *de poteſtate eligendi,c.*2. *num.*31. *& cap.*4. *num.*35. *& quæſt. forenſ. conſ.*12. *num.*15.

149 Nominatio facta in teſtamento corruit illo revocato, vel annullato. Vide Coſt.*in l.ſi ex cautione,fallen.*12. *n.*4. Gam. *de ſacram. præſtandis* , *q.*6. *n.*20. *& deciſ.*173.Flores de Mena *var. lib.*2. *q.*22.*n.*6. Cald.Pereira *de nomin.q.*5.*n.*35. *& q.*10.*n.*29.*& de poteſt.elig. cap.*8. *& quæſt. forenſ.lib.*2.*q.*26.*n*... Valaſc.*conſ.*61. *& conſ.*102. *n.*15. Rebello *de oblig. juſtitiæ, p.*2. *lib.*13. *q.*17. *n.*6. Luſit. Ægid. *in repet.l.*1. *C.de ſacroſ.Eccleſ. p.*2.*in initio,n.*26.*in fine,ac n.*27.*&* 28. reſolvit quod ſi teſtamentum non revocetur, nec aliquo modo infirmetur , nominatio ipſa de per ſe revocari non poteſt. Nominatio tamen facta in teſtamento nullo propter exhæredationem, vel præteritionem eſt valida , ut per Molin.*de juſtit.tract.*2.*diſp.*483.*verſ.ſecunda concluſio*, Gom. *l.*24. *Tauri,n.*3. Cald.Pereira *de poteſt. elig c.*8. *n* 7. *& quæſt.forenſ.lib.*2.*q.*16.*n.*3.*in fine*,Melch.Phœbos *Luſitaniæ deciſ.*30. *n.*17. ubi reſolvit quod tunc nominatio non valet , quando facta eſt in teſtamento prorſus nullo,ex quo nec legata, nec aliquid in eo relictum valet , quamvis contrarium ſequatur Valaſc. *conſ.*61. *n.*6.

Filius legitimus patri ſuccedens ab inteſtato conſequitur emphyteuſim, quam pater habebat cum poteſtate nominandi ſecundam , vel tertiam perſonam, non minùs ac ſi illum pater nominatum inſtituiſſet, aut nominaſſet , Cald. Pereira *de nomin. q.*12.*à n.*44. & procedere etiamſi patris hæreditatem repudiet, aſſerunt Vivian. *tom.*2. *commun. opin. lib.*6. *tit.*17.*n.*73. Gam. *deciſ.*229. Menoch. *de præſumpt. lib.*3. *q.*48. *num.*12. Cald. Pereira *de nominat. q.*7. *n.*41. *& q.*10. *num.*28. 150

Et filio majori repudiante emphyteuſim erit locus ſequenti. Vide Surd. *deciſ.*230. *n.*4. Cald. *de nominat. quæſt.*13. *num.*3. & facit confirmationem , quod hærede proximiore repudiante admittitur ſequens , ex *l.*3. *ff. de acquir. hæred.* Stephan. Gratian. *diſceptat. forenſ. c.*63. *num.*6. ubi etiam idem reſolvit in tutela legitima. 151

In emphyteuſi Eccleſiæ, ſi ſit conceſſa per verba liberè nominandi, ut quem voluerit, vel quemcunque voluerit, poteſt ſuccedere filius naturalis, vel ſpurius: ſecus ſi ſit conceſſa ſibi , & filiis,vel ſibi & ſucceſſoribus, ut per Phœbos *Luſit. deciſ.*30. *n.*6. Eccleſia autem exoſos habet omnes filios illegitimos , utpote peccaminoſo actu conceptos , unde ſi accipienti ſit conceſſa cum facultate illam tranſmittendi ad quoſcunque hæredes, aut ſucceſſores,etiam extraneos,non poterunt in illa ſuccedere filii illegitimi , etiam naturales. Clar. §.*emphyteuſis, q.*30. Gam. *deciſ.*2.*à n.*1.*& deciſ.*377. *n.*2. Cald. Pereira *de nomin. q.*7. *num.*39. *& q.*19. *à n.*28. Molin. *diſp.*475. *n.*7. Card. Mantic. *de tacitis & ambig.convent. lib.*22.*tit.*11. Steph. Grat. *diſcept.forenſ.c.*218. *à n.*35. *& à n.*38. reſolvit quod ſolùm legitimatus à Summo Pontif. poteſt ſuccedere in tali conceſſione emphyteutica : & *num.*44. quod debet eſſe ſpecialiter legitimatus , ut in dicta emphyteuſi poſſit ſuccedere. Sed D. Marta *in votis noviſſ. deciſ.voto* 207.*n.*3. reſolvit quod Eccleſiaſtica emphyteuſis, quando eſt conceſſa pro ſe , & hæredibus , ac ſucceſſoribus quibuſcunque , cum beneplacito Sedis Apoſt. tranſit ad hæredes extraneos : & *num.*2. aſſerit quod licèt aliqui teneant quod illa dictio, *quibuſcunque* , recipiat reſtrictionem de habilitate , tamen hoc procedit in diſpoſitione legis, non autem in diſpoſitione hominis. An , & quando emphyteuſis Eccleſiaſt. ſit tranſitoria ad extraneos hæredes , vide Rot. *deciſ.*642. apud Farin. *part.*1. *recent. & deciſ.*152. *p.*2. *etiam recent.* 152

Emphyteuſis Eccleſiæ conceſſa patri abſque mentione filiorum, cenſetur pro ſe , & filiis,non ut hæredibus , ut per Veral. *Rom. deciſ.*302. *lib.*1. quem refert Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. part.*4. *collect.*777. *verſ. dico ſecundò* , Camil. Borrel. *in ſum. deciſ. tit.*33. *num.*12. Et emphyteuſis conceſſa pro hæredibus , & deſcendentibus, non comprehendit deſcendentes, qui etiam hæredes non ſint, ut per Valaſc. *de jure emphyt. q.*44. *num.*18. *& q.*48. *n.*4. Cald. Pereira *de nomin. q.*22. *n.*13. 153

Pater non poteſt nocere filio in emphyteuſi non hæreditaria , ſed ex pacto , & providentia conceſſa, vide Valaſc. *de jure emphyt. q.*49.*n.*10. Gaſp. Roder. *de annuis redditib. lib.*2. *q.*22. *num.*37. latè Stephan. Gratian. *Marchiæ deciſ.*65. Rebello *de obligat. juſtit. p.*2.*lib.*13.*q.*16.*n.*6. noviſſimè Camil. Borrel. *in ſumma deciſ.tit.*33. *de emphyt. à n.*295. niſi emphyteuſis ex re , vel pecunia patris acquiſita ſit ; tunc enim poteſt pater filiis alienando nocere. Vide Valaſc. *q.*49. *n.*70. *alleg. juris pro Majoratu de Bellas* , *p.*2. *art.*5. *n.*146. 154

*num.*146. Flores ad Gam. *deciſ.*5. *ad finem*, Cald. Pereira *in reſponſo pro Societate* IESU, *n.*13. *pag.*220. & *de extinct. cap.*20. *n.*4. & 13. & *in comment. ad* §. *ſed hac, Inſtit. de inoffic. teſtam. cap.*2.*n.*27. Vel niſi pater fuiſſet primus emphyteuſis acquiſitor, tunc tamen poteſt eam alienare in præjudicium comprehenſorum. Vide Ambroſ. *Epiſcop. Peruſ. deciſ.*14. quem refert Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. part.*3. *collect.*690. *verſ. limita* 2. Rebel. *d. lib.*13. *q.*15. *num.*6. præcipuè accedente domini conſenſu, Valaſc. *d. q.*49. *n.*6. Surd. *deciſ.*11. *in fine*, Peregr. *de fideicommiſſ. art.*6. *n.*24. Steph. Gratian. *Marchiæ deciſ.*65. *num.*8. *cum ſeqq.*

156 Emphyteuſim pro ſe, & filiis ſi pater alicui tertiò venderet, reſcindi poterit venditio à filio, quamvis filius teneretur emptori pretium pro ſua parte reſtituere, ſi patris hæres ſit, ut dicit judicatum Gam. *Luſitan. deciſ.*8. *n.*4. quem refert, & ſequitur Rebel. *d. q.*15. *n.*6. *prope finem.*

157 Emphyteuſim enim ex pacto, & providentia ſi pater vendat, in dubio videtur ſolum vendere jus ſuum, non jus filiorum, Alciat. *reſp.*31. *n.*1. Roland. *conſ.*2. *n.*146. *lib.*1. Surd. *deciſ.*174. *n.*4. Valaſc. *de jure emphyt. q.*49. *n.*6. *col.*6. Cald. Pereira *de renovat. q.*16. *n.*38. & *de poteſtate eligendi, c.*13. *n.*38. & *c.*19. *num.*22. Et alienatio durabit in vita alienantis, Flamin. *de de reſign. lib.*6. *q.*2. *n.*90. & 91.

158 Emphyteutico titulo nondum finito poteſt res alteri in emphyteuſim concedi, dummodo ſecunda inveſtitura prima durante facta, extincta prima, convaleſcat, ut per Gom. *deciſ.*36. *n.*1. Surd. *deciſ.*250. *n.*11. Cald. Pereira *de nominat. q.*15. *n.*20. & *de emptione c.*10. *n.*8. quamvis contrarium teneat Cabed. *part.*1. *deciſ.*138.

159 Emphyteuſis per partes non poteſt dividi, ne penſio per plures ſolvenda neceſſariò dividatur, & in non modicum domini præjudicium confundatur, ut per Cald. Pereira *de nominat. quæſt.*24. *num.*14. Valaſc. *de partit. cap.*25. *num.*7. In Interamnenſi verò regione Regni Portugalliæ emphyteuticos fundos dividi poſſe de generali conſuetudine aſſerunt Gam. *deciſ.*68. & *deciſ.*268. *n.*2. Valaſc. *de jure emphyt. q.*13. *n.*1. *verſ. hoc autem*, & *d. cap.*25. *n.*31. Cald. Pereira *de extinct. cap.*8. *n.*18. & 19. Molin. *de juſtit. tract.*2. *diſp.*483. *n.*4. in conceſſione enim emphyteuſis attenditur conſuetudo, ex Anton. Gabr. *lib. commun. tit. de conſuet. concl.*1. *n.*9.

160 Emphyteuſis non poteſt fieri de manſo, ſeu paſſalibus Eccleſiæ, nec præſcriptio, aut præſumptus titulus admitti poteſt. Cald. Pereira *de renovat. q.*15. *n.*15. Menoch. *de præſumpt. lib.*3. *q.*108. *n.*9. & faciunt quæ Maſcard. *de probat. concl.*1371. *n.*108. & Menoch. *conſ.*143. *n.*22.

161 Finitis generationibus, ad quas emphyteuſis conceſſa fuit, tenetur dominus directus eandem hæredibus, aut deſcendentibus accipientis renovare: docuit Bart. *in l.*1. §. *permittitur, ad fin. ff. de aqua quotid.* quem ſequuntur citati à Ricc. *in collect. dec. p.*4. *collect.*1259. Seraphin. *deciſ.*195. *num.*1. Camil. Borrel. *in ſumma deciſ. tit.*33. *num.*265. ita in ſacro Auditorio fuiſſe reſolutum, refert Card. Mantic. *de tacitis & ambig. convent. tom.*2. *lib.*22. *tit.*35. *num.*1. & in Luſitaniæ Regno comprobatiſſimum dicunt Gam. *deciſ.*41. *à princip. & omninò à n.*5. Valaſc. *conſ.*101. & 157. Cabed. *p.*1. *deciſ.*203. Molin. *de juſtit. tract.*2. *diſp.*484. Rebello *de oblig. juſtit. p.*2. *lib.*13. *q.*9. Cald. Pereira *de renovat. q.*8. *n.*2. & *quæſt. forenſ. conſ.*46. *à n.*3. ubi etiam, & *conſ.*43. reſolvit hoc jus revocandi eſſe hæreditarium, & tranſire in quoſcunque hæredes: & idem Cald. *dict. quæſt.*8. *numero* 12. aſſerit procedere licere in inveſtitura ſit appoſita clauſula quod finitis generationibus liberè ad ipſum dominum, ſeu Eccleſiam cum melioramentis revertatur. Quamvis contrarium, imò finitis generationibus non eſſe cogendum dominum emphyteuſim renovare, teneant Gabriel. *lib.*3. *commun. tit. de jure emphyt. concl.*1. *num.*2. *verſic. contrarium ſequitur*, Sarmient. *ſelect. lib.*2. *cap.*7. Flores *ad Gam. deciſ.*41. Fachin. *lib.*1. *controverſ. c.*100. & Caſtil. *quotid. lib.*1. *de uſufructu, c.*74. *num.*45.

162 Emphyteuticus contractus præſumptus requirit quadragenariam poſſeſſionem, & quod poſſederit tanquam emphyteuta ſolvendo unicam penſionem, & alleget titulum expreſſum in inveſtitura, & dicat quod fuit amiſſus. Ita conſtitut. Archiepiſcop. Brachar. *tit.*19. *conſtit.*2. & Conſtit. Conimbr. *tit.*25. *quæſt.*10. & Conſtit. Portuen. *tit.*21. *quæſt.*3. Gam. *deciſ.*245. *num.*10. Maſcard. *de probat. concluſ.*78. *num.*35. & *concluſ.*603. *num.*29. & *concluſ.*1371. *num.*115. *cum ſequentibus*, Menoch. *de præſumpt. lib.*3. *quæſt.*108. *num. ult.* Et ubi conſtat de initio tituli, datur præſcriptio etiam immemorialis, Molin. *de primog. lib.*2. *cap.*6. *n.*65. & *ſeq.* Mex. *in tract. taxa panis, concl.*1. *num.*131.

163 Emphyteuſis extinguitur, dominiumque utile cum directo conſolidatur quoties emphyteuta nullo relicto aſcendente, vel deſcendente aliquem non nominavit ſibi ſucceſſorem in ſecundam, vel tertiam perſonam, ut per Cald. Pereira *de nominat. q.*12. *num.*24. *cum ſeqq.* & *de renovat. q.*9. *n.*8.

164 Emphyteuta non poteſt recedere à tenore contractus emphyteutici, *l.*1. & 2. *C. de jure emphyt.* Gam. *deciſ.*234. *incip. Accepta emphyteuſi ſim.*13. Corbul. *in tract. ex quibus cauſis amittatur emphyteuſis, cap. de cauſis privationis ob non obſervationem pactorum*, Molin. *de primog. lib.*1. *c.*2. *n.*24. Cald. Pereira. *de nomin. q.*7. *num.*7. & *ſeq.* Steph. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*88. *num.*1. & tenor inveſtituræ expectandus eſt, Menoch. *conſ.*148. *num.*20. Etiamſi contra emphyteuſis naturam ſit, ut per Camil. Borrel. *in ſum. deciſ. tit.*33. *num.*283.

165 Poſſeſſor rei emphyteuticæ tenetur ad ſolutiones præteritorum annorum, ut per Surd. *deciſ.*43. *n.*5. & 9. Bellet. *diſquiſ. cleric. p.*1. *tit. de Clerico debitore*, §.8. *n.*4. Camil. Borrel. *in ſum. deciſ. tit.*33. *de emphyt. n.*228. etiamſi tertius poſſeſſor ſit pro illo tempore, quo ipſe non poſſidebat, Aloyſ. Ricc. *p.*3. *collect.*538. Unde tertius poſſeſſor conventus pro cenſu rei emphyteuticæ, non poteſt opponere exceptionem excuſſionis, ut per Surd. *deciſ.*32. *n.*15. Caton. *in tract. de excuſſ. bonorum, p.*2. *q.*94. Camil. Borrel. *d. tit.*33. *n.*346. & *n.*415. tenet quod emphyteuta dicitur perſonaliter obligatus ad ſolutionem Canonis.

166 De evictione tenetur dominus emphyteutæ pro emphyteuſi ei conceſſa, ut per Surd. *conſ.*290. *num.*18. Caballin. *de evictione*, §.4. *n.*55. Camil. Borrel. *dict. tit.*33. *n.*367.

167 Renovatio peti debet intra annum, ut per Anton. Gabr. *lib.*3. *commun. tit. de jure emphyt. concl.*1. *n.*10. *verſ. ſecundò limita*, Ioſeph. Ludov. *Lucenſi deciſ.*63. *ſub n.*24. Gam. *deciſ.*117. *n.*1. Franc. Viv. *deciſ.*446. *n.*13. Alex. Raud. *var. lib.*1. *c.*17. *n.*54. Borrel. *dict. tit.*33. *n.*271. Cald. *de renovat. q.*15. *num.*16. Rot. *deciſ.*305. *n.*5. apud Farin. *p.*1. *recent.*

168 In gloſſ. *Prohibentur*, ibi, *poteſt dici quod ſervi*. Notatur ad hoc, quod ſervi ſunt prohibiti habere rem emphyteuticam, ut per Hoſtienſ. *hic, num.*6. Redoan. *de rebus Eccleſiæ non alien. q.*89. *cap.*9. *n.*4. Alexand. *conſ.*173. *num.*6. *lib.*2. Card. Tuſch. *tom.*3. *lit. E. concl.*158. *num.*7. Cald. Pereira *de nominat. emphyt.*

q.5.à princ. Ovid. de Amicis *in repet. hujus cap. q.21.*

169 In ead. gloſſ. ibi, *Eccleſiæ.* Notatur ad hoc, quod alienatio rei emphyteuticæ prohibetur fieri in Eccleſiam, quia cenſetur facta in potentiorem, ut per Card. Mantic. *de tacitis, & ambig. convent. lib.22. tit.21. n.36.* Cald. Pereira *de poteſtate elig. c.1. à n.15.* Ovid. de Amicis *in repet. hujus cap. q.22.* Rota *deciſ.603.* apud Farin. *p.1. recent. & deciſ.170. n.1. p.2.* Steph. Gratian. *diſcept. forenſ. tom.3. c.533. n.29.*

170 In ead. gloſſ. ibi, *Capitanei.* Notatur ad hoc, quod capitanei ſunt prohibiti habere rem emphyteuticam, ut per Hoſt. *hîc, n.61.* Butr. *n.16.* Redoan. *d.c.9.n.4.* Card. Tuſch. *d. lit.E, concl.158.n.6.* Cald. Pereira *de poteſt. elig. c.3. n.2.* Ovid. de Amicis *in repet. hujus cap.*
171 *q.25.* Sunt autem capitanei in noſtro propoſito, qui in Regno Neapol. Barones dicuntur, Martin. Freccia *de ſubfeudis Baronum, lib.2. cap. vendimus, n.10.* Vincent. de Franch. *deciſ.211. n.5.* Capic. *deciſ.27. n.40.* Ovid. de Amicis *d. q.25. n.2.* ubi *n.3.* tenet quod eodem modo prohibitæ ſunt mulieres: & *n.4.* de curialibus: & *n.5.* de fiſco. Limitantur tamen dicta de perſonis prohibitis, niſi perſona prohibita ſit conſors, vel conſocius in eadem re emphyteutica, quia in eum alter ſocius poteſt partem ſuam irrequiſito domino alienare. Redoan. *d.q.79.n.5.* Card. Tuſch. *d.concl.158.à n.6.* Card. Mantic. *d.lib.22. tit.21. n.35.* Cald. Pereira *d. c.1. n.23.* Limitatur etiam, niſi dominus directus conſentiret rem pervenire ad potentiores, ſeu perſonas prohibitas. Card. Tuſch. *d.concl.158.n.13.* Vel quando dominus directus eſſet æquè potens ſicut ille, in quem emphyteuta alienat. Card. Tuſch. *d.concl.158. n.6.*

De Rerum Permutatione.

TIT. XIX.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur qui ſuper hanc rubricam ſcripsêre.*
2 *Permutationis beneficiorum materia ubi tractetur, oſtenditur.*
3 *Permutatio dupliciter accipi poteſt, lato ſcilicet modo & generaliter, vel ſtrictè & ſpecialiter.*
4 *Permutatio generaliter ſumpta capit quamlibet commutationem, ſuoque ambitu complectitur omnes tam innominatos, quàm nominatos contractus, non quidem gratuitos, ſed reſpectivos.*
5 *Permutatio ſtrictè, & ſpecialiter accepta non comprehendit quamlibet commutationem, nec illi competit indiſcriminatim.*
6 *Permutatio definitur ut ſit unius rei vicaria præſtatio; vel melius ut ſit rei propria; ſive quoad dominium, ſive quoad adminiſtrationem ſub ratione rei hinc inde datio actualis.*
7 *Permutatio dupliciter poteſt conſiderari, primò ut in eſſe omnino perducta, poſtremò ut inchoata.*
8 *Permutatio incohata continetur ſub contractu, do ut des.*
9 *Permutationis pactum ſine ulla traditione celebratum permutatio non eſt.*

1 SVPER hanc rubricam ſcripſerunt Zabar. Ioan. Andr. Imola, Anan. Guid. Papæ, Barbar. Butr. Anchar. Panorm. Guillelm. Durand. *in Breviario aureo, fol.99. verſo,* Ioan. de Londris *in Breviario ſanctorum Canonum, fol. 174.* Petrus de Ravennâ *in compendio Iuris Canonici,* Martin. Meſnart. *in epitome Decret. fol.112.* Dan. Venator *in analyſi methodica juris Pontificii, à pag.423.* Goffred. & Hoſtienſ. *in ſumma hujus tituli,* Alexand. Caſan. & Anaſtaſ. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decret. ſub hoc tit.* Barth. Carthag. *in expoſitione tit. juris Canon. ſub eod.*

De Permutatione beneficiorum tractatus edidêre Federic. de Senis, Ægid. Bellam. Petr. de Vbaldis, Andreas Gambarus, & novè Ioan. à Cochier, agunt etiam Bellacomb. Soar. & alii *tom.1. commun. opin. lib.4. tit.42. de rerum Eccleſiaſticarum permutatione,* Rebuff. *in praxi de benefic. tit. de permutat.* Azor. *inſtitut. moral. part. 2. lib.7. cap.29.* Gonzal. *ad reg.8. Cancell. gloſſ.14. num.38. cum ſeqq.* Mandoſ. *de ſignatura gratiæ, tit. de permutat.* Soar. *de relig. tract.3. lib.4. cap.31. cum ſequentibus,* Nicol. Garc. *de benefic. part.11. cap.4.* Leſſ. *de juſtitia, lib.2. c.34. dub.36. cum ſeqq.* Valer. Reginald. *in praxi fori pænitent. lib.30. tract.3. à num.342.* Vincent. Filliuc. *tract.40.c.9.* 2

Permutatione.] Permutatio dupliciter accipi poteſt, lato ſcilicet modo & generaliter, vel ſtrictè 3
& ſpecialiter. Primo modo accepta capit quamlibet 4
commutationem, ſuoque ambitu amplectitur omnes tam nominatos, quàm innominatos contractus, non quidem gratuitos, ſed reſpectivos, quales ſunt illi, in quorum quolibet datur, fit, aut promittitur hinc inde aliquid in recompenſationem, & commutationem pro alio, ut per Richard. *in princip. Inſtitut. quibus modis re, num.94.* Molin. *de juſtitia, tract.2. diſputatione 396. columna 1. ante medium,* & in hoc ſenſu comprehendit emptionem, locationem, ſocietatem, & ſimiles contractus, ſiquidem in his omnibus prædicta commutatio reperitur, prout conſiderat gloſſ. *in rubric. Cod. hoc tit.* ubi Barthol. *num.1. & 2.* Bertachin. *de gabell. membr.3. octavæ partis princip. num.3.* gloſſ. *verbo Facias, verſic. vel dic, in l. juriſgentium 7. ff. de pactis.* Hoſtienſ. *in ſumma hujus tituli, num.1.* Fortun. *in dicta l. juriſgentium, in princ. à num.7. & 17. col.3.* Pichard. *ubi ſupr. num.95.* Molin. *d.col.1.* Rebello *de obligat. juſtit.*
part.2. quæſt.1. ſect.2. prope fin. Secundò modo, ſtri- 5
ctè ſcilicet, & ſpecialiter accepta permutatio non comprehendit quamlibet commutationem, nec illi competit indiſcriminatim, ut videre eſt in permutatione rei pro certo pretio in pecunia numerata; ex hac enim commutatione non reſultat permutatio ſpecificè ſumpta, ſed tantùm venditio, juxta text. *in princip. & in §. pretium autem, juncto §. item pretium, Inſtitut. de empt.* Idem videre eſt in commutatione rei, ſeu uſus ejus, aut operarum alicujus pro certa mercede; ex hac enim non inſurgit permutatio in ſua ſpecie, ſed tantùm locatio, & conductio, juxta *princip. Inſtit. de locat.* & text. *in l. naturalis, in §. at cùm dolo, ff. de præſcript. verb.* Comprehendit ergo ut ſic ſolam commutationem rei pro alia re, ut *infra* ex definitione apparebit, & ſecundùm eam ſortitur ſpeciem contractus diſtinctam à contractu venditionis, locationis, & cæterorum, ſive juris civilis, ſive juriſgentium, & conſtat ex text. expreſſo *in d. §. item pretium,* notant Bart. & Iaſ. *in d. l. juriſgentium, ex num.7.* Hoſtienſ. ac alii *citatis locis.*

Definitur autem permutatio ut ſit unius rei vica- 6
riæ præſtatio, ſecundùm Hoſt. *in ſum. hujus tit. n.1.* cujus verba Fortun. *in d.l. juriſgentium, n.13.* tranſcripſit in hunc modum. Permutatio eſt de ſpecie ad ſpeciem hinc inde facta præſtatio; & quidem meritò, quia ipſe Hoſt. *ibid. num.2.* dum conſtituit permutationem

non

non dari niſi de ſpecie ad ſpeciem, ſatis oſtendit mentem ſuam *in d. n.*1. fuiſſe, verbum rei, de quo in dicta definitione, accipere non quidem in ſua latitudine, ſecundùm quam comprehendit ea etiam quæ in genere conſiſtunt, juxta text. *in l. nominis* 6. *& in l. rei appellatio* 5. *juncta l. pecuniæ verbum* 178. *& l. pecuniæ nomine* 122. *ff. de verb. ſignif.* ſed potius illud uſurpare pro ſpecie juxta tranſcriptionem Fortun. *ubi proximè*, & ita in hunc ſenſum prædictam Hoſt. definitionem accipiunt, & ſequuntur Azor. *in ſumma hujus tit.* Bart. *in l.* 2. *in princ. ff. ſi cert. pet.* ubi Iaſ. *n.*7. *&* 8. & Angel. *num.* 9. Aretin. *in* §. *actionum, num.* 26. *Inſtit. de actionib.* ubi Iaſ. *num.* 92. Rebuff. *in praxi, ſub hoc tit. num.* 1. Anton. Gom. *tom.* 2. *var. cap.* 8. *in fine*, communis, ut per Fortun. *ubi ſuprà*, & per Ludov. Gom. *in d.* §. *actionum, n.* 26. & per Pinel. *in rubr. de reſcind. vendit. part.* 2. *cap.* 10. *n.* 10. Sed meliùs permutatio perfecta definiri poteſt, ut ſit rei propriæ, ſive quoad dominium, ſive quoad adminiſtrationem ſub ratione rei hinc inde datio actualis, ut per Dec. *in l.* 2. *n.* 12. *lect.* 2. *ff. ſi certum pet.* Fortun. Gom. Pinel. *citatis locis*, Gitond. *in tract. de gabellis, p.* 9. *in princ. n.* 4. Molin. *d. tract.* 2. *diſp.* 253. *col.* 3. *poſt med. & diſp.* 396. *col.* 1. *in med.* Dixi, *datio*, loco generis ad omnes alias dationes, tam reſpectivas, quàm gratuitas, quæ tamen non habent naturam, & ſpeciem contractus permutationis: cæteræ autem particulæ denotant differentias eſſentiales, ſecundùm quas ipſe ab aliis eſſentialiter diſtinguitur. Dixi, *ſub ratione rei*, ut conſter quod licèt permutationis contractus cadat non ſolùm ſuper re, quæ conſiſtit in ſpecie, ſed etiam in genere, tamen non cadit niſi ſuper illis, quæ retineut formalem rationem rei ut rei, non verò ut pretii, ſeu mercedis; tunc enim non erit permutatio, ſed venditio, locatio, aut alius ſimilis contractus qui ceciderint ſuper re, non quà res eſt formaliter, ſed quà pretium, vel merces.

7 Permutatio dupliciter poteſt conſiderari, primò quidem ut in eſſe omninò producta, quando ſcilicet ex utraque parte traditio intervenit; poſtremò verò ut inchoata, quando ſcilicet ſtat in traditione alterius partis, nec adhuc ex utraque traditum eſt, etenim ſive uno, ſive altero modo hujuſmodi traditio in vim permutationis facta conſideretur, ſi aliæ qualitates ad permutationem neceſſariæ concurrant, ſemper ipſi convenit nomen, & ſubſtantia permutationis, licèt diverſimodè: traditioni namque mutuæ convenit completè, traditioni verò ex altera tantùm parte convenit ſolùm inchoatè; quod tamen ſatis eſt ut hæc dicatur habere veram, licèt non completam, ſed imperfectam rationem permutationis, juxta text. *in l.* 1. §. *item emptio, ff. hoc tit. & in l. cùm precibus, C. eod. & in l. naturalis*, §. 1. *de præſcript. verb.* quamvis Fortun. *in d. l. juriſgentium, n.* 11. *col.* 2. *in fine*, Ludov. Gom. *in d.* §. *actionum, n.* 28. & Anton. Fab. *conjectur. lib.* 6. *c.* 9. *pag.* 5. *in fine, & pag.* 6. *in princ.* Ferret. *in d. l. juriſgentium, in*
8 *princ. n.* 17. aliter explicent. Poſteriori modo permutatio conſiderata continetur ſub contractu do ut des, & cum eo unum, & idem conſtituunt, nec differunt in modo celebrandi, nec in rebus ſuper quibus celebrantur, nam promiſcuè fieri poſſunt ſuper rebus generis, & ſpeciei certæ, vel incertæ, licèt eſſentialiter differant ſi permutatio primo modo conſideretur. Pactum verò permutationis ſine ulla traditione celebratum permutatio non eſt, longè namque diſtat ab eſſentiali ratione permutationis, quæ ultra alias qualitates, de quibus in ejus definitione, conſiſtit in eo quod vel mutua actualis traditio ad ejus conſummationem, vel ſaltem ad alteram partem ad ejus inchoationem interveniat; atque ita quod hujuſmodi pactum ſimplex de permutando non ſit permutatio, reſolvunt Bald. *in l.* 1. *col. ult. C. hoc tit.* Iaſ. *in l.* 1. *ex n.* 10. *ff. eod.* Bertachin. *de gabell. p.* 3. *partis* 8. *n.* 48. Mench. *illuſtr. lib.* 1. *c.* 11. *n.* 21. Molin. *de juſtit. tract.* 2. *diſp.* 397. *col.* 1. *verſic. dubium eſt.*

SUMMARIUM.

1 *Princeps poteſt rem Eccleſiæ immobilem per permutationem acquirere, data re meliori, vel æquali.*
2 *Capituli major pars debet conſentire, ut Princeps poſſit rem Eccleſiæ immobilem per permutationem acquirere, data re meliori, vel æquali.*
3 *Declaratur text.* in cap. ſi quis, 12. q. 2.
4 *Decimæ feudales hodie retineri non poſſunt à laicis, niſi Eccleſiam compenſaverint de re majori, vel æquali.*
5 *Alienatio rei Eccleſiæ non dicitur utilis, ubi ipſa Eccleſia tantum recipit, quantum dimiſit.*

Cap. Si Princeps I.

Ex Concil. apud Sylvanectum.

Princeps poteſt ex rationabili cauſa commutare rem ſuam immobilem cum re immobili Eccleſiaſtica, ſi res, quam dat, ſit major, vel ſaltem æqualis, & ſuper tali permutatione debet publicari ſcriptura facta à Principe, & commutatio fieri de communi voluntate partium. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarel. Butr. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſtienſ. Anch. Henric. Barbat. Panormit. Guid. Papæ, Vivian. *in rationali libri tertii juris Pontificii, pag.* 187. Alagona *in compendio juris Canonici, pag.* 434. remiſſivè Ximen. *in concordant. part.* 1. *&* 2. refertur à Burchard. *lib.* 3. *Decretor. cap.* 165. & Ivo. *part.* 2. *cap.* 184. & ab Anton. Aug. *collect.* 1. *Decret. lib.* 3. *tit.* 16. *c.* 1. 1

Permittit hic text. res Eccleſiæ etiam immobiles alienari facta permutatione cum Principe daturo rem meliorem, vel æqualem. Ratio eſt, quia in hac ſpecie eſt evidenter utile ſine damno Eccleſiæ gratiam Principis promereri, ut patet, ſolent enim plerumque Reges Eccleſias defendere & ſingularibus beneficiis ornare: debet tamen major pars Capituli conſentire, ne fortaſſe res deterior offeratur à Principe, ut benè communis intellexit *in præſenti*, deinde ut intelligat Principem velle rem Eccleſiæ in ſuos, aut ſuorum uſus rationabiles, non verò ut vel ipſi Eccleſiæ, vel alicui injuſtè noceat: id enim text. ſignificat cùm cauſæ rationabilis mentionem faciat, ſatiſque cenſuit *auth. de non alienan. & auth. ſed & permutare, C. de Sacroſanct. Eccleſ.* unde deſumptus eſt; & ita ridiculum videtur hanc permutationem ſoli Imperatori concedere, ut temerè credidit Auguſt. *de Imper. quæſt.* 110. Verba enim & ratio hujus text. comprehendunt quemcunque Principem non recognoſcentem ſuperiorem, quod multis confirmavit Afflict. *deciſ.* 17. Pariſ. *conſil.* 141. *n.* 29. *vol.* 4. 2

Neque ſupradictis obſtat text. difficilis *in cap. ſi quis* 11. *quæſt.* 2. quia rejectis intellectibus gloſſ. *ibi*, & intellectu etiam Paleæ *in cap. injuſtum, verſ. item ſi Rectores*, 12. *q.* 2. ut ſcilicet procedat in rectoribus Eccleſiarum, quem ſequitur Abb. *in præſenti, num. ultim.* ubi Sicul. *num.* 11. repugnat enim textui *in cap. ſtatuimus, & in cap. Diaconi*, 12. *q.* 2. ubi Prælati etiamſi 3

etiamſi tantumdem reſtituant Eccleſiæ, id tamen fit in pœnam injuſtæ alienationis, ex quibus potiùs improbari conſtat, quàm admitti. Rejecto igitur intellectu, ut ſcilicet procedat ſecundum antiqua jura ante prohibitionem Leoninam *in cap. ſine exceptione,* 12. *q.* 2. id enim defendi non poſſet ſi expendas text. illum deſumptum fuiſſe ex Concil. Provinciali Agathen. *c.* 32. ut refert Archiep. Tolet. *in ſumma ejuſdem Concil. pag.* 92. ubi *c.* 6. prohibita etiam fuit alienatio, niſi neceſſitas, aut utilitas Eccleſiæ interveniret, quæ illam licitam redderet, licèt ejus verba ſine ſubſcriptione referantur *in cap. hujuſmodi, verſ. quod ſi neceſſitas,* 10. *q.* 2. Verior igitur videtur intellectus, ut ſcilicet text. procedat in ſubtractione & alienatione fructuum, & redituum Eccleſiaſticorum, neglecta diviſione antiquitus præſcripta *in cap. quatuor, & in c. de redditibus, & in c. cognovimus,* cum multis *ibid.* 12. *q.* 2. quo tempore beneficia nondum erecta erant, ut ita ſit ſenſus, ſi quis qualibet conditione, hoc eſt in quamlibet cauſam, & uſum de rebus Eccleſiæ aliquid, ideſt aliquos fructus, & redditus provenientes in rebus Eccleſiæ, alienare præſumpſerit, id eſt, iniquè diſtraxerit, neglecta ſcilicet prædicta diviſione, verbum enim, *præſumpſerit*, in malam partem ferè ſemper accipitur, juxta text. *in cap. ſi quis Epiſcopus* 12. ibi, *præſumpſerit,* 11. *q.* 3. *& in c. prædia,* 12. *q.* 2. ſi de ſuo proprio tantundem Eccleſiæ contulerit quantum viſus ab ea abſtuliſſe, tunc demm ilùlud præſtare licebit, planè verba illa, *tantum quantum abſtuliſſe,* manifeſtè indicant text. agere de quantitate redituum iniquè ſubtracta, maximè ſi expendas Concil. *ſuprà eod. cap.* prohibuiſſe ſub variis pœnis alienationem aliarum rerum Eccleſiaſticarum, quem intellectum colliges ex Navar. *in apolog. q.* 1. *monitu* 76. *num. ult.*

4 *Major fuerit, vel æqualis.*] Argumento hujus text.
tenet Rebuff. *de decimis, q.* 10. *n.* 42. feudales decimas
hodie retineri non poſſe à laicis, niſi Eccleſiam com-
5 penſaverint de re majori, vel æquali. Alienatio verò
rei Eccleſiæ, quòd utilis non dicatur ubi ipſa Eccleſia
recipit tantum quantum dimiſit, cenſuit Rota *in Lu-
cana bonorum*, 11. *Februarii* 1613. apud Farin. *de-
ciſ.* 430. *n.* 6. *p.* 2. *recent.* ubi *n.* 5. pariter hujuſmodi alie-
nationem utilem non dici, ubi Eccleſia dimiſit bona
propria, habita fide de re ſibi in cambium aſſignanda.

Cap. Vt commutationes II.

Ex Concil. Beluacen.

1 COmmutatio facta ab anteceſſore in damnum Eccleſiæ, ſeu non ſervato jure, eſt revocanda. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarel. Butr. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſt. Anchar. Henric. Panorm. Barbat. Guid. Papæ, Vivian. *in rationali libri tertii juris Pontificii, pag.* 188. Alagona *in compendio juris Canonici, pag.* 435. remiſſivè Ximen. *in concord. part.* 2. refertur in Concil. Melden. *c.* 23. tanquam ex Concil. Beluacen. ut per Burchard. *lib.* 3. *cap.* 171. Ivo. *q.* 3. *cap.* 232. & Anton. Auguſt. *collect.* 1. *Decret. lib.* 3. *tit.* 16. *c.* 2.

2 *Ab eo, qui ſucceſſor eſt, &c.*] Notatur ad hoc, quod bona Eccleſiæ à beneficiario malè commutata, & alienata per prædeceſſorem, ſunt revocanda, ut per Zerol. *in praxi Epiſcop. p.* 1. *verbo Succeſſor*, §. 1. faciunt plura, quæ dixi *ad cap. ſi quis Presbyterorum* 6. *ſup. de rebus Eccleſiæ non alien.*

Cap. Mancipia Eccleſiæ III.

Ex Concil. apud Sylvanectum.

MAncipia Eccleſiæ non poſſunt permutari cum 1
aliis mancipiis, niſi remaneant libera, quia quod eſt Deo dicatum, non debet transferri ad uſum humanum, vel niſi ſint fugienda. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Butr. Imol. Ananias, Hoſtienſ. Henric. Anchar. Panormit. Guid. Papæ, Barbat. Vivian. *in rationali libri tertii juris Pontificii, pag.* 184. Alagona *in compendio juris Canonici, pag.* 435. remiſſivè Ximen. *in concordant. part.* 1. deſumitur ex Concil. Cariſiaco, ut referunt Burchard. *lib.* 3. *Decret. cap.* 173. Ivo *part.* 3. *cap.* 234. & Anton. Auguſt. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 3. *tit.* 16. *c.* 3.

Quod enim ſemel Deo conſecratum, &c.] Vide reg. 2
ſemel Deo 51. *de regulis juris, lib.* 6. Navar. *de ſpoliis cleric.* §. 18. *num.* 7. *&* 8. Bellet. *diſquiſit. cleric. p.* 1. *tit. de bonis clericorum,* §. 9. *num.* 2. *& tit. de exempt. clericorum, & eorundem bonorum à muneribus publicis,* §. 1. *num.* 15.

Cap. Injuſtum IV.

MAncipia Eccleſiarum non debent redigi in uſum 1
ſæcularium, ſervi tamen fugitivi Eccleſiæ poſſunt diſtrahi. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſtienſ. Anch. Butr. Henric. Panorm. Barbat. Guid. Papæ, Vivian. *in rationali libri tertii juris Pontificii, pag.* 189. Alagona *in compendio juris Canonici, pag.* 435. remiſſivè Ximen. *in concord. part.* 2. refertur à Burchard. *lib.* 3. *Decretor. c.* 174. & ab Ivo. *p.* 3. *cap.* 235. & ab Anton. Auguſt. *collect.* 1. *Decret. lib.* 3. *tit.* 16. *c.* 4.

SVMMARIVM.

1 *Præbendæ pacto præcedente permutari non poſſunt, Epiſcopus tamen poteſt de loco ad locum permutare perſonas.*
2 *Permutatio & tranſlatio an differant, oſtenditur,* & num. 3.
4 *Declaratur text. in præſenti.*
5 *Declaratur text.* in cap. cùm olim, infr. hoc tit.
6 *Permutantibus beneficia an licitum ſit inter ſe de permutatione tractare,* & n. 7.
8 *Permutationes beneficiorum an poſſint expedire inferiores Prælati, oſtenditur,* & n. 9.
10 *Beneficii permutatio propria auctoritate, non autem ſuperioris facta, eſt ſimoniaca.*
11 *Permutatio de bonis Eccleſiæ debet fieri cauſa utilitatis, vel neceſſitatis.*
12 *Permutationes beneficiorum coram quibus fieri poſſint, oſtenditur.*

Cap. Quæſitum V. *Vrb. III.*

COmmutatio Præbendarum de jure fieri non po- 1
teſt, præſertim ubi præcedit pactum, quia illud circa ſpiritualia, vel iis annexa ſemper habet labem ſimoniæ. Item Epiſcopus cum cauſa neceſſaria poteſt permutare perſonas de uno loco in alium, ut quæ minùs utilis eſt in uno loco, ſit utilis in alio. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Io. Andr. Imol. Anan. Butr. Hoſt. Henric. Barbat. Anch. Panorm. Guid. Pap. Viv. *in ration. lib.* 3. *jur. Pontif. p.* 190.
Alagona

Alagona *in compend. juris Canonici*, *pag.* 335. remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concordant. p.* 1. refertur ab Ant. Auguſt. *collect.* 2. *Decret. lib.* 3. *tit.* 13. *cap.* 1.

2 Vnde colligi videtur differentiam eſſe inter permutationem, & tranſlationem; illa enim cùm ſit contractus reciprocus, ac proinde unius rei pro illa mutua datio, *l.* 1. *ff. & C. hoc tit.* debet à partium conſenſu & conventione principium accipere, *l. ex placito*, *C. hoc tit.* atque ideo in permutatione beneficiorum ut rationem habeat permutationis, partium conſenſus deſideratur, & ut ab utraque parte beneficium viciſſim permutetur, quod ab ipſis partibus quantum in eis fuerit dari videatur: hæc verò, ſcilicet perſonarum tranſlatio, nihil aliud eſt quàm unius perſonæ de uno beneficio ad aliud legitimè facta mutatio per ſuperiorem, ut colligitur ex *c. ſcias frater, cum ſequentibus*, 7. *q.* 1. *toto tit. de tranſlat. Prælati*; unde non aſſumit vires, & ſubſtantiam ſuam à conſenſu partium, & conventione, ſed ab auctoritate ſuperioris, ut præcitata jura probant, nec ſemper requiritur ut duo reciprocè transferantur, ſcilicet alter ad alterius locum, ſed unus tantùm de ſuo loco ad alium transferri poteſt, eoque diſcrimine inter utramque conſtituto videtur text. *in præſenti*; probare permutationem beneficiorum, quæ à partium conſenſu initium accipit, nullo caſu dari poſſe: tum quia text. abſolutè ait permutationes Præbendarum de jure fieri non poſſe, ergo nulla: tum etiam, quia ſolùm tranſlationem permittit perſonarum; ergo omnem permutationem negat, juxta text. *in cap. nonne*, *de præſumpt. & in l. cùm prætor, ff. de judic.* Accedit, quod ſi in hoc text. ſolùm improbaretur illa permutatio, quæ propria auctoritate fit, nullum dubium contineret, & videbatur lex indigna, vel contra Iuriſconſ. *in l. quod Labeo ff. de Carbon. edicto, & in l.* 1. *in fin. ff. ad municip.* Accedit etiam in confirmationem ejuſdem ſententiæ doctrina gloſſæ *verbo Tractare*, quam *ibid.* ſequitur Anch. *in cap. cùm univerſorum, hoc tit.* dum ait non eſſe licitum partibus inter ſe de per mutatione tractare, nec quicquã ex tractatu, ſed omnia officio judicis expedire, juxta text. *in cap. cùm pridem, de pactis; & in cap. niſi eſſent*, *de præbendis*: eandem ſententiam probat Hoſt. & Ioan. Andr. *in præſenti*, ſed ubi totum officio Superioris expeditur, potiùs tranſlatio eſt, quàm permutatio, igitur vera permutatio beneficiorum nullo caſu dari poteſt, ſed ſola tranſlatio. Rurſus permutatio tria requirit eſſentialiter, ſcilicet partium conventionem, & conſenſum in idem à quo incipit, traditionem rei, & ut ab utraque parte res detur, quæ propria dantis ſit & accipientis fiat; atque ideo ſi aliena ſit permutatio, nulla eſt, ut ex ſententia Pedii docet Iuriſc. *in l.* 1. *§. ideo, ff. hoc tit.* quicquid de ea immeritò dubitent gloſſ. Bart. & Iaſ. *num.* 10. & alii *ibid.* at verò hæc omnia tria in permutatione beneficiorum videntur deficere, deficit enim conventio, ſeu pactio, ut ex hoc text. colligitur; & poſt antiquos præcitatos affirmant Imol. *num.* 6. Abb. *ibid. in fine*, aſſerentes contra Hoſtienſ & alios ſupracitatos, poſſe quidem partes de permutatione tractare, non poſſe tamen, ſeu deliberare, ſeu conſentire, nec ſe ad permutandum obligare abſque labe ſimoniæ, idem ult. gloſſ. *verbo Volentes*, quam Paul. & Imol. ſequuntur *in Clem. unic. hoc tit.* Federic. *in tract. hujus tit. q.* 38. teſtatur communem ſententiam Benedict. Capr. *in cap. exhibita*, *num.* 118. *hoc eod. tit.* probant S. Antonin. *part.* 2. *tit.* 1. *cap.* 5. §. 8. Sylveſt. *in ſum. verbo Permutatio* 2. *q.* 5. Angel. *eod. verbo, num.* 4. eam reddentes rationem, quod tranſlatus deliberatum conſenſum non habet, conventio verò deliberationem continet, atque ideo ex omnium ſententia illicita eſt: deficit etiam ſecundum requiſitum, & tertium, ſcilicet ab utraque parte redditio, quæ eorum ſit, & ex eorum traditione accipientis fiat, beneficia enim poſſidentium propria non ſunt, ut de ipſorum titulis diſponant, nec ab ipſis dantur, ſed à ſuperiore: item nec renuntiari ſine Prælati licentia poſſunt, *cap. admonet, de renuntiat.* Vnde cùm totum à ſuperiore proveniat, & detur, permutatio dici non poteſt, ſed perſonarum tranſlatio, quam jura & DD. impropriè nimis permutationem appellant, præſertim cùm ex omnium Doctorum ſententia ob neceſſitatem, & utilitatem Eccleſiæ tantùm fiat. Quibus argumentis hanc ſententiam in effectu probant Innoc. Hoſt. Ioan. Andr. gloſſ. & Anch. *citatis locis*, quatenus aiunt non eſſe licitum de permutando tractare, ſed totum à ſuperiore faciendum eſſe, quod propè tranſlatio eſt, quinimò communis ſententia, de qua *ſuprà*, non multùm videtur ab hoc differre, cùm ex ejus traditionibus potius tranſlatio, quàm permutatio colligatur, quamvis permutationis nomine utantur.

Sed contraria ſententia verior eſt, & securè aſſerendum dari aliquam permutationem beneficiorum, 3 quæ à tranſlatione diſtinguatur, idque totius Eccleſiæ uſus obſervat, & decreta Pontificum palam demonſtrant. Pro quibus illud in primis facit quod tranſlatio, & permutatio ſub diverſis titulis tractantur, & in jure diverſis appellantur nominibus; nam transferri perſonas, & permutari beneficia, quaſi diverſa antiqui, & noviores Pontifices appellant, ut conſtat ex *cap. mutationes* 7. *q.* 1. *c. cùm olim*, *cap. pen. & c. ult. infr. hoc tit. & in Sexto, & Clementinis*; igitur duo hæc prorſus diverſa ſunt, juxta *l. ſi idem, C. de codicillis*, Abb. *conſ.* 57. *lib.* 2. Corn. *conſ.* 104. *col.* 2. *lib.* 4. Lancel. Gal. *in conſuetud. Alexandriæ, verbo Legare, n.* 26. Aym. *conſ.* 6. *num.* 1. Menoch. *conſ.* 257. *n.* 8. Ergo concedenda eſt alia beneficiorum commutatio, quæ hujus contractus rationem habeat, & à tranſactione ſit diverſa; neque ferendum permutationis nomen ſemper à Summis Pontific. pro tranſlatione uſurpari; confirmatur eadem ſententia ex eo quod tranſlatio non oportet ut ſit reciproca, ſed plerumque unius eſt ad alium locum, ſeu beneficium vacans: fit etiam invitis poſſeſſoribus, ut probat *d. cap. mutationes*, & fatentur omnes DD. *ubi ſuprà*: permutatio autem reciproca eſſe debet, quaſi mutua datio, & ex voluntate permutantium in eorum utilitatem fit, ut probat text. *in d. cap. cùm univerſorum*, ex quibus, & aliis non licet amplius dubitare dari permutationem noſtro jure, quæ à tranſactione diſtinguitur.

Ad *text.* verò *in præſenti*, quatenus inquit commutationes Præbendarum de jure fieri non poſſe, reſpon- 4 detur Vrbanum Pontif. *in hoc text.* planè agere de permutatione, quæ fit, & perficitur ſola partium conventione; ea enim propria permutatio eſt, quæ pacto partium perficitur, re propria ab utraque parte data, quæ accipientis fiat, quod cùm in beneficiis contingere non poſſit, non immeritò Pontifex abſolutè ait beneficia permutari non poſſe, hoc eſt propria auctoritate, prout temporalia bona permutantur; pars enim potiſſima in commutatione beneficiorum auctoritati ſuperioris tribuenda eſt, qui reſignationem ex ea cauſa admittit, & reſignata viciſſim confert, atque ideo cùm tranſlationi ſimilis videatur à Summo Pontifice *in hoc text.* tranſlatio potius, quàm permutatio dicitur, quæ auctoritate ſuperioris fit: quæ verò propria permutatio eſſe poterat partium conventione & traditione perfecta, in beneficiis non reperitur, & ideo nulla datur propria, & abſoluta permutatio in eis quod Pontifex in hoc text. intendit; non tamen

inde ſequitur non poſſe de jure fieri permutationes præbendarum, quæ unius contractus magna ex parte rationem habeant, & à tranſlationibus differant, quatenus à partium conſenſu incipiunt, & quatenus in ipſis eſt reciprocè beneficia dare, cùm alter in gratiam alterius renunciat ex cauſa permutationis, & beneficia ad eos perveniant: quod verò text. ait poſſe perſonas transferri per Epiſcopum, ita accipiendum eſt, ut impropriè tranſlatio appelletur ea permutatio, quæ auctoritate ſuperioris fit, ea ratione, quia cùm Epiſcopus renuntiandi licentiam concedat, & beneficia conferat, videntur magis tranſlatæ perſonæ, quàm permutatio facta; poteſt etiam tentari tempore Vrbani I I I. nondum jure Pontificum permiſſam fuiſſe beneficiorum commutationem, quæ à partium voluntate, & conventione, & utilitate initium acciperet, ita ut teneretur Epiſcopus nullo alio ſtante impedimento renuntiationem ex cauſa permutationis admittere, quæ conditionalis eſt, & reſignata beneficia permutationibus neceſſariò dare; ſed poſteà ab Innocentio I I I. *in d. c. cùm univerſorum*, & aliis novioribus Pontificibus id permiſſum fuiſſe, ut innuit text. *in c. unic. hoc tit. lib. 6.*

5 Si adhuc text. *in præſenti, & cap. cùm olim, infr. hoc tit.* intelligere velimus de permutatione, quæ privata partium conventione fit, prout gloſſ. & omnes DD. nemine diſcrepante intelligunt, non ideo minus dubium aliquod lege dignum *ibid.* definitur, agunt enim jura illa de permutatione præbendarum, de quibus eo tempore duplici ratione poterat dubitari, primò quia ſola dignitatum permutatio expreſsè prohibita erat, ut fatetur Pontifex *in hoc text.* & quaſi odioſa prohibitio videbatur ad Præbendas non extendi, contra verba text. *in cap. majoribus, ad fin. de præbend.* ubi Præbendarum diviſio, & dignitatum permutatio prohibetur. Secundò, quia licèt Præbenda quatenus eſt Canonicatui annexa, vel alteri ſpirituali officio, aut miniſterio deputata, beneficium & jus ſpirituale appellari poſſit, prout *in cap. dilecto, de præbend.* tamen ſi per ſe conſideretur, prout eſt portio bonorum temporalium ſpirituali miniſterio deputata, temporalis eſt, ut probat text. *in cap. ex literis, de probat.* & cum communi reſolvunt Abb. & Felin. *n.* 13. Rip. *n.* 131. *in c. cùm M. de conſtit.* idem Abb. *in d. c. majoribus*, Bero. *in d. c. ex his, num.* 8. Cardin. *conſ.* 126. *num.* 4. Gom. *de grat. expectat. num.* 32. Corraſ. *de Sacerdot. part.* 1. *cap.* 2. *num.* 4. quinimò Dec. *in d. cap. cùm M. num.* 31. contendit quod etſi Præbenda Canonicatui conjuncta, jus ſpirituale dici non debeat, quoniam illud in Canonicatu conſiſtit, ſic intelligens text. *in d. cap. dilecto*, & idem reperit *in d. cap. majoribus, num.* 7. & defendi poteſt, quoniam Præbenda propriè in jure noſtro vel accipitur pro ipſis poſſeſſionibus, & bonis temporalibus aſſignatis miniſtris, ut *in d. c. ex literis*, vel pro jure percipiendi ex illis poſſeſſionibus, ut docent Archid. *in c. alienationes, num.* 8. 12. *quæſt.* 3. Hoſt. *in ſumma, tit. de præbend.* §. 1. Dec. *in d. c. ex literis, num.* 2. Quamobrem non abs re poterit dubitari an Præbendæ à Canonicatibus diſtinctæ permutari potuiſſent propria auctoritate, quaſi bona temporalia, non obſtante prohibitione de rebus Eccleſiæ non alienandis, quoniam videbatur nulla fieri alienatio, ſi utraque Præbenda in eadem Eccleſia eſſet conſtituta, cùm in proprietate & dominio ipſius Eccleſiæ utraque maneat poſt permutationem. Auget dubitationem Innocent. quem refert, & ſequitur *gloſſ. ultim. in præſenti*, dum ait quod ſi Præbendæ in eadem Eccleſia ſint, & uniformes, hoc eſt, non deputatæ diſtinctis miniſtris, adhuc hodie auctoritate propria permutari poterunt, cujus ſententiam probat Zabar. *hic, n.* 4. ſi ſola Præbenda temporalis permutetur, & Zabarellam ſequitur Imol. *n.* 8. teſtatur communem ſententiam Capr. *in d. c. ult. n.* 31. quam tamen non admittunt Hoſt. Butr. & Abb. *in præſenti*, & verior eſt hæc Hoſtienſ. ſententia, quoniam ſi ſola præbenda temporalis permutetur, obſtat prohibitio de rebus Eccleſiæ non alienandis ſine auctoritate Superioris; ſi verò ſimul cum Canonicatu, obſtat *reg.* 1. *lib.* 6. nihilominus tamen ex ſententia Innoc. recepta conſtat non modicam fuiſſe dubitandi cauſam, utrùm propria auctoritate Præbendæ permutarentur, quam dubitationem ponit in hoc text. & definit potiùs ex mente quàm ex verbis Concil. Turonen. de quo *in d. cap. majoribus.*

Actione permiſſa.] Ex his verbis colligit gloſſ. *verbo Tractare, in c. cùm univerſorum, infr. hoc tit.* quam *ibid.* ſequitur Anchar. *num.* 6. Hoſtienſ. Innocent. Ioan. Andr. & Imol. *num.* 10. *in præſenti*, non eſſe licitum permutantibus beneficia de permutatione inter ſe tractare, ſed tantummodò ſuam voluntatem Prælato exponere, aut ſupplicationem porrigere, totumque negotium ab ipſo impendendum, nec poſſe incipere à voluntate partium, eo quòd tractatus videatur habere rationem conventionis, quam text. prædictis verbis quaſi ſimoniacam excludit. Sed hæc ſententia neque vera eſt, neque aliquod probabile habet fundamentum, tractatus enim neque pactio eſt, neque conventio, quia non tenet deliberatum conſenſum in idem, qualis ad eſſentiam conventionis deſideratur *in l.* 1. *ff. de pactis*, & nihil aliud eſt quàm partium colloquium, quo mutua voluntas, & negotii circumſtantiæ explorantur, ut intelligant utrùm expediat permutare, vel contrahere, prout *in cap. tua*, juncta gloſſ. *verbo Tractare, de his quæ fiunt à Prælatis, c.* 1. *de rebus Eccleſiæ non alien. lib.* 6. & *ibi* gloſſ. *verbo Tractatus*: ergo cùm leges Canonicæ, præcipuè text. *in præſenti*, ſolam pactionem prohibeant, non poteſt ea prohibitio ad tractatum extendi, quem neque verba, neque ratio comprehendunt. Confunditur etiam prædicta ſententia ex *d. c. cùm univerſorum*, ubi partium tractatus non improbatur, ſed conſummatio permutationis auctoritate propria. 6

Quare gloſſ. communiter recepta *verbo Volentes, in Clem. unic. hoc tit.* Zabar. *in præſenti, n.* 4. & Abb. *in fin* aiunt periculoſam eſſe prædictam ſententiam, qua conceſſa nulla permutatio licitè fieret, reſolvuntque tractatum permiſſum eſſe, conventionem verò non eſſe licitam, quia *in hoc text.* improbatur, continet enim deliberatum conſenſum, & veram videtur efficere pactionem, qua inter ſe permutare conſtituunt: eandem ſententiam probant S. Anton. *p.* 2. *tit.* 1. *cap.* 5. §. 8. Sylveſt. *verbo Permutatio* 2. *q.* 5. teſtatur eſſe communem ſententiam Bened. Capra *in c. ult. n.* 118. *hoc tit.* Sed neque communis hæc opinio vera eſt, neque praxi recipitur, ſed potiùs aſſerendum licitum eſſe permutantibus tractare, & de permutando convenire ſecundùm formam juris abſque dolo & fraude: quod in primis probatur, quia cùm alicui aliquid licet, omnia illi licita eſſe debent, ſine quibus illud commodè expediri non poteſt, *l.* 2. *ff. de juriſdict. omnium jud. c. præterea, de offic. deleg.* ergo cùm permutatio concedatur, & conventio permitti debet, ſine qua non rectè expeditur; probatur etiam hæc ſententia contra communem *in cap. unic. hoc tit. in* 6. & *Clem. unic. eod.* Vnde meliùs Feder. *in tract. hujus tit. q.* 38. Collect. *in d. cap. cùm olim, infr. hoc tit. in fine*, Zabar. *hic, n.* 23. *quæſt.* 39. Capel. Toloſ. *deciſ.* 260. Boër. *deciſ.* 205. Rebuff. *in praxi, tit. de permut. num.* 4. Soar. *tom.* 1. *de relig. lib.* 4. *de ſimon. cap.* 32. *n.* 7. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib.* 23. *num.* 262. 7

Bonacin.

Bonacin. *de ſimon. q.* 4. §. 12. *n.* 5. *&* 6. communiter affirmant licitam eſſe promiſſionem permutandi, & eam obligationem oriri, & à fortiori idem eſſe de conventione concedendum. Non obſtat argumentum in contrarium adductum ex hoc text. ibi, *pactione permiſſa*, quia ex dictis reſpondetur pactionem, de qua *hic*, eam eſſe intelligendam per quam aliquid temporale datur, aut reſervatur, prout eſt penſio, quoniam ea demùm colorem continet ſimoniæ, ut colligitur ex *cap. ſuper eo, de tranſact.* ibi, *aliquo dato, vel retento*, & ita intelligit Sotus *de juſtit. lib.* 9. *q.* 7. *art.* 2.

8 *Epiſcopus.*] Hinc Innoc. Zabar. *num.* 18. Imol. *num.* 6. & Abb. *num.* 4. *in præſenti*, colligunt ſolum Epiſcopum poſſe permutationes beneficiorum expedire, nec aliis inferioribus Prælatis hoc permiſſum eſſe, quantumvis ad eos inſtitutio, & deſtitutio beneficiorum pertineat conſuetudine, aut privilegio: idem probat gloſſ. recepta *verbo conferantur in d. Clem. unic. hoc tit.* Fedet. *in tract. hujus tit. q.* 22. Petr. de Vbald. *in ſimili tract. n.* 28. Benedict. Capta *in cap. ult. n.* 77. *infra hoc tit.* & pro regula omnes Doctores conſtituunt, quam limitant tribus caſibus, p imò niſi Prælatus inferior Epiſcopalem habeat juriſdictionem; ſecundò niſi hoc jus permutandi beneficia ſpecialiter præſcripſerit: tertiò in capitulo Sede vacante, ad quem tota Epiſcopalis juriſdictio devolvitur, *cap. cum olim, de majorit. c.* 3. *de ſuppl. negl. Prælat. lib.* 6. idem probat Rota *noviſſ. deciſ.* 311. Pavin. *de poteſtate Capituli Sede vacante, p.* 2. *q.* 2. *n.* 11. cujus opinionis potiſſimum fundamentum eſt, quod *in hoc text. & in d. cum olim, infra hoc tit.* permutatio abſolutè prohibetur, & ab ea prohibitione ſolùm excipitur, quæ fit per Epiſcopum, quaſi huiuſmodi Epiſcopali dignitati ſpecialiter concedatur, unde ſuccedit juris regula quæ habet ea, quæ dignitati alicui conceduntur, ad alios non pertinere, quamvis Epiſcopalia jura præſcripſerint, ut id in unionibus probat text. *in Clement.* 1. §. *ad hæc, & ibi gloſ. verbo Ordinarius, de ſtatu Monach.* & eſt text. opt. *in l.* 1. *in princ.* Gloſ. & DD. notant, *ff. de officio ejus*, facit *c. ſanè, de privileg.* & quæ DD. ſcribunt *in c. quoniam Abbas, de officio deleg.*

9 Verùm contraria ſententia verior eſt, quam indiſtinctè probant Sylveſt. *in ſumma, verbo permutatio* 2. *q.* 2. & plures relati per me *de offic. & poteſt. Epiſcopi, part.* 3. *alleg.* 99. *à princip. & præcipuè num.* 4. *& infrà num.* 12. Pro qua facit quod ſi hoc Epiſcopis tantùm ſpecialiter fuit conceſſum propter dignitatis prærogativam, nec ad Capitulum, nec ad alios inferiores tranſiret, quantumvis Epiſcopalem juriſdictionem obtinuiſſent, ut apertè colligitur ex *d. l.* 1. & cum communi reſolvit Decius *in d. c. quoniam Abbas, n.* 15. Non obſtat quod in hoc text. de Epiſcopo tantùm mentio facta ſit, quia reſpondetur gratia frequentioris uſus hoc ſic expreſſum fuiſſe cùm de jure, & frequentiſſimè ad eum pertineat inſtitutio, *cap. omnes Baſilicæ* 16. *q.* 7. *cap. cùm ex injuncto, de hæret.* unde ſi quando jure ſpeciali ad alios pertineat, non ideò minùs in hoc text. videntur incluſi, quando enim dubii caſus aliqui gratia frequentioris uſus à lege exprimuntur, alii ſpeciales, aut rarò contingentes non expelluntur, juxta text. *in l. nam ad ea, ff. de legib. cap.* 1. §. *ſi quis ruſticus*, & *ibi* Bald. *de pace tenenda*, Gloſſ. *verbo ſponſam, in l.* 1. *C. de raptu virgin.* Corſet. *in ſing. verbo frequentia*, Tiraq. *de retract. tit.* 1. §. 20. *gloſſ.* 1. *à n.* 4.

10 *Labem ſemper continet ſimoniæ.*] Notatur ad hoc, quod permutatio beneficii propria auctoritate, non autem ſuperioris facta, eſt ſimoniaca, ut per Tolet. *in ſum. lib.* 5. *c.* 91. Leſſ. *de juſtit. lib.* 2. *c.* 35. *n.* 10. Azor. *inſtit. moral. p.* 2. *lib.* 7. *c.* 29. *q.* 3. Soar. *de Relig. tract.* 3. *lib.* 4. *c.* 32. Nicol. Garc. *de benefic. p.* 11. *cap.* 3. *n.* 57. Bonacin. *de ſimon. q.* 4. §. 12. *ex n.* 3.

Si autem Epiſcopus cauſam inſpexerit, &c] Notatur ad hoc, quod cauſa neceſſitatis, ſeu utilitatis debet fieri permutatio, ut per Boër. *deciſ.* 105. *n.* 5. Flamin. *de reſignat. benef. lib.* 11. *q.* 3. *n.* 24. Zerol. *in praxi Epiſcop. p.* 1. *verbo Renuntiatio, ſeu permutatio*, §. 3. *dub.* 5. Vgolin. *tab.* 1. *de ſimonia, cap.* 27. §. 1. *n.* 6. *in fine*, ubi ait, quod ſimoniam non committit, qui ob inimicitias, ob peſtilentem aërem, & hujuſmodi cauſas beneficium permutat, & Gambar. *ad cap.* 1. *hoc tit. in* 6. *n.* 9. dicit poſſe etiam fieri permutationem attenta utilitate perſonarum, modò non reſultet Eccleſiæ damnum, ſed utilitas, & Azor. *d. c.* 29. *q.* 4. aſſerit quod licèt poſſit fieri utilitate permutantium, tamen ſemper debet adeſſe Eccleſiæ utilitas, ſaltem conſequutiva, ut juſtitiæ innitatur. Denique Epiſcopum juſtam cauſam ad permutationem debere inquirere, & de ea cognoſcere, referunt Rebuf. *in praxi benefic. tit. de permut. n.* 19. Duaren. *de benefic. lib.* 8. *c.* 3. Card. Tuſch. *lit. P, concl.* 303. *n.* 1. *& concl.* 365. *n.* 2. *&* 5. Nicol. Garc. *d. c.* 4. *n.* 44. 11

Epiſcopus.] Vel eo ſuperior, omnis item Prælatus qui habet jus conferendi, inſtituendi, & à beneficio quoque Clericos amovendi, cujuſmodi ſunt Abbates, & alii Prælati Epiſcopis inferiores, qui Epiſcopalem juriſdictionem conſuetudine, vel privilegio habent, & nulli ſunt Epiſcopo proximè ſubjecti, ut per Corraſium *de benefic. p.* 1. *c.* 9. *n.* 3. Azor. *d. c.* 29. *q.* 4. Card. Tuſch. *lit. P, concl.* 304. Soar. *d. cap.* 31. *num.* 9. Valet. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 23. *n.* 261. Bonacin. *de ſimon. q.* 4. §. 12. *n.* 7. Nicol. Garc. *d. cap.* 4. *n.* 60. ubi *num.* 61. reſolvit, quod etiam coram Legato de Latere poſſunt fieri permutationes, & citat Flamin. *de reſign. lib.* 7. *q.* 13. *n.* 16. 12

Vnde colligitur, permutationem fieri non poſſe coram illo qui juriſdictionem Epiſcopalem non habet, etiamſi fortè aliàs habeat auctoritatem conferendi beneficia, ita Feder. de Senis *de permut. benefic. quæſt.* 19. *&* 22. Soar. *d. c.* 32. *n.* 14. Filliuc. *tract.* 45. *c.* 7. *q.* 8. *n.* 22. Bonac. *d.* §. 12. *n.* 7. *verſ. ex dictis*, ubi *in verſ. ſeq.* ſubdit quod licèt approbatio permutationis facienda ſit ab Epiſcopo, nihilominùs ſi collatio ad alium pertinet, obtinendus eſt illius conſenſus, *& in verſ. ſecundò*, poſt Soar. *num.* 9. & Filliuc. *n.* 20. *citatis locis*, tenet Epiſcopos volentes permutare aliqua beneficia, quæ ipſi poſſident, poſſe permutationem facere coram Archiepiſcopo, ſeu Primate ipſorum. 13

SVMMARIVM.

1 *Eccleſiæ jure proprietatis poſſunt ad invicem permutari, & poſſeſſiones earum etiam permutari poſſunt, & pro minus valentibus pretium ſuppleri.*

2 *Contrahentes quando ex una parte rem tradendo, & ex altera rem, & pecuniam, cenſeantur permutationis, vel venditionis contractum facere, oſtenditur.*

3 *Penſio ab Ordinario an poſſit imponi in permutatione beneficiorum ad coæquandos fructus beneficii, oſtenditur.*

4 *Ordinarius an poſſit imponere penſionem pro bono pacis in favorem unius duorum litigantium, remiſſivè.*

Cap. Ad quæſtiones VI.

Clemens III.

Eccleſiæ duæ pro majori commoditate permutare poſſunt eorum bona, & ſi proventus unius ſunt uberiores, altera refundat pecuniam ad æqualitatem, 1

contractu tamen refectionis pecuniæ per ſe celebrato, itavt cum contractu permutationis non miſceatur. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſt. Henric. Anchar. Butr. Barbat. Guid. Papæ, Panorm. Vivian. *in ration. lib. 3. juris Pontif. pag.* 190. Alagona *in compend. juris Canonici, pag.* 425. tenuiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. & 2. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 2. *Decret. lib.* 3. *tit.* 13. *c.* 2.

Ex hoc text. colligit Abb. *in præſenti, n.* 3. quod ſi duo beneficia redditibus, & bonis temporalibus inæqualia permutentur, licitum erit pecuniam dare, ut bona temporalia majora compenſentur, nec pro jure ſpirituali dare intendatur: eandem ſententiam probat Angel. *in ſum. verbo permutati, §.* 6. S. Anton. *p.* 2. *tit.* 1. *c.* 5. §. 8. Cajet. 2. 2. *q.* 100. *art.* 4. nec requiruntur ut neceſſariò fiant duo contractus ſeparati re, & verbis, ſed ſufficere ut animo diſtinguantur. Pro qua ſententia ultra text. *in præſenti,* illa ratio adducitur, quod ſimonia committi non poteſt, niſi ſpiritualia pretio æſtimentur, ſed ubi inæquales beneficiorum fructus ſunt, manifeſtum eſt non pro jure ſpirituali, ſed pro bonis temporalibus pecuniam illam dari, præſertim ſi id exprimatur; ergo nihil eſt, quod impediat, &c.

Verùm hæc opinio falſa, & periculoſa, plenáque dolo, & fraudibus eſt, meliúſque contrarium docet communis ſententia DD. *in præſenti*, ubi eleganter Zabar. *num.* 2. Imol etiam *n.* 2. & 11. Anchar. *num.* 2. Covar. *lib.* 1. *variar. c.* 5. *n.* 8. Adrian. *quodlib.* 9. *art. ult.* Sot. *de juſtit. lib.* 9. *q.* 7. *art.* 2. & probat text. *in cap. ſi quis objecerit* 1. *quæſt.* 3. Negari enim non poteſt in his terminis pecuniam dari pro ipſo beneficio, quod eſt jus adminiſtrandi ſpiritualia, & percipiendi temporalia propter illud, nec alterum ab altero ſeparatur; qui enim pro fructibus, vel bonis temporalibus beneficii, qui abſque ſpirituali titulo comparari non poſſunt, pecuniam dat, utrumque neceſſariò comparare intendit eo pretio, ac per conſequens ſimoniam committit; nam qui vult conſequens, vult neceſſariò antecedens ſine quo illud non exiſtit, *l. ad rem mobilem, ff. de procurat.* cum adductis per Polit. *de ſubſtit. tit. de compendioſa, n.* 4. & per Card. Mantic. *de conject. ultim. volunt. lib.* 4. *tit.* 1. *n.* 16.

Ad text. verò *in præſenti*, DD. omnes proximè citati reſpondent, ideò ibidem permutationem ſub ea forma fieri potuiſſe, quia Eccleſiæ non permutabantur in titulum, ſed quoad proprietatem, quo caſu cùm jus ſpirituale nullum fuiſſet permutatum, nil mirum ſi reddita pecunia ad æqualitatem diverſus contractus circa poſſeſſiones fieri potuiſſet. Pro quibus facit quod hic text. agit de Eccleſiis, quas habebant Abbates Conventuales, ſicque erant ſuis Monaſteriis unitæ; conſtat autem in perpetuis Eccleſiarum unionibus, quæ Monaſteriis, aut aliis dignitatibus fiunt, vel titulum beneficii uniri penitus extingui, itavt nihil aliud quàm ſola proprietas redditùum, & bonorum temporalium ampliùs conſideretur, provt reſolvunt Zabar. *in Clement. unica, q.* 8. *de ſequeſtrat. poſſeſſ.* Rota *deciſ.* 219. *in novis*, DD. *in Clement. ult. de reſcript.* Caſſad. *deciſ.* 2. *de unionib.* & *deciſ.* 3. *de judic.* Gom. *in reg. de infirmis, q.* 15. Mandoſ *ibid. q.* 10. Pariſ. *conſ.* 30. *n.* 19. *lib.* 3. aut unionem ita fieri, ut perpetuus Vicarius in beneficiis unitis relinquatur, provt jure fieri debet, ut per text. *in c. de Monachis, & in c. extirpanda*, §. *qui verò, de præbend.* Concil. Tridenr. *ſeſſ.* 7. *de reform. cap.* 7. & hoc etiam caſu temporalia tantùm transferuntur, & jus ſpirituale penes Vicarium perpetuum manet, ſicque quocunque modo in ſpecie hujus text. Eccleſiæ fuerint unitæ, apud Abbates quaſi res temporales erant, ac proinde licitum fuit ſub ea forma pecuniam dare, quemadmodum licebit partem fructuum unius beneficii, ſeu locum parochiæ cum altera ſimili parte commutare, data pecunia, eo quòd res temporales tantummodo æſtimantur. Verùm adhuc ex iis egregia ſuboritur dubitatio, nam ſi Eccleſiæ quoad proprietatem permutabantur, & quaſi redditus, & bona temporalia erant penes monaſteria, proculdubio videbatur dicendum uno, & eodem contractu Eccleſias illas cum ſuis bonis data pecunia ad æqualitatem permutari potuiſſe abſque ulla ſimoniæ labe, cùm ſola pars fructuum monaſteriorum permutata fuiſſet, nec oportebat diſtinguere contractus: at verò Pontifex caveri jubet ne contractus miſceantur, præcipitque ut per ſe permutentur, poſſeſſiones autem in diverſo contractu reddita pecunia: unde innuit in ea permutatione Eccleſiarum jus aliquod ſpirituale fuiſſe, propter quod non poterat contractus conjungi, atque ideo contra DD. aut dicendum Eccleſias hic in titulum permutari, aut alia reddenda ratio propter quam contractus ſeparentur.

Quapropter Zabarel. & Imola *dictis locis*, reſpondent ideo hic potuiſſe pecuniam dari, quia poſſeſſiones à titulo ſpirituali erant ſeparatæ, & quaſi bona temporalia monaſteriorum permutabantur; quando verò beneficia in titulum permutantur, non poteſt de temporalibus diverſo contractu permutatio fieri, quia attento ſpirituali disjungi nequeunt: ſed difficultatem non ſolvunt, adhuc enim dubitamus quare Eccleſiarum permutatio jubeatur per ſe fieri, nulla data pecunia, cùm in ea permutatione nihil præter temporales redditus, & bona reciprocè dentur: item urget quod ſi beneficiorum poſſeſſiones auctoritate Prælati ex juſta cauſa & ſeparari poſſunt, & data pecunia vendi, aut permutari, ſic quemadmodum manifeſta fraus fieri cenſetur ſi tituli beneficiorum per ſe permutentur, & eodem tempore, & inter eaſdem perſonas bona temporalia in diverſo contractu data pecunia; eodem etiam modo videbatur dicendum non fuiſſe licitum abſque dolo, & fraude ab eiſdem perſonis contractus ſub ea forma ſeparari in hoc text. Vnde Sor. *d. loco*, intelligit in præſenti non dari pecuniam numeratam quaſi pretium, ſed penſionem in fructibus majoris Eccleſiæ ſuæ conſtitutam, quod abſque ſimonia fieri poſſe ait ex auctoritate ſuperioris: quod verba text. manifeſtè oſtendunt.

Ego verò advertendum duxi, quod quamvis in permutatione Eccleſiarum jure proprietatis, nec titulus beneficii, nec jus aliquod ſpirituale transferatur, ſed quaſi pars quædam fructuum, & bonorum temporalium monaſterii utriuſque reperiuntur, tamen in ea bona duplicis generis diſtincta ratione, ſcilicet decimæ, & primitiæ, quæ nomine Eccleſiarum ſignificantur in hoc text. item & alia bona ſtabilia, quæ hic poſſeſſiones appellantur, ut *in c. ut ſuper, §. poſſeſſiones, de rebus Eccleſ. non alien. l. quæſtio, ff. de verbor. ſignif.* inter hæc autem bona illud intereſſe, quod decimæ, & primitiæ, quamvis à titulo ſpirituali beneficii ſeparatæ verè temporales ſint, prout cùm in commendam, vel per unionem dantur, nihilominus cùm natura ſua ad ſuſtentationem Sacerdotum, & Miniſtrorum Eccleſiæ ſint deputatæ, juxta text. *in c.* 1. & *in c. decimas*, 18. *q.* 7. ſacris canonibus quaſi res ſpirituales cenſentur, itaut nec à laicis poſſideri poſſit jus decimandi, *cap. prohibemus, de decim. cap. cauſam quæ, de præſcript.* nec de ipſo quaſi de bonis temporalibus data pecunia paciſci liceat, ut apertè probat text. *in cap. ultimo, de rerum permut. cap. altare, cum præcedentib.* 1. *q.* 3. poſſeſſiones autem & bona mobilia, & immobilia temporalia omninò judicantur, atque ideo pretio

tio poſſunt vendi, & permutari ex juſta cauſa & debita ſolemnitate, ut conſtat ex toto tit. *de rebus Eccleſiæ non alienandis.* His ſuppoſitis dicendum mihi eſt in hoc text. quoad proprietatem permutari, ſed tamen quia decimæ & primitiæ ob rationem ſupradictam jure Canoniço pro ſpiritualibus habentur, jubet Summus Pontifex, ut à poſſeſſionibus ſeparentur, & per ſe fiat Eccleſiarum permutatio, ne contra jus Canonicum pro jure decimandi pecunia data videatur, poſſeſſiones verò diverſo contractu, quoniam pretio æſtimari poſſunt, ſemper tamen auctoritas ſuperioris erit neceſſaria, ut hæc alienatio fiat.

2 *Illis autem*, &c.] Ex hoc text. colligunt Bart. Iaſon, & alii, quos refert, & ſequitur Covar. *variar. lib. 2. c. 4. n. 9.* quod quando contrahentes ex una parte rem tradendo, & ex altera rem & pecuniam, nullum nomen tacitè, vel expreſſim huic conventioni adſcripſerunt, inſpiciendum eſt quod majus ſit, nempe pecunia, an res, quæ ſimul cum alia re permutatur, ſi enim pecunia major ſit, erit venditionis contractus, nam in his terminis ſuppoſito quod aliunde non conſtat de alia peculiari applicatione, & relatione ipſius pecuniæ, illa planè eo ipſo quod excedit, cenſenda eſt ut principalis reſpectu prædictæ rei, ſeu facti; ſi verò pecunia excedatur à prædicta re, vel facto, permutationis nomen habebit hujuſmodi contractus, juxta reg. deduci ſolitam ex text. *in l. quæritur, ff. de ſtatu hominum:* quæ quidem reſolutio licèt efficaciter non probetur *in hoc text.* ut optimè advertit Pinell. *in rubr. C. de reſcind. vendit. p. 2. c. 2. n. 13.* in ſe vera eſt, ut poſt Rip. *in l. 2. n. 42. ff. ſi certum petatur*, & alios propè innumeros relatos à Tiraq. *de retractu lign. §. 39. gloſſ. 1. n. 9. & 10.* & poſt Panormit. *hic, n. 4.* Afflict. *deciſ. 72. num. 2. & 4.* tradunt Anton. Gomez *variar. tom. 2. c. 2. num. 10.* Aym. *in rubr. num. 117. ff. de legat. 1.* Pinell. *d. cap. 2. n. 4. & 16.* Pichard. *in §. item pretium, Inſtit. de empt. num. 15.* Molin. *de juſtit. tract. 2. diſp. 336. col. 4. poſt med.* Connan. *comment. juris Civilis lib. 6. cap. 5. n. 3.* Mozz. *de contractib. ſub tit. de empt. art. 5. num. 18.*

Vel ſic ad æqualitatem, &c.] Ergo in permutatione
3 beneficiorum ad coæquandos fructus utriuſque beneficii permutari poteſt penſio imponi ab Ordinario, quod tenent Navar. *conſil. 43. de ſimon. num. 4.* Valent. *2. 2. tom. 3. diſp. 6. quæſt. 16. puncto 3.* Franc. Leo *in theſauro fori Eccleſiaſt. p. 2. cap. 7. de penſionibus, n. 27.* Piaſec. *in praxi nova Epiſcop. p. 2. cap. 5. n. 125.* Leſſ. *de juſtit. lib. 2. cap. 34. n. 205. verſ. tertiò, & cap. 35. n. 101. & ſeq.* Quamvis probabilitate non careat contraria opinio, quæ aſſerit in hoc caſu ſine auctoritate Papæ penſionem imponi non poſſe, ex quorum numero ſunt Vgolin. Philiarch. Corrad. Zecch. & Ludovic. Carbo, quos refert, & ſequitur Nicol. Garc. *de benefic. p. 1. cap. 5. n. 345.* & Soar. *de Relig. tract. 3. lib. 4. c. 34. n. 16.* accedit Azor. *inſtit. moral. p. 2. lib. 7. c. 29. q. 15.* unde pariter evenit ut beneficia quamvis inæqualia in temporalibus permutari non poſſint cum penſione, aut alia re pretio æſtimabili coram Epiſcopo, ſeu alio inferiore Papâ, etiamſi penſio, aut alia res temporalis exigatur ratione beneficii pinguioris, quod cum tenuiori permutatur: ita Sotus *de juſtit. lib. 9. q. 5. art. 1. & q. 7. art. 2.* Navar. *in man. cap. 23. n. 100. verſ. 3.* Covar. *lib. 1. variar. c. 5. n. 8. & ſeq.* Soar. *d. c. 34. n. 10.* Filliuc. *tract. 45. c. 7. q. 11.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 23. n. 264.* Bonacin. *de ſimon. q. 4. §. 12. n. 10.* & ſi hæc ultima ſententia magis placuerit, reſponderi poterit primam ſententiam in hoc text. non probari; cùm, ut advertit Covar. *lib. 1. variar. c. 5. n. 9.* ejus deciſio tractet de permutatione Eccleſiarum quoad earum bona temporalia, non quoad titulum, juráve ſpiritualia: eodem ferè modo reſpondet Soar. *n. 16.* & Bonac. *d. n. 10. in fine.*

Ad illud verò, quod poſſit Ordinarius pro bono 4
pacis ad extinguendam litem inter duos coram ipſo ſuper eodem beneficio litigantes, ex cauſa quod unus cedat alteri, reſervare penſionem ſuper ejuſdem beneficii fructibus in favorem cedentis, vide Franc. Leo *d. c. 7. n. 28.* Nicol. Garc. *d. c. 5. à n. 348.* Azor. *d. p. 2. lib. 8. cap. 6. q. 1.* Soar. *d. lib. 4. cap. 51. num. 20.* Raph. de la Torre *de Relig. tom. 2. q. 100. art. 5. diſp. 12.* Bonacin. *d. q. 4. §. 15. n. 9.* & reſoluta *ad cap. niſi eſſent, de præbend.*

SVMMARIVM.

1 *Beneficia ſua perdit, qui ea propria permutat auctoritate*, & n. 2.
3 *Publicè errorem faſſus mitiùs punitur.*
4 *Clerici uſuario comparantur.*

Cap. Cùm olim VII.

Innoc. III.

Beneficia ſua perdit qui ea propria permutat auctoritate. 1
Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Imol. Anan. Butr. Hoſt. Henric. Anchar. Panorm. Barbat. Guid. Papæ, Vivian. *in ration. lib. 3. juris Pontif. pag. 191.* Alagona *in compend. juris Canonici, pag. 435.* remiſſivè Ximen. *in concord. p. 2.* refertur ab Anton. Auguſt. *collect. 3. Decret. lib. 3. tit. 15. cap. unic.*

Hanc eandem concluſionem poſt Petr. de Peruſio, 2
Zechium, & Leſſium ex hoc text. colligit Nicol. Garc. *de benefic. p. 11. c. 4. n. 58.* ubi *num. 59.* aſſerit hodie videri ipſo jure eis privari per *Extravag. cùm deteſtabile, de ſimonia.*

Suum publicè fateretur errorem.] Et ſic mitiùs pu- 3
nitur, ut latè deducit Tiraq. *de pœnis temper. cap. 30. à principio.*

In gloſſ. *Diffinitivam*, ult. ibi, *cùm quaſi uſuario* 4
Clerici comparentur. Communiter recipitur ex Palat. *in repet. rubr. de donat. inter virum, §. 66. n. 20.* Vide tamen Menoch. *conſil. 66. n. 32. & de arbitr. caſu 433. n. 35.* Fr. Emman. *quæſt. Regul. tom. 3. q. 74. art. 4. verſ. quinta ratio*, Azor. *inſtit. moral. p. 2. lib. 7. cap. 8. à principio*, Molin. *de primog. lib. 2. c. 10. num. 43.* Valaſc. *de partit. c. 36. n. 4.* Cald. Pereira *de reſol. emphyt. c. 15. n. 43. & de empt. c. 16. n. 1.* D. Barboſ. *in l. divortio, in princ. p. 2. n. 53. ff. ſoluto matrim.* & plures alios quos refert Cened. *ad Decretales, collect. 12. n. 5.*

SVMMARIVM.

1 *Permutatio beneficiorum, ſi completa eſt ex una parte, & per alteram ſtat quo minus impleatur, reſtituitur pars ad ſuum.*
2 *Minor læſus in reſignatione beneficii an reſtituatur, oſtenditur.*
3 *Simplicitati ſuccurrendum.*
4 *Permutatio debet fieri auctoritate ſuperioris.*
5 *Beneficium obtentum ex cauſa permutationis ſi evincatur, agit evictus ad ſuum.*
6 *Beneficium reſignans ex cauſa permutationis, non poteſt ad illud redire ſine nova collatione.*

Cap.

Cap. Cùm univerſorum VIII.

1 PErmutatio beneficiorum ſi completa eſt ex una parte, & per alteram ſtat quominùs impleatur, tunc datum eſt auferendum à poſſeſſore, & reſtituendum primo, & hoc ut venia detur ſimplicitati, nam jura ſubveniunt deceptis, non decipientibus. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Butr. Imol. Anan. Hoſt. Anchar. Caſal. *in annot.* Guid. Papæ, Henric. Panorm. Barbat. Vivian. *in ration. lib. 3. juris Pontif. pag.* 192. Alagona *in compend. juris Canon. pag.* 436. remiſſivè Ximen. *in concord. p.* 2. refertur ab Ant. Auguſt. *collect. 3. Decr. t. lib. 3. ſub tit. de præbend. cap.* 1.

2 *Cum igitur deceptis,* &c.] Ergo minor læſus in reſignatione beneficii reſtituitur, de quo vide Covar. *var. lib. 1. c. 5. n. 3. ad finem,* ubi dicit quod hic ex æquitate potiùs, quàm juris rigore ſubventum fuit majori decepto in renunciatione beneficii Eccleſiaſtici, ne decipientibus jura favorem exhibere videantur, latè Flamin. *lib. 3. q. 7. à n.* 39. ubi *n.* 45. citat hunc text. Menoch. *remed.* 10. *recup. n.* 104. Puteus *p.* 1. *deciſ.* 437. *& p.* 3. *deciſ.* 9. *in antiq.* Peregr. *de jure fiſci, lib. 5. tit. 2. n.* 46. Soar. *de Relig. lib. 4. de ſimonia, c.* 32. *n.* 2. Azor. *inſtit. moral. p. 2. lib. 7. c. 20. quæſt. ult.* Cald. Pereira *in l. ſi curatorem, verbo læſus, n.* 38. *&* 39.

3 *Simplicitati venia,* &c.] Ergo ſimplicitati ſuccurrendum, ut per Palat. *in alleg. hæreſis, §. 4. col.* 4. Hippol. *ſing.* 450. Tiraq. *de pœnis temper. cauſa* 11. quando eſt contraria doloſitati, quia hæc non improbatur, gloſſ. *verbo ſimplicitatem, in cap. ſi cupis 14. q. 1. gloſſ. verbo ſimpliciter, in l. ult. §. tales itaque, C. de furt.* Alciat. *lib. 1. paradox. cap.* 6. Menoch. *de arbitr. caſu* 193. *ex n.* 1. Illuſtr. D. meus Rodet. à Cunha *in comment. ad cap. ſedulò 12. n. 1. diſt.* 30.

4 *Licet ipſi per ſe,* &c.] Notatur ad hoc, quod permutatio debet fieri auctoritate ſuperioris, & licèt Clerici inter ſe tractare de permutando liberè, & licitè valeant, per ſe tamen permutare beneficia nullo modo poſſunt, de quo vide Navar. *conſ.* 42. *n. 1. de ſimonia,* Vgolin. *de ſimonia, tab. 1. c. 27. §.* 2. latè Soar. *d. c.* 32. Azor. *p. 2. lib. 7. c. 29. q. 3. 4. &* 19. Leſſ. *de juſt. lib. 2. c.* 34. *n.* 196. *& c.* 35. *n.* 10. Nicol. Garc. *de beneſ. p.* 11. *c. 4. n.* 56.

5 *Niſi reſtitui faciatis eidem.*] Notatur ad hoc, quod ſi beneficium obtentum ex cauſa permutationis evincatur, agit evictus ad ſuum, de quo vide Rebuff. *in praxi, titulo de permut. n.* 25. *& in concordatis, tit. de collat. §. volumus, verbo permutationis,* Cald. Pereira *de emptione, & vendit. cap.* 31. *n.* 42.

In gloſſ. *Simplicitati,* ibi, *ſed T. dicit quod non poteſt* 6 *eam per ſe repetere.* Notatur ad hoc, quod quando beneficium vacat renuntiatione facta ex cauſa permutationis, non poterit ad illud redire renuntians ſine nova collatione, etiamſi permutatio non ſequatur, ſeu non teneat, nec habeat effectum, ut per Selu. *de beneficiis, p. 3. q.* 24. Rebuff. *d. tit. de permut. n.* 11. *&* 26. *& de pacificis poſſeſſoribus, n.* 166. Corraſ. *de beneſ. p.* 1. *c. 8. n.* 9. Maſcard. *de probat. concl.* 1401. *n.* 3. quamvis contrarium teneant, imò quod permutantes poſſunt redire ad ſua beneficia abſque nova collatione, ſi permutatio non habuit effectum, Flamin. *de reſign. lib. 1. q. 14. n.* 12. Ceval. *commun. contra commun. q.* 561. *à n.* 6. Azor. *d. c. 29. q.* 21. Leſſ. *d. c. 34. n.* 195.

SUMMARIUM.

1 *Spirituale cum temporali permutari non poteſt.*

2 *Declaratur text. in præſenti.*

3 *Conciliantur text. in præſenti, &* in cap. niſi eſſent de præbend. *& numeris ſeqq.*

Cap. Exhibita IX. & ult.

Gregor. IX.

SPirituale pro temporali commutari non poteſt. 1 Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſt. Anchar. Butr. Henric. Panorm. Guid. Papæ, Barbat. Viv. *in ration. lib. 3. juris Pontif. pag.* 192. Alagona *in compend. juris Canon. pag.* 436. remiſſivè Ximen. *in concord. p. 1. &* 2.

Super quibuſdam decimationibus.] Text. hic dum 2 prohibere videtur, ne detur aliquod temporale per viam permutationis pro decimis, intelligendus eſt de jure decimandi, quod ſpirituale eſt, non verò de exemptione à ſolutione decimarum, ut advertit Monera *de decimis, cap. 5. n.* 130. ubi dicit hoc ſatis patere *in præſenti*, dum hîc non utitur nomine decimarum, ſed decimationum.

Tanquam in arbitros extitit compromiſſum, &c. Difficilis ſanè text. hic reputatur dum in eo damnatur ar- 3 bitrium, quo Abbas, & Conventus coguntur liti ſuper decimis cedere, eo adjecto quod adverſarius impetret à Rege quantitatem decem millium ſolidorum ſolvendam eidem Conventui; inſurgit enim difficultas ex textu celebri *in cap. niſi eſſent 21. de præbendis,* ubi validum eſt arbitrium, quo alter ex litigantibus ſuper Prioratu liti cedere cogitur pro bono pacis, & utilitatis, receptis annuatim viginti libris de redditibus Capituli, & quadraginta de proventibus Prioratus. Rem componere nituntur Doctores omnes utrobique, ut per Suar. *de Relig. tom. 1. lib. 4. de ſimon. c. 34. à n.* 10. & potiùs *c. 51. à n.* 17.

In primis Butr. *in cap. 2. de arbitris, n.* 8. diſtinguit 4 inter illam compoſitionem, quia temporale datur pro beneficio, vel ſimili ſpiritualibus annexo, ut adverſarius liti cedat, interveniente tamen legitimi ſuperioris auctoritate, & inter illam, quæ auctoritate ſuperioris facta non eſt, ſed vel partium, vel arbitrorum, in quos compromittitur, ut primo caſu valeat compoſitio, & ſic intelligatur *d. cap. niſi eſſent*, non ſic dicendum in ſecundo, & ita text. *in præſenti, & in d. c.* 2. rectè procedant. Sed vir inter antiquos non levis auctoritatis manifeſtè confutarat, primò quia ſi rectè ad jura hæc attendatur, nullibi diverſa compromiſſi forma reperietur: deinde quia utrobique compoſitio auctoritate arbitrorum, ſeu ab ipſis arbitris, non verò à partibus fuit celebrata: patet ex text. *in præſenti,* ibi, *arbitrati ſunt, quod ſi dictus Præpoſitus obtineret,* &c. & ex *d. c. 2.* ibi, *qui jam dicto M. faventes presbytero præceperunt,* &c. & *d. c. niſi eſſent*, ibi, *hoc ſecundùm providentiam intelligitur eſſe præceptum ex arbitraria poteſtate,* &c. Deinde confutatur, quia ſi pares termini proponantur utrobique, nempe pecuniam datam eſſe pro beneficio, vel ſimili ſpiritualibus annexo, cui ceditur, utraque datio ſimoniaca eſt, itaut ſuperioris præſentia, & auctoritate nequeat cohoneſtari, gloſſ. *verbo illicite, & ibi* communis *in cap. cum pridem 4. de pactis,* cum his quæ in idem expendit Suarez *d. c. 33. n. 10. in princ.*

Exploſa prædicta Butrii concordia, Major *in 4.* 5 *diſt. 25. q. 5. ad 4.* quem refert Suar. *d. c. 51. n. 17. ad finem,* arbitratur *in dicto cap. niſi eſſent*, propterea arbitrorum ordinationem valuiſſe, quia nullum temporale datum fuit pro ſpirituali, ſed uni ex litigantibus adjudicatus fuit Prioratus, alteri verò pro bono pacis penſio in titulum beneficii; quod fieri potuit à judicibus

judicibus delegatis, argum. *cap. pro illorum 22. cum concord. citatis à gloſſ. ult. ibidem, de prabend.* Sed nec hæc concordia placet, ex pleriſque enim corruit, primò, quia non conſtat arbitris, quamvis ex delegata juriſdictione proceſſerint, conceſſam eſſe poteſtatem creandi penſionem in titulum beneficii, ut patet; ſecundò, quia ſi in titulum beneficii penſio data fuit, oportebat illam fore perpetuam quoad accipientem, prout eſt de natura beneficii, quod tamen text. ille negat, ibi, *ita quod defuncto Priore, ſucceſſor ipſius ad præſtationem quadraginta librarum minimè teneatur,* & ibi, *ſed perſona Prioris maneat obligata*, &c.

6 Quare Soar. *d. c. 51. à n. 21.* præmiſſa diſtinctione inter penſiones ſpirituales, quæ dantur Clericis, quà Clerici ſunt, ad titulum beneficii, & inter temporales, quæ dantur ad effectum temporalem abſque ullo titulo ſpirituali, de qua diſtinctione immediatè egerat antea *num. 20.* rurſus ſubdiſtinguit in ſola temporali penſione, vel enim Prælatus arbiter conſtitutus ex ſuo officio, & providentia judicat expedire quod imponatur, & tunc licitè poteſt temporalem penſionem imponere, dummodo hoc non faciat ad partis requiſitionem, neque ex aliqua inter litigantes antecedente conventione & in hoc priori membro intelligit rectè procedere dictum *cap. niſi eſſent*, ſic ab omnibus intellectum, ut ille ait, expendendo verba text. ibi, *hoc ſecundùm providentiam intelligitur praceptum ex arbitraria poteſtate*, & ibi, *non quidem ex pactione partium, ſed ex juſſione judicum*, &c. Vel rurſus Prælatus arbiter penſionem temporalem imponit ad partis requiſitionem antecedente inter litigantes conventione, & tunc nullatenus potuit imponi, ſed ſtatim fuerat ab illo conventio reprobanda, & ſic in effectu intelligit procedere text. *in præſenti, & in d. cap. 2. de arbitris, & in d. cap. cum pridem 4. de pactis.* Rationem differentiæ conſiderat, quia partium conventio ſpeciem pravam habet, & cùm in eadem ſpirituale, & temporale inſimul concurrant, magnum eſt periculum quod ab ipſis partibus unum pro alio detur, juxta reg. *cap. ult. de pactis, cap. quàm pio 1. q. 2. c. 2. cap. Matthæus 23. de ſimonia*, ſecus dicendum in judice, qui ratione proprii officii præſumitur rectam habere intentionem, *cap. in præſentia 6. de renuntiat.* Verùm ſalva pace tanti viri, & ſapientiſſimi præceptoris, ejus diſtinctio ſic abſolutè concepta recipi non poteſt, nam ſi attendatur, nec *in hoc text.* nec *in d. c. 2.* proponitur quod ante arbitrorum judicium, vel in ipſo actu arbitrandi anteceſſerit conventio aliqua inter litigantes, quod unus beneficium, vel aliud ſpiritualibus annexum retineret, alter verò temporale ſolveret, vel illud à Rege impetraret, ſed hoc ſolùm ab ipſis arbitris nulla præcedente conventione fuit judicatum, quod clarè patebit ſi ſigillatim jura hæc percurrantur.

7 His igitur, atque aliis exploſis, cùm rectum iter habeamus in re non multùm difficili, non eſt cur devios quæramus anfractus, & ita pro prædictorum jurium concordia dicendum eſt cum D. Thoma *in 4. diſt. 25. q. 3. art. 2. q. 1. in reſp. ad 7. & 2. 2. q. 100. art. 2. ad 5.* & Soar. *d. lib. 4. de ſimonia, cap. 50. in princ.* dupliciter contingere poſſe quod temporale detur adverſario, ut liti cedat, vel aliter à gravamine deſiſtat, aut enim is, qui dat, jus habet quæſitum in ſpirituali, vel annexo; vel rurſus adhuc nullum eidem jus quæſitum eſt: primo caſu pro bono pacis, vel alia juſta cauſa licita eſt datio temporalis, & in eo loquitur text. *in d. cap. niſi eſſent*, ubi arbitri beneficium adjudicarunt illi, qui jus habebat, patet ex verbis text. ibi, *habeat Prioratum*, & ibi, *ſecundùm juſtitiam videtur eſſe ſtatutum*; in ſecundo verò caſu quando nullum jus quæſitum eſt, tunc neque etiam ex judicum inferiorum auctoritate licere poteſt, quo caſu procedit text. *in præſenti*, nam cùm in eo non conſtet jus decimandi ad P. pertinere, & res ſit hinc inde dubia, ſimoniacum fuit arbitrium, quo P. maneat cum jure decimandi ſub conditione ſi à Rege impetret pecuniam monaſterio concedi, ſic enim permutatio fieret de ſpirituali ad temporale, quod jure improbatur, ut text. habet. Ratio differentiæ eſt, quia quando jus quæſitum proponitur, qui temporale dat pro bono pacis, vel alia juſta de cauſa, non dicitur ſpirituale emere pro temporali; quippe cùm jam ſibi quæſitum ſit, ſolùm removet gravamen poſtea illatum ſuper ſpirituali, quod ſuum eſt, ac ſubinde cùm temporale non detur pro ſpirituali, nulla ſimoniæ labes involvitur: longè tamen & omninò diverſa contingit in ſecundo caſu, quia cùm dans temporale, ſpirituale ipſum de novo conſequatur, nullúmque ante jus habuerit, jam propriè dicitur emere jus ipſum ſpirituale pro temporali, quod quidem judicis præſentia cohoneſtari non poteſt, ut colligitur ex text. *in præſenti.*

De Feudis.

TIT. XX.

SVPER hanc rubr. ſcripſerunt Zabarell. Ioan. Andr. Imol. Ananias, Anchar. Panormitan. Henric. Caniſ. Guillelm. Durand. *in Breviario Iuris Canonici, fol. 100.* Petr. de Ravenna *in compendio juris Canonici*, Martin. Meſnatt *in epitome Decretal. folio 113.* Dan. Venator *in analyſi methodica juris Pontificii, à pag. 423.* Goffred. & Hoſtienſ. *in ſumma hujus tituli*, Alexand. Caſan. & Anaſtaſ. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decret.* Barthol. Carthag. *in expoſit. tit. juris Canonici*, Zypæ. *in analytica poſtremi juris Eccleſ. enarrat. pag. 211.* omnes *ſub hoc tit.*

De hoc tit. particulares edidêre tractatus Franciſc. Sonſbekius *tom. 10. tract. Doctor. p. 2. fol. 123.* Franc. Curt. jun. *ibid. fol. 43.* Iacob. de Ardinzone *ibid. p. 1. fol. 225.* Iacob. de S. Georgio *ibid. p. 1. fol. 179.* Ioan. Baptiſta Caccialupus *ibid. p. 1. fol. 10.* Petr. de Bellapert. *ibid. p. 1. fol. 2.* Petr. de Ravennate *ibid. p. 2. fol. 10.* Vdalricus Zaſius, Martinus Freccia, Matthæus Vveſembecius, Gerardus Nigrus, Franciſcus Duarenus, Obertus de Horto, Henricus Roſenthal, Marcellus Bonus, Franciſcus de Amicis, Nicolaus Intrigliolus, Ludovic. Schraderus, Petrus Nicol. Mozius, Nicolaus Baratterius, Stephanus Forcatulus.

Feudi recognitione Laurentius Sylvanus *d. tom. 10. tract. Doct. p. 1. fol. 70.*

Feudi conceſſione Petr. Greg. Meſſinenſis.

Feudi in cauſa quis ſit judex, Amadæus à Ponte *d. tom. 10. p. 2. fol. 195.*

Feudalibus ſervitiis, & de Subfeudis, Andreas Kolk.

Feudis, hominiis, & vaſalibus, Ægidius Magiſter *tom. 13. tract. Doctor. p. 2. fol. 436.*

Feudorum generibus, & qualitate Ioan. Thomas de Martines *eod. tom. 10. p. 1. fol. 132.*

Feudorum jure Guillelmus Hannetonius *eodem tom. 10. p. 1. fol. 162.* Petrus Gondelinus, Hermannus Vulteius, Franciſcus Hottomanus.

Feudorum uſibus Martinus de Silimanis cum Baldi addit. *d. tom. 10. p. 1. fol. 2.*

Feudorum præludio Guerinus Piſonus *eod. tom. 10. p. 1. fol. 97.*

Feudorum

Feudorum declatatio, Petr. Rebuff. *eod. tom.* 10. *p.* 1. *folio* 299.

Feudorum emptione, Ioan. Blanchus *eod. tom.* 10. *p.* 1. *fol.* 263.

Feudales quæſtiones majoratuum & meliorationum, Melchior Palarh. *eod. tom.* 10. *p.* 1. *fol.* 337.

Feudale comprehenſorium, Ioan Raynaudus.

Feudorum quæſtiones, Ioan. Andreas *eod. tom.* 10. *p.* 2. *fol.* 42.

Feudalium ſucceſſiones, Ioſeph. Cumia.

Feudo ex pacto, & providenria, & hæreditario, Carolus à Kichberg.

Feudorum ſpeculum, Claudius Sciſſellius.

Feudales diſcurſus, Iacob. Alemanus.

Feudales diſputationes, Ioan. Schonerus.

Feudi revocatione malè alienati, Ioannes de Anania.

SVMMARIVM.

1 *Feudum ſi dominus à vaſſallo recipit in pignus, abſtinendo ab ejus ſervitio, non tenetur computare fructus in ſortem.*

2 *Fructus percepti ex feudo in pignus dato non ſunt in ſortem computandi.*

3 *Decimam poteſt obligare dominus, cui illa in feudum data fuit.*

4 *Vaſſallus non poteſt feudum alienare ſine conſenſu domini, valet tamen alienatio quando fit ipſi domino.*

Cap. Inſinuatione I.

Innoc. III.

1 HAbens in feudum ab Eccleſia poſſeſſiones, ſi accepta pecunia eas pignorat Epiſcopo ejuſdem Eccleſiæ, Epiſcopus non tenetur computare in ſortem principalem fructus illius pignoris; pignorans tamen eſt liber à ſervitio, quod Eccleſiæ debebat, id eſt, itave fructus compenſentur pro ſervitio. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſt. Butr. Anchar. Barbat. Panorm. Henric. Caniſ. Cened. *collect.* 36. Vivian. *in ration. lib.* 3. *juris Pontif. pag.* 194. Alagona *in compend. juris Canonici*, *pag.* 437. remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 1. *Decret. lib.* 3. *tit.* 16. *c.* 1.

Fructibus non computatis in ſortem.] Probat hic text.
2 fructus perceptos ex feudo in pignus dato non eſſe in ſortem computandos, contra quod habetur *in cap. cùm contra, infra de pignoribus, cum ſimilibus.* Quare text. hic difficilis reputatur, varióſque patitur intellectus. In primis gloſſ. *in ſum. in princ.* 14. *q.* 3. intellexit hunc text. contra ordinarias juris regulas ſpeciali Eccleſiæ favore introduxiſſe, ut fructus pignoris in hoc caſu non computarentur. Secundo loco Kop. *in tract. de fructibus, tit.* 4. *cap.* 2. *num.* 3. Ruzæ. *de pignoribus, cap. de pactis pignorum, num.* 8. Cujac. *lib.* 2. *de feudis, tit.* 3. *ad finem*, & alii non infimæ claſſis auctores intelligunt hunc text procedere ex conventione inter Eccleſiam, & vaſſallum celebrata, ut durante pignore fructus feudi lucro Eccleſiæ cedant, qua conventione ſtante jam ambo, Eccleſia ſcilicet, & vaſſallus conſentiunt in ceſſatione ſervitiorum, quorum prætextu fructus ultra ſortem ab Eccleſia retinentur. Tertio loco Chaſſan. *in conſuetud Burgundiæ, tit.* 3. §. 2. Sylveſt. *verbo feudum, n.* 29. Navar. *in man. cap.* 17. *num.* 218. Neguzan. *de pignoribus,* 3. *p. memb.* 5. *n.* 14. exiſtimant text. *in præſenti* procedere propter conſolidationem dominii utilis cum directo; vaſſallus namque eo ipſo quod feudum directo domino in pignus dedit, dominium utile, quod in feudo habebat, in dominum tranſtulit, unde nil mirum ſi dominus durante pignore utrumque dominium retineat, fructuſque rerum feudalium in ſolidum tanquam ex re propria lucretur. Quarto loco Covar. *lib.* 2. *var. c.* 1. *n.* 4. textum intelligit caſu quo fructus non excedunt ſervitium, quod feudatario remittitur, ſequitur Valaſc. *de jure emphyt. q.* 38. *n.* 29. Tandem aliqui ex Theologis, quos refert & ſequitur Molin. *de juſtit. tract.* 2. *diſp.* 329. recurrunt ad pactum & conventionem celebratam inter dominum & vaſſallum, quo tempore res in feudum tradita fuit, ut quemadmodum deducitur in pactum quod per alienationem feudi vaſſallus utile dominium amitteret, & ad proprietatem rediret, ſic feudum in propoſito ſub illa conditione inſtitui potuiſſet: quod ſi res feudalis aliquando proprietario in pignus traderetur, illius fructus ad eum pertinerent, nec illos in ſortem computare teneretur, dummodo penſionem pro illo tempore quoque remitteret. Qui quidem intellectus vel literæ textus non conveniunt, vel divinant, aut ex alio capite placere non poſſunt, in quibus refutandis non immoror ne longior fiam; quare dicendum, ideo in hoc text. ex communi Doctorum ſententia fructus non computari in ſortem, quia feudum datur propter ſervitia, & ſive plures, ſive pauciores ex eo fructus percipiat vaſſallus, qui feudum acceptat, ad ſervitia ſe obligat, quorum ſervitiorum merces ſunt fructus illi, adeò ut ſi ſervitia ceſſent ob impotentiam feudatarii, vel ob aliam cauſam, feudum omninò ceſſat, & ideò reſolvendum eſt dominum, cui res feudalis in pignus data fuit, non teneri integros illius fructus in ſortem principalem computare quandiu vaſſallus à ſervitio ceſſare voluerit, cùm non ratione mutui, aut dilatæ ſolutionis, ſed ceſſantium ſervitiorum ipſos percipiat. Vide tamen Covar. *lib.* 3. *variar. c.* 1. *n.* 4. Tiraq. *in l. ſi unquam, verbo donatione, num.* 61. Franc. Garc. *de contractu, p.* 2. *c.* 16. *verſ. eſta quarta obligacion*, Cened. *ad Decret. collect* 6. *n.* 2. Azor. *inſtit. moral. p.* 3. *lib.* 7. *c.* 8. *verſ. ſecunda cauſa*, Lara *in l. ſi quis à liberis*, §. *ſi quis his, n.* 294. *cum ſeq. ff. de liberis agnoſcend.* Sot. *lib* 6. *de juſtit. q.* 1. *art.* 2. *verſ. exurgit autem*, Ludov. Lopez *in inſtr. conſcientiæ, p.* 2. *c.* 68. *ex col.* 551. *verſ. ſecundò dicimus*, Mich. Palac. *de contract. lib* 4. *cap.* 5. *pag.* 288. *verſ. decima concluſio*, Franc. Garc. *in lib. de contract. part.* 2. *cap* 16. *ex verſ. eſta quarta obligacion*, *pag.* 481. *cum ſeqq.* Perez *ad rub. tit.* 2. *verſ. & quamvis in re debita, lib.* 8. *Ordin. pag.* 18. Petr. Navar. *de reſtit. tom.* 2. *lib.* 3. *c.* 2 *ex n.* 370. Valaſc. *de jure emphyt. q.* 38. *num.* 29. Gemin. *de uſuris, commento* 3. §. 6. *n.* 148. Cald. Pereira *de extinct. emphyt. cap.* 5. *n.* 53. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 25. *n.* 316. Cut. Philip. *p.* 2. *lib.* 2. *c.* 1. *n.* 8. Molin. *de juſtit. tract.* 2. *diſp.* 323.

Amplia primò ſupradictam textus concluſionem, ut procedat etiam in emphyteuſi, quam ſi colonus directo domino in pignus dederit, dominus fructus illius interim recipiet in ſortem non computandos, quandiu emphyteuta à ſolutione penſionis ceſſaverit, in cujus compenſationem fructus domino cedunt, ut poſt Abb. *n.* 4. Imol. *n.* 8. & alios *in præſenti*, reſolvunt Covar. *lib.* 3. *var. c.* 1. *n.* 4. Navar. *d. c.* 17. *n.* 218. Valaſc. *d. q.* 38. *n.* 29. Valer. *de differ. inter utrumque forum, verbo uſura, differ.* 15. Quæ ampliatio ad hunc text. licèt cõmuniter recepta ſit, & in judicando ſequenda, in rigore tamen diſputationis dubia videtur, quia in feudo pro ſervitio quaſi pro mercede laboris fructus dantur, at verò in emphyteuſi penſio in recognitionem utilis dominii perſolvitur, unde quamvis emphyteuta

penſio

penſionem non ſolvat, non poterit dominus integros fructus retinere, cùm penſioni non correſpondeant, & ita contraria opinio defendi poteſt, quam tenent Bero. *in c. 1. in fine, de uſuris*, Conrad. *de contract. q. 32. concl. 5.*

Amplia ſecundò, ut procedat etiam ubi uſusfructus alicujus rei proprietario in pignus datur, ut notant Abb. *in cap. conqueſtus, n. 4. de uſuris.* Neguz. *de pignorib. p. 5. memb. 5. n. 13.* quam tamen ampliationem meritò reprehendit Covar. *ubi ſup.* cùm uſufructuarius neque ſervitium, nec penſionem proprietario jure communi attento reddere teneatur.

Limita tamen ut procedat ſolùm in fructibus feudi, non verò ubi vaſſallus meliorationes fecit, & expenſas, quia quamvis illa fructuum pars, quæ juxta viri boni arbitrium proportionabiliter ſervitiis reſpondet durante pignore, illis ceſſantibus ad dominum pertineat, illa tamen, quæ meliorationibus, aut expenſis correſpondet, in ſortem principalem neceſſariò computari debet, aliàs uſura committitur, quicquid contradicat Sot. *de juſtit. lib. 6. q. 1. art. 2.* cui non favent generalia verba hujus text. agit enim de feudo proprio, & ordinario pro fidelitate, & ſervitiis conceſſo, prout frequentiùs concedi ſolet; nam ſi pecunia interveniat, jam feudum erit extraordinarium, juxta *c. 1. in fine, de feudo dato in vic. leg. commiſſ.* docet poſt alios Roland. *conſ. 41. n. 2. lib. 4.*

Limita tandem ut non procedat in feudo franco, cujus fructus dominus durante pignore in ſortem computare tenetur, ut poſt Butr. Zabarel. & alios dicit communem Sicul. *hic, n. 2.* & Sylveſt. *verbo Feudum, num. 30.*

3 *A te poteſt liberè detineri.*] Notatur ad hoc, quod dominus à quo decima in feudum data eſt, poteſt illam obligare, ut per Vivian. *deciſ. 4. n. 74. & deciſ. 50. n. 73.* quem refert Camill. Bortel. *in ſumma omnium deciſ. tit. 19. de decimis, n. 98.*

4 Notatur etiam ad hoc, quod vaſſallus non poteſt feudum alienare ſine conſenſu domini, tamen valet alienatio quando fit ipſi domino, ut per Surd. *de alim. tit. 9. q. 12. n. 21.*

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus tribus caſibus, de quibus hic, poteſt, non obſtanto juramento de non infeudando, antiquum feudum ad Eccleſiam reverſum novo vaſſallo concedere.*

2 *Iuramentum de non alienando ſine Papa licentia non continet ſolita alienari, quæ inconſulto etiam Papa alienantur.*

3 *Emphyteuticari, vel infeudari res conſueta, poteſt iterum concedi in emphyteuſim ſine ſolemnitate.*

4 *Bona in emphyteuſim concedi ſolita ut dicantur, ſufficit unica conceſſio, & eſſe elapſos 40. annos.*

5 *Bona ſufficit quod ſint ſolita venire in diviſionem, ut in futurum dividi debeant.*

6 *Bona Eccleſiaſtica ſemel conceſſa in emphyteuſim poſſunt in poſterum concedi.*

7 *Verbum,* redire, *indicat ipſo jure.*

8 *Verbum,* liberè, *importat idem, quod ſine alicujus impedimento, & contradictione.*

Cap. Ex parte II. & fin.

1 EPiſcopus non obſtante juramento de non infeudando inconſulto Papa, poterit primò infeudare, ſi mortuo vaſſallo feudum revertitur ad Eccleſiam: ſecundò vaſſallo feudum alienante, Epiſcopus poteſt de feudo inveſtire ejus filium, & conſanguineum, conſortem ejuſdem feudi: tertiò ſi Epiſcopus feudum alienatum facilè per ſe recuperare non poteſt, tunc poterit infeudare alicui laico, qui illud recuperet, & ab Eccleſia cognoſcat, & per quem Eccleſia valeat illud rehabere: Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Butr. Imol. Anan. Hoſtienſ. Anchar. Henric. Boich. Barbat. Panorm. Guid. Papæ, Henric. Caniſ. Vivian. *in rationali libri tertii juris Pontificii, pag. 194.* Alagona *in compendio juris Canonici, pag. 437.* remiſſivè Ximen. *in concord. part. 1.* refertur ab Ant. Auguſt. *collect. 3. Decretal. lib. 3. tit. 16. cap. 2.*

Ex hoc text. DD. præcipuum notabile colligunt, poſſe ſcilicet Prælatum, non obſtante juramento de non infeudando, novo vaſſallo antiquum feudum abſque perjurii metu concedere in tribus caſibus hic expreſſis, de quo poſt Ordinarios *in præſenti, & in cap. ut ſuper, de rebus Eccleſiæ non alienand. & in cap. ult. de Eccleſ. ædif. & in c. per tuas, de donat.* latè Feudiſtæ *in c. 1. de his, qui feudum dare poſſ. & in c. 1. in princip. per quos fiat inveſt.* docent Guid. Papæ *deciſ. 54.* Iaſ. *in l. ea lege, n. 2. ff. de verbor. oblig.* Navar. *de alienat. rerum Eccleſ. à n. 11. & conſ. 11. n. 2. ſub tit. de rebus Eccleſ. non alien.* Greg. Lopez *l. 3. gloſſ. 4. tit. 26. p. 1. & l. 10. gloſſ. 1. eod. tit.*

Non infeudare de novo.] Vtrùm omnes ſolemnitates requirantur in renovatione contractus feudalis, aut emphyteutici, quæ in prima eorum conceſſione requirebantur? Videndus eſt Gam. *deciſ. 24. n. 1. & deciſ. 163. n. 1.* Gutier. *lib. 9. pract. q. 75. n. 5.* Mathienz. *l. 1. tit. 4. gloſ. 10. n. 23. lib. 5. nova recop.* Cald. Pereira *de renovat. emphyt. q. 14.* Flores ad Gam. *deciſ. 24.* de quo latè *in collect. ad c. potuit, de locato, n. 161.*

Ipſius filium, aut conſanguineum.] An finito feudo, aut emphyteuſi filiis & conſanguineis primi vaſſalli revocatio facienda ſit, tradunt DD. *hic, & in c. ad aures, de rebus Eccleſ.* reſolvunt poſt alios Cald. Pereira *de renovat. q. 8. n. 1. & q. 9. n. 5.* Clar. *§. emphyteuſis, q. 43.* Gam. *Luſit. deciſ. 41.* Valaſc. *d. q. 38. n. 17.*

In text. ibi, *Quod pro te facilè recuperare non potes.* Vtrùm Prælatus feudum à laicis injuſtè detentum, quod facilè ab ipſis recuperare nequit, laicis in feudum dare poſſit, ultra ſcribentes *in præſenti, & in cap. prohibemus, de decim.* tradunt Curt. *de feudis, p. 2. q. 8.* Clar. *§. feudum, q. 13. n. 2.*

Quamvis juramento tenearis aſtrictus, &c.] Notatur ad hoc, quod juramentum de non alienando ſine Papæ 2
licentia non continet ſolita alienari, quæ inconſulto etiam Papa alienantur, nec impoſſibilia quoquo modo reputantur, ut per Gutier. *de juram. confirm. p. 1. c. 52. n. 4.* Cald. Pereira *de renovat. emphyt. q. 11. num. 30.* Navar. *in tract. de alien. rerum Eccleſ. n. 11.*

Notatur etiam ad hoc, quòd res conſueta emphy- 3
teuticari, vel infeudari, poteſt iterum concedi in emphyteuſim ſine ſolemnitate, ut per Menoch. *de arbitr. caſu 81. n. 5. cum ſeqq. & conſ. 66. num. 31. & conſ. 79. n. 1. cum ſeqq. & conſ. 90. n. 22.* noviſſimè Camil. Bortel. *in ſumma deciſ. tit. 33. n. 129. cum ſeqq.* Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſ. deciſ. 125.* Rot. Bonon. *dec. 13. n. 7. & 8.* Gam. *deciſ. 24. & deciſ. 36. n. 6.* Steph. Quarant. *in ſumma Bullarii, verbo Alienatio rerum Eccleſiæ, n. 39. & 40. pag. 29.* Prax. Epiſcop. *p. 1. verbo Alienatio, §. 3. pag. 11.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloſſ. 6. n. 194.* plures Doctores ex antiquioribus refert Cened. *ad Sextum, collect. 32. n. 3.* Ceval. *tom. 4. q. 897. à n. 899.* Phœb. *deciſ. 82. n. 34.* Vt bona in emphyteuſim concedi ſolita 4
dicantur, ſufficit unica cõceſſio, & eſſe elapſos quadraginta annos, ex Iaſ. *cõſ. 155. col. 2. verſ. quartò facit, lib. 2.*

Dec. *conſ.*142. *num.*4. Balb. *de præſcript.* 1. *part.*5. *princip. quæſt.*20. Afflict. *deciſ.*305. *num.*10. Clar. §. *feudum*, *quæſt.*13. *num.*4. Ruin. *conſ.*35. *num.*30. *lib.*1. Cephal. *conſ.*156. *num.*30. *lib.*2. Rebuff. *de rebus Eccleſiæ non alienandis*, *num.*33. Cavalcan. *deciſ.*30.*n.*8.*& deciſ.*31.*à n.*56.*&* 93. Gam.*dec.*342. *num.*4. Borrell. *d.tit.*33. *n.*135. Seraph. *deciſ.*434. *& deciſ.*1451.*n.*3. *& deciſ.*1460.Rot.*deciſ.*160.*n.*5.*p.*2. *diverſ.*& fuit dictum *in Romana domus*, 13. *Ianv.*1586. coram Cardin. Blanchetro, & *in Vlixbonen.prædii*, 24. *Ianvar.*1603. coram Reverendiſſ. Attrebaten. & *in Nucerina prædii*, 24. *Maii* 1624. coram R.P.D.Mer-
5 lino, ſtatim *in princ.* Et etiam ſufficit quod bona ſint ſolita venire in diviſionem, ut in futurum etiam dividi debeant. Vide Palat. *in repet. c. per veſtras*, *de donat. inter virum*, §.18. *n.*37. Pelaëz *de majoratu*, *p.*4.*q.*20.
6 *num. ult.* Molin. *de primog. lib.*2. *c.*6. *n.*26. Et bona Eccleſiaſtica ſemel conceſſa in emphyteuſim, poſſe in poſterum concedi reſolvunt Gam. *Luſitan. deciſ. ult. n.*4. Cald. Pereira *de renovat. emphyt. q.*16.*n.*71. quia Prælatus licèt non poſſit de novo inveſtire, poteſt tamen renovare inveſtituram, Afflict. *in cap.*1. *num.*11. Barbat. *conſ.*19. *col.*1. Iaſ. *conſ.*222. *vol.*2. Socin.ſen. *conſ.*52. *col.*5. *vol.*1. Nam quando res fuit ſemel alienata cum debitis ſolemnitatibus, videtur ex tunc ſtatutum, & ordinatum, quaſi in vim illius primæ alienationis, quod de cætero res poſſit alienari, & propterea quando revertitur ad dominum directum, & de novo alienatur, in hoc dicitur executioni demandari antiqua alienatio, Curt. jun. *de feudis*, *in* 2.*p.q.*1.*col.*2. *verſ. quartò me movet*, Rota *deciſ.*360. *n.*12. *part.*1. *diverſ. & deciſ.*622. *n.*20. *lib.*3. *part.*3. *etiam diverſ.* Neque in renovatione infeudationis intervenire debent illæ ſolemnitates, quæ requiruntur in alienatione rei Eccleſiæ, Clar. §. *feudum*, *q.*13. *n.*5. Ruin. *conſil.*141. *num.*2. *& conſ.*161. *num.*35. *vol.*1. Rimin. jun. *conſ.*233. *num.*80. *vol.*3. Prout nec etiam neceſſariæ ſunt ſolemnitates *Extravag. Ambitioſæ*, *de rebus Eccleſ. non alien.* quando agitur de re ſolita locari, Iaſ. *conſ.*227. *n.*17. *& conſ.*155. *num.*30. *lib.*2. Rot. *in Senen. prædii*, 8. *Octobris* 1584. coram Card. Pamphilio ſen. & *in Romana relocationis caſalis*, 16. *Martii* 1615. coram Cardin. Sacrato; attamen eſt neceſſaria utilitas, ut ſi reperiatur major oblatio, non teneatur Eccleſia revocare pro eodem pretio, *c. tua nuper*, *de his quæ fiunt à Prælat.* Anton. Gabr. *commun. tit. de jure emphyt. concl.*1. *n.*18. Cæſar de Graſſis *deciſ.*4. *de rebus Eccleſiæ non alien. n.*9. & faciunt tradita per Abb. *in c. ad aures*, *n.*4. *de rebus Eccleſ. non alien.* & *ibi* Imol. *verſ. item nota demùm*, & fuit reſolutum *in dict. Romana relocationis caſalis*, coram Cardin. Sacrato.

7 *Redire.*] Verbum hoc indicat ipſo jure, & eſt latæ ſententiæ, ut per Tiraq. *in l. ſi unquam*, *verbo Revertatur*, *num.*132.

8 *Liberè.*] Verbum hoc idem importat quod ſine alicujus impedimento, & contradictione, ut per Turzan. *tom.*2. *commun. opin. tract. de feudis*, *tit.*8. *quibus ex cauſis feudum amittatur*, *n.*85. Surd.*dec.*265. *num.*3. Cald. Pereira *de renovat. emphyt. q.*8. *num.*12. Valaſc. *conſult.*123.*n.*9. Modern. *de juriſdict. part.*4. *caſu* 20. *num.*9. Nicol. Garc. *de benefic. part.*1. *cap.*5. *num.*376. & alios per me citatos *in tract. de dictionibus uſufrequentioribus*, *dict.*190. *n.*3. *&* 8.

De Pignoribus, & aliis cautionibus.

Tit. XXI.

SVPER hanc rubricam ſcripſerunt Zabar. Ioan.Andr. Imol. Anan. Anchar. Panorm. Henric. Caniſ. Guillelm. Durand. *in Breviario Iuris Canonici*, *fol.*100. Petr. de Ravenna *in compendio Iuris Canonici*, Ioan. de Londris *in Breviario ſanctorum Canonum.* Martin. Meſnart. *in epitome Decretal. fol.*113. *verſo*, Daniel Venator *in analyſi methodica juris Pontif. à pag.*423. Goffred. & Hoſtienſ. *in ſumma hujus tituli*, Alexand. Caſan. & Anaſtaſ. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decretal.* Barr. Carthag. *in expoſitione tit. juris Canonici*, Zypæ. *in analytica poſtremi juris Eccleſiaſt. enarrat. pag.*211. omnes *ſub hoc tit.*

De materia tituli ſpeciales tractatus in lucem edidêre Anton. Neguzant. Auditor Rotæ *tom.*6. *tract. Doctor. p.*1. *fol.*194. Franc. Balduin. *eod. tom.*6. *p.*1. *fol.*268. Hugo Donel. *eod. tom.*6. *p.*1. *fol.*258. Andr. Gail. Gabr. Mudæus, Gabr. Vaſq. Ioan. Bapt. Schuvartzenthaler, & agunt Azor. *inſtit. moral. p.*3. *lib.*7. *de pignoribus, atque hypothecis*, Alex. Trentacinq. *variar. reſol. lib.*3. *ſub eod. tit.* Vaſq. *in opuſc. de pignor.* Paul. Layman. *in Theolog. moral. lib.*3. *tract.*4. *c.*30.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſiæ res pignorari non debent, niſi ex neceſſitate, & rationabili cauſa.*
2 *Sacræ res non poſſunt pignori obligari.*
3 *Sacræ res quibus ex cauſis alienari, ſeu pignorari poſſint, oſtenditur.*

Cap. Nullus Presbyter I.

Ex Concil. Remen.

PResbyter non poteſt laicis pignorare res Eccleſiæ, 1
ut Calicem, librum, veſtes, niſi juſtiſſima urgente neceſſitate. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Imol. Ananias, Butr. Hoſtienſ. Henric. Anchar. Panormitan. Barbat. Guid. Papæ, Vivian. *in rationali libri tertii juris Pontificii*, *pag.*195. Alagona *in compendio juris Canonici*, *pag.*438. remiſſivè Ximen. *in concord. part.*2. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.*1. *Decretal. lib.*3. *tit.*17. *c.*1.

Collige ex text. res ſacras, quæ ſcilicet per conſe- 2
crationem, vel benedictionem in cultum divinum Deo dicantur, non poſſe pignori obligari, ut per Ordin. Reg. Luſitan. *lib.*2. *tit.*24. & apud Caſtellanos *l.*7. *tit.*2. *lib.*1. *novæ recopil.* Covar. *lib.*2. *variar. cap.*16. *n.*8. Mozz. *de contract. tract. de pignorib. cap. de rebus quæ pign. n.*13. Rebel. *de oblig. juſtitiæ*, *p.*2. *lib.*16. *quæſt. unic. de oblig. contract. de pign. n.*4. Azor. *inſtit. moral. p.*3. *lib.*7. *c.*6. *q.*4. Vaſq. *in opuſc. de pignorib. c.*1. §.2. *n.*6. Vtrùm autem poſſint locari pro pretio, vide Vgolin. *de ſimon. tab.*1. *c.*44. §.1. *num.*3. *verſ. quoad primum caſum*; Bonac. *in ſimili tract. q.*4. *n.*12. Soar. *de relig. tom.*1. *lib.*4. *de ſimon. c.*14. *n.*25. Filliuc. *tract.*45. *c.*3. *q.*12. *n.*29.

Niſi juſtiſſima neceſſitate urgente.] Notatur ad hoc, 3
quod res ſacræ non aliter alienari poſſunt, nec

pigno

pignorari, quam ex ſumma neceſſitate, ut per Covar. *d. c.16.n.8.* quem refert Guttier. *pract. lib.3.q.8.n.2.* ubi *n.3.* quod cauſa præcipua ad alienationem rerum Eccleſiæ eſt redemptio captivorum, imò ad captivos redimendos, & carcere detentos liberandos, aut propter imminens belli periculum poſſe aurum, & argentum Eccleſiæ capi, reſolvunt Surd. *deciſ.367.n.43.* Morl. *in emporio juris, p.1. tit.1.q.16.n.26.* Modern. *de juriſdict.p.3.caſu 10.n.3.* Sic eodem modo Eccleſiæ bona poſſe pro alimentis pauperum non ſolùm parochianorum, ſed etiam exterorum pignorari, & vendi, tenent Covar. *d.c.19.n.8. verſ. cæterum res Eccleſiarum,* Surd. *de aliment. tit.8. privil.46.n.5.*

SUMMARIUM.

1 *Homo liber non poteſt pignorari,* & n.2. *item nec propter æs alienum detineri,* ut n.3.
4 *Debitorem fugientem poteſt creditor propria auctoritate ſubſequi, & detinere.*
5 *Pater poteſt filium vendere in maxima neceſſitate, & quid in matre,* n.6.

Cap. Lator II.

Gregor. III.

1 HOmo liber non debet pro debitis detineri, ſi non habet unde ſolvat. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Butr. Hoſt. Anch. Panorm. Henric. Boich. Barbat. Guid. Papæ, Henric. Caniſ. Vivian. *in ration. libri tertii juris Pontif. pag.196.* Alagona *in compendio juris Canonici, pag.438.* remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.1. & 2.* deſumitur ex D. Greg. *epiſt.43. lib.3. regiſtri,* & refertur ab Ant. Aug. *collect.1. Decretal. lib.3. tit.17. c.2.*

2 Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſumunt *l.3. tit.14. p.5.* Navar. *in man. c.17.n.88.* Cov. *lib.2. var.c.1. n.1.* Gom. *tom.2.var.c.11.n.52.ad fin.* Cened. *ad Decret. collect.73. n.1.* Guid. Pancirol. *variar. lect. lib.2. c.100.* Vaſq. *in opuſculo de pignorib.c.1.§.1.n.7.* Cardoſ. *in praxi judicum, verbo Pignus 4.* Azor. *inſtit. moral. p.2. lib.7. c.6. verſ. item liber homo,* Felician. *de*
3 *cenſib. lib.1. c.8.n.8.* Hinc etiam ex hoc text. utplurimùm illa ſolet communiter concluſio deduci, quod liber homo propter æs alienum detineri non poteſt, in quo traductus videtur ex *l. qui filios 6. C. quæ res pignori,* de qua Connan. *comment. juris civilis lib.4. c.14. num.8.* Neguz. *de pignor. p.2.memb.3.n.4. & 5.* Gom. *de poteſtate in ſe ipſum, lib.2. c.14. n.32.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.25.n.576.* quam quidem ex noſtro text. deſumptam concluſionem obtinere dicit Henric. Caniſ. *in præſenti,* in eo, qui bonis ſuis
4 cedere vult, aliàs ſecus. Non procedit tamen in debitore fugiente, quem creditor etiam propria auctoritate poteſt ſubſequi, & detinere, & detrahere quod ſibi debet, Guttier. *pract. lib.1. quæſt.82.n.1.* Azeved. *l.2. n.157. tit.13. lib.8. novæ recopil.* dummodo captum intra viginti quatuor horas ſuo judici competenti præſentet, Guttier. *d. q.82. n.1.* Azeved. *d.l.2. n.159. cum ſeqq.*

5 In gloſſ. *Lex,* ibi, *pater enim poteſt filium obligare quandoque, quoniam & vendere poteſt in maxima neceſſitate, C. de patribus, qui filios diſtraxerunt, l.2.* Vide Xuar. *tit. de los goviernos, in princip. n.20.* Rebuff. *ad leges Galliæ, in proœm. gloſſ.5.n.62.* Covar. *lib.3. var.c.14. n.4.* Menoch. *de ſucceſſ. progreſſu, lib.1. p.2. §.1.n.17.* Barat. *in addit. ad Palat. in rub. de donat. inter virum, & uxor. §.65.n.45. lit. M,* Pinel. *in rub. C. de bonis mat. p.2. n.20.* Donel. *comment. juris civilis lib.2.c.25.poſt med.* Molin. *de primog. lib.4.c.5.n.14.* Mozz. *de contract. lib. tit. de empt. rub. de rebus, quæ emi, vel vendi poſſ. n.51.* Aſcan. *de patria poteſt. cap. ult. effectu 1. in princ.* Cald. Pereira *de reſol. emphyt. c.6.n.18.* Molin. *de juſtit. tract.2. diſp.33. verſ. ſciendum eſt item,* D. Barboſ. *in l. ſi conſtante, in princ. n.95. ff. ſoluto matr.* Surd. *de aliment. tit.8. privil.38. n.7.* Azor. *inſtit. moral. p.2. lib.2. c.19.q.6.verſ.2.* Modern. *de juriſd.p.5.caſu 90. n.1.* Bobad. *in ſua politica, lib.3. c.3. num.11.* Sayr. *in clavi Regia, lib.9.c.6.n.19. cum ſeqq.* Cardoſ. *in praxi judicum, verbo Servitus, n.56.* D. Chriſtoph. de Pace *ad leges ſtyli, l.80. n.18.* Rebel. *de oblig. juſtit. p.1.lib.1. q.9. n.12.* Verùm autem talis filius à patre venditus cogere poſſit ipſum patrem, ut eum redimat, & liberet, ſi ipſe poſteà venerit ad pinguiorem fortunam? Vide Cov. *d.c.14.n.4. verſ. quintò,* Molin. *d. diſp.33.* Sayr. *d.c.6. n.20.* Et an locum habeat in filio clerico, vide 6
Mozz. *d. tit. de rebus, quæ emi, vel vendi poſſunt, n.51.* Surd. *de alim. tit.8. privil.38. n.16.* Modern. *d. caſu 90.* Sayr. *d. c.6. n.21.* Et an procedat diſpoſitio *d. l.2.* in matre? Vide Rebuff. *de privileg. ſcholar. privileg.177. verſ. primò,* Pinel. *ad rub. C. de bonis mat. p.2. n.23.* Molin. *d. diſp.33. verſ. ſciendum,* Rebel. *q.9. n.12. verſ. quod ſi ſine, & n.52.* Azor. *d. c.19. q.6. §. ſecundus effectus, verſ. alterum eſt.*

SUMMARIUM.

1 *Rector Eccleſiæ ſi pro facto proprio rem Eccleſiæ obligavit, cogitur ejus hæres rem redimere, & Eccleſiæ reſtituere.*
2 *Succeſſor in beneficio quando teneatur ad debita prædeceſſoris, oſtenditur.*
3 *Redditus beneficii à principio ſufficientes, ſi ex poſtfacto minuantur, tunc compelli poſſunt parochiani ad juſtam alimoniam ſupplendam.*
4 *Creditori incumbit onus probandi filium eſſe hæredem.*

Cap. Ex præſentium III.

Alex. III.

REctor Eccleſiæ ſi facto proprio pignoravit res Eccleſiæ, & moriatur, compelletur ejus hæres redimere res, & reſtituere Eccleſiæ. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Imol. Anan. Butr. Hoſt. Anch. Henric. Panorm. Barbar. Guid. Papæ, Viv. *in ration. libri tertii juris Pontificii. pag.197.* Alagona *in compend. juris Canon. pag.438.* remiſſivè Ximen. *in concord. p.1. & 2.* refertur ab Ant. Auguſt. *collect.1. Decret. lib.3. tit.18. c.3.* & eſt poſt Concil. Lateran. ſub Alex. III. *p.29. c.1.* 1

Pro ſua neceſſitate.] Intellige reparandi ſuas proprias domos, vel pro alia ſimili, aut eo caſu quando clericus habet patrimonium, & tamen pro neceſſitate ſuæ perſonæ obligavit bona Eccleſiæ, prout de intellectu hujus text. agens, firmat Marc. Anton. Genuenſ. *in practicab. Eccleſiaſt. q.202.* Et ita quando clericus contraxit debita voluntariè, non pro ſuſtentatione ſua, ſeu pro ſervitio Eccleſiæ, ſed pro alia neceſſitate propria, ut *ſuprà,* tunc etiam ſucceſſor in beneficio non tenetur pro facto, & ad debita per ſuum prædeceſſorem contracta; ſecus ſi contraxit pro neceſſitate, vel utilitate Eccleſiæ, quia tunc ſucceſſor tenetur non perſonaliter ex proprio patrimonio, ſed ex bonis, & redditibus Eccleſiæ. 2

Colliguntur hæc ex *cap. quibuſdam*, & ibi *gloſ. pendt. de fidejuſſ. & c.1. de depoſito, & c.1. de ſolut.* ubi Hoſt. *n.2. & 3.* & Abb. *n.1. & 2.* Roman. *conſ.*440. Gemin. *conſ... n.2. & 3.* Covar. *var. lib.2. c.17. n.3.* Ant. Gom. *l.40. Tauri, n.72.* Alciat. *conſ.14. n.6. vol.1.* Menoch. *de arbitr. caſu* 432. *n.32.* Burſat. *conſ.226. n.95. vol.3.* Rot. *deciſ.805. n.4. p.1. diverſ.* quos refert, & ſequitur Beller. *diſquiſit. cleric. p.1. tit. de Clerico debitore, §.3. n.1.* Surd. *de aliment. tit.8. privil.54. à n.7.* ubi tenet, quod ſi debitum ſit contractum pro ſuſtentatione perſonæ, id eſt, pro alimentis illius beneficiari, ſucceſſor in beneficio tenetur, quando beneficiatus non habebat bona propria obligata, & contraxit ductus ſpe ſolvendi de fructibus Eccleſiæ, de quo etiam Navar. *de ſpoliis Clericor. §.10. n.6.* Prædeceſſor enim contrahens debita pro ſua ſuſtentatione, vel ſua infirmitate, pro neceſſitate Eccleſiæ videtur contraxiſſe, cùm Eccleſia teneatur illum alimentare, ut per Abb. *hîc, num.5.* Burſat. *d. conſ.226. num.95. vol.3.* Surd. *deciſ.255. num.25.* ubi *num.26.* reſtringit quoad impenſam factam in infirmitate, qua Clericus deceſſit. Beller. *d. §.3. n.2.*

3 Vbi tamen redditus Eccleſiæ à principio ſufficientes ex poſtfacto minuuntur, tunc compellentur parochiani ad juſtam alimoniam ſupplendam, ut per Rebuff. *de decimis, q.6. n.22.* D. Barboſ. *in l. alia, §. eleganter, n.29. ff. ſoluto matrim.* adeoque poterit Sacerdos auctoritate ſuperioris propter hoc Sacramenta denegare. Gregor. *l.9. tit.10. p.1.* Lara *in l. ſi quis à liberis, §. etſi impubes, n.31. ff. de liberis agnoſcendis*, Surd. *de alim. tit.1. q.60. n.2. cum ſeqq.*

4 *Ius dicitur obtinere.*] Notatur ad hoc, quod creditori incumbit onus probandi filium eſſe hæredem, & non filio quod abſtinuerit, ut per Tiraq. *in tract. le mort, p.7. declar.2. n.8.*

SVMMARIVM.

1 *Emens rem cum pacto quod poſt certum tempus poſſit illam venditori reſtituere, recipiendo quid plus, quàm exburſaverit, judicatur contractus uſurarius.*

2 *Actus talis præſumendus eſt qualem partes denominarunt.*

3 *Emptio exiguo pretio cum pacto de retro, quàndo eſt facta ab eo, qui ſolitus eſt fœnerari, tunc contractus magis præſumitur uſurarius.*

Cap. Illo vos IV.

Innoc. III.

1 EMens rem cum pacto quod poſt certum tempus poſſit illam venditori reſtituere, recipiendo quid plus quàm exburſaverit, judicatur contractus uſurarius. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſtienſ. Butr. Anchar. Henric. Panorm. Guid. Papæ, Vivian. *in rationali libri tertii juris Pontificii, pag.*188. Alagona *in compendio juris Canonici, pag.*439. remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. part.1. & 2.* refertur ab Anton. Auguſt. *collect.3. Decretal. lib.3. tit.17. cap.1.*

2 *Ex forma contractus*, &c.] Notatur ad hoc, quod actus talis præſumendus eſt, qualem partes denominarunt, quamvis in contrarium aliquæ ſint conjecturæ, & præſumptiones, ut per Surd. *conſ.450. n.3. lib.3.* Steph. C[illegible] *[illegible]cpt. forenſ. c.69. n.30. & 31.*

3 *Pr[illegible] [illegible]ras conſueverat exercere.*] Notatur a[illegible] [illegible]ando emptio exiguo pretio cum pacto retrovendendi facta eſt ab eo, qui ſolitus eſt fœnerari, tunc contractus magis præſumitur uſurarius, quia conſuetudo fœnerandi vehemens eſt conjectura. Vide Ordin. Regiam Luſitan. *lib.4. tit.4. §.2.* ibi, *em coſtume de onzenar*, Menoch. *lib.3. de præſumpt. q.122. n.29. & 105.* Cardin. Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib.8. tit.20. n.34.* Cald. Pereira *de extinct. emphyt. cap.13. num.27.* Valaſc. *conſil.56. num.2.* ubi tenet quod ſufficit ſi una vice tantùm fœneratus ſit.

SVMMARIVM.

1 *Mulier agit pro dote contra quemlibet detinentem bona mariti.*

2 *Vxoris in bonis etiam dotalibus non fit executio pro delicto mariti.*

3 *Dotis in cauſa principaliter mota quis ſit competens judex, oſtenditur.*

4 *Onus adjectum rei facit ut res tranſeat cum illo.*

5 *Libellus alternativus admittitur, ubi unum eſt in obligatione, & alind in ſolutione.*

6 *Bona Clericorum etiam patrimonialia, tam acquiſita, quàm acquirenda, gaudent privilegiis Clericorum.*

7 *Hypotheca tacita pro dote non præfertur alteri hypothecæ expreſſæ priori, etiam non privilegiata.*

8 *Fiſcus præfertur aliis debitoribus etiam anterioribus, quibus non ſunt bona expreſſè prius hypothecata.*

9 *Bona paraphernalia non ſunt tacitè hypothecata.*

10 *Bona omnia Prælati ſunt pro mala adminiſtratione Eccleſiæ hypothecata.*

11 *Beneficiarius proprius æquiparatur.*

12 *Æquiparatio tutoris, & Prælati non recipitur, niſi ubi expreſſa reperitur.*

Cap. Ex literis V.

VXor ſtante delicto mariti poteſt recuperare dotem in bonis ipſius ubicumque ſint, eo quia tacitè ſunt ei obligata pro dote, ita ut cum hoc onere tranſeant in quemlibet, ex quo jura prohibent uxorem remanere indotatam pro delicto viri. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Butr. Imol. Anan. Hoſtienſ. Anch. Henric. Barbar. Guid. Papæ, Vivian. *in rationali libri tertii juris Pontificii, pag.*198. Alagona *in compendio juris Canonici, pag.*439. remiſſivè Ximen. *in concord. part.1. & 2.* refertur ab Anton. Auguſt. *collect.3. Decret. lib.3. tit.17. c.2.* 1

Quod propter maleficium viri, &c.] Notatur ad hoc, quod pro delicto mariti non fit executio in bonis uxoris, vel dotalibus, ut per Afflict. *lib.2. conſtit. rub.8.* Palat. *in repet. rub. de donat. inter virum, §.66. à n.19.* Anton. Gom. *l.78. Tauri*, Chaſſan. *in conſuetud. Burgund. fol.96. §.2. n.3.* Clar. *lib.5. §. fin. q.78. n.15.* 2

Tibi duximus committendam.] Notatur ad hoc, quod in cauſa dotis principaliter mota inter laicos competens eſt Eccleſiaſticus judex, ut per Novell. *de dote, part.9. privil.16.* & Gom. qui communem dicit, *l.50. Tauri, num.53.* Sed contrarium verius eſt, ut per Cur. Philip. *p.1. §.1. n.9.* Cened. *Canon. quæſt. lib.1. q.37.* Cevall. *in tract. de cognit. per viam violent. p.2. q.13.* Chriſtoph. de Anguiano *in tract. de legib. tom.1. lib.2. controv.13. num.17.* Palat. *in repet. cap. notab.2. n.16. verſ. eodem modo*, ubi intelligit hunc text. in miſerabili perſona, videlicet muliere orbata marito: vel aptiùs dici poteſt aditum fuiſſe hîc Eccleſiaſticum in defectum juſtitiæ coram ſæculari, argum. *cap. licèt, de foro compet.* quod patet ex injuriis illatis 3

mulieri,

mulieri, quæ hic referuntur, cùm propter delictum mariti fuerit ſpoliata propria dote, & ideò Eccleſiaſticus ſe intromittit, quia viduis oppreſſis, & bonis ſuis ſpoliatis ſuccurrit Eccleſia, *cap. ex parte 6. de foro compet.* Ita D. Barboſ. *in l. 1. ff. ſoluto matrim. p. 1. n. 47.* ubi aſſerit, quod ideo hujuſmodi muliér dicitur vidua, quia ejus maritus fuerat bannitus, & aufugerat, cùm attenta juris diſpoſitione idem ſit non habere maritum, vel habere inutilem, *cap. inter corporalia, juncta gloſſ. verbo Inutilem, de tranſlat. Epiſcopi,* ubi diximus. Vnde colligo quod quando dos in teſtamento relicta eſt puellæ pauperi, tunc non judex ſæcularis, ſed judex Eccleſiaſticus erit competens contra laicum, etiam principaliter, & ad inſtantiam patris: ita Bobadil. *in ſua politica, lib. 2. c. 17. n. 10. in fine,* juncta gloſſ. *lit. C,* Guttier. *pract. lib. 1. quæſt. 44. n. 10. & lib. 3. q. 29. n. 30.* Cened. *d. q. 37. num. 7.* Cevall. *d. q. 13. num. 4.*

4 Notatur ad hoc, quod onus adjectum rei facit, ut res tranſeat cum illo, *l. is cui opus, ff. de novi oper. nunt. l. fin. §. fin. ff. de contrah. empt.* Bellacomb. *tom. 1. comm. lib. 3. tit. communia ſervitutum, n. 67. pag. 426.* Menoch. *conſ. 2. n. 31. conſ. 63. n. 11. & conſ. 80. n. 79.* D. Barboſa *in l. poſt dotem, n. 5. ff. ſoluto matrim.* Cald. Pereira *de reſolut. c. 3. n. 33. & de empt. cap. 16. num. 10. & c. 27. num. ult.*

5 *Vel in poſſeſſiones,* &c.] Notatur ad hoc, quod libellus alternativus admittitur ubi unum eſt in obligatione, & aliud in ſolutione, ut per Pinel. *in l. 2. C. de reſcind. vendit. p. 3. c. 3. n. 5. & 8.* Nicol. Mozz. *de contract. tract. de empt. tit. quibus caſibus annulletur emptio, n. 27.* Bernard. Grævæ. *ad practicam Cameræ Imper. lib. 1. concl. 63. n. 11.* Camill. Borrell. *in ſum. deciſ. tit. 49. n. 78. & 83.*

6 In gloſſ. *Hoc privilegio.* Notatur ad hoc, quod bona Clericorum etiam patrimonialia, tam acquiſita, quàm acquirenda gaudent privilegiis Clericorum, ut per Bobadil. *in ſua politica, lib. 2. c. 18. à n. 259.* plures Doctores refert Gironda *de privilegiorum, & exemptionum explicatione, n. 373.*

7 In gloſſ. *Favor.* Notatur ad hoc, quod hypotheca tacita pro dote non præfertur alteri hypothecæ expreſſæ priori, etiam non privilegiatæ. Vide Neguz. *de pignoribus, p. 2. memb. 3. n. 86.* Guttier. *pract. lib. 3. quæſt. 99. n. 7.* Flores de Mena *var. lib. 3. q. 6. art. 3. num. 28.* D. Barboſa *in l. 1. ff. ſoluto matrim. part. 6. n. 4. & 5.*

8 In ead. gloſſ. ibi, *Nam fiſcus ſimile habet privilegium.* Notatur ad hoc, quod præfertur fiſcus aliis debitoribus etiam anterioribus, quibus non ſunt bona expreſsè priùs hypothecata. Vide Neguzant. *de pignor. p. 2. membr. 4. n. 97. in fine, & n. 98.* Gom. *l. 50. Tauri, num. 39. à princ.* Petr. de Arag. *2. 2. q. 62. art. 8. in fine, concl. 3.* ubi Domin. Bañez *concl. 1. poſt documentum quintum,* Greg. de Valentia *tom. 3. diſp. 5. q. 6. puncto 10. §. 5.* optimè Sayr. *in clavi Regia, lib. 10. tract. 5. cap. 10. n. 17.*

9 In gloſſ. *Obligata.* Notatur ad hoc, quod bona paraphernalia non ſunt tacitè hypothecata, ut per Petr. de Aragon. *d. art. 8. in fine, concl. 3.* Fr. Emman. *in ſum. p. 2. c. 46. concl. 5.* Contrarium tamen tenet Cov. *lib. 1. var. cap. 7. num. 1. concl. 1.* Diſtinctionis fœdere has contrarias opiniones conciliat Sayr. *d. cap. 10. n. 16.* itaut ſi maritus illorum bonorum paraphernalium, hoc eſt bonorum, quæ mulier præter dotem habet, adminiſtrationem habeat, tunc bona mariti tacitè pro eis obligata ſunt, ſecus ſi uxor bona illa penes ſe retinet: & *in eod. num. 16.* ex Petro Navar. & Covarr. reſolvit, quod licèt bona mariti tacitè obligata ſint pro bonis iſtis paraphernalibus eo modo, quo dictum eſt, bona tamen hæc paraphernalia non habent hoc privilegium prælationis, quod habet dos uxoris.

In ead. gloſſ. ibi, *Etſi omnia bona Prælati,* &c. 10
Notatur ad hoc, quod omnia bona Prælati ſunt pro mala adminiſtratione Eccleſiæ hypothecata, ad exemplum pupilli in rebus tutoris, ut per Palat. *in repet. rubr. de donat. inter, §. 66. cap. 21.* Rebuff. *tom. 2. ad leges Galliæ, tit. de conſtit. reddit. tit. 1. gloſſ. 14. n. 30.* optimè Menoch. *conſil. 114. n. 27.* Geminian. *conſ. 3. num. 8.* Sylveſt. *in ſumma, verbo Clericus 4. n. 4.* Beller. *diſquiſit. cleric. part. 1. tit. de bonis clericorum, §. 1. num. 12.*

Notatur etiam hæc gloſſa ad hoc, quod beneficia- 11
rius proprius tutori æquiparatur, ut per D. Barboſa
in l. divortio, in princ. p. 2. n. 28. & quod æquiparatio 12
tutoris, & Prælati non recipitur, niſi ubi expreſſa repetitur, vide Covar. *in c. 1. de teſtam. n. 5.* Mench. *illuſtrium c. 105. n. 7.*

SVMMARIVM.

1 *Creditor, vel is, qui ab eo cauſam habet, ſi tot fructus percipit ex pignore, quot ſatisfactum eſt ſorti, debet pignus reſtitui debitori.*

2 *Declaratur text. in præſenti.*

3 *Fructus percepti ex pignore ſunt in ſortem computandi.*

Cap. Cùm contra VI.

FRuctus percepti ex pignoratis poſſeſſionibus, ſi 1
æquant ſummam pignoris, ſunt reſtituendæ poſſeſſiones dominis, abſque alia refectione pecuniæ: Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarel. Butr. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſtienſ. Henric. Anchar. Panorm. Barbat. Guid. Papæ, Vivian. *in rationali libri tertii juris Pontificii, pag. 198.* Alagona *in compendio juris Canonici, pag. 439.* remiſſivè Ximen. *in concordant. part. 1. & 2.* refertur ab Anton. Auguſt. *collect. 3. Decretal. lib. 3. titulo 17. cap. 3.*

Rebuff. *in tract. de except. n. 930.* dicit, quod in 2
hoc text. (ubi hæredes debitoris agunt contra ſecundum creditorem, cui hæredes primi creditoris pignus pignori dederant, ut fructus compenſentur in ſortem) pignoratitia non ſequitur rem, ſed poteſt debitor agere perſonali, tam contra primum creditorem, cui dedit pignus, quàm contra ſecundum, cui creditor dedit pignus, vel contra hæredes.

Et in ſortem debeat computari.] Notatur ad hoc, 3
quod fructus percepti ex pignore ſunt in ſortem computandi, ad quod plures Doctores refert Cened. *ad Decret. collect. 6. n. 1.* quibus adde Franc. Marc. *Delph. deciſ. 167. p. 2.* Ozaſc. *Pedem. deciſ. 115.* Mich. Salon. *in 2. 2. D. Thoma, q. 78. art. 2. controv. 12. & 13.* Fr. Bañez *de juſtit. q. 78. de uſura, art. 2 in comment. col. 18.* Gemin. *de uſuris, commento 1. §. 4. n. 76.* Peregr. *conſ. 101. n. 9. & 33. lib. 3.* Menoch. *conſ. 7. n. 12. & conſ. 110. n. 57.* Surd. *conſ. 243. n. 33. & 38.* Aldovin. *conſ. 84. n. 5.* Alex. Trentacinq. *var. lib. 3. de pignorib. & hypoth. reſolut. 2.* Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. p. 4. collect. 976. & collect. 1164.* Valaſc. *conſ. 8.* Cabed. *part. 1. deciſ. 123.* Cevall. *communium contra commun. q. 904. n. 51.* D. Barboſa *in l. divortio, §. ob donationes, num. 26. ff. ſoluto matrim.* Cardin. Mantic. *de tacitis, & ambig. convent. lib. 11. tit. 8.* Molin. *de juſtit. tract. 2. diſp. 320.* Cardoſ. *in praxi judicum, verbo Vſura, n. 5.* Modern. *de juriſdict. part. 4. caſu 191. à num. 6.* Caſtill. *libro tertio quotid.*

cap.23. num. 5. cum ſeqq. Paul. Comitol. *reſponſor. moral. lib.1. quæſt. 36.* Rebello *de obligat. juſtitiæ, part.2. lib.8. de uſuris, q.11.* Cur. Philip. *part.2. lib.2. cap.1. n.8. & 9.*

4 Et non valet pactum, quod fructus non imputentur in ſortem, ut per Menoch. *conſ.110. n.8.* Alex. Trentacinq. *d. reſol.2. n.6.* Surd. *de alimentis, tit.9. q.18. n.5.* Caſtil. *d.c.23. n.65.* Card. Mantic. *de tacitis, & ambig. convent. lib.9. tit.2. n.2.* ubi *n.25.* dicit, quod valet pactum, ut fructus etiam caſtri obligati in ſortem non computentur, ſed pertineant ad creditorem pro ſumptibus cuſtodiæ, ſi ſumptus redditibus veroſimiliter reſpondeant.

SVMMARIVM.

1 *Pignorans rem ſuam ſub pacto legis commiſſoriæ, & jurans non contravenire, ſi juſtè impeditus infra diem ſtatutum non redemit, poſt diem redimere poterit.*

2 *Pactum legis commiſſoriæ in pignoribus reprobatur.*

3 *Pactum legis commiſſoriæ cur in venditione, & non in pignoribus permittatur, oſtenditur.*

4 *Commiſſoriæ legis pactum ex intervallo in pignoribus admittitur, & quid favore dotis dandæ marito.*

5 *Pactum quod pignus debito non ſoluto maneat penes creditorem ſub juſto pretio, eſt validum.*

6 *Creditor tenetur mittere ad domum debitoris, quando debitor non expreſſo loco aliquid dare tenetur.*

7 *Captura inducit impedimentum.*

8 *Juramentum, quo quis promittit ſe non revocaturum pactum legis commiſſoriæ in pignoribus, validum, & obligatorium eſt.*

Cap. Significante VII.

1 QVi dat rem in pignus cum pacto legis commiſſoriæ, id eſt, lucrandi illam tali die, aliàs amplius non moleſtabitur recipiens, etiam juramento firmato, ſi debitor legitimè impeditus non ſolvit tali die, ut quia nuntius per quem miſit pecuniam, non fuit fidelis, vel fuit detentus, tunc non obſtante juramento creditor reſtituit pignus, accepta ſua ſorte, computatis tamen in illa fructibus, & ad hoc cenſuris compelli debet. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarel. Butr. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſtienſ. Anch. Henric. Panorm. Barbat. Guid. Papæ, Vivian. *in rationali libri tertii juris Pontificii, pag.199.* Alagona *in compendio juris Canonici, pag.440.* remiſſivè Ximen. *in concordant. part.1. & 2.* refertur ab Anton. Auguſt. *collect.4. Decret. lib.3. tit.17. c. unic.*

2 *Cum igitur pactum legis commiſſoriæ ſit in pignoribus reprobatum.* Notatur ad hoc, quod pactum legis commiſſoriæ in pignoribus reprobatur, concordat apud Luſitanos Ordin. Regia *lib.4. tit.56. in princ.* & apud Caſtellanos *lib.41. tit.5. p.5.* tenent Covar. *var. lib.3. c.2. à n.7.* Neguz. *de pignorib. p.4. à princ.* Pinel. *in l.2. C. de reſcind. vendit. p.2. c.1. à n.30.* Perez *l.1. gloſſ.1. verſ. & eſt notandum, tit.2. lib.8. Ordin.* Odoard. Caldeira *de errorib. pragm. lib.2. c.5. n.5.* Guttier. *de juram. confirm. p.1. c.33.* Morla *in emporio juris, p.1. tit.9. q.10. n.7.* Molina *de juſtit. tract.2. diſp.324. verſ. in pignor.* Card. Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib.4. tit.29. n.4. & lib.11. tit.9. n.2. & 3.* Cald. Pereira *in l. ſi curatorem, verbo ſua facilitate, n.95. & de empt. c.11. n.18. & c.28. à n.25.* Franciſc. Molin. *de ritu nupt. lib.3. q.45. n.6.* Azor. *inſtit. moral. p.3. lib.7. c.10. à princ.* Leſſ. *de juſtit. lib.2. c.20. dub.15. n.133.* Rebel. *de obligat. juſtitiæ, p.2, lib.8. de uſuris, q.10. & lib.16. q. unica, de pacto legis commiſſoriæ, n.2.* Surd. *deciſ.248. n.11. & 12.* ubi *n.9.* aſſerit quod legis commiſſoriæ pactum dicitur ſemper ubi ex verbis elicitur animus creditoris, quod lapſo die ſolutionis res accipientis remaneat, & in eum transferatur dominium, quod etiam dicunt Medic. *de acquirenda poſſeſſ. p.1. gloſſ.2. n.338.* Gabr. *conſ.74. n.26. lib.1.*

In venditionis autem contractu tale pactum non 3
improbatur; ratio enim, quæ in pignoris conventione militat, in venditione ceſſat, & eſt in pignore, quoniam pignus minori pretio ſemper concedi ſolet: in emptione juſtum ferè ſemper pretium intercedit, ita Hoſt. Panorm. & cæteri *in præſenti,* Bart. Bald. Salicet. & alii *in l. commiſſoriæ, C. de pactis inter empt.* Tiraq. *de retract. convent. in fine, n.122.* Gabr. *conſ.74. n.23. vol.1.* Gemin. *commento 2. de uſur. n.16.* Seraph. *de privil. juram. privil.131. n.1.* Dec. *reſp.2. n.187. lib.1.* Menoch. *remed.5. adipiſc. n.29.* Vincent. de Franch. *deciſ.355. n.3. p.2.* Surd. *dec.248. à n.1.* Azor. *d.c.10. verſ. ſed cur.*

Verum verò ex intervallo admittatur hujuſmodi pa- 4
ctum legis commiſſoriæ in pignoribus? Vide Pinel. *in rub. de reſcind. vendit. p.1. c.1. n.29.* Covar. *d.c.2. n.8. verſ.3.* Mench. *uſufruct. lib.3. cap.69. n.7.* Farin. *in praxi crimin. p.6. q.165. n.211. cum ſeqq.* Card. Mantic. *d. lib.11. tit.10. n.2.* Azor. *d.c.10. verſ. præterea,* Cald. Pereira *in l. ſi curatorem, verbo ſua facilitate, n.9. & de empt. c.11. n.19. & c.28. n.29.* An autem favore dotis dandæ marito ſuſtineatur, quando eſt dubia? negant Neguzant. *de pignoribus, p.4. princ. num.2.* Medic. *de acquir. poſſeſſ. p.1. gloſſ.2. num.288.* affirmant verò Bald. Caballin. Lup. quos refert, & ſequitur Surd. *deciſ.248. num.13. in fine.*

Limita principalem concluſionem, ſi conventum 5
ſit ut debito non ſoluto maneat res penes creditorem juſto pretio, tunc enim arbitrio boni viri, quo inſpecto æſtimanda eſt, ceſſat captio, & odium creditoris, ut per Tiraq. *de retract. tit.2. ad fin. n.138.* Covar. *d.c.2. n.8. verſ.12.* Pinel. *d.c.1. n.26.* Gutier. *d.c.33. n.14.* Surd. *deciſ.248. n.8.* D. Barboſ. *in l. alia, §. eleganter, n.48. verſ. illud utique, ff. ſoluto matrim.* Molin. *de juſtitia, tract.2. diſp.324. verſ. obſervat,* Rebello *de obligat. juſtit. lib.8. q.10. n.4. & lib.16. quæſt. unic. de pacto legis commiſſoriæ, n.3.* Cald. Pereira *de empt. c.28. n.28.* Card. Mantic. *d. lib.11. tit.10. n.19. & 20.* ubi etiam reſolvit, quod priuſquam pretium æſtimetur, & res emptori ſit adjudicata, poteſt debitor pecuniam debitam etiam poſt tempus ſolutioni præſtitutum creditori offerre, & pignorum diſtractionem impedire, de quo etiam Rebello *d.q.10. n.4.*

Remiſit. Notatur ad hoc, quod creditor tenetur 6
mittere ad domum debitoris, quando debitor non expreſſo loco aliquid dare tenetur, ut per Duen. *reg.161.* Iaſ. *in l.2. C. de jure emphyt. n.92.*

Sed in captione detentus.] Ergo captura inducit im- 7
pedimentum, itaut ex illa excuſetur quis à pœna, vel mora ſi non ſolvat, ut per Iaſ. *in l.2. n.65. C. de jure emphyt.* Tiraq. *de retract. tit.2. §.1. gloſſ.2. n.6.* Gig. *de penſion. q.75.*

Juramentum debitum adimplevit. Ergo juramentum, 8
quo quis promittit ſe non revocaturum pactum legis commiſſoriæ in pignoribus, validum & obligatorium eſt, ex ea ratione, quia poteſt quis abſque ullo peccato propriam rem in pignus datam venditam relinquere pro debito non ſoluto, ſicut & uſuras ſolvere, aut aliud ſimile, nec ſi debitor prædictum pactum obſervet aliquatenus peccat, licèt ſecundùm leges ipſi

ipſi liberum ſit contra illud venire, provt aliàs in ſpecie *cap. quamvis pactum, de pactis, lib. 6.* Vide *gloſſ. pen. in præſenti*, Bart. *in l. ſi quis pro eo, n. 10. ff. de fidejuſſ.* Tiraq. *de retract. convent. ad finem, n. 122.* Covar. *in d. cap. quamvis pactum, p. 2. §. 3. n. 3.* Gutier. *de juram. confirm. p. 1. c. 33. n. 4.* Soar. *de Relig. lib. 2. de juram. c. 26. à n. 8.* Neguzant. *de pign. p. 4. n. 3. ampl. 3.* Seraph. *de privileg. juram. privil. 131. à n. 1.* Surd. *deciſ. 268. n. 21.* Franc. Molin. *d. lib. 3. q. 45. in fine.*

SVMMARIVM.

1 *Vſufructuarius rerum, quæ uſu non conſumuntur, tenetur præſtare cautionem de utendo, & fruendo arbitrio boni viri, & in rebus, quæ uſu conſumuntur, ſit æſtimatio, & cavetur de ea reddenda finito uſufructu*, & n. 2. & 3.

4 *Cautio idonea dicitur pignoratitia, vel fidejuſſoria.*

5 *Cautio uſufructuaria à teſtatore non poteſt prohiberi niſi quis conſtituat uſumfructum inter vivos*, n. 6. *vel donet uſufructu retento*, n. 7.

8 *Teſtator poteſt remittere cautionem de præſtandis legatis, & fideicommiſſis hæredi.*

9 *Vſufructuarius interim dum cautionem non præſtat, an acquirat fructus, oſtenditur.*

10 *Pecunia cenſetur de his, quæ uſu conſumuntur.*

11 *Vſufructuarius ſi adeò pauper ſit, ut nequeat cautionem præſtare, an uſumfructum habeat, remiſſivè.*

Cap. Cùm conſtet VIII. & ult.

Gregor. IX.

VSufructuarius tenetur cavere quod utetur rebus ſalva earum ſubſtantia, & quod reſtituet pecuniam, & æſtimationem rerum mobilium conſumptarum ad arbitrium boni viri. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Imol. Anchar. Anan. Hoſt. Henric. Barbat. Panorm. Guid Papæ, Viv. *in ration. lib. 3. juris Pontif. pag. 200.* Alagona *in compendio juris Canon. pag. 440.* remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p. 1. & 2.*

2 Collige ex text. quod uſufructuarius rerum, quæ uſu non conſumuntur, tenetur præſtare cautionem de utendo, & fruendo arbitrio boni viri, id eſt, ſicut vir bonus rebus propriis uteretur, & de reſtituendo rem finito uſufructu: in idem ſunt text. *in l. 1. ff. uſufructu quemadm. cav. l. 1. & l. uſufructu, C. de uſufructu*, Chaſſan. *in conſuet. Burgund. rub. 4. §. 9. in gloſſ. & fera, in princ.* Pinel. qui multipliciter ampliat, *in l. 1. C. de bonis matern. p. 2. n. 75.* Sylvan. *conſ. 47. num. 2. & 3.* Vivian *tom. 1. commun. opin. lib. 3. tit. 10. n. 31. pag. 419.* Cald. Pereira *de poteſtate eligendi, c. 16. n. 35.* ubi etiam quod tenetur ad omne damnum, & intereſſe, & fideliter adminiſtrare, Surd. *deciſ. 67. n. 1.*

3 In rebus tamen, quæ uſu conſumuntur, fit æſtimatio, & cavetur de ea reddenda finito uſufructu, atque ita ſecundùm valorem, qui eſt tempore inchoati uſusfructus, *§. conſtituitur, & §. ſeq. Inſtit. de uſufr. l. ſi vini, cum l. ſeq. ff. de uſufructu earum rerum, quæ uſu conſum.* reſolvunt Vivian. *ubi proximè*, Surd. *de aliment. tit. 9. q. 26. n. 17. & deciſ. 67. n. 2.* Anton. Theſaur. *Pedem. deciſ. 80. ſub n. 1.* Fachinæ. *lib. 8 controverſ. c. 41.* Bernard. Græbæ. *ad practicam Cameræ Imper. lib. 2. concluſ. 245. n. 6. & ſeq.*

4 *Cautionem idoneam.*] Intellige pignoratitiam, vel fidejuſſoriam, ut per Ioſeph Lud. *Peruſ. deciſ. 63. n. 16. cum ſeqq.* Cald. Pereira *de poteſtate eligendi, c. 16. n. 34.* Sanch. *de matrim. lib. 10. diſp. 18. n. 35.* & alios per me citatos *in tract. de appellat. verborum utriuſque juris ſignific. appell. 241. ex n. 3.*

Cautio uſufructuaria à teſtatore non poteſt prohi- 5
beri, ut per Surd. *deciſ. 209. n. 3. & deciſ. 194. num. 3.* Molin. *de primog. lib. 2. c. 28. n. 12.* Surd. *de aliment. tit. 9. q. 26. n. 11. & 14.* Matienſ. *tit. 8. gloſſ. 2. num. 6. lib. 5. novæ recop.* Pechi. *de teſtam. conjug. lib. 5. cap. 24. ſub num. 4. verſ. quæ cautio ſimiliter*, Peregr. *de fideicom. art. 11. ſub num. 78.* Soar. *recept. ſent. lit. E, num. 85. & lit. V, n. 99.* Stephan. Gratian. *Marchiæ deciſ. 147. num. 9.* Ceval. *commun. contra communes, q. 408. n. 2.* Cabed. *p. 1. deciſ. 136. n. 2.* Vivian. *tom. 1. commun. opin. lib. 3. tit. 20. num. 31. in fine*, Bernard. Græbæ. *ad practicam Cameræ Imper. lib. 2. concl. 145.*

Limita primò in illo, qui conſtituit uſumfructum 6
inter vivos, ut per Vivian. *d. n. 31. verſ. quamvis*, Surd. *de alimentis, tit. 9. q. 16. n. 23.*

Limita ſecundò in illo, qui donavit uſufructu re- 7
tento, ut per Vivian. *d. n. 31. verſ. & quamvis*, Surd. *d. tit. 9. num. 7.*

Limita tertiò, ut poſſit teſtator remittere cautio- 8
nem de præſtandis legatis, & fideicommiſſis hæredi, ut per Viv. *d. n. 31. in fine*, Menoch. *conſ. 177. n. 31.*

Exhibeat.] Vſufructuarius interim dum cautionem 9
non præſtat, an acquirat fructus? Reſolve cum diſtinctione, quod ſcilicet non acquirat, quando hæres cautionem condixiſſet, ſecus quando uſufructuarius malitioſè cavere diſtuliſſet. Vide Vivian. *d. tit. 20. n. 29. pag. 419.* Gabr. *lib. 5. ſent. tit. de uſufructu, concluſ. 1. num. 10.* Fachin. *lib. 8. contr. verſ. c. 34.* Peregr. *conſ. 20. ſub num. 22. vol. 1.* Anton. Fab. *in ſuo Codice, tit. de uſufructu, definit. 1.* Hieron. de Laurent. *Avenior. deciſ. 144. ſub num. 7.* Ceval. *commun. contra commun. quæſt. 48.* Surd. *deciſ. 57. n. 12. & dec. 281. n. 1. & de aliment. tit. 7. q. 19. num. 17. & conſ. 360. n. 35.* Anton. Hering. *tract. de fidejuſſ. c. 5. n. 133. & 134.* Bernard. Græbæ. *d. lib. 2. concl. 46.*

Pecuniam.] Notatur ad hoc quod pecunia cenſetur 10
de his, quæ uſu conſumuntur, ut per Tiraq. *de retract. lign. §. 2. gloſſ. 7. n. 104.* Covar. *lib. 3. var. cap. 1. n. 5.* Pinel. *in l. 1. de bonis matern. p. 2. n. 42.* Gabr. *commun. lib. 1. tit. de præſumpt. concl. 12. n. 19.* Soar. *in theſauro recept. ſent. lit. P, num. 86.* Reiner. Budel. *in ſuo tractatu de Monetis, lib. 1. c. 2. n. 49.* Theſaur. *Pedem. deciſ. 160. num. 6.* Simoncel. *de decretis, lib. 3. tit. 8. reſp. 15. n. 23.* Menoch. *de præſumpt. lib. 4. q. 138. n. 3.* latè Bernard. Græbæ. *d. lib. 2. concl. 10. conſid. 3.* ubi agit de pecunia deſtinata ad emptionem prædiorum, de qua etiam vide Rebuff. *ad l. 39. ff. de verborum ſignif. pag. 403. & de privil. ſchol. privileg. 55. n. 2.* Menoch. *remed. 3. adipiſc. num. 137.* Cald. Pereira *in l. ſi curatorem, verbo contractum, num. 11.* Quarantam *in ſumma Bullarii, verbo Alienatio, n. 25.*

In gloſſ. *Compellatis*, ult. ibi, *Compellatis quod non* 11
habebit uſumfructum. Vult gloſſa adeò neceſſariam eſſe cautionem, de qua *hic*, ut ſi uſufructuarius, quia pauper, nequeat illam præſtare, uſumfructum non habeat, ſed quia de hoc variæ ſunt Doctorum opiniones, eas poteris videre apud Fichard. *tom. 1. commun. opin. lib. 3. tit. 20. n. 36. pag. 421.* Gregor. *l. 19. verbo Que la coſa, tit. 31. p. 3.* Surd. *deciſ. 141. à n. 3. cum ſeqq.* Fachin. *lib. 8. controverſ. cap. 40. verſic. & hanc ſententiam*, D. Barboſ. *in l. divortio, §. interdum, poſt num. 28. verſ. nec obſtant, ff. ſoluto matrimonio*, Bernard. Græbæ. *d. lib. 2. concl. 47. & concluſ. 45. conſid. 1.*

De Fidejuſſoribus.

Tit. XXII.

SVPER hanc rubr. ſcripſerunt Zabatell. Ioan. Andr. Imol. Anan. Butr. Anchar. Barbat. Panorm. Guid. Papæ, Hippol. Guillelm. Durand. *in Breviario aureo, fol.*100.*verſo*, Ioan. de Londris *in Breviario ſanctorum Canonum*, *fol.*174. Martin.Meſnart. *in epitome Decret. fol.*114. Pett. de Ravenna *in compendio juris Canon.* Dan.Venator *in analyſi methodica juris Pontif. à pag.*436. Goffred. & Hoſt. *in ſumma hujus tit.* Alex. Caſan. & Anaſt.Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decret.* Barthol.Carthag. *in expoſit. tit. juris Canonici*, Zypæ. *in analytica poſtremi juris Eccleſ.enarrat.pag.*212. omnes *ſub hoc tit.*

De materia tituli agitur apud Caſtellanos *tit.*12. *partit.*5. ubi Gregor. *& tit.*11.*lib.*5.*Ordin.* ubi Perez, *& tit.*16.*lib.*5.*nova recop.* ubi Azeved.& apud noſtros Luſitanos in Ordin. Regia, *lib.*4. *tit.* 59. ubi parens meus, & ſpeciales tractatus edidêre de fidejuſſoribus Antonius Heringius, Valentinus Francus, & Bernardinus Muſcatellus, de modo fidejubendi tractant Bellacomb.Vivian.Soar.& alii *tom.*2. *commun.opin. lib.*8. *tit.*25. *de fidejuſſ. pag.*372. Anton.Gabr. *tom.*3. *commun. eod. tit.* Gomez *tom.* 1. *var. cap.*13. Maſcard. *de probat.concluſ.*781.*cum ſeqq.* Gaſp.Roderic. *de annuis redditibus, lib.*2. *q.*12. Marta *de juriſdict. p.* 4. *caſu* 105.*& ſeq.* Rebello *de oblig. juſtit. p.... lib.*16. *quæſt.unic.de fidejuſſ.* Paul.Layman *in Theolog.morali, lib.*3. *tract.*4. *c.*29.

Grave eſt onus fidejuſſionis, ut per Surd. *de aliment. tit.*3.*q.*3. *n.*30.*& tit.*8.*privil.*26.*n.*10. *& deciſ.*279. *n.*13. Gaſp Roder. *d. lib.*1.*q.*12.*à n.*3. Is ergo qui ſe immiſceet fidejuſſionibus dicitur ad inopiam pervenire ex Hippol. *ſing.*574. Gutier. *pract.lib.*2. *q.*128. *n.*3. quia dici ſolet quod fidejubere ſit perdere, remittere, donare, ac patrimonium periclitari, ex quo multoties ex hujuſmodi obligatione talia evenire contingat, Creſcent. *deciſ.*3.*de conſtit Gregorii XV. deciſ.*333. *n.*2.*&* 3. Stephan.Gratian. *diſcept.forenſ. c.*513.*n.*29. Et ideo amicus reputatur, qui pro alio ſe obligat, Seraphin. *de privilegiis juram. privil.*17.*n.*1.

Cap. Clericus I.

Ex Concil. Cantuar.

1 CLericus fidejuſſionibus inſerviens eſt abjiciendus. Colligunt ex Ordin.Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Butr. Imola, Ananias, Hoſtienſ.Anchar.Henric.Barbat. Panorm. Guid.Papæ, Cened. *collect.*164. Vivian. *in rationali libri* 3. *juris Pontificii, pag.*101. Alagona *in compendio juris Canon. pag.*441. remiſſivè Ximen. *in concord. p.*1.*&* 2. refertur ab Anton.Auguſt. *collect.*1.*Decretal. lib.*3. *tit.*18. *cap.* 3.

2 Collige ex text. Clericum ſæcularibus fidejuſſionibus inſervientem ab Eccleſia eſſe abjiciendum, fidejubere enim non debet, nec poteſt, ut tenent Greg. per text. *ibi in l.*45.*in princ.tit.*6.*p.*1. Anton.Gomez *tom.*2 *var.c* 13.*n.*18.*verſ.ſecundò principaliter,* Hippol. *in rubr. de fidejuſſor.à n.*309. Petr à Navar. *tom.*2. *de reſtit. lib.*3. *c.*3. *ex n.*173. Paul.Fuſch. *lit.C, ſing.*27. Menoch.*de arbitr.caſu* 432.*à n.*1.*& de præſumpt.lib.*2. *præſ.*46.*n.*2. Gutier.*de juram. confirm. p.*1. *c.*72. *n.*2. Anton.Carſil.*de redditib.Eccleſ.p.*3.*c.*24.*n.*24. Carol. de Graſſis *de effectib.Cleric.effectu* 44.*à princ.* Marta *de juriſdict. p.*4.*caſu* 105. Bellet. *diſquiſit.Cleric. p.*1. *tit. de diſciplina Cleric.* §.2.*n.*6. Cened. *ad Decret. collect.* 164. *n.*1. ubi dicit hunc text. ſecundùm aliquos intelligi poſſe de conſilio, ne aſſidui ſint in fidejubendo, ne ære alieno frequenter graventur Clerici, ne denique per Curias judicum eos vagari contingat. Hinc ſi ex pietate aliis ſubvenire deſiderant Clerici, & fidejubeant, id facere poſſunt, *cap.non ſatis,*86.*diſt.cap.conſtitutis, infr.hoc tit.* Abb. *hîc,n.*3. Beller. *d.*§.32. *n.*6.*verſ. verum.* Poſſunt etiam pro Eccleſia, vel pro alio Clerico fidejubere, Abb. *hic,n.*3. Marc.Anton.Genuenſ. *in practicab.Eccleſ.q.*325. Bellet. *d.n.*6.*verſ.poteſt.* Si autem Clerici de facto fidejubeant, non ex pietate, nec pro cauſa pia, obligantur, ſecundùm Menoch. *d. lib.*2. *præſ.*46.*n.*15. latè Barth.Humad. *l.*45.*gloſſ.*3.*à princ. tit.*6.*p.*1. Roman. *ſing.*409.*n.*7. Fuſch. *d.ſing.*27.

SVMMARIVM.

1 *Clericus compellitur ſervare fidejuſſorem indemnem per aſſignationem redditũum ſuorum.*

2 *Fidejuſſor conveniri non poteſt antequam principalis debitor excutiatur.*

3 *Fidejuſſor renuntians beneficio excuſſionis, poteſt conveniri antequam principalis debitor excutiatur.*

4 *Fidejuſſor, qui ſpecialiter juravit ſolvere, poteſt conveniri antequam principalis debitor excutiatur.*

5 *Fidejuſſor indemnitatis poteſt conveniri antequam principalis debitor excutiatur.*

6 *Fidejuſſor negans ſe eſſe fidejuſſorem, excuſſionis privilegium amittit.*

7 *Fidejuſſor poteſt conveniri antequam principalis debitor excutiatur, quando mandatur procedi ſummariè, de plano, & ſola facti veritate inſpecta.*

8 *Mercator, ſeu campſor fidejubens non habet privilegium excuſſionis.*

9 *Excuſſionis exceptio denegatur in foro Eccleſiaſtico.*

10 *Fidejubens pacta mercede, non habet privilegium excuſſionis.*

11 *Patri pro filio fidejubenti præciditur excuſſionis exceptio.*

12 *Debitor principalis quando eſt abſens à loco ſui domicilii, poteſt fidejuſſor illo non excuſſo conveniri.*

13 *Excuſſionis exceptio opponi nequit in cauſa appellationis.*

14 *Excuſſionis exceptio non datur agenti hypothecaria adversùs tertium poſſeſſorem.*

15 *Poſſeſſor prædii ſuper quo venditæ erant certæ menſuræ frumenti, conventus ad illas ſolvendas, non poteſt excipere de excuſſione priùs facienda in venditore.*

16 *Fidejuſſor non habet excuſſionis privilegium quando principalis ceſſit bonis, vel eſt pauper, & notoriè non ſolvendo.*

17 *Debitoris bona quando ſita eſſent in remoto loco judicii, ubi diſceptatur, poteſt fidejuſſor, illo prius non excuſſo, conveniri.*

18 *Fidejuſſor ſi ſit correus debendi, poteſt conveniri ante debitorem.*

19 *Fidejuſſor non tantùm agit ad debitum principale, quod ſolvit, ſed etiam ad intereſſe, & damna ſine culpa ſua ex ſolutione facta provenientia.*

20 *Iuramentum contra proprium non poteſt quis venire.*

21 *Alterum ex copulatis non ſufficit, cùm utrumque eſt neceſſarium.*

22 *Executio*

12 *Executio in fructibus Præbendæ, ſeu beneficii Eccleſiaſtici quando fieri poſſit, oſtenditur.*

CAP. Pervenit II.

Luc. III.

1 Fidejubens, & ſolvens etiam pro Clerico, debet reintegrari à principali non ſolùm quoad ſortem, verùm etiam quoad damna ſequuta, vel ex redditibus debet ſatisfieri, aut illi aſſignari redditus debitoris, donec ſatisfactum ſit, & Clerici, qui in hoc violant fidem & juramentum, ſunt ſuſpendendi ab officio, & beneficio. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Butr. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſt. Henric. Anchar. Barbat. Panorm. Guid. Papæ, Vivian. *in ration. lib. 3. jur. Pontif. pag.* 201. Alagona *in compend. juris Canon. pag.* 441. remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. part.* 1. *&* 2. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 1. *Decret. lib.* 3. *tit.* 18. *c.* 4. & eſt poſt Concil. Lateran. *p.* 23. *c.* 5.

2 Collige ex text. antequam principalis debitor excutiatur fidejuſſorem conveniri non poſſe: in idem eſt text. *in auth. præſenti, C. hoc tit.* & apud Luſitanos Ordinat. Regia *lib.* 4. *tit.* 59. *in princ.* ubi parens meus, & apud Caſtellanos *l.* 9. *tit.* 12. *p.* 3. ubi Gregor. docent Covar. *lib.* 2. *var. c.* 6. *n.* 8. *verſ. item ſatis,* Duen. *reg.* 335. *verſ. ſeptimò fallit,* Padil. *in l. cùm quis, n.* 27. *C. de juris, & facti ignor.* Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *q.* 51. *n.* 10. Vivian. *tom.* 2. *commun. opin. lib.* 8. *tit.* 25. *n.* 11. *pag.* 173. ubi Donat. à Fina *n.* 111. *pag.* 380. Theſaur. *Pedem. deciſ.* 166. *&* 215. Franc. Sarmient. *p.* 1. *defenſ. mon.* 46. Hippol. Marſil. de Columna *de Eccleſiaſt. reddit. orig. part.* 3. *cap.* 14. *ex num.* 7. *&* 28. Cremen. *ſing.* 44. *incip. An fidejuſſor,* Roman. *ſing.* 641. *incip. Scis quod hodie,* Alphan. *collect.* 194. Anton. Gabr. *commun. lib.* 3. *tit. de fidejuſſor. concl.* 1. Boër. *deciſ.* 221. *ex n.* 6. *&* 16. Seraph. de Seraphin. *de privileg. juram. privil.* 88. *ex n.* 1. Ioan. Bapt. Coſta *de remed. ſubſid. remed.* 30. *per tot.* Ioſeph. Ludov. *Peruſina deciſ.* 57. *n.* 2. Menoch. *controverſ. illuſtr. c.* 33. *à n.* 7. Mendoza *in diſput. ſuis, lib.* 1. *c.* 6. *n.* 11. Azeved. *l.* 8. *à n.* 1. *tit.* 10. *lib.* 9. *novæ recop.* Odoard. Caldeira *de error. pragm. lib.* 1. *c.* 9. *n.* 7. Marſil. *ſing.* 210. Muſcatel. *de fidejuſſorib. q.* 8. *& ſeqq.* Intrigl. *ſuper Bulla de cenſib. q.* 60. *n.* 2. Brunor. à Sole *in locis communib. verbo Fidejuſſor* 3. Matth. Colet. *de proceſſibus execut. p.* 1. *c.* 10. *à n.* 255. Gurier. *de juram. confirm. p.* 1. *c.* 32. Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. p.* 1. *collect.* 237. Molin. *de juſtit. tract.* 2. *diſp.* 545. Card. Mantic. *de tacitis, & ambig. convent. lib.* 16. *tit.* 10. *n.* 11. Flores de Mena *var. lib.* 1. *q.* 11. Bernard. Græviæ. *ad pract. Cameræ Imper. lib.* 2. *concl.* 27. Cardoſ. *in praxi judicum, verbo Fidejuſſor, n.* 16. Cald. Pereira *de empt. c.* 33. *à n.* 1. *cum multis ſeqq.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 25. *n.* 219. Rebello *de obligat. juſtit. p.* 2. *lib.* 18. *q. unic. de fidejuſſ. n.* 20. Felician. *de cenſib. tom.* 1. *lib.* 3. *c.* 3. *n.* 1. Ludov. Cenci. *eod. tract. p.* 2. *c.* 29. 2. *art.* 2. *n.* 14. Quod birretum viride ferant etiam coram judicibus Vrbis, & carcerum viſitatoribus petentes alternativas, vel beneficium hujus text. ſtatuit Pius IV. *in ſua conſtit.* 39. ſive *Motu proprio, incip. Cupientes, ſub dat.* 7. *Octobris* 1561. & eſt *in Bullario novo, tom.* 2. *pag.* 54. ſed non video in Vrbe practicari.

3 Limita primò, quando fidejuſſor renunciavit beneficio executionis, ut per Hippol. *in rubr. de fidejuſſ. n.* 10. Thoming. *Lipſienſi deciſ.* 1. Ant. Gom. *var. tom.* 2. *c.* 12. *n.* 2. Burſat. *conſ.* 400. *n.* 45. *lib.* 4. Ludov. Cenci. *d. art.* 2. *n.* 20. Guriet. *de juram. confirm. p.* 1. *c.* 23. *n.* 21. Coler. *de proceſſibus execut. p.* 1. *c.* 10. *n.* 394. Caroc. *de excuſſion. p.* 2. *q.* 17. *n.* 50. Card. Mantic. *d. lib.* 16. *tit.* 18. *à princ.* Molina *diſp.* 545. *verſ. fidejuſſoribus,* Bernard. Grævæ. *d. concluſ.* 27. *conſid.* 1. Cald. Pereira *d. c.* 33. *n.* 22. Cui beneficio renunciarum videtur, ſi non opponatur ante litem conteſtatam, ex Hippol. *in l. ſi quis ne quæſtio, n.* 57. *ff. de quæſt.* Capell. Tholoſ. *deciſ.* 166. quam refert Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. p.* 1. *collect.* 237. *verſ. Limita quartò,* Chartian. *tom.* 2. *commun. opinio. lib.* 8. *tit.* 25. *n.* 131. *pag.* 381. Cald. Pereira *d. c.* 33. *n.* 34. Vel ſi obligaſſet ſe tanquam principalis in eodem inſtrumento, ubi principalis ſe obligavit, Iaſ. *conſ.* 58. *col.* 1. *verſ. non obſtat,* Grat. *conſ.* 87. *n.* 25. *verſic. ſed ultimò, lib.* 1. Boër. *deciſ.* 221. *n.* 13. *ad fin.* Gabr. *commun. ſub tit. de fidejuſſ. concl.* 1. *limit.* 28. Card. Mantic *de tacitis, & ambiguis convent. lib.* 17. *tit.* 17. *n.* 4. *&* 5. Rot. *in Romana Salviani interdicti,* 1. *Iunii* 1609. coram Illuſtriſſ. D. Patriarcha Manzanedo, relata *in fin. d. tract.* Cencii *deciſ.* 3. *n.* 5.

Limita ſecundò in fidejuſſore, qui ſpecialiter juravit ſolvere, ut per Covarr. *in cap. quamvis pactum, de pactis, lib.* 6. *part.* 1. *§.* 4. *n.* 4. Mich. Graſſ. *lib.* 1. *commun. opin. cap.* 11. *q.* 9. Anton. Gabr. *commun. lib.* 3. *tit. de fidejuſſ. concl.* 1. *ex num.* 33. Cened. *ad Decretal. collect.* 73. *num.* 2. *propè fin.* Mohedan. *deciſ.* 2. *ſub hoc tit.* Coler. *in proceſſibus execut. part.* 1. *c.* 10. *n.* 347. Mench. *illuſtr. q.* 59. *n.* 1. Vincent. Caroc. *in tract. de excuſſ. bonorum, quæſt.* 15. *n.* 1. 2. *&* 6. Valentin. Franc. *in tract. de fidejuſſ. cap.* 5. *n.* 62. Hering. *eod. tract. cap.* 27. *part.* 12 *à num.* 45. Cald Pereira *d. cap.* 33. *n.* 28. & pluribus deciſionibus relatis idem reſolvit Ludov. Cencius *d. art.* 2. *n.* 10. 4

Limita tertiò in fidejuſſore indemnitatis, ut per Carot. *d. q.* 15. *num.* 6. *verſ. & in hoc ſimplici fidejuſſore, & cap.* 16. *num.* 3. Bernard. Grævæ. *d. concl.* 27. *conſid.* 2. *num.* 8. 5

Limita quartò in fidejuſſore negante ſe eſſe fidejuſſorem, quia excuſſionis privilegium amittit. Vide Anton. Gom. *tom.* 2. *var. c.* 13. *num.* 14. *verſ. ſeptimò limita,* Theſaur. *deciſ.* 50. quem refert Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. p.* 1. *collect.* 237. *prope finem,* Molin. *diſp.* 545. *verſ. item fidejuſſor,* Rebello *d. p.* 2. *lib.* 16. *q. unic. de fidejuſſor. n.* 20. *verſ. eodem quoque,* Cald Pereira *de empt. cap.* 27. *n.* 1. *& c.* 33. *n.* 20. Ordin. Regia *Luſitan. lib.* 4. *tit.* 59. *§.* 1. 6

Limita quintò, quando procedi mandatur ſummariè, de plano, & ſola facti veritate inſpecta, ut per Ozaſc. *Pedem. deciſ.* 51. *num.* 1. Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *q.* 51. *num.* 8. *& conſ.* 25. *num.* 13. Cald. Pereira *d. c.* 33. *num.* 30. Cum diſtinctione reſolvunt Cornaz. *Lucenſi deciſ.* 37. *ſub num.* 4. Ioſeph. Ludov. *Peruſ. deciſ.* 45. *ſub num.* 9. Bernard. Grævæ. *d. concluſ.* 27. *conſid.* 3. *per totam.* 7

Limita ſextò in mercatore, ſeu campſore fidejubente, ut per Mench. *illuſtr. cap.* 33. *num.* 23. Menoch. *conſ.* 662. *num.* 14. Theſaur. *Pedem. deciſ.* 166. *num.* 7. Franc. Marc. *Delphin. deciſ.* 887. *num.* 17. *p.* 1. Surd. *conſ.* 309. *n.* 3. Cald. Pereira *d. c.* 33. *n.* 26. Caroc. *de excuſſ. bonorum, q.* 48. *n.* 2. *p.* 2. Bernard. Grævæ. *d. concluſ.* 27. *conſid..per totam.* 8

Limita ſeptimò in foro Canonico, ſeu Eccleſiaſtico, ubi excuſſionis exceptio denegatur, ut per Menoch. *conſ.* 662. *num.* 15. Gabr. *commun. lib.* 3. *tit. de fidejuſſ. concl.* 1. *num.* 72. Caroc. *d. q.* 51. *n.* 1. *p.* 2. Valent. Franc. *de fidejuſſ. cap.* 3. *n.* 401. Bernard. Grævæ. *d. concluſ.* 27. *conſid.* 6. 9

Limita octavò ſi pacta mercede fidejuſſiſſet, ut per Surd. *conſ.* 309. *num.* 11. *&* 12. Hieron. Magon *Florentina deciſ.* 136. *n.* 8. An autem licitè quis recipiat pecuniam, ut ſit fidejuſſor pro alio? Vide Sot. *de juſtit. lib.* 6. *q.* 1. *art.* 2. *verſ. quapropter,* Palat. *in repet. cap. per veſtras, de donat. inter virum & uxorem, notab.* 6. *§.* 9. 10

ex

*ex num.*10. Petr. à Navar. *de reſtit.tom.*2.*lib.*3.*c.*2.*ex n.*247. Covar.*var.ar.lib.*3.*c.*2.*n.*6. Alphonſ.Villag. *in tract. de uſuris,q.*23. *per tot.* Perez *in rubr.tit.*2. *verſ. quaro ſucceſſivè, lib.*8.*ordinam. pag.*23. Matienſ. *l.*1. *gloſſ.*8. *n.*66. *tit.* 11.*lib.*5.*novæ recop.*

11 Limita nonò in parte, cui pro filio fidejubenti præciditur excuſſionis exceptio, ut per Boër.*deciſ.*221. *à num.*13. Theſaur *Pedem.deciſ.*166 *n.*5. Franc. *de fidejuſſ.cap.*5.*n.*419. latiſſimè cum ampliationibus, & limitationibus Vincent.Caroc.*de excuſſ.bonorum,quæſt.*6. *part.*2. Anton.Hering. *de fidejuſſ. cap.*277. *à n.*244. *part.*1.

12 Limita decimò, quando debitor principalis eſt abſens à loco ſui domicilii. Vide Bertaz *de clauſ.inſtrum. clauſ.*40.*gloſſ.*4.*ſub n.*2.Cæſ.Barz.*deciſ.*20.quem refert Aloyſ.Ricc. *in collect.deciſ.part.*1. *collect.*237. *limit.*1. Cald.Pereira *d.c.*33.*n.*17.Bernard.Grævæ *d.concl.*27. *limit.*9. & extende quod adhuc excuſſionis exceptionem fidejuſſor obtendere non poſſit quando proceſſu pendente reverteretur principalis, ut per Gabr. *lib.*3. *commun.tit.de fidejuſſ. concl.*5.*n.*334. Vincent.Caroc. *de excuſſ. bonorum*, *q.*46. *n.*2. *verſ. ampliatur quintò*, licèt contrarium & rectius, & æquius dicat Anton. Hering. *d.tract.de fidejuſſ. c.*24.*n.*24.

13 Limita undecimò in cauſa appellationis, qua excuſſionis exceptio opponi nequit, ut per Barth.Bertaz. *d.gloſſ.*4.*ſub n.*2.*verſ.quo fit,ut lite conteſtata*, Vincent. Caroc. *de excuſſ.bonorum,q.*9.*n.*1.*p.*3. Valent.Franc. *in tract.de fidejuſſ.c.*5.*n.*278.Bernard.Grævæ.*d.concl.*27. *conſid.*11.

14 Limita duodecimò in agente hypothecaria adversùs tertium poſſeſſorem, cui non datur excuſſionis exceptio, ut per Cornaz.*Lucenſi deciſ.*37.*n.*1. Valent. Franc.*de fidejuſſ.cap.*5.*n.*149.& 414.Peregr.Iannin.*de citat.reali, lib.*1. *c.*1.*n.*393. Theſaur.*Pedem.deciſ.*51.

15 *n.*4. Poſſeſſor tamen prædii ſuper quo venditæ erant certæ menſuræ frumenti, conventus ad illas ſolvendas, non poteſt excipere de excuſſione priùs facienda in venditore, ut per Gam.*deciſ.*145. *n.*2. Valaſc. *de jure emphyt. q.*32. *ſub num.*14. *verſ. ex quo promiſſio*, Petr. Salazar *de uſu,& conſuet. c.*11. *n.*47. Cevall. *commun. contra communes, q.*76. *num. fin.* quamvis contrarium tueatur Peregr. *conſ.*97.*n.*9.*lib.*1.

16 Limita decimotertiò quando principalis ceſſit bonis, ut per Neguz.*de pignorib.*1.*membro* 8.*partis,n.*15. Cald Pereira *d cap.*33.*n.*18. ubi etiam idem reſolvit quando debitor principalis eſt pauper, & notoriè non ſolvendo, de quo etiam Vivian.*Neapol.deciſ.*269.*n.*2. Peregr.Iannin.*de citat.reali,c.*1.*n.*399.Bernard.Grævæ. *d.concl.*27.§.3. *conſid.*1. *n.*15.

17 Limita decimoquartò, quando debitoris bona non in propinquo, ſed in remoto judicii, ubi diſceptatur, loco eſſent ſita, ita quod difficilis & incommoda creditori eveniet principalis excuſſio, ut per Theſaurum *Pedem.deciſ.*40. *ſub n.*3. quem refert Bernard.Grævæ. *d.conſid.*1 *num.*14. Idem quando principalis debitor eſſet mortuus, nam eo caſu poterit recta via conveniri fidejuſſor abſque eo, quod hæres debitoris excutiatur, *l.fidejuſſor obligari, §.fin. in fine, ff.hoc titulo.* Caroc. *de excuſſion. p* 2. *quæſt.*71. *n.*3. Ludov.Cencius *d.art.*2. *num.*21.ubi *num.*22. intelligit quando defunctus fuit in mora.

18 Limita decimoquintò in fidejuſſore, ſi ſit correus debendi qui de jure Luſitano poteſt conveniri ante debitorem, ut per Cald.Pereira *d.c.*133.*n.*3. Molin. *diſp.*542.*verſ.de jure Luſitano*, Rebello *de oblig.juſtitiæ p.*2.*lib.*16.*quæſt.unic.de fidejuſſ. n.*20.

Si ex confeſſione prædictorum Clericorum,&c.] Vtrùm autem ſatis ſit fidejuſſori probare ſolutionem à ſe fuiſſe factam per ſolam confeſſionem creditoris ſine alia probatione numerationis, ut poſſit agere adversùs debitorem, qui illum promiſit ſervare indemnem? vide Felin.*in cap.ſi cautio, n.*89.*de fide inſtrum.*Afflict. *deciſ.*92. *n.*3.& *deciſ.*94. *n.*3. & *deciſ.*150. *num.*35. Hippol.de Marſil. *in tract.de fidejuſſ. n.*265. *verſ. trigeſimoquintò*, Tiraq. *de retract.lign.*§.10. *gloſ.*18.*n.*84. & *de retractu convent.* §.4. *gloſſ.*6. *n.*17. Maſcard. *de probat. concl.*373. *ex num.*1.

Ipſúmque ſervent indemnem.] Notatur ad hoc, quod 19
fidejuſſor non tantùm agit ad debitum principale, quod ſolvit, ut *in l.indebitam, ff.de condict.indebiti*, cum ſimilibus, ſed etiam ad intereſſe, & damna ſine culpa ſua ex ſolutione facta provenientia, in quo hic text.eſt notabilis ſecundùm omnes *hic*, Duen.*reg.*337. *ampl.*2.Cald.Pereira *d.c.*33.*n.*129.fidejuſſionis enim natura eſt, ut indemnis præſtetur fidejuſſor, ut per Steph.Gratian. *Marchiæ deciſ.*147. *num.fin.* Ant.Fab. *in ſuo Cod.tit.de fidejuſſor.definit....* Valent.Franc.*tract. de fidejuſſ. cap.*5. *n.*508.*cum ſeqq.* Bernard.Grævæ. *ad practic.Cameræ Imper. lib.*2. *concl.*29.*conſid.*6.

Alioquin de redditibus eorum,&c.] Dum decidit hic text.cogendos eſſe Clericos de redditibus ſuorum beneficiorum ſatisfacere pro debitis ſuis, vel alienis, quæ tanquam fidejuſſores ſe ſolvere obligarunt, videtur probare beneficiarios verè & propriè dominos eſſe fructuum ſuorum beneficiorum, & de illis diſponere poſſe, excepta diſpoſitione prævia ultimæ voluntatis: vide tamen quæ circa interpretationem hujus text. tradunt Nav.*de redditib. Eccleſ. quæſt.*1.*mon.*64. Sarmient. *p.*4.*c.*1.*à princip.*& *in defenſor. c.*46. Baëz. *de inope debitore, c.*12.*n.*18. Gutier. *de juram.confirm. p.*1.*c.*17.*n.*4.

Præfatos verò Clericos, &c.] Notatur ad hoc quod 20
non poteſt quis venire contra proprium juramentum. Vide Felin. *c.*2.*n.*3.*de ſponſalib.* Bonacoſ. *tom.*1. *commun.opin.lib.*4.*tit.*1. *n.*169. *pag.*450.

Si religionem fidei, & juramenti, &c.] Notatur ad 21
hoc, quod alterum ex copulatis non ſufficit, cùm utrumque eſt neceſſarium, ut per Tiraq. *in tract.Ceſſante cauſa, limit.*22. *n.*14.

In gloſſ. *Redditibus.* Notatur ad hoc quod in fructi- 22
bus Præbendæ, ſeu beneficii Eccleſiaſtici, non fit executio pro condemnatione Clerici, dummodo habeat alia bona, ſed ſi alia bona non habeat, poteſt fieri executio in dictis bonis, ut per Duen.*reg.*275. *verſ.limita undecimò.* Et Clericus fidejuſſor ſi habeat unde ſolvat ex patrimonio ſuo, vel ex redditibus ſui beneficii in quantum facere poteſt ne egeat, tenetur, ſed eo non exiſtente ſolvendo, non poteſt carcerari, Anton.Gom. *tom.*2.*var. c.*13. *n.*18. *in fine*, *verſ. unum tamen eſt*, Farin. *in praxi crimin. p.*1.*q.*27. *n.*66.

SVMMARIVM.

1 *Debitor per diſtrictionem canonicam compellitur à fidejuſſione fidejuſſorem abſolvere, qui à creditoribus moleſtatur.*

2 *Clericus ſi de facto fidejubeat, fidejuſſio eſt valida, & remanet obligatus.*

3 *Fidejuſſor ſimpliciter acceptus tenetur ad uſuras, intereſſe, vel augmentum debiti ex mora principali.*

4 *Obligatio facta pro principali debito trahitur etiam ad intereſſe, & uſuras.*

5 *Bona obligata pro dote, cenſentur etiam obligata pro alimentis, & uſuris.*

CAP.

Cap. Conſtitutus III.

1 SI conſtiterit quod fidejuſſor pluries moleſtatur à creditoribus, eſt cogendus debitor per cenſuras Eccleſiaſticas ut liberet eum à fidejuſſione: quod ſi debitor neget debitum, cogendus eſt ſubire juramentum calumniæ. Item judices loci diſtantis debent accipere teſtimonia,& tranſmittere, v.g. ad Epiſcopum, & ſignificare quæ fides ſit eis habenda, miſſo procuratore ad locum, ubi teſtes deponunt. Colligunt ex Ordin.Abb.antiq.Innoc Collect.Zabar. Ioan.Andr.Imol. Anan.Hoſt.Anch. Henric.Barbat. Panorm.Guid.Papæ, Vivian. *in ration.lib.*3. *juris Pontif. pag.*101. Alagona *in compend.juris Canon. pag.*441. remiſſivè Ximen. *in concord.p.*1.*&* 2. refertur ab Anton.Auguſt. *collect.*1. *Decret.lib.*1.*tit.*18.*c.*5.

2 Collige ex text. quod ſi Clericus de facto fidejubeat, fidejuſſio eſt valida,& remanet obligatus. Carol. de Graſſis *effectu* 44. *num.*3. Gregor. *l.*2. *verbo de los Obiſpos, tit.*12.*part.*5. Menoch. *de præſumpt.lib.*2. *præſumpt.*46.*n.*15. Cald.Pereira *de extinct.emphyt. c.*17. *n.*10.*verſ.infertur* 23. *colum.*2. Roman. *conſ.*409.*n.*7. Cened. *ad Decret.collect.*164.*n.*2. Bellet. *diſquiſit.clerical. p.*1. *tit.de diſcipl.cleric.§.*32.*n.*6. ubi etiam cum Surd. *conſ.*396. *num.*25.*vol.*3. dicit ſecus eſſe quando fidejuberet coram non ſuo judice.

3 In gloſſ. *Acceſſiones,*2.ibi, *diſtingue utrum fidejuſſerit in omnem cauſam,*&c. Notatur ad hoc,quod fidejuſſor ſimpliciter acceptus non tenetur ad uſuras, intereſſe,vel augmentum debiti ex mora principali, ut per Abb.*hic, n.*7. Corraſ.*lib.*2.*miſcel.c.*12.*n.*9. Sed verius eſt fidejuſſorem ſimpliciter ſe obligantem pro contractu, vel debito alieno teneri ad uſuras, ac intereſſe proveniens ex natura obligationis principalis. Vide D.Barboſa *in l.*1.*ff.ſoluto matrim.part.*3.*num.*28. Neguz. *de pignoribus,*5.*part. memb.*1.*num.*10. Surd. *deciſ.*212.*num.*8.*cum ſeqq.& de aliment.tit.*8.*privil.*50.
4 *num.*2.*& tit.*9.*quæſt.*31. *num.*14. ubi quod obligatio facta pro principali debito trahitur etiam ad inter-
5 eſſe, & uſuras: & *num.*15. quod bona obligata pro dote cenſentur etiam obligata pro alimentis, & uſuris dotalibus,& *num.*37. quod hypotheca conſtituta pro ſorte includit intereſſe,& uſuras: & *num.*73. reſolvit quod tunc fidejuſſor non tenetur ad uſuras & alimenta, quando fidejuſſit habito reſpectu ad certam quantitatem ſortis, putà pro centum, ubi tamen ſimpliciter,& ſine determinatione quantitatis interceſſit, tunc obligatur ad uſuras. Vide Stephan. Gratian. *diſcept.forenſium cap.*30.*num.*28.*& cap.*117. *num.*5. *cum ſeqq.*

6 In gloſſ. *Tranſmittentes,*ibi, *hoc fieri poteſt in cauſis civilibus.* Notatur ad hoc quod in civilibus teſtium receptio committitur, ut per Socinum *reg.*310.*in princ.* Menoch. *remed.*15. *recup. num* 346.Virgil.Boccac. *in tract.de literis remiſſor.cap.*4. Farinac. *in praxi crimin. q.*77.*num.*2. Buccaron. *de different. inter judicia civil. & crimin. differ.* 83. *num.*1. etiamſi teſtes præſentes exiſtant, & in loco judicii morentur; adhuc enim judex poterit eorum examinationem notario committere, ſecundùm Roman. *ſing.*397.*verſ. ſcis quod licet in cauſa civili,*Menoch.*d.loco,num.*350. Farin. *d.q.*77. *n.*178.*& ſeqq.*Sigiſm.Scac.*in tract.de judic.cauſ.civil. lib.*2.*c.*8.*n.*42.*&* 43. Buccaron. *d.differ.*83. *poſt n.*9. *verſ.& hæc de teſtibus.*

In eadem gloſſ.ibi, *ſecus in criminalibus, in quibus teſtes in præſentia judicis ſuum teſtimonium dicere debent.* Ita Roman.*ſing.*292.*incip.Perſonæ egregiæ.* Octav. Veſtr. *in ſua practic lib* 6. *cap.ult. rubr. de remiſſ. ad partes, ac illius proceſſu, ſub num.*1. *verſ. non tamen paſſim,* Buccaron. *dicta differ.*83. *num.*2. & dixi latè *ad cap.*1. *in fine, de teſtibus cogend.*

SUMMARIUM.

1 *Religioſus ſi fidejubeat,vel mutuum accipiat ſine licentia Prælati, & majoris partis Capituli, non tenetur Eccleſia, & ipſe recipiens punitur, niſi mutuum ſit verſum in utilitatem Eccleſiæ.*
2 *Lex prohibitiva loquens de certis Religioſis,in aliis locum non habet,etiam data ſimilitudine rationis.*
3 *Fidejubere pro aliquo non poteſt Clericus Eccleſiæ Collegiatæ.*
4 *Religioſus fidejuſſor exiſtere non poteſt abſque Prælati & majoris partis Capituli licentia.*
5 *Prælatus monaſterii abſque conſenſu conventus nec fidejubere, nec fidejubendi facultatem concedere poteſt.*
6 *Religioſus ſi de facto fidejubeat abſque Conventus licentia, irrita eſt fidejuſſio.*
7 *Religioſus non poteſt mutuum recipere ultra ſummam communi providentia conſtitutam, niſi Prælati, & majoris partis Conventus licentia interveniat.*
8 *Eccleſia, vel Monaſterium non tenetur ex mutuo ſuſcepto à particulari, niſi in ipſius utilitatem verſum probetur.*
9 *Probatio verſionis in utilitatem eſt neceſſaria in mutuo ſuſcepto ab ipſo Prælato, & Capitulo inſimul, ut ex illo Eccleſia obligetur.*
10 *Eccleſia,vel Monaſterium tenetur ex mutuo ſuſcepto à Prælato, ubi eidem ſatisfieri poteſt ex redditibus, abſque diſtractione bonorum immobilium Eccleſiæ, vel mobilium pretioſiorum, ut* n.11.
12 *Probatio verſionis in utilitatem Eccleſiæ non eſt neceſſaria ubi mutuum fuerit acceptum intra ſummam ab Eccleſia communi ordinatione taxatam.*
13 *Mutuum recipiens, ſi habeat ſpeciale mandatum, vel licentiam ab Eccleſia ad illud recipiendum, obligabitur abſque alia probatione verſionis.*
14 *Eccleſia,& minor adverſus mutuum à ſe receptum reſtituuntur eo ſolùm quod in eorum utilitatem verſum non probetur.*
15 *Succeſſor ut conveniri poſſit pro debito contracto per ejus prædeceſſorem, requiritur quod pecunia probetur verſa in utilitatem Eccleſiæ.*
16 *Emptor rei Eccleſiæ, quæ fit pro ipſius debito perſolvendo, tenetur probare, & curare pretium ad ſolutionem debiti profeciſſe.*
17 *Mutuum ſi fiat Prælato, & Capitulo inſimul, non eſt neceſſarium quod probetur eſſe verſum in utilitatem Eccleſiæ.*
18 *Probatio verſionis in Eccleſiæ utilitatem qualiter probetur.*
19 *Fidejubere ex pietate tenetur Clericus quando adeſſet urgens neceſſitas.*

Cap. Quod quibuſdam IV.

Innoc. III.

REligioſus nullus abſque ſui Abbatis, & majoris 1
partis Capituli licentia poteſt fidejubere pro aliquo, nec accipere mutuam pecuniam ultra ſummam à Capitulo conſtitutam, alioquin non tenetur Conventus pro his reſpondere, niſi manifeſtè conſtet quod pecunia fuit converſa in utilitatem Eccleſiæ. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Imola, Ananias, Butr. Hoſt. Henric,

Dec. *conſ.*142. *num.*4. Balb. *de preſcript.* 1. *part.*5. *princip. quæſt.*20. Afflict. *deciſ.*305. *num.*10. Clar. *§. feudum, quæſt.*13. *num.*4. Ruin. *conſ.*35. *num.*30. *lib.*1. Cephal. *conſ.*156. *num.*30. *lib.*2. Rebuff. *de rebus Eccleſiæ non alienandis, num.* 33. Cavalcan. *deciſ.*30.*n.*8. *& deciſ.*31. *à n.*56. *&* 93. Gam. *dec.*342. *num.*4. Borell. *d. tit.*33. *n.*135. Seraph. *deciſ.*434. *& deciſ.*1451. *n.*3. *& deciſ.*1460. Rot. *deciſ.*160. *n.*5. *p.*2. *diverſ.* & fuit dictum *in Romana domus.* 13. *Ianv.* 1586. coram Cardin. Blanchetto, & *in Vlixbonen. prædii,* 24. *Ianvar.* 1603. coram Reverendiſſ. Arrigonio. & *in Nucerina prædii,* 24. *Maii* 1624. coram R.P.D. Merlino, ſtatim *in princ.* Et etiam ſufficit quod bona ſint
5 ſolita venire in diviſionem, ut in futurum etiam dividi debeant. Vide Palat. *in repet. c. per veſtras, de donat. inter virum,* §. 18. *n.*37. Pelaëz *de majoratu,p.*4. *q.*20.
6 *num. ult.* Molin. *de primog. lib.*2. *c.*6. *n.*26. Et bona Eccleſiaſtica ſemel conceſſa in emphyteuſim, poſſe in poſterum concedi reſolvunt Gam. *Luſitan. deciſ. ult. n.*4. Cald. Pereira *de renovat. emphyt. q.*16. *n.*71. quia Prælatus licèt non poſſit de novo inveſtire, poteſt tamen renovare inveſtituram, Afflict. *in cap.*1. *num.*11. Barbat. *conſ.*19. *col.*1. Iaſ. *conſ.*222. *vol.*2. Socin. ſen. *conſ.*52. *col.*5. *vol.*1. Nam quando res fuit ſemel alienata cum debitis ſolemnitatibus, videtur ex tunc ſtatutum, & ordinatum, quaſi in vim illius primæ alienationis, quod de cætero res poſſit alienari, & propterea quando revertitur ad dominum directum, & de novo alienatur, in hoc dicitur executioni demandari antiqua alienatio, Curt. jun. *de feudis, in* 2. *p. q.*1. *col.*2. *verſ. quartò me movet,* Rota *deciſ.*360. *n.*12. *part.*1. *diverſ. & deciſ.*622. *n.*20. *lib.*3. *part.*3. *etiam diverſ.* Neque in renovatione infeudationis intervenire debent illæ ſolemnitates, quæ requiruntur in alienatione rei Eccleſiæ, Clar. *§. feudum, q.*13. *n.*5. Ruin. *conſil.*141. *num.*2. *& conſ.*161. *num.*35. *vol.*1. Rimin. jun. *conſ.*233. *num.*80. *vol.*3. Prout nec etiam neceſſariæ ſunt ſolemnitates *Extravag. Ambitioſæ, de rebus Eccleſ. non alien.* quando agitur de re ſolita locari, Iaſ. *conſ.*227. *n.*17. *& conſ.*155. *num.*30. *lib.*2. Rot. *in Senen. prædii,* 8. *Octobris* 1584. coram Card. Pamphilio ſen. & *in Romana relocationis caſalis,* 16. *Martii* 1615. coram Cardin. Sacrato; attamen eſt neceſſaria utilitas, ut ſi reperiatur major oblatio, non teneatur Eccleſia revocare pro eodem pretio, *c. tua nuper, de his quæ fiunt à Prælat.* Anton. Gabr. *commun. tit. de jure emphyt. concl.*1. *n.*18. Cæſar de Graſſis *deciſ.*4. *de rebus Eccleſiæ non alien. n.*9. & faciunt tradita per Abb. *in c. ad aures, n.*4. *de rebus Eccleſ. non alien.* & ibi Imol. *verſ. item nota demùm,* & fuit reſolutum *in dict. Romana relocationis caſalis,* coram Cardin. Sacrato.

7 *Redire.*] Verbum hoc indicat ipſo jure, & eſt latæ ſententiæ, ut per Tiraq. *in l. ſi unquam, verbo Revertatur, num.*132.

8 *Liberè.*] Verbum hoc idem importat quod ſine alicujus impedimento, & contradictione, ut per Turzan. *tom.*2. *commun. opin. tract. de feudis, tit.*8. *quibus ex cauſis feudum amittatur, n.*85. Surd. *dec.*265. *num.*3. Cald. Pereira *de renovat. emphyt. q.*8. *num.*12. Valaſc. *conſult.*123. *n.*9. Modern. *de jurisdict. part.*4. *caſu* 20. *num.*9. Nicol. Garc. *de benefic. part.*1. *cap.*5. *num.*376. & alios per me citatos *in tract. de dictionibus uſufrequentioribus, dict.*190. *n.*3. *&* 8.

De Pignoribus, & aliis cautionibus.

TIT. XXI.

SVPER hanc rubricam ſcripſerunt Zabar. Ioan. Andr. Imol. Anan. Anchar. Panorm. Henric. Caniſ. Guillelm. Durand. *in Breviario Iuris Canonici, fol.*100. Petr. de Ravenna *in compendio Iuris Canonici,* Ioan. de Londris *in Breviario ſanctorum Canonum.* Martin. Meſnart. *in epitome Decretal. fol.*113. *verſo,* Daniel Venator *in analyſi methodica juris Pontif. à pag.*423. Goffred. & Hoſtienſ. *in ſumma hujus tituli,* Alexand. Caſan. & Anaſtaſ. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decretal.* Bart. Carthag. *in expoſitione tit. juris Canonici,* Zypæ. *in analytica poſtremi juris Eccleſiaſt. enarrat. pag.*211. omnes *ſub hoc tit.*

De materia tituli ſpeciales tractatus in lucem edidêre Anton. Neguzant. Auditor Rotæ *tom.*6. *tract. Doctor. p.*1. *fol.*194. Franc. Balduin. *eod. tom.*6. *p.*1. *fol.*268. Hugo Donel. *eod. tom.*6. *p.*1. *fol.*258. Andr. Gail. Gabr. Mudæus, Gabr. Vaſq. Ioan. Bapt. Schuvartzenthaler, & agunt Azor. *inſtit. moral. p.*3. *lib.*7. *de pignoribus, atque hypothecis,* Alex. Trentacinq. *variar. reſol. lib.*3. *ſub eod. tit.* Vaſq. *in opuſc. de pignor.* Paul. Layman. *in Theolog. moral. lib.*3. *tract.*4. *c.*30.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſiæ res pignorari non debent, niſi ex neceſſitate, & rationabili cauſa.*

2 *Sacræ res non poſſunt pignori obligari.*

3 *Sacræ res quibus ex cauſis alienari, ſeu pignorari poſſint, oſtenditur.*

CAP. Nullus Presbyter I.

Ex Concil. Remen.

PResbyter non poteſt laicis pignorare res Eccleſiæ, 1
ut Calicem, librum, veſtes, niſi juſtiſſima urgente neceſſitate. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Imol. Ananias, Butr. Hoſtienſ. Henric. Anchar. Panormitan. Barbat. Guid. Papæ, Vivian. *in rationali libri tertii juris Pontificii, pag.*195. Alagona *in compendio juris Canonici, pag.*438. remiſſivè Ximen. *in concord. part.*2. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.*1. *Decretal. lib.*3. *tit.*17. *c.*1.

Collige ex text. res ſacras, quæ ſcilicet per conſe- 2
crationem, vel benedictionem in cultum divinum Deo dicantur, non poſſe pignori obligari, ut per Ordin. Reg. Luſitan. *lib.*2. *tit.*24. & apud Caſtellanos *l.*7. *tit.*2. *lib.*1. *nova recopil.* Covar. *lib.*2. *variar. cap.*16. *n.*8. Mozz. *de contract. tract. de pignorib. cap. de rebus quæ pign. n.*13. Rebel. *de oblig. juſtitiæ, p.*2. *lib.*16. *quæſt. unic. de oblig. contract. de pign. n.*4. Azor. *inſtit. moral. p.*3. *lib.*7. *c.*6. *q.*4. Vaſq. *in opuſc. de pignorib. c.*1. *§.*2. *n.*6. Vtrùm autem poſſint locari pro pretio, vide Vgolin. *de ſimon. tab.*1. *c.*44. *§.*1. *num.*3. *verſ. quoad primum caſum,* Bonac. *in ſimili tract. q.*4. *n.*12. Soar. *de relig. tom.*1. *lib.*4. *de ſimon. c.*14. *n.*25. Filliuc. *tract.*45. *c.*3. *q.*12. *n.*29.

Niſi juſtiſſima neceſſitate urgente.] Notatur ad hoc, 3
quod res ſacræ non aliter alienari poſſunt, nec pigno

pignori, quam ex ſumma neceſſitate, ut per Covar. *d.c.*16.*n.*8. quem refert Guttier. *pract. lib.*3.*q.*8.*n.*2. ubi *n.*3. quod cauſa præcipua ad alienationem rerum Eccleſiæ eſt redemptio captivorum, imò ad captivos redimendos, & carcere detentos liberandos, aut propter imminens belli periculum poſſe aurum, & argentum Eccleſiæ capi, reſolvunt Surd. *deciſ.*367.*n.*43. Morl. *in emporio juris, p.*1. *tit.*1.*q.*16. *n.*26. Modern. *de juriſdict. p.*3. *caſu* 10. *n.*3. Sic eodem modo Eccleſiæ bona poſſe pro alimentis pauperum non ſolùm parochianorum, ſed etiam exterorum pignorari, & vendi, tenent Covar. *d.c.*19. *n.*8. *verſ. cæterum res Eccleſiarum*, Surd. *de aliment. tit.*8. *privil.*46. *n.*5.

SUMMARIUM.

1 *Homo liber non poteſt pignorari*, & n.2. *item nec propter æs alienum detineri*, ut n.3.

4 *Debitorem fugientem poteſt creditor propria auctoritate ſubſequi, & detinere.*

5 *Pater poteſt filium vendere in maxima neceſſitate, & quid in matre*, n.6.

Cap. Lator II.

Gregor. III.

1 HOmo liber non debet pro debitis detineri, ſi non habet unde ſolvat. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Butr. Hoſt. Anch. Panorm. Henric. Boich. Barbat. Guid. Papæ, Henric. Caniſ. Vivian. *in ration. libri tertii juris Pontif. pag.*196. Alagona *in compendio juris Canonici, pag.*438. remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.*1. & 2. deſumitur ex D. Greg. *epiſt.*43. *lib.*3. *regiſtri*, & refertur ab Ant. Aug. *collect.*1. *Decretal. lib.*3. *tit.*17. *c.*2.

2 Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſumunt *l.*3. *tit.*14. *p.*5. Navar. *in man. c.*17. *n.*88. Cov. *lib.*2. *var. c.*1. *n.*1. Gom. *tom.*2. *var. c.*11. *n.*52. *ad fin.* Cened. *ad Decret. collect.*73. *n.*1. Guid. Pancirol. *variar. lect. lib.*2. *c.*100. Vaſq. *in opuſculo de pignoribus c.*1. §.1. *n.*7. Cardoſ. *in praxi judicum, verbo Pignus* 4. Azor. *inſtit. moral. p.*2. *lib.*7. *c.*6. *verſ. item liber homo*, Felician. *de*

3 *cenſib. lib.*1. *c.*8. *n.*8. Hinc etiam ex hoc text. ut plurimùm illa ſolet communiter concluſio deduci, quod liber homo propter æs alienum detineri non poteſt, in quo traductus videtur ex *l. qui filios* 6. *C. quæ res pignori*, de qua Connan. *comment. juris civilis lib.*4. *c.*14. *num.*8. Neguz. *de pignor. p.*2. *memb.*3. *n.*4. & 5. Gom. *de poteſtate in ſe ipſum, lib.*2. *c.*14. *n.*32. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.*25. *n.*576. quam quidem ex noſtro text. deſumptam concluſionem obtinere dicit Henric. Caniſ. *in præſenti*, in eo, qui bonis ſuis

4 cedere vult, aliàs ſecus. Non procedit tamen in debitore fugiente, quem creditor etiam propria auctoritate poteſt ſubſequi, & detinere, & detrahere quod ſibi debet, Guttier. *pract. lib.*1. *quæſt.*82. *n.*1. Azeved. *l.*2. *n.*157. *tit.*13. *lib.*8. *novæ recopil.* dummodo captum intra viginti quatuor horas ſuo judici competenti præſentet, Guttier. *d. q.*82. *n.*1. Azeved. *d.l.*2. *n.*159. *cum ſeqq.*

5 In gloſſ. *Lex*, ibi, *pater enim poteſt filium obligare quandoque, quoniam & vendere poteſt in maxima neceſſitate, C. de patribus, qui filios diſtraxerunt, l.*2. Vide Xuar. *tit. de los goviernos, in princip. n.*20. Rebuff. *ad leges Galliæ, in proœm. gloſſ.*5. *n.*62. Covar. *lib.*3. *var. c.*14. *n.*4. Menoch. *de ſucceſ. progreſſu, lib.*1. *p.*2. §.1. *n.*17. Barat. *in addit. ad Palat. in rub. de donat. inter virum, & uxor.* §.65. *n.*45. *lit. M*, Pinel. *in rub. C. de bonis mat. p.*2. *n.*20. Donel. *comment. juris civilis lib.*2. *c.*25. *poſt med.* Molin. *de primog. lib.*4. *c.*5. *n.*14. Mozz. *de contract. lib. tit. de empt. rub. de rebus, quæ emi, vel vendi poſſ. n.*51. Aſcan. *de patria poteſt. cap. ult. effectu* 1. *in princ.* Cald. Pereira *de reſol. emphyt. c.*6. *n.*18. Molin. *de juſtit. tract.*2. *diſp.*13. *verſ. ſciendum eſt item*, D. Barboſ. *in l. ſi conſtante, in princ. n.*95. *ff. ſoluto matr.* Surd. *de aliment. tit.*8. *privil.*38. *n.*7. Azor. *inſtit. moral. p.*2. *lib.*2. *c.*19. *q.*6. *verſ.*2. Modern. *de juriſd. p.*5. *caſu* 90. *n.*1. Bobad. *in ſua politica, lib.*3. *c.*3. *num.*11. Sayr. *in clavi Regia, lib.*9. *c.*6. *n.*19. *cum ſeqq.* Cardoſ. *in praxi judicum, verbo Servitus, n.*56. D. Chriſtoph. de Pace *ad leges ſtyli, l.*80. *n.*18. Rebel. *de oblig. juſtit. p.*1. *lib.*1. *q.*9. *n.*12. Utrùm autem talis filius à patre venditus cogere poſſit ipſum patrem, ut eum redimat, & liberet, ſi ipſe poſteà venerit ad pinguiorem fortunam? Vide Cov. *d.c.*14. *n.*4. *verſ. quinto*, Molin. *d. diſp.*33. Sayr. *d.c.*6. *n.*20. Et an locum habeat in filio clerico, vide 6
Mozz. *d. tit. de rebus, quæ emi, vel vendi poſſunt, n.*51. Surd. *de alim. tit.*8. *privil.*38. *n.*16. Modern. *d. caſu* 90. Sayr. *d. c.*6. *n.*21. Et an procedat diſpoſitio *d. l.*2. in matre? Vide Rebuff. *de privileg. ſcholar. privileg.*177. *verſ. primò*, Pinel. *ad rub. C. de bonis mat. p.*2. *n.*23. Molin. *d. diſp.*33. *verſ. ſciendum*, Rebel. *q.*9. *n.*12. *verſ. quod ſi ſine*, & *n.*52. Azor. *d. c.*19. *q.*6. §. *ſecundus effectus, verſ. alterum eſt.*

SUMMARIUM.

1 *Rector Eccleſiæ ſi pro facto proprio rem Eccleſiæ obligavit, cogitur ejus hæres rem redimere, & Eccleſiæ reſtituere.*

2 *Succeſſor in beneficio quando teneatur ad debita prædeceſſoris, oſtenditur.*

3 *Redditus beneficii à principio ſufficientes, ſi ex poſtfacto minuantur, tunc compelli poſſunt parochiani ad juſtam alimoniam ſupplendam.*

4 *Creditori incumbit onus probandi filium eſſe hæredem.*

Cap. Ex præſentium III.

Alex. III.

REctor Eccleſiæ ſi facto proprio pignoravit res Eccleſiæ, & moriatur, compelletur ejus hæres redimere res, & reſtituere Eccleſiæ. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Imol. Anan. Butr. Hoſt. Anch. Henric. Panorm. Barbat. Guid. Papæ, Viv. *in ration. libri tertii juris Pontificii, pag.*197. Alagona *in compend. juris Canon. pag.*438. remiſſivè Ximen. *in concord. p.*1. & 2. refertur ab Ant. Auguſt. *collect.*1. *Decret. lib.*3. *tit.*18. *c.*3. & eſt poſt Concil. Lateran. ſub Alex. III. *p.*29. *c.*1. 1

Pro ſua neceſſitate.] Intellige reparandi ſuas proprias domos, vel pro alia ſimili, aut eo caſu quando clericus habet patrimonium, & tamen pro neceſſitate ſuæ perſonæ obligavit bona Eccleſiæ, prout de intellectu hujus text. agens, firmat Marc. Anton. Genuenſ. *in practicab. Eccleſiaſt. q.*202. Et ita quando clericus contraxit debita voluntariè, non pro ſuſtentatione ſua, ſeu pro ſervitio Eccleſiæ, ſed pro alia neceſſitate propria, ut *ſuprà*, tunc etiam ſucceſſor in beneficio non tenetur pro facto, & ad debita per ſuum prædeceſſorem contracta; ſecus ſi contraxit pro neceſſitate, vel utilitate Eccleſiæ, quia tunc ſucceſſor tenetur non perſonaliter ex proprio patrimonio, ſed ex bonis, & redditibus Eccleſiæ, 2 3

Colliguntur hæc ex *cap. quibuſdam*, & ibi *gloſ. penult. de fidejuſſ.& c.1. de depoſito, & c.1. de ſolut.* ubi Hoſt. *n.2. & 3.* & Abb. *n.1. & 2.* Roman. *conſ.440.* Gemin. *conſ...n.2. & 3.* Covar. *var. lib.2. c.17. n.3.* Ant. Gom. *l.40. Tauri, n.72.* Alciat. *conſ.14. n.6. vol.1.* Menoch. *de arbitr. caſu 432. n.32.* Burſat. *conſ.226. n.95. vol.3.* Rot. *deciſ.805. n.4. p.1. diverſ.* quos refert, & ſequitur Bellet. *diſquiſit. cleric. p.1. tit. de Clerico debitore, §.3. n.1.* Surd. *de aliment. tit.8. privil.54. à n.7.* ubi tenet, quod ſi debitum ſit contractum pro ſuſtentatione perſonæ, id eſt, pro alimentis illius beneficiati, ſucceſſor in beneficio tenetur, quando beneficiatus non habebat bona propria obligata, & contraxit ductus ſpe ſolvendi de fructibus Eccleſiæ, de quo etiam Navar. *de ſpoliis Clericor. §.10. n.6.* Prædeceſſor enim contrahens debita pro ſua ſuſtentatione, vel ſua infirmitate, pro neceſſitate Eccleſiæ videtur contraxiſſe, cùm Eccleſia teneatur illum alimentare, ut per Abb. *hic, num.5.* Burſat. *d. conſ.226. num.95. vol.3.* Surd. *deciſ.255. num.25.* ubi *num.26.* reſtringit quoad impenſam factam in infirmitate, qua Clericus deceſſit. Bellet. *d. §.3. n.2.*

3 Vbi tamen redditus Eccleſiæ à principio ſufficientes ex poſtfacto minuuntur, tunc compellentur parochiani ad juſtam alimoniam ſupplendam, ut per Rebuff. *de decimis, q.6. n.22.* D. Barboſ. *in l. alia, §. eleganter, n.29. ff. ſoluto matrim.* adeoque poterit Sacerdos auctoritate ſuperioris propter hoc Sacramenta denegare. Gregor. *l.9. tit.10. p.1.* Lara *in l. ſi quis à liberis, §. etſi impubes, n.31. ff. de liberis agnoſcendis*, Surd. *de alim. tit.1. q.60. n.2. cum ſeqq.*

4 *Ius dicitur obtinere.*] Notatur ad hoc, quod creditori incumbit onus probandi filium eſſe hæredem, & non filio quod abſtinuerit, ut per Tiraq. *in tract. le mort, p.7. declar.2. n.8.*

SVMMARIVM.

1 *Emens rem cum pacto quod poſt certum tempus poſſit illam venditori reſtituere, recipiendo quid plus, quàm exburſaverit, judicatur contractus uſurarius.*
2 *Actus talis præſumendus eſt qualem partes denominarunt.*
3 *Emptio exiguo pretio cum pacto de retro, quando eſt facta ab eo, qui ſolitus eſt fœnerari, tunc contractus magis præſumitur uſurarius.*

Cap. Illo vos IV.

Innoc. III.

1 EMens rem cum pacto quod poſt certum tempus poſſit illam venditori reſtituere, recipiendo quid plus quàm exburſaverit, judicatur contractus uſurarius. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſtienſ. Butr. Anchar. Henric. Panorm. Guid. Papæ, Vivian. *in rationali libri tertii juris Pontificii, pag.188.* Alagona *in compendio juris Canonici, pag.439.* remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. part.1. & 2.* refertur ab Anton. Auguſt. *collect.3. Decretal. lib.3. tit.17. cap.1.*

2 *Ex forma contractus*, &c.] Notatur ad hoc, quod actus talis præſumendus eſt, qualem partes denominarunt, quamvis in contrarium aliquæ ſint conjecturæ, & præſumptiones, ut per Surd. *conſ.450. n.3. lib.3.* Steph. Gratian. *diſcept. forenſ. c.69. n.30. & 31.*

3 *Præſertim cùm uſuras conſueverat exercere.*] Notatur ad hoc, quod quando emptio exiguo pretio cum pacto retrovendendi facta eſt ab eo, qui ſolitus eſt fœnerari, tunc contractus magis præſumitur uſurarius, quia conſuetudo fœnerandi vehemens eſt conjectura. Vide Ordin. Regiam Luſitan. *lib.4. tit.4. §.2.* ibi, *em coſtume de onzenar*, Menoch. *lib.3. de præſumpt. q.122. n.29. & 105.* Cardin. Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib.8. tit.20. n.34.* Cald. Pereira *de extinct. emphyt. cap.13. num.27.* Valaſc. *conſil.56. num.2.* ubi tenet quod ſufficit ſi una vice tantùm fœneratus ſit.

SVMMARIVM.

1 *Mulier agit pro dote contra quemlibet detinentem bona mariti.*
2 *Vxoris in bonis etiam dotalibus non fit executio pro delicto mariti.*
3 *Dotis in cauſa principaliter mota quis ſit competens judex, oſtenditur.*
4 *Onus adjectum rei facit ut res tranſeat cum illo.*
5 *Libellus alternativus admittitur, ubi unum eſt in obligatione, & aliud in ſolutione.*
6 *Bona Clericorum etiam patrimonialia, tam acquiſita, quàm acquirenda, gaudent privilegiis Clericorum.*
7 *Hypotheca tacita pro dote non præfertur alteri hypothecæ expreſſæ priori, etiam non privilegiatæ.*
8 *Fiſcus præfertur aliis debitoribus etiam anterioribus, quibus non ſunt bona expreſſè prius hypothecata.*
9 *Bona paraphernalia non ſunt tacitè hypothecata.*
10 *Bona omnia Prælati ſunt pro mala adminiſtratione Eccleſiæ hypothecata.*
11 *Beneficiarius proprius æquiparatur.*
12 *Æquiparatio tutoris, & Prælati non recipitur, niſi ubi expreſſa reperitur.*

Cap. Ex literis V.

VXor ſtante delicto mariti poteſt recuperare dotem in bonis ipſius ubicumque ſint, eo quia tacitè ſunt ei obligata pro dote, ita ut cum hoc onere tranſeant in quemlibet, ex quo jura prohibent uxorem remanere indotatam pro delicto viri. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Butr. Imol. Anan. Hoſtienſ. Anch. Henric. Barbat. Guid. Papæ, Vivian. *in rationali libri tertii juris Pontificii, pag.198.* Alagona *in compendio juris Canonici, pag.439.* remiſſivè Ximen. *in concord. part.1. & 2.* refertur ab Anton. Auguſt. *collect.3. Decret. lib.3. tit.17. c.2.* 1

Quod propter maleficium viri, &c.] Notatur ad hoc, 2
quod pro delicto mariti non fit executio in bonis uxoris, vel dotalibus, ut per Afflict. *lib.2. conſtit. rub.8.* Palat. *in repet. rub. de donat. inter virum, §.66. à n.19.* Anton. Gom. *l.78. Tauri*, Chaſſan. *in conſuetud. Burgund. fol.96. §.2. n.3.* Clar. *lib.5. §. fin. q.78. n.15.*

Tibi duximus committendam.] Notatur ad hoc, quod 3
in cauſa dotis principaliter mota inter laicos competens eſt Eccleſiaſticus judex, ut per Novell. *de dote, part.9. privil.16.* & Gom. qui communem dicit, *l.50. Tauri, num.53.* Sed contrarium verius eſt, ut per Cur. Philip. *p.1. §.1. n.9.* Cened. *Canon. quæſt. lib.1. q.37.* Cevall. *in tract. de cognit. per viam violent. p.2. q.13.* Chriſtoph. de Anguiano *in tract. de legib. tom.1. lib.2. controv.13. num.17.* Palat. *in repet. cap. notab.2. n.16. verſ. eodem modo*, ubi intelligit hunc text. in miſerabili perſona, videlicet muliere orbata marito: vel aptius dici poteſt aditum fuiſſe hîc Eccleſiaſticum in defectum juſtitiæ coram ſæculari, argum. *cap. licèt, de foro compet.* quod patet ex injuriis illatis mulieri,

mulieri, quæ hic referuntur, cùm propter delictum mariti fuerit ſpoliata propria dote, & ideò Eccleſiaſticus ſe intromittit, quia viduis oppreſſis, & bonis ſuis ſpoliatis ſuccurrit Eccleſia, *cap. ex parte 6. de foro compet.* Ita D. Barboſ. *in l. 1. ff. ſoluto matrim. p. 1. n. 47.* ubi aſſerit, quod ideo hujuſmodi mulier dicitur vidua, quia ejus maritus fuerat bannitus, & aufugerat, cùm attenta juris diſpoſitione idem ſit non habere maritum, vel habere inutilem, *cap. inter corporalia, juncta gloſſ. verbo Inutilem, de tranſlat. Epiſcopi,* ubi diximus. Unde colligo quod quando dos in teſtamento relicta eſt puellæ pauperi, tunc non judex ſæcularis, ſed judex Eccleſiaſticus erit competens contra laicum, etiam principaliter, & ad inſtantiam partis: ita Bobadil. *in ſua politica, lib. 2. c. 17. n. 10. in fine,* juncta gloſſ. *lit. C,* Guttier. *pract. lib. 1. quæſt. 44. n. 10. & lib. 3. q. 29. n. 30.* Cened. *d. q. 57. num. 7.* Cevall. *d. q. 13. num. 4.*

4 Notatur ad hoc, quod onus adjectum rei facit, ut res tranſeat cum illo, *l. is cui opus, ff. de novi oper. nunt. l. fin. §. fin. ff. de contrah. empt.* Belliacomb. *tom. 1. comm. lib. 3. tit. communia ſervitutum, n. 67. pag. 426.* Menoch. *conſ. 2. n. 31. conſ. 63. n. 11. & conſ. 80. n. 79.* D. Barboſa *in l. poſt dotem, n. 5. ff. ſoluto matrim.* Cald. Pereira *de reſolut. c. 3. n. 33. & de empt. cap. 16. num. 10. & c. 27. num. ult.*

5 *Vel in poſſeſſiones, &c.*] Notatur ad hoc, quod libellus alternativus admittitur ubi unum eſt in obligatione, & aliud in ſolutione, ut per Pinel. *in l. 2. C. de reſcind. vendit. p. 3. c. 3. n. 5. & 8.* Nicol. Mozz. *de contract. tract. de empt. tit. quibus caſibus annulletur emptio, n. 27.* Bernard. Grævæ. *ad practicam Cameræ Imper. lib. 1. concl. 63. n. 11.* Camill. Borrell. *in ſum. deciſ. tit. 49. n. 78. & 83.*

6 In gloſſ. *Hoc privilegio.* Notatur ad hoc, quod bona Clericorum etiam patrimonialia, tam acquiſita, quàm acquirenda gaudent privilegiis Clericorum, ut per Bobadil. *in ſua politica, lib. 2. c. 18. à n. 259.* plures Doctores refert Gironda *de privilegiorum, & exemptionum explicatione, n. 373.*

7 In gloſſ. *Favor.* Notatur ad hoc, quod hypotheca tacita pro dote non præfertur alteri hypothecæ expreſſæ priori, etiam non privilegiatæ. Vide Neguz. *de pignoribus, p. 2. memb. 3. n. 86.* Guttier. *pract. lib. 3. quæſt. 99. n. 7.* Flores de Mena *var. lib. 3. q. 6. art. 3. num. 28.* D. Barboſa *in l. 1. ff. ſoluto matrim. part. 6. n. 4. & 5.*

8 In ead. gloſſ. ibi, *Nam fiſcus ſimile habet privilegium.* Notatur ad hoc, quod præfertur fiſcus aliis debitoribus etiam anterioribus, quibus non ſunt bona expreſsè priùs hypothecata. Vide Neguzant. *de pignor. p. 2. membr. 4. n. 97. in fine, & n. 98.* Gom. *l. 50. Tauri, num. 39. à princ.* Petr. de Arag. *2. 2. q. 62. art. 8. in fine, concl. 3.* ubi Domin. Bañez *concl. 1. poſt documentum quintum,* Greg. de Valentia *tom. 3. diſp. 5. q. 6. puncto 10. §. 5.* optimè Sayr. *in clavi Regia, lib. 10. tract. 5. cap. 10. n. 17.*

9 In gloſſ. *Obligata.* Notatur ad hoc, quod bona paraphernalia non ſunt tacitè hypothecata, ut per Petr. de Aragon. *d. art. 8. in fine, concl. 3.* Fr. Emman. *in ſum. p. 2. c. 46. concl. 5.* Contrarium tamen tenet Cov. *lib. 1. var. cap. 7. num. 1. concl. 1.* Diſtinctionis fœdere has contrarias opiniones conciliat Sayr. *d. cap. 10. n. 16.* itaut ſi maritus illorum bonorum paraphernalium, hoc eſt bonorum, quæ mulier præter dotem habet, adminiſtrationem habeat, tunc bona mariti tacitè pro eis obligata ſunt, ſecus ſi uxor bona illa penes ſe retinet: & *in ead. num. 16.* ex Petro Navar. & Covarr. reſolvit, quod licèt bona mariti tacitè obligata ſint pro bonis iſtis paraphernalibus eo modo, quo dictum eſt, bona tamen hæc paraphernalia non habent hoc privilegium prælationis, quod habet dos uxoris.

In ead. gloſſ. ibi, *Etſi omnia bona Prælati,* &c. 10
Notatur ad hoc, quod omnia bona Prælati ſunt pro mala adminiſtratione Eccleſiæ hypothecata, ad exemplum pupilli in rebus tutoris, ut per Palat. *in repet. rubr. de donat. inter, §. 66. cap. 21.* Rebuff. *tom. 2. ad leges Galliæ, tit. de conſtit. reddit. tit. 1. gloſſ. 14. n. 30.* optimè Menoch. *conſil. 114. n. 27.* Geminian. *conſ. 3. num. 8.* Sylveſt. *in ſumma, verbo Clericus 4. n. 4.* Beller. *diſquiſit. cleric. part. 1. tit. de bonis clericorum, §. 1. num. 12.*

Notatur etiam hæc gloſſa ad hoc, quod beneficia- 11
rius proprius tutori æquiparatur, ut per D. Barboſa
in l. divortio, in princ. p. 2. n. 28. & quod æquiparatio 12
tutoris, & Prælati non recipitur, niſi ubi expreſſa reperitur, vide Covar. *in c. 1. de teſtam. n. 5.* Mench. *illuſtrium c. 105. n. 7.*

SUMMARIUM.

1 *Creditor, vel is, qui ab eo cauſam habet, ſi tot fructus percipit ex pignore, quot ſatisfactum eſt ſorti, debet pignus reſtitui debitori.*

2 *Declaratur text. in præſenti.*

3 *Fructus percepti ex pignore ſunt in ſortem computandi.*

Cap. Cùm contra VI.

FRuctus percepti ex pignoratis poſſeſſionibus, ſi 1
æquant ſummam pignoris, ſunt reſtituendæ poſſeſſiones dominis, abſque alia refectione pecuniæ. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarel. Butr. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſtienſ. Henric. Anchar. Panorm. Barbat. Guid. Papæ, Vivian. *in rationali libri tertii juris Pontificii, pag. 198.* Alagona *in compendio juris Canonici, pag. 439.* remiſſivè Ximen. *in concordant. part. 1. & 2.* refertur ab Anton. Auguſt. *collect. 3. Decretal. lib. 3. titulo 17. cap. 3.*

Rebuff. *in tract. de except. n. 930.* dicit, quod in 2
hoc text. (ubi hæredes debitoris agunt contra ſecundum creditorem, cui hæredes primi creditoris pignus pignori dederant, ut fructus compenſentur in ſortem) pignoratitia non ſequitur rem, ſed poteſt debitor agere perſonali, tam contra primum creditorem, cui dedit pignus, quàm contra ſecundum, cui creditor dedit pignus, vel contra hæredes.

Et in ſortem debeat computari.] Notatur ad hoc, 3
quod fructus percepti ex pignore ſunt in ſortem computandi, ad quod plures Doctores refert Cened. *ad Decret. collect. 6. n. 1.* quibus adde Franc. Marc. *Delph. deciſ. 167. p. 2.* Ozaſc. *Pedem. deciſ. 115.* Mich. Salon. *in 2. 2. D. Thoma, q. 78. art. 2. controv. 12. & 13.* Fr. Bañez *de juſtit. q. 78. de uſura, art. 2. in comment. col. 18.* Gemin. *de uſuris, commento 1. §. 4. n. 76.* Peregr. *conſ. 101. n. 9. & 33. lib. 3.* Menoch. *conſ. 7. n. 12. & conſ. 110. n. 57.* Surd. *conſ. 243. n. 33. & 38.* Aldovin. *conſ. 84. n. 5.* Alex. Trentacinq. *var. lib. 3. de pignorib. & hypoth. reſolut. 2.* Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. p. 4. collect. 976. & collect. 1164.* Valaſc. *conſ. 8.* Cabed. *part. 1. deciſ. 123.* Cevall. *communium contra commun. q. 904. n. 51.* D. Barboſa *in l. divortio, §. ob donationes, num. 26. ff. ſoluto matrim.* Cardin. Mantic. *de tacitis, & ambig. convent. lib. 11. tit. 8.* Molin. *de juſtit. tract. 2. diſp. 320.* Cardoſ. *in praxi judicum, verbo Uſura, n. 5.* Modern. *de juriſdict. part. 4. caſu 191. à num. 6.* Caſtill. *libro tertio quotid.*

cap.23. num. 5. cum ſeqq. Paul. Comitol. *reſponſor. moral. lib.1. quæſt. 36.* Rebello *de obligat. juſtitiæ, part.2. lib.8. de uſuris, q.11.* Cut. Philip. *part.2. lib.2. cap.1. n.8. & 9.*

4 Et non valet pactum, quod fructus non imputentur in ſortem, ut per Menoch. *conſ.110. n.8.* Alex. Trentacinq. *d.reſol.2. n.6.* Sutd. *de alimentis, tit.9. q.18. n.5.* Caſtil. *d.c.23. n.65.* Card. Mantic. *de tacitis, & ambig. convent. lib.9. tit.2. n.2.* ubi *n.25.* dicit, quod valet pactum, ut fructus etiam caſtri obligati in ſortem non computentur, ſed pertineant ad creditorem pro ſumptibus cuſtodiæ, ſi ſumptus redditibus veroſimiliter reſpondeant.

SVMMARIVM.

1 *Pignorans rem ſuam ſub pacto legis commiſſoriæ, & jurans non contravenire, ſi juſtè impeditus infra diem ſtatutum non redemit, poſt diem redimere poterit.*

2 *Pactum legis commiſſoriæ in pignoribus reprobatur.*

3 *Pactum legis commiſſoriæ cur in venditione, & non in pignoribus permittatur, oſtenditur.*

4 *Commiſſoriæ legis pactum ex intervallo in pignoribus admittitur, & quid favore dotis dandæ marito.*

5 *Pactum quod pignus debito non ſoluto maneat penes creditorem ſub juſto pretio, eſt validum.*

6 *Creditor tenetur mittere ad domum debitoris, quando debitor non expreſſo loco aliquid dare tenetur.*

7 *Captura inducit impedimentum.*

8 *Iuramentum, quo quis promittit ſe non revocaturum pactum legis commiſſoriæ in pignoribus, validum, & obligatorium eſt.*

CAP. Significante VII.

1 QVi dat rem in pignus cum pacto legis commiſſoriæ, id eſt, luctandi illam tali die, aliàs amplius non moleſtabitur recipiens, etiam juramento firmato, ſi debitor legitimè impeditus non ſolvit tali die, ut quia nuntius per quem miſit pecuniam, non fuit fidelis, vel fuit detentus, tunc non obſtante juramento creditor reſtituit pignus, accepta ſua ſorte, computatis tamen in illa fructibus, & ad hoc cenſuris compelli debet. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarel. Butr. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſtienſ. Anch. Henric. Panorm. Barbat. Guid. Papæ, Vivian. *in rationali libri tertii juris Pontificii, pag.199.* Alagona *in compendio juris Canonici, pag.440.* remiſſivè Ximen. *in concordant. part.1. & 2.* referentur ab Anton. Auguſt. *collect.4. Decret. lib.3. tit.17. c. unic.*

2 *Cùm igitur pactum legis commiſſoriæ ſit in pignoribus reprobatum.* Notatur ad hoc, quod pactum legis commiſſoriæ in pignoribus reprobatur, concordat apud Luſitanos Ordin. Regia *lib.4. tit.56. in princ.* & apud Caſtellanos *lib.41. tit.5. p.5.* tenent Covar. *var. lib.3. c.2. à n.7.* Neguz. *de pignorib. p.4. à princ.* Pinel. *in l.2. C. de reſcind. vendit. p.2. c.1. à n.30.* Perez *l.1. gloſſ.1. verſ. & eſt notandum, tit.2. lib.8. Ordin.* Odoard. Caldeira *de errorib. pragm. lib.2. c.5. n.5.* Gutter. *de juram. confirm. p.1. c.33.* Morla *in emporio juris, p.1. tit.9. q.10. n.7.* Molina *de juſtit. tract.2. diſp.324. verſ. in pignor.* Card. Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib.4. tit.29. n.4. & lib.11. tit.9. n.2. & 3.* Cald. Pereira *in l. ſi curatorem, verbo ſua facilitate, n.95. & de empt. c.11. n.18. & c.28. à n.25.* Franciſc. Molin. *de ritu nupt. lib.3. q.45. n.6.* Azor. *inſtit. moral. p.3. lib.7. c.10. à princ.* Leſſ. *de juſtit. lib.2. c.20. dub.15. n.133.* Rebel. *de obligat. juſtitiæ, p.2. lib.8. de uſuris, q.10. & lib.16. q. unica, de pacto legis commiſſoriæ, n.2.* Surd. *deciſ.248. n.11. & 12.* ubi *n.9.* aſſerit quod legis commiſſoriæ pactum dicitur ſemper ubi ex verbis elicitur animus creditoris, quod lapſo die ſolutionis res accipientis remaneat, & in eum transferatur dominium, quod etiam dicunt Medic. *de acquirenda poſſeſſ. p.1. gloſſ.2. n.338.* Gabr. *conſ.74. n.26. lib.1.*

3 In venditionis autem contractu tale pactum non improbatur; ratio enim, quæ in pignoris conventione militat, in venditione ceſſat, & eſt in pignore, quoniam pignus minori pretio ſemper concedi ſolet: in emptione juſtum ferè ſemper pretium intercedit, ita Hoſt. Panorm. & cæteri *in præſenti,* Bart. Bald. Salicet. & alii *in l. commiſſoriæ, C. de pactis inter empt.* Tiraq. *de retract. convent. in fine, n.122.* Gabr. *conſ.74. n.23. vol.1.* Gemin. *commento 2. de uſur. n.16.* Seraph. *de privil. juram. privil.131. n.1.* Dec. *reſp.2. n.187. lib.1.* Menoch. *remed.5. adipiſc. n.29.* Vincent. de Franch. *deciſ.355. n.3. p.2.* Surd. *dec.248. à n.1.* Azor. *d.c.10. verſ. ſed cur.*

4 Vtrum verò ex intervallo admittatur hujuſmodi pactum legis commiſſoriæ in pignoribus? Vide Pinel. *in rub. de reſcind. vendit. p.1. c.1. n.29.* Covar. *d.c.2. n.8. verſ.3.* Menoch. *uſufreq. lib.3. cap.69. n.7.* Farin. *in praxi crimin. p.6. q.165. n.211. cum ſeqq.* Card. Mantic. *d. lib.11. tit.10. n.2.* Azor. *d.c.10. verſ. præterea,* Cald. Pereira *in l. ſi curatorem, verbo ſua facilitate, n.9. & de empt. c.11. n.19. & c.28. n.29.* An autem favore dotis dandæ marito ſuſtineatur, quando eſt dubia? negant Neguzant. *de pignoribus, p.4. princ. num.2.* Medic. *de acquir. poſſeſſ. p.1. gloſſ.2. num.288.* affirmant verò Bald. Caballin. Lup. quos refert, & ſequitur Surd. *deciſ.248. num.13. in fine.*

5 Limita principalem concluſionem, ſi conventum ſit ut debito non ſoluto maneat res penes creditorem juſto pretio, tunc enim arbitrio boni viri, quo inſpecto æſtimanda eſt, ceſſat captio, & odium creditoris, ut per Tiraq. *de retract. tit.2. ad fin. n.138.* Covar. *d.c.2. n.8. verſ.12.* Pinel. *d.c.1. n.26.* Gutter. *d.c.33. n.14.* Surd. *deciſ.248. n.8.* D. Barboſ. *in l. alia, §. eleganter, n.48. verſ. illud utique, ff. ſoluto matrim.* Molin. *de juſtitia, tract.2. diſp.324. verſ. obſervat,* Rebello *de obligat. juſtit. lib.8. q.10. n.4. & lib.16. quæſt. unic. de pacto legis commiſſoriæ, n.3.* Cald. Pereira *de empt. c.28. n.28.* Card. Mantic. *d. lib.11. tit.10. n.19. & 20.* ubi etiam reſolvit, quod priuſquam pretium æſtimetur, & res emptori ſit adjudicata, poteſt debitor pecuniam debitam etiam poſt tempus ſolutioni præſtitutum creditori offerre, & pignorum diſtractionem impedire, de quo etiam Rebello *d.q.10. n.4.*

6 *Remiſit.* Notatur ad hoc, quod creditor tenetur mittere ad domum debitoris, quando debitor non expreſſo loco aliquid dare tenetur, ut per Duen. *reg.161.* Iaſ. *in l.2. C. de jure emphyt. n.92.*

7 *Sed in captione detentus.*] Ergo captura inducit impedimentum, itaut ex illa excuſetur quis à pœna, vel mora ſi non ſolvat, ut per Iaſ. *in l.2. n.65. C. de jure emphyt.* Tiraq. *de retract. tit.2. §.1. gloſſ.2. n.6.* Gig. *de penſion. q.75.*

8 *Iuramentum debitum adimplevit.* Ergo juramentum, quo quis promittit ſe non revocaturum pactum legis commiſſoriæ in pignoribus, validum & obligatorium eſt, ex ea ratione, quia poteſt quis abſque ullo peccato propriam rem in pignus datam venditam relinquere pro debito non ſoluto, ſicut & uſuras ſolvere, aut aliud ſimile, nec ſi debitor prædictum pactum obſervet aliquatenus peccat, licèt ſecundùm leges

ipſi

ipſi liberum ſit contra illud venire, prout aliàs in ſpecie *cap.quamvis pactum,de pactis,lib.6.* Vide *gloſſ. pen. in præſenti*, Barr. *in l.ſi quis pro eo, n.10. ff.de fidejuſſ.* Tiraq. *de retract.convent.ad finem,n.122.* Covar. *in d. cap.quamvis pactum, p.2. §.3. n.3.* Gutier. *de juram. confirm.p.1.c.33.n.4.* Soar. *de Relig. lib.2. de juram. c.26.à n.8.* Neguzant. *de pign.p.4.n.3.ampl.3.* Seraph. *de privileg. juram. privil.131.à n.1.* Surd. *deciſ.268. n.21.* Franc. Molin. *d.lib.3.q.45.in fine.*

SVMMARIVM.

1 *Vſufructuarius rerum, quæ uſu non conſumuntur, tenetur præſtare cautionem de utendo, & fruendo arbitrio boni viri, & in rebus, quæ uſu conſumuntur, fit æſtimatio, & cavetur de ea reddenda finito uſufructu*, & n.2. & 3.

4 *Cautio idonea dicitur pignoratitia, vel fidejuſſoria.*

5 *Cautio uſufructuaria à teſtatore non poteſt prohiberi niſi quis conſtituat uſumfructum inter vivos*, n. 6. *vel donet uſufructu retento*, n. 7.

8 *Teſtator poteſt remittere cautionem de præſtandis legatis, & fideicommiſſis hæredi.*

9 *Vſufructuarius interim dum cautionem non præſtat, an acquirat fructus, oſtenditur.*

10 *Pecunia cenſetur de his, quæ uſu conſumuntur.*

11 *Vſufructuarius ſi adeò pauper ſit, ut nequeat cautionem præſtare, an uſumfructum habeat, remiſſivè.*

Cap. Cùm conſtet VIII. & ult.

Gregor. IX.

VSufructuarius tenetur cavere quod utetur rebus ſalva earum ſubſtantia, & quod reſtituet pecuniam, & æſtimationem rerum mobilium conſumptarum ad arbitrium boni viri. Colligunt ex Ordin.Abb. antiq. Innoc. Collect.Zabar.Ioan.Andr. Imol.Anchar. Anan. Hoſt. Henric. Barbat. Panorm. Guid Papæ,Viv. *in ration.lib.3.juris Pontif. pag.200.* Alagona *in compendio juris Canon. pag.440.* remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.1.& 2.*

2 Collige ex text. quod uſufructuarius rerum, quæ uſu non conſumuntur, tenetur præſtare cautionem de utendo, & fruendo arbitrio boni viri, id eſt, ſicut vir bonus rebus propriis uteretur, & de reſtituendo rem finito uſufructu: in idem ſunt text. *in l.1.ff.uſufructu quemadm.cav. l.1.& l.uſufructu,C.de uſufructu*, Chaſſan. *in conſuet.Burgund.rub.4.§.9.in gloſſ.& fera, in princ.* Pinel. qui multipliciter ampliat, *in l.1.C.de bonis matern. p.2. n.75.* Sylvan. *conſ.47. num.2.& 3.* Vivian *tom.1.commun.opin.lib.3.tit.10.n.31.pag.419.* Cald.Pereira *de poteſtate eligendi,c.16.n.35.* ubi etiam quod tenetur ad omne damnum, & intereſſe, & fideliter adminiſtrare, Surd. *deciſ.67.n.1.*

3 In rebus tamen, quæ uſu conſumuntur, fit æſtimatio, & cavetur de ea reddenda finito uſufructu, atque ita ſecundùm valorem, qui eſt tempore inchoati uſusfructus, *§.conſtituitur,& §.ſeq.Inſtit.de uſufr. l.ſi viri, cum l.ſeq.ff.de uſufructu earum rerum,quæ uſu conſum.* reſolvunt Vivian. *ubi proximè*, Surd. *de aliment.tit.9. q.26. n.17. & deciſ.67. n.2.* Anton.Theſaur. *Pedem. deciſ.80.ſub n.1.* Fachinæ. *lib.8 controverſ. c.41.* Bernard.Grævæ. *ad practicam Cameræ Imper. lib.2. concluſ.245. n.6.& ſeq.*

4 *Cautionem idoneam.*] Intellige pignoratitiam, vel fidejuſſoriam, ut per Ioſeph Lud. *Peruſ.deciſ.63.n.16. cum ſeqq.* Cald.Pereira *de poteſtate eligendi,c.16.n.34.* Sanch. *de matrim.lib.10.diſp.18.n.35.* & alios per me citatos *in tract. de appellat. verborum utriuſque juris ſignific.appell.241.ex n.3.*

Cautio uſufructuaria à teſtatore non poteſt prohi- 5
beri, ut per Surd. *deciſ.209.n.3.& deciſ.194.num.3.* Molin. *de primog. lib.2. c.28. n.12.* Surd. *de aliment. tit.9.q.26. n.11.& 14.* Matienſ. *tit.8.gloſſ.2. num. 6. lib.5. nova recop.* Pechi. *de teſtam.conjug. lib.5.cap.24. ſub num.4.verſ.quæ cautio ſimiliter*, Peregr. *de fideicom. art.11. ſub num.78.* Soar. *recept. ſent. lit.E, num.85. & lit.V, n.99.* Stephan.Gratian. *Marchia deciſ.147. num.9.* Ceval. *commun. contra communes, q.408. n.2.* Cabed. *p.1. deciſ.136. n.2.* Vivian. *tom.1. commun. opin. lib.3.tit.20. num.31.in fine*, Bernard.Grævæ. *ad practicam Cameræ Imper.lib.2.concl.145.*

Limita primò in illo, qui conſtituit uſumfructum 6
inter vivos, ut per Vivian. *d.n.31.verſ.quamvis*, Surd. *de alimentis, tit.9. q.16. n.23.*

Limita ſecundò in illo, qui donavit uſufructu re- 7
tento, ut per Vivian. *d.n.31. verſ.& quamvis*, Surd. *d.tit.9. num.7.*

Limita tertiò, ut poſſit teſtator remittere cautio- 8
nem de præſtandis legatis, & fideicommiſſis hæredi, ut per Viv. *d.n.31.in fine*, Menoch. *conſ.177.n.31.*

Exhibeat.] Vſufructuarius interim dum cautionem 9
non præſtat, an acquirat fructus? Reſolve cum diſtinctione, quod ſcilicet non acquirat, quando hæres cautionem condixiſſet, ſecus quando uſufructuarius malitiosè cavere diſtuliſſet. Vide Vivian. *d.tit.20.n.29. pag.419.* Gabr. *lib.5. ſent. tit. de uſufructu, concluſ.1. num.10.* Fachin. *lib.8.controverſ.c.24.* Peregr. *conſ.20. ſub num.22.vol.1.* Anton.Fab. *in ſuo Codice,tit.de uſufructu, definit.1.* Hieron. de Laurent. *Avenion. deciſ.144.ſub num. 7.* Ceval. *commun. contra commun. quæſt.48.* Surd. *deciſ.57. n.12.& dec.281. n.1.& de aliment.tit.7.q.19.num.17.& conſ.360.n.15.* Anton. Hering. *tract. de fidejuſſ. c.5.n.133.& 134.* Bernard. Grævæ. *d. lib.2. concl.46.*

Pecuniam.] Notatur ad hoc quod pecunia cenſetur 10
de his, quæ uſu conſumuntur, ut per Tiraq. *de retract. lign. §.2. gloſſ.7. n.104.* Covar. *lib.3.var. cap.1. n.5.* Pinel. *in l.1.de bonis matern. p.2.n.42.* Gabr. *commun. lib.1.tit.de præſumpt. concl.12.n.19.* Soar. *in theſauro recept.ſent. lit.P, num.86.* Reiner.Budel. *in ſuo tractatu de Monetis,lib.1.c.2.n.49.* Theſaur. *Pedem.deciſ.160. num.6.* Simoncel. *de decretis,lib.3.tit.8. reſp.15. n.23.* Menoch. *de præſumpt. lib.4.q.138. n.3.* latè Bernard. Grævæ. *d.lib.2.concl.10.conſid.3.* ubi agit de pecunia deſtinata ad emptionem prædiorum, de qua etiam vide Rebuff. *ad l.39. ff. de verborum ſignif. pag.403. & de privil.ſchol. privileg.55. n.2.* Menoch. *remed.3. adipiſc. num.137.* Cald.Pereira *in l.ſi curatorem, verbo contractum, num.11.* Quarantam *in ſumma Bullarii, verbo Alienatio, n.25.*

In gloſſ. *Compellatis*, ult. ibi, *Compellatis quod non* 11
habebit uſumfructum. Vult gloſſa adeò neceſſariam eſſe cautionem, de qua *hic*, ut ſi uſufructuarius, quia pauper, nequeat illam præſtare, uſumfructum non habeat, ſed quia de hoc variæ ſunt Doctorum opiniones, eas poteris videre apud Fichard. *tom.1. commun. opin. lib.3.tit.20.n.36. pag.421.* Gregor. *l.19. verbo Que la coſa, tit.31. p.3.* Surd. *deciſ.141.à n.3. cum ſeqq.* Fachin. *lib.8.controverſ. cap.40.verſic.& hanc ſententiam*, D.Barboſ. *in l.divortio, §.interdum, poſt num.28. verſ. nec obſtant, ff.ſoluto matrimonio*, Bernard.Grævæ. *d.lib.2. concl.47.& concluſ.45. conſid.1.*

De Fidejuſſoribus.

Tit. XXII.

SVPER hanc rubr. ſcripſerunt Zabarell. Ioan. Andr. Imol. Anan. Butr. Anchar. Barbat. Panorm. Guid. Papæ, Hippol. Guillelm. Durand. *in Breviario aureo, fol.*100.*verſo*, Ioan. de Londris *in Breviario ſanctorum Canonum, fol.*174. Martin.Meſnart. *in epitome Decret. fol.*114. Petr. de Ravenna *in compendio juris Canon.* Dan.Venator *in analyſi methodica juris Pontif. à pag.*436. Goffred. & Hoſt. *in ſumma hujus tit.* Alex. Caſan. & Anaſt.Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decret.* Barthol.Carthag. *in expoſit. tit. juris Canonici*, Zypæ. *in analytica poſtremi juris Eccleſ.enarrat.pag.*212. omnes *ſub hoc tit.*

De materia tituli agitur apud Caſtellanos *tit.*12. *partit.*5. ubi Gregor. *& tit.*11.*lib.*5.*Ordin.* ubi Perez, *& tit.*16.*lib.*5.*nova recop.* ubi Azeved.& apud noſtros Luſitanos in Ordin. Regia, *lib.*4. *tit.* 59. ubi parens meus, & ſpeciales tractatus edidêre de fidejuſſoribus Antonius Heringius, Valentinus Francus, & Bernardinus Muſcatellus, de modo fidejubendi tractant Bellacomb.Vivian.Soar.& alii *tom.*2. *commun.opin. lib.*8. *tit.*25. *de fidejuſſ. pag.*372. Anton.Gabr. *tom.*3. *commun. eod. tit.* Gomez *tom.* 1. *var. cap.*13. Maſcard. *de probat.concluſ.*781.*cum ſeqq.* Gaſp.Roderic. *de annuis redditibus, lib.*2.*q.*12. Marta *de juriſdict. p.* 4. *caſu* 105.*& ſeq.* Rebello *de oblig. juſtit. p.... lib.*16. *quæſt.unic.de fidejuſſ.* Paul.Layman *in Theolog.morali, lib.*3. *tract.*4. *c.*29.

Grave eſt onus fidejuſſionis, ut per Surd. *de aliment. tit.*3.*q.*3.*n.*30.*& tit.*8.*privil.*26.*n.*10. *& deciſ.*279. *n.*13. Gaſp.Rodet. *d.lib.*1.*q.*12.*à n.*3. Is ergo qui ſe immiſcet fidejuſſionibus dicitur ad inopiam pervenire ex Hippol. *ſing.*574. Gutier. *pract.lib.*2. *q.*128. *n.*3. quia dici ſolet quod fidejubere ſit perdere, remittere, donare, ac patrimonium periclitari, ex quo multoties ex hujuſmodi obligatione talia evenire contingat, Creſcent. *deciſ.*3.*de conſtit Gregorii XV. deciſ.*333. *n.*2.*&* 3. Stephan.Gratian. *diſcept.forenſ. c.*513.*n.*29. Et ideo amicus reputatur, qui pro alio ſe obligat, Seraphin. *de privilegiis juram. privil.*17.*n.*1.

Cap. Clericus I.

Ex Concil. Cantuar.

1 CLericus fidejuſſionibus inſerviens eſt abjiciendus. Colligunt ex Ordin.Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Butr. Imola, Ananias, Hoſtienſ.Anchar.Henric.Barbat. Panorm. Guid.Papæ, Cened. *collect.*164. Vivian. *in rationali libri* 3. *juris Pontificii, pag.*101. Alagona *in compendio juris Canon. pag.*441. remiſſivè Ximen. *in concord. p.*1.*&* 2. refertur ab Anton.Auguſt. *collect.*1.*Decretal. lib.*3. *tit.*18. *cap.* 3.

2 Collige ex text.Clericum ſæcularibus fidejuſſionibus inſervientem ab Eccleſia eſſe abjiciendum, fidejubere enim non debet, nec poteſt, ut tenent Greg. per text. *ibi in l.*45.*in princ.tit.*6.*p.*1. Anton.Gomez *tom.*2 *var.c* 13.*n.*18.*verſ.ſecundò principaliter*, Hippol. *in rubr. de fidejuſſor.à n.*309. Petr à Navar. *tom.*2. *de reſtit. lib.*3. *c.*3. *ex n.*173. Paul.Fuſch. *lit.C, ſing.*27. Menoch.*de arbitr.caſu* 432.*à n.*1.*& de præſumpt.lib.*2. *præſ.*46.*n.*2. Gutier.*de juram. confirm. p.*1. *c.*72. *n.*2. Anton.Caſil.*de redditib.Eccleſ.p.*3.*c.*24.*n.*24. Catol. de Graſſis *de effectib.Cleric.effectu* 44.*à princ.*Marta *de juriſdict. p.*4.*caſu* 105. Bellet. *diſquiſit.Cleric. p.*1. *tit. de diſciplina Cleric.* §.2.*n.*6. Cened. *ad Decret. collect.* 164. *n.*1. ubi dicit hunc text. ſecundùm aliquos intelligi poſſe de conſilio, ne aſſidui ſint in fidejubendo, ne ære alieno frequenter graventur Clerici, ne denique per Curias judicum eos vagari contingat. Hinc ſi ex pietate aliis ſubvenire deſiderant Clerici, & fidejubeant, id facere poſſunt, *cap.non ſatis*,86.*d.ſt.cap.conſtitutis,infr.hoc tit.* Abb. *hic,n.*3. Bellet. *d.*§.32. *n.*6.*verſ. verùm.* Poſſunt etiam pro Eccleſia, vel pro alio Clerico fidejubere, Abb. *hic,n.*3. Marc.Anton.Genuenſ. *in practicab.Eccleſ.q.*325. Bellet. *d.n.*6.*verſ.poteſt.* Si autem Clerici de facto fidejubeant, non ex pietate, nec pro cauſa pia, obligantur, ſecundùm Menoch. *d. lib.*2. *præſ.*46.*n.*15. latè Barth.Humad. *l.*45.*gloſſ.*3.*à princ. tit.*6. *p.*1. Roman. *ſing.*409.*n.*7. Fuſch. *d.ſing.*27.

SVMMARIVM.

1 *Clericus compellitur ſervare fidejuſſorem indemnem per aſſignationem redditnum ſuorum.*

2 *Fidejuſſor conveniri non poteſt antequam principalis debitor excutiatur.*

3 *Fidejuſſor renuntians beneficio excuſſionis, poteſt conveniri antequam principalis debitor excutiatur.*

4 *Fidejuſſor, qui ſpecialiter juravit ſolvere, poteſt conveniri antequam principalis debitor excutiatur.*

5 *Fidejuſſor indemnitatis poteſt conveniri antequam principalis debitor excutiatur.*

6 *Fidejuſſor negans ſe eſſe fidejuſſorem, excuſſionis privilegium amittit.*

7 *Fidejuſſor poteſt conveniri antequam principalis debitor excutiatur, quando mandatur procedi ſummariè, de plano, & ſola facti veritate inſpecta.*

8 *Mercator, ſeu campſor fidejubens non habet privilegium excuſſionis.*

9 *Excuſſionis exceptio denegatur in foro Eccleſiaſtico.*

10 *Fidejubens pacta mercede, non habet privilegium excuſſionis.*

11 *Patri pro filio fidejubenti præciditur excuſſionis exceptio.*

12 *Debitor principalis quando eſt abſens à loco ſui domicilii, poteſt fidejuſſor illo non excuſſo conveniri.*

13 *Excuſſionis exceptio opponi nequit in cauſa appellationis.*

14 *Excuſſionis exceptio non datur agenti hypothecaria adversùs tertium poſſeſſorem.*

15 *Poſſeſſor prædii ſuper quo vendita erant certa menſura frumenti, conventus ad illas ſolvendas, non poteſt excipere de excuſſione priùs facienda in venditore.*

16 *Fidejuſſor non habet excuſſionis privilegium quando principalis ceſſit bonis, vel eſt pauper, & notoriè non ſolvendo.*

17 *Debitoris bona quando ſita eſſent in remoto loco judicii, ubi diſceptatur, poteſt fidejuſſor, illo prius non excuſſo, conveniri.*

18 *Fidejuſſor ſi ſit correus debendi, poteſt conveniri ante debitorem.*

19 *Fidejuſſor non tantùm agit ad debitum principale, quod ſolvit, ſed etiam ad intereſſe, & damna ſine culpa ſua ex ſolutione facta provenientia.*

20 *Iuramentum contra proprium non poteſt quis venire.*

21 *Alterum ex copulatis non ſufficit, cùm utrumque eſt neceſſarium.*

22 *Executio*

12 *Executio in fructibus Præbendæ, ſeu beneficii Eccleſiaſtici quando fieri poſſit, oſtenditur.*

Cap. Pervenit II.

Luc. III.

1 Fidejubens, & ſolvens etiam pro Clerico, debet reintegrari à principali non ſolùm quoad ſortem, verùm etiam quoad damna ſequuta, vel ex redditibus debet ſatisfieri, aut illi aſſignati redditus debitoris, donec ſatisfactum ſit, & Clerici, qui in hoc violant fidem & juramentum, ſunt ſuſpendendi ab officio, & beneficio. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Butr. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſt. Henric. Anchar. Barbat. Panorm. Guid. Papæ, Vivian. *in ration. lib. 3. jur. Pontif. pag.* 201. Alagona *in compend. juris Canon. pag.* 441. remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. part.* 1. *&* 2. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 1. *Decret. lib.* 3. *tit.* 18. *c.* 4. & eſt poſt Concil. Lateran. *p.* 23. *c.* 5.

2 Collige ex text. antequam principalis debitor excutiatur fidejuſſorem conveniri non poſſe: in idem eſt text. *in auth. præſenti, C. hoc tit.* & apud Luſitanos Ordinat. Regia *lib.* 4. *tit.* 59. *in princ.* ubi parens meus, & apud Caſtellanos *l.* 9. *tit.* 12. *p.* 3. ubi Gregor. docent Covar. *lib.* 2. *var. c.* 6. *n.* 8. *verſ. item ſatis,* Duen. *reg.* 335. *verſ. ſeptimò fallit,* Padil. *in l. cùm quis, n.* 27. *C. de juris, & facti ignor.* Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *q.* 51. *n.* 10. Vivian. *tom.* 2. *commun. opin. lib.* 8. *tit.* 25. *n.* 11. *pag.* 173. ubi Donat. à Fina *n.* 111. *pag.* 380. Theſaur. *Pedem. deciſ.* 166. *&* 215. Franc. Sarmient. *p.* 1. *defenſ. mon.* 46. Hippol. Marſil. de Columna *de Eccleſiaſt. reddit. orig. part.* 3. *cap.* 14. *ex num.* 7. *&* 28. Cremen. *ſing.* 44. *incip. An fidejuſſor,* Roman. *ſing.* 641. *incip. Scis quod hodie,* Alphan. *collect.* 194. Anton. Gabr. *commun. lib.* 3. *tit. de fidejuſſor. concl.* 1. Boët. *deciſ.* 221. *ex n.* 6. *&* 16. Seraph. de Seraphin. *de privileg. juram. privil.* 88. *ex n.* 1. Ioan. Bapt. Coſta *de remed. ſubſid. remed.* 30. *per tot.* Ioſeph. Ludov. *Peruſina deciſ.* 57. *n.* 2. Menoch. *controverſ. illuſtr. c.* 33. *à n.* 7. Mendoza *in diſput. ſuis, lib.* 1. *c.* 6. *n.* 11. Azeved. *l.* 8. *à n.* 1. *tit.* 10. *lib.* 9. *novæ recop.* Odoard. Caldeira *de error. pragm. lib.* 1. *c.* 9. *n.* 7. Marſil. *ſing.* 210. Muſcatel. *de fidejuſſorib. q.* 8. *& ſeqq.* Intrigl. *ſuper Bulla de cenſib. q.* 60. *n.* 2. Brunor. à Sole *in locis communib. verbo Fidejuſſor* 3. Matth. Colet. *de proceſſibus execut. p.* 1. *c.* 10. *à n.* 255. Gutier. *de juram. confirm. p.* 1. *c.* 32. Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. p.* 1. *collect.* 237. Molin. *de juſtit. tract.* 2. *diſp.* 545. Card. Mantic. *de tacitis, & ambig. convent. lib.* 16. *tit.* 10. *n.* 11. Flores de Mena *var. lib.* 1. *q.* 11. Bernard. Grævæ. *ad pract. Cameræ Imper. lib.* 2. *concl.* 27. Cardoſ. *in praxi judicum, verbo Fidejuſſor, n.* 16. Cald. Pereira *de empt. c.* 33. *à n.* 1. *cum multis ſeqq.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 25. *n.* 219. Rebello *de obligat. juſtit. p.* 2. *lib.* 18. *q. unic. de fidejuſſ. n.* 20. Felician. *de cenſib. tom.* 1. *lib.* 3. *c.* 3. *n.* 1. Ludov. Cenci. *eod. tract. p.* 2. *c.* 2. *q.* 2. *art.* 2. *n.* 14. Quod birretum viride ferant etiam coram judicibus Vrbis, & carcerum viſitatoribus petentes alternativas, vel beneficium hujus text. ſtatuit Pius IV. *in ſua conſtit.* 39. ſive *Motu proprio, incip. Cupientes, ſub dat.* 7. *Octobris* 1561. & eſt *in Bullario novo, tom.* 2. *pag.* 54. ſed non video in Vrbe practicari.

3 Limita primò, quando fidejuſſor renuntiavit beneficio executionis, ut per Hippol. *in rubr. de fidejuſſ. n.* 10. Thoming. *Lipſienſi deciſ.* 1. Ant. Gom. *var. tom.* 2. *c.* 12. *n.* 2. Burſat. *conſ.* 400. *n.* 45. *lib.* 4. Ludov. Cenci. *d. art.* 2. *n.* 20. Gutier. *de juram. confirm. p.* 1. *c.* 23. *n.* 21. Colet. *de proceſſibus execut. p.* 1. *c.* 10. *n.* 394. Carot. *de excuſſion. p.* 2. *q.* 17. *n.* 50. Card. Mantic. *d. lib.* 16. *tit.* 18. *à princ.* Molina *diſp.* 545. *verſ. fidejuſſoribus,* Bernard. Grævæ. *d. concluſ.* 27. *conſid.* 1. Cald. Pereira *d. c.* 33. *n.* 22. Cui beneficio renuntiatum videtur, ſi non opponatur ante litem conteſtatam, ex Hippol. *in l. ſi quis ne quæſtio, n.* 57. *ff. de quæſt.* Capell. Tholoſ. *deciſ.* 166. quam refert Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. p.* 1. *collect.* 237. *verſ. Limita quartò,* Chærian. *tom.* 2. *commun. opinio. lib.* 8. *tit.* 25. *n.* 131. *pag.* 381. Cald. Pereira *d. c.* 33. *n.* 34. Vel ſi obligaſſet ſe tanquam principalis in eodem inſtrumento, ubi principalis ſe obligavit, Iaſ. *conſ.* 58. *col.* 1. *verſ. non obſtat,* Grat. *conſ.* 87. *n.* 25. *verſic. ſed ultimò, lib.* 1. Boër. *deciſ.* 221. *n.* 13. *ad fin.* Gabr. *commun. ſub tit. de fidejuſſ. concl.* 1. *limit.* 28. Card. Mantic *de tacitis, & ambiguis convent. lib.* 17. *tit.* 17. *n.* 4. *&* 5. Rot. *in Romana Salviani interdicti,* 1. *Iunii* 1609. coram Illuſtriſſ. D. Patriarcha Manzanedo, relata *in fin. d. tract.* Cencii *deciſ.* 3. *n.* 5.

Limita ſecundò in fidejuſſore, qui ſpecialiter jura- 4
vit ſolvere, ut per Covarr. *in cap. quamvis pactum, de pactis, lib.* 6. *part.* 1. §. 4. *n.* 4. Mich. Graſſ. *lib.* 1. *commun. opin. cap.* 11. *q.* 9. Anton. Gabr. *commun. lib.* 3. *tit. de fidejuſſ. concl.* 1. *ex num.* 33. Cened. *ad Decretal. collect.* 73. *num.* 2. *propè fin.* Mohedan. *deciſ.* 2. *ſub hoc tit.* Coler. *in proceſſibus execut. part.* 1. *c.* 10. *n.* 347. Mench. *illuſtr. q.* 59. *n.* 1. Vincent. Carot. *in tract. de excuſſ. bonorum, quæſt.* 15. *n.* 1. 2. *&* 6. Valentin. Franc. *in tract. de fidejuſſ. cap.* 5. *n.* 62. Hering. *eod. tract. cap.* 27. *part.* 1. *à num.* 45. Cald Pereira *d. cap.* 33. *n.* 28. & pluribus deciſionibus relatis idem reſolvit Ludov. Cencius *d. art.* 2. *n.* 10.

Limita tertiò in fidejuſſore indemnitatis, ut per 5
Carot. *d. q.* 15. *num.* 6. *verſ. & in hoc ſimplici fidejuſſore, & cap.* 16. *num.* 3. Bernard. Græve. *d. concl.* 27. *conſid.* 2. *num.* 8.

Limita quartò in fidejuſſore negante ſe eſſe fide- 6
juſſorem, quia excuſſionis privilegium amittit. Vide Anton. Gom. *tom.* 2. *var. c.* 13. *num.* 14. *verſ. ſeptimò limita,* Theſaur. *deciſ.* 50. quem refert Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. p.* 1. *collect.* 237. *prope finem,* Molin. *diſp.* 545. *verſ. item fidejuſſor,* Rebello *d. p.* 2. *lib.* 16. *q. unic. de fidejuſſor. n.* 20. *verſ. eodem quoque,* Cald Pereira *de empt. cap.* 27. *n.* 1. *& c.* 33. *n.* 20. Ordin. Regia *Luſitan. lib.* 4. *tit.* 59. §. 1.

Limita quintò, quando procedi mandatur ſumma- 7
riè, de plano, & ſola facti veritate inſpecta, ut per Ozaſc. *Pedem. deciſ.* 51. *num.* 1. Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *q.* 51. *num.* 8. *& conſ.* 25. *num.* 13. Cald. Pereira *d. c.* 33. *num.* 30. Cum diſtinctione reſolvunt Cornaz. *Lucenſi deciſ.* 37. *ſub num.* 4. Ioſeph. Ludov. *Peruſ. deciſ.* 45. *ſub num.* 9. Bernard. Græve. *d. concluſ.* 27. *conſid.* 3. *per totam.*

Limita ſextò in mercatore, ſeu campſore fideju- 8
bente. ut per Mench. *illuſtr. cap.* 33. *num.* 23. Menoch. *conſ.* 662. *num.* 14. Theſaur. *Pedem. deciſ.* 166. *num.* 7. Franc. Marc. *Delphin. deciſ.* 887. *num.* 17. *p.* 1. Surd. *conſ.* 309. *n.* 3. Cald. Pereira *d. c.* 33. *n.* 26. Caroc. *de excuſſ. bonorum, q.* 48. *n.* 2. *p.* 2. Bernard. Græve. *d. concluſ.* 27. *conſid.* . *per totam.*

Limita ſeptimò in foro Canonico, ſeu Eccleſiaſtico, 9
ubi excuſſionis exceptio denegatur, ut per Menoch. *conſ.* 662. *num.* 15. Gabr. *commun. lib.* 3. *tit. de fidejuſſ. concl.* 1. *num.* 72. Caroc. *d. q.* 51. *n.* 1. *p.* 2. Valent. Franc. *de fidejuſſ. cap.* 3. *n.* 401. Bernard. Græve. *d. concluſ.* 27. *conſid.* 6.

Limita octavò ſi pacta mercede fidejuſſiſſet, ut per 10
Surd. *conſ.* 309. *num.* 11. *&* 12. Hieron. Magon *Florentina deciſ.* 136. *n.* 8. An autem licitè quis recipiat pecuniam, ut ſit fidejuſſor pro alio? Vide Sot. *de juſtit. lib.* 6. *q.* 1. *art.* 2. *verſ. quapropter,* Palat. *in repet. cap. per veſtras, de donat. inter virum & uxorem, notab.* 6. §. 9. *ex*

ex num. 10. Petr. à Navar. *de reſtit.tom.*2.*lib.*3. *c.*2. *ex n.*247. Covar. *var. ar. lib.*3.*c.*2.*n.*6. Alphonſ.Villag. *in tract. de uſur s,q.*23. *per tot.* Perez *in rubr.tit.*2. *verſ. quæro ſucceſſivè, lib.*8.*ordinam. pag.*23. Marienſ. *l.*1. *gloſſ.*8. *n.*66. *tit.* 1. *lib.*5.*novæ recop.*

11 Limita nonò in patre, cui pro filio fidejubenti præcidirur excuſſionis exceptio, ut per Boër.*deciſ.*221. *à num.*13.Theſaur *Pedem.deciſ.*166 *n.*5. Franc. *de fidejuſſ.cap.*5.*n.*419. latiſſimè cum ampliationibus,& limitationibus Vincent.Caroc.*de excuſſ.bonorum,quæſt.*6. *part.*2. Anton.Hering. *de fidejuſſ. cap.*277. *à n.*244. *part.*1.

12 Limita decimò, quando debitor principalis eſt abſens à loco ſui domicilii. Vide Bertaz *de clauſ.inſtrum. clauſ.*40.*gloſſ.*4.*ſub n.*2.Cæſ.Baez.*deciſ.*20.quem refert Aloyſ.Ricc. *in collect.deciſ.part.*1. *collect.*237. *limit.*1. Cald.Pereira *d.c.*33.*n.*17.Bernard.Grævæ *d.concl.*27. *limit.*9. & extende quod adhuc excuſſionis exceptionem fidejuſſor obtendere non poſſit quando proceſſu pendente reverteretur principalis, ut per Gabr. *lib.*3. *commun.tit.de fidejuſſ. concl.*5.*n.*334. Vincent.Caroc. *de excuſſ. bonorum, q.*46. *n.*2. *verſ. ampliatur quintò*, licèt contrarium & rectius, & æquius dicat Anton. Hering. *d.tract.de fidejuſſ. c.*24.*n.*24.

13 Limita undecimò in cauſa appellationis, qua excuſſionis exceptio opponi nequit,ut per Barth.Bertaz. *d.gloſſ.*4.*ſub n.*2.*verſ.quo fit,ut lite conteſtata*, Vincent. Caroc. *de excuſſ.bonorum,q.*9.*n.*1.*p.*3. Valent.Franc. *in tract.de fidejuſſ.c.*5.*n.*278.Bernard.Grævæ.*d.concl.*27. *conſid.*11.

14 Limita duodecimò in agente hypothecaria adverſùs tertium poſſeſſorem, cui non datur excuſſionis exceptio,ut per Cornaz.*Lucenſi deciſ.*37.*n.*1. Valent. Franc.*de fidejuſſ.cap.*5.*n.*149.*&*414.Peregr.Iannin.*de citat.reali, lib.*1. *c.*1.*n.*393. Theſaur.*Pedem.deciſ.*51.
15 *n.*4. Poſſeſſor tamen prædii ſuper quo venditæ erant certæ menſuræ frumenti,conventus ad illas ſolvendas, non poteſt excipere de excuſſione priùs facienda in venditore, ut per Gam.*deciſ.*145. *n.*2. Valaſc. *de jure emphyt. q.*32. *ſub num.*14. *verſ. ex quo promiſſio*, Petr. Salazar *de uſu,& conſuet. c.*11. *n.*47. Cevall. *commun. contra communes, q.*76. *num. fin.* quamvis contrarium tueatur Peregr. *conſ.*97.*n.*9.*lib.*1.

16 Limita decimotertiò quando principalis ceſſit bonis,ut per Neguz.*de pignorib.*1.*membro* 8.*partis,n.*15. Cald Pereira *d cap.*33.*n.*18. ubi etiam idem reſolvit quando debitor principalis eſt pauper,& notoriè non ſolvendo,de quo etiam Vivian.*Neapol.deciſ.*269.*n.*2. Peregr.Iannin.*de citat.reali,c.*1.*n.*399.Bernard.Grævæ. *d.concl.*27.§.3. *conſid.*1. *n.*15.

17 Limita decimoquartò, quando debitoris bona non in propinquo,ſed in remoto judicii,ubi diſceptatur, loco eſſent ſita, ita quod difficilis & incommoda creditori eveniet principalis excuſſio, ut per Theſaurum *Pedem.deciſ.*40. *ſub n.*3. quem refert Bernard Grævæ. *d.conſid.*1 *num.*14. Idem quando principalis debitor eſſet mortuus,nam eo caſu poterit rectà via conveniri fidejuſſor abſque eo,quod hæres debitoris excutiatur, *l.fidejuſſor obligari*, §.*fin. in fine, ff. hoc titulo.* Caroc. *de excuſſion. p* 2. *quæſt.*71. *n.*3. Ludov.Cencius *d.art.*2. *num.*21.ubi *num.*22. intelligit quando defunctus fuit in mora.

18 Limita decimoquintò in fidejuſſore, ſi ſit correus debendi qui de jure Luſitano poteſt conveniri ante debitorem, ut per Cald.Pereira *d.c.*133.*n.*3. Molin. *diſp.*542.*verſ.de jure Luſitano*,Rebello *de oblig. juſtitiæ p.*2.*lib.*16.*quæſt.unic.de fidejuſſ. n.*20.

Si ex confeſſione prædictorum Clericorum,&c.] Vtrùm autem ſatis ſit fidejuſſori probare ſolutionem à ſe fuiſſe factam per ſolam confeſſionem creditoris ſine alia probatione numerationis, ut poſſit agere adversùs debitorem, qui illum promiſit ſervare indemnem? vide Felin.*in cap.ſi cautio,n.*89.*de fide inſtrum.*Afflict. *deciſ.*92. *n.*3.*&* *deciſ.*94. *n.*3. *&* *deciſ.*150. *num.*35. Hippol.de Marſil. *in tract.de fidejuſſ. n.*265. *verſ. trigeſimoquintò*, Tiraq. *de retract.lign.*§.10. *gloſ.*18.*n.*84. *&* *de retractu convent.* §.4. *gloſſ.*6. *n.*17. Maſcard. *de probat. concl.*373. *ex num.*1.

Ipſumque ſervent indemnem.] Notatur ad hoc,quod 19 fidejuſſor non tantùm agit ad debitum principale, quod ſolvit, ut *in l.indebitam, ff.de condict.indebiti*, cum ſimilibus, ſed etiam ad intereſſe, & damna ſine culpa ſua ex ſolutione facta provenientia, in quo hic text.eſt notabilis ſecundùm omnes *hic*,Duen.*reg.*337. *ampl.*2.Cald.Pereira *d.c.*33.*n.*129.fidejuſſionis enim natura eſt, ut indemnis præſtetur fidejuſſor, ut per Steph.Gratian. *Marchiæ deciſ.*147. *num.fin.* Ant.Fab. *in ſuo Cod. tit.de fidejuſſor.definit.*... Valent.Franc.*tract. de fidejuſſ. cap.*5. *n.*508.*cum ſeqq.* Bernard.Grævæ. *ad practic.Cameræ Imper. lib.*2. *concl.*29.*conſid.*6.

Alioquin de redditibus eorum,&c.]Dum decidit hic text.cogendos eſſe Clericos de redditibus ſuorum beneficiorum ſatisfacere pro debitis ſuis, vel alienis, quæ tanquam fidejuſſores ſe ſolvere obligarunt, videtur probare beneficiarios verè & propriè dominos eſſe fructuum ſuorum beneficiorum,& de illis diſponere poſſe,excepta diſpoſitione prævia ultimæ voluntatis: vide tamen quæ circa interpretationem hujus text. tradunt Nav.*de redditib. Eccleſ. quæſt.*1.*mon.*64. Sarmient. *p.*4.*c.*1.*à princip.& in defenſor. c.*46. Baëz. *de inope debitore, c.*12.*n.*18. Gutier. *de juram.confirm. p.*1.*c.*17.*n.*4.

Præfatos verò Clericos, &c.] Notatur ad hoc quod 20 non poteſt quis venire contra proprium juramentum. Vide Felin. *c.*2.*n.*3.*de ſponſalib.* Bonacoſ. *tom.*1. *commun. opin. lib.*4. *tit.*1. *n.*169. *pag.*450.

Si religionem fidei, & juramenti, &c.] Notatur ad 21 hoc, quod alterum ex copulatis non ſufficit, cùm utrumque eſt neceſſarium, ut per Tiraq. *in tract. Ceſſante cauſa, limit.*22. *n.*14.

In gloſſ *Redditibus*.Notatur ad hoc quod in fructi- 22 bus Præbendæ, ſeu beneficii Eccleſiaſtici, non fit executio pro condemnatione Clerici, dummodo habeat alia bona,ſed ſi alia bona non habeat, poteſt fieri executio in dictis bonis,ut per Duen.*reg.*275. *verſ.limita undecimò.* Et Clericus fidejuſſor ſi habeat unde ſolvat ex patrimonio ſuo, vel ex redditibus ſui beneficii in quantum facere poteſt ne egeat, tenetur, ſed eo non exiſtente ſolvendo,non poteſt carcerari, Anton.Gom. *tom.*2.*var. c.*13. *n.*18. *in fine*, *verſ. unum tamen eſt*, Farin. *in praxi crimin. p.*1.*q.*27. *n.*66.

SVMMARIVM.

1 *Debitor per diſtrictionem canonicam compellitur à fidejuſſione fidejuſſorem abſolvere, qui à creditoribus moleſtatur.*

2 *Clericus ſi de facto fidejubeat, fidejuſſio eſt valida, & remanet obligatus.*

3 *Fidejuſſor ſimpliciter acceptus tenetur ad uſuras, intereſſe, vel augmentum debiti ex mora principali.*

4 *Obligatio facta pro principali debito trahitur etiam ad intereſſe, & uſuras.*

5 *Bona obligata pro dote, cenſentur etiam obligata pro alimentis,& uſuris.*

CAP.

CAP. Conſtitutus III.

1 SI conſtiterit quod fidejuſſor pluries moleſtatur à creditoribus, eſt cogendus debitor per cenſuras Eccleſiaſticas ut liberet eum à fidejuſſione: quod ſi debitor neget debitum, cogendus eſt ſubire juramentum calumniæ. Item judices loci diſtantis debent accipere teſtimonia, & tranſmittere, v.g. ad Epiſcopum, & ſignificare quæ fides ſit eis habenda, miſſo procuratore ad locum, ubi teſtes deponunt. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc Collect. Zabar. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſt. Anch. Henric. Barbat. Panorm. Guid. Papæ, Vivian. *in ration. lib. 3. juris Pontif. pag.* 101. Alagona *in compend. juris Canon. pag.* 441. remiſſivè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 1. *Decret. lib.* 1. *tit.* 18. *c.* 5.

2 Collige ex text. quod ſi Clericus de facto fidejubeat, fidejuſſio eſt valida, & remanet obligatus. Carol. de Graſſis *effectu* 44. *num.* 3. Gregor. *l.* 2. *verbo de los Obiſpos, tit.* 12. *part.* 5. Menoch. *de præſumpt. lib.* 2. *præſumpt.* 46. *n.* 15. Cald. Pereira *de extinct. emphyt. c.* 17. *n.* 10. *verſ. infertur* 23. *colum.* 2. Roman. *conſ.* 409. *n.* 7. Cened. *ad Decret. collect.* 164. *n.* 2. Bellet. *diſquiſit. clerical. p.* 1. *tit. de diſcipl. cleric.* §. 32. *n.* 6. ubi etiam cum Surd. *conſ.* 396. *num.* 25. *vol.* 3. dicit ſecus eſſe quando fidejuberet coram non ſuo judice.

3 In gloſſ. *Acceſſiones*, 2. ibi, *diſtingue utrùm fidejuſſerit in omnem cauſam*, &c. Notatur ad hoc, quod fidejuſſor ſimpliciter acceptus non tenetur ad uſuras, intereſſe, vel augmentum debiti ex mora principali, ut per Abb. *hic, n.* 7. Cortaſ. *lib.* 2. *miſcel. c.* 12. *n.* 9. Sed verius eſt fidejuſſorem ſimpliciter ſe obligantem pro contractu, vel debito alieno teneri ad uſuras, ac intereſſe proveniens ex natura obligationis principalis. Vide D. Barboſa *in l.* 1. *ff. ſoluto matrim. part.* 3. *num.* 28. Neguz. *de pignoribus*, 5. *part. memb.* 1. *num.* 10. Surd. *deciſ.* 212. *num.* 8. *cum ſeqq. & de aliment. tit.* 8. *privil.* 50.
4 *num.* 2. *& tit.* 9. *quæſt.* 31. *num.* 14. ubi quod obligatio facta pro principali debito trahitur etiam ad inter-
5 eſſe, & uſuras: & *num.* 15. quod bona obligata pro dote cenſentur etiam obligata pro alimentis, & uſuris dotalibus, & *num.* 37. quod hypotheca conſtituta pro ſorte includit intereſſe, & uſuras: & *num.* 73. reſolvit quod tunc fidejuſſor non tenetur ad uſuras & alimenta, quando fidejuſſit habito reſpectu ad certam quantitatem ſortis, putà pro centum, ubi tamen ſimpliciter, & ſine determinatione quantitatis interceſſit, tunc obligatur ad uſuras. Vide Stephan. Gratian. *diſcept. forenſium cap.* 30. *num.* 28. *& cap.* 117. *num.* 5. *cum ſeqq.*

6 In gloſſ. *Tranſmittentes*, ibi, *hoc fieri poteſt in cauſis civilibus.* Notatur ad hoc quod in civilibus teſtium receptio committitur, ut per Socinum *reg.* 310. *in princ.* Menoch. *remed.* 15. *recup. num* 346. Virgil. Boccac. *in tract. de literis remiſſor. cap.* 4. Farinac. *in praxi crimin. q.* 77. *num.* 2. Buccaron. *de different. inter judicia civil. & crimin. differ.* 83. *num.* 1. etiamſi teſtes præſentes exiſtant, & in loco judicii morentur; adhuc enim judex poterit eorum examinationem notario committere, ſecundùm Roman. *ſing.* 397. *verſ. ſcis quod licet in cauſa civili*, Menoch. *d. loco, num.* 350. Farin. *d. q.* 77. *n.* 178. *& ſeqq.* Sigiſm. Scac. *in tract. de judic. cauſ. civil. lib.* 2. *c.* 8. *n.* 42. *&* 43. Buccaron. *d. differ.* 83. *poſt n.* 9. *verſ. & hæc de teſtibus*

In eadem gloſſ. ibi, *ſecus in criminalibus, in quibus teſtes in præſentia judicis ſuum teſtimonium dicere debent.* Ita Roman. *ſing.* 292. *incip. Perſonæ egregiæ.* Octav. Veſtr. *in ſua practic lib* 6. *cap. ult. rubr. de remiſſ. ad partes, ac illius proceſſu, ſub num.* 1. *verſ. non tamen paſſim*, Buccaron. *dicta differ.* 83. *num.* 2. & dixi latè *ad cap.* 1. *in fine, de teſtibus cogend.*

SVMMARIVM.

1 *Religioſus ſi fidejubeat, vel mutuum accipiat ſine licentia Prælati, & majoris partis Capituli, non tenetur Eccleſia, & ipſe recipiens punitur, niſi mutuum ſit verſum in utilitatem Eccleſiæ.*
2 *Lex prohibitiva loquens de certis Religioſis, in aliis locum non habet, etiam data ſimilitudine rationis.*
3 *Fidejubere pro aliquo non poteſt Clericus Eccleſiæ Collegiatæ.*
4 *Religioſus fidejuſſor exiſtere non poteſt abſque Prælati & majoris partis Capituli licentia.*
5 *Prælatus monaſterii abſque conſenſu conventus nec fidejubere, nec fidejubendi facultatem concedere poteſt.*
6 *Religioſus ſi de facto fidejubeat abſque Conventus licentia, irrita eſt fidejuſſio.*
7 *Religioſus non poteſt mutuum recipere ultra ſummam communi providentia conſtitutam, niſi Prælati, & majoris partis Conventus licentia interveniat.*
8 *Eccleſia, vel Monaſterium non tenetur ex mutuo ſuſcepto à particulari, niſi in ipſius utilitatem verſum probetur.*
9 *Probatio verſionis in utilitatem eſt neceſſaria in mutuo ſuſcepto ab ipſo Prælato, & Capitulo inſimul, ut ex illo Eccleſia obligetur.*
10 *Eccleſia, vel Monaſterium tenetur ex mutuo ſuſcepto à Prælato, ubi eidem ſatisfieri poteſt ex redditibus, abſque diſtractione bonorum immobilium Eccleſiæ, vel mobilium pretioſiorum, ut* n. 11.
12 *Probatio verſionis in utilitatem Eccleſiæ non eſt neceſſaria ubi mutuum fuerit acceptum intra ſummam ab Eccleſia communi ordinatione taxatam.*
13 *Mutuum recipiens, ſi habeat ſpeciale mandatum, vel licentiam ab Eccleſia ad illud recipiendum, obligabitur abſque alia probatione verſionis.*
14 *Eccleſia, & minor adverſus mutuum à ſe receptum reſtituuntur eo ſolùm quod in eorum utilitatem verſum non probetur.*
15 *Succeſſor ut conveniri poſſit pro debito contracto per ejus prædeceſſorem, requiritur quod pecunia probetur verſa in utilitatem Eccleſiæ.*
16 *Emptor rei Eccleſiæ, quæ fit pro ipſius debito perſolvendo, tenetur probare, & curare pretium ad ſolutionem debiti profeciſſe.*
17 *Mutuum ſi fiat Prælato, & Capitulo inſimul, non eſt neceſſarium quod probetur eſſe verſum in utilitatem Eccleſiæ.*
18 *Probatio verſionis in Eccleſiæ utilitatem qualiter probetur.*
19 *Fidejubere ex pietate tenetur Clericus quando adeſſet urgens neceſſitas.*

CAP. Quod quibuſdam IV.

Innoc. III.

REligioſus nullus abſque ſui Abbatis, & majoris 1
partis Capituli licentia poteſt fidejubere pro aliquo, nec accipere mutuam pecuniam ultra ſummam à Capitulo conſtitutam, alioquin non tenetur Conventus pro his reſpondere, niſi manifeſtè conſtet quod pecunia fuit converſa in utilitatem Eccleſiæ. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Imola, Ananias, Butr. Hoſt. Henric,

Hentic. Anch. Panorm. Barbat. Guid.Papæ, Vivian. *in rationali lib.3.juris Pontif. pag.*202. Alagona *in compendio juris Canon. pag.*441. remiſſivè Ximen. *in concordant. p.*2. deſumitur ex Concilio generali Lateran. *cap.*59. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 4. *Decret. lib.*3.*tit.*6. *cap.unic.*

2 *Mandamus ad univerſos extendi.*] Intellige hanc extenſionem omninò fuiſſe neceſſariam, quia lex prohibitiva loquens tantùm de certis Religioſis, qualis erat illa, cujus meminit text. *hîc*, in aliis locum non habet, etiam data ſimilitudine rationis; notant *hîc* Abb.& Anan.*num.*2.cum citatis à Soar.*de legibus, lib.*6.*c.*3.*n.*12.*in fine.*

3 Notatur ad hoc, quod Clericus Collegiatæ Eccleſiæ non poteſt fidejubere pro aliquo, ut etiam notatur *in l.*6.*in* 2. *p. tit.*18. *lib.*3. *fori, & l.*2.*tit.*12. *p.*5. ubi Gregor. *in gloſſ. verbo Clericos regulares*, obſervat Gutier. *de juram confirm. p.*1. *c.*72.*n.*4.

4 *Ne quis videlicet Religioſus*,&c.] Notatur ad hoc quod religioſus fidejuſſor exiſtere non poteſt abſque Prælati,& majoris partis Capituli licentia, ut per *l.*1. *tit.*12. *p.*5. Molin. *de juſtit. tract.*2. *diſp.*519. *n.*19. Azor. *inſtit. moral. p.*1. *lib.*12.*cap.*11.*q.*2. Rebello *de obligat. juſtit. p.*2. *lib.*16. *quæſt.unic.de fidejuſſ. n.*13. Bellet. *diſquiſit.clerical. p.*1. *tit. de diſciplina Clericali*, §.32.*n.*7. noviſſimè Fr. Hieron.Roderic. *in compendio quæſt.Regul.reſol.*35.*n.*7. latè Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.*2.*lib.*6. *cap.*14.*n.*38. ubi *in verſ.quare, n.*39.
5 reſolvit nec Prælatum monaſterii id poſſe abſque conſenſu majoris partis Capituli, nec ipſum abſque eo conſenſu facultatem fidejubendi concedere poſſe, & citat Sylveſt.*verbo fidejuſſor, quæſt.*4. & Angel. *eod. verbo, n.*7. Armil.*num.*4.ac Leſſium *de juſtit.lib.*2.*c.*28.
6 *dub.*2.*n.*20. Quod adeò verum eſt, ut ſi de facto fidejubeat religioſus abſque prædicta licentia, irrita ſit fidejuſſio, ut per Gregor. *l.*2. *verbo de los Obiſpos, tit.*12.*p.*5. Molin. *de juſtit.tract.*2.*diſp.*540.*verſ.Religioſus verò*, Azor. *inſtit.moral. p.*1. *lib.*12. *c.*11.*q.*2. Sanch. *d.c.*14.*n.*41. *verſ. ſed dicendum*, ubi reddit rationem quare Clerici, quibus ſimiliter interdicitur fidejuſſio, ſi de facto fidejubeant, manent obligati, *cap.*3.*de fidejuſſor.* non ita Regulares: unde idem Sanch. *num.*42. *dicto loco*, advertit quod licèt Religioſus de ſuperioris licentia exiſtens in ſtudio poſſit contractus inire, nequit tamen validè fidejubere, & citat Surd. *de aliment.tit.*8.*privil.*97.*n.*1.refert Fr.Hieron.Roder. *d.reſol.*35. *n.*7.

Nec de aliquo pecuniam mutuam accipiat.] Notatur
7 ad hoc, quod ſicut Religioſus fidejubere non poteſt, ita nec etiam mutuum recipere ultra ſummam communi providentia conſtitutam, niſi Prælati,& majoris partis Capituli licentia interveniat, & adversùs mutuum minor reſtituitur, etſi non probet ſe ex illo læſum, ut per Cald.Pereira *in l.ſi curatorem, verbo Sua facilitate, n.*30.

8 *Alioquin non tenetur Conventus*, &c. Notatur ad hoc quod ex mutuo ſuſcepto à particulari de Eccleſia, vel monaſterio ultra ſummam communi providentia conſtitutam, non tenetur Eccleſia, vel monaſterium, niſi in ipſius utilitatem verſum probetur, in idem ſunt text.*in c.*1.*verſ.cùm enim, de depoſito, c.*1. *in fine, infra de ſolution.* ubi gloſſ *verbo neceſſitate*, Molin.*de juſtit. tract.*2.*diſp.*300 *à n.*2. Rebello *de obligat. juſtit. p.*2. *lib.*8. *q.*2. *ſect.*3. latè Menoch. *de arbitr. caſu* 432. *à num.*2. plures refert Doctores Cened. *ad Decret. collect.*24. *n.*1. Marc. Anton. Genuenſ. *in pract. Eccleſ. quæſt.*139.ubi *num.*12.dicit quod creditor non debet probare verſionem in utilitatem Eccleſiæ, quando pecunia à Prælato cum Capitulo recepta eſt mutuò, refert noviſſimè Hier.Roder. *d. reſol.*35. *n.*8.

Amplia primò, ut procedant etiam in mutuo ſuſ- 9
cepto ab ipſo Prælato, & Capitulo inſimul; adhuc enim ut ex illo Eccleſia obligetur probationem verſionis eſſe neceſſariam, ſaltem caſu, quo ad mutui ſatisfactionem neceſſarium ſit vendere bona immobilia, vel pretioſa Eccleſiæ, defendunt Menoch.*d.caſu* 432. *n.*7. Molin.*diſp.*300.*n.*2.*verſ.ſi neceſſaria*, Redoan. *de rebus Eccleſiæ non alien.q.*4.§.1.*à n.*5. Rebello *quæſt.*1. *n.*12. Hieron Roder.*d.reſol.*35.*n.*8 quamvis in mutuo ſic ſuſcepto à Prælato, & Capitulo inſimul, vel ab alio de ſpeciali licentia,& mandato illorum, non eſſe neceſſariam probationem verſionis teneant Covarr. *lib.*2.*var. cap.*17.*n.*3. Pinel. *in l.*2. *C.de reſcind.vend. part.*1.*cap.*4, *num.*68.*in fine*, Maſcard. *concl.*1165. *à num.*17. Bellet. *diſquiſit.clerical.. part.*1. *tit. de Clerico debitore*, §.3. *n.*40.

Limita primò non procedere, ubi mutuum ſuſce- 10
ptum eſt ab ipſo Prælato, potéſtque idem ſatisfieri ex redditibus abſque diſtractione bonorum immobilium Eccleſiæ, ut per Redoan. *d.quæſt.*4.§.2.*à num.*7. Molin. *diſp.*300. *n.*2.*verſ.eodem modo*, Rebello *dicta q.*2. *ſect.*3.*n.*17. quamvis contrarium tueatur Covar. *d.c.*17.*n.*3.

Limita ſecundò, ut non procedat indiſtinctè, ſive 11
mutui ſatisfactio debeat fieri ex bonis immobilibus Eccleſiæ, ſive ex mobilibus tantùm, cùm ſolùm habeat locum ubi ad mutui ſatisfactionem oportet diſtrahere bona immobilia Eccleſiæ, vel ſaltem bona pretioſa, ut per Abb.*hîc, à num.*4. quem ſequuntur ferè omnes relati à Menoch *d.caſu* 432. *n.*7.

Limita tertiò non habere locum ubi mutuum fuerit 12
acceptum intra ſummam ab Eccleſia communi ordinatione taxatam; tunc enim ad eam obligandam neceſſarium non erit verſionem probare, *gloſſ.penult. hîc*, Abb.*num.*7. Menoch. *d.caſu* 432.*n.*25. Redoan.*d.q.*4. §.2.*n.*12. Molin *diſp.*30.*n.*2.*in fine.*

Limita quartò, non procedere caſu, quo mutuum 13
recipiens habeat ſpeciale mandatum, vel licentiam ab Eccleſia ad mutuum recipiendum, tunc enim intra formam,& limites illius obligabitur abſque alia probatione verſionis. Vide Menoch. *d caſu* 432. *num.*25. *& ſeqq.* Maſcard. *concl.*1165. *num.*29. Pinel. *d.cap.*4. *num.* 69

In illis caſibus in quibus Eccleſia ex mutuo mero 14
jure obligatur abſque probatione verſionis, poteſt nihilominus in integrum reſtitui, ex eo ſolùm quod mutuum in ejus utilitatem verſum non proponatur, ut per Covar.*lib.*2.*var.cap.*19.*n.*3.*ad finem*, Redoan. *d.q.*4. §.1.*à n.*9. Maſcard.*concl.*1165.*à n.*24. ita etiam minor adverſus mutuum à ſe receptum reſtituitur, eo ſolùm quod in ejus utilitatem verſum non ſit, ut probant *l.* 2. *C.ſi adversùs credit. lib.*12. Maurit. *de in integr.reſtit.c.*221.*n.*1. Pinel.*in l.*2. *C.de reſcind.vend. p.*3.*c.*1.*num.*31. Molin. *diſp.*300.*num.ult.* licèt aliter Menoch. *d.caſu* 432.*n.*16.

Niſi fortè,&c.] Ergo ad hoc ut ſucceſſor conveniri 15
poſſit pro debito contracto per ejus prædeceſſorem, requiritur, quod pecunia probetur verſa in utilitatem Eccleſiæ, ut per Bellet. *diſquiſit.cleric. p.*1.*tit.de Clerico debitore*, §.3.*n.*38 Amplia procedere in depoſito, vel ſimilibus contractibus, qui gratia tantùm contrahentis celebrantur, probat text. *in c.*1. *ſuprà de depoſito*, ubi *gloſſ.*1. Imola *num.*5.*&* 6. Redoan.*d q.*4.*in princ. n.*18. Molin.*diſp* 525. Cened.*ad Decretal. collect.*24. *num.*2.

Limita, ut non procedat in venditione rei Eccle- 16
ſiæ, quæ fit pro ipſius debito perſolvendo, tunc enim emptor probare, & curare tenetur pretium ad ſolutionem debiti profeciſſe. Vide Pinel.*in l.*2.*C.de reſcind. vendit.part.*2.*c.*4.*num.*69.*& ſeqq.* Menoch. *conſ.*114. *num.* 8.

*n.*8.& 9.Surd. *conſ.*181.*n.*43.& ſic intelligitur *auth. de alien.& emphyt.§.his verò omnibus,verſ.niſi pretium*; ſi verò Eccleſia actrix ſit, & vult rem venditam jam traditam ex eo revocare, quod pecunia in ejus utilitatem verſa non fuerit, tunc probatio eidem Eccleſiæ incumbet,Menoch.*lib.*3.*de præſumpt.* *q.*55. *n.*1.& 2. Maſcard. *concl.*1165.*n.*36.Surd.*d.conſ.*181.*n.*44. latè Aloyſ.Ricc. *in praxi fori Eccleſ. deciſ.*2.

17 *Manifeſtè conſtiterit redundaſſe*,&c. Notatur ad hoc,quod ſi mutuum fiat Prælato,& Capitulo ſimul, non eſt neceſſarium quod probetur eſſe verſum in utilitatem Eccleſiæ,Covar. *lib.*2.*var. c.*17.*n.*3. Bellet. *d.§.*3.*n.*40.quæ quidem probatio verſionis in Eccleſiæ
18 utilitatem, non ſolùm per veras probationes fieri poteſt, veluti per uſum evidentem, aut ſimilem, ut per Redoan.*d.q.*4.*§.pen. n.*3.& 4. Maſcard. *de probat.concluſ.*728.*n.*9.& *concl.*582.*n.*5. Sed etiam per conjecturas, & præſumptiones jure probatas, ut docuit *gloſſ.ult. verbo probavit, in auth. hoc jus, C. de ſacr ſ. Eccleſ.*Menoch.*d.caſu* 432.& *lib.*4.*de præſumpt.q.*55. *n.*4.Maſcard.*concl.*166.*n.*1.Plures autem conjecturas, ſeu præſumptiones in propoſito referunt Menoch. *d.quæſt.*55.*per totam*, & *d.caſu* 432. *n.*33.*cum ſeqq.* Maſcard. *concl.*728. & *concl.*1116. Redoan. *d. q.* 4. *§.verum*, noviſſimè Aloyſ.Ricc. *in praxi fori rerum Eccleſ.deciſ.*3. ubi *num.*1. quod conceſſio Prælati ſola utilitatem non efficit, ut præſumatur interveniſſe decretum commiſſariorum.

19 In gloſſ. *Fidejubeat.* Notatur ad hoc,quod quando adeſſet urgens neceſſitas, Clericus ex pietate tenetur fidejubere,Gerard. *ſing.*100.*n.*3. Carol.de Graſſis *d. effect.* 44. *n.*4.

SUMMARIUM.

1 *Fidejuſſor in quibus caſibus contra debitorem agat antequam ſolvat, ut à fidejuſſione liberetur.*
2 *Fidejuſſor non poteſt agere adverſus debitorem principalem, nec ad hoc quidem ut liberetur, antequam pro eo ſolvat, vel alio modo ſatisfaciat.*
3 *Fidejuſſor poteſt experiri adverſus debitorem principalem, ut eum à fidejuſſione liberet, ſi diu in ea ſtetit.*
4 *Diu perſiſtere in fidejuſſione quando dicatur, relinquitur arbitrio judicis.*
5 *Fidejuſſor poteſt debitorem cogere, ut eum liberet à fidejuſſione, quando bona ſua dilapidare cœpit, niſi poſt inchoatam diſſipationem debitor abſtinuerit, ut* num.6.
7 *Diſſipare bona quando quis dicatur, & quomodo probetur.*
8 *Fidejuſſor poteſt debitorem convenire, ut eum liberet à fidejuſſione, ſi ipſe fidejuſſor judicio conventus ad ſolvendum condemnatus ſit, vel ſit in caſu condemnationis, ut* num. 9. *& quid ſi ſit obligatus per inſtrumentum guarentigiatum, ut* num. 10.
11 *Fidejuſſor condemnatus non poteſt convenire debitorem, ut eum liberet à fidejuſſione, ſi appellavit debitor, vel ſi fidejuſſor culpa ſua condemnatus fuit, ut* n. 12.
13 *Fidejuſſor poteſt antequam ſolvat debitorem principalem convenire, ut eum liberet, ſi ab initio eo pacto fidejuſſionem ſuſcepit.*
14 *Inimicitiæ ſi ſuperveniant inter debitorem, & fidejuſſorem, poteſt fidejuſſor convenire debitorem, ut eum liberet à fidejuſſione.*
15 *Fidejuſſor ſi animo novandi interceſſit, poteſt debitorem convenire, ut eum liberet à fidejuſſione.*
16 *Fidejuſſor qui vult abeſſe ex cauſa neceſſaria, poteſt debitorem convenire, ut eum liberet.*
17 *Debitor principalis quando eſſet rixoſus, poteſt fidejuſſor convenire illum, ut à fidejuſſione liberet.*
18 *Fidejuſſores in priori obligatione dati, an liberentur per poſteriorem, oſtenditur.*
19 *Fidejuſſor ad certum tempus, an abſolvatur prorogato termino ſolutionis, oſtenditur.*

Cap. Eum pro quo V. & ult.

Gregor. IX.

Fidejuſſor poteſt in tribus caſibus agere contra debitorem antequam ſolvat, ut illum à fidejuſſione liberet: primò ſi diu ſterit in obligatione: ſecundò ſi debitor incipit diſſipare ſua bona: tertiò ſi ipſe fidejuſſor fuit condemnatus ſuper hoc. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſt. Henric. Anchar. Barbat. Panorm. Guid.Papæ, Cened.*collect.*152.Vivian. *in ration.lib.*3. *juris Pontif.pag.* 442. remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.*1. & 2. 1

Collige ex text. quod fidejuſſor non poteſt agere adverſùs debitorem principalem, nec ad hoc quidem ut liberetur, antequam pro eo ſolvat, vel aliter ſatisfaciat, *l.Lucius*, *ff.mandati*, *leg. ſi pro ea,Cod. hoc tit.* Gomez *tom.*2.*variar. cap.*13.*n.*10. Duen.*regul.*336. Connan. *lib.*7 *comment. cap.*14.*n.*13. Hippol. *in rubr. hujus tit.n.*216.Guid.Papæ *deciſ.*117.Ioan.de Armon. *ſing.*81.*n* 1.Donel.*comment. juris civilis lib.*13.*c.*13.*in principio*, Felician.*de cenſibus,lib.*3.*c.*3.*n.*9. Bened.Bon. *eod. tract. art.*68. *n.*101. Ludov.Cenc. *eod.tract.p.*2. *c.*2.*quæſt.*3.*art.*4.*à n.*1. Gaſpar.Roderic. *de annuis redditibus,lib.*2.*q.*13.*n.*18.Marcheſan.*de commiſſ.appellat. à Camerali oblig. p.*1.*c.*16.*n.*122. Menoch. *de arbitr. caſu* 41.*n.*1. Bertaz. *in tract. clauſul. clauſ.*43. *gloſſ.*4. Anton Hering *de fidejuſſ.cap.*25. *per tot.* poſt Mench. Bernard. Grævæ. *ad practicam Cameræ Imper. lib.*2. *concl.*29. Molin. *de juſtit. tract.*2. *diſp.*546. *à num.*7. Cardin.Manric. *de tacitis, & ambig. convent. tom.* 2. *lib.*16. *tit.*22. Valaſc. *conſ.*36.*à n.*2. Seraphin. *deciſ.* 1024. *num.*2. Cenc. *de cenſibus, p.*2. *cap.*2.*q.*3.*art.*3. *n.*14. Rota apud Zach. *de obligat. Camer. deciſ.*10. *n.*11.& poſt *dict.tract.*Cencii *de cenſibus, deciſ.*194. *n.*3.& *in Senogallien.Salviani interdicti*,20.*Iun.*1625. coram bonæ memoriæ Patriarcha Manzanedo, & *in Spoletan. liberationis à fidejuſſione*, 30.*Martii* 1626. coram Reverend. P. D. Dutano, & *in Bonon. cenſus*, 27.*Novembris ejuſdem anni*, coram eodem, & *in eadem cauſa* 22. *Maii* 1628. coram Reverendiſſimo P. D. Vbaldo jun. 2

Si diu in debiti ſolutione ceſſavit: Hic eſt primus caſus in quo fidejuſſor ante ſolutionem poteſt experiri adverſùs debitorem principalem, ut eum à fidejuſſione liberet, nempe ſi ipſe debitor diu ſteterit abſque eo quod debitum perſolvat, in idem eſt text. *in d. l. Lucius,ad finem, ff mandati*,notant gloſſ. *verbo feceris in d. l. ſi pro ea*, ubi Bald. & Salicet. *num.*5. Gomez *d.c.*13.*n.*10.Guid.Papæ *deciſ.*217. Afflict *deciſ.*241. *num.*3. Hering. *d.cap.*25.*n.*15. Cavalc. *deciſ.*320.*n.*1. Menoch. *dicto caſu* 41.*num.*1. Peregr.Iannin.*de reali citat. cap.*9.*num.*4. *lib.*2.Valent.Franc. *tract.de fidejuſſ. cap.*5. *num.*559. & *ſeqq.* Molin. *d. diſp.*546. *num.*8. Bernard.Grævæ. *d. concl.*29. *conſid.*2. *num.*4. Valaſc. *conſ.*36.*num.*1. Card Mantic. *d.tit.*32.*n.*26. Rebello *de obligat. juſtit. part.*2. *lib.*16.*quæſt.unic. de fidejuſſ. n.*22.*verſ. primus.* 3

Et arbitrio judicis relinquitur decernendum quando dicatur diu perſiſtere in fidejuſſione, ut per Guid. 4

deciſ.117. Ludov. à Peguer. deciſ.190. Vezin. tom.1. commun.opin. lib.8.tit.25.num.62.pag.377. Menoch. d.caſu 41. num.3. Soar. recept.ſentent. lit.F. num.143. Valent.Franch.d.c.5.n.561. Anton.Hering.de fidejuſſ. cap.25.n.33. Coler. de proceſſibus execut. p.1. c.10. ſub num.319. Cardin.Mantic. d.lib.16. tit.20.num.2. & tit.22. num.26. Valaſc. conſ.36. num.2. Mareſcot. variar.reſol.lib.2.c.65.n.12. Cavaler. d.deciſ.320.n.2. Rota apud Cencium deciſ.195.n.9.& deciſ.199.n.4. & fuit dictum *in Romana*,ſeu *Montisfaliſci liberationis à fidejuſſione*, 3. *Julii* 1628. coram Card. Virili. Et illud, *diu*, non eſſe æſtimandum à diuturnitate obligationis, ſed ex mora principalis debitoris ſolutionem procraſtinantis, vide Afflict. *Neapol.deciſ.*241.*num.*4. Cavalcan. *Fivi. deciſ.*21.*ſub n.*2.& 3.*p.*4. Bernard. Grævæ. *d.conſ.*2.*n.*7.

Declara hoc non procedere in fidejuſſore ſub obligatione conditionali, qui ante conditionis eventum dici non poteſt in obligatione ſtetiſſe, *l.hoc jure, ff.de verborum oblig.l.cedere diem, ff.de verbor.ſignif.*& ideo fidejuſſor de evictione, re nondum evicta dici non poteſt in obligatione ſtetiſſe, ut poſſit cogere principalem ad ſui liberationem Surd. *conſ.*367. *num.*29. Cardin. Mantic. *de tacitis, & ambig. convent. lib.*16. *tit.*21.*num.*27. cum aliis per Rotam *d.deciſ.*199.*n.*2. poſt tract.Cencii *de cenſib.* Cavaler. *deciſ.*619. *la* 2. *n.*1. & fuit dictum in allegatis Spoletan liberationis à fidejuſſione, & Bononienſi cenſus, coram R. P. D. Durano. Sicut nec etiam fidejuſſor pro tutore, vel adminiſtratore ante finitam tutelam, vel adminiſtrationem, Anton.Gomez *variar. lib.*2.*cap.*13. *num.*10. & Rota *in proximè citatis deciſionibus*. Ita etiam fidejuſſor de reſtituenda dote antequam veniat caſus reſtitutionis liberationem ab obligatione petere non poteſt, Rota apud Cencium *deciſ.*201.*ſub num.*5. Contrarium tamen, quod fidejuſſor de reſtituenda dote ante caſum reſtitutionis dicatur in obligatione ſtetiſſe, ac proinde liberationem à fidejuſſione petere valeat, fuit reſolutum *in Romana liberationis à fidejuſſione*, 8. *Junii* 1629. coram R.P. D. Durano, ex ea ratione, quia reſtitutio dotis eſt certa per ſolutionem matrimonii, *auth.de nuptiis,§.nuptias*, ac per conſequens obligatio eſt certa ab initio, & tempus tantummodo quo fieri debeat reſtitutio, eſt incertum, & ideò fidejuſſor dicitur ſtare ab initio in obligatione; conditio enim, quæ eſt omninò extituta, non ſuſpendit nativitatem actionis, *l.ſi pupillus,§.ſpei ſub conditione, ff.de novat.* & *ibi* gloſſ.& Doctores. Ita eleganter Ferentil.*in annot.ad deciſ.*401.*Buratti, n.*21. *cum ſeqq.*

Quoad cenſum verò advertere oportet, quod cùm ille habeat cauſam ſucceſſivam quandiu non fuerit redemptus, idque fidejuſſor prævidere potuerit, non ſufficit promiſſio de relevando indemnem, niſi adſit expreſſa promiſſio liberandi reſpectu ſortis, cùm ex natura ipſius fidejuſſionis obligatio ſit perpetua, nec poſſit peti liberatio à fidejuſſione reſpectu ſortis, licèt ſecus ſit reſpectu fructuum: ita Bened. de Bonac. *de cenſibus, art.*98.*n.*101. Felician.de Solis *eod.tract. lib.*3. *cap.*3. *num.*9.*in fine*, Roderic. *de annuis reddit. lib.*2.*quæſt.*13.*n.*18.& 19. Ludov.de Valat. *de cenſib. quæſt.*97.*n.*23. Rodriquez *ſuper Bullam Pii V.de cenſib. dubit.*2. *conſid.*6. Marcel.Converſ. *in addit. ad Intrigl. q.*60.*lit.A.* Ioan.de Salas *de cenſib. dub.*38. & fuit dictum *in Romana liberationis à fidejuſſione*, 20.*Decembris* 1604. coram bonæ memoriæ Cardin. Millino, & *in Romana cenſus*, 9. *Decembris* 1619. coram Cardin. Sacraro, & *in Spoletana cenſus*, 30. *Martii* 1626. coram R.P.D.Durano, & *in Romana*, ſeu *Montisfaliſci liberationis à fidejuſſione*, 3. *Julii* 1628. coram Cardin. Virili.

5 *Aut diſſipare.*] Hic eſt ſecundus caſus, in quo ſimiliter fidejuſſor ante ſolutionem poſſit cogere debitorem, ut eum à fidejuſſione liberet, quando ſcilicet principalis bona ſua dilapidare cœpiſſet. Vide Anton. Gomez *d.cap.*13.*num.*11. *verſ.tertius caſus*, Soar. *recept. ſentent. lit. F, num.*143. Matt.Coler. *d.cap.*10. *ſub num.*320.& 322. Peregr. Iannin. *de reali citat. lib.*2. *cap.*9.*num.*3. Valent. Franch. *d.tract. de fidejuſſ. cap.*5.*num.*567. Donel. *comment. juris Civilis lib.*13. *cap.*13. *verſ.tertia cauſa*, Cardoſo *in praxi judicum, verbo. fidejuſſor n.*21.Bernard.Muſcatel. *de modo fidejubendi, part.*2.*quæſt.*4.*num.*2. Bernard.Grævæ. *d.concluſ.*29. *conſid.*1. Card.Mantic. *d.tit.*22. *à num.*18. Molin. *diſp.*546. *n.*10. Rebello *d.quæſt.unic. de fidejuſſ. n.*22. *verſ. tertius.*

6 Limita hunc caſum non procedere, quando poſt inchoatam diſſipationem debitor abſtinuit, & reverſus fuit ad meliorem frugem, tunc enim ſi nondum fidejuſſor egere cœpit, & ita res ſit adhuc integra, nullo modo ex hac cauſa agere poterit, cùm ceſſet æquitas illa juſti timoris, quæ eſt fundamentum actionis, reſolvunt Tiraq. *ceſſante cauſa, p.*1.*in princ. n.*22. Cardin.Mantic. *d.tit.*22. *n.*19.& 20. Marcel. Cala *tract.de modo articulandi,& probandi, gloſſ.unic.* §.2. *n.*1025. Cavalcan. *Fivi. deciſ.*11. *num.*4. *p.*4. Valent.Franc. *tract.de fidejuſſ. cap.*5. *n.*574.

7 Quando autem quis dicatur diſſipare, & quomodo probetur, vide Rebuff. *tom.*2.*ad leges Galliæ,tit.de ſentent.proviſ.art.*3. *gloſſ.*4.*à num.*8. Maſcard. *de probat. concl.*516.& *concl.*1240.*n.*1.Mantic.*d.tit.*22.*n.*19.

8 *Aut ſuper hoc condemnatus fuiſti.*] Hic eſt tertius caſus, in quo fidejuſſor ante ſolutionem poteſt convenire debitorem principalem, ut eum liberet à fidejuſſione, nempe ſi ipſe fidejuſſor in judicio conventus, ad ſolvendum condemnatus ſit: in idem eſt text. *in d. l. Lucius, verſ.ult.& in l.ſi mandatum, verſ.ſed ſi mandatum verò, ff.mandati,& in l.fidejuſſor pro venditore* 45. *ff.hoc tit.*& apud Caſtel.*l.*14.*tit.*12.*p.*5. Menoch. *de arbitr.caſu* 41.*à n.*17. Donel.*d.lib.*13.*cap.*13. *verſ.ſecunda cauſa*, Molin. *diſp.*546.*n.*6. Cardin.Mantic.*dicto tit.*22.*à n.*9. Rebello *d.quæſt.unic.de fidejuſſ. num.*22. *verſ.ſecundus.* Azor.*inſtit.moral. p.*3.*lib.*11.*c.*1.*de contractu fidejuſſ.q.*13. Valer.Reginald.*in praxi fori pœnit. lib.*25.*n.*221. *verſ.ſeptimus eſt.*

9 Amplia primò etiam quando fidejuſſor non adhuc fuit condemnatus, ſed facta concluſione in cauſa evidenter apparet, quod eſt in caſu condemnationis; nam tunc habetur pro condemnato, reſolvunt Bernardin.Muſcatel. *de modis fidejubendi, p.*2. *q.*2. *n.*10. Surd.*conſ.*367. *num.*19. Menoch. *d.caſu* 41. *num.*19. Cardin.Mantic.*d.tit.*22.*num.*11. inde inferentes poſſe ſimiliter fidejuſſorem de ſiſtendo in judicio, qui ſcilicet promiſit ſiſtere aliquem in judicio, nec exhibuerit, agere antequam ſolvat adverſùs reum, ut liberetur, ut per text.*in l.ſi mandato meo* 45.*verſ.ſi judicio, ff.mandati*, ex ea ratione, quia talis habetur pro condemnato, Menoch.*d.caſu* 41.*num.*28.Mantic.*d.tit.*22. *num.*30. quod ex eadem ratione locum habebit in fidejuſſore de judicato ſolvendo, cùm ſimiliter ex ſententia lata adverſùs reum principalem abſque alio novo proceſſu, parata quoque ſit adverſùs eum executio, juxta doctrinam Barr. *in rubr. ff. judicatum ſolvi*, quam ſequuntur multi, de quibus Surd. *conſil.*396. *n.*39.

10 Amplia ſecundò, ut etiam procedat quoties ex forma ſtatuti non fuerit neceſſaria condemnatio, veluti quia fidejuſſor obligatus eſt in forma Cameræ, vel per inſtrumentum confeſſionatum, ſeu ut vocant, guarentigiatum, (quæ inſtrumenta in uſu ſunt in univerſa ferè Italia) tunc enim fidejuſſor poteſt agere contra

contra

contra principalem debitorem antequam ſolvat, ut tenent Xuar. in l. poſt rem judicatam, in declarat. leg. Regni, in princ. n. 1. Valaſc. conſil. 170. n. 2. Hippol. in rubr. ff. hoc tit. n. 216. Vincent. de Franchis Neapolit. deciſ. 414. n. 2. Surd. conſ. 367. n. 20. & deciſ. 94. n. 5. Peregr. Iannin. de reali citat. lib. 2. cap. 9. num. 8. Card. Mantic. d. tit. 22. n. 10. Alexand. conſ. 72. num 6. lib. 2. Afflict. deciſ. 241. n. 3. & ibi Vrſil. num. 4. Maur. de fidejuſſor. part. 2. ſect. 1. cap. 3. n. 10. Mar. Antonin. variar. reſol. lib. 1. reſol. 60. & ult. caſu 18. verſ. tum quia, Magon. Lucenſ. deciſ. 6. ſub num. 5. & 29. Fenut. de momento tempor. cap. 28. ſub num. 19. Rot. Bononienſ. deciſ. 40. n. 6. in noviſſ. diverſ. Boccac. de ſociet. officior. num. 72. in fine. Aloyſ Ricc. in collect. deciſ. part. 2. collect. 304. Ratio eſt, quia in his caſibus debitor habetur pro condemnato, Caſtrenſ. conſ. 319. col. 2. poſt princip. verſ. & hoc ideo, lib. 1. Rota apud Zach. de oblig. Camer. deciſ. 1. n. 16. & in recent. deciſ. 446. n. 2. part. 2. & fuit dictum in Spoletana liberationis à fidejuſſione, 21. Aprilis 1627. coram Reverendiſſ. P. D. Durano, quæ eſt deciſ. ult. apud Cencium in addit. ad tract. de cenſibus, & in Lucana dotis, 19. Ianuarii 1629. coram Card. Virili. Contrarium tamen, imò fidejuſſorem obligatum per inſtrumentum guarentigiarum, aut aliud habens executionem paratam, non poſſe adversùs debitorem agere quovſque ad ſolvendum obligetur, defendunt Menoch. d. caſu 41. n. 20. Socin. reg. 191. incip. fidejuſſor, fallent. 9. poſt Gomez d. cap. 13. n. 10. in fine. Molin. diſp. 546. num. 9. Galleſ. de obligat. Camerali, q. 32. ſub num. 5. & ibi Zachi. in addition. ſub num. 2. & Rota poſt eundem tract. de obligat. Camerali, deciſ. 20. n. 11. & deciſ. 101. n. ult. Conciliantur hujuſmodi opiniones, ut prior procedat quãdo diu obligationis nexu implicatus fuiſſet fidejuſſor, vel debitor bona diſſipaſſet, aut aliàs facultatibus labi cœpiſſet, poſterior ubi fidejuſſorem interceſſionis quaſi pœnituiſſet, ſtatim ſe liberari petendo: ita Matth. Coler. de proceſſ. execut. part. 1. cap. 10. num. 327. Bernardin. Muſcatel. de modis fidejubendi, part. 1. modo 20. n. 18. & 29. Valent. Franc. tract. de fidejuſſ. c. 5. n. 387. & 588. Bernard. Græv. ad practicam Cameræ Imper. lib. 2. concl. 20. conſid. 4. à n. 11.

11 Limita quando fidejuſſor fuerit condemnatus, & pars appellavit, quia per appellationem pronuntiatum ſuſpenditur, & eſt expectandus litis eventus, niſi appellatio ſit fruſtratoria, vel injuſta, ut per Bernardin. Muſcatellum tract. de modis fidejubendi, part. 2. quæſt. 4. num. 12. Cardin. Manticam d. tit. 22. num. 12.

12 Limitatur etiam, ut non procedat quoties fidejuſſor culpa ſua condemnatus fuerit: ſed quia hæc limitatio plures diſtinctiones patitur, vide de ea Menoch. conſ. 212. n. 60. Donell. d. lib. 13. c. 13. verſ. non eſt ſatis. Molin. diſput. 546. n. 14. cum ſeqq. Cardin. Mantic d. lib. 16. tit. 22. n. 17. & 34. & tit. 15. n. 2 cum ſeqq.

13 Quartum caſum ultra tres hîc numeratos adde, in quo fidejuſſor etiam antequam ſolvat poteſt debitorem principalem convenire, ut illum liberet, nempe ſi ab initio eo pacto fidejuſſionem ſuſcepit, ut per gloſſ. hîc, verbo ſi diu, ibi, quartum eſt, Menoch d. caſu 41. n. 26. Donel. d. lib. 13. cap. 13. in princ. Coler. de proceſſibus execut. part. 1. c. 10. ad finem, ſub n. 332. Cardin. Mantic. d. tit. 22. num. 23. Bernard. Græv. d. concluſ. 29. conſid. 5. à num. 15. Bernardin. Muſcatel. in tract. de modis fidejubendi, part. 2. quæſt. 4. num. 8. verſ. 11.

14 Quintum caſum adde, quando ſcilicet superveniunt inimicitiæ inter debitorem, & fidejuſſorem, de quo Cardoſo in praxi judicum, verbo fidejuſſor, n. 21. in fine. Cald. Pereira de poteſtate eligendi, cap. 3. n. 31. & cap. 33. à num. 123. Surd. de alimentis, tit. 1. quæſt. 45. n. 73. Stephan. Gratian. Marchiæ deciſ. 133. n. 18. Bernardin. Muſcatel. d. quæſt. 4. num 6. ubi etiam tenet quod ſubdiſtinguendum eſt, cujus culpâ gravis, & capitalis inimicitia evenerit, ut ſi debitoris, agere poterit; ſi verò ipſius fidejuſſoris, non aget: nam aliàs eſſet in poteſtate fidejuſſoris ſe ad ſuum libitum liberare.

Sextum caſum adde ſi fidejuſſor animo novandi 15
interceſſit, quia ſimilis eſt ſolventi. Vide Menochium dicto caſu 41. num. 29. Cardin. Mantic. dicto tit. 21. num. 29.

Septimum caſum adde ſi fidejuſſor vult abeſſe ex 16
cauſa neceſſaria, veluti ſtudiorum, aut ſimili. Vide Bolognin. in auth. habita, C. ne filius pro patre, n. 322. Rebuff. de privilegiis ſcholaſt. privil. 127. Card. Mantic. d. lib. 16. tit. 22. n. 31. Bernard. Muſcatel. d. q.... num. 5. verſ. octavum.

Octavum caſum adde, quando principalis debitor 17
eſſet rixoſus. Vide Tiraq. de retract. lign. §. 1. gloſſ. 18. n. 40. Gregor. l. 14. verbo en alguna manera, tit. 10. p. 5. Menoch. illuſtr. cap. 33. n. 21. Rebello d. q. unic. de fidejuſſ. n. 20. poſt princ.

Adverte quod fidejuſſores in priori obligatione 18
dati non liberantur per poſteriorem obligationem, licèt & alii in hac intercedant fidejuſſores citra novationem factam: reſolvunt Anton. Gabr. lib. 3. communium opinion. tit. de novat. concl. unic. n. 4. Maſcard. de probat. concl. 1111. num. 15. Coler. de proceſſibus execut. p. 1. cap. 10. n. 307. Valent. Franc. de fidejuſſ. cap. 6. num. 21. & 22. Anton. Hering. eod. tract. c. 20. §. 36. n. 1. & 4. Menoch. de præſumpt. lib. 3. q. 134. n. 12. Bernardin. Muſcatel. in tract. de modis fidejubendi, p. 1. modo 8. n. 21. Si tamen datione novorum fidejuſſorum renovata ſit prima principalis obligatio, liberantur primi, ex Menoch. d. quæſt. 134. num. 14. Hering. d. cap. 20. § 36. n. 8. Caroc. de excuſſ. bonorum, part. 2. quæſt. 54. ſub num. 31.

Nota etiam fidejuſſorem ad certum tempus datum 19
obligationis nexu liberatum non cenſeri prorogatione ſolutionis termini ſe inſcio per creditorem debitori conceſſa, ut per Vivian. tom. 2. commun. opinion. lib. 8. tit. 24. n. 11. pag. 273. & n. 13. ubi Soar. num. 37. 104. & 189. Anton. Gabr. lib. 3. commun. tit. de fidejuſſ. concluſ. 3. Ant. Gomez. tom. 2. c. 13. de fidejuſſ. n. 1. Maſcard. de probat. concl. 1107. n. 12 Anton. Fabr. in ſuo Codice, tit. de fidejuſſ. & mandat. definit. 25. à num. 1. Camil. Borrel. conſult. 11. n. 19. cum ſeqq. Gutier. de juram. confirm. p. 1. c. 79. n. 14. plures refert Doctores Cened. ad Decretal. collect. 152. n. 1. Steph. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 68. n. 38. cum ſeqq. Contrarium tamen, imò quod fidejuſſor ad certum tempus datum liberatur inſcio ſe, quando ſolutionis terminus prorogaretur, tenent Schurff. conſil. 35. à num. 8. centur. 2. Valent. Franc. de fidejuſſ. cap. 6. n. 51. Decian. conſ. 102. n. 13. & ſeq. lib. 3. Baptiſta Coſta de facti ſcientia, & ignor. diſtinct. 69. ſub num. 3. centur. 1. Vnde cùm conductio prima eſt finita, & denuò renovatur, is qui fidejuſſit in ea prima conductione, non tenetur pro ſecunda renovata, ut per Menoch. conſ. 120. num. 29. Diſſentientes opiniones ſic conciliari poſſunt, ut prima opinio intelligatur quando fidejuſſor ſimpliciter fidejuſſit pro eo, qui ad certum uſque tempus futurus eſt debitor; ſecunda verò opinio affirmativa procedat, quãdo ſcilicet fidejuſſor intercedit pro aliquo ad certum duntaxat tempus, putà anni, biennii, &c. Vide Coler. German. deciſ. 30. num. 21. & de proceſſib. execut. part. 1. cap. 10. n. 30. cum multis ſeqq. Barbaz. tract. clauſul. inſtrum. clauſ. 41. gloſſ. 7. num. 5. Hering. in tract. de fidejuſſ.

*cap.*10. §.12. Menoch. *conſ.*719. *n.*7. Cald. Pereira *de empt. cap.*23. *n.*71.

20 Nota denique quod ſicut ſolutio facta per principalem, juvat ſidejuſſorem quoad liberationem: ita etiam illi nocet in eo quod per talem ſolutionem acquiritur creditori quaſi poſſeſſio contra eundem fidejuſſorem, ut reſolvit Rota *in Romana cenſus*, coram Penia, quæ eſt *deciſ.*299.*n* 6.*&* 7.*p.*1.*recent.* & apud Cencium *in addit.ad tract.de cenſib. deciſ.*67.*num.*7. ſequitur Steph.Gratian. *diſcept.forenſ. cap.*310. *n.*32. *&* 34. Sic etiam ſolutio facta per fidejuſſorem conſtituit creditorem in quaſi poſſeſſione contra principalem debitorem, Rota *in Cremonenſi penſionis*, 2. *Maii* 1622. coram bonæ memoriæ Vbaldo ſen. in qua fuit reſolutum, per ſolutionem factam à campſore vigore cedulæ bancariæ à titulari traditæ, penſionatium eſſe conſtitutum in quaſi poſſeſſione exigendi contra ipſum titularem, licèt campſor tunc dicatur ſimplex fidejuſſor, quia fidejuſſori non tantùm cenſetur factum mandatum de fidejubendo, ſed etiam de ſolvendo, gloſſ. *in l.ſi quis in mandato, ff.de negot.geſtis, & in l. indebitum, in verbo videri*, per illum text. *ff.de condict. indeb.* gloſſ. *in præſenti*, Card.Mantic. *de tacitis & ambig.convent.lib.*16. *tit.*22.*n.*4. Honded. *conſ.*17.*n.*34. *lib.*2. Rota *in Spoletana liberationis à fidejuſſione*, 30. *Martii* 1626. *&* 21.*Aprilis* 1627. coram R P.D. Duran quæ ſunt impreſſæ poſt dictam addit. Cencii *ad tract.de cenſib.deciſ.*124. *n.*3. *& deciſ.*142. *n.*10. & optimè deducitur *in d. Cremonen. penſionis*, refert Ferentil. *in annot.ad deciſ.*534.*Buratti, lit.A.*

De Solutionibus.

Tit. XXIII.

SVper hanc rubr. ſcripſerunt Zabarell. Ioan. Andr. Imol. Anan. Butr. Anchar. Barbat. Panorm. Guid. Papæ, Guillelm. Durand.*in Breviario aureo fol.*101.Ioan. de Londris *in Breviario ſanctorum Canonum, fol.*174.Martin.Meſnart.*in epitome Decret.fol.*115. Petr.de Ravenna *in compend.juris Canon.* Dan.Venator *in analyſi methodica juris Pontif.à pag.*449. Goffred. & Hoſt.*in ſum.hujus tit.* Alex.Caſan.&Anaſt.Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decret.*Barthol.Carthag. *in expoſit.tit.juris Canonici*, Zypæ. *in analytica poſtremi juris Eccleſ. enarrat. pag.*214. omnes *ſub hoc tit.*

De materia tit.vide apud Caſtellanos *tit.*14.*part.*5. Bellacomb.Kirchov. Soar & alios *tom.*2. *commun.opin. lib.*8.*tit.*27.*à pag.*590.Hering.*de fide, uſſ.c.*20.Rendinam *in promptuario recept.ſentent. tom.*1.*tit.*108.

Svmmarivm.

1 *Succeſſor in beneficio tenetur ex bonis, & redditibus Eccleſiæ ad debita ſui prædeceſſoris beneficiati, quæ facta fuerunt pro Eccleſiæ neceſſitate, vel utilitate*, & n. 2.

3 *Prælati ſucceſſor tenetur de bonis Eccleſiæ ad debita contracta per prædeceſſorem pro ſua ſuſtentatione.*

4 *Clericus ſi nihil habeat, ſucceſſor in beneficio tenetur ad funeris expenſas, quæ tendunt ad remedium ſalutis animæ defuncti.*

5 *Prælati ſucceſſor tenetur ſtare locationi factæ per ſuum prædeceſſorem, qui ad ipſiuſmet Eccleſiæ neceſſitatem & utilitatem bona locavit, ſecus ſi nomine proprio.*

6 *Succeſſor in beneficio quando teneatur ad penſiones decurſas tempore prædeceſſoris non ſolutas, oſtenditur.*

7 *Majoratus ſucceſſor tenetur ſolvere debita prædeceſſoris, ſi contracta ſint pro neceſſitate, utilitate, vel conſervatione ipſius majoratus.*

8 *Majoratus ſucceſſor tenetur ſolvere omnia debita contracta ab eo, qui majoratum inſtituit, niſi poſt majoratum irrevocabiliter conſtitutum ſint contracta.*

9 *Regni ſucceſſor tenetur ad debita prædeceſſoris.*

10 *Feudi ſucceſſor ex pacto, & providentia an teneatur ad debita prædeceſſoris, oſtenditur.*

11 *Prælati ſucceſſor tenetur ad expenſas litis, & impenſas neceſſarias factas per prædeceſſorem pro Eccleſia miniſtris, & famulis.*

Cap. Ad hoc I. *Alex. III.*

SVcceſſor in beneficio tenetur ſolvere debita ſui anteceſſoris contracta pro Eccleſiæ neceſſitate, vel utilitate. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Butr. Imola, Ananias, Hoſtienſ. Anchar. Henric.Barbat.Panorm.Guid.Papæ, Cened. *collect.*86. Vivian. *in rationali libri* 3. *juris Pontificii, pag.*203.Alagona *in compendio juris Canon. pag.*442. remiſſivè Ximen. *in concord.p.*1.*&* 2. refertur ab Ant.Auguſt. *collect.*3.*Decretal.lib.*3.*tit.*19.*c.*1. & eſt poſt Concil Lateran. ſub Alex. III. *p.*29. *c.*9. ubi ex integra clauſula intelliges hoc fragmentum. 1

Hanc eandem concluſ. ex hoc text. deſumunt Navar.*de ſpoliis Cleric.*§.10.*n.*6.Redoan. *de Eccleſ.q.*10. Gutier. *practic.lib.*2.*q.*53.*à princip. & q.*84. Roman. *conſ.*440. Gemin. *conſ.*1.*n.*2.*&* 3.Alciat. *conſ.*14.*n.*6. *vol.*1.Burſat *conſ.*226.*n.*95.*vol.*3.Covar.*variar.lib.*2. *c.*17.*n.*3. Rot. *deciſ.*806.*n.*4. *p.*1.*diverſ.* Menoch. *de arbitr.caſu* 432.*n.*32.Bellet.*diſquiſit.clerical.p.*1.*tit.de Clerico debitore*, §.3.*n.*1.Vezin.*tom.*1.*commun.opin.lib.*1. *tit.*9. *n.*23.*cum ſeq. pag.*183. Navar.*de ſpoliis Cleric.* §.10.*n.*6. Rebuff. *ſuper concord tit.de collat. verſ. item dicit*, Flamin.*de reſignat.lib.*1.*q.*16.*num.*49.*cum ſeqq.* Paul Comitol.*reſponſ.moral. lib.*1.*q.*87. *n.*2. *cum ſeqq.* Steph.Gratian. *diſcept.forenſ. c.*94.*a n.*3. Hieron. Portoles *de conſortibus c.*15.*n.*7. Rot.*deciſ.*705. *n.*2. *p.*1. *& deciſ.*778.*n.*2. *p.*2.*recent.* Buratt *deciſ.*482.*n.*8. 2

Amplia primò, procedere etiam quando Prælatus contraxit debita pro ſua ſuſtentatione, quia pro neceſſitate Eccleſiæ videtur contraxiſſe, cùm Eccleſia teneatur illum alimentare, ut per Abb. *hîc, num.*2. Burſat. *d.conſil.*226.*n.*95.Surd.*deciſ.*255.*n.*25.Flamin.*d.q.*16. *n.*51.Paul.Comitol.*d.q.*87.*n.*3.Vnde ſi Clericus nihil habeat, ſucceſſor in beneficio tenetur ad funeris expenſas, quæ tendunt ad remedium ſalutis animæ defuncti, ſecus ſi in bonis habeat, quia tunc tenetur ejus hæres, ut per Rebuf.*tom.*1.*ad leges Galliæ, tr.de ſentent. proviſ. pag.*142. *n.*57. Steph. Gratian. *diſcept. forenſ. c.*94.*n.*20.*cum ſeqq.*Burſat.*d.conſ.*336.*n.*59.*& n.*127. *& conſ.*28.*n.*10.*vol.*3.Franc.Marc. *Delphin.deciſ.*436. *p.*1. *& deciſ.*557. *p.*2. Bellet. *d.*§.3. *a num.*3. *& n.*5. cum Gemin. *d.conſil.*1. *num.*5. dicit Clericum prædefunctum debere ſepeliri expenſis ſuæ Eccleſiæ, & ſucceſſoris, & *num.* 9. adducit quæ veniant appellatione funeris. 3 4

Amplia ſecundò in locatione facta per Prælatum de bonis ſuæ Eccleſiæ, cui tenetur ſtare ſucceſſor Prælati, ſi ad ipſiuſmet Eccleſiæ neceſſitatem, & utilitatem, ejus Eccleſiæ bona locaverit, ſecus ſi nomine proprio locet redditus, vel bona ſuæ Eccleſiæ, vide Mich.Graſſ. 5

tom.1.commun.opinion.lib.4.tit.43.n.40.pag.656. ubi Vivian.num.123.Put.Rom.deciſ.179.lib.1.Aloyſ.Ricc. in collect.deciſ.p.4.collect.1007.& collect.1055.in fine, Spin.in ſpeculo teſtam. gloſſ.19.princip.num.41. Gutier. Canonic. lib.1.cap.36. plures Doctores refert Cened. ad Decretal. collect.76.num.5. quibus adde Flamin. de reſignat.lib.2.quæſt.16.num.47. D.Barboſa in l.ſi filiofam.§.fin.num.17.cum ſeqq. ff.ſoluto matrim. Morl. in emporio juris,part.1.tit.10.quæſt.2.num.20.Modern. de juriſdict. part.4. caſu 98.num.8. & in votis noviſſ. deciſ.voto 180.Cardoſo in praxi judicum,verbo fructus, num.23. Stephan.Gratian. diſcept.forenſ.c.37.à n.18. Card.Tuſch. verbo locatio,concl.419. Molin.de juſtit. tr.2.diſp.392. verſ.quod denique, Card.Mantic. de tacitis,& ambig.cõvent.lib.5.tit.13.n.21.Valer.Reginald. in praxi fori pœnitent.lib.25.c.43.num.538.cum ſeqq. Azor. inſtit.moral.part.3.lib.8.de locato, cap.6. quæſt.7. Rebello de obligat.juſtit.part.2.lib.14.quæſt.11.n.17. & ideo quando locatio eſt facta nomine proprio, ſucceſſor non tenetur ſtare colono, etiam quod prædeceſſor locans deceſſiſſet in primo anno, & conductor anticipatè ſolviſſet affictum, ut tenuit Rota in Auximana locationis,24.Ianuarii 1590. coram Orano quæ eſt deciſ.211.num.6. poſt tract. Pont. de Salv. interd.in ſecunda impreſſ. Mareſc. variar. reſolut. lib.1. cap.18. n.7. Stephan. Gratian. diſcept.forenſ. cap.606. num.11. Succeſſor in Eccleſia tenetur ſtare locationi factæ per prædeceſſorem etiã nomine proprio,quando annus eſt inchoatus, & jam facta eſt impenſa neceſſaria, vel magna pars illius, ut quia terræ ſunt ſatæ. Bald. in l.emptorem,num.7.verſ.ſed pone colonus, C.locati, Ozaſc. deciſ.82.num.10. Surd.deciſ.52.num.12. Mareſcot. d.cap.18. num.7.in fin. vide alia ad cap.fin. num.2. ne Prælati vices ſuas.

6 Amplia tertiò in penſione tempore anteceſſoris decurſa, ad cujus ſolutionem tenetur ſucceſſor in beneficio,ut per Caſſad.deciſ.3.num.2.& deciſ.4.à princ. de locato,Gig.de penſionib.q.39.& 43. Gutier. canon. lib.1.cap.1.num.111.Cened. d.collect.86.ad Decretal. num.2.Stephan.Gratian.d.c.94.à num.51. Notandum tamen eſt ſucceſſorem in beneficio ad penſiones decurſas tempore prædeceſſoris non teneri tunc, niſi facta priùs fuerit cum eodem prædeceſſore, vel ejus hæredibus diligentia de illis conſequendis, ut deciſum fuiſſe in Rota in una Hiſpalenſi penſionis de menſe Decembris 1577. referunt Franc.Leo in theſauro fori Eccleſ.part.2.cap.7.num.91. Bellet.diſquiſit.cleric.p.1. tit.de clerico debitore,§.8.num.13.Aloyſ.Ricc.in collect. deciſ. part.5. collect.1652. Creſcent. deciſ.3.ad fin. de ſolut. Achil.deciſ.5.de penſionib. Seraphin.deciſ.1351. num.1. Nicol.Garc.de benefic.part.1. cap.5. num.199. Mareſcot.var.lib.2.cap.18.num.54.cum ſeqq. Stephan. Gratian.diſcept.forenſ.cap.49.num.52.& ſeqq.& n.59. Gregor.XV. deciſ.507. num.3. ubi quod Rota in his terminis paſſim condemnat ſucceſſorem., & quod ita reſolvit ſæpiſſimè in aliis, & admiſit eadem Rota in Larinenſi penſionis, 7. Februarii 1620. coram bonæ memoriæ Vbaldo ſen. in qua aliæ deciſiones cumulantur, refert Beltramin. in annot.ad dict.deciſ.Gregor. num.7. Poteſt tamen habere recurſum contra hæredes,vel alios, qui fructus perceperunt, ut in Cæſaraugustana penſionis, 13.Aprilis 1592. coram Cardinali Pamphilio, ſed ita demùm ſucceſſor tenetur ad penſiones decurſas tempore anteceſſoris, ſi ei remaneat congrua, quæ in primis, & ante omnia deducenda eſt, ut fuit deciſum in Campanienſi penſionis, 12.Ianuarii 1609. coram Iuſto, & ſequuta eſt Rota coram Gregor.XV. dicta deciſ.507.num.5. Probatio autem diligentiarum contra anteceſſorem debet eſſe plena, quia materia eſt rigoroſa, & contra bonam fidem, quod ſucceſſor teneatur pro penſionibus decurſis tempore anteceſſoris, ut ex Puteo deciſ.185. in fin.lib.2. Rota in d.Larinenſi penſionis,coram Vbaldo, in qua fuit dictum, non ſuffragari diligentias factas contra procuratorem anteceſſoris, cùm ex illis non poſſit deveniri ad ſententiam excommunicationis, nec pro penſionibus decurſis, quæ poſtea fuerunt ſolutæ, refert & ſequitur Beltramin. ubi ſuprà.

Amplia quartò in majoratu, cujus ſucceſſor tene- 7
netur ſolvere debita prædeceſſoris, ſi contracta ſint pro neceſſitate, utilitate, vel conſervatione ipſius majoratus, ſecus ſi pro neceſſitate,vel utilitate ipſius prædeceſſoris. Vide Molin. de primog. lib.1. cap.10. num.15. & num.24. Ludovic. Avendan. l.40. Tauri, gloſſ.1. ex num.70. & l.46. gloſſ.2. ex num.2. Spin. in ſpeculo teſtament. gloſſ.18. princip. ex num.39. & gloſſ.19. princip. ex num.36. Anton.Padil. in l. unum ex familia, §. ſi de Falcidia, num.9. ff. de legatis 2. Melch.Peláez de majoratu, part.4.quæſt.26. Marienſo l.6. gloſſ.3. ex num.16. tit.7. lib.5. nova recopilat. Donat. à Fin. tom.2. communium opinion. lib.6.tit.41. num.30. Perez l.1.gloſſ.1. tit.2. lib.3.Ordin.pag.119. Caſtil. l.45.Tauri, gloſſ.fin. Peralta in l.3. §.qui fideicommiſſum, num.131. ff. de hæredum inſtitut. Garc. de expenſis, cap.16. num.33. Card.Tuſch. concluſ.331. lit.R, tom.7. & concluſ. 876.lit. S. Valaſc. de partit. cap.19. num.44. Cald. Pereira de poteſtate eligendi, cap.16. num.5. & de empt. cap.27. num.40. latiſſimè Molin. de juſtitia,tract.2.diſput.640.& 641. Rebello de obligat.juſtit. part.2.lib.6.quæſt.9. ſect.3. D.Barboſa in l. divortio, §.finali, num.114. ff.ſoluto matrimonio, plures refert Cenedus ad Decretal. collect.86. num.1. Bellet. diſquiſit.clerical. part.1. tit.de Clerico debitore, §.5.num.29. & quid jure Luſitano ſuper hoc ſit diſpoſitum, invenies apud Ordin.Regiam lib.4.tit.101. §. unico.

Debita tamen omnia contracta ab eo, qui majo- 8
ratum inſtituit, tenetur ſucceſſor ſolvere, dummodo priùs capiantur bona libera, redditúſque primogenii, his verò non ſuppetentibus, tunc ad bona majoratus deveniendum eſt, & in cauſam executionis poſſunt capi, ut poſt Palat. Anton.de Padilla,Tiraq. & alios reſolvunt Gutier. pract.lib.2. quæſt.53. num.2. Molin. d.cap.10.n.1.& 2. Marienzo l.6. gloſſ.3.n.21.tit.7. lib.5. novæ recopil. Parlad. lib.2.rerum quotid. cap.fin. p.4.§.3.num.32. Si verò poſt majoratum irrevocabiliter conſtitutum, & in contractu conditum debita inſtituentis ſint contracta, non tenetur ſucceſſor ſolvere, ut per Cald.Pereira quæſt.forenſ. lib.1.quæſt.23. num.65. noviſſimè Melch. Phœbum Luſitaniæ deciſion.84. & ad hæc vide Ordin.Regiam Luſitan. lib.3. tit.93.

Amplia quintò in ſucceſſore Regni, qui ſemper 9
tenetur ad debita prædeceſſoris. Vide Aguirre de ſucceſſ. Portugalliæ, part.1.num.70. Molin.d.lib.1.cap.19. num.30. Garc. de expenſis, cap.16. num.15. Mart. de juriſdict. part.1.cap.29.à num.21. Molin. diſput.641. num.7. Rebello d. quæſt 9. num.13. Cardin.Tuſch. tom.7. lit.R, concluſ.330.& lit.S, concluſ.876. Caſtil.
lib.3.quotid.cap.19.num.126.cum ſeqq. In ſucceſſore 10
tamen feudi ex pacto, & providentia contrarium eſt reſolvendum, quia non ſolvit æs alienum à prædefuncto vaſſallo contractum, ſicut nec ſolvit filius patri ſuccedens in feudo repudiata hæreditate, ut per Roſenth. de feudis, cap.2.concl.33.& cap.7. concl.20. cum ſeqq. Surd.de aliment.tit.4.q.10.num.17.cum ſeqq. Bernard.Græve. ad practic. Cameræ Imper. lib.2. concluſ.154. & idem in emphyteuſi ex pacto, & providentia eſt tenendum, & decidit Ordin.Regia Luſitan. lib.3. tit.93. §.3.

11 *Pro Eccleſiæ neceſſitate.*] Veluti pro expenſis litis, & impenſis neceſſariis factis pro Eccleſiæ miniſtris, & famulis, latè Redoan. *de ſpoliis Eccleſ. q.* 10. Franc. Marc. *deciſ.* 436. *n.* 2. *lib.* 1. Steph. Gratian. *d. cap.* 94. *à num.* 30. idem Redoan. *de rebus Eccleſiæ non alienandis, q.* 5. *n.* 3. *p.* 1. qui etiam hoc intelligunt non ſolùm de debitis pro utilitate Eccleſiæ, ſed etiam pro ſuſtentatione perſonæ, patrocinio per Advocatum præſtito, dum eſſet carceratus, & de ſalario Advocati, ut per Puteum *lib.* 3. *deciſ.* 11. *& lib.* 2. *deciſ.* 43. *in antiq.* hoc intelligit in ſucceſſore immediato, à quo petuntur iſtæ expenſæ, ſecus à mediato, cùm de primo ſit intelligendum, ne res procedat in infinitum. Et procedere etiam in ſalariis famulorum, & Vicarii, quia pro utilitate Eccleſiæ, & neceſſaria gubernatione ſint contracta, extendunt Flores *var. lib.* 1. *q.* 8. *n.* 4. Steph. Gratian. *d. c.* 94. *n.* 36. *cum ſeqq.*

Cap. Si quorundam II.

Gregor. IX.

PRælatus ſi pro alienis debitis obligat Eccleſias, eſt ſuſpenſus ab adminiſtratione ſpiritualium, & temporalium, & obligatio non tenet. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Imol. Anan. Butr. Hoſt. Henric. Anchar. Panorm. Barbat. Vivian. *in ration. lib.* 3. *juris Pontif. pag.* 264. Alagona *in compendio juris Canon. pag.* 442. remiſſivè Ximen. *in concord. p.* 1.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur ſuper hunc text. ſcribentes.*
2 *Clericus non habens unde ſolvat debita in totum, vel pro parte, non eſt excommunicandus, nec moleſtandus, ſed debet dare cautionem de ſolvendo cùm venerit ad pinguiorem fortunam.*
3 *Clericus petens privilegium hujus text. qualiter paupertatem probare debeat, oſtenditur.*
4 *Clericus ſemel ad beneficium hujus cap. admiſſus non prohibetur iterum admitti.*
5 *Moniales fruuntur beneficio hujus cap.*
6 *Penſionis Eccleſiaſticæ debitor non gaudet beneficio hujus cap.*
7 *Clericus debitor alicujus, qui eſſet pauperior ipſo, non gaudet beneficio hujus cap.*
8 *Clericus in minoribus non gaudet beneficio hujus cap.*
9 *Clericus conjugatus non gaudet beneficio hujus cap.*
10 *Perjurus Clericus, vel ſuſpectus de fuga non gaudet beneficio hujus cap.*
11 *Debitum negans non gaudet beneficio hujus cap.*
12 *Laicus fidejuſſor Clerici nõ gaudet beneficio hujus c.*
13 *Debitor Clericus ratione depoſiti penes ſe facti non gaudet privilegio hujus cap.*
14 *Clericus ſuſcipiens terminum poſtquam fuit condemnatus ad ſolutionem debiti, non poteſt ſe lætari de beneficio hujus cap.*
15 *Clericus conventus ex debito dependente ex delicto non gaudet beneficio hujus cap.*
16 *Clericus tribus ſententiis condemnatus ſolvere creditori, an gaudeat beneficio hujus cap.*
17 *Clericus dolo verſatus cum creditore non gaudet beneficio hujus cap.*
18 *Bona conſumens, vel occultans, ſeu in extraneos alienans gratia fraudandi creditores, non gaudet privilegio hujus cap.*
19 *Clericus hæres non confecto inventario minimè gaudet privilegio hujus cap.*
20 *Clericus conventus actione reali non gaudet privilegio hujus cap.*
21 *Clericus, qui in ludo, vel luxurioſè vivendo bona ſua conſumpſit, non gaudet privilegio hujus cap.*
22 *Adminiſtrans bona aliena, ſi malam rationem reddiderit de adminiſtratis, non gaudet privilegio hujus cap.*
23 *Oblationis in forma Cameræ vigore renuntiatur beneficio hujus cap.*
24 *Beneficio hujus cap. an poſſit renuntiari etiam cum juramento oſtenditur.*
25 *Clericus licèt non poſſit carcerari pro cauſa civili, poteſt tamen compelli ad præſtandam juratoriam cautionem de ſolvendo cum ad pinguiorem fortunam venerit.*

Cap. Odoardus III.

CLericus non habens unde ſolvat debita in totum, vel pro parte, non eſt excommunicandus, nec moleſtandus, ſed debet dare cautionem de ſolvendo cùm venerit ad pinguiorem fortunam. Colligunt ex Ordin. Abb. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Imol. Anan. Butr. Hoſt. Henric. Boich. Anch. Panorm. Barbat. Henric. Caniſ. Viv. *in ration. lib.* 3 *juris Pontif. pag.* 204. Alagona *in compendio juris Canon. pag.* 44. remiſſivè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. 1

Celebris, & notus eſt text. iſte quatenus probat Clericum non habentem unde ſolvat debita in totum, vel pro parte, non debere excommunicari, immò ſi eſt excommunicatus pro prædictis debitis, abſolvi debere abſque ulla difficultate, præſtita ab eo idonea cautione, ut ſi ad pinguiorem fortunam devenerit, debita prædicta perſolvat, de quo, ejúſque materia vide *l.* 13. *tit.* 6. *p.* 1. Vivian. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 2. *tit.* 2. *n.* 53. *pag.* 157. Azeved. *l. fin. n.* 66. *tit.* 21. *lib.* 4. *recopilat.* noviſſimè Camil. Borrel. *in ſumma omnium deciſ. tit.* 7. *de Cler. & Sacerd. n.* 106. Marc. Ant. Genuenſ. *in praxi Archiepiſc. Curiæ Neapolitanæ, c.* 3. latiſſimè Marcheſan. *de commiſſionib. p.* 3. *c.* 1. *§.* 1. *pag.* 209. *cum ſeqq.* latiſſimè etiam Carol. de Graſſis *de effectibus clerical. effectu* 7. *per totum*, & Bellet. *diſquiſit. clerical. p.* 1. *tit. de clerico debitore, §.* 2. *per totum*, & Ioan. Baptiſta Coſta *de remed. ſubſid. remed.* 29. *per tot.* Vincent. Caroc. *de exceptionib. except.* 24. Paul. Squillante *de privilegiis cleric. c.* 10. *per tot.* Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſiaſt. reſol.* 244. *cum multis ſeqq. in* 2. *edit.* Covar. *variar. lib.* 2. *c.* 1. *n.* 9. Oduard. Caldeira *de error. pragmat. lib.* 1. *c.* 3. Menoch. *de arbitr. caſu* 183. *n.* 29. *&* 30. Perez *l.* 1. *tit.* 3. *lib.* 1. *Ordin. pag.* 63. Bobadil. *in ſua Politica, lib.* 2. *c.* 17. *n.* 155. Soar. de Pace *in pract. tom.* 2. *p.* 3. *cap. unic. n.* 4. *cum ſeqq.* Henriq. *in ſum. p.* 2. *lib.* 13. *c.* 18. *§.* 4. Farinac. *in praxi crimin. p.* 1. *q.* 27. *n.* 65. *cum ſeq.* Gutier. *de juram. confirm. p.* 1. *cap.* 17. Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. p.* 1. *collect.* 22. D. Barboſa *in l. maritum, n.* 2. *&* 47. *& in l. alia, §. eleganter, n.* 18. *&* 19. *ff. ſoluto matr.* Surd. *de aliment. tit.* 1. *q.* 88. *n.* 20. *&* 21. Sayr. *in clavi Regia, lib.* 10. *tract.* 5. *c.* 7. *n.* 4. Steph. Gratian. *diſcept. forenſ. c.* 222. *n.* 38. *cum ſeqq.* Garc. Gironda *de privilegiorum, & exemptionum explicat. à n.* 229. Marta *de juriſdict. p.* 4. *caſu* 144. Quod birretum viride deferant etiam coram judicibus urbis, & carcerum viſitatoribus petentes alternativas, vel beneficium hujus textus, ſtatuit Pius IV. *in ſua conſtit.* 39. ſive *Motu proprio incip. Cupientes, ſub dat.* 27. *Octobris* 1561. & eſt *in Bullario novo tom.* 2. *pag.* 53. ſed hoc non video in urbe practicari. 2

Inter cætera, quæ incumbunt Clericis petentibus beneficium hujus cap. illud principale eſt, ut probent ſuam paupertatem, & miſerabilitatem, Ioan. Baptiſta Coſta *d. remed.* 29. *num.* 3. vel per communem æſtimationem 3

tionem, ſeu reputationem, aut quia viſi ſunt mendicare, Aloyſ. Ricc. *in d. praxi*, *reſol.* 245. *n.* 2. Marc. Anton. Genuenſ. *d. c.* 3. *n.* 18. Marcheſ. *d. c.* 1. §. 1. *n.* 104. Vel quia redditus, quos habent, non excedunt ſcuta 25. Seraphin. *deciſ.* 173. Aloyſ. Ricc. *d. reſol.* 245. *n.* 3. Et ſufficit, ut ſummariè conſtet de paupertate, nec in ea eſt multùm ſcrupuloſè agendum, ſed urbanè, idem Aloyſ. Ricc. *in deciſionibus Curiæ Archiep. Neapol. deciſ.* 81. *n.* 6. *p.* 1. ubi à principio illius deciſ. totus eſt in oſtendendo Clericum admitti ad beneficium hujus capitis extra carceres, parte non inſtante, ſeu non opponente, & *p.* 2. *deciſ.* 176. atteſtatur plures reſolutum fuiſſe, quod pendente judicio, & lite ſuper conceſſione privilegii hujus text. Clericus debitor eſt audiendus extra carceres, & non carcerandus. Et Clerico intentanti remedium hujus textus denegari non poteſt penſio pro congrua ſuſtentatione, ut per Benincaſ. *in tract. de pauper. q.* 8. *in* 4. *ſpecul. in contract. n.* 15. Cov. *var. lib.* 2. *c.* 1. *n.* 9. *verſ. qua in re*, Surd. *de aliment. tit.* 1. *q.* 79. *n.* 21. *verſ. tamen dimitti*, Menoch. *de arbitr. caſu* 183. *n.* 30. Farin. *d. q.* 27. *n.* 68. *in fine*, quos refert & ſequitur Rot. *in Bononien. ſeu Romana cenſus*, 13. *Februarii* 1615. coram bonæ mem. Buratto, inter ejus impreſſas *deciſ.* 97. *n.* 3. ubi atteſtatur quotidie in Curia ſervari quod Clerici admittantur ad beneficium hujus textus cum retentione pro
4 congrua eorum ſuſtentatione. Illud in præſentiarum advertere oportet, Clericum ſemel ad beneficium hujus cap. admiſſum non prohiberi iterum admitti, Marc. Anton. Genuenſ. *d. c.* 3. *num. ult.* etiam poſt rem judicatam, & in executione ſententiæ. Aloyſ. Ricc. *in praxi, reſol.* 249. dummodò tamen beneficium hujus cap. non ſe extendat extra diœceſim petentis, Marcheſ. *d. c.* 1. §. 1. *n.* 100.

5 Amplia privilegium hujus textus extendi ad moniales, cùm in eis detur par ratio, quæ in Clericis, prout judicatum fuit in Senatu Portugallenſi, & in ſupremo Supplicationis Regni Luſitaniæ, in cauſa monialium Matris Dei de Monchique civitatis Portugallenſis.

6 Limita primò in Clerico debitore penſionis, in quo non habent locum diſpoſita in hoc textu, cùm penſioni conſenſerit etiam cum juramento, & obligatione camerali, & poſſideat beneficium, & potius debet illud dimittere, quàm penſionem denegare, cùm etiam in reſervatione penſionis tales beneficiati illam promittant ſolvere ſub pœna excommunicationis, & privationis beneficii, ut per Caſſad. *deciſ.* 21. *n.* 3. *de locato*, Gom. *in compendio ſignaturæ, col. fin. n.* 80. *verſ. eſt tamen unum, & de annali*, q. 53. quos refert Stephan. Gratian. *d. c.* 222. *à n.* 50. Marcheſ. *de commiſſion. p.* 3. *c.* 1. §. 1. *n.* 64. *pag.* 317. Farin. *q.* 27. *n.* 70. Carol. de Graſſis *d. effectu.* 7. *n.* 48. Aloyſ. Ricc. *in d. praxi, poſt reſol.* 255. *in notabilib. n.* 1. quamvis contrarium, quod ſcilicet beneficiarius non teneatur ultra quàm facere poteſt, teneat Cald. Pereira *de extinct. emphyt. c.* 4. *n.* 24. quicquid etiam propter præciſam obligationem ſolvendi penſionem non amittere privilegium dicant Covar. *d. n.* 9. *verſ. quoties*, & D. Barboſ. *d.* §. *eleganter, n.* 23.

7 Limita ſecundò ubi Clericus eſſet debitor alicujus, qui eſſet pauperior ipſo Clerico, Barbat. *hic, n.* 2. Neviz. *conſ.* 59. Carol. de Graſſis *d. effectu* 7. *n.* 56. Bellet. *d.* §. 2. *num.* 8.

8 Limita tertiò in Clerico in minoribus conſtituto, hic enim quantum ad hoc privilegium par cenſetur laico, & ſæculari; ſecus tamen ſi alteri, aut Eccleſiæ proprio miniſterio ſerviat in divinis: reſolvunt Cov. *d. c* 1. *n.* 9. *verſ. ſed ex quo ad deciſionem.* Menoch. *d. caſu* 183. *num.* 30. Mar. Anton. Genuenſ. *cap.* 3. *n.* 3. Marcheſan. *d. cap.* 1. §. 1. *n.* 57. & 58. Guttier. *dict. c.* 17. *num.* 10. Farin. *in praxi crimin. p.* 1. *q.* 27. *n.* 69. Steph. Gratian. *d. c.* 222. *n.* 39. & 40. Molin. *de juſtit. tract.* 2. *diſp.* 571. *n.* 20. Ruiz. *deciſ.* 6. quem refert Aloyſ. Ricc. *d. collect.* 22. *in fine*, & *in deciſ. Curiæ Archiep. Neapol. p.* 2. *deciſ.* 20. Ioan. Bapt. Coſta *d. remed.* 29. *n.* 4.

9 Limita quartò in Clerico conjugato, qui poteſt capi, & carcerari etiam pro debitis civilibus per judices ſæculares, ſi non habeat bona unde ſolvat, reſolvunt Natt. *conſ.* 356. Montalv. *l.* 25. *gloſſ.* 1. *col.* 2. *ad finem, tit.* 9. *p.* 5. Aviles *in proœm. Prætor. à n.* 20. Carol. de Graſſis *d. effectu* 7. *n.* 52. Covar. *d. c.* 1. *n.* 9. *verſ. propter quorum*, Guttier. *d cap.* 17. *n.* 11. Soar. *in pract. tom.* 2. *part.* 3. *cap. unic. n.* 6. Molin. *d. diſp.* 571. *n.* 20. Aloyſ. Ricc. *in d. praxi, reſolut.* 253. Sanch. *de matrim. lib.* 7. *diſp.* 46. *n.* 23. quamvis contrarium, quod ſcilicet non poſſit capi, teneat Humad. *l.* 23. *gloſſ.* 2. *n.* 2. *verſ. ſecundò fallit, tit.* 6. *part.* 1. & plures quos refert, & ſequitur Cevall. *communium contra commun. q.* 593.

10 Limita quintò quando Clericus eſſet perjurus, vel ſuſpectus de fuga, & debitum deſcenderet ex dolo, tunc enim poterit carcerari, Covar. *d. n.* 9. *verſ. utrùm ſi Clericus*, Steph. Gratian. *d. cap.* 222. *n.* 49. Farin. *d. quæſt.* 27. *n.* 71. *verſ. ſublimita tertiò*, Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſiaſtici, deciſ.* 287. Bellet. *d.* §. 2. *num.* 10.

11 Limita ſextò in Clerico, qui negavit debitum, ut per Guttier. *d. c.* 17. *n.* 2. Molin. *de juſtit. tr.* 2. *diſp.* 571. *n.* 12. Mohedan. *deciſ.* 1. *de ſolut.* Put. *deciſ.* 321. *p.* 2. Aloyſ. Ricc. *in praxi, deciſ.* 286. *aliàs reſol.* 246. *per totam*, ubi limitat ſi debitum poſteà agnoviſſet ante ſententiam, Marc. Anton. Genuenſ. *d. c.* 3. *n.* 5. Carol. de Graſſis *d. effectu* 7. *n.* 42. Bellet. *d.* §. 2. *n.* 2. & 3.

12 Limita ſeptimò in laico fidejuſſore Clerici, cui non proficit beneficium hujus cap. ut per Guttier. *pract. lib.* 1. *quæſt. ult. n.* 70. *cum ſeqq.* Ceval. *commun. contra commun. q.* 701. *n.* 14. Ioan. Bapt. Coſta *d. remed.* 29. *n.* 8. Aloyſ. Ricc. *in d. praxi, deciſ.* 289. *in* 1. *edit. aliàs reſol.* 248. *in* 2. *edit.*

13 Limita octavò in Clerico debitore ratione depoſiti penes ſe facti, quia adversùs exactionem talis debiti non poterit opponere de privilegio hujus capitis, Matheſil. *ſing.* 60. *n.* 1. Seg. Davalos *p.* 2. *c.* 13. *n.* 21. Carol. de Graſſis *d. effectu* 7. *n.* 58.

14 Limita nonò in Clerico, qui ſuſcepit terminum poſtquam fuit condemnatus ad ſolutionem debiti, namque ipſe non poterit ſe lætari de beneficio hujus capitis, Covar. *pract. c.* 32. *n.* 4. *concl.* 2. Put. *deciſ.* 364. *part.* 1. Gaſp. Baëz. *de inope debitore*, c. 16. *num.* 22. Carol. de Graſſis *d. effectu* 7. *n.* 60.

15 Limita decimò, quando Clericus convenitur pro debito dependente ex delicto, vel quaſi; nam tunc & capi, & carcerari poterit, ut per Ceval. *q.* 701. *n.* 8. Farin. *d. q.* 17. *n.* 72. Aloyſ. Ricc. *in d. praxi, reſol.* 251. *in* 2. *editione*, Guttier. *de juram. confirm. p.* 1. *c.* 17. *n.* 23. & *ſeqq.* Carol. de Graſſis *d. effectu* 7. *n.* 38. Bellet. *d.* §. 2. *n.* 6. præcipuè ſi pœna pecuniaria, in qua eſt condemnatus Clericus pro delicto, vel quaſi, eſt applicata fiſco, vel parti in vim pœnæ ad vindictam delicti, & non ad emendam, & reparationem damni, ex Guttier. *de juram. confirm. p.* 1. *c.* 17. *n.* 27. Marc. Ant. Genuenſ. *d. c.* 3. *n.* 7. Marcheſan. *d. c.* 1. §. 1. *num.* 60. *pag.* 317. ſed contrarium tuetur Aloyſ. Ricc. *in praxi, deciſ.* 292.

16 Limita undecimò non procedere beneficium hujus capitis poſt tres ſententias conformes: ita Cardin. Put. *deciſ.* 56. aliàs 54. *num.* 3. *lib.* 1. *in correctis*, Franc. *d. q.* 27. *num.* 69. Marcheſan. *d.* §. 1. *n.* 74. *pag.* 318.

Contrarium tamen, imò Clericum tribus ſententiis damnatum ſolvere creditori, gaudere privilegio hujus capitis, tanquam benignius tenent Cov. *d. c.1. n.9.* Guttier. *d.c.17. n.33.* Azeved. *l.4. n.19. ad fin. tit.2. lib.6. novæ recop.* Molin. *diſp.571. n.23.* Aloyſ. Ricc. *deciſ.195. alias reſol.254.* Carol. de Graſſ. *d. effectu 7. n.45.* Illud tamen verum eſt, quod Clericus litigans, qui per tres ſententias conformes in expenſis condemnatus fuit, quoad ipſas non admittitur ad remedium hujus text. Rut. *d. deciſ.54. n.3.* quem ſequuta eſt Rot. *in Hippor.gien. expenſarum, 12. Decembris 1622.* coram bonæ mem. Remboldo.

17 Limita duodecimò in Clerico dolo verſato cum creditore, veluti ſi tempore contractus ſe finxit non eſſe Clericum, altero contrahente id ignorante, aut abſcondit de bonis, ne ſolveretur debitum creditori, vel pendente judicio ſuper debito principali bona in extraneos alienet gratiâ fraudandi creditorem, ut per Guttier. *d.c.17. n.20. & 21.* Molin. *diſp.571. n.21.* Ferret. *conſ.144.* Rot. *deciſ.841. p.3. diverſ.* Bellet. *d.§.2. n.4.* Marcheſ. *d.c.1. §.1. n.76. cum ſeqq. pag.339.* Verall. *deciſ.278. p.1.* Farin. *d.q.27. n.70. cum ſeq.* Aloyſ. Ricc. *in d. praxi, reſol.247.* Marc. Ant. Genuenſ.
18 *d.c.3. n.6.* ubi reſolvit quod Clericus, qui in fraudem creditorum bona conſumpſit, non debet gaudere privilegio hujus text. ſicut nec occultans illa, aut debita contrahens ſub ſpe gaudendi hujuſmodi privilegio, Marcheſ. *loco proximè citato, n.96.* & dictus Marc. Ant. Genuenſ. *d.c.3. n.11.* idem dicit de laico effecto Clerico poſt debita contracta in fraudem creditorum, & *n.12.* de Clerico exercente illicitam negotiationem, & Marcheſ. *d.c.1. §.1. num.94.* dicit attentanti non dari beneficium hujus text. dari tamen excommunicato, reſolvit Aloyſ. Ricc. *in d. praxi, reſol.250.*

19 Limita decimotertiò in Clerico hærede non confecto inventario, qui non poteſt uti beneficio hujus cap. Thom. Triviſ. *Venetiæ deciſ.8. p.1.* quem refert Aloyſ. Ricc. *in praxi, poſt reſol.255. in notab. n.2.*

20 Limita decimoquartò in Clerico convento actione reali, ut per Brun. *de ceſſ. bonorum, q.3. n.14.* Aloyſ. Ricc. *d. deciſ.296. n.2.* Marc. Anton. Genuenſ. *d.c.3. n.9.* Carol. de Graſſis *d. effectu 7. n.62.* Squillant. *d. c.10. n.25.*

21 Limita decimoquintò in Clerico, qui in ludo, vel luxurioſè vivendo bona ſua conſumpſit, ut per Bellet. *d. §.2. n.6.* Marc. Anton. Genuenſ. *in praxi Archiep. Curiæ Neapol. c.3. n.8.* Ferret. *conſ.144. num.3. lib.1.* Carol. de Graſſis *d. effectu 7. num.51.* Squillante *d. c.20. n.16.*

22 Limita decimoſextò in Clerico adminiſtrante bona aliena, ut quia fuiſſet tutor, vel curator, & malam rationem reddidiſſet de adminiſtratis, Ferret. *conſ.144. n.1. lib.1.* Carol. de Graſſis *d. effectu 7. n.53.* quicquid dicat Cavalc. *de tutore, n.322.*

23 Limita decimoſeptimò, ubi quis ſe obligavit in Romana Curia in forma Cameræ Apoſt. quia illius obligationis vigore renunciatur beneficio hujus text. Farin. *d. q.27. n.70.* Bellet. *d.§.2. n.8.* Aloyſ. Ricc. *in d. praxi, reſol.252. in 2. edit.* Zach. ad Galeſ. *de oblig. Camerali, q.16. n.6. & q.19. n.4.* Franc. Leo *in theſauro fori Eccleſ. p.1. tit. de privileg. Cleric. c.11. n.16.* Ferent. *in annot. ad deciſ.97. Buratti, n.9. lit.B.* contra Ferret. *conſ.254. n.14. lib.2.* Cov. *d. lib.2. c.1. n.9. verſ. ex his,* Marc. Ant. Genuenſ. *in pract. Archiep. Neapol. c.3. n.13.*

Limita decimooctavò ubi cauſa fuerit terminata in Rota per relaxationem executorialium, Mohed. *deciſ.*.. *n.12. de ſolut.* Rot. *in Mediolan. fructuum, 7. Iunii 1596.* coram Card. Pamphilio, & *in Cluſina beneficii, 29. Novembr. 1619.* coram Card. Cavalerio, inter ejus impreſſas *deciſ.514. n.2.*

Limita decimononò in excommunicato, cui beneficium hujus capitis competere non poſſe, ad tradita per Marcheſ. *p.3. tit. de commiſſ. admiſſ. ad ceſſ. bonor. §.1. n.61. & 69.* cenſuit Rot. coram Card. Cavalerio *d. deciſ.524. n.4.* quicquid dicant Aloyſ. Ricc. *in praxi aurea, reſol.250.* Squillante *d.c.10. n.6.*

Vtrùm autem beneficio hujus text. renuntiari poſ- 24
ſit, quæſtio eſt dubia, in qua receptior opinio tenet non poſſe, cùm hujuſmodi beneficium pauperibus Clericis conceſſum ſit, ne cogantur mendicare in opprobrium totius ordinis Clericalis, ita Cov. *d.c.1. n.38.* Coſta *de remediis ſubſid. remed.29. n.8.* Ceval. *communium contra commun. q.17. num.11.* Parlad. *lib.2. rerum quotid. p.5. cap. fin. §.6. n.24.* Soar. de Pace *in pract. tom.2. p.3. cap. unic. n.6.* Marta *de juriſd. p.4. caſu 42. n.21.* D. Barboſ. *in l. alia, §. eleganter, n.20. ff. ſoluto matrim.* Bellet. *d. tit. de Clerico debitore, §.1. n.32.* Aloyſ. Ricc. *in d. praxi, deciſ.288.* & in deciſionibus Curiæ Archiep. Neapol. *p.2. deciſ.160.* Marc. Ant. Genuenſ. *d.c.3. n.4.* Garc. Gironda *in tract. de privil. & exempt. explicat. n.203.* Melch. Phœbos *Luſit. deciſ.48. n.10.* ubi etiam quod nec cum juramento. Quicquid aliud teneant Guttier. *d.c.17. num.34.* Molin. *d. tract.2. diſp.571. à n.25.*

Recepta prius ab eo, &c. Notatur ad hoc, quod licèt 25
Clericus non poſſit carcerari pro cauſa civili, neque conveniri ultra quàm facere poteſt, poterit tamen compelli ad præſtandam cautionem de ſolvendo cùm ad pinguiorem fortunam venerit, ut per Cov. *d. cap.1. n.9.* Farin. *d.q.27. n.66.* Aloyſ. Ricc. *in d. praxi, poſt reſol.255. in notab. n.54.* Carol. de Graſſis *de effectib. Cleric. effectu 7. n.65.* quæ cautio intelligitur per pignora, vel fidejuſſores, aut ſaltem ſi aliter non poſſit, per juratoriam, ut per gloſſ. *in præſenti,* reſolvit Rot. coram Card. Cavalerio *d. deciſ.514. n.1. in fine.*

In gloſſ. *Recognoſcentem,* ibi, *qui enim cedit bonis,* &c. Notatur ad hoc, quod beneficium hujus capitis minimè competit non confitenti debitum, ut per Rot. coram Card. Cavalerio *deciſ.514. n.2.*

CAP. Is qui IV. & ult.

QVando quis dicit ſe indebitè ſolviſſe, debet pro- 1
bare, ſed ſi adverſarius negat ſolutionem, & convincitur accepiſſe, incumbit ei onus probandi quod debitè accepit. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Butr. Imol. Anan. Hoſt. Anch. Henric. Guid. Papæ, Barbar. Panorm. Viv. *in ration. libri tertii juris Pontif. pag.205.* Alagona *in compendio juris Canonici, pag.443.* remiſſivè Ximen. *in concord. p.1. & 2.* In dubio ſolutio applicatur in debitum antiquius, *l. in his, & l. cùm pluribus, ff. de ſolut.* cum aliis per Corn. *conſ.295. n.1. verſ. item concurrit, lib.3. & conſ.128. n.1. lib.6.* Pariſ. *conſ.122. n.7. lib.4.* Menoch. *de præſumpt. lib.3. præſ.136. n.10. & ſeq.* Surd. *deciſ.186. n.5. & deciſ.169. n.9.* Rot. *deciſ.669. n.6. p.1. diverſ.* Debitum autem antiquius non conſideratur reſpectu celebrati contractus, ſed ſolutionis faciendæ. Ruin. *conſ.126. n.5. lib.5.* Menoch. *conſ.121. n.56.* Quæ tamen procedunt quando adſunt aliquæ conjecturæ, ſeu circumſtantiæ in contrarium. Rom. *conſ.94. num.2.* Rot. *deciſ.92. num.2. & 3. & deciſ.679. num.6. in fine, part.1. diverſ.* Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. c.962. n.46.* refert Ferentil. *in annot. ad deciſ.541. Buratti, lit. A.*

SVMMA

De Donationibus.

Tit. XXIV.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur ſuper hanc rubricam ſcribentes.*
2 *Donationis materiam qui tractent, citantur.*
3 *Donatio dicta eſt à dono, quaſi doni datio.*
4 *Donatio quomodo definiatur, oſtenditur*, & n. 5.

1 SVPER hanc rubricam ſcripſerunt Zabar. Ioan. Andr. Barbar. Imol. Anan. Guid. Papæ, Butr. Anchar. Panorm. Guillelm. Durand. *in Breviario aureo Iuris Canonici, fol.* 101. *verſo*, Ioan. de Londris *in Breviario ſanctorum Canonum, fol.* 174. Petr. de Ravenna *in compendio Iuris Canonici*, Martin. Mefnart. *in epitome Decret. fol.* 115. Dan. Venator *in analyſi method. juris Pontif. à pag.* 443. Goffred. & Hoſt. *in ſumma hujus tit.* Alex. Caſan. & Anaſtaſ. Germon. *in paratitlis ad quinque lib. Decret. ſub hoc tit. & vol.* 4. *repet. in jure Canon. ad lib.* 3. *Decret.* Ioan. Calderin. novè Barth. Carthag. *in expoſitione tit. juris Canonici, ſub hac rubr.*

2 De materia hujus tituli agunt Clar. §. *donatio*, Viv. Soar. & alii *tom.* 2. *communium opin. lib.* 8. *tit.* 32. Ant. Gabr. *lib.* 3. *commun. tit. de donat.* Alex. Trentacinq. *var. reſol. lib.* 3. *ſub hoc tit.* Rendin. *recept. ſent. tom.* 1. *tit.* 32. Card. Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib.* 13. *tit.* 34. Molin. *de juſtit. tract.* 2. *diſput.* 277. *cum ſeqq.* Leſſ. *eod. tract. lib.* 2. *c.* 18. Rebel. *de obligat. juſtitiæ, p.* 2. *lib.* 18.

3 *Donationibus.*] Donatio dicta eſt à dono, quaſi doni datio, ut probat text. *in l. Senatus* 35. §. 1. *ff. de donat. cauſa mort.* notant Clar. §. *donatio, q.* 1. *in princip.* Molin. *de juſtit. tom.* 2. *diſp.* 273. & ita ſolùm habet locum quando datio ex liberalitate procedit, tunc enim
4 ſolutum datum rationem habet doni. Definitur verò ſecundùm Hoſt. *in ſum. tit. de donat.* ut ſit rei licitæ nullo jure cogente ex mera liberalitate facta collatio, ſequuntur Alberic. *in rub. de donat.* poſt alios Abb. *in præſenti, n.* 1. Doctores communiter ex Hippol. *in rub. n.* 10. *Inſtit. hoc tit.* pro qua definitione faciunt text. *in l. donari* 29. *ff. de donat. l. donari* 83. *ff. de reg. juris, l. munus* 21. §. *dona, ff. de verb. ſignif.* Verùm hæc definitio non eſt admittenda, comprehendit namque contractum mutui, commodati, & precarii, in quibus nullo jure cogente ex mera liberalitate fit collatio, unde cùm aliis à definito competat, non eſt bona, juxta *l.* 1. *ff. de dolo*, & colligitur ex his, quæ ſcribit Bart. *in l.* 1. *ff. de teſtam.* Cagnol. *in l. omnis definitio, ff. de reg. jur.* Alii definiunt ut ſit datio liberalis, ſeu ut alii dicunt, actio irredibilis, & per dationem intelligitur actio donantis ſufficiens natura ſua ad dominium transferendum, & verbum *liberalis*, excludit omnem donationem, quæ habet rationem ſolutionis debiti, vel permutationis, quæ liberalis non eſt, ſicut verbum, *irredilis*, excludit omnem commutationem pro re alia, quæ retribuatur, ita deducitur ex D. Thom. *in* 1. *diſt.* 18. *q.* . *&* 2. & ex Ariſt. *in* 4. *Ethicor. c.* 2. Sylveſt. & Summiſtis *verbo Donatio, in princ.* Molin. *ubi ſupr.* Leſſ. *de juſtit. lib.* 2. *c.* 18. *dub.* 2. *n.* 11. *cum duob. ſeqq.* Sed neque hæc definitio placet, quia ad hoc ut illa exacta ſit, debet conſtare genere, & differentia, ut eſt receptum, & tradunt Doctores *in l.* 1. *ff. de dolo, & in d. l. omnis definitio*, Dec. *in rub. de probat.* Nav. *de ſpoliis Cleric.* §. 1. *n.* 2. Planè in prædicta definitione non datur genus, quia illud verbum, *Datio*, magis ad differentiam, quàm ad genus referri poteſt, ſolùm namque convenit illis contractibus, in quibus neceſſarium eſt, ut dominium transferatur, qui enim tenetur dare, ad dominium transferendum regulariter compellitur, juxta §. *ſic itaque, Inſtit. de actionib. l. ubi autem* 25. §. *fin. de verb. oblig.* Notant Doct. *in l. fin. C. de condict. cauſa data*, Connan. *lib.* 7. *c.* 15. *n.* 3. *ad fin.* citati ab Alphan. *collect.* 23. quamvis aliquando verbum *Dare*, ſoleat accipi pro ſimplici traditione, vel poſſeſſionis tranſlatione, id enim à partibus non ſatis peritis fieri ſolet, juxta *l. non aliter* 69. §. 1. *ff. de leg.* 3. imò & à Doctoribus paſſim fit, ut advertit Pinel. *in rubr. C. de reſcind. vend. t. p.* 2. *c.* 2. *n.* 7. *& c.* 3. *n.* 14. quinimò & à Iureconſultis, ut *in l. indebiti* 15. §. 1. *ff. de condict. indeb. l.* 1. ubi gloſſ. *ff. depoſiti, l.* 4. *ff. de uſur.* eleganter Paul. & Iaſ. *in l. nemo rem ſuam, ff. de verb. oblig.* & ſic cùm verbum *Datio*, potius ſit differentia quàm genus, non eſt ad noſtram diffinitionem accommodatum.

Definitur igitur meliùs donatio, ut ſit conceſſio alicujus rei non prohibitæ, animo dominium irrevocabiliter transferendi ex mera liberalitate facta. Ponitur loco generis, *conceſſio*, omnibus contractibus communis, & prædicatur de pluribus, quæ donationes non ſint, ut patet in commodato, precario, emphyteuſi, locatione, & ſimilibus, in quibus res etiam conceditur: item poteſt applicari donationibus cauſa mortis, quæ tamen propriè donationes non ſunt, & tandem quod verbum *Conceſſio*, donationibus rectè poteſt accommodari, probant text. *in l. donari* 29. *& d. l. donari* 83. advertit Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *cent.* 1. *caſu* 88. *n.* 31. Bald. *in l. cùm virum, C. de fideicom.* Felin. *conſ.* 27. *n.* 2. *cum duobus ſeqq.* & juvat text. ubi *gloſſ. ult.* & Bald. notarunt *in l. uxori* 33. §. *uxori, in princip. &* §. *cùm Sejus, ff. de legat.* 3. Reliquæ particulæ adjiciuntur loco differentiarum, per quas donatio ab aliis diſpoſitionibus eſſentialiter diſtinguitur. Adjeci, *alicujus rei non prohibitæ*, quia fruſtrà fiet donatio de rebus quas leges prohibent donari, juxta reg. *l. non dubium, C. de legib. & l. nemo poteſt, ff. de reg. jur.* Dixi, *animo dominium transferendi*, ut excludantur reliqui contractus gratuiti, ut commodatum, & ſimiles, in quibus dominium non transfertur: item & donatio cauſa mortis, quæ per reconvaleſcentiam revocatur, *l. ſi filium, ff. de donat. cauſa mort. l.* 1. *ff. de donat.* Tandem adjeci, *ex mera liberalitate facta*, ut excluderem contractus oneroſos, veluti locationem, venditionem, & ſimiles ex utraque parte reſpectivos: item alios, qui magis ad aliquod debitum ſolvendum, quàm ad puram liberalitatem exercendam ordinantur, quæ definitio apertè colligitur ex *l.* 1. *ff. de donat.* 5

SVMMARIVM.

1 *Liberalis in donando exiſtimare debet ſe debere quod donat.*
2 *Liberalitas convenit nobilibus.*
3 *Princeps debet eſſe liberalis, & ſervitia ſibi impenſa perſolvere.*
4 *Principi magis convenit quàm aliis reddere pluſquam accepit.*

Cap. Prudentes I. *Greg.*

NObilium eſt exiſtimare ſe debere quod ſponte tribuunt, & niſi in beneficiis creſcant, nihil ſe præſtitiſſe putent. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarel. Butr. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſtienſ. Henric. Panorm. Barbat. Vivian. *in rationali lib. tertii juris Pontif. pag.* 206. Alagona *in compendio* 1

dio juris Canonici*, *pag.*443. remiſſivè Ximen. *in concord. part.*1. *&* 2. deſumitur ex D. Greg. *lib.*12. *indict.*7. *epiſt.*17. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.*1. *Decret. lib.*3. *tit.*20. *c.*1.

2 *Nobilibus legem imponit*, &c.] Notatur ad hoc, quod liberalitas convenit nobilibus, & illorum ea eſt propria animi qualitas, & natura, ut per Tiraq. *de nobil. c.*37. *n.*34. Chaſſan. *in catalogo gloriæ mundi, part.*5. *conſid.*8. *& p.*8. *conſid.*35. Palat. *in repet. rub. de donat. inter vir. & uxor.* §. 9. *n.*1. *cum ſeqq.* Otalor. *de nobil. p.*5. *cap. fin. n.*14. Surd. *de alim. tit.*6. *q.*11. *num.*46. *cum ſeqq.* Maſcard. *de probat. concl.*554. *n.*58. *& ſeqq. & concl.*979. *n.*5. Bobad. *in ſua politica, lib.*1. *c.*4. *n.*5. Sanch. *de matrim. lib.*6. *diſp.*25. *n.*19. Cald. Pereira *de renovat. emphyt. q.*16. *num.*50. Cardin. Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib.*13. *tit.*17. *à n.*7.

3 Notatur etiam ad hoc, quod Princeps debet eſſe liberalis, & ſervitia ſibi impenſa perſolvere, ut per Tiraq. *de nobil. c.*37. *à n.*40. Molin. *de primog. lib.*1. *c.*3. *n.*10. Burg. de Pace *conſ.*25. *n.*9. Bero. *conſ.*65.
4 *n.*11. *vol.*1. Cravet. *conſ.*889. *n.*6. Bec. *conſ.*129. *n.*108. *vol.*2. & illi magis convenit quàm aliis reddere pluſquam accepit, ut poſt Tiraq. tradit Menoch. *conſ.*307. *n.*11. & noviſſimè Carol. Bord. *conſid.*22. *n.*35.

SVMMARIVM.

1 *Donatio, quam facit Prælatus inconſulto Capitulo, & in damnum Eccleſiæ, invalida eſt.*
2 *Donatio de re Eccleſiæ facta non valet.*
3 *Clerici an domini ſint, vel potius diſpenſatores fructuum Eccleſiaſticorum, remiſſivè.*
4 *Prælatus ſolus abſque conſenſu Capituli, & ſolemnitate poteſt in acquirendis nocere Eccleſiæ, & conditionem ejus facere deteriorem.*

Cap. Fraternitatem II. *Alex. III.*

1 Prælatus de rebus Epiſcopatus non poteſt in detrimentum Eccleſiæ graves facere donationes, præſertim inconſultis Canonicis, & ſucceſſor poteſt revocare tales donationes, ſive à Clericis, ſive à laicis, quia non tenent, cùm procurator ſit Eccleſiæ, non dominus, unde debet meliorare conditionem Eccleſiæ, non deteriorare illam. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Butr. Imol. Ananias, Hoſtienſ. Henric. Anchar. Guid. Papæ, Barbat. Panormit. Vivian. *in rationali libri tertii juris Pontificii, pag.*207. Alagona *in compendio juris Canonici, pag.*443. remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. part.*1. *&* 2. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.*1. *Decretal. lib.*3. *tit.*20. *c.*2.

2 Probat hic text. donationem de re Eccleſiæ factam non valere, ut per Duen. *reg.*220. *à n.*1. Put. *dec.*304. *p.*1. *in antiq.* Tiraq. *in l. ſi unquam, verbo Donatione, n.*174. Niſi fiat cauſa remunerationis, ut dixi *ad cap. per tuas, n.* 2. *hoc tit.*

3 *Sit procurator, non dominus.*] Ergo clerici domini non ſunt, ſed procuratores, & adminiſtratores, ac diſpenſatores fructuum Eccleſiaſticorum, de quo vide Bellet. *diſquiſit. cleric. p.*1. *de bonis clericorum*, §.11. *n.*38. *in fine.* Guttier. *pract. lib.*1. *q.*114. *n.*13. Paul. Comitol. *reſponſ. moral. lib.*1. *q.*70.

4 In gloſſ. *Non debet*, ibi, *ſed omittendo tamen poteſt.* Notatur ad hoc, quod ſolus Prælatus abſque conſenſu Capituli, & ſolemnitate poteſt in acquirendis nocere Eccleſiæ, & conditionem ejus facere deteriorem, ut per Innocentium *hic, num. unic.* Butr. *n.*10. Palat. *in repetit. rubr. de donat. inter virum*, §.47. *n.*6. Seraph. *de privileg. juram. privileg.*7. *n.*32. Sanch. *de matrim. lib.*6. *diſputat.*4. *num.*12. *in fine*, Bellet. *diſquiſit. cleric. part.*1. *tit. de Clerico debitore*, §.5. *num.*10.

SVMMARIVM.

1 *Donatio facta per Prælatum an valeat, debet attendi quantitas rei donatæ, & loci conſuetudo.*
2 *Prælatus poteſt modicam donationem facere de rebus Eccleſiæ, ſi hoc habeat conſuetudo.*
3 *Conſuetudo in contractibus maximè attenditur.*

Cap. Cæterùm III.

1 Prælatus juxta loci conſuetudinem ſacris Canonibus non obviantem poteſt dare in parva quantitate. Colligunt ex Ordinat. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Imol. Anan. Butr. Hoſt. Henric. Guid. Papæ, Barbat. Anchar. Panorm. Vivian. *in rationali libri tertii juris Pontificii, pag.*207. Alagona *in compendio juris Canonici, pag.*444. remiſſivè Ximen. *in concord. part.*1. *&* 2. refertur ab Ant. Auguſt. *collect.*1. *Decret. lib.*3. *tit.*20. *c.*3. *& eodem collect.*1. *lib.*1. *ſub tit. de conſuetudine, cap.*1. & eſt poſt Concil. Lateran. *p.*20. *cap.*3.

2 Probat hic text. Prælatum poſſe modicam donationem facere de rebus Eccleſiæ, ſi hoc habeat conſuetudo, ut per Oldrad. *conſ.*226. *n.*6. Tiraq. *in tract. de judiciis in rebus exig. verſ. vigeſimoquartò*, Abb. *conſ.*45. *n.*1. *&* 2. *part.*1. Card. Tuſch. *tom.*3. *lit. E. concl.*287. Bellet. *diſquiſit. cleric. p.*1. *tit. de bonis clericorum*, §.5. *n.*10.

3 *Et illius terræ conſuetudo.*] Quæ quidem in contractibus maximè attenditur. Strach. *de mercat. tit. de navibus, p.*3. *n.*9. veluti in locationibus, Surd. *dec.*131. *num.*2. & in emphyteuſi, Cald. Pereira *de poteſtate eligendi, c.*6. *n.*2.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia non vacans in beneficium concedi non poteſt, de auctoritate tamen Epiſcopi, & ſine præjudicio Prælati poteſt in proprietatem concedi.*
2 *Vnio de beneficio nondum vacante, & ſic viventis, fieri poteſt, abſque tamen præjudicio poſſidentis.*
3 *Rectoris beneficii vocatio non requiritur, nec ejus conſenſus, cùm illi ad ſuam vitam non præjudicatur in unione.*
4 *Epiſcopus poteſt facere uniones etiam monaſteriis, & locis Religioſis.*
5 *Eiſcopus poteſt de bonis ſuæ menſæ Epiſcopalis loco Religioſo donare.*
6 *Vnire poteſt Epiſcopus alicui Religioni Eccleſiam, ſeu beneficium ſuæ diœceſis.*
7 *Prælatus conferendo uni beneficium, ſeu alteri, liberalitatem exercet.*

Cap. Conſultationibus IV.

1 Epiſcopus non poteſt dare Eccleſiam non vacantem alicui Clerico, & ſi dat, donatio eſt nulla, ſed poteſt dare locis religioſis. Vnde qui Eccleſias poſſident, non debent illis in vita ſua ſpoliari ſine eorum conſenſu. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabar. Butr. Barbat. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſt. Henric. Panorm. Vivian. *in rationali libri tertii juris Pontificii, pag.*208. Alagona *in compendio juris Canonici,*

Canonici, *pag.*444. remiſſivè Ximen. *in concordant. p.*1. refertur ab Ant. Auguſt. *collect.*1. *Decret. lib.*3. *ſub tit.de jurepatron. c.*23. & eſt poſt Concil. Lateran. *part.*15. *c.*20.

2 *Viventibus illis*, &c.] Fieri ergo poteſt unio de beneficio nondum vacante, & ſic viventis, abſque poſſidentis tamen præjudicio, ut per Cald. Pereira *de*
3 *renovat.emphyt.q.*5.*n.*5. & ideo vocatio Rectoris beneficii non requiritur, nec ejus conſenſus, cùm ei ad ſuam vitam non præjudicetur, ſed poſt mortem ipſius unio ſortiatur effectum, ut per Rebuff. *in praxi benef. reg.de union. gloſſ.*11. *n.*8. Hojed. *de incompatib.benef. c.*3. *n.*9. *verſ. ſed utrùm*. Rot. *deciſ.*133. *n.*13.*&* 14. *p.*2. *diverſ.* Nicol. Garc. *de benef. p.*12. *cap.*2. *n.*214. ubi *n.*215. quod procedit etiam in unione facienda per legatum: & *n.*217. tenet etiam procedere in caſibus poſitis per Concil. Trid. ut vocatis his, quorum intereſt, uniones fiant: & *n.*218. idem dicit in unione facienda ex commiſſione Papæ, vocatis quorum intereſt.

4 *Si religioſis fiant locis*, &c.] Notatur ad hoc, quod Epiſcopus poteſt facere uniones etiam Monaſteriis, & locis religioſis, ut per Nicol. Garc. *de benef.p.*12.*c.*1. *n.*77. Moner. *de commutat. ult.volunt. c.*11.*n.*331. ſic
5 etiam Epiſcopus poteſt de bonis ſuæ menſæ Epiſcopalis loco religioſo donare, ut per Bellet. *diſquiſ.cleric. p.*1. *tit. de clerico debitore*, §.7. *n.*8. unde infert poſſe Epiſcopum de bonis ſuæ menſæ Epiſcopalis abundantiùs donare, & alienare Capitulo, ſive Canonicis ſuis egentibus ſine ſolemnitatibus, non obſtante juramento de non alienando ſine ſuperioris licentia, quia non poteſt dici alienatum ab Eccleſia, quod ſemper in dominio Eccleſiæ retinetur, gloſſ. *verbo Eccleſiam*, *in Clem.*12. *de rebus Eccleſiæ non alien.* Hoſt. *in cap.novit, n.*5.*cum ſeq.de his,quæ fiunt à Præl.* ubi Zabar. *n.*5.*q.*7. Imol. *n.*13.*&* 14. & Butr. *n.*8. Bertachin. *de Epiſc.p.*4.
6 *q.*45. Rot. *deciſ.*756. *n.*3. *p.*1. *diverſ.* Notari etiam ſolet ad hoc, quod Epiſcopus poteſt unire alicui Religioni Eccleſiam, ſeu beneficium ſuæ Diœceſis, ut per gloſſ. *verbo Denotetur*, *in Clem.*2. *de rebus Eccleſ. non alien.* ubi Zabar. *n.*4. *not.*4. *&* *n.*11. *quæſt*... Anchar. *n.*4. *not.* Imol. *n.*2. *&* 3. Abb. *in præſenti*, *n.*4. Imol. *n.*1. & Henric. etiam *n.*1. Selv. *de benef. p.*3. *q.*11.*n.*126. Azor. *inſtit. moral. p.*2. *lib.*6. *cap.*28. *q.*19. Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.*2. *lib.*7. *c.*19. *n.*148.

7 *Donationes verò*, &c. Ergo Prælatus conferendo uni beneficium, ſeu alteri, liberalitatem exercet, ut per Molin. *de primog. lib.*2. *c.*4. *n.*13.

SVMMARIVM.

1 *Prælatus non obſtante juramento de non infeudando de novo, poteſt integrare feudum, ſi appareat vaſſallum in menſura fuiſſe deceptum.*

2 *Donatio rei Eccleſiaſticæ valet ob cauſam remunerationis.*

3 *Prælatus donare poteſt res Eccleſiæ ob cauſam remunerationis.*

4 *Tutor donare poteſt propter benemerita.*

5 *Regulares donare poſſunt ex cauſa meritorum.*

6 *Venditionis actum conſtituunt ad rationem menſuræ jugera ex certo fundo vendita.*

7 *Deceptus in quantitate rei poteſt agere ad ſupplementum, etiamſi deceptio fuerit citra dimidium, quando cœpit actus à menſura.*

8 *Poſſeſſio non adipiſcitur ex inveſtitura.*

Cap. Per tuas V.

Innoc. III.

PRælatus non obſtante juramento de non infeudando de novo, poteſt integrare feudum conceſſum, ſi non fuit integrum, ſicut fuit promiſſum. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſtienſ. Butr. Barbat. Anchar. Henric. Panorm. Vivian. *in ration. lib. tertii juris Pontif. pag.*209. Alagona *in compendio juris Canon. pag.*444. remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.*1. refertur ab Ant. Aug. *collect.*3. *Decretal. lib.*3. *tit.*18. *c.*2. 1

In domo ſua, &c.] Et ideo ob cauſam remunerationis valuit donatio rei Eccleſiaſticæ, de qua in text. ut per Pinel. *in l.*2.*C.de reſcind.vend.p.*3.*c.*2.*n.*17. Palat. *in repet.rub.de donat.inter vir.* §.50. *n.*3. Tiraq. *in l. ſi unquam, verbo Donatione largitus, n.*27. Menoch. *conſ.* 2
191.*n.*32.*&* *conſ.*39.*n.*3.*&* 56. Vnde Prælatum donare poſſe res Eccleſiæ ex cauſa remunerationis, tenent 3
Iaſ. *in l. ex hoc jure, n.*6. *ff.de juſtit.& jure,& conſ.*10. *n.*18. *vol.* Bec. *conſ.*129.*n.*26. *vol.*1. ſicut & pariter 4
tutorem donare poſſe propter benemerita, per text. *in l. cùm plures*, §. *cum tutor*, ubi gloſſ. *ff. de adminiſtr.tut.* docent Roman. *conſ.* 50. *verſ. rurſus videtur*, Surd. *conſ.*140.*n.*34.*cum ſeqq.* qui ſubdit poſt Iaſ. & Tiraq. multa recenſeri à Doctoribus permiſſa ob benemerita, quæ aliàs non permitterentur, Pariſ. *conſ.*11.*n.*45.*vol.*1. Roland. *conſ.*5.*n.*10.*vol.*1. Steph. Grat. *diſcept. forenſ. c.*202. *n.*5. loquens de Regularibus, qui donare poſ- 5
ſunt ex cauſa meritorum, de quo etiam Ioan. Valer. *de differ.inter utrumque forum, verb.munera, differ.*1.*n.*102.

Quatuor modios terræ, &c.] Notatur ad hoc, quod 6
tot jugera ex certo fundo vendita conſtituunt actum venditionis ad rationem menſuræ, ut per Covar. *pract. cap.*3. *n.*3.

In gloſſ. *Invenerunt*, ibi, *nota quod ubi quis decipitur* 7
in quantitate rei, agitur ad ſupplementum, etiamſi deceptio fuerit circa dimidiam rei. Intellige ubi à menſura cœpit actus, ut per Cov. *d.c.*3.*n.*8. & de læſione in pretio, & læſione in quantitate agit Pinel. *in d.l.*2.*p.*3.*c.*1.*n.*1.

In gloſſ. *In poſſeſſione*, ibi: *ergo non adipiſcitur quis* 8
poſſeſſionem ex inveſtitura. Vide Tiraq. *in tract. le mort, in præfat. declar.*1. *n.*5.

SVMMARIVM.

1 *Interpretatio pleniſſima fit in donationibus, & ob hoc clauſula onoroſa poſt multas donationes appoſita, proximam donationem tantùm reſpicit.*

2 *Inſtrumentum evidenter probat, & non ſecus ac judicatum habet vim definitionis cauſæ, & dicitur probatio probata.*

3 *Clauſula, quæ alioquin deberet ad multa referri, quando inſeritur alicui capitulo, tanquam illius acceſſorium, non debet ad alia referri.*

4 *Interpretatio facienda eſt ſecundùm mentem diſponentis.*

5 *Donationes latiſſimè ſunt interpretandæ.*

6 *Beneficia Principum latiſſimè ſunt interpretãda, quando tangunt jura concedentium, & neminem lædunt.*

7 *Interpretatio plenior in teſtamentis eſt adhibenda.*

Cap. Cùm dilecti VI.

CLauſula onoroſa poſt multas donationes appo- 1
ſita proximam donationem tantùm reſpicit, quia in contractibus plena, in teſtamento verò plenior,

in

in beneficiis autem pleniſſima eſt interpretatio facienda. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Butr. Ioan. Andr. Imol. Anan. Barbat. Hoſt. Anch. Henric. Boich. Panorm. Hentic. Caniſ. Vivian. *in ration. libri tertii juris Pontif. pag.*206. Alagona *in compendio juris Canonici, pag.*444. remiſſivè Ximen. *in concord. p.*1. *&* 2. refertur ab Ant. Aug. *collect.*3. *Decret. lib.*3. *tit.*18. *c.*3.

2 *Cùm ex tenore inſtrumenti evidenter appareat.*] Notatur ad hoc, quod inſtrumentum evidenter probat, ut per Tiraq. *in l. ſi unquam, verbo Libertis, n.*11. *& de retractu lign. §.*2. *gl.*1. *n.*21. Abb. *in præſenti, n.*3. Bart. *in l.*1. *in prim. n.*9. *ff. de novi oper. nuntiat.* Alex. *conſ.*135. *n.*6. Dec. *conſ.*42. *à n.*9. Socin. jun. *conſ.*127. *n.*7. *lib.*3. & non ſecus ac judicatum habet vim definitionis cauſæ, Bald. *conſ.*233. *n.*1. *vol.*1. Franc. Bec. *conſ.*389. *n.*3. & dicitur probatio probata. Rota apud Farin. *deciſ.*431. *n.*1. *in fine, & deciſ.*619. *n.*6. *& deciſ.*690. *in fine, p.*1. *recent. & deciſ.*706. *n.*1. *p.*2. *etiam recent.*

3 *Sed ad inferiorem, &c.*] Notatur ad hoc, quod clauſula, quæ alioquin deberet ad multa referri, quando inſeritur alicui capitulo, tanquam illius acceſſorium, non debet ad alia referri, ut per Nav. *in c. ſi quando, de reſcript. except.* 2. *n.*1.

4 *Quod hæc fuit mens, & intentio, &c.*] Collige ex text. interpretationem faciendam eſſe ſecundùm mentem diſponentis, ut per Calderin. *conſ.*; 27. *verſ. de teſtamento,* aliàs *conſ.*8. *de donat.* Angel. *conſ.*78. *circa primum, in princ. lib.*2. & plures per me citatos *in tract. Axiom. juris uſufreq. axiom.*130. *n.*5.

5 *Pleniſſima eſt interpretatio adhibenda.*] Notatur ad hoc, quod donationes latiſſimè ſunt interpretandæ, ut per Tiraq. *in l. ſi unquam, verbo Donatione largitus, n.*48. Boër. *deciſ.*172. *n.*27. Cabed. *Luſit. deciſ.*95. *n.*1. *p.*2. Soar. *de relig. tract. de voto, lib.*4. *c.*7. *n.*12. Silvan.

6 *conſ.*98. *n.*13. Et ad illud quod beneficia Principum latiſſimè ſunt interpretanda, vide Doctores citatos per me *Axiom.*36. *ex num.*1. Intellige dum tangunt jura concedentium, & minimè tradunt, ſecundùm Bald. *conſ.*456. *lib.*3. Hoſt. *in c. qui ei circa, de privileg.* ubi Ioan. Andr. & Abb. *in* 3. *notab. n.*3. Hippol. de Marſil. *ſing.*483. Malv. *conſ.*18. *n.*26. Morot. *conſ.*20. *n.*13. Surd. *conſ.*140. *n.*73. *&* 74. *vol.*1. Cancer. *lib.*3. *var. reſol. c.*3. *n.*165. Farin. *conſ.*45. *n.*28. *vol.*1. à Ponte *conſ.*2. *n.*21. Carol. Bardel. *conſ.*137. *n.*4. *& conſ.*182. *n.*18. *vol.*2. Giurb. *deciſ.*23. *n.*7. *tom.*1.

7 *In teſtamentis plenior.*] Vide Cevall. *communium contra communes, q.*126.

SUMMARIUM.

1 *Epiſcopus quando de conſenſu patroni concedit Eccleſiam pio loco, intelligitur patronus donaſſe juſpatronatus, & ſi percipiebat certos proventus in Eccleſia, quam de conſenſu Capituli pio loco conceſſit, illos donaſſe videtur.*

2 *Donatio attribuitur Epiſcopo, etiamſi Capitulum conſentiat.*

3 *Verbum* concedo, *inducit dominii translationem.*

4 *Donatio non cenſetur facta, niſi juris, quod quis habet in re.*

5 *Epiſcopus donans, ſi Eccleſia fructus prius recepiſſet, tunc illi, quibus donavit, eos capient.*

6 *Mulier conſentiens marito bona ſibi hypothecata alienanti, hypothecam remittere præſumitur.*

7 *Capituli conſenſus requiritur in unione facienda per Epiſcopum.*

8 *Epiſcopus non poteſt eximere à cathedratico.*

CAP. Paſtoralis VII.

Epiſcopus quando de conſenſu Patroni concedit Eccleſiam pio loco, intelligitur patronum dediſſe juſpatronatus, & Epiſcopum dediſſe id quod temporale habebat in Eccleſia; v. g. aliquam portionem fructuum, & ſi nullum habebat, intelligitur conceſſiſſe omnes proventus propter jus Cathedraticum, ad validitatem tamen donationis requiritur conſenſus Capituli. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Imol. Barbat. Anan. Butr. Hoſt. Anch. Henric. Panorm. Vivian. *in ration. lib. tertii juris Pontif. pag.*210. Alagona *in compendio juris Canonici, pag.*445. remiſſivè Ximen. *in concord. p.*1. *&* 2. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.*3. *Decret. lib.*3. *tit.*18. *cap.*4. 1

Aliquam Eccleſiam concedendo.] Ergo donatio attribuitur Epiſcopo, etiamſi Capitulum conſentiat, quia venditio attribuitur vendenti, & non conſentienti, ut per Tiraq. *de retractu lign. §.*1. *gloſſ.*9. *num.*107. *& de jure mariti, gloſſ.*5. *n.*142. *& in l. ſi unquam, verbo Donatione largitus, n.*348. 2

Utrùm autem verbum, *Concedo*, inducat dominii translationem, vide Palat. *in repet. rub. de donat. inter virum, & uxor. §.*7. *n.*7. Lara *in l. ſi quis à liberis, §. parens, n.*72. *ff. de liberis agnoſc.* Surd. *deciſ.*166. *n.*15. Brunor. à Sole *in locis commun. lit. V, n.*38. Menoch. *conſ.*191. *n.*8. *& de præſumpt. lib.*3. *præſ.*34. *num.*31. Farin. *in praxi crimin. p.*4. *conſ.*95. *n.*6. Steph. Grat. *diſcept. forenſ. c.*82. *n.*15. 3

Quod ſuum eſt conferre videtur.] Notatur ad hoc, quod donatio non cenſetur facta, niſi juris, quod quis habet in re, ut per Xuar. *alleg.*7. *n.*3. Ant. Gom. *tom.*1. *var. c.*12. *n.*15. Azeved. *l.*1. *à num.*66. *tit.*25. *lib.*8. *novæ recop.* 4

Ut ſi fructum, &c.] Notatur ad hoc, quod ſi Epiſcopus donans, Eccleſiæ prius fructus recepiſſet, tunc illi, quibus donavit, eos capient, ut per Rebuff. *de congrua portione, n.*33. Roch. *de jurepatron. verbo de Diœceſani, q.*10. *num.*23. *& verbo Honorificum, q.*43. *n.*75. *& verbo vel is à quo, q.*21. *n.*38. 5

Notatur etiam ad hoc, quod mulier conſentiens marito bona ſibi hypothecata alienanti, hypothecam remittere præſumitur, ut per Boër. *deciſ.*23. *num.*9. Maſcard. *de probat. concl.*1173. *n.*20. 6

Conſenſus eſt ſui Capituli requirendus.] Ergo in unione facienda per Epiſcopum requiritur conſenſus Capituli, ut per Boër. *deciſ.*345. *n.*3. Gambar. *de poteſtate Legati à latere, lib.*5. *rub.*1. *de poteſtate Legati in uniendo, n.*58. *&* 108. Fuſc. *de viſitat. lib.*2. *c.*26. *n.*5. Azor. *inſtit. moral. p.*2. *lib.*6. *c.*28. *q.*12. Rot. *deciſ.*133. *n.*2. *p.*2. *diverſ.* Nicol. Garc. *de benef. p.*12. *c.*2. *n.*145. *& à n.*147. quod poteſt hic conſenſus Capituli intervenire etiam poſt unionem: *& n.*150. *&* 151. quod in unione facienda per Papam, ſeu ex ejus commiſſione, non requiritur conſenſus Capituli: & *à n.*157. tenet quod nec hodie per Concil. Trid. *ſeſſ.*21. *de reformat. c.*5. poteſt Epiſcopus unire beneficia ſine conſenſu Epiſcopi. 7

Præter Cathedraticum.] Notatur ad hoc, quod Epiſcopus non poteſt eximere à Cathedratico, ut per Eraſm. à Cochier. *de juriſdict. Ordinarii in exemptos, p.*1. *q.*3. *n.*4. *verſ. quartò*: quod adeò verum eſt, ut pro libertate Cathedratici non currat præſcriptio contra Epiſcopum, Balb. *de præſcript. in* 5. *p. q.*16. Henric. Bottæ. *de ſynodo, p.*3. *n.*87. 8

SUMMA

SVMMARIVM.

1 *Hoſpitalarii poſſunt in ſuum præjudicium ſe & domum ſuam alteri Religioſæ domui ſubjicere, & donare.*
2 *Turpitudinem ſuam allegans non eſt audiendus.*
3 *Tranſlatio rei religioſæ in alium non valet.*
4 *Actiones cedi non poſſunt, ſi detur litigium.*

Cap. Inter dilectos VIII.

1 HOſpitalarii poſſunt ſe, & ſua alteri Eccleſiæ cum ſuis juribus ſubjicere, nec valet ſi deinde allegent pro ſe propriam turpitudinem, ut quod ſint perjuri, excommunicati, & in fraudem expleverint talem actum, quia non deceptoribus, ſed deceptis jura ſubveniunt, ſalvis tamen rationibus aliorum, quia res inter alios acta non debet aliis præjudicium generare. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Imol. Anan. Butr. Barbat. Hoſt. Anch. Henric. Panorm. Guid. Papæ, Vivian. *in ration. lib. 3. juris Pontif. pag.* 215. Alagona *in compend. juris Canonici, pag.* 445. remiſſivè Ximen. *in concord. part.* 1. *&* 2. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 1. *Decret. lib.* 3. *ſub tit.* 81. *cap.* 5.

2 *Contra ſe turpitudinem,* &c.] Notatur ad hoc, quod turpitudinem ſuam allegans non eſt audiendus, ut per Bernard. *reg.* 24. *verſ. quintò*, Tiraq. *de retract. lign.* §. 1. *gloſſ.* 18. *num.* 20. 24. *& ſeq.* Surd. *deciſ.* 196. *n.* 6. *& deciſ.* 307. *num.* 15. Mar. Antonin. *variar. reſol. lib.* 2. *reſol.* 11. *n.* 75. Rota apud Farin. *deciſ.* 665. *n.* 12. *part.* 1. *recent.* Bellet. *diſquiſit. clerical. p.* 1. *tit. de diſciplina clericali,* §. 3. *n.* 12. Cardoſ. *in praxi judicum, & advocatorum, verbo allegatio, num.* 5. plures per Cened. *ad Decretal. collect.* 10. *n.* 4. intellige ſi turpitudinem allegans liberam habebat poteſtatem, Sarmiento *lib.* 4. *ſelect. c.* 13. *n.* 5. *&* 11. Thom. de Thomaſſetis *reg.* 42. Franc. Molin. *de ritu nupt. lib.* 1. *c.* 13. *n.* 15. intellige etiam, ubi quis allegat turpitudinem ſuam ad ſuum commodum, & utilitatem, & ſecus ſi ad ſuam domum. Roland. *conſ.* 24. *n.* 72. *vol.* 1. Bellet. *d. num.* 12. Limita quando turpitudinem allegans ſemel fuerit admiſſus, tunc enim ex detecto perjurio, vel turpitudine poterit ſe juvare, Coſt. *in l. ſi ex cautione, fallent.* 9. *n.* 2. Cardoſ. *d. verbo allegatio, n.* 5. latè ego ipſe *axiom.* 22.

3 *Cum res inter alios acta,* &c.] Vide Doctores, quos plena manu citavi *in tract. axiomatum juris uſufreq. axiom.* 199. *n.* 11.

In gloſſ. *Quæſtionem*, ibi, *& ita rem litigioſam tranſtulerunt in alium, unde non valuit tranſlatio.* Vide Covar. *pract. cap.* 15. *n.* 6. Lancel. *de attent. in præfat. n.* 484. Menoch. *conſil.* 79. *à n.* 16. Peregr. *de jure fiſci, lib.* 4. *tit.* 6. *n.* 3. Molina *de juſtit. tract.* 2. *diſp.* 340. *à n.* 16. Cardoſo *in praxi judicum, verbo lis, n.* 37. Sic etiã
4 actiones cedi non poſſunt, ſi detur litigium. Afflict. *deciſ.* 354. *n.* 22. Marant. *de ordin. judic. p.* 4. *diſt.* 3. *à n.* 16. Rebuff. *tom.* 2. *ad leges Galliæ, tit. de ceſſione juris, art.* 1. *gloſſ.* 4. Franciſc. Marc. *deciſ.* 148. *num.* 4. Sebaſt. Medic. *de fortuitis caſibus, p.* 1. *q.* 7. *n.* 27. Trentacinq. *variar. reſol. tit. de judic. reſol.* 17. *à princip.* Card. Tuſch. *lit. C, concl.* 206. Cabed. *Luſit. deciſ.* 15. *n.* 15. *p.* 2.

SVMMARIVM.

1 *Donatio quinquageſimæ, vel centeſimæ, quam facit Epiſcopus cum gravi Eccleſiæ ſuæ detrimento, poteſt legitimè revocari, nec etiam poteſt ultra quinquageſimam, vel centeſimam conferre, etiam ceſſante læſione Eccleſiæ, ſine auctoritate ſuperioris.*
2 *Epiſcopus poteſt dotare aliam Eccleſiam, vel Capellam de bonis propriæ Eccleſiæ.*
3 *Succeſſor in regno poteſt revocare donationes factas à prædeceſſore.*
4 *Clericus prædefunctus debet ſepeliri expenſis ſuæ Eccleſiæ.*
5 *Titulus illegitimus, qui ex errore juris legitimus reputabatur, conſtituit præſcribentem in mala fide.*

Cap. Apoſtolicæ IX.

ATtento *can. bona rei,* 12. *q.* 2. ſi Epiſcopus vult conſtruere Monaſterium in ſua Parochia, vel ſi vult illud dotare de rebus Eccleſiæ, non poteſt conferre ampliùs, quàm quinquageſimam portionem cenſus ipſius Eccleſiæ, cui præſtat. Si verò Eccleſiam ſæcularem vult facere Monaſterium, vel eam ampliare pro ſepulturis, non ampliùs illi conferre poteſt quàm centeſimam partem reddituum, & hoc ſive fiat ſemel, vel pluries ab eodem, vel diverſo Epiſcopo, dummodò grave damnum Eccleſia, à qua tollit, non patiatur, quia grave damnum Eccleſiæ, nec tantam partem, nec minus poteſt dare, ſive de poſſeſſionibus, ſive de proventibus ad Cathedralem, vel menſam Epiſcopalem pertinentibus. Quod ſi cum gravi damno dedit, donatio revocatur, niſi præſcriptio, vel alia legitima exceptio talem revocationem excludat. Si autem ſine gravi damno Eccleſiæ poſſet dare 50. vel 100. aut plura, tamen requiritur auctoritas Papæ, ut det majorem ſummam quàm centum. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Imol. Barbat. Anan. Butr. Hoſt. Anchar. Henric. Panormit. Guid. Papæ, Vivian. *in ration. lib.* 3. *juris Pont. pag.* 212. Alagona *in compend. juris Canonici, pag.* 445. remiſſivè Ximen. *in concord. p.* 1. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 3. *Decret. lib.* 3. *tit.* 18. *cap.* 6. 1

De materia, & intellectu hujus text. multa tradit noviſſimè Monet. *de commutationib. ult. volunt. cap.* 11. *num.* 94. *cum ſeqq.*

Ipſum dotare, &c.] Notatur ad hoc, quod Epiſcopus poteſt dotare aliam Eccleſiam, vel Capellam de bonis propriæ Eccleſiæ, ut per Lambert. *de jurepatron. lib.* 1. *p.* 1. *q.* 5. *art.* 16. Iulian. Vivian. *in praxi juriſpatron. p.* 1. *lib.* 2. *c.* 4. *n.* 33. 2

Vnde cùm grave detrimentum, &c. Notatur ad hoc, quod ſucceſſor in Regno poteſt revocare donationes factas à prædeceſſore, quæ graviter, & enormiter coronam lædunt, ſecus ſi non lædant, vel modicè lædant, ut per Menoch. *conſ.* 307. *à n.* 17. Cabed. *Luſitaniæ deciſ.* 19. *n.* 2. *& deciſ.* 30. *n.* 1. *& deciſ.* 40. *à n.* 16. *p.* 2. Vtrùm autem, & quibus caſibus Princeps res ſuæ coronæ alienare valeat, vide Doctores, quos citavi *ad cap. intellecto* 33. *de jurejurand.* 3

Vel pro ſuis magnificare voluerit ſepulturis. Notatur ad hoc, quod Clericus prædefunctus debet ſepeliri expenſis ſuæ Eccleſiæ, & ſucceſſoris, ut per Gemin. *conſ.* 1. *n.* 5. *&* 6. Bellet. *diſquiſit. clerical. p.* 1. *tit. de Clerico debitore,* §. 3. *n.* 5. ubi etiam reſolvunt nepotes, ſive conſanguineos ipſius defuncti hujuſmodi expenſas à ſucceſſore repetere poſſe, dummodò proteſtati fuerint ſe illas facere, ſeu feciſſe animo rehabendi, habita tamen conſideratione dignitatis, perſonæ, ſepulturæ, & facultatum Eccleſiæ, quia ſi tranſcendunt facultatem beneficii, non tenetur ſucceſſor ad exceſſivas, *l. at ſi quis,* §. *æquum, ff. de relig. & ſumpt. funer.* Gemin. *d. conſ.* 1. *num.* 7. 4

In gloſſ. *Præſcriptione*, ibi, *& nulla temporis*,&c.] Notatur ad hoc, quod titulus illegitimus, qui ex errore juris legitimus reputabatur, conſtituit præſcribentem in mala fide, deſtruitque longiſſimi temporis præſcriptionem, ut per Bald. *in repet.l.Celſus, num.2. verſ.quartò, ff.de uſucap.* Vivian. *tom.2. commun. opin. lib.7.tit.5.n.55.pag.239.* Molin. *de primog.lib.2.c.6. n.68. verſ. contrariam, & in verſ. cæterùm*. dicit hoc procedere quando titulus eſt reprobatus à jure,& cui lex reſiſtit, ſeu manifeſtè vitioſus.

SVMMARIVM.

2 *Donatio poteſt per donatorem, non per hæredem ejus, qui tacuit, ob ingratitudinem donatarii revocari in caſibus hic expreſſis*, & n.1.

3 *Doctores referuntur multa de ingratitudine agentes.*

4 *Ingratitudo dicitur ventus urens, ſiccans fontem miſericordiæ, rorem pietatis, & fluenta gratiæ.*

5 *Majoratus poſſeſſor,qui adversùs inſtitutorem ingratitudinem commiſit, amittit majoratum.*

6 *Beneficiarius ſcribens, vel judicem inſtruens contra ſuam Eccleſiam, poteſt tanquam ingratus beneficio privari.*

7 *Patronus ingratus Eccleſiæ perdit juſpatronatus.*

8 *Filius à patre emancipatus, ſi patrem verbo, vel facto injuria affecerit, rurſus in patriam poteſtatem à patre revocante emancipationem, redigi poteſt.*

9 *Legitimatio filii poteſt à patre revocari propter ingratitudinem in ipſum ab eo commiſſam.*

10 *Ingratitudine remiſſa per patrem adhuc filius remanet incapax juris ſuccedendi.*

11 *Libertas ob ingratitudinem revocari poteſt.*

12 *Vaſſallus ob ingratitudinem amittit feudum.*

13 *Nominatio emphyteuſis ob ingratitudinem revocatur, dummodo talis ſit, quæ revocationem patiatur.*

14 *Libertus Clericus ob ingratitudinem commiſſam in patronum,in ſervitutem revocari non poteſt.*

15 *Donatio facta Eccleſiæ ob ingratitudinem Prælati revocari non poteſt.*

16 *Donatio facta cauſa dotis ob ingratitudinem revocari non poteſt.*

17 *Donatio remuneratoria ob ingratitudinem revocari non poteſt.*

18 *Donatio revocari poteſt,ſi donatarius percuſſerit donatorem palo, lapide, aut ferro.*

19 *Donatio revocatur ſi donatarius atroci injuria donatorem affecerit.*

20 *Injuria atrox quæ dicatur, arbitrio judicis relinquitur.*

21 *Donatio revocari poteſt, ſi donatarius notabile detrimentum donantis bonis inferat.*

22 *Donatio revocari poteſt, ſi donatarius vitæ periculum donatori fuerit machinatus.*

23 *Ius revocandi donationem ob ingratitudinem non tranſit ad hæredes.*

24 *Pœnalis conſtitutio ſuos tantùm auctores conſtringit, nec contra hæredes tranſit.*

CAP. Propter X. & fin.

Gregor. IX.

1 DOnans, & non ejus ſucceſſor, poteſt revocare donationem propter ingratitudinem donatarii, ſi nimirum in ipſum impias manus injecit, ſi præſumpſit inferre vitæ periculum, vel atroces injurias, aut grave damnum ſuarum rerum. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Butr. Ioan. Andr. Imol. Ananias, Hoſtienſ. Henric. Boich. Anch. Panormit. Barbat. Guid. Papæ, Henric. Caniſ. Cened. *collect.57.* Vivian. *in ration.lib.3. juris Pontif.pag.212.* Alagona *in compend.juris Canonici, pag.446.* remiſſivè Ximen. *in concord. p.1. & 2.*

Hanc eandem concluſionem ex hoc text.deſumunt 2
apud Luſitanos Ordin.Regia *lib.4. tit.63.* ubi patens meus, & apud Caſtellanos *l.2. tit.26. p. 4. & l.10. tit.4.p.5.* ubi Greg.Lopez,Covar. *lib.1.variar.cap.11. n.8.* Clar. §.*donatio,q.21. ex n.1.* Ant Gomez *tom. 2. c.4.n.14.*Tiraq.*in l.ſi unquam,verbo donatione largitus, n.193.*Azeved. *l.2.à n.2.tit.1.lib.1.novæ recop.* Card. Tuſch.*tom.2.lit.D.concl.711.*Lara *in l.ſi quis à liberis, §.item judex, à num.56.ff.de liberis agnoſcend.* Palat. *in repet.rubr.de donat. inter virum, §.38. à num.71.* Donat. à Fina *tom.2.commun.opinion.lib.8.tit.32.n.46. pag.412.* & Vivian. *tit.34.n.3.pag.424.* Vincent. de Franchis *deciſ.339.* Mozz.*de contract. tract.de donat. tit.quomodo revocetur donatio,ex n.20.* Gutier.*de juram.ent.confirm.p.1.c.10.*Matienzo *l.7.gloſſ.5.n.5.tit.10. lib.5.novæ recop.*Gama *deciſ.163.*Cald.Pereira *in l ſi curatorem,verbo ſua facilitate, n.68.verſ.moveor, & de poteſtate eligendi, c.17.n.48.& à n.45.cum ſeqq.& de renovat.quæſt.10.num.8.& quæſt.forenſ. conſ.39. n.19.* Aloyſ Ricc. *in collect.deciſ.p.1. collect.197.* Molin. *de juſt.tract.2.diſp.81.à princ.*Leſſ.*eodem tract.lib.2.c.18. dub.14. n.104.cum ſeqq.* Rebell. *de obligat.juſtit. p.2. lib.18.q.9.* Et clauſulam notariorum,qua dicunt donatorem donationem non revocare promittere,etiam prætextu ingratitudinis, ſuperfluam dicit Franciſcus Molina *de ritu nupt. lib.3.q.20.n.15.*

De ingratitudine multa ſcripſerunt Tiraq. *in l. 9.* 3
connub.n.27. Menoch.*de præſumpt.lib.5.q.5.n.11.cum ſeqq.* Azeved. *l.2.n.1 tit.1.lib.1.novæ recop.* Fr.Anton. de Guevara *p.2.Montis Calvarii,c.8.pag.189.*Flamin. *de reſignat. lib.6.q.5.num.52.* Fr.Emman. *quæſt.regul. tom.3.q.54.art.6.* Cald.Pereira *de poteſtate eligendi, cap.17. n.45.*

Ingratitudo dicitur ventus urens,& ſiccans fontem 4
miſericordiæ, rorem pietatis, & fluenta gratiæ: ita Guillelm.*in cap.Raynutius,verbo in eodem teſtamento, in 2.n.36.* Cened. *ad Decret. collect.37.n.3.* excæcat oculos benefacientis,ut ex D.Bernardo referunt Palat. *in repet.rubr. de donat. inter virum & uxorem, §.78. num.48.* Azeved. *l.2. n.1 tit.1.nova recop.* Mozz. *loco citato, num.21.*

Amplia primò in poſſeſſore majoratus,qui adversùs 5
inſtitutorem cauſam ingratitudinis commiſit, ut per Molinam *de primog. lib.1.c.9.à n.8.* Azeved.*l.2.n.2. & 3.tit.1.lib.1. nova recopil.* Molina *de juſtit.tract.3. diſp.654.* Cald.Pereira *de poteſt.eligendi,c.17.n.40.*

Amplia ſecundò in Clerico ſcribente, vel judicem 6
inſtruente contra ſuam Eccleſiam,qui poteſt tanquam ingratus beneficio Eccleſiaſtico privari; ſecus tamen ſi ingratus exiſtat Prælato,qui illud ei contulit. Vide Suid.*de aliment.tit.7.q.38.n.5.* Molin.*diſp.281.n.14.* Cald.Pereira *d.cap.17.n.50.* Marta *de juriſdict. p.4. caſu 115. n.14.*

Amplia tertiò in patrono ingrato Eccleſiæ,qui per- 7
dit juſpatronatus, ut per Suid.*de aliment.tit.7.q.32. n.9.& 10.& q.38.n.2.*

Amplia quartò in filio à patre emancipato, ſi pa- 8
trem verbo, vel facto injuria affecerit, quia rurſus in patriam poteſtatem à patre revocante emancipationem redigi poteſt. Vide Cald. Pereira *d.cap.17.n.48.* Rebello *d.p.2. lib.1.q.8.ſect.6.n.60.verſ.ſeptimò.*

Amplia quintò in filio legitimato, cujus legiti- 9
matio facta per reſcriptum Principis, propter ipſius

ingra

ingratitudinem in partem commiſſam ab ipſo patre poteſt revocari. Vide Tiraquel. *in l.ſi unquam, verbo donatione largitus,num.*278.*&* 289. Guillelm. *in cap. Raynutius,verbo in eodem teſtamento,in* 2.*num.*5. Surd. *de aliment.tit.*7. *quæſt.*17.*num.*3.*&* *tit.*8. *privileg.*65.
10 *num.*5. Cald.Pereira *d.cap.*17.*n.*47. Et ingratitudine remiſſa per patrem,adhuc filius incapax remanet juris ſuccedendi, Franc.Molina *de ritu nupt. lib.*3. *q.*20. *num.*13.

11 Amplia ſextò in libertate, quæ ob ingratitudinem revocatur,ut probant *l.*2.*C.de libertis,& eorum liberis,* & apud Luſitanos Ordin. Regia *lib.*4. *tit.* 63. §. 7. & apud Caſtellanos *l.*9. *gloſſ.*4. *tit.*22. *part.*4. Surd. *de alimentis,tit.*8. *privileg.*65.*à num.*54. Modern. *de juriſdict.part.*5.*caſu* 90.*à num.*11. Perr.Cened. *canon. quæſt.lib.*1.*quæſt.*16.*n.*19. Cardoſo *in praxi judicum, verbo ſervitus,num.*54. Sanch.*de matrim.lib.*7.*diſp.*24. *num.*12. Azor. *inſtit.moral.*3. *part.lib.*11.*de donation. cap.*8.*q.*2.*verſ.item donatio*, Rebello *d.p.*2.*lib.*18.*q.*9. *num.*4. Et quod non poſſit patronus liberto ingratitudinem remittere, reſolvit Franc. Molina *de r.tu nupt.lib.*2.*q.*20.*n.*11.

12 Amplia ſeptimò in vaſſallo,ut per Schrad.*de feudis, p.*9.*c.*9.*n.*9. Roſenth.*eod.tract.cap.*10.

13 Amplia octavò in nominatione emphyteuſis, dummodò talis ſit, quæ revocationem patiatur. Vide Valaſc. *de jure emphyt. quæſt.*39. *num.*12. *verſ.*17. *in fine*, Cald.Pereira *de poteſtate eligendi, cap.*3.*num.*29. *& cap.*17. *n.*45.

14 Limita primò in liberto Clerico, qui nullo modo revocari poteſt in ſervitutem propter ingratitudinem commiſſam in patronum, ut per Modernum *de juriſd. p.*4. *caſu* 90. *n.*13. *cum ſeqq.*

15 Limita ſecundò in donatione facta Eccleſiæ, quæ propter ingratitudinem Prælati, ſeu Capituli non poteſt revocari,quia cenſetur facta Deo,cùm ſit omnium gratiarum liberaliſſimus largitor. Vide Clarum §.*donatio, q.*21. *n.*5. Menoch. *remed.* 9. *recup. num.*102. Azor. *inſtit.moral. p.*3.*lib.*11.*c.*8.*q.*5.

16 Limita tertiò in donatione facta cauſa doris. Vide Gammam *deciſ.*163.*n.*2.*&* 3. Pinel. *in l.*1.*C.de bonis maternis, p.*3.*num.*62. *verſ.*32. Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. part.*1. *collect.*197. *verſ.ſecundo limita.* Molin. *diſp.*281. *verſ. ac etiam.*

17 Limita quartò in donatione remuneratoria. Vide Duen. *regul.*224.*verſ. limita* 3. Pinel. *d. p.*3.*num.*61. Tiraq *in l.ſi unquam,verbo donatione largitus,num.*13. *& ſeq.* Vivian. *tom.*1.*communium opinion. lib.*8.*cap.*34. *n,*3.*verſ.ſed ubicumque,pag.*424. Ioan.Garc.*de donat. remunerat. num.*8.*&* 9. Rebello *d. p.*2. *lib.*18. *q.*9. *à num.*8. D.Mart.*in votis noviſſ.deciſ. voto* 215.*num.*28. Cavalc. *conſil.*20.*num.*23. Molin. *de juſtitia, tract.*2. *diſp.*281.*n.*7. Filliuc *tract.*34.*cap.*6.*n.*131. me citato *in hoc loco*, D. Mari. Cutel. *de donat. inter patrem, & filium, tract.*1.*diſc.*2. *partic.*13.*num.*49.*in fine*, & benemerita ſunt probanda, Bellacomb. *tom.* 2.*commun. opinion.lib.*8.*tit.*32.*n.*174.*cum ſeqq. pag.*419. Valaſc. *conſ.*55.*n.*5.Cardin.Mantic.*de tacitis,& ambig.convent. lib.*13.*tit.*15.*n.*41.*&* 43.reſolvit quod remuneratio, quatenus excedit meritum ex cauſa ingratitudinis,revocari poteſt, de quo etiam Molina *diſp.*281. *n.*12. Vnde exemptio ex cauſa remunerationis conceſſa non poteſt ob ingratitudinem revocari, ut per Hippol. *ſing.*33.Iaſ.*conſil.*101.*col.*3.*& conſil.*121.*col.*4.*vol.*4. Tiraq. *in d.verbo donatione largitus,n.*13. Roland. *conſil.*76.*num.*20. *vol.*2.*& conſil.*13. *ſub num.*27.*vol.*3. Rimin.jun. *conſil.*323.*n.*5.*vol.*3. ſic etiam nec privilegium etiam ſubdito conceſſum,ut per Felin. *in cap. novit* 12.*de judic.* Tiraq. *ubi ſuprà,num.*14. Menoch. *conſ.*723.*num.*9.*&* 10.*vol.*8.*& in conſil.*1003. *n.*95.

Nec denique feudum alicui conceſſum ex cauſa meritorum, fortè quia dominum à morte, vel ab hoſtibus liberavit,quod non poſſit ex cauſa ingratitudinis illius conceſſio revocari, tradunt Tiraquel. *ubi ſupra, num.*15. Roland. *conſil.*5. *n.*14.*volum.*1.*& conſil.*76. *num.*21. *volum.*2.*& conſil.*13. *n.*27.*in fine*, *volum.*3. Curt.jun.*in tract.de feudis, in* 5.*part.num.*8. Sonſbec. *eodem tractatu*, *part.*13. *verſ. fall.t quintò*, *num.* 6. Pinel. *in l.*1. *part.*3. *num.*64. *verſ. infertur* 17. *C. de bonis maternis.*

Si impias manus injecerit.] Vel ſi palo, lapide, aut ferro percuſſerit: in idem eſt Ordin. Regia Luſitan. 18
*lib.*4.*tit.*63. §.2. reſolvunt Azor. *inſtit. moral. part.*3. *lib.*11.*de donation. cap.*8. *quæſt.*2.*verſ.ſecunda,* Molin. *diſp.*281.*verſ.ſecunda,* Rebello *d.p.*2. *lib.*18.*q.*9. *n.*3. *verſ. ſecunda,* qui etiam reſolvit procedere dummodo mortalis culpa committatur, ſi namque in patriæ, aut etiam in ſui ipſius, vel alterius proximi legitimam defenſionem id faceret, aut alia juſta de cauſa, nequaquam donatio revocabitur.

Aut ſibi atroces injurias.] Notatur ad hoc, quod 19
donatio revocatur ſi donatarius atroci injuria donatorem affecerit, de quo Molina *diſp.*281. *verſ. prima eſt.* Azorius *d. lib.*11. *de donat. cap.*8. *quæſt.*2. *verſ. prima cauſa,* Rebello *d.quæſt.*9. *n.*3. *verſ.prima.* Vnde donatarius committens ſtuprum cum vidua uxore donatoris intra annum luctus, privatur donatione, ex Ignatio del Villar.*in reſponſ.lib.*2.*reſponſ.*14.*n.*14.

Arbitrio judicis relinquitur judicandum quæ di- 20
catur atrox, gravis & inhoneſta injuria. Vide Gomez *tom.*3. *var.cap.*6. *n.*1. *&* 2. Perez *l.*27. *gloſſ. palabra, tit.*19.*lib.*8.*Ordin.*Menoch.*de arbitr.caſu* 263.Molina & Rebello *ubi proximè.* Gregor *l.*10. *verbo palabra, tit.*4. *p.*5. Clar. §.*injuria,n.*1.*cum ſeqq.*Plaz.*de delictis, lib.*1. *c.*6. *n.*3.

Seu grave rerum ſuarum damnum.] Notatur ad hoc, 21
quod donatio revocari poteſt, ſi donatarius notabile detrimentum donantis bonis inferat: in idem eſt Ordin.Regia Luſitan.*lib.*4. *tit.*63. §.3. reſolvunt Molina *diſp.*281.*verſ.tertia eſt.* Azorius *d.lib.*11.*de donat. cap.*8.*quæſt.*2.*verſ.tertia,* Rebello *d.part.*2.*lib.*18.*q.*9. *n.*2. *verſ. tertia.*

Vel vitæ periculum.] Notatur ad hoc,quod donatio 22
revocari poteſt ſi donatarius vitæ periculum donatori fuerit machinatus, ut per Azor. *d. quæſt.*2. *verſ. quarta*, Molina *diſput.*281.*verſ.quarta*, Rebello *dicta quæſt.*9.*num.*3.*verſ.quarta*, Ordin.Regia Luſitan. *dicto tit.*63. §.4.

Non extenditur ad ſucceſſores.] Notatur ad hoc, 23
quod jus revocandi donationem ob ingratitudinem non tranſit ad hæredes donantis: in idem eſt *l.ult. C.de revocandis donat.* Ordin.Regia Luſitan. *d.tit.*63. §.9.& apud Caſtellanos *lex* 10.*tit.*4.*p.*5. Bellacomb. *tom.*2.*communium opinion. lib.*8.*tit.*28.*n.*16.*pag.*425. Ioſeph Ludov.*Peruſ.deciſ.*93.*à num.*4. Azeved.*ad l.*2. *num.*2.*tit.*1. *lib.*1. *nova recopil.* Peregrin. *de jure fiſci, lib.*8.*tit.*8. *num.*12. Flamin. *de reſignat. lib.*6. *quæſt.*3. *n.*2.D.Barboſa *in l.*2.*in princ.part.*1.*à num.*117.*& in l.ſi ab hoſtibus*, §.*fin. num.*12. *ff.ſoluto matrim.* Cald. Pereira *de extinct.emphyt. cap.*18.*à num.*13.*& quæſt. forenſ.lib.*1.*quæſt.*20.*n.*50.Molina *diſp.*261.*n.*2. Leſſ. *de juſtit. lib.*2.*c.*18.*dub.*14.*n.*107. Rebello *d.quæſt.*9. *num* 7.Azor.*d.lib.*11.*de donat.cap.*8.*quæſt.*3. Intellige procedere quotieſcumque donator ipſe ſcivit ingratitudinem, & habuit tempus revocandi donationem, & non revocavit; nam tunc etiam hæredibus ejus non competit jus revocandi eam, ſecus verò ſi ignoraverit donator, vel non habuerit tempus revocandi, quoniam tunc hæredes ipſius donatoris revocare poterunt,ſecundùm Abb. *conſ.*3.*q.*9.*ex n.*6.*in fine,vol.*3.

Tiraq. *in l. ſi unquam, verbo ſuſceperit liberos, num.* 215. Anton. Gomez *d. cap.* 4. *n.* 14. *verſ. jam adde*, Azeved. *d. l.* 2. *n.* 2. Marienzo *ubi ſuprà, n.* 7.

24 In gloſſ. *Succeſſores*, ibi, *vel contra hæredes, ac ſucceſſores donatarii.* Notatur ad hoc, quod quævis pœnalis conſtitutio ſuos tantùm auctores obſtringit, nec contra hæredes tranſit, ut per Cald. Pereira *de extinct. emphyt. cap.* 18. *n.* 15.

De Peculio Clericorum.

Tit. XXV.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur ſuper hanc rubr. ſcribentes.*
2 *Peculium quid ſit, & illius appellatione quæ veniant, remiſſivè.*
3 *Peculium dicitur à pecunia, quaſi puſilla pecunia.*
4 *Peculium definitur ut ſit patrimonii portio, quam paterfam. filio, aut ſervo ſeorſum tanquam proprium ipſorum habere permiſit.*
5 *Peculium in quatuor ſpecies dividi ſolet, in profectitium, adventitium, caſtrenſe, & quaſi caſtrenſe.*
6 *Peculium dupliciter accipitur, vel largè & impropriè, vel ſtrictè & propriè.*

1 SVPER hanc rubr. ſcripſerunt Zabarell. Ioan. Andr Barbar. Imol. Ananias, Guid. Papæ, Butr. Anchar. Panorm. Guillelm. Durand. *in Breviario aureo juris Canonici, folio* 101. *verſo*, Ioan. de Londris *in Breviario ſanctorum Canonum, fol.* 174. *verſo*, Petr. de Raven. *in compend. juris Canon.* Martin. Meſnart. *in epitome Decret. fol.* 116. *verſo*, Dan. Venator *in analyſi methodi juris Pontif. à pag.* 447. Goffred. & Hoſt. *in ſumma hujus tit.* Alex. Caſan. & Anaſt. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decret.* Lancel. *in inſtit. Canon.* Barth. Carthag. *in expoſit. tit. juris Canonici*, Caniſ. *in ſumma ejuſdem juris*, noviſſimè Ioan. Honor. *lib.* 3. *in ſumma in Decret.* omnes *ſub hoc tit.*

2 Peculium quid ſit, & illius appellatione quæ veniant, vide Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.* 2. *lib.* 7. *c.* 22. *n.* 2. Fr. Ludov. Miranda *in manuali Prælat. tom.* 1. *q.* 28. *art.* 8. *in princ.*

3 *Peculio.*] Dicitur peculium à pecunia, quaſi puſilla pecunia, ut colligitur ex *l.* 1. §. *peculium, ff. de peculio*, & ex *l. ſi chorus*, §. 1. *ff. de legatis* 3. & expreſſit *l.* 1. *tit.* 21. *p.* 1. Panorm. *in hac rubr. num.* 1. Vnde cavendum eſt ab Iſidoro *lib.* 5. *etymolog. cap.* 25. & à Ferrando *lib.* 2. *declarat. cap.* 10. *in fine*, dum exiſtimant peculium dictum fuiſſe à pecudibus, quaſi particula quædam gregis, quam patres filiis, vel ſervis induſtriæ exercendæ cauſa concedebant, niſi velis eos defendere ex eo, quia cùm pecunia dicta ſit à pecudibus, vel pecoribus, quibus olim ab initio patrimonia præcipuè conſtabant, juxta text. *in cap. totum* 1. *q.* 3. proſequitur poſt alios, quos *ibi* refert, Cald. Pereira *in leg. ſi curatorem, verbo læſis, n.* 90. *C. de in integr. reſtit. minor.* inde peculium ſi non immediatè, mediatè ſaltem dictum dici poteſt, & ita intelligenda ſunt quæ in hanc rem tradit Columel. qui *lib.* 1. inquit in ruſticatione, vel antiquiſſima eſt ratio paſcendi eadem quæ quæſtuoſiſſima; propter quod nomina quoque pecuniæ, & peculii tracta videntur à pecore, &c.

4 Peculium autem definitur ut ſit patrimonii portio, quam paterfam. filio, aut ſervo ſeorſum tanquam proprium ipſorum habere permittit: quæ definitio colligitur ex *l.* 4. & ex *l. diſpoſiti*, §. *peculium, ff. de peculio*, explicat Baptiſta *in repet. l. frater à fratre, n.* 6. *ff. de condict. indebit.* Cott. *in memorab. verbo peculium*; ubi eam tuentur contra calumniam Laurentii Vallæ, qui *lib.* 6. *elegant. cap.* 40. illam impugnat, & quidem temerè, cùm prædicta definitio mittatur auctoritate Pomponii *in d. l.* 4. & Vlpiani *in d.* §. *peculium.*

In quatuor ſpecies dividi ſolet, nempe in peculium profectitium, adventitium, caſtrenſe, & quaſi caſtrenſe. Profectitium illud eſt, quod patris contemplatione proficiſcitur; adventitium eſt quod ex donatione, vel induſtria, vel alia extranea cauſa filius acquirit. Caſtrenſe verò eſt illud, quod in caſtris, vel contemplatione militiæ quæſitum eſt. Tandem quaſi caſtrenſe eſt illud quod filius ex ſcientia, vel ex officiis publicis comparavit. Ita hujuſmodi peculium dividunt Doctores, Bart. & alii *in rubr. ff. de peculio.* Iaſon *in l. ult. num.* 2. *de inoffic. teſtam.* Crot. *in repet. l. frater à fratre, num.* 1. *ff. de condict. indebit.* Abb. *in præſenti rubr.* & Imol. *num.* 3. Navar. *in man. cap.* 17. *num.* 147. Cald. Pereira *in l. ſi curatorem, verbo læſio, num.* 90. *C. de in integ. reſtit. minor.* 5

Dupliciter tamen accipitur peculium, vel largè, vel propriè: primo modo ſumptum plura ſignificat, ut videre eſt per gloſſ. *in rubr. ff. de peculio*, inter quæ potiſſimùm ſignificat cujuſlibet patrimonium, & ejus qui è poteſtate patria, vel dominica liberatus eſt, ut *in l. cogi* 16. *ff. ad Trebell.* & in hac ſignificatione ſæpè capi teſtatur Abb. *num.* 1. Imol. *num.* 1. & alii *in hac rubr.* ubi etiam in hoc ſenſu accipitur. Secundo verò modo propriè & ſtrictè ſolùm ſignificat eam portionem patrimonii, quam pater filio, vel ſervo uti proprium habere permittit, juxta definitionem ipſius peculii, de qua *ſuprà*, & in hoc ſenſu accipitur *in tit. ff. de peculio.*

Clericorum.] Qui autem veniant eorum appellatione, latè dixi *de appellativa verborum utriuſque juris ſignif. appel.* 51. *per tot.*

SVMMARIVM.

1 *Quæſitum à rectore Eccleſiæ tempore promotionis nihil habente, præſumitur de bonis Eccleſiæ acquiſitum*, & n. 2.
3 *Bona acquiſita ex redditibus Eccleſiaſticis regulariter non ſunt beneficiatorum, ſed ad Eccleſiam pertinent.*
4 *Bona quæ beneficiarius emit etiam ſuo proprio nomine pecunia, ſive ex beneficii fructibus, ipſo jure Eccleſiæ debentur.*

Cap. Inveſtigandum I.

Ex Concilio Arelat.

BEneficiatus emens prædia, ſi non habebat patrimonium tempore aſſumpti beneficii, præſumitur emiſſe de bonis Eccleſiæ, ac proinde Eccleſiaſtici juris ſunt. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Imol. Anan. Butr. Barbat. Hoſtienſ. Anchar. Henric. Panorm. Vivian. *in rationali lib.* 3. *juris Pontificii, pag.* 213. Alagona *in compendio juris Canonici, pag.* 447. remiſſivè Caſal. *in annotat.* & Ximen. *in concord. part.* 1. refertur à Burchardo *lib.* 3. *Decret. cap.* 118. & ab Ivone *part.* 3. *cap.* 94. qui tribuunt Concilio Remenſi, & ab Anton. Auguſtino *collect.* 1. 1

collect. 1. *Decret. lib.* 3 *tit.* 12. *cap.* 1. qui tribuit Concil. Lateran.

2 Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſumunt Don. à Fina *tom.* 1. *communium opin. lib.* 1. *tit.* 2. *n.* 33. *verſ. acquiſita, pag.* 154. Rom. *conſ.* 159. *n.* 3. Menoch. *de arbitrar. caſu* 195. *n.* 9. *& de præſumpt. lib.* 5. *præſ.* 53. *à principio*, Bellet. *diſquiſit. Cleric. p.* 1. *tit. de bonis Clericorum*, §. 2. *n.* 3. *in fine*, Maſcard. *de probat. concl.* 202. *num.* 2. ubi *num.* 4. dicit, quod ſi dubitetur ex cujus bonis acquiſita per Prælatum defunctum ſint, in dubio pro Eccleſia præſumuntur, & *num.* 6. quod Clericus poſt clericatum in dubio præſumitur acqui-

3 ſiviſſe intuitu beneficiorum, & Eccleſiæ. Bona autem acquiſita ex redditibus Eccleſiaſticis regulariter non ſunt beneficiatorum, ſed ad Eccleſiam pertinent, Seraphin. *deciſ.* 594. *num.* 9. *p.* 1. & ideò quæ bene-

4 ficiatius emit etiam ſuo proprio nomine ex pecunia, ſive ex beneficii fructibus, omnia ipſo jure Eccleſiæ debentur, Sarmiento *de redditibus Eccleſ. quæſt.* 3. *c.* 2. quem refert, & ſequitur Azor. *inſtit. moral. p.* 2. *lib.* 7. *cap.* 10. *q.* 1.

Cap. Presbyter II.

1 PRælatus ea, quæ emit de bonis Eccleſiæ, debet emere nomine Eccleſiæ, aliter eſt removendus ab adminiſtratione. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Imol. Anan. Butr. Anchar. Hoſt. Barbat. Henric. Panorm. Vivian. *in rationali lib.* 3. *juris Pontif. pag.* 214. Alagona *in compend. juris Canon. pag.* 447. remiſſivè Ximen. *in concord. p.* 1. deſumitur ex Concilio Agathen. *cap.* 54. & refertur à Burchard. *lib.* 3. *Decret. cap.* 119. Ivo. *p.* 3. *c.* 95. & ab Ant. Aug. *collect.* 1. *Decret. lib.* 3. *tit.* 21. *c.* 2.

SVMMARIVM.

1 *Quæſita per Epiſcopum poſt conſecrationem ſuam, Eccleſiæ ſunt relinquenda.*

2 *Epiſcopus tempore ſuæ promotionis debet facere inventarium eorum, quæ ipſe ex patrimonio, vel alio titulo acquiſivit.*

3 *Prælatus præſumitur ex bonis propriis non Eccleſiæ acquiſiviſſe, quando conſtat eum ante promotionem bona habuiſſe, & Eccleſiam pauperem eſſe.*

4 *Quæſita à Prælato in dubio præſumuntur intuitu Eccleſiæ acquiſita.*

Cap. Vt unuſquiſque III.

1 EPiſcopus omnia, quæ poſt conſecrationem acquiſivit, debet ſuæ Eccleſiæ relinquere. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Butr. Imol. Anan. Hoſt. Barbat. Anch. Henric. Panorm. Vivian. *in ration. lib.* 3. *juris Pontif. pag.* 215. Alagona *in compend. juris Canon. pag.* 447. remiſſivè Ximen. *in concord. p.* 2. videtur deſumptum ex Concilio Carthag. III. *cap.* 49. refertur à Burchard. *lib.* 3. *Decret. c.* 131. Ivo. *p.* 3. *c.* 96. & ab Anton. Auguſt. *collect.* 3. *Decret. lib.* 3. *tit.* 21. *c.* 3.

2 *Quæ poſt dies conſecrationis*, &c.] Debet igitur Epiſcopus tempore ſuæ promotionis facere inventarium eorum, quæ ipſe ex patrimonio, vel alio titulo acquiſivit, ut per Melch. Pelaez *de maiorit. p.* 1. *q.* 1. *num.* 19. Maſcard. *de probat. concluſ.* 587. *n.* 1. Menoch. *de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 51. *n.* 23. *& præſumpt.* 53. *per totam*, Azevéd. *l.* 6. *ex num.* 8. *tit.* 2. *lib.* 1. *novæ recopilat.* Cened. *ad Decretal. collect.* 145. *num.* 1. Cabed. *Luſitaniæ deciſ.* 74. *n. ult. p.* 1. ubi *num.* 2. reſolvit quod facere inventarium bonorum Epiſcopi vita functi, & ejus bona defendere à latrocinis, quæ in eorum morte contingunt, ad officium judicis ſæcularis ſpectare poteſt, quod intelligo ſi Eccleſiaſticus ejus auxilium imploret, aut neceſſarium ſit. Quando enim conſtat Prælatum ante promotionem bona habuiſſe, præſumitur ex bonis propriis, non Eccleſiæ 3 acquiſiviſſe, Maſcard. *de probat. concl.* 1171. *num.* 31. *&* 32. præcipuè ſi conſtet de paupertate Eccleſiæ, & de bonis, & divitiis propriis Clerici prædefuncti, déque ipſius officio; tunc enim ſemper bona, quæ reperta fuerint, præſumuntur potius quæſita ex bonis Clerici, quàm Eccleſiæ, ut per Abb. *hic, num.* 3. *& in cap. cùm eſſes, n.* 24. *de teſtam.* Roman. *conſ.* 346. Beroi. *conſ.* 7. *n.* 7. *volum.* 2. Rot. *deciſ.* 582. *n.* 7. *&* 10. *p.* 3. *diverſ.* Bellet. *diſquiſit. cleric. p.* 1. *tit. de bonis Clericorum*, §. 6. *num.* 8. In dubio tamen quæ acquiſivit 4 præſumuntur acquiſita intuitu Eccleſiæ, & ita de his minimè diſponere poteſt, Menoch. *de arbitr. caſu* 195. *num.* 8. Bellet. *d. tit. de bonis Cleric.* §. 10. *à princ.* quæ omnia meliùs colliges ex *meo tract. de officio Epiſcopi, p.* 3. *alleg.* 144. *à n.* 12. Vnde Ioan. Andr. *in præſenti* dicit quod in dubio ab Epiſcopo relicta ex præſumptione juris Canonici cenſentur poſt ipſam dignitatem acquiſita fuiſſe, ſequitur Covar. *in cap.* 1. *n.* 6. *&* 8. *ſupra hoc tit.* Rota *in Arborenſi ſpolii*, 17. *Iunii* 1624. coram bonæ memoriæ Patriarcha Manzanedo. Et ex quo bonorum cuſtodia Epiſcopi defuncti pertinet ad Regem, Palar. *in introduct. rub. de donat. inter virum, num.* 28. Cabed. *Luſitaniæ deciſ.* 84. *p.* 2. *& de patr. Regiæ Coronæ, cap.* 37. *n.* 7. Et Eccleſiæ Paſtore viduatæ ſub Regis protectione ſunt, Afflict. *in conſtitut. rub.* 28. *n.* 1 *lib.* 3. Cabed. *d. cap.* 37. *n.* 8. tenent idem Cabed. *deciſ.* 84. *p.* 1. & Ceval. *de cognit. per viam violent. p.* 2. *q.* 76. *n.* 13. inventarium bonorum Epiſcopi faciendum eſſe à judice laico; ſed id defendi non poteſt, quia Epiſcopi decedunt ab inteſtato, & eorum hæredes ſunt alii Epiſcopi ſucceſſores, Eccleſia, vel Camera Apoſtolica, qui omnes ſunt perſonæ Eccleſiaſticæ, ac proinde hujuſmodi inventarium coram judice Eccleſiaſtico confici debet, ut per Franc. Marc. *part.* 1. *deciſ.* 105. Marta *de juriſdict. p.* 4. *centur.* 3. *caſu* 122. *n.* 16.

SVMMARIVM.

1 *Empta per Prælatum ex emolumentis Eccleſiæ, efficiuntur Eccleſiæ, licèt Prælatus emerit nomine alieno.*

2 *Empta ex redditibus beneficii, ejus Eccleſiæ acquiruntur, ita vt beneficiarii ementis non efficiantur, niſi quoad uſum.*

3 *Clericus ſi de bonis Eccleſiæ Capellam, ſeu Eccleſiam ædificet, non acquirit ſibi juſpatronatus, ſed Eccleſiæ.*

Cap. Inquirendum IV.

Ex Concilio Remenſi.

EMpta per Prælatum ex proventibus Eccleſiæ 1 etiam nomine alieno, ſunt Eccleſiæ, quia iſta fraus nemini prodeſt. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Butr. Ioan. Andr. Imol. Ananias, Hoſt. Henric. Panorm. Barbat. Vivian. *in ration. lib.* 3. *juris Pontif. pag.* 215. Alagona *in compend. juris Canon. pag.* 447. remiſſivè Ximen. *in concord. part.* 1. *&* 2. refertur à Burchardo *lib.* 2. *Decret. c.* 123. & Ivo. *part.* 3. *cap.* 96.

cap. 96. & Anton. Auguſt. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 3. *tit.* 21. *cap.* 6.

2 Collige ex text. empta ex redditibus beneficii ejus Eccleſiæ acquiri, itaut beneficiarii ementis non efficiantur niſi reſpectu uſus, ut per Abb. *hic, num.* 1. & 6. & *in cap. finali; n.* 5. *verſ. nam quemadmodum, infra hoc tit.* & *in cap. relatum* 2. *n.* 3. *de teſtam.* & *conſ.* 94. *in princ. verſ. ſi verò dictum palatium, p.* 2. Barbat. *conſ.* 39. *num.* 6. *vol.* 4. Redoan. *de ſpoliis Eccleſ. q.* 3. §. *verum, num.* 28. *cum ſeq.* & §. *pen. n.* 13. *cum ſeqq.* quos refert & ſequitur Bellet. *diſquiſit. Cleric. p.* 1. *tit. de bonis cleric.* §. 2. *n.* 3. adde D. Barboſ. *in l. divortio, in princ.*
3 *p.* 2. *num.* 62. *ff. ſoluto matrim.* Hinc deducitur quod ſi Clericus de bonis Eccleſiæ Capellam, ſeu Eccleſiam ædificet, non acquirit ſibi juſpatronatus, ſed Eccleſiæ, ut probat text. *in cap. Apoſtolicos, in fine,* & *ibi* gloſſ. *verbo contraxiſſe,* 12. *q.* 2. ubi Archid. *num.* 4. Lambertin. *de jurepatr. lib.* 1. *p.* 1. *quæſt.* 8. *art.* 7. & *art.* 8. *num.* 2. latè de Epiſcopo Rota *in una Urſelen. ſpoliorum,* 13. *Februarii* 1609. coram Illuſtriſſimo Ludoviſio poſteà S. D. Gregor. XV. relata per Farin. *deciſ.* 241. *p.* 2. *recent.* ubi *num.* 6. aſſerit hoc fallere, ubi apparet Epiſcopum noluiſſe Eccleſiæ, ſed potiùs alteri acquirere, purà quando alteri ſtipulatur: & *num.* 7. cenſet quod res empta ex fructibus beneficii à Prælato etiam Regulari, non dicitur acquiſita Eccleſiæ, ubi Prælatus fuit ſtipulatus pro ſe uti perſona privata, & laica, & pro quibus dederit.

4 In gloſſ. *Comparavit,* ibi, & *eſt ſpeciale in Eccleſia.* Vide ſimilem *gloſſ. in l. ſi ut proponis* 8. *verſ. non negabit, C. de rei vendic.* Felin. *in cap. cùm ex officii, n.* 2. *de præſcript.* Anton. Gomez *l.* 50. *Tauri, n.* 36. *in princ.* Sarmiento *de redditibus, p.* 3. *c.* 2. *n.* 10.

SUMMARIUM.

1 *Meliorationes factæ per Prælatum in rebus Eccleſiæ ſunt ſua in vita, etiamſi dimittat beneficium, ſed de his teſtari non poteſt.*

2 *Expenſas factas in meliorandis rebus Eccleſiæ de proprio patrimonio, tam ipſe Prælatus, ſive beneficiarius, quàm ejus hæres repetere poteſt.*

3 *Clericus, qui ex induſtria ſuæ perſonæ rem Eccleſiæ meliorem fecit, non poteſt repetere.*

4 *Benemeritis res Eccleſiæ donari poſſunt.*

5 *Prælatus ex cauſa remunerationis donare poteſt.*

6 *Emphyteuſis poteſt concedi alicui in remunerationem ſervitii de aliqua re Eccleſiæ cum parva penſione.*

7 *Donatio remuneratoria facta à Prælato pro remuneratione accepti beneficii valet.*

Cap. Si quis V. & ult.

Ex Concil. Tolet.

1 MEliorationes factæ per Clericum in terris Eccleſiæ, veluti viniolæ, aut agelli, ſuæ ſunt uſque ad mortem, licèt dimittat beneficium, ſed moriens non poteſt illa relinquere alicui in teſtamento, vel hæreditario jure, niſi forſan Epiſcopus voluerit illa aſſignare alicui pro ſervitiis factis Eccleſiæ. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc Collect. Zabarel. Barbat. Ioan. Andr. Imol. Ananias Butr. Anch. Hoſt. Henric. Panormit. Vivian. *in ration. lib.* 3. *juris Pontif. pag.* 216. Alagona *in compendio juris Canon. pag.* 442. remiſſivè Ximen. *in concord. p.* 1. & 2. deſumitur ex Concilio Tolet. XI. *cap.* 4. & refertur ab Ant. Auguſt. *collect.*... *Decret. lib.* 3. *tit.* 21. *c.* 7. Burſat. *conſ.* 226. *n.* 93. & *ſeqq.* *vol.* 3. Bellet. *d. diſquiſit. cleric. p.* 1. *tit. de bonis Clericorum,* §. 4. *n.* 2. Marc. Anton. Genuenſ. *in practic. Eccleſ. q.* 614.
per totam. Expenſas tamen, quas in meliorandis rebus 2
Eccleſiæ de ſuo patrimonio fecit, tam ipſe, quàm ejus hæres repetere poteſt, Surd. *conſ.* 333. *n.* 31. Paul. Comitol. *reſponſ. moral. p.* 1. *q.* 82. *in fine,* ubi intelligit niſi fecerit animo donandi, Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 117. *num.* 26. Cald. Pereira *de empt. cap.* 27. *num.* 2. Bellet. *d.* §. 4. *n.* 3. ubi *num.* 5. cum Abb. *hic, n.* 2.
notat quod Clericus, qui ex induſtria ſuæ perſonæ 3
rem Eccleſiæ meliorem fecit, non poteſt repetere quod ſic ex induſtria ſua impendit, ſed illud cedit Eccleſiæ.

Pro ſervitiis, &c.] Ergo benemeritis res Eccleſiæ 4
donari poſſunt, ut per Rebuf. *in compendio alien. n.* 62.
Bellet. *d. tit. de bonis Clericorum,* §. 5. *n.* 5. & Prælatus ex 5
cauſa remunerationis donare poteſt. Rota apud Farin. *deciſ.* 241. *n.* 2. *p.* 2. *recent.* ubi citat Navar. *conſ.* 6. *n.* 3.
ſub tit. de donat. Et emphyteuſis poteſt concedi alicui 6
in remunerationem ſervitii de aliqua re Eccleſiæ cum parva penſione. Rebuff. *ubi proximè,* Surd. *deciſ.* 290. Flores de Mena *var. lib.* 1. *q.* 7. §. 1. *n.* 21. nam emphyteuſis ſic conceſſa videtur empta, Cald. Pereira *in reſp. pro Societate Ieſu, num.* 16.

In gloſſ. *Præſtatione.* Notatur ad hoc, quod donatio 7
remuneratoria facta à Prælato pro remuneratione accepti beneficii valet, ut per Menoch. *de arbitr. caſu* 434. *n.* 2. ubi *num.* 3. quod donatio remuneratoria facta à Prælato de bonis Eccleſiæ non debet excedere terminos remunerationis.

De Teſtamentis, & ultimis Voluntatibus.

TIT. XXVI.

SUMMARIUM.

1 *Doctores referuntur ſuper hanc rubr. ſcribentes.*

2 *Teſtamentorum materiam qui Doctores tractent, citantur,* & n. 3.

4 *Teſtamentum quomodo à Iuſtin. derivari dicatur à mentis teſtatione, oſtenditur,* & n. 5.

6 *Teſtamentum eſt voluntatis noſtræ juſta ſententia de eo quod quis poſt mortem ſuam fieri vult,* & n. 7. *reſpondetur objectioni.*

8 *Teſtamentum quoddam in ſcriptis dicitur, quod vulgò clauſum nuncupatur, alterum nuncupativum dicitur ſine ſcriptura.*

9 *Teſtamenti nuncupativi ſpecies declarantur,* & *numeris ſeqq.*

12 *Teſtamentum quoad inventionem,* & *primævum uſum juriſgentium eſt, quoad formas tamen, ſolemnitates,* & *confirmationem juris eſt civilis.*

SUPER hanc rubr. ſcripſerunt Zabarell. Ioan. Andr. Imol. Ananias, Butr. Anchar. Panorm. Covar. Barbar. & iterum *in repet.* Henric. Caniſ. Guillelm. Durand. *in Breviario aureo juris Canonici, folio* 103. Ioan. de Londris *in Breviario ſanctorum Canonum, fol.* 174. Martin. Meſnart. *in epitome Decret. fol.* 117. Petr. de Raven. *in compend. juris Canon.* Dan. Venator *in analyſi method. juris Pontif. à pag.* 448. Goffred. & Hoſt. *in ſum. hujus tit.* Alex. Caſan. & Anaſt. Germ. *in paratitlis ad quinque libr. Decret.* Barth. Carthag. *in expoſit. tit.* 1

tit. juris Canon. Zypæ. *in analytica poſtremi juris Eccleſiaſt. enarrat. pag.* 214. omnes *ſub hoc tit. & vol.* 4. *repet. in jure Canon. ad librum* 3. *Decret.* Matth. Netut. & Franc. Niconit.

2 De materia hujus tit. agunt Ordin. Reg. Luſit. *lib.* 4. *tit.* 80. *cum ſeqq.* ubi patens meus, & apud Caſtellanos *tit.* 1. *p.* 6. Viv. Kitchou. Soat. & alii *tom.* 2. *commun. opin. lib.* 6. *tit.* 12. & 13. Ioſeph. Ludov. *tom.* 3. *ſub hoc tit.* Alvarad. *de conjecturata mente defuncti*, Card. Mantic. *de conjecturis ult. volunt.* Simon de Prætis *de interpret. ultimarum volunt.* Luſit. Emman. Figueira de Negreiros *in introductione ad ultimas volunt.* Molin. *de juſtit. tract.* 2. *diſp.* 124. *cum ſeqq.* Bened. Ægid. *in repet. l.* 1. *C. de ſacroſ. Eccleſ. p.* 1. & novè Pett. Ioan. Moneta *de commutatione ultimarum voluntatum*, Paul. Layman. *in Theolog. morali, lib.* 3. *tract.* 5. *c.* 1.

3 Ex profeſſo *de teſtamentis*; *& ultimis voluntatibus* tractatus edidête Angel. de Gamblionib. *tom.* 8. *tract. Doct. p.* 1. *fol.* 31. Didac. Cov. *fol.* 98. Iul. Clar. *fol.* 90. Roland. Parſagit. *fol.* 1. Ioan. Dauth. Mich. Graſſ. Gabr. Vaſquez.

Teſtandi jure promiſcuo, *ſeu communi*, Boëtius Eppo.

Teſtamentis, *& ſucceſſionibus*, Philip. de Caſſolis *tom.* 8. *p.* 1. *fol.* 107.

Teſtamenta exequendi jure, Boëtius Eppo.

Teſtamentis & codicillis, Ioan. Gail.

Teſtamentaria ſucceſſione, & quomodo ex pacto hæreditas acquiratur, Hieron. Mayer.

Teſtamentis mariti, *& uxoris conjunctim*, *vel ſeparatim factis*, Pett. Pech. *tom.* 8. *p.* 1. *fol.* 146.

Teſtamentis ordinandis, idem *fol.* 112.

Teſtamenti mutatione, Ioan. Dilectus Durantes *fol.* 140.

Teſtamenti tutore, & executore, idem *fol.* 136.

Teſtamentorum famulis, Ludov. Lana *fol.* 180.

Teſtamentorum ſpeculum, Didac. à Spino.

Teſtandi arte, Ludov. Lana *fol.* 109. & Ioan. Dilectus Durantes.

Teſtamentorum præceptis variis, idem *fol.* 137. Bartholomæus Romulus.

4 *Teſtamentis.*] Iuſtin. *in princ. Inſtit. hoc tit.* etymologiam nominis teſtamenti derivat à mentis teſtatione, ſed irridetur à Valla poſt Gellium *lib.* 6. *elegant. c.* 36. Cott. *in memorab. verbo Teſtamentum*, & conſulendum ea de re Iuſtin. cùm aliter ipſius ſenſus percipi nequeat, affirmat Mench. *de ſucceſſ. creat. in præfat. n.* 28. refert Molin. *de juſtit. tract.* 2. *diſp.* 124. *col.* 1. *in fine*, conſiderantes quod ſi teſtamentum à mentis teſtatione diceretur, ſimiliter veſtimentum, calceamentum, ornamentum, & ſimilia à mente derivarentur, quod eſt abſurdum manifeſtum.

5 Ego tamen advertendum duxi Iuſtiniani intentum non fuiſſe nudum verbi corticem exponere, id enim Grammaticis relinquendum fuerat, ſed potiùs voluiſſe effectum, ſeu rem per teſtamentum ſignificatam, & illius ſubſtantiam modis exponere, ut feciſſe videtur Iureconſ. *in l. qui teſtamento* 20. *§. ult. ff. hoc tit.* ibi, *ſuprema conteſtatio*, juncta gloſſ. *verbo Conteſtatio*, *in ſimili l. Senatus* 35. *in princ. in verſ. donatio*, ibi, *quaſi doni datio*, *ff. de donat. cauſa mort. l.* 1. *verſ. novatio enim*, ibi, *à nova obligatione*, *ff. de novation. l.* 1. *in princ. ff. de acquir. poſſeſſ.* & ſecundùm hanc ſignificationem teſtamentum dicitur mentis noſtræ conteſtatio de eo, quod poſt mortem fieri volumus, Craſſ. *recept. ſent. §. teſtamentum*, *q.* 2. Vel, ſi magis placet, dici poteſt cum Molin. *ubi proximè*, teſtamentum dictum ex eo, quod teſtator in eo alios ſuæ voluntatis teſtes ſoleat interpellare, & in hoc ſenſu teſtamentum dicitur conteſtatio, *d. §. ult.* ibi, *conteſtatio, ideſt*, *teſtium invocatio* circa poſtremam voluntatis explicationem: unde qui teſtamenta fecerunt teſtantes dicuntur, *l. in teſtamentis* 12. ibi, *teſtantium*, *ff. de regul. juris*, & paſſim alibi advertunt Covar. *in hac rubr. p.* 1. *n.* 3. Alciat. *lib.* 4. *de verb. ſignific. c.* 20. Connan. *lib.* 5. *comment. cap.* 1. Autel. *lib.* 2. *ſent. c.* 19. Card. Mantic. *de conject. ult. volunt. lib.* 1. *tit.* 5. *num.* 10.

Definitur teſtamentum ab Vlpian. *in l.* 1. *ff. hoc tit.* 6 ut ſit voluntatis noſtræ juſta ſententia de eo quod quis poſt mortem ſuam fieri vult, ſequuntur Bart. & Doctores communiter *ibi, gloſſ.* 1. ubi omnes, *in princ. Inſtit. eod.* Hoſt. *in ſumm. hujus tit.* Roland. *ad flores teſtament. p.* 1. *memb.* 3. Guillelm. *in cap. Raynutius, verbo teſtamentum, il* 1. *n.* 4. Clar. *§. teſtamentum*, *q.* 1. Alciat. *lib.* 14. *Paradox. c.* 7. *poſt med.* Connan. *comment. juris Civilis lib.* 9. *c.* 1. Aviles *ad edicta Prætor. c.* 36. *in gloſſ. verbo Firmales, n.* 1. Mench. Mantic. Graſſ. & Molin. *citatis locis*, loco generis apponitur ſententia pro mente, ſeu arbitrio diſpoſitivo, quia ad ſubſtantiam teſtamenti non quælibet, ſed diſpoſitiva teſtatoris voluntas requiritur, *auth. de nuptiis*, *§. diſponat*, *collat.* 4. *l. quidam cùm factum* 46. ibi, *quoniam ſi ipſum teſtatorem*, &c. ubi gloſſ. *ff. de hæred. inſtit. l.* 1. ibi, *licèt voluntatem habuerit*, *de eo*, *qui mittitur*, *cap. tua nobis* 17. ubi gloſſ. *verbo Voluntatem*, *infr. eod.* cum his quæ Tiraq. *in l. ſi unquam, verbo Libertis, n.* 20. *de revocand. donat.* Clar. *§. teſtamentum, q.* 61. Guttier. *in l. nemo poteſt*, *ff. de leg.* 1. *n.* 1. Alvar. *de conject. mente defuncti, lib.* 1. *c.* 2. *à n.* 6. tum quia latiùs patet & plures comprehendit ſententias diſpoſitivas tam in contractibus, quàm in cæteris ultimis voluntatibus, quæ teſtamenta non ſunt: nec eſt admiratione dignum quod ſententia idem importet quod mens, ſic enim paſſim accipitur in variis ſpeciebus, *l. contra, l.* 28. *in fin.* ibi, *ſententiam ejus circumvenit*, *ff. de leg. reg. ult. lib.* 6. ibi, *contra legis nititur voluntatem, l.* 1. *§. incidit*, ibi, *non ex verbis, ſed ex ſententia, ff. ad Turpil. l. ſi quis id quod* 7. *ff. de juriſd. c. ſi poſtquam* 33. ibi, *ſed etiam ex ſui mente, de elect. lib.* 6. Cætera loco differentiarum adjiciuntur.

Non obſtat quod reliquæ omnes ultimæ volunta- 7
tes illud commune habent quod ſint ſententiæ de eo quod quis poſt mortem ſuam fieri vult, quaſi hæc ultima particula potius loco generis, quàm differentiæ fuiſſet apponenda; reſpondetur enim quod cùm hæc ultima particula copuletur ſimul cum verbo, *Iuſta*, immediatè præcedenti, atque ita ſenſum faciat quod teſtamentorum ſit ſententia juſta ſecundùm jus de teſtamentorum factione, de eo quod quis, &c. jam omni & ſoli convenit teſtamento, prout à cæteris ultimis voluntatibus diſtinguitur, quippe quæ nullatenus dici valent ſententiæ juſtæ ſecundùm jus de teſtamentorum factione, & ita particula illa, *juſta*, ſecundùm illud jus latiſſimè accipienda, ſive illa referatur ad jus gentium, ſive ad jus Romanorum, ſive ad illud quodcunque, de omnibus enim verum eſt dicere quod ſint juſtæ ſententiæ ſecundùm jus de teſtamentorum factione, &c. Et ita cum hac diffinitione tranſeunt, licèt varios exponendi ſenſus amplectantur, plures ex Doctoribus *ſuprà* citatis.

Sic igitur explicatum teſtamentum prout impor- 8
tat ſupremam conteſtationem, omiſſis illis teſtamentorum generibus, quæ in uſu eſſe deſierunt, de quibus *in princ. Inſtit. hoc tit.* in otio, & pace, in prædio, per æs & libram, ſeu per imaginariam venditionem, ut explicat Craſſ. *§. teſtamentum*, *q.* 3. in duplici potiſſimùm diſcrimine reperitur, quoddam enim eſt teſtamentum in ſcriptis, quod vulgò clauſum nuncupatur, de quo *in l. hac conſultiſſima, in princ. C. hoc tit. §. ſed cùm paulatim, Inſtit. eod.* cum his quæ Gom. *in l.* 3. *Taur. à n.* 23. Clar. *§. teſtamentum, q.* 4. Gam. Luſit. *deciſ.* 69.

109. & 252. Alterum nuncupativum dicitur ſine ſcriptura, *dict. l. hac conſultiſſima, §. per nuncupationem, & §. ult. Inſtit. hoc tit.* Gom. *d. l. 3. à n. 45.* Clar. *d. loco, q. 3. cum ſeq.* Molin. *diſp. 126.* Gam. *Luſit. deciſ. 45. & 126.* & his duobus modis in praxi apud Luſitanos fieri poſſe affirmat Valaſc. *conſ. 178. n. 6.*

9 Teſtamenti nuncupativi impliciti vim habet modus quidam teſtandi per relationem, ſcilicet ad aliam ſchedulam, vel ſcripturam, & eſt validus perinde ac ſi teſtator ore proprio hæredem nominaſſet abſque eo quod teſtes legerint, viderint, aut aliàs certiores reddiri fuerint de diſpoſitis in dicta ſchedula, ſed ſufficiat quod dixerit ſe velle diſponere juxta contenta in ea: ita Bart. *in l. ſi ita ſcripſero, n. 1. ff. de condit. & demonſtr. & in l. quem hæredi, ff. de rebus dub.* Iaſ. *in l. ubi autem, §. illud, n. 2. ff. de verb. oblig.* Socin. ſen. *conſ. 142. n. 6. & ſeq. verſ. ſecundò principaliter, lib. 1.* Caſtrenſ. qui licèt dubitaverit *in d. l. ſi ita ſcripſero*, tamen affirmat *in l. hæredes palàm, in princ. ff. hoc tit. & in l. hac conſultiſſima, §. per nuncupationem, n. 3. C. eod. tit. & conſ. 93. n. 4. lib. 1.* Covar. *in cap. ſi tibi, n. 5. hoc tit.* Alciat. *conſ. 126. n. 1. & 2. lib. 9.* Matt. *in auth. quod ſine, n. 36. C. hoc tit.* Clar. *§. teſtamentum, q. 36. n. 2.* Ant. Gom. *var. tom. 1. c. 2. n. 1.* Pariſ. *conſ. 19. n. 11. & 13. vol. 3.* Card. Mantic. *de conject. ult. volunt. tit. 7. n. 7.* Mench. *de ſucceſſ. creat. lib. 2. §. 17. n. 53.* Magdalen. *de numero teſtium, p. 1. cap. 27. n. 9.* Guttier. *pract. lib. 2. quæſt. 41. num. 4. & ſeq.* & fuit reſolutum ſæpiſſimè in Rota, & ſignanter *in Romana teſtamenti, 9. Decembris* 1620. coram Reverendiſſ. D. meo Coccino Decano, & *in Romana hæreditatis de Arigoniis, 13. Novembris* 1624. coram bonæ mem. Patriarcha Manzanedo, & *in Romana Legati librariæ, 10. Maii* 1624. coram bonæ memoriæ Vbaldo ſen.

10 Quæ quidem reſolutio locum habet nedum in legatis, ſed etiam in inſtitutione hæredis, ut tradunt Bald. & Angel. *in l. aſſe toto, ff. de hæred. inſtit.* Alex. *in l. ubi autem, §. illud, ff. de verb. oblig. & conſ. 176. n. 6. & 7. lib. 5.* Pariſ. *d. conſ. 19. n. 13. & 14. lib. 3.* Card. Mantic. *d. tit. 7. n. 7.* Alciat. *d. conſ. 126. n. 1. & 2. lib. 9.* Guttier. *d. q. 41. n. 4.* latè Rimin. jun. *in princ. Inſtit. de teſtam. n. 478. cum ſeqq.* Rot. *in d. Romana hæreditatis de Arigoniis*, coram bon. mem. Manzanedo, & *in Romana teſtamenti de Arigoniis, 23. Ianuar.* 1627. *& 28. Iunii ejuſdem anni*, coram Card. Virili, & *in Romana ſucceſſionis, 19. Ianuarii* 1629. coram R. P. D. Duran. & *in Narnien. hæreditatis, 24. ejuſdem menſis & anni*, coram eodem: licèt contrarium pluribus adſtruere conetur Steph. Gratian. *diſcept. forenſ. c. 973. per tot.*

11 Et hoc procedit quamvis hujuſmodi ſchedula non ſit ſcripta manu ipſius teſtatoris, prout requirere videntur Bart. *in d. l. ſi ita ſcripſero, verſ. ego dico hoc eſſe verum.* Corn. *in d. §. per nuncupationem, n. 3.* ſufficit enim quod ſit ſubſcripta ab ipſo teſtatore, licèt ſit ſcripta manu aliena, ex quo ſubſcribens confirmat omnia contenta in ſcriptura, quam ſubſcripſit, ut firmavit Rot. *in d. Romana teſtamenti*, coram Reverend. D. Coccino Decano, maximè quando teſtator erat perſona diligens, & de tempore teſtamenti non erat adeò infirmitate gravatus, ut contenta in eo videre non valeret, præcipuè ſi teſtamentum erat nimis breve, itaut ictu oculi potuiſſet illius ſubſtantiam inſpicere, ut fuit conſideratum *in eadem Romana teſtamenti*, coram R. D. Coccino, & coram Vbaldo, & *in d. Romana hæreditatis de Arigoniis*, coram bon. memor. Manzanedo. Imò ſufficit quod ſchedula, ad quam facta eſt relatio, ſit ſecreta, & indubitata, licèt non ſit ſcripta, vel ſubſcripta manu teſtatoris, Caſtr. *in d. §. per nuncupationem, n. 3.* Clar. *d. §. teſtamentum, q. 36. n. 3.* Pariſ. *conſ. 19. n. 27.* Mench. *d. §. 17. n. 53.* Rim. jun. *in d. princ. Inſtit. de teſtam. n. 490.* Padil. *in l. cùm quidam, n. 13. ff. de leg. 2.* Guttier. *d. q. 41. n. 4. poſt med.* Rot. *in d. Romana teſtamenti*, coram R. D. Coccino Decano, & Vbaldo, & *in d. Narnien. hæreditatis, 28. Maii* 1629. coram R. P. D. Duran.

12 Teſtamentum ſic explicatum, ac diviſum quoad inventionem, & primævum uſum juriſgentium eſt, quoad formas tamen, ſolemnitates, & confirmationem juris eſt Civilis. De jure gentium patet, ſi conſideremus apud omnes ferè, quamvis barbaras nationes, reperiri illius uſum, & inventionem; ſemper enim, & utplurimum ſupremas facere tranſlationes ſuorum bonorum, ut ſatis inſinuat Vlpian. *in lege obvenire, ff. de verb. ſignif.* dum inquit, leges duodecim Tabularum confirmaſſe hæreditarias ſucceſſiones, planè confirmatio ſupponit rem confirmatam jam à parte ante in eſſe productam & exiſtentem, quæ ex poſtfacto accedente confirmatione firmior redditur. Vnde ſatis adminiſtrat Vlpian. ante leges duodecim Tabularum teſtamenta extitiſſe de jure gentium, & poſtea per eaſdem confirmatum, ſeu corroboratum, juvat *l. neque enim 14. verſ. deportati, ff. de milit. teſtam. l. milites 15. C. de teſtam. milit.* dum ad militis hæreditatem admittunt deportatos, & cæteros qui jure Civili incapaces ſunt ex eo, quia de jure gentium admittebantur, ut ita teſtamentaria ſucceſſio juriſgentium ſit ſaltem quoad primævum uſum, & inventionem, expendunt ad propoſitum Cov. *var. lib. 3. c. 6. n. 7.* Molin. *de primog. lib. 1. c. 2. n. 5.* Conſonat illud *Geneſ. 27.* ubi Iſaac poſtquam nimium ſenuerat, de bonis poſt mortem diſpoſuit, multò ante jus Civile Romanorum, quamvis ex poſtfacto formas, & ſolemnitates introduxerit: obſervant in effectu gloſſ. *verbo alium, in l. quoties 9. ff. de hæred. inſtit.* Bart. *in l. interdum, n. 7. ff. de condict. indeb.* ubi Iaſ. *n. 4.* communem affirmat Cov. *d. c. 6. n. 4.* Gom. *l. 3. Tauri, in princ.* Roder. Soar. *in l. quoniam, ſuper declaratione leg. Regni, limit. 1. n. 3. ad fin.* Clar. *§. teſtamentum, q. 2.* Pinel. *in rubr. de reſcind. vendit. q. 1. c. 1. n. 23.* refert in hanc partem plura ſacræ Paginæ loca Guillelm. *in cap. Raynutius, verbo Teſtamentum, il 1. num. 2.* Peralt. *in rubr. ff. de hæred. inſtit. n. 140.* Molin. *d. num. 5.* alt. Molin. *de juſtit. tract. 2. diſp. 124. ad fin.* fatetur communem & veriorem Graſſ. *lib. 1. recept. ſentent. §. 1. n. 4.* Quamvis contrarium, imò tantùm hoc juri Civili tribuendum, ſenſerit gloſſ. *verbo dominia diſtincta, verſ. item per teſtamenta, in l. ex hoc jure 5. ff. de juſtit.* ubi Bart. *num. 5.* ſibi contrarius, Mench. *de ſucceſſ. creat. §. 1. ad princ. & illuſtr. cap. 100. num. 3.*

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus de rebus patrimonialibus teſtari poteſt, non ita de rebus Eccleſiæ, vel intuitu Eccleſiæ acquiſitis.*

2 *Clericus poteſt inſtituere ejus hæredem nurum nubentem filio ſpurio.*

3 *Prælatus poteſt reſervato patrimonio ex redditibus Eccleſiæ congruam accipere ſuſtentationem.*

4 *Declaratur text.* in cap. Clericos, 1. q. 2.

5 *Epiſcopatus eſt Ordo.*

6 *Epiſcopus poteſt de bonis patrimonialibus, non autem de rebus Eccleſiæ, aut ejus intuitu quæſitis teſtari.*

7 *Epiſcopis Religioſis an integrum ſit teſtari de bonis patrimonialibus, aut propria induſtria acquiſitis, oſtenditur.*

8 *Bona Prælatorum, & Clericorum poſt adeptam dignitatem*

gnitatem, & beneficia acquiſita, præſumuntur eſſe de bonis Eccleſiæ, cui præſunt.

9 *Bona empta à Prælatis ex pecunia, & redditibus Eccleſiarum, ſive proprio, ſive alieno nomine, eidem Eccleſiæ ſtatim acquiruntur.*

10 *Hæres non poteſt venire contra factum defuncti.*

Cap. Quorumdam I. *Greg.*

1 Epiſcopus ſolùm poteſt teſtari de illo patrimonio quod habuit ante conſecrationem, ſed quicquid antea erat Eccleſiæ, vel quæ acquiſivit Epiſcopus dum fuit Epiſcopus, pertinet ad dominium Eccleſiæ, & non poteſt de eo teſtari: quod ſi alicui relinquit, eſt revocandum. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Imol. Anan. Butr. Hoſtienſ. Henric. Barbat. Anchar. Panormitan. Cened. *collect.* 145. Covar. Vivian. *in rationali libri tertii juris Pontif. pag.* 216. Alagona *in compendio juris Canon. pag.* 448. remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concordant. part.* 1. & 2. deſumitur ex D. Gregor. *lib.* 3. *indict.* 2. *epiſt.* 52. & refertur ab Ant. Aug. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 3. *tit.* 22. *c.* 2.

2 *Nurum hæredem inſtituit.*] Ergo Clericus poteſt inſtituere ejus hæredem nurum nubentem filio ſpurio, de quo an verum ſit, vide Duen. *reg.* 396. *verſ. porrò*, Anton. Gom. *l.* 9. *Tauri, num.* 17. *col.* 2. Henriq. *in ſum. lib.* 11. *c.* 20. *num.* 8. *verſ. ſecundò*, Paleoth. *de nothis & ſpuriis, cap.* 53. Alexand. *conſ.* 74. *vol.* 3. & *conſ.* 158. *num.* 4. *vol.* 7. Hippol. *ſingul.* 143. Corſet. *ſingul.* 137. *verbo Hæres, il* 4. Covar. *de ſponſalibus, part.* 2. *c.* 8. *§.* 5. *n.* 13. Rojas *de ſucceſſ. c.* 20. *ex n.* 21. & *ex n.* 35. Piaza *de delict. c.* 41. *ex n.* 20. Perez *l.* 22. *tit.* 3. *lib.* 1. & *l.* 1. *verſ. ex ſpuriis filiis, tit.* 2. *lib.* 5. *Ordin. pag.* 98. Clar. *§. teſtamentum, q.* 22. Lancel. Gallia *in conſuet. Alexand. gloſſ. maritus, q.* 8. *n.* 3. Cordub. de Lara *in l. ſi quis à liberis, §. idem reſcripſit, n.* 22. & *à n.* 39. *ff. de liber. agnoſc.* Ioſeph. Ludov. Peruſ. *deciſ.* 18. *ex n.* 33. Mathienz. *l.* 6. *gloſſ.* 8. *n.* 27. *tit.* 8. *lib.* 5. *novæ recop.* Parlad. *lib.* 1. *rerum quotid. cap.* 16. Surd. *de aliment. tit.* 5. *q.* 7. *à n.* 49. D. Barboſ. *in l.* 1. *ff. ſoluto matrim. p.* 3. *à n.* 79. Cald. Pereira *de nomin. emphyt. q.* 19. *n.* 58. Cened. *ad Decret. collect.* 145. *n.* 1.

3 *Hæredem inſtituit.*] Ex his verbis junctis ſubſequentibus ibi, *ante Epiſcopatum*, efficaciter colligitur poſſe Prælatum reſervato patrimonio ex redditibus Eccleſiæ congruam accipere ſuſtentationem; nam ſi patrimonialia bona jubentur hæredibus dari, ſequitur licitum eſſe ſervare patrimonium: ita Innoc. communiter receptus, & Abb. *in c. Epiſcopus, n.* 2. *de præbend.* Covar. *in præſenti, n.* 2. qui teſtatur communem eſſe, Navar. *de reddit. Eccleſ. p.* 1. *q.* 1. *n.* 78. & *in apologia, q.* 1. *monitu* 30. Sarmient. *eod. tract. p.* 1. *c.* 1. *n.* 18. Hojed. *de incompatib. benef. c.* 19. *n.* 45. Beller. *diſquiſit. cleric. p.* 1. *tit. de bonis clericorum, §.* 1. *n.* 11. & plures alii, quos ego ipſe refero *de offic. & poteſt. Epiſcopi, p.* 5. *alleg.* 114.

4 *n.* 36. Non obſtat auctoritas D. Hieron. *in c. clericos* 1. *q.* 2. agit enim de eo tempore, quo omnes redditus in communi deferebantur ad Epiſcopum diſtribuendi in quatuor partes, quo tempore cùm redditus illi deſtinati fuiſſent ad uſus pauperum Clericorum, & Laicorum, ſi quis Clericus propria habebat bona, volebatque ſibi retinere, non poterat de communibus redditibus aliquid accipere, quoniam iniquum erat eum, cui propria ſufficiebant, recipere fructus ad uſus pauperum deſtinatos, & Prælatorum, ac fabricæ, & propterea D. Hieron. dicit ſacrilegium committere, ſic etiam juxta illa tempora intelligendus eſt text. *in cap. ſi autem* 12. *q.* 1. & auctoritas D. Auguſt. *in c. res Eccleſiæ, & in c. ſi privatum, ead. cauſa, & quæſt.*

Ante Epiſcopatus Ordinem, &c.] Ergo Epiſcopatus eſt Ordo, ut dicunt in ſpecie gloſſ. *verbo Epiſcopus, in proœmio Sexti, & in cap. periculoſum, verb. de Epiſcopis, de ſent. excomm. in* 6. Felin. *in cap. cum te, num.* 4. *de reſcr. pt.* Zabar. *in Clem.* 2. *n.* 12. *de ætate, & qualit.* Burſat. *conſ.* 125. *à n.* 1. *vol.* 1. Campan. *in diverſorio juris Canon. rubr.* 2. *n.* 7. Henriq. *in ſum. lib.* 2. *c.* 2. *§.* 1. & *cap.* 7. *§.* 2. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib.* 30. *tract.* 2. *n.* 5. Illuſtriſſ. D. meus Roder. à Cunha *in comment. ad c.* 1. *n.* 2. *diſt.* 32. & ad *cap. legimus* 24. *n.* 4. *diſt.* 93. 5

Probat hic text. Epiſcopum poſſe de bonis patrimonialibus, non autem de rebus Eccleſiæ, aut ejus intuitu quæſitis teſtari, ut per Molin. *de primog. lib.* 2. *cap.* 10. *n.* 27. Henriq. *in ſum. lib.* 10. *cap.* 33. *num.* 3. *lit. L*, Gabr. Pereira *deciſ.* 95. *n.* 7. & *deciſ.* 75. *num.* 1. & de Cardinalibus nuncupatim Azor. *inſtit. moral. p.* 2. *lib.* 4. *cap.* 3. *q.* 6. Et ita quod Epiſcopus validè teſtari poteſt de bonis propriis, quæ ante, vel poſt Epiſcopatum, non tamen ratione Epiſcopatus acquiſivit, ultra hunc text. probat *cap. Epiſcopi, cap. ſint manifeſtè* 12. *q.* 1. *cap. fixum* 12. *q.* 6. *cap.* 1. *in princ. de ſucceſſ. ab inteſt. auth. licentiam, C. de Epiſc. & Cleric.* Abb. *not.* 3. & omnes *hîc*, Covar. *n.* 3. ubi plures refert, Navar. *de ſpoliis Cleric. §.* 1. *n.* 2. & *in apologia, q.* 1. *monit.* 22. & *monit.* 50. *n.* 5. Sarmient. *de redditib. p.* 3. *cap.* 3. *n.* 4. Mench. *frequent. cap.* 4. *n.* 4. & *illuſtr. cap.* 11. *num.* 1. Clar. *in §. teſtamentum, q.* 27. *num.* 2. & communem eſſe omnium reſolutionem affirmat Molin. *de primog. lib.* 2. *cap.* 10. *n.* 27. Cardin. Mantic. *de conject. ult. volunt. lib.* 9. *tit.* 7. *num.* 19. Graſſ. *§. teſtamentum, q.* 34. Molin. *de juſtit. tract.* 2. *diſp.* 147. *concl.* 1. Cened. *ad Decretal. collect.* 145. *n.* 1. Et ſimiliter quod valet teſtari de bonis, quæ ſuo labore, & induſtria quæſivit, quamvis ratione Ordinis, non tamen prætextu Epiſcopatus, vel bonorum Eccleſiæ, qualia ſunt quæ Epiſcopus acquirit quatenus Vicerex, vel ab illis capit, qui ad Ordines promoventur, ſtipendium quod Cardinales accipiunt à Rom. Pontif. ratione Cardinalitii galeri, ut vocant, quod ſolvitur eiſdem ratione Conſilii, & induſtriæ in juvando Pont. in Eccleſiæ regimine, & alia id genus; in Clericis inferioribus erunt illa, quæ ratione Ordinis lucrantur ad ſui ſuſtentationem pro Miſſis celebrandis, ſtipendium datum ab illo, cui Sacerdos uti Capellanus inſervit: ita Covar. *in præſenti, num.* 11. Navar. *de redditibus, q.* 1. *n.* 19. Clar. *d. q.* 27. *num.* 5. Molin. *d. lib.* 2. *cap.* 19. *n.* 27. Graſſ. *d. §. teſtamentum, q.* 34. *num.* 2. Cened. *d. collect.* 145. *n.* 2. 6

Utrùm autem integrum ſit Epiſcopis religioſis teſtari de bonis patrimonialibus, aut propria induſtria acquiſitis eo modo, quo id fas eſt Epiſcopis ſæcularibus, quæſtio eſt dubia, in qua affirmativam opinionem tuentur Hoſtienſ. *hîc, n.* 5. Mich. à Medina *lib.* 5. *de ſacrorum hominum continent. c.* 26. *col.* 2. Emman. Sà *in aphoriſmis, verbo Epiſcopus, num.* 11. Garc. à Falcon. *reg.* 320. *n.* 4. Fr. Emman. *in ſum. tom.* 2. *cap.* 70. *n.* 5. quæ quidem opinio licèt ſit probabilis, contraria eſt communior, eamque meritò ſequuntur *hîc* Ioan. Andr. *num.* 6. Butr. *num.* 9. Zabarel. *num.* 3. *oppoſit.* 5. Guillelm. Bened. *in c. Raynutius, verbo mortuo itaque teſtatore, il* 1. *n.* 301. Nav. *de reddit. q.* 1. *monitu* 9. *n.* 2. & *q.* 3. *monitu* 11. *n.* 1. Redoan. *de ſpoliis Eccleſ. q.* 3. *§. fin. n.* 14. & 15. Iacob. de Graff. *in aureis deciſ. p.* 2. *lib.* 3. *cap.* 19. *n.* 87. & 88. Fr. Emman. *qq. regul. tom.* 3. *q.* 69. *art.* 3. Henriq. *in ſum. lib.* 10. *c.* 33. *num.* 3. *in fine*, & *num.* 4. Tapia *in auth. ingreſſi, C. de Sacroſanct. Eccleſ. verbo Sua, cap.* 7. *n.* 85. & *verbo, Ideoque nec de his, cap. unic. num.* 32. Fulv. Pacian. *conſ.* 132. *num.* 33. *vol.* 1. quos refert, & ſequitur Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.* 2. 7

*tom.*2. *lib.*6. *c.*6. *n.*10. ubi *n.*11. advertit Epiſcopum etiam ad opera pia teneri explicare duplex teſtandi impedimentum, ut diſpenſatio legitima ſit, unum ſe eſſe religioſum, alterum ſe eſſe Epiſcopum. An, & quando Religioſus teſtari poſſit de Pontificis licentia, & an præcedere debeat, & quando revocata cenſeatur, dicam *infrà*, *in cap. ſeq. n.*8. *cum ſeqq.*

8 *Quicquid verò*, &c.] Notatur ad hoc, quod bona Prælatorum, & Clericorum poſt adeptam dignitatem, & beneficia acquiſita, præſumuntur eſſe de bonis Eccleſiæ cui præſunt, vel ejus intuitu acquiſita, ut per Flamin. Pariſ. *de reſignat. benef. lib.*4. *q.*7. *n.*48. ubi *n.*49. quod Eccleſia habet fundatam intentionem ſuper omnibus bonis à Prælato defuncto poſſeſſis, Menoch. *de præſumpt. lib.*3. *præſ.*51. *n.*23. Azeved. *l.*6. *à n.*8. *tit.*2. *lib.*1. *nova recop.* Cened. *d. collect.*145. *n.*2. Rot. *in Arboren. ſpolii*, 17. *Iunii* 1624. coram bonæ mem. Patriarcha Manzanedo.

9 *In ejuſdem Eccleſiæ dominio conſerventur.*] Ex his verbis colligit Abb. *hîc*, *notab.*4. & Covar. *num.*4. res emptas ex pecunia, & redditibus Eccleſiarum à Prælatis, ſive proprio, ſive alio nomine, eidem Eccleſiæ ſtatim acquiri, eandem ſententiam ex hoc text. probat gloſſ. etiam ab omnibus recepta, *in l. ſi ut proponis, C. de rei vendic.* communem, & veram dicit Sarmient. *de redditib. Eccleſ. lib.*3. *c.*2. *n.*4. *&* 5. Marſil. *eod. tract.* *p.*3. *c.*23. *à n.*10.

10 *Nullatenus patiaris.*] Intellige niſi Eccleſia defuncti Prælati hæres fuerit, tunc enim adversùs alienationem ab eo factam venire non poterit, & ita textum in præſenti declarat gloſſa ſecundùm principia juris, quæ dictant hæredem non poſſe venire contra factum defuncti pro ea parte, qua hæres eſt, *l. cum matre, C. de rei vendic. l.*3. *C. de rebus alien. l. ab eo, C. de liberali cauſa*, ſimilis eſt gloſſ. *verbo ab hæredibus*, *in c. Epiſcopus qui filius* 12. *q.*2. quas omnes *hîc* ſequuntur Abb. *n.*1. Imol. *n.*9. Covar. qui alios refert *n.*13. & aſſerit communiter approbari, probant etiam multi, quos refert Valaſc. *conſult.*52. *n.*47. cum quibus proſequere.

S V M M A R I V M.

1 *Abbatiſſa teſtari non poteſt, etiamſi nunquam induiſſet habitum monachalem.*

2 *Abbatiſſa an poſſit ordinari mulier, quæ non ſit expreſsè profeſſa, oſtenditur, & declaratur text. in præſenti*, & n.3.

4 *Religioſi tacitè, vel expreſsè profeſſi teſtari non poſſunt.*

5 *Religioſi etiam ad pias cauſas teſtari non poſſunt, quamvis Prælati cujuſcunque Summo Pontifice inferioris, ſeu Capituli generalis accedat licentia*, ut n.6.

7 *Codicillos facere ex ſuperioris licentia non poteſt Religioſus profeſſus.*

8 *Donationem cauſa mortis facere non poteſt Religioſus, niſi quid moderatum donet.*

9 *Religioſus profeſſus in quacunque Religione ex Summi Pontificis licentia teſtari poteſt.*

10 *Epiſcopus monachus de licentia Summi Pontificis teſtari poteſt.*

11 *Licentia conceſſa à Summo Pontifice Religioſis teſtandi, intelligitur ad uſus pios.*

12 *Licentia Religioſis per Summum Pontif. conceſſa ad teſtandum, debet eſſe expreſſa: non expirat etiam re integra morte concedentis*, ut n.13. *nec extinguitur primo actu*, n.14. *ſufficit ſi poſt teſtamentum conditum ſuperveniat*, ut n.15.

16 *Commodatarii, quibus eſt permiſſum contrahere matrimonium, poſſunt liberè teſtari.*

17 *Conſuetudo an valeat ut monachi teſtentur, remiſſivè.*

Cap. Quia ingredientibus II.

Res Abbatiſſæ de jure competunt eidem, ex quo illic ingreſſa, & Abbatiſſa conſtituta eſt, licèt non portaverit habitum monachalem. Colligunt ex Ordinat. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Butr. Barbat. Imol. Ananias, Hoſtienſ. Anchar. Panormit. Covar. Vivian. *in rationali libri tertii juris Pontificii*, *pag.*217. Alagona *in compendio juris Canonici*, *pag.*448. remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concordant. part.*1. *&* 2. deſumitur ex D. Gregor. *lib.*7. *regiſtri, epiſt.*7. *ad Ianuarium Calaritanum*: refertur ab Anſelm. Lucen. *lib.*7. *cap.*182. & ab Anton. Auguſt. *collect.*1. *Decret. lib.*3. *tit.*22. *cap.*3. 1

Poſtquam Abbatiſſa ordinata eſt, &c.] Ex hoc text. colligunt Doctores Abbatiſſam ordinatam fuiſſe mulierem, quæ non erat expreſsè profeſſa, ut per Ioan. Andr. Anch. *n.*1. Zabar. *num.*2. *in fine*, Abb. *n.*4. & Covar. qui alios refert, *in princ.* Obſtat tamen quod ſecundùm regulas juris Canonici non poteſt eligi in Abbatem, Abbatiſſam, vel Prælatum Regularem, niſi qui eandem religionem expreſsè profeſſus fuerit, juxta *cap. nullus* 28. & *ibi gloſſ.* 1. *c. indemnitatibus* 43. *in princ. de elect. lib.*6. idem ſtatuit Concil. Trid. *ſeſſ.*25. *de regular. cap.*1. obſervant ultra prædictos Sylveſt. *in ſum. verbo Abbas*, *in princ. & verbo Electio* 3. *n.*7. D. Antonin. *p.*3. *tit.*169. *cap.*2. §.8. Fr. Emman. *qq. regul. tom.*2. *q.*52. *art.*8. Fr. Ludov. Miranda *de ſacris monialibus*, *q.*7. *art.*2. *concl.*2. Sed huic difficultati reſpondent Doctores communiter Abbatiſſam, de qua *in hoc text.* non fuiſſe electam, ſed magis poſtulatam à Romano Pontifice; eligi enim non poterat, quia inhabilis defectu profeſſionis expreſſæ, ſecundùm prædicta jura, poterat tamen poſtulari, quia illi, qui inhabiles ſunt ex aliquo impedimento juris humani, poſtulantur, *cap. bonæ, cum ſeq. de poſtulat. Prælat. c.*1. *eod. tit. in* 6. & ita priores textus procedere in proviſione, quæ per electionem fit, quia de ea ſolùm expreſsè loquuntur, ſecus quando proviſio fit non per electionem, ſed per nominationem, vel poſtulationem: ita *in præſenti* Ioan. Andr. *n.*3. Zabatel. *num.*2. *oppoſ.*1. Butr. *num.*6. Anch. *num.*1. Abb. *n.*4. Imol. *n.*18. Selv. *de benef. p.*3. *q.*51. quos refert & ſequitur Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.*2. *lib.*7. *cap.*4. *n.*20. Verùm hic intellectus otioſam continet divinationem, & antiquis Canonibus repugnat, etenim ſecundùm illos non ſolùm Religioſi tacitè profeſſi, ſed etiam non profeſſi poterant eligi in Abbates, & Prælatos Regulares, ut colligitur ex *cap. Preſbyteros* 16. *q.*1. quem gloſſa *ibid.* malè intelligit, & hoc fuit diu obſervatum: poſtea verò noviores Pontifices ſtatuerunt ne eligerentur niſi profeſſi, ut colligitur ex *cap. cùm cauſa* 27. *& c. cùm in magiſtrum* 49. *de elect.* & hoc tempus uſque ad Gregor. IX. permanſit, nec requirebatur tunc expreſſa profeſſio, ſed tacita ſufficiebat: deinde Boniſac. VIII. multò poſt *in d. cap. nullus, & in d. cap. indemnitatibus*, ſtatuit ut de cætero non eligerentur Abbates, Abbatiſſæ, vel Regulares, niſi expreſsè profiterentur, & in utroque text. ponitur verbum, *de cætero*, quo apertè ſignificatur antea potuiſſe eligi tacitè profeſſos. Quapropter cùm tempore hujus text. expreſſa profeſſio non fuiſſet neceſſaria, argumentum à Doctoribus adductum, & eorum intellectus parum ad rem pertinet, & rectè text. intelligitur

telligitur de electione; ſeu quavis alia proviſione; hodie verò eligi non poterit, quæ expreſsè non fuerit profeſſa, ſed à Romano Pontifice poſtulabitur, ut bene advertit gloſſ. recepta *verbo Eligatur, in d. cap. indemnitatibus.*

3 *Quibus utuntur loci illius Preſbyteri permanſiſſe.*] Legendum eſſe *Preſbyteræ*, ait Anton. de Fuertes *Canon: lect. lib. 2. c. 14.* cùm text. iſte loquatur de fœminis in Religione degentibus, de earumque habitu, ſeu de habitu Abbatiſſarum, quem non induiſſe Abbatiſſam, de qua *ibi*, contendebatur, ſed tantùm habitum Preſbyteralem, quem aliæ mulieres portabant, nempe Clericorum ſacerdotumque uxores; nam ſi *Preſbyteri*, ut in vulgaribus codicibus, legeremus, neceſſariò dicendum foret Abbatiſſam prædefunctam ſemper virorum habitum induiſſe, quod non ſolùm indecorum eſt, ſed etiam prohibitum, ut diverſificetur genus maſculinum, & fœmininum.

Per multos annos, &c. Ergo videtur text. hic duas has ſimul requirere conjecturas, ut tacita profeſſio inducatur; primam quod mulier hæc in Abbatiſſam fuerit ordinata: ſecundam quod per multos annos, & uſque ad mortem in monaſterio, & munere permanſerit; cui tamen obſtat, quod ad inducendam tacitam profeſſionem altera ex his ſufficiat, vel ingerere ſe ſcienter actibus profeſſorum, ut probat *cap. vidua, cap. ex parte, de regul.* vel habitum profeſſorum diſtinctum ultra annum deferre, ut probant *cap. 1. & cap. conſtitutionem, in 2. part. de regular. lib. 6.* cum latè traditis per Sanch. *in præcepta Decalogi, lib. 5. cap. 3. à n. 13.* juxta quæ ad declarationem hujus text. dicendum, ex eo ſolùm Abbatiſſam, de qua *hic*, profeſſam videri potuiſſe, quòd munus illud acceperat ſciens ſolis profeſſis convenire; item & ex eo, quod in monaſterio ſub obſervantia Regulari ultra annum tacitam induxit profeſſionem, ut probat *d. cap. ex parte*, ubi *gloſſ. ult.* docet gloſſ. *verbo Deinceps, in Clem. 2. de regular.* à qua omnis hæc controverſia petenda eſt, quid tamen in caſu hujus text. ſic evenerat, ut mulier, de qua *hic*, in Abbatiſſam fuerit ordinata, & in monaſterio per plures annos uſque ad mortem permanſerat, ad veritatem magis confirmandam Summus Pontifex Gregor. omnia *hic* expendit.

4 *Res ipſius in eodem loco*, &c.] Ex his verbis, juncto principio text. colligitur Religioſos expreſsè, vel tacitè profeſſos, non poſſe teſtamentum condere, ſimilis text. *in cap. quia ingredientibus, cum ſeqq. 19. q. ult. auth. ingreſſi, & auth. ſi qua mulier, C. de ſacroſ. Eccleſ.* Ratio hujus rei eſt, quia religionem profitentes tranſeunt in poteſtatem monaſterii, ſeque ipſos cum ſuis omnibus bonis eidem tradunt, ut probant prædicta jura: deinde qui ſui juris non ſunt, teſtari prohibentur ſecundùm principia juris, de quibus Imp. *in princip. Inſtit. quibus non eſt permiſſum facere teſtament.* & ultra Doctores *prædictis locis*, obſervant Navar. *in man. c. 27. n. 270.* Molin. *de primog. lib. 2. c. 9. n. 54.* parens meus *in comment. ad Ordin. Reg. Luſit. per text. ibi, lib. 4. tit. 81. §. 4.* Gam. *Luſitan. deciſ. 309. n. 2.* novè Barth. à Sancto Fauſto *in theſauro Religioſorum, lib. 8. q. 61.* Mench. *illuſtr. cap. 102. à n...* Graff. *§. teſtamentum, q. 34. n. 1.* Spin. *in ſpeculo teſtament. in rubr. gloſſ. 6.* Fr. Emman. *qq. regul. tom. 3. quæſt. 69. art. 2.* Peregr. *conſ. 53. n. 10. vol. 2.* Iacob. de Graff. *in aureis deciſ. p. 2. lib. 3. c. 19. n. 85.* Alex. Peregrin. *in comment. ad conſtit. Clericor. Regular. p. 2. c. 1. lit. G, §. 34.* Molin. *de juſtitia, tract. 3. diſp. 141.* Valaſc. *conſultat. 108. n. 7.* Fr. Paulin. Berti Lucenſ. *in praxi crimin. regul. tit. 4. c. 25. §. 10. n. 4.* optimè Sanch. *in præcepta Decalogi, tom. 2. lib. 6. cap. 8. à princip.* Rota apud Farinac. *deciſ. 76. num. 1. part. 2. recent.* ubi etiam quod Milites Hieroſolymitani, cùm ſint veri Religioſi, non poſſunt diſponere nedum de bonis, quæ ad eos pervenerunt intuitu ſuæ Religionis; ſed nec etiam de patrimonialibus.

Amplia primò quamvis ad pias cauſas teſtari ve- 5
lint, ut per Navar. *commento 2. de regul. n. 22. corol. 10.* Magdalen. *de numero teſtium, part. 2. c. 4. in fine*, Tapiam *in auth. ingreſſi, C. de ſacroſ. Eccleſ. verbo Ideoque nec de his, c. 1. num. 5.* Fr. Emman. *d. art. 2.* Peregrin. *conſ. 53. n. 10. vol. 2.* Sanch. *d. c. 8. n. 3.* novè Barthol. à S. Fauſto *d. lib. 8. q. 65.*

Secundò amplia, etiamſi Prælati cujuſcunque Sum- 6
mo Pontifice inferioris accedat licentia, nam prohibitio hujus text. æquè afficit ipſoſmet Prælatos Regulares, ſicut & ſubditos, Fulv. Pacian. *conſ. 36. n. 103. tom. 1.* Navar. *commento 2. de regul. num. 44. & 22. corol. 10.* Fr. Emman. *d. art. 2.* Iacob. de Graff. *in deciſ. aureis, part. 5. lib. 3. c. 5. n. 59.* Avendañ. *de exequendis mandat. part. 1. cap. 4. n. 34. verſ. tertiò requiritur*, Tapia *in d. auth. ingreſſi, verbo ideoque nec de his, cap. 1. n. 4. & 27.* Molin. *de juſtit. tract. 2. diſp. 141. verſ. dubium eſt*, Leonard. Leſſ. *eod. tract. lib. 2. c. 41. dub. 8. num. 73. & cap. 19. dub. 4. n. 40.* Azor. *inſtit. moral. part. 2. lib. 12. c. 9. q. ult.* Barthol. à S. Fauſto *d. lib. 8. q. 62. & 65.* Alex. Peregrin. *d. §. 34. verſ. ſecundò*, Sanch. *d. c. 8. n. 5.* ubi cum Navar. Tapia, & Fr. Emman. *dictis locis*, aſſerit nec Prælatum cum Conventu
eam licentiam dare poſſe, & cum Pac. *d. n. 103.* nec 7
Capitulum generale. Subamplia, ut nec etiam profeſſus ex ſuperioris licentia poſſit codicillos facere, Navar. *d. commento 1. n. 43. & 44.* & in Man. *c. 27. n. 270.* Tapia *d. cap. 1. n. 64.* Sanch. *d. c. 8. n. 9.* Bartholom. à S. Fauſto *d. lib. 8. q. 71.* Alexand. Peregr. *d. §. 34. verſ.*
quartò. Nec donationem cauſa mortis, Navar. *locis pro-* 8
ximè citatis, & conſ. 6. num. 3. ſub tit. de donat. in 1. edit. & conſ. 2. num. 3. de præſumpt. in 2. edit. Iacob. de Graff. *d. c. 5. n. 58.* Fr. Emman. *qq. regul. tom. 2. q. 47. art. 7. ad finem*, Barthol. à ſancto Fauſto *d. lib. 8. n. 73.* Alexand. Peregr. *d. §. 34. verſ. quintò*, niſi quid moderatum donet, ut tenent Cyn. *in d. auth. ingreſſi, q. ult. n. 14.* Bart. *in 2. lect. n. 66.* Tapia *d. cap. 1. num. 4.* Xuar. *alleg. 20. n. 17. in fine*, Garc. à Falcon. *reg. 456. n. 4.* Sanch. *d. cap. 8. n. 11.*

Limita primò accedente Summi Pontificis licentia, 9
ex ea enim poſſe profeſſum in quacunque Religione teſtari, reſolvunt Covar. *hic, num. 10. & in cap. cùm in officiis, n. 7. hoc tit.* Gregor. Lop. *verbo que los ganen, tit. 6. p. 1.* Molin. *de primog. lib. 2. cap. 9. n. 67.* Navar. *commento 2. de regular. n. 57. & in apologia de redditib. q. 3. monitu 11. n. 3.* Mench. *illuſtr. c. 102. n. 2.* Redoan. *de ſpoliis Eccleſ. q. 7. §. his præſuppoſitis, n. 10.* Sim. de Prætis *de interpret. ult. volunt. lib. 2. interpr. 1. dub. 1. ſolut... n. 73.* Burg. de Pace *l. 2. Tauri, num. 689.* Garc. à Falcon. *reg. 456. n. 1.* Fr. Emman. *in ſum. tom. 2. c. 32. num. 1. & qq. regul. tom. 3. q. 69. art. 2.* Peregr. *conſ. 53. n. 11. vol. 2.* Tapia *d. cap. 1. num. 24.* Azor. *p. 1. lib. 12. cap. 9. q. ult.* Molin. *d. diſp. 141. col. pen.* Leſſ. *d. lib. 2. cap. 41. dub. 8. n. 73.* Luſit. Benedict. Ægid. *in repet. l. 1. C. de ſacroſ. Eccleſ. p. 1. §. 1. n. 6. in fine, & §. 7. n. 7.* Sanch. *d. c. 8. n. 45.* Barthol. à S. Fauſto *d.*
lib. 8. q. 66. Et de monacho Epiſcopo, etſi ſentiant cum 10
non abſolvi à voto paupertatis, nec teſtari poſſe, dicunt tamen id poſſe ex Pontificis licentia, D. Thom. *2. 2. quæſt. 185. art. 8. ad 3.* Molin. *lib. 2. de primog. c. 10. n. 28.* Fr. Emman. *d. q. 69. art. 4.* Azor. *d. lib. 12. c. 7. q. 2. in fine*, S. Anton. Tabien. Armil. Sor. & alii, quos re-
fert Sanch. *d. c. 8. n. 45.* Illud in præſentiarum adver- 11
tere oportet, licentiam à Pontif. abſolutè conceſſam teſtandi de his bonis, intelligi ad uſus pios, ut alioquin cum jure communi conſentiat, ac proinde vir-

tute

tute ejus non poſſe teſtari Religioſum ad uſus vanos & profanos, ſed ad pios duntaxat, tenent Navar. *in apologia de redditib. q.3. monitu 6.* Molin. *de primog. lib.2 cap.9. n.67. & c.10. n.30.* alt. Molin. *d. disp.141. verſ. facultas religioſo, & 604. n.5.* Azor. *d. lib.12. c.9. q. ult.* Leſſ. *d. lib.2. c.19. dub.4. n.40.* Tapia *d. c.1. num.24.* Sanch. *d. cap.8. n.1.* ubi *n.54.* reſolvit cum uno, & altero Molina, virtute licentiæ conceſſæ monachis ad teſtandum non poſſe eos majoratum inſtituere.

12 Aliqua maximè ſunt obſervanda circa teſtandi licentias Epiſcopis, & Monachis conceſſas. Primò obſervandum eſt exigi, ut ea licentia ad teſtandum expreſsè concedatur, ut per Navar. *conſ.71. in fin. de regul. in 1. edit. & conſ.7. in fin. de donat. in 2. edit.* Barthol. à S. Fauſto *d. lib.8. quæſt.70.* bene explicat Sanch. *d. c.8. num.55.* ubi *num.56.* cum Bald. & Sim. de Prætis advertit licentiam hanc teſtandi monacho conceſſam intelligi, ut teſtetur de bonis, quæ Religioſus de facto poſſidet, non verò in præjudicium illius, cui dicta bona virtute prioris teſtamenti facti ante ingreſſum erant acquiſita, nec ſimiliter cum præjudicio monaſterii quoad bona hujus monachi, quæ per ipſius poſſeſſionem acquiſierat, & citat Gam. *Luſit. deciſ.308. incip. in cauſa monaſterii, num.2. in fine, & num.3.*

13 Secundò obſervandum eſt, licentiam hujuſmodi non expirare etiam re integra morte concedentis, ſed ſemel conceſſam eſſe perpetuam dum ab alio Pontifice non revocatur, Socin. ſen. *conſ.13. à num.13. ad fin. lib.1.* Covar. *in præſenti, ex n.10. & in cap. cum in officiis, n.7. hoc tit.* Nav. *de reddit. Eccleſ. q.3. §.11. num.2.* Redoan. *de ſpol. q.7. §. his ſuppoſitis, ex num.1. uſque ad 18.* Rot. *in Conimbrien. ſpolii, 10. Decemb. 1619.* coram bonæ mem. Dunozetto. Sanch. *de matr. lib.18. disp.28. num.82.* ad quem locum ſe remittit *in d. c.8. num.57. in fin.* D. Barboſ. *in l. divortio, §. quod in anno, num.20. ff. ſoluto matrim.* Fr. Emman. *d. quæſt.69. art.6.* Gonzal. *ad reg.8. Cancel. gloſſ.12. in princip. num.35.*

14 Tertiò obſervandum eſt, eam facultatem non extingui primo actu, ſed virtute illius licere toties quoties libuerit teſtamentum facere uſque ad mortem, ac prius revocare, ut per Navar. *de reddit. q.3. monitu 9.* Sarmient. *eod. tract. p.4. cap.4.* Guttier. *pract. lib.3. q.48. n.7.* Sanch. *d. lib.8. disp.1. n.17.* Tapia *d. cap.1. num.31.* Gonzal. *ad reg.8. Cancel. gloſſ.12. num.97.* Fr. Emman. *tom.3. q.68. art.5.* Barthol. à S. Fauſto *d. lib.8. q.79.*

15 Quartò obſervandum eſt, eam facultatem neceſſariò non debere præcedere, ſed poſtea ſupervenientem validum efficere prius teſtamentum à monacho abſque illa confectum, quia cùm teſtamentum ſit actus ſucceſſivus, ac deambulatorius uſque ad mortem, non cenſetur perfectè factum uſque tunc, & ideo ſufficiens eſt ad ejus valorem, ut habilitas teſtandi adſit tempore mortis, à quo robur ſumit, ita Nav. *commento 2. de regularib. à n.256.* Anton. Gom. *l.42. Tauri, num.2.* Tapia *d. c.1. n.25.* Mathienz. *l.3. gloſſ.3. n.4. tit.4. lib.5. novæ recop.* Molin. *d. disp.141. in fine*, Sanch. *d. c.8. num.60.* quamvis contrarium velint Mandoſ. *reg.8. Cancel. q.12. num.18.* Flamin. *de reſignat. lib.11. q.7. num.90. & 91.* Gonzal. *ad reg.8. Cancel. gloſſ.47. num.28.*

16 Limita ſecundò in commendatariis, quibus eſt permiſſum contrahere matrimonium, quales ſunt in noſtra Luſitania commendatarii Chriſti, D. Iacobi, & de Avis, & in Hiſpania commendatarii D. Iacobi, Calatravæ, & Alcantaræ; nam poſſe liberè eos teſtari non minus quàm alios ſæculares, tam de bonis patrimonialibus, quàm etiam de redditibus ſuarum commendarum, docent Molin. *de juſtit. tract.2. disp.604. in fine*, Mota *de confirmat. Ordin. Milit. lib.2. c.2. §.18. n.8.* Alcozer. *de ludo, c.39.* Sarmient. *de reddit. p.4. c.2. n.4.* Fr. Emman. *tom.3. q.29. art.7. & q.69. art.7.* novè Barth. à S. Fauſto *d. lib.8. q.81.* Sanch. *d. c.8. n.29.* ubi *n.37.* reſolvit clericos Ordinum Militarium in clauſtris viventes, qui ex legitima licentia extra clauſtra vitam tranſigunt, inſervientes alicui beneficio, poſſe teſtari, ea tamen conditione, ut quotannis inventarium bonorum tempore præfixo ſuperiori præſentent, & dummodo quintam bonorum partem monaſterio relinquant ex indulto Clementis VII.

Vtrùm autem valeat conſuetudo, ut monachi te- 17
ſtentur, vide Boër. Eppo *in c. relatum, il 2. n.40. inf. hoc tit.* Guillelm. Benedict. *in c. Raynutius, verbo Mortuo itaque teſtatore, il 2. num.301.* Iacob. de Graff. *in deciſ. aureis, p.1. lib.3. c.5. num.59. & p.2. lib.3. c.19. num.86.* Benedict. Ægid. *in repet. l.1. Cod. de ſacroſ. Eccleſ. p.1. §.7. n.7.* Steph. Gratian. *Marchiæ deciſ.61. num.8.* Tapia *d. cap.1. n.6.* Sanch. *d. cap.8. num.63.* Navar. *comm.2. de regular. n.44.* novè Barth. à ſancto Fauſto *d. lib.8. q.76.*

SVMMARIVM.

1 *Teſtamenti executio ſi infra annum à die monitionis non fit per debentem exequi, devolvitur executio ad Epiſcopum.*

2 *Monitio neceſſaria eſt, ut data negligentia hæredis ad Epiſcopum devolvatur exequendi poteſtas.*

3 *Annus datus exequutoribus teſtamenti ad illud exequendum, currit a die monitionis factæ per judicem, & non ligat ignorantes, & legitimè impeditos.*

4 *Anno elapſo dato executori teſtamenti ad illud exequendum, executio devolvitur ad Epiſcopum.*

5 *Officia divina debent celebrari in illa Eccleſia, vel loco, in quo juſſa ſunt celebrari, niſi juſtum ſubeſſet impedimentum.*

6 *Legatum relictum ad alicujus Eccleſiæ conſtructionem non efficitur caducum, etiamſi locus ædificii non fuerit deſignatus.*

7 *Epiſcopus conſtituo legitimè de negligentia executorum, non ſolum poteſt, ſed etiam tenetur teſtatoris mandata exequi.*

8 *Epiſcopus compellendo facere poteſt, ut piæ defunctorum voluntates executioni mandentur, etiamſi hæres ſit laicus.*

Cap. Nos quidem III.

TEſtamenti executio, ſi infra annum à die mo- 1
nitionis non fit per debentem exequi, devolvitur executio ad Epiſcopum. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarel. Butr. Ioan. Andr. Imol. Barbat. Anan. Hoſtienſ. Anchar. Panormitan. Covar. Cened. *collect.114.* Vivian. *in rationali libri tertii juris Pontif. pag.218.* Alagona *in compendio juris Canonici, pag.448.* remiſſive Ximen. *in concordant. part.1. & 2.* & Caſal. *in annot.* & deſumitur ex D. Gregor. *lib.3. epiſt.10. regiſtri*, & refertur ab Anton. Auguſt. *collect.1. Decretal. lib.3. tit.22. c.12.*

Vt eam commoneas.] Ergo neceſſaria eſt monitio, 2
ut data negligentia hæredis ad Epiſcopum devolvatur exequendi poteſtas, ut per Doctores *in auth. hoc amplius, ff. de fideicom.* Guillelm. Benedict. *in c. Raynutius, verbo ſi abſque liberis 2. à n.198.* Menoch. *de arbitr. caſu 498. à n.58.* Molin. *de juſtit. tr.2. disp.251. num.3.*

*n.*5. quos refero ego ipſe *de offic. & poteſt. Epiſc. p.* 3. *alleg.* 82.*n.*24. ubi *n.*25. teneo plures monitiones non requiri, ſed unicam ſat eſſe à judice perſonaliter faciendam, & refero Cened.*ad Decret. collect.* 114.*n.*3. & alios, qui ibi videri poſſunt.

3 *Quatenus infra annum*, &c.] Qui quidem annus currit à die monitionis factæ per judicem,& ideo non currit contra ignorantes, & legitimè impeditos, ut per Tiraq. *de retractu lign.* §.35. *gloſſ.*4. *n.*2.4. & 5. Graſſ. *lib.*2. *in art. de execut.ult.volunt. q.*5.*n.*5. Spin. *in ſpeculo teſtam. gloſſ.*28. *princ. à n.*9. Mathienz. *l.*7. *gloſſ.*5. & *l.*10.*gloſſ.*6.*n.*2.& *l.*14.*gloſſ.*1.*à n.*50. *tit.*4. *lib.*5. *novæ recop.* Cald.Pereira *de renovat. emphyt.q.*5. *n.*27.Cevall.*communium contra commun.q.*374.Steph. Gratian. *diſcept. forenſ. c.*73. *n.*11. *cum ſeqq.* Surd. *de alim.tit.*8.*privil.*33.*n.*7.quamvis contrarium reſolvant Zabar. *in præſenti,n.*4. *verſ.ſexto quæro.* Bald.*in l.captatorias,ad fin.C.de teſtam.militis,* Felin. *in cap.cùm inter, n.*20.*limit.*3.*de except.* niſi eorum opinio intelligatur, vel quando impedimentum ſupetveniens executori ſua natura perpetuum eſt,ſaltemve diurnum, v.g. mors, abſentia in remotis, vel in legatis propriis, aut favore alimentorum, Tiraq.*de privil piæ cauſæ,priv.*97. Surd. *d. privil.*33.*n.*7. quia non debet impedimentum retardare pias cauſas, *l.ſi quando, C.de teſtam.* Martin. Carrillo *in la explicacion de la Bula de los defunctos, p.*2. *c.*14. *à n.*13. quæ omnia refero ego ipſe *d. alleg.*82. *n.*22. ubi *n.*23. reſolvo prædictum temporis ſpatium à judice reſtringi poſſe.

4 *Quod ſi infra prædictum tempus*, &c.] Notatur ad hoc, quod elapſo anno dato executori teſtamenti ad exequendum, executio devolvitur ad Epiſcopum, ut per Mandoſ. *in tract. de annalibus caſib. n.*111. Fuſc. *de viſit.lib.*2.*c.*21.*n.*47. Pelaëz *de major.p.*1.*q.*48.*n.*2. Mathienz. *c.*7. *gloſſ.*2. *n.*2. & *l.*14. *gloſſ.* 11. *à n.*45. *tit.*4.*lib.*5.*novæ recop.* Guttier.*pract.lib.*1.*q.*44.*n.*4. & *lib.*2.*q.*45. *n.*1.*poſt med.*Cened.*ad Decret.collect.*114. *n.*1. & ego ipſe *d. alleg.*82. *n.*15. Idem in electione pauperum commiſſa alicui per teſtatorem ad certam pecuniam inter eos diſtribuendam, profitetur Rendin. *in promptuario recept. ſentent.tom.*1.*tit.*42. *n.ult.* quem refero ego ipſe *d. alleg.*62. *n.*24. *in fine.*

5 *Sive in loco*, &c.] Notatur ad hoc,quod divina officia debent celebrari in illa Eccleſia,vel loco, in quo juſſa ſunt celebrari, ut per Navar. *ſub hoc tit. conſ.*14. *n.*10. *in antiq.*aliàs *conſ.*8.*n.*18. *eod.tit.in novis,*Seraph. *deciſ.*1149. *n.*2. & 3. Rot. *in Toletana conſtitutionum ſynodalium,* 9. *Iunii* 1634. coram R. D. meo Coccino Decano. Sacerdos enim celebrans non in determinata Eccleſia, vel Altari,minimè ſatisfacit, Sylveſt. *in ſum. verbo Miſſa* 1.*q.*10.*in fine,*Nav. *de orat.c.*5.*n.*2.& 12. Iacob.de Graff. *in aureis deciſ. p.*2. *lib.*2. *c.*53. *n.*9. Azor. *inſtit.moral.p.*1.*lib.*10.*c.*24.*q.*8. Vgolin.*de offic. Epiſc.c.*14.*n.*4. quos refert, & ſequitur Paul.Fraxinel. *de Sacerdotum obligat. ſect.*4. *concl.*4.§.9. Niſi juſtum ſubeſſet impedimentum, veluti ſi Eccleſia determinata eſſet violata, aut Capella impedita, Azor. *d. c.*25. *q.*4. Iacob. de Graff. *d.c.*53.*n.*12. Fraxinel. *d.concl.*4. §.11. Marc. Anton. Genuenſ. *in manuali Prælatorum, cap.*72. *à n.*4. Vnde Epiſcopus ex juſta cauſa poterit concedere ut Miſſa in alia Eccleſia, vel in alio Altari celebretur, ſi nequeat celebrari in loco conſtituto, ut colligitur ex text. *in cap.non mediocriter, verſ. dum igitur,de conſecr. diſt.*5. Abb. *conſ.*99. *n.*5. *verſ. honeſtius enim, & in fin. verſ.ad tertium,* Innoc. *in cap. fraternitatis, de ſepult.* Henriq. *in ſum. lib.*9. *cap.*22. §.6. Iacob. de Graff. *d. cap.*53. *n.*1. & 2. Rot. *in d. Toletana conſtitutionum.*

6 *Seu ſi ibi non poteſt*, &c.] Notatur ad hoc, quod legatum relictum ad alicujus Eccleſiæ conſtructionem non efficitur caducum, etiamſi locus ædificii non fuerit deſignatus, ut per Covar. *in præſenti,n.*12.Gonzal. *ad reg.*8. *Cancel.gloſſ.*5. §.7.7. *n.*85.

Tunc per te ædificatur, &c.] Ergo conſtito legitimè 7 de negligentia executorum, non ſolùm poteſt, ſed etiam tenetur Epiſcopus teſtatoris mandata exequi,de quo vide per me dicta *præfata alleg.*82. *n.*26.

Dilatas defunctorum, &c.] Poteſt enim Epiſcopus 8 compellendo facere, ut piæ defunctorum voluntates executioni demandentur, etiamſi hæres ſit laicus, ut per Cuch. *inſtit.canon.tit.de Epiſcopis,n.*142.*cum ſeqq.* Sbroz. *de Vicario Epiſcopi,lib.*2.*q.*49.*n.*1. Aloyſ.Ricc. *in collect. deciſ.p.*3. *collect.*714. Modern. *de juriſdict. p.*2. *c.*18. Qui quidem etiam tanquam Sedis Apoſt. delegatus poteſt legatarios cogere ad exequendas pias diſpoſitiones, juxta formam Concil. Trid. *ſeſſ.*22. *de reform. c.*8. quamvis executores ſint officiales S. Inquiſitionis, & ob id exempti à juriſdictione Ordinariorum, vel Profeſſores in aliqua Vniverſitate,ratione literarum conſervatoriarum, quæ eximunt à juriſdictione ordinaria, non tamen à delegata à Sede Apoſt. prout atteſtatur à ſacra Congreg.deciſum fuiſſe Franc. Leo *in theſauro fori Eccleſ. p.*2. *c.*2. quem refero ego ipſe *d. alleg.*82. *n.*14.

SVMMARIVM.

1 *Legata nudis verbis relicta ſunt exequenda*, & n. 2.
3 *Declaratur text. in præſenti*, & num. ſeq.
4 *Legatum factum Eccleſiæ, ſi ſint plures in civitate, debetur pauperiori.*
5 *Legatum incertum favore piæ cauſæ valet.*

Cap. Indicante IV.

Legatum quamvis nudis verbis à teſtatore relictum, eſt exequendum. Colligunt ex Ordinar. 1 Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarel. Barbat. Butr. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſtienſ. Henric. Anchar. Panormitan. Covar. Vivian. *in rationali libri tertii juris Pontif. pag.*219. Alagona *in compendio juris Canonici, pag.*448. remiſſivè Ximen. *in concordant. part.*1. & 2. & deſumitur ex D. Gregor. *in regiſtro*, *lib.*12. *ind.*6. *epiſt.*30. & refertur ab Anton. Aug. *collect.*1. *Decretal.lib.*3. *tit.*22. *c.*13.

Nudis verbis, &c.] Probat hic text.legatum,aut fideicommiſſum nudis verbis relictum neceſſariò præ- 2 ſtandum eſſe: in contrarium tamen facit, quod legatum, ſeu fideicommiſſum non debetur, niſi aut in ſolemni teſtamento,aut in codicillo relinquatur,*l.ex imperfecto, ff.de legat.*3. *l. hac conſultiſſima, §.ex imperfecto, C.de teſtam. l. ſi veritas* 23. *C.de fideic.* ergo legatum, ſeu fideicommiſſum, de quo *hîc*, ſecundùm juris 3 rigorem deberi non potuit.Propter quam difficultatem text.*in præſenti*,variis modis intelligitur,communis tamen interpretatio eſt, ut text. intelligatur de legato, aut fideicommiſſo ſine teſtamento, vel aliqua ſcriptura, interveniente tamen legitimo numero quinque teſtium, qui ad codicillum deſideratur, juxta *l.ult. C.de codicil.* & ita intelligunt *in præſenti*, Abb. *n.*2. Zabar. *q.*1. Anch.*n.*1.*in fin.*Imol.*n.*9.& 10. teſtatur communem Barbat.*n.*17. Cov.qui alios refert *in princ.*Padil.*in l.ult.in princ. C.de fideicom.* Verùm huic communi interpretationi obſtat, quod juxta illam text. hic nullam poterat continere dubitandi cauſam, cùm tamen Pontifex *hîc*, & apertius *in d.epiſt.*30. rem controverſam videatur definire, de qua Subdiaconus Siciliæ, & gubernator Eccleſiæ illius dubitavit; unde alii intelligunt nuda verba à ſolemnitate juris Civilis, non

non tamen juris Canonici, hoc eſt, ut fideicommiſſum, de quo hic, intelligatur relictum coram duobus, aut tribus teſtibus, juxta *cap. relatum,& cap.cùm eſſes, infr.hoc tit.* quamvis defuerit ſolemnitas juris Civilis, quem intellectum magis probat Covar. *in præſenti*, ſed non convenit litteræ texr. quia nuda verba ſi propriè accipiantur, non magis dici poſſunt reſpectu juris Civilis, quàm juris Canonici, tum etiam quia tempore D. Gregorii nondum facti Canones juris Civilis ſolemnitates in teſtamentis ad pia, nec etiam ad profana in ſuo foro repudiaverant, ſed multo poſt hoc legimus ſancitum ab Alex. III. *in d. cap. relatum, & in cap. cùm eſſes, infr. hoc tit.*

4 Quare dicendum puto text. *in præſenti*, procedere in legato, vel fideicommiſſo relicto abſque ſcriptura teſtamenti, vel codicilli, ſic enim in materia de qua agitur, nuda verba videntur interpretanda; nam cùm ultima voluntas retenta natura ſua non patiatur veſtimentum ſtipulationis, vel aliud, quo virorum conventiones veſtiri ſolent, ſequitur nuda verba illa eſſe in ultimis voluntatibus intelligenda, quæ ſine ſcriptura proferuntur, prout *in præſenti* intelligit Innoc. quem ſequitur Imol. *hic, n.* 10. *ad fin.* Barbat. *n.* 2. Cov. *in princ.* & videtur convenire cum communi interpretatione, quam poſt Abb. *hic n.* 2. probant multi relati *ſupr. in princ.* Quod ſi quis adhuc dubitet, quæ igitur fuerit in hoc text. dubitandi ratio, reſpondebitur defunctum, qui hujuſmodi legata reliquit, ſolemne feciſſe teſtamentum in ſcriptis, in quo de rebus ſuis omnibus diſpoſuit; poſtea ſine ſcriptura legavit hæc, de quibus *in hoc text.* dubitavitque legata præſtare, quia in ſcriptis teſtamentum fecerat, videbatur poſtea nihil poſſe abſque ſcriptura immutari, arg. *c. 1. de reg. juris,& l.nihil tam naturale. ff.eod.* nihilominus tamen quia poſt factum in ſcriptis teſtamentum poteſt teſtator ſine ſcriptura aliquid per codicillum nudis verbis factum addere, vel detrahere, vel immutare, juxta *l.ult.C.de codicillis.* jubet Pontifex legata præſtari. Poteſt etiam aliter, & longè aptiùs texr. iſte declarari ex ſententia *gloſſ.* 1. *in præſenti*, quam Covar. non videtur percepiſſe, ut procedat in legatis, quæ verbis tantùm abſque ſcriptura, vel teſtibus ipſi hæredi defunctus mandavit, ut præſtarentur, ut ſic nuda verba intelligamus, quæ omni ſolemnitate ſcripturæ, vel teſtium deſtituuntur, ſolent enim ultimæ voluntates, aut ſolemnitate ſcripturæ, aut teſtium veſtiri, & ideò verba nuda erunt in ultimis voluntatibus, quæ nec teſtium, nec ſcripturæ ſolemnitatem habent, & ea legata Pontifex *hic* præſtare jubet, quia ſecundùm novam Iuſtiniani conſtit. in utroque foro debebantur, prout habet *d.l.ult.C.de fideicom.* & text. *in §.ult. Inſtit.de fideicom. hæred.* juxta quem ſenſum intelligenda eſt *gloſſ.* 1. *hic*, & in hanc ſententiam citatur ab omnibus ſcribentibus, & in ſpecie probat Imol. *hic,n.*7. conſentit Zabar. *n.*2. Anch. *in princ.* Butr. *n.*4. qui licèt alias afferant interpretationes, hanc defendi poſſe omnes affirmant, atque ideò immeritò Covar. *hic, n.* 1. gloſſam reprehendit, dum ait ſimilem eſſe huic text. *d.l.ult.* ſenſit enim gloſſa nuda verba hic eſſe illa, quæ abſque ulla teſtium, vel ſcripturæ ſolemnitate proferuntur, & ideò ait ſimilem caſum eſſe *in d. l. ult.*

5 In gloſſ. *Monaſterio*, ibi, *ſed non determinavit cui, cum ſint plura Monaſteria*, &c. Notatur ad hoc, quod legatum factum Eccleſiæ, ſi ſint plures in civitate, debetur pauperioti, ut per Marc. Anton. Genuenſ. *in addit. ad ſuam praxim Archiepiſcop. Neapolit. cap.* 57. *num.* 14. & 15. Anton. Gom. *tom.* 2. *var. cap.* 11. *n.*8. *verſ.octava concluſio.* Craſſ. *§.legatum,c.*64.*n.*5. Molin. *de juſtit.tract.*2.*diſp.*197.*col.*3. Probatur ratione, teſtator in dubio dum aliter ſuam mentem non aperuit, cenſetur illi Eccleſiæ legare voluiſſe, reſpectu cujus, ſic legando majus opus charitatis exercet, & plus ſuæ animæ conſulit, ut patet: ſed legando Eccleſiæ pauperiori majus bonum charitatis exercet, pluſque ſuæ animæ conſulit. Igitur, &c. Non obſtat quod legatum hoc propter omnimodam incertitudinem debuerat vitiari, juxta reg. *l. duo ſunt Titii* 30. *ff.de teſtam. tut. l.*3. *§. ult. ff. de adim. leg.* quia reſpondetur in propoſito incertitudinem non dari, quia ſecundùm veriſimilem mentem diſponentis moralis certitudo eſt quod pauperiori reliquerit: vel aliter reſpondetur cum communi, legata non vitiari propter incertitudinem, ut conſtat ex juribus citatis à *gloſſ.*2. *in d. l. duo ſunt Titii*, & à Gom. *l.*45. *Tauri, num.*147. *prope fin.* & à Molin. *d. tract.*2. *diſput.*197. *in princ.* tum quia legatum incertum favore piæ cauſæ valet, Tiraquel. *de privileg. piæ cauſæ, privil.* 56. Gom. *l.*40. *Tauri, num.* 49. *& de ultimis voluntatibus, cap.* 10. *num.*32.*& de contract.cap.*11.*num.*8. Mench. *de ſucceſſionib. §.*27. *num.*42. Craſſ. *§. legatum, q.*64. *num.*3. Molin. *d. tract.*2. *diſput.*97. *col.*3. quamvis contradicat Socin. *in l. quidam relegatus, n.*12.*ff. de rebus dubiis.*

Quibus conſequens eſt reſolutio illius dubii, utrùm ſi teſtator duas habeat Eccleſias parochiales, in quibus promiſcuè, & æqualiter recipiat Eccleſiaſtica Sacramenta, itaut nullo argumento electæ ſepulturæ, vel aliàs diſcerni valeat de qua Eccleſia intellexerit, nihilominus legatum, aut inſtitutio ſuſtineatur? Qua in re locum fore gratificationi Epiſcopi, qui eliget ex illis, quem maluerit, cui totum legatum præſtabit, tuentur Abb. *hic,num.*4. communis, ut per Covar. *num.* 2. quos cum aliis refert, & ſequitur Coſta *in cap. ſi pater, verbo Pauperes, num.*13. Padil. *in l. cùm quidam, n.*6. cum quibus communem dicit Craſſ. *d. quæſt.*64. *num.*5. *in fine*, pro quibus expenditur in ſimili *cap. quoniam* 13. *verſ. alioquin, de decim.* quamvis oppoſitum, imò quod una, & altera Eccleſia æqualiter ſit admittenda, itaut Epiſcopus in præjudicium unius, non poſſit alteram eligere, poſt Barbat. quem refert Covar. *d. num.*2. ſequitur Molin. *dict. tract.*2. *diſp.*197. *col. ult.* Non obſtat *cap.*2. *verſ.cùm ab eo, de ſepultur. lib.*6. cui ſimile *cap. relatum* 12. *in fine, infr. hoc tit.* quia reſpondetur agere de portione, quæ attento jure debetur Eccleſiæ parochiali, unde cùm utraque ſit parochialis, ut ſupponimus, inter utramque Canonica portio ut dividatur neceſſe eſt: nos verò agimus de legato, vel relicto, quod teſtator cùm ſciret duas eſſe Eccleſias parochiales, uni tantummodo dare juſſit, unde ne contra illius fiat voluntatem, diviſio locum habere non poteſt. Si autem concurrat monaſterium mulierum cum monaſterio virorum, quod ex illis debeat præferri, non eſt abs re inveſtigandum? in quo dubio Socin. Iaſon, Dec. & alii, quos diligenter refert Coſta *ad §. cùm in bello, verbo Cum filio, num.*13. tenent in dubio concurrente æquali paupertate pro monaſterio mulierum judicandum eſſe, quibus adde Hippol. *ſingul.*248.

Cap. Filius V.

Teſtator quando legat, non rem ſuam, ſed alienam, hæres licèt ſecundùm legem ſæculi cogatur ſolvere æquivalens, non tamen ſecundùm leges Dei. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Butr. Imol. Anan. Hoſt. Henric. Anch. Barbat. Covar. Panorm. Viv. *in rationali libri tertii juris Pontif. pag.* 219. Alagona *in comp. jur. Canon. pag.* 449. remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. & 2. deſumitur

deſumitur ex D. Gregor. *lib.6.regiſtri, indict.1.epiſt.4. ad Meſſanen. Epiſcopum*, refertur ab Anton. Auguſt. *collect.1. Decret. lib.3. tit.22. c.14.*

2 De intellectu hujus text. qui difficilis ſanè eſt, agunt Gregor. *l.10. verbo de la comprar, tit.9. part.6.* Girond.*de privileg.& exempt. explicat.n.1437.* Marc. Anton. Genuenſ. *in pract. Eccleſ. q.187.* Spin. *in ſpeculo teſtam. gloſſ.8. princ. n.45.* ubi *n.46.* ex Fortun. & Menoch. aſſerit quod in hoc text. nihil fuit dubitatum circa valorem legati quoad æſtimationem, ſed hìc ſolùm agebatur quod legatarius, qui virtute legati rem alienam legatam ſibi retinebat, teneatur illam vero domino reſtituere, & inquit text. debere reſtitui, cùm omni lege divina, & humana teneatur quis alienam rem reſtituere, advertens *eod.num.6.* legatum rei alienæ ſecundùm jus Canonicum tunc non valere, quando teſtator, qui ſciebat rem eſſe alienam, ſcienter illam detinebat, & non juſſit in ſuo teſtamento vero domino reſtituere, ſed potiùs illam alteri legavit; tunc enim præſumitur contra illum, quod voluit eam omninò uſurpare, & ejus proprietatem legare, ac proinde legatum non valet quoad ipſam rem, quia eſt aliena, neque quoad æſtimationem, quia repugnat voluntati teſtatoris, qui non æſtimationem, ſed rem ipſam legare voluit, & ſic legatarius retinendo, vel petendo legatum faceret contra legem Dei. Vide alios intellectus apud ſupracitatos; limitando tamen in legato rei alienæ ad pias cauſas, ut per Tiraq. *de privilegiis piæ cauſæ, privil.66.* Menoch. *de præſumpt.lib.4.præſ.116. n.31.* ubi *à n.32.* differit an, & quando præſumatur teſtatorem ſciviſſe, vel ignoraſſe rem illam à ſe legatam eſſe ſuam, vel alterius, Girond.*d.n.1437.* ubi *n.1439.* cum Perez de Lara *de anniverſ. lib.1.c.21. n.90.* tenet legatum relictum pro virginibus maritandis poſſe retineri in utroque foro à fœmina, quæ licèt opinione vulgari pro virgine habeatur, in rei tamen veritate non eſt virgo, niſi aliud ex voluntate teſtatoris conſtet.

3 *Quæ cujuſdam Eccleſiæ*, &c.] Notatur ad hoc, quod bona Eccleſiæ non poſſunt à teſtatore legari, ut per Menoch. *d. lib.4. q.119. à princ.* ubi *n.3.* tenet quod legatum rei Eccleſiæ, cujus alienatio prohibita eſt, non valet etiam quoad æſtimationem: & *n.5.* tenet quod præſtatur æſtimatio illius rei, quæ facilè alienari poteſt, & facilè impetratur conſenſus Principis, etſi ipſa redimi non poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Hæredi non adimplenti juſſa teſtatoris ab Epiſcopo interdicitur res à teſtatore relicta cum fructibus.*
2 *Declaratur text. in præſenti.*
3 *Luſitaniæ in Regno eo ipſo, quod executores infra annum & menſem à morte teſtatoris voluntatem illius non adimplent, amittunt munus ex eo provenient.*
4 *Minor adversùs negligentiam in non adimplenda voluntate defuncti, an reſtituatur, ne lucrum ſibi relictum amittat, remiſſivè.*
5 *Hæredes & legatarii privantur ipſo jure emolumento teſtamenti, ſi defuncti voluntatem non adimpleverunt ſtatuto tempore, facta admonitione.*
6 *Privationis pœna non comprehendit legitimam, quæ ex neceſſitate legis debetur neceſſariis hæredibus.*
7 *Teſtamenti Clerici, vel pietatis cauſa facti publicatio coram judice Eccleſiaſtico eſt facienda*, & n.8.
9 *Teſtamenti Laici publicatio, in quo Clericus eſt hæres inſtitutus, an ſit facienda coram judice Eccleſiaſtico, remiſſivè.*
10 *Feuda dignitatum ſunt individua.*
11 *Hæres, qui juſſa teſtatoris non adimplet circa pias, etiam legitima privatur.*
12 *Epiſcopus non ſolùm legata pia poteſt executioni mandare, ſed etiam illa, quæ non ſunt pia.*

Cap. Si Hæredes VI.

Ex Concil. Mogunt.

Hæredi qui non implet intra annum voluntatem 1 teſtatoris, interdici debet ab Epiſcopo hæreditas cum fructibus. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Butr. Imol. Anan. Hoſtienſ. Henric. Anch. Panorm. Barbat. Covar. Vivian. *in ration. libri tertii juris Pontif. pag.220.* Alagona *in compendio juris Canonici, pag.449.* remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.1. & 2.* refertur ab Anton. Auguſt. *collect.1. Decret.lib.3.tit.22. c.11.* & habetur poſt Concil. Lateran. ſub Alex. III. *part.43.c.5.*

Omnis res, quæ eis relicta eſt, canonicè interdicatur.] 2 Text. *hic*, à gloſſ. & Doctoribus variis modis declaratur, ſed duo præcipui ſunt. Prior modus eſt, quod hìc non agitur de privando hærede commodo teſtamenti, ſed compellendo ipſo, ut adimpleat defuncti voluntatem, dum enim ei interdicuntur bona quouſque adimpleat, indirectè compellitur, & hunc modum compellendi inter alios commendat gloſſ. *hic, verbo Interdicatur, poſt med.* Zabar. Butr. & Imol. *n.12.* Abb. *n.5. & 7.* aſſerens hunc intellectum ſibi magis placere, & poſt alios proſequitur Covar. *n.2.* Poſterior modus intelligendi eſt, ut agat de pœna privationis; quam hæres incurrit non adimplendo defuncti voluntatem, ſicut quilibet alius legatarius, aut executor, ut probat *l. ſi quis ſepulchrum, ff. de relig. domib. auth. hoc amplius, C. de fideicom. auth. de hæred. & falcid. §. ſi quis autem non implens, collat.1. auth. de Eccleſiaſticis titulis, §. qui hoc facere, collat.9.* & rationem reddit Iuriſconſ. *in l. ſi patroni 55. §. qui fideicommiſſariam, verſ. cur enim ff. ad Trebell.* ibi, *cur enim non videatur indignum, ut qui diſtulerit ſupremas defuncti preces, conſequatur aliquid ex voluntate*, & hunc intellectum proſequuntur etiam gloſſ. & ſcribentes *dictis locis*, Covar. *hic, à n.2.* & Padil. *in d. auth. hoc amplius, n.2.* & planè verior videtur, cui non obſtat verbum, *interdicatur*, quia referendum eſt ad executionem privationis incurſæ, cùm enim hæres ipſo jure privetur emolumento teſtamenti, ut probat text. *in d. auth. hoc amplius*, & gloſſ. *in d. §. ſi quis autem*, Bald. Salicet. & Iaſ. *num.7.* & Padill. *num.8. in ead. auth. hoc amplius*, Covar. *hic, n.8.* nihil aliud ſupereſt niſi ſententia declaratoria, juxta text. & *ibi* tradita *in cap. cùm ſecundùm, de hæret. in 6.* & lata ſententia declaratoria auferuntur bona omnia cum fructibus, & emolumentis, juxta text. *in d. §. ſi quis autem, & §. qui hoc facere*, unde cap. hoc deſumptum fuit, & ideo meritò text. *hic* ait, ut interdicantur bona, id eſt, ut arceatur hæres à poſſeſſione, & adminiſtratione bonorum, quibus à lege privatus eſt. Vel etiam dici poteſt text. hunc agere de interdictione, ſeu ſequeſtratione bonorum, pendente judicio privationis, ne fortè alienentur, aut conſumantur. Vnde refert Molin. *de juſtit.* 3 *tract.2. diſput.251. num.5.* per leges Luſitanas conſtitutum eſſe eo ipſo quod executores infra annum, & menſem à morte teſtatoris voluntatem illius non adimpleverint, illos amittere munus executoris, & privari legato, ac commodo, aut præmio ipſis à teſtatore relicto, & idem apud Gallos obſervari teſtatur Rebuff. *ad leges Galliæ, tom.1. tract. de ſent. proviſ. n.88. pag. mihi 145.* Vtrùm autem minor adversùs negligentiam 4

in non adimplenda voluntate defuncti reſtituatur, ne lucrum ſibi relictum amittat, vide Sfort. *de in integr. reſtit. q.72. art.6. ſub num.62.* Flamin. *de reſignat. lib.11. q.4. n.58.*

5 Primò ex dictis infertur etiam jure Canonico hæredes, & legatarios privari ipſo jure emolumento teſtamenti, ſi defuncti voluntatem non adimpleverint, ſtatuto tempore facta admonitione, ut dictum eſt, quod & probat *cap. Sylveſter,* 11. *q.*1. approbans hac in re pœnas juris Civilis, unde privatio hæc in Clericis, & Religioſis, Eccleſiis & Monaſteriis habet locum, ut probat text. & *ibid.* Batt. *in d.auth.de hered. & falcid. § ult. verſ.quia verò,collat.*1. Abb. *in repetit. cap.Eccleſia,de conſtit.n.*18. *propè fin.* Greg. Lop. *in l. ult. gloſſ. pen. ad med. tit.*10. *p.*6. Padil. *ubi ſuprà,n.*7. Circa illud verò de hæredibus ſupremas teſtatorum voluntates non adimplentibus, an ſint ipſo jure, vel per ſententiam privandi, vide Menoch. *de arbitrar. caſu* 498. *num.*58. Mathienz. *l.*14. *gloſſ.*1. *n.*64. *tit.*4. *lib.*5. *novæ recop.* Spin. *in ſpeculo teſtam. gloſſ.*28. *princ. à num.*67.

6 Secundò infertur pœnam privationis non comprehendere legitimam, quæ ex neceſſitate legis debetur neceſſariis hæredibus aſcendentibus, vel deſcendentibus; cùm enim text. hic, & ſimiles jubeant privare hæredem commodo teſtamenti, vel rebus à defuncto relictis, extendi non debet ad legitimam, quæ magis cenſetur debita, quàm voluntariè à defuncto relicta, ut probat *l.legato,§.fin.*& *ibi* gloſſ. *ff.de falſis.* Accedit quod ſi privatio hæc legitimam comprehenderet, potuiſſet onus legitimæ imponi, contra *l.quoniam in prioribus,C.de inoffic.teſtam.* Probatur etiam hæc ſententia expreſsè *in d.auth.hoc amplius,*& ſic text. iſtum declarat gloſſ. *in præſenti, in* 3. *intellectu,* ſequuntur *hìc* Zabar. *ante fin.* Imol. *n.*12. Abb. *in fine,* Barbat. *n.*10. Cov. qui plures refert *n.*9. aſſerens ex illis eſſe communem, ſequitur etiam, & communem dicit Padil. *ubi ſup.n.*17. Molin. qui plures refert, *de primog. lib.*1. *c.*9. *num.*6. Menoch. *de ſucceſſ.creat.* §.8. *n.*17. Mich.Graſſ. *in §.legitima, q.*46. Minùs etiam obſtat text. hic, quatenus indiſtinctè jubet privari hæredes rebus omnibus, quia reſpondetur, rejectis aliis Doctorum ſolutionibus, text. hunc agere de quibuſcumque hæredibus, ſive ſuis, ſive extraneis, ſed eos tantùm privat illis bonis, quæ à defuncto voluntariè relicta ſunt, quæ verò ex neceſſitate juris debentur, prout eſt legitima, cenſentur à lege magis habita, quàm à teſtatore relicta, & ita text. hic legitimam non comprehendit: ſic etiam declarandus eſt text. *in d.cap. Sylveſter.*

7 *Vt vota defuncti adimpleantur.*] Intellige cum Soar. *de relig. tract. de voto, lib.*5. *c.*11. *n.*6.

8 In gloſſ. *Ab Epiſcopo*, ibi, *publicatio teſtamenti ad Epiſcopum non pertinet.* Adverte publicationem teſtamenti Clerici, vel pietatis cauſa facti, coram judice Eccleſiaſtico eſſe faciendam, ut per Guttier. *pract.lib.*2.

9 *q.*48. *num.*2. An autem publicatio teſtamenti laici, in quo Clericus eſt hæres inſtitutus, fieri debeat coram judice Eccleſiaſtico, an verò coram ſæculari, vide Covar. *pract. c.*8. *n.*1. Soar. de Pace *in pract. tom.*2. *prælud.*2. *n.*14. Perez *tit.*2. *lib.*5. *Ordin.pag.*152. *in fine,* Fr.Emman. *qq.regul. tom.*2. *q.*62. *art.*12. Guttier. *d. q.*48. *n.*1.

10 In gloſſ. *Interdicatur*, ult. ibi, *quia regnum dividi non poteſt.* Notatur ad hoc, quod feuda dignitatum, ut Marchionatus, Comitatus, Ducatus vel Regni, ſint individua, ut per Duen. *reg.*316.

11 In ead.gloſſ.ibi, *Hæres qui relicta ad pias cauſas conferre diſtulerit, totum amittere debet.* Notatur ad hoc, quod hæres qui juſſa teſtatoris non adimplet circa pia, etiam legitima privatur, ſequitur Hoſt. *hìc,* Anch. *n.*5. Butr. *n.*6. teſtatur communem Imol. *n.*13. & Tiraq. *de privilegiis piæ cauſæ, privil.*84.

In ead. gloſſ. ibi, *Et hoc præcipuè*, &c.] Notatur ad hoc, quod Epiſcopus non ſolùm legata pia poteſt executioni mandare, ſed etiam illa, quæ non ſunt pia, ut per Covar. *hìc, n.*3. *verſ. eodem verò,* Cened. *pract. & canon. lib. q.*14. *n.*2. *& q.*31. *n.*5. & plures alios, quos refero ego ipſe *de officio, & poteſtate Epiſcopi, part.*3. *alleg.*82. *n.*15. 12

SVMMARIVM.

1 *Clerici teſtari non poſſunt de bonis per Eccleſiam acquiſitis,* & n. 2.

3 *Limita ſi ea bona acquiſierint parcè vivendo, & ſuæ ſuſtentationi ſubtrahendo.*

4 *Clerici liberè teſtari poſſunt de quotidianis diſtributionibus jure quæſitis.*

5 *Diſtributionum quotidianarum dominium habent Clerici.*

6 *Teſtari poſſunt beneficiarii ex conſuetudine de acquiſitis ex beneficio.*

7 *Clerici Epiſcopis inferiores ex conſuetudine totius Hiſpaniæ poſſunt teſtari de acquiſitis ex beneficio, & illis ab inteſtato ſuccedi poteſt.*

8 *Obligatio ad antidora propriè non eſt obligatio inducens juris vinculum.*

9 *Beneficiarius ea, quæ emit ex bonis Eccleſiæ, fiunt ipſius Eccleſiæ.*

Cap. Cùm in officiis VII.

Ex Concil. Later.

Clerici ſive moriantur inteſtati, ſive cum teſtamento, bona eorum acquiſita per Eccleſiam ſunt Eccleſiæ. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſt. Butr. Anch. Henric. Panorm. Barbar. Covar. Cened. *collect.*12. Vivian. *in rationali libri tertii juris Pontificii, pag.*220. Alagona *in compendio juris Canonici, pag.*449. remiſſivè Ximen. *in concord, part.*1. *&* 2. deſumitur ex Concil. Lateran. ſub Alex. III. *cap.*15. & refertur ab Anton. Auguſt. *collect.*1. *Decret. lib.*3. *tit.*22. *cap.*4. 1

2 Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſumunt Covar. *hìc, n.*6. Navar. *de redditib. Eccleſ. q.*3. *monitu* 1. *& monitu* 4. *n.*2. *& de ſpoliis, §.*6. *n.*5. Sarmient. *de redditib. p.*2. *c.*4. Graff. *de ſucceſſ.* §. *teſtamentum, q.*33. *n.*7. D. Barboſ. *in l. divortio, ff. ſoluto matrim. p.*2. *n.*59. Molin. *de juſtit. tract.*2. *diſp.*148. Azor. *inſtit. moral. p.*2. *lib.*7. *c.*9. *q.*1. *in princ.* Nicol.Garc. *de benefic. p.*2. *c.*1. *n.*8. Monet. *de diſtribut. quotid. p.*3. *q.*2. *num.*5. Franc. de Souſa *de largit. munerum, fundam. ult. n.*35.

3 Licèt autem text. concluſionem procedere intelligar Nicol. Garc. *d. cap.*1. *n.*9. quoad bona acquiſita ex fructibus beneficii, etiam parcè vivendo, & ſuæ ſuſtentationi ſubtrahendo, contrarium tamen ab omnibus communiter receptum eſt, ut per Navar. *q.*1. *monitu* 26. *& monitu* 43. *num.*1. *& de ſpoliis, §.*1. *n.*3. *& §.*8. *n.*7. Victorel. *in annot. ad Tolet. in ſum. lib.*5. *cap.*4. *verſ. bonaque,* D. Barboſ. *d. p.*2. *n.*68. Avend. *reſp.*19. *num.*6. Molin. *de primog. lib.*2. *cap.*10. *n.*50. Azor. *d. part.*2. *lib.*8. *c.*3. *q.*2. Prax. novam Epiſcop. *p.*2. *q.*5. *n.*39. Franc. Leo *in theſauro fori Eccleſiaſt. p.*3. *c.*3. *n.*16. Leſſ. *de juſtit. lib.*2. *cap.*4. *n.*39. *& ſeq. & cap.*10. *n.*41.

4 Vtrùm autem Clerici de quotidianis diſtributionibus

bus jure quæſitis teſtari valeant? quæſtio eſt ad præſens inſtitutum non contemnenda, in qua pars negativa ex hoc text. deduci videbatur, dum generaliter prohibet Clericis teſtari de bonis acquiſitis per Eccleſiam, & ejus intuitu, & negari non poteſt diſtributiones quotidianas acquiri per Eccleſiam, & ejus intuitu, rationeque Canonicatus, ſeu beneficii, licèt dentur ratione aſſiſtentiæ, ſeu laboris; adhuc enim dantur ut Canonico, ſeu beneficiatio, & ideo hanc partem tuetur cum aliis, quos refert Nicol. Garc. *in addit. ad d.c.* 1. *n.* 5. Verùm communis ferè Doctorum aſſertio tenet Clericos liberè teſtari poſſe, ac per ultimam voluntatem de quotidianis diſtributionibus jure quæſitis diſponere poſſe, quia licèt quodammodo dici poſſit diſtributiones quotidianas acquiri intuitu Eccleſiæ, tamen principaliter dantur intuitu perſonæ propter diuturnam operam, aſſiduumque ſervitium, atque obſequium Eccleſiæ præſtitum, ut docet Monet. *de diſtrib. quotid. p.* 1. *q.* 1. *in fine, q.* 4. *circa med.* tum etiam, quia Clerici habent quotidianarum diſtributionum domi-
5 nium, ut probat idem Monet. *p.* 3. *q.* 1. *concl.* 2. Ideo meritò hanc ſententiam ſuſtinent Covar. *hic, n.* 4. Pariſ. *conſ.* 33. *vol.* 4. Gig. *conſ.* 144. *n.* 5. Burſar. *conſ.* 226. *n.* 49. *vol.* 3. Clar. *§. teſtamentum q.* 27. *n.* 7. Azor. *inſtit. moral. p.* 2. *lib.* 7. *c.* 9. *q.* 10. Fr. Emman. *qq. regular. tom.* 3. *q.* 74. *art.* 5. *verſ. quinta,* Craſſ. *d. §. teſtamentum. q.* 33. *n.* 8. Redoan. *de ſpoliis, q.* 3. *§. & in hac materia, n.* 27. Monet. *d. p.* 3. *q.* 2. *concl.* 2. Franc. Leo *d. p.* 3. *c.* 3. *n.* 27. Vgolin. *de officio Epiſc. c.* 19. *§.* 2. *ſub n.* 6. *verſ. verum,* Card. Tuſch. *lit. D, concl.* 512. Bellet. *diſquiſit. cleric. p.* 1. *tit. de bonis cleric. §.* 6. *n.* 17. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. §.* 7. *proœm. n.* 164. Ioan. Valer. *de different. inter utrumque forum, verbo Munera, differ... n.* 14. Filliuc. *tract.* 43. *c.* 3. *q.* 10. Bonac. *var. tract. de oblig. benef. diſp.* 3. *punct.* 2. *n.* 18.

6 Quod beneficiarius poſſit ex conſuetudine teſtari de acquiſitis ex beneficio, ſaltem ſi immemorabilis ſit, in dubium revocari non debet, cùm jure tantùm humano prohibita ſit Clericis hujuſmodi diſpoſitio de redditibus Eccleſiaſticis per ultimam voluntatem, Covar. *hic, n.* 2. *&* 9. Spin. *in ſpeculo teſtam. in rubr. gloſſ.* 14. *n.* 14. Azor. *d. p.* 2. *lib.* 7. *c.* 8. *q.* 2. quia alias Papa concedere non poſſet facultatem, ut teſtari poſſent de hiſce redditibus, contra reſoluta *ad c.* 1. *n.* 10. *ſupr. hoc tit.* unde ſtante conſuetudine, poſſe beneficiatum licitè teſtari, etiam ad uſus prophanos, & relinquere dicta bona conſanguineis divitibus, tenent Nicol. Garc. *d.*
7 *c.* 1. *n.* 16. Monet. *d. p.* 3. *q.* 2. *n.* 5. qui plures referunt, quæ conſuetudo eſt in Hiſpania quoad Clericos Epiſcopis inferiores, quod poſſint de illis teſtari, & eis ab inteſtato ſuccedi, ut atteſtantur *l. fin. tit.* 8. *lib.* 8. *nova recop.* Covar. *hic, n.* 9. Molin. *de primog. lib.* 2. *cap.* 10. *à n.* 53. Duen. *reg.* 366. *n.* 11. *verſ. contra quam,* Perez *l.* 1. *verſ. eſt & aliud, tit.* 3. *lib.* 1. *Ordin. pag.* 67. Sarmient. *p.* 1. *defenſ. in man.* 50. *&* 51. *& de reddit. p.* 2. *c.* 6. *& c.* 8. *n.* 1. Pelaez *de maioratu, p.* 1. *q.* 1. *n.* 15. Franc. Penia *in* 3. *p. directł. Inquiſit. ſchol.* 154. *verſ. quemadmodum ergo,* Anton. Scap. *de jure non ſcripto, lib.* 1. *cap.* 20, *ex n.* 2. Fuſc. *lit. A, ſing.* 112. *prope med.* Rojas *de ſucceſſ. c.* 34. *ex n.* 39. Mench. *de ſucceſſ. creat. §.* 22. *limit.* 17. *n.* 40. Bonac. *d. diſp.* 4. *puncto* 3. *n.* 4. Gabr. Pereira *deciſ.* 95. *n.* 22. *& ſeqq.* Henriq. *in ſum. lib.* 10. *cap.* 33. *n.* 3. *lit. K, & O.* Hunad. *l.* 40. *gloſſ.* 6. *n.* 2. *tit.* 5. *p.* 1. Spin. *in ſpeculo teſtam. p.* 14. *rubr. à n.* 1. Mathienz. *l.* 13. *gloſſ.* 3. *& gloſſ.* 4. *à n.* 1. *tit.* 8. *lib.* 5. *nova recop.* Guttier. *pract. lib.* 2. *q.* 114. Azor. *inſtit. moral. p.* 2. *lib.* 7. *c.* 10. *q.* 1. *& lib.* 8. *cap.* 4. *q.* 1. *&* 2. Cald. Pereira *in l. ſi curatorem, verbo Læſis, n.* 114. *& de empt. c.* 16. *num.* 2. D. Barboſ. *in l. divortio, in princ. p.* 2. *n.* 53. *cum ſeqq. & n.* 60. *ff. ſoluto matrim.* Valaſc. *de partit. c.* 35. *n.* 7. *cum ſeqq.* Cened. *ad Decret. collect.* 12. *n.* 1. Molin. *d. tract.* 2. *diſp.* 147. *n.* 25. Nicol. Garc. *de benef. p.* 2. *cap.* 1. *n.* 11. Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. part.* 5. *collect.* 1718. ex quibus plures refero ego ipſe *de officio, & poteſtate Epiſcopi, part.* 3. *alleg.* 110. *num.* 6. adde Ioan. Valer. *de differentiis inter utrumque forum, verbo Teſtamentum, differ.* 11.

In gloſſ. *Teneamur* 1. ibi, *donatarius enim donatori* 8
naturaliter eſt obligatus ad antidora, adverte quod obligatio ad antidora propriè non eſt obligatio inducens juris vinculum, ſed tantùm eſt quidam inſtinctus, ſive motus animi, quo moventur ad benefaciendum benefacienti, ut per Cabed. *Luſit. deciſ.* 26. *numero* 7. *part.* 2.

In gloſſ. *Acquiſita.* Notatur ad hoc, quod ea, quæ 9
emit beneficiarius ex bonis Eccleſiæ, fiunt ipſius Eccleſiæ, quamvis Clericus non Eccleſiæ, ſed alieno, aut ſuo nomine emat, ut per Azor. *inſtit. moral. part.* 2. *lib.* 7. *cap.* 10. *quaſt.* 1. *verſ. duæ ſunt*: intellige ſecundùm Rot. apud Farinac. *deciſ.* 241. *num.* 4. *&* 5. *p.* 2. *recent.*

SVMMARIVM.

1 *Clerici quamvis de mobilibus per Eccleſiam acquiſitis teſtari non poſſint, tamen viventes, ſed etiam in ægritudine conſtituti moderatas eleemoſynas facere valent.*

2 *Clerici veri ſunt domini redditũum ſuorum beneficiorum.*

3 *Declaratur text. in præſenti,* & n.4.

5 *Donatio an dicatur immoderata, debent attendi facultates donantis, & merita donatarii.*

6 *Clericus in infirmitate conſtitutus, etiamſi ex ea decedat, poteſt donare inter vivos acquiſita ex redditibus Eccleſiæ, in piam tamen cauſam, dummodo talis donatio moderatè fiat cum traditione.*

Cap. Adhæc VIII.

Alex. III.

Clerici licèt de mobilibus acquiſitis per Eccleſiam 1
teſtari non poſſint, tamen viventes, vel etiam in ægritudine conſtituti moderatas eleemoſynas facere poſſunt. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſt. Butr. Anchar. Henric. Panormit. Bald. Covar. Vivian. *in rationali libri tertii juris Pontificii, pag.* 211. Alagona *in compend. juris Canonici, pag.* 449. remiſſivè Ximen. *in concordant. part.* 1. *&* 2. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 1. *Decret. lib.* 3. *tit.* 22. *c.* 5. & eſt poſt Concil. Later. ſub Alex. III. *p.* 29. *c.* 8.

Sed contra principalem concluſionem obſtat, quia 2
Clerici ſecundùm veriorem opinionem veri domini ſunt redditũum ſuorum beneficiorum, ut dixi *de officio, & poteſtate Epiſcopi, p.* 3. *alleg.* 114. *n.* 4. ac proinde de illis poſſunt diſponere in quoſcunque uſus, excepta ultima voluntate, ut *ibid.* probavi, quare dicendum videbatur, non ſolùm facere poſſe moderatas donationes eleemoſynæ intuitu, ſed etiam non moderatas, & alio reſpectu præter eleemoſynam: quod text. apertè negat.

Quare Molin. *de primog. lib* 2. *cap.* 10. *n.* 40. *&* 42. 3
intelligit hunc text. non agere de bonis quæſitis beneficiario intuitu ſui beneficii, ſed de bonis ipſius Eccleſiæ, quod non convenit literæ text. neque id aſſerunt DD. quibus Molin. hoc imponit. Navar. igitur

*de redditib. Eccleſiaſt. q.*1. *monitu* 81. & poſt eum alt. Molin. Theolog. *de juſtit. tract.*2. *diſp.*148. *n.*6. reſpondent argumentum à contrario ſenſu, quod ex hoc text. deducitur, ſcilicet, permittitur moderata donatio in infirmitate intuitu eleemoſynæ; ergo non moderata alio reſpectu prohibetur, admittendum non eſſe, contra rationes, & juris fundamenta, quæ contrarium ſuadent. Sed mirandum eſt negare Navar. hoc argumentum à contrario in hoc text. cùm ipſe eam ſequatur ſententiam, quod beneficiarii non ſint domini reddituum ſuorum beneficiorum; ea enim poſita rectè ſequitur argumentum, text. permittit beneficiariis, qui domini non ſunt, moderatas donationes; ergo immoderatas videtur prohibere.

4 Quare à communi Doctorum interpretatione non videtur recedendum, qui reſolvunt beneficiariis in ægritudine conſtitutis non licere immoderatas facere donationes, neque alio reſpectu, quàm eleemoſynæ, propter præſumptam fraudis ſuſpicionem, ita Abb. *in præſenti, in fin.* Anch. *n.*6. Imol. & Covar. Sarmient. *de reddit. p.*4. *c.*4. *n.*6. Cùm enim beneficiarii de dictis bonis lege Canonica teſtari prohibeantur, qui in ægritudine conſtitutus maximas fecerit donationes, meritò in fraudem legis prohibentis teſtamentum cenſendus eſt facere donationem, ut in ſimili probat text. *in l. filiæ meæ, ff. ſoluto matrim. & in cap. de his, de ſepult.* aliàs eluſoria maneret legis Canonicæ prohibitio, cùm facilè Clericus de bonis per Eccleſiam quæſitis, & de quibus per ultimam voluntatem diſponere non potuit, moriens jam ſe donare pronuntiaret, & juxta hæc intelliges doctrinam gloſſ. *verbo Reſervari, in cap. præſenti,* 12. *q.*1. dum beneficiarios in infirmitate conſtitutos æquiparat uſufructuariis ad effectum ne poſſit teſtari de quæſitis per Eccleſiam, quæ communiter recipitur ſecundùm Molin. *d. c.*10. *n.*83. atque
5 ita fit clariſſimum, excepta diſpoſitione per viam ultimæ voluntatis, vel quando in fraudem legis prohibentis immoderatas donationes in ægritudine facit beneficiarios poſſe in quoſcumque uſus de redditibus ſuis diſponere. Donatio autem utrùm dicatur immoderata, debent attendi facultates donantis, & merita donatarii, Rota *deciſ.*241. *n.*11. *part.*2. *recent.* Quæ omnia deſumpſi ex meo *tract. de officio, & poteſtate Epiſcopi, part.*3. *allegat.*114. *num.*35. Et bene colligunt ex Rotæ deciſ. *in arboren. ſpolii,* 17. *Iunii* 1624. coram bonæ memoriæ Patriarcha Manzanedo, quæ ita cantant: *Dubitatur modò, an iſta donatio ſuſtineatur, cùm verum ſit quod Clericus in infirmitate conſtitutus, etiamſi ex ea decedat, poteſt donare inter vivos exquiſita ex redditibus Eccleſiæ, in piam tamen cauſam, dummodo talis donatio moderatè fiat, & tunc requiritur traditio ad tollendas fraudes, & ſuſpiciones,* Covar. *in cap. cùm in officiis, num.*5. *de teſtam. Attamen ſi iſta donatio fuerit immoderata, cùm ſit facta omnium bonorum maximi valoris, etiam quod fuerit in pios uſus, non ſuſtinetur,* Covar. *ubi ſup.* Redoan. *in tract. de ſpol. q.*355. *Stantibus iſtis repugnantiis, n.*40. *& in tract. de rebus Eccleſiæ non alien. q.*53. *n.*24.

SVMMARIVM.

1 *Clerici de bonis propriis; vel acquiſitis intuitu perſonæ teſtari poſſunt, de acquiſitis intuitu Eccleſiæ non.*

2 *Clericus de patrimonio ſuo poteſt condere teſtamentum.*

3 *Teſtamentum Clerici non ſubjacet querelæ inofficioſi, vel nullitati ex cauſa præteritionis.*

4 *Beneficiarii æquiparantur uſuariis.*

CAP. Quia nos IX.

CLerici poſſunt teſtari de bonis hæreditariis, vel 1
acquiſitis intuitu ſanguinis, vel perſonæ, vel adeptis artificio, ſeu dono amicorum, non habito reſpectu ad Eccleſiam, ſed de acquiſitis intuitu Eccleſiæ non poteſt teſtari, nec diſponere. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſt. Anch. Henric. Butr. Panorm. Cov. Viv. *in ration. libri tertii juris Pontif. pag.*221. Alagona *in compendio juris Canonici, pag.*449. remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.*1. *&* 2. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.*1. *Decret. lib.*3. *tit.*22. *cap.*6. & eſt poſt Concil. Lateran. ſub Alex. III. *p.*24. *c.*5.

Collige ex text. Clericum de patrimonio poſſe con- 2
dere teſtamentum, videlicet de bonis paternæ ſucceſſionis, vel cognationis jure obtentis, vel arte, doctrina, induſtria, ingenio acquiſitis, aut conſanguineorum, amicorum, vel aliorum donatione, abſque ulla Eccleſiæ ratione comparatis, ut per Cald. Pereira *in l. ſi curatorem, verbo Læſis, n.*131. Azeved. per text. *ibi, in l.*13. *tit.*8. *lib.*5. *novæ recop.* D. Barboſ. *in l. divortio, in princ. p.*2. *n.*66. *ff. ſoluto matrim.* Valaſc. *de partit. c.*35. *n.*2. Azor. *inſtit. moral. p.*2. *lib.*7. *c.*8. *& c.*10. *q.*1. *in princ.* Et quod Epiſcopus de acquiſitis ex ſua induſtria liberè diſponere poſſit, tradunt Iaſ. *conſ.*75. *n.*8. *lib.*3. Bald. *conſ.*80. *verſ. interdum, lib.*5. Covar. *in c.*1. *n.*11. *ſup. hoc tit.* Doctores *in auth. licentia, C. de Epiſc. & Cleric.* quos refert, & ſequitur Rot. *in Arboren. ſpolii,* 17. *Iunii* 1624. coram bonæ mem. Patriarcha Manzanedo, ubi etiam fuit dictum, quod bona ab Epiſcopo relicta ex præſumptione juris Canonici cenſentur poſt ipſam dignitatem acquiſita fuiſſe.

Liberè diſponere valeant.] Ergo, & præterire libe- 3
ros, & parentes: unde Clerici teſtamentum non ſubjacere querelæ inofficioſi, vel nullitati ex cauſa præteritionis, reſolvunt Abb. *hìc,* & latè Mat. Ant. Genuenſ. *in pract. Eccleſ. q.*361.

In gloſſ. *Teſtamentum,* ibi, *cùm ſolum uſum habeant.* 4
Et ideò beneficiarii comparantur uſuario, vide Menoch. *de arbitr. caſu* 433. *n.*35. *& conſ.*66. *num.*32. Azeved. *l.*13. *n.*2. *tit.*8. *lib.*5. *novæ recop. & conſ.*31. *n.*6. Molin. *de primog. lib.*2. *c.*10. *n.*43. Fr. Emman. *qq. regul. tom.*3. *q.*74. *art.*4. *verſ. quinta ratio,* Azor. *inſtit. moral. p.*2. *lib.*7. *c.*8. *q.*1. Valaſc. *de partit. c.*36. *n.*4. Cald. Pereira *de reſol. emphyt. c.*15. *n.*43. *& de empt. c.*16. *n.*1. D. Barboſ. *in l. divortio, in princ. p.*2. *n.*53. *ff. ſoluto matrim.* Cened. *ad Decret. collect.*12. *n.*5.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes duo, aut tres cum parocho teſtatoris ſufficiunt in teſtamento de jure Canonico,* n. 2.

3 *In ore duorum, vel trium ſtat omne verbum,* n. 4. & 5.

6 *Teſtamentum cum duobus, vel tribus teſtibus ſine proprio parocho eſt nullum.*

7 *Teſtium duorum numerus ſuperadditus ſupplet defectum perſonæ Preſbyteri in teſtamento.*

8 *Text. loquitur in teſtamento ab ægrotis, & infirmis confecto.*

9 *Verba, ſub interminatione anathematis, vel ſub excommunicatione, non ſunt latæ ſententiæ, ſed ferendæ.*

CAP. Cùm eſſes X.

TEſtamenta quæ fiunt coram Presbytero Parochiali, & duobus, vel tribus teſtibus, valent, etiamſi

etiamſi non addita ſit ſolemnitas juris humani, id eſt, ſubſcriptio à quinque, vel ſeptem teſtibus, & qui reſcindit talia teſtamenta, eſt excommunicatus, non obſtante conſuetudine contraria. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Imol. Ananias, Butr. Anch. Hoſt. Henric. Boich. Panormit. Covar. Henric. Caniſ. Cened. *collect.* 159. Vivian. *in ration. lib. 3. juris Pontif. pag.* 222. Alagona *in compend. juris Canonici, pag.* 440. remiſſivè Caſal. *in annotat.* & Ximen. *in concord. part. 1. & 2.* refertur ab Anton. Auguſt. *collect. 1. Decret. lib. 3. tit. 22. c. 9.* & eſt poſt Concil Lateran. ſub Alex. III. *p. 50. c. 7.*

2 Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſumunt Fuſch. *lit. C, ſing.* 28. Anton. de Burgos *in cap. quæ in Eccleſiarum, ex n. 209. de conſtit.* Boet. *deciſ. 93. ex n. 2.* Guid. Papæ *deciſ. 543. ex num. 2. in fine,* Cavaler. *deciſ. 407. n. 3.* Clar. *in §. teſtamentum, q. 57. à principio,* Dilect. *de arte teſtandi, tit. 2. caut. 2. num. 2.* Petr. Magdalen. *de numero teſtium in teſtament. reg. p. 2. c. 8. à princip.* Boët. *deciſ. 93. à num. 2.* Cened. *ad Decretal. collect. 159. n. 1.* Perez *l. 1. verſ. dubitari licet, tit. 2. lib. 5. Ordin. pag.* 85. Spin. *in ſpeculo teſtament. gloſſ. 31. prin. à num.* 34. Maſcard. *de probat. conclu. 1352. n. 27. cum ſeqq.* Menoch. *de præſumpt. lib. 1. præſumpt. 80. num. 21. cum ſeqq.* Valaſc. *conſil. 74. num. 2. cum ſeqq.* novè Ioan. Valer. *in tract. de differentiis inter utrumque forum, verbo teſtam. different.* 1. aſſerentes in ditionibus Eccleſiæ, id eſt, Romano Pontifici quoad utramque juriſdictionem, tam temporalem, quàm ſpiritualem ſubjectis, & quoad utrumque forum tam Eccleſiaſticum, quàm ſæculare, locum habere hujus textus deciſionem, non verò in terris Imperii, ſive alterius Principis, in quibus jus civile de ſeptem teſtium numero obſervandum eſt. Licèt defendi poſſit, quod Paul. Comitol. *reſponſ. moral. lib. 7. quæſt. 1. n. 8.* dicat textum *in præſenti*, generalem eſſe, & ubique eandem vim obtinere. Communis tamen DD. ſententia tenet Pontificem hic voluiſſe recedere à ſolemnitate juris Civilis circa teſtium numerum, quamvis conſuetudine Epiſcopatus, de quo agit, fuiſſet recepta, & inſuper formam dediſſe ad teſtamentorum factionem in ſuo foro Canonico obſervandam, unde text. hic obſervabitur non ſolùm in terris Eccleſiæ, ut communiter volunt DD. citandi, ſed etiam in aliis quibuſcumque, in ſuo tamen foro, & ideò leges civiles in hac materia in terris Imperii in viridi manent obſervantia, & in foro ſæculari omninò ſervandæ erunt, & hæc eſt mens communis Doctorum, qui text. hunc interpretantur, ut tantùm procedat in provinciis Eccleſiæ temporaliter ſubjectis, non verò in illis, quæ in dominio, & juriſdictione Imperatoris ſunt: itaque mens illorum eſt, ut utrumque jus in ſuo foro ſervetur, & neutrum abrogatum per alterum cenſeatur, atque ita intellexere *gloſſ. penult. hîc*, & omnes communiter, refert plures cum quibus dicit moribus receptum Covarr. *hîc, n.* 12. Cano *de locis Theolog. lib. 6. c. 8. in ſolut. 4. argum. pag.* 231. Menoch. & Spin quos refert Cened. *ad Decretal. collect. 159. n. 6. in fine*, Sotus *de juſtit. lib. 4. q. 5. art. 3. col. pen.* Clar. *§. teſtamentum, q. 6. n. 1. & 2. & q. 57. n. 3.* Turzan. *commun. q. 44.* Menoch. *de ſucceſſ. §. 12. n. 19. & §. 22. n. 47.* Viv. *tom. 1 commun. opinion* 343. Craſſ. *in §. teſtamentum, q. 16. n. 3.* Molin. *de juſtit. tract. 2. diſp. 133. col. 5.*

3 *Quia verò à divina lege, &c.*] Veteri ſcilicet judiciali, quæ ait: In ore duorum, vel trium teſtium ſtat omne verbum, quam legem judicialem morte Chriſti ſublatam voluit Innocentius III. *hîc*, in locis temporali Eccleſiæ ſubjectis ſervari in teſtamentis, ut per Azor. *inſtit. moral. p. 2. lib. 5. cap. 4. q. 3. verſ. quintò objicitur.*

Verùm hic textus difficilis eſt dum reprobat conſuetudinem tanquam injuſtam, & legi divinæ contrariam, quæ in teſtamentis ſeptem teſtes requirit: difficultas ex eo provenit, quia nulla reperitur lex divina neceſſariò obligans, quæ vetet ex juſta cauſa plures teſtes exigere, illa enim *Deut.* 17. In ore duorum, vel trium ſtat omne verbum, judicialis erat, quæ per adventum Chriſti Domini expiravit, ex reg. *cap. unic. de purificat. poſt partum, & cap. tranſlato, de conſtit.* tum quia juſtiſſima erat ratio, propter quam lex civilis ſeptem teſtes in teſtamentis exigit, ut ſcilicet falſitatis occaſiones evitaret, quibus morientium voluntates ſubjectæ ſunt, *l. ult.* ibi, *ne quid falſitatis incurrat. C. de fideicom.* opt. text. *in §. 1. in fine, Inſtit. de teſtam.* Sed omiſſa interpretatione Connani *comment. juris Civilis lib. 9. c. 2. ad fin.* quem meritò reprehendit Luſitanus noſter Barthol Philip. *in tract. del conſejo de Principes, diſcurſu 8. privileg.* 24. omiſſiſque aliis de quibus per *gloſſ. penult. in præſenti*, & Beroi *à n.* 43. Menoch. *de ſucceſſ. creat. §. 22. à princ.* Mantu. *dialogo* 60. Ceval. *commun. contra commun q. 319. & 700.* Fachin. *controverſ. juris lib. 6. c.* 47. Reſpondetur ex mente Fortunii *de ultimo fine, il. 15. à n.* 168. Covar. *in præſenti, n.* 3. Caniſ. *de locis Theologicis, lib. 6. c. 8. verſ. ad quartum*, Pontificem *in præſenti* non reprobare conſuetudinem tanquam injuſtam, & legi divinæ contrariam, ſed quia, ut habet litera, id quod conſuetudo introducebat, alienum erat, id eſt, diverſum, & non conforme divinæ legi veteri, & olim obliganti; ſed non inde ſequebatur illam eſſe injuſtam, & alicui divinæ legi contrariam; & ideò adjecit Pontifex illud idem alienum eſſe à Sanctorum Patrum inſtitutis, & Eccleſiæ conſuetudini, quæ omnia per ſe non ſat erant, niſi Pontifex illis motus novè conſuetudinem improbaret, & contra illam in terris Eccleſiæ novum jus conſtitueret, ut patet ex verbo, *decernimus.* Accedit quia ſi advertas etiam text. ille decernit aliquid non conforme prædictæ divinæ legi, quæ in ore duorum, vel trium omne verbum ſtare jubet; ſiquidem Papa ultra duos, vel tres neceſſariò parochum requirit, ut ex Fortun. notat Covar. *ubi ſuprà.*

Patet igitur ex ſupradictis, Pontificem *in præſenti*, tam in deciſione, quàm in ratione optimè proceſſiſſe: in deciſione, quia ſecundùm receptam, & veram ſententiam non generaliter abrogat leges civiles, quæ in teſtamentis in ſuo foro, & inter ſuos ſubditos teſtes requirunt; ſed ſolùm negat illas eſſe obſervandas in terris temporali Eccleſiæ dominio ſubjectis, qualem conſtat eſſe Epiſcopatum Oſtien. de quo *in præſenti*, ut patet ex ſuperſcriptione, juncto text. ibi, *in tuo Epiſcopatu*, indéque colligitur in terris Principis ſæcularis deciſionem hujuſmodi obſervandam non eſſe, ut concludunt gloſſ. Ioan. Andr. Zabarel. Abb. & alii communiter, teſte Covar. *hîc, num.* 12. ultra proximè citatos Valaſc. *conſil. 74. n.* 4. Spin. *in ſpeculo teſtament. gloſſ. 31. n.* 38. Menoch. *de præſumpt. lib. 1. præſumpt. 80. à num.* 21. Rationes etiam optimè adaptantur; non enim inquit hic text eſſe contra legem divinam requirere plurium teſtium, quàm duorum, vel trium numerum, imò id in pluribus caſibus licitum eſſe probat idem Alex. III. *in cap. licet univerſis, in fine, de teſtibus*, ubi notavit gloſſ. & latè Menoch. *illuſtr. c. 14. n. 3.* qui unus exempli cauſa nobis ſufficit *in cap. præſul, 2. q.* 4. Solùm ergo, ut ex littera apparet, inquit Alexand. conſuetudinem illam Epiſcopatus Oſtienſis eſſe alienam, id eſt, diverſam à lege divina, ut *ſuprà* ponderavit; quam tamen rationem ex ſe ſufficientem non eſſe ad annullandam conſuetudinem, benè intellexit idem Pontifex, ideoque alias ſubjungit rationes, ſcilicet quod eſſet aliena à Sanctorum Patrum

inſtitutis, & generali Eccleſiæ conſuetudine, quæ nunquam in terris Eccleſiæ illam admiſit ſolemnitatem juris Civilis de numero ſeptem teſtium in teſtamentis, ac ſubinde indecens videbatur conſuetudo Epiſcopatus Oſtienſis ſubjecti in temporalibus Eccleſiæ, dum non obſervat generalem Eccleſiæ conſuetudinem, contra reg. text. *in cap. quæ contra mores 8. diſt.* cum ſimilibus.

Ad illam igitur auctoritatem, *in ore duorum*, &c. ex ſententia D. Thomæ 1. 2. *q.* 105. *art.* 2. *in corpore, & ad* 8 *& q.* 70. *art.* 2. Soar. *tit. de leg. jur. n.* 30. & aliorum, reſpondetur pertinere ad præcepta divina, non moralia, quæ etiam hodie vim habent, ſed judicialia, quæ ad ſtatum illius populi, cui data ſunt, pro eo tempore pertinebant, & juſtitiam tunc illi convenientem continebant, & per adventum Meſſiæ, & Evangelii prædicationem non ſolùm mortua, imò & mortifera ſunt, *d. cap. tra ſlato*, D. Thom. 1. 2. *q.* 104. *art.* 3. Tiraq. *de retract. tit.* 1. *in præfat. à n.* 8. Covar. *lib.* 1. *var. c.* 1. *n.* 10. explicans gloſſ. per text. *ibi, in cap. ult.* 6. *diſt.* Et licèt ea auctoritas *Matth.* 18. referatur à Chriſto Domino, non conſtituitur illic præceptum Evangelicum novæ legi: tum quia non præcipit Dominus omne verbum ſtare in ore duorum, vel trium, prout in lege veteri præceptum erat, ſed explicans præceptum naturale de fraterna correctione jubet adhiberi unum, vel duos teſtes, itaut in ore duorum, vel trium ſtet, & exiſtat verbum, & fiat plena probatio, prout in lege veteri judiciali ex duobus, vel tribus teſtibus fiebat: tum etiam, quia receptum eſt ex D. Thoma 1. 2. *q.* 108. *art.* 1. *&* 2. *quodlibet.* 4. *art.* 3. Sot. *lib.* 2. *de juſtit. q.* 8. *art.* 2. Covar. *d. c.* 10. *& de ſponſalib. p.* 2. *c.* 6. §. 10. *n.* 1. in lege Evangelica nullum contineri præceptum, quod non ſit naturale, exceptis iis, quæ pertinent ad articulos Fidei & Sacramenta: planè illud, *In ore duorum*, &c. nec eſt naturale ex ſupradictis, nec ad hujuſmodi articulos, vel Sacramenta ſpectat. Tandem, quia ex eodem D. Thoma *d. art.* 2. *in corpore, & ad* 4. *& art.* 3. *ad* 3. Chriſtus Dominus in Evangelio nulla conſtituit præcepta cæremonialia, vel judicialia, ſed ea omnia humano arbitrio reliquit, licèt nonnulla ex judicialibus legis veteris propter depravatam Phariſæorum intellectum explicaverit, ſic ſanè *in cap. novit, de judic. & in cap. licet univerſis, de teſtibus*, cum aliis, auctoritas illa non refertur, nec Domino tribuitur quaſi ab illa renovata velit præceptum vim hodie habeat obligandi tanquam divina antiqua, & antiquata, cujus Dominus in Evangelio mentionem fecit, & allegatur, & expenditur à Pontificibus ut exemplar, & ratio ad juſtificandam legem humanam, quæ juſtiſſimè ſe conformat cum iis, quæ olim Dominus ad juſtitiam ſervandam in judicio præcepit, & Chriſtus Dominus in Evangelio retulit: ſic *in tit. de decimis*, & aliis in locis ad confirmationem eorum, quæ lex humana ſtatuit, adducitur auctoritas divina, quæ olim obligabat, & hodie antiquata eſt quoad vim obligandi: ſic *in tit. de injur.* nonnulla præcepta legis veteris judicialis à lege Eccleſiaſtica innovantur, & velut humana, non verò tanquam divina obligant.

4 *Eſſe alienum.*] Non quod ei omninò adverſetur, ſed remotum, hoc eſt, eſſe ultra jus divinum, ut per Menoch. *d. præſumpt.* 80. *n.* 22.

5 *Cum ſcriptum ſit*, In ore duorum, &c.] Vide Ant. Gom. *l.* 3. *Tauri, n.* 14. Perez *tit.* 2. *lib.* 5. *Ordin. pag.* 84. Sayr. *in clavi Regia, lib.* 12. *c.* 21. *n.* 24. Cald. Pereira *de poteſtate eligendi, c.* 7. *n.* 4. Et nota quod quamvis numerus duorum teſtium ſit approbatus non ſolùm jure humano, ſed etiam naturali, & divino, non tamen inde ſequitur, quod amplior numerus ſit reprobatus, quia nec lex naturalis, nec divina prohibet, quin ex cauſa plurium aliquando fides ſit neceſſaria, juxta ea, quæ tradunt Covar. *in præſenti, n.* 4. Sotus *d. art.* 3. *verſ. at verò, ut cum debita reverentia*, Menoch. *de arbitrar. lib.* 1. *q.* 80. *ex n.* 23. Perez *l.* 1. *tit.* 2. *lib.* 6. *Ordin. pag.* 84. *à princip.*

Coram Presbytero ſuo.] Id eſt, proprio parocho, ita 6 quod non ſufficiat alius Preſbyter, Cened. *d. collect.* 159. *n.* 2. ubi refert Renat. Chopin. *de ſacro polit. lib.* 3. *tit.* 1. *n.* 1. Petr. Magdalen. *de numero teſtium in teſtam. req. p.* 2. *c.* 8. *n.* 5. nam ſine illo teſtamentum eſſe nullum, reſolvit Marc. Ant. Genuenſ. *in practic. Eccleſ. q.* 660. Nec inconvenit quod Preſbyter parochialis ad teſtamentum accedat tanquam Notarius; adhuc enim teſtamentum cum duobus teſtibus valere tenet Maſcard. *de probat. concl.* 1352. *n.* 29. An autem præſentia Parochi poſſit ſuppleri per Confeſſorem, vide Burg. de Pace *l.* 3. *Tauri, ex n.* 799. *in fine.*

Vel duabus aliis perſonis.] Ergo quatuor teſtes ſuffi- 7 ciunt ſine Preſbytero parochiali, numerum enim duorum teſtium ſuperadditum ſupplere defectum perſonæ Preſbyteri, reſolvunt Maſcard. *d. concl.* 1352. *n.* 28. Clar. *d. q.* 57. *n.* 3. eſt tamen in hoc videndus Covar. *hic, n.* 13. & Abb. *num.* 12. Boër. *d. deciſ.* 93. *n.* 4. *in fine.* Petr. Magdalen. *d. c.* 8. *ex n.* 9. Burg. de Pace *d. l.* 3. *Tauri, ex num.* 534. Cavaler. *deciſ.* 497. *n.* 3. Ioſeph Ludoviſ. *commun. concluſ. tit. de teſtam. concl.* 12. *verſ. facit primò.* Cald. *conſ.* 8. *circa med. verſ. ſed poſito, de teſtam.* Rota *in Hiſpalenſi præeminentiarum*, 4. *Iulii* 1625. coram R. P. D. meo Coccino Decano, *in verſ. & in omnem, in fine*, Mench. *de ſucceſſ.* §. 21. *n.* 1. Vivian. *d. opin.* 343. plures, ut per Cened. *d. collect.* 159. *n.* 2. *col.* 3. quod ex eo ſuadetur, quia duo teſtes in quacunque materia gerunt vicem unius, quamvis maximæ ſit auctoritatis, arg. *cap. cum a nobis* 28. juncto *cap. licet univerſis* 23. *cap. licet ex quadam* 47. *verſ. cum ſecundum, de teſtibus.* Ergo quamvis parochi magna ſit auctoritas illius vices duorum teſtimonio ſuppleri poterunt. Non obſtat *l. obligari* 9. §. *tutor, ff. de auctoritate tut.* & Concilium Trident. *ſeſſ.* 24. *de reform. matrim. c.* 1. *verſ. qui aliter*, quia reſpondetur in terminis hujus text. præſentiam parochi non requiri pro forma cum decreto irritanti, ſicut *in d. §. tutor*, præſentia tutoris, & *in d. verſ. qui aliter*, præſentia parochi, ſeu alterius Clerici de parochi, ſeu Ordinarii licentia, ſed per modum circumſtantiæ qualificantis teſtimonium duorum, vel trium: unde eſt quod in ejus defectum non ſufficit præſentia alterius Preſbyteri, ita Dilect. *de arte teſtandi, tit.* 2. *cautel.* 2. *num.* 3. qui quidem teſtes debent eſſe rogati, ut per Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 93. *à princip.* & citato Romano *conſ.* 306. tradit Fulch. *lit. C, ſing.* 28.

Utrùm fœmina poſſit eſſe teſtis jure Canonico in hoc teſtamento? quæſtio eſt dubia, in qua pro parte negativa, quæ verior eſt, expendit Covar. *hic, num.* 24. verba hujus text. ibi, *perſonis idoneis*, quæ ſatis inſinuant Pontificem requirere duos, vel tres teſtes, non quoſcunque, ſed idoneos: planè idoneus teſtis attento jure Civili (quod in propoſito nullibi reperies emendatum) non eſt fœmina, *l. qui teſtamento* 20. §. *cum qui*, *verſ. mulieri, ff. hoc tit. l. hac conſultiſſima, in princ. C. eod. §. teſtes, Inſt. eod.* cum aliis citatis per Graſſ. §. *teſtamentum, q.* 18. *n.* 4 & Cened. *d. collect.* 159. *n.* 3. quo potiſſimùm fundamento ne ſine lege recedamus à jure Civili, quod Pontifices in dubio cenſentur amplecti, *c.* 1. *& ſeq. de novi operis nunt.* hanc partem ſequuntur rectiùs ſentientes Alex. Dec. Tiraq. & alii, quos refert & ſequitur Covar. *hic, num.* 14. affirmat veriorem, & magis communem Clar. *d. q.* 55. *n.* 3. *ad fin.* refert plures, quos ſequitur Graſſ. §. *teſtamentum.*

q. 57.

q.57.n.3.Valaſc. conſ.113.num.13. Perez, Spin.& alii quos diligenter refert Cened. d. collect.159. num.3. Quamvis oppoſitum, imò in teſtamentis fœminam idoneum eſſe teſtem, defendat Abb. hic,n.3.& in cap. relatum,il 1.n.3.hoc tit. cujus opinionem communem affirmat Iaſon in d.l.hac conſultiſſima, in princ.num.9. C.hoc tit. ſequuntur Crot. Mench.& alii,ut per Craſſ. ubi proximè.

8 *In extrema fecerint*,&c.]Ergo text.loquitur in teſtamentis tantùm confectis ab ægrotis,& perſonis infirmis,ut per Cened.d.collect.159.n.7.addens hunc text. eo tantùm caſu reprobare, & corrigere conſuetudinem, & leges civiles ampliorem numerum requirentes, ex ea ratione,quia infirmus non ita facilè ſemper poteſt convocare teſtes, ſed ut poteſt voluntatem ſuam explanat parocho,qui ut medicus,& judex animæ ſuæ in eo vitæ periculo, & conflictu frequenter adeſt cum infirmo.

9 In gloſſ. *Sub interminatione*, ibi, *non credo quod ſit Canon latæ ſententiæ, ſed ferendæ.* Notatur ad hoc, quod verba illa, *ſub interminatione anathematis*, vel ſimpliciter, *ſub excommunicatione*, non ſunt latæ ſententiæ,ſed ferendæ,ut per Duen. reg.782. Tiraq. in l. ſi unquam, verbo revertatur, num.255. Sayr. in clavi Regia, lib.3.cap.8.n.19. Card.Tuſch. verbo privatio, concl.719.n.14.& verbo pœna,concl.238.n.5.& verbo comminatio,concl.477.n.1.Ioan.Salas de legibus,q.96. tract.14.diſp.15.ſect.3 n.41. verſ.unde quando lex,& ſect.6.n.77.in princ. Soar.in ſimili tractatu,lib.5.c.6. n.4.Farin.fragment.crimin. p.2.verbo lex, n.69.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes duo, vel tres ſufficiunt pro relictis Eccleſiæ, vel legatis piis, quia in his non eſt judicandum ſecundum leges, ſed ſecundum Canones.*

2 *Textus in præſenti differt à deciſione textus præcedentis, quia ille agit de teſtamento ad cauſas prophanas, hic verò ad pias cauſas condito.*

3 *Vltima voluntas pietatis cauſa facta coram duobus, aut tribus teſtibus valet, non obſtante juris civilis diſpoſitione de ſeptem,vel quinque teſtibus adhibendis.*

4 *Teſtamenti vim obtinet in piis cauſis ſola ſubſcriptio manu teſtatoris ſine teſtibus facta.*

5 *Solemnitas rogitus teſtium non eſt neceſſaria in teſtamentis ad pias cauſas.*

6 *Legata pia peti poſſunt coram judice Eccleſiaſtico ab hærede laico.*

CAP. Relatum j. XI.

1 DVo, vel tres teſtes ſufficiunt pro relictis Eccleſiæ,vel legatis piis, quia in his non eſt judicandum ſecundùm leges,ſed ſecundùm Canones. Colligunt ex Ord. Abb. antiq Innoc.Collect.Zabar.Barbat. Ioan.Andr. Imol. Anan. Butr. Anchar. Hoſt. Henric. Panorm.Caniſ Cened.collect.91.Vivian.in ration.lib.3. juris Pontif.pag.112.Alagona in compend.juris Canon. pag.450.remiſſivè,Caſal.in annot.& Ximen.in concord. p.1.& 2.refertur ab Ant.Auguſt. collect.1.Decret. lib.3. tit.22.c.10. & eſt poſt Concil.Lateran. p.50.c.8.

2 Textus *in præſenti*,in eo diſtat à ſuperiori,quod hîc de teſtamento ad pias cauſas agatur, in ſuperiori verò ad prophanas cauſas, idque apertè hinc colligitur, quod in teſtamento ad pias cauſas duo teſtes ſufficiant per hunc text. in altero verò præter duos teſtes etiam parochi præſentia requiratur, ſicut conſtat ex ſuperiori cap.cùm eſſes: itaque concluſio ex hoc text. communiter deſumitur,quod ultima voluntas pietatis 3 cauſa facta coram duobus, aut tribus teſtibus valet, non obſtante juris Civilis diſpoſitione de ſeptem, vel quinque teſtibus adhibendis: ita Clar. in §. teſtamentum, q.6. n.2. Coſt. in cap. ſi pater, p.1. verbo in ſuo teſtamento,n.8.& ſeqq. Tiraq. de pia cauſa, privileg.2. & 164. Cened. ad Decret. collect. 91. & collect.159. n.3. Magdalen. de numero teſtium in teſtam. p.2.c.1.ex n.2.& c.9. Gama Luſit.deciſ.46.n.3.& deciſ.81. n.2. Card.Mantica de conject.lib.6.tit.3.ex n.4. Thoming. Lipſienſi deciſ.4. quem refert Aloyſ. Ricc. in collect. deciſ. p.1. collect.229.verſ.ſecundò,Craſſ.in §.teſtamentum,q.18.n.2. Valer. de differentiis inter utrumque forum,verbo teſtament.differ.8.Petr.Gilchen.in comment. ad l.1.n.8.C.de ſacroſ. Eccleſ. Maſcard. de probat.concluſ.763.n.10.& concl.1171.n.13. Surd. deciſ.292. n.2. cum ſeqq. Cevall. commun. contra commun.q.318. Valaſc. conſ.74 n.4.10. & 13. & conſ.117. num.22. Cald.Pereira in l.ſi curatorem, verbo hunc contractum, n.32.Cardoſ. in praxi judicum,& advocat.verbò teſtamentum,n.43. Negreiros in introd. ultim.volunt. lib.3. cap.14.n.23. Hortenſ.Cavalcan. in pract. de teſtibus, lib.2.n.60. Molin. de juſtit.tract.2.diſp.134.n.4. Leſſ. eod.tract. lib.2. c.19.dub.2. Sanctar.variar.in cap.70. Rota in una Romana de Alteriis, 11. Decembris 1582. coram Cantuccio.Multa namque privilegia piis cauſis 4 conceduntur,& in eis ſola ſubſcriptio manu teſtatoris ſine teſtibus facta vim teſtamenti obtinet, Tiraq. de privileg. piæ cauſæ, privil.4. Azeved. l.1. n.31. tit.4. lib.5. novæ recopil. Valaſc. conſ.67.n.8. Cabed. Luſit. deciſ.129.n.12. p.1. & in teſtamentis ad pias cauſas 5 non eſt neceſſaria ſolemnitas rogitus teſtium, ut per Covar. hîc,n.4. Clar. d.qu.6,n.3. verſ. ſecundò infertur. Stephan.Gratian. diſcept.forenſ. cap 93.num.8. Tiraq. d. tract. privil.3.

In gloſſ. *Decretum*, fin. ibi, *ad Eccleſiaſticum judicem pertinere*,&c. Notatur ad hoc, quod legata pia 6 peti poſſunt coram judice Eccleſiaſtico ab hærede laico,ut per Tiraq.d.tract. privileg.149.Gutier. pract. lib.1. q.43. n.2.& lib.3. q.29. n.8. Surd. de aliment. tit. 8. privileg. 9. num.4.

SVMMARIVM.

1 *Clericus teſtari poteſt de propriis, in acquiſitis verò per Eccleſiam, etiamſi ſint mobilia, ſuccedit Eccleſia, vel ſucceſſor; poteſt tamen aliqua ſervitoribus,vel pauperibus elargiri; ſi autem defunctus habet plures Eccleſias, vel beneficia, fiet æquè diviſio inter illa.*

2 *Clericus teſtari non poteſt de fructibus beneficii,vel de bonis occaſione dictorum fructuum acquiſitis.*

3 *Eccleſia dicitur ſingularis fidelium congregatio.*

4 *Capitulum habet intentionem fundatam ſuper adminiſtratione bonorum, & redditaum Eccleſiæ.*

5 *Conſuetudo valet,qua permittitur beneficiarius teſtari de bonis ex beneficio acquiſitis in uſus pios, vel ad illos remunerandos, qui ipſis viventibus inſervierunt.*

6 *Prælatus poteſt conſanguineis emphyteuſim concedere.*

7 *Adminiſtratores bonorum Eccleſiæ, vel minorum poſſunt donare remunerationis cauſa.*

8 *Donatio remuneratoria meritis æquipollere debet.*

9 *Teſtari liberè poteſt Clericus de his, quæ acquirit ex induſtria, vel doctrina ſua.*

10 *Clericus ſi habeat beneficia in duabus Eccleſiis, fructus ab eo relicti inter eas per congruam, & proportionatam æſtimationem dividi debent.*

CAP.

Cap. Relatum ℣. XII.

1 Bona Clerici defuncti acquiſita per Eccleſiam, ad illam pertinent; appellatione verò Eccleſiæ, venit collegium, vel communis congregatio, vbi adeſt, ſed ubi non eſt, intelligitur ſucceſſor, & per bona intelliguntur mobilia, & immobilia, quæ ſucceſſor in Dei timore diſpenſare debet. De mobilibus bonis, ubi fuerit conſuetudo, poſſunt dari aliqua pauperibus, vel religioſis locis, vel iis, qui viventi ſervierunt, ſive conſanguinei ſint, ſive alii, juxta ſervitii meritum. Qui acquiſivit ex hæreditate, vel artificio, vel doctrina, moriens poteſt ad libitum diſtribuere. Item qui diverſis locis diverſa habent beneficia, bona relicta dividi debent inter ipſa ſecundùm congruam æſtimationem pro rata. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabar. Butr. Imol. Anan. Hoſtienſ. Henric. Anchar. Boich. Panorm. Covar. Henric. Caniſ. Boët. Eppo, Vivian. *in rationali lib. 3. juris Pontificii, pag. 222.* Alagona *in compend. juris Canonici, pag. 450.* remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. part. 1. & 2.* & refertur ab Anton. Auguſt. *collect. 1. Decret. lib. 3. tit. 14. cap. 1.*

2 *Bona qualibet per Eccleſiam acquiſita,* &c.] Notatur ad hoc, quod Clericus teſtari non poteſt de fructibus beneficii, vel bonis occaſione dictorum fructuum acquiſitis, ut per Surdum *de aliment. tit. 9. quæſt. 12. n. 2.* Valaſc. *de partit. cap. 35. n. 4.* D. Barboſ. *in l. divortio, in princip. part. 1. n. 59. & n. 91. ff. ſoluto matrim.* Bonacin. *var. tract. lib. 1. tract. de obligatione benef. diſp. 4. punct. 3. n. 1.*

3 *Nomine autem Eccleſiæ,* &c.] Notatur ad hoc, quod Eccleſia dicitur ſingularis fidelium congregatio, ut per Iſid. Moſcon. *de majeſt. militantis Eccleſiæ, prælud. lit. B, fol. 4.* Nicol. Gimont. *de gratia expect. cap. 1. verſ. Eccleſia, n. 14.* Sanch. *de matrim. lib. 2. diſp. 15. n. 20.* Ioan. Anton. Maſſobr. *in ſua praxi habendi concurſum ad vacantes parochiales Eccleſias, prælud. 2. num. 26. cum ſeqq.* Ovid. de Amicis *de jure emphyt. in repet. cap. potuit, de locato in principio text. à num. 5.* Cardin Tuſch. *tom. 1. lit. E, concl. 2.* Vide latè *ad rubr. de Eccleſ. ædific.*

4 *Quæ rerum illarum,* &c.] Notatur ad hoc, quod Capitulum habet intentionem fundatam ſuper adminiſtratione bonorum, & redditum Eccleſiæ, ut per Abb. *hic, num. 5.* expreſsè dicentem quod Capitulum adminiſtrat bona communia intuitu Eccleſiæ acquiſita, refert, & ſequitur Rota *in Valentina adminiſtrationis, 2. Decembris* 1587. coram D. Bubalo apud Farin. *deciſ. 9. p. 1. recent.*

5 *Conſuetudinis tamen,* &c.] Ergo valet conſuetudo, qua permittitur beneficiariis teſtari de bonis ex beneficiis acquiſitis in uſus pios, vel ad eos remunerandos qui ipſis viventibus inſervierunt, ut per Azor. *inſtit. moral. p. 2. lib. 8. cap. 4. q. 4. verſ. & hæc omnia,* Valaſc. *d. c. 35. n. 7.* Vnde benè infertur, Clericum de prædictis fructibus in opera non pia diſponere minimè poſſe tempore mortis ſub peccato mortali, nam dum text. hic admittit conſuetudinem diſponendi de prædictis bonis in opera pia, & in ſatisfactionem ſervitiorum, tacitè reprobat ſupradictam conſuetudinem diſponendi ad alia non pia, ut per Navar. *de redditib. q. 3. n. 10. & in apologia, q. 1. monitu 50. & q. 3. monitu 2. & 3.* Anton. Molin. *de inſtruct. Sacerd. tract. 2. c. 15. §. 2. cum ſeqq.* Ludov. Beja *reſponſ. caſuum conſcientiæ, p. 2. caſu 1.* Greg. Lopez, Sarmiento. Rebuff D. Barboſam, & alios, quos refert & ſequitur Ioan. Valer. *de differentiis inter utrumque forum, verbo teſtamentum, different. 21. verſ. at in foro.*

Sive conſanguinei ſint, ſive alii.] Ergo Prælatus po- 6
teſt conſanguineis emphyteuſim concedere, ut per Cald. Pereira *de poteſtate eligendi, cap. 13. n. 8.*

Juxta ſervitii meritum.] Notatur ad hoc, quod admi- 7
niſtratores bonorum Eccleſiæ, vel minorum poſſunt donare remunerationis cauſa, dummodo merita forent æquivalentia rebus donatis, ut per Tiraquel. *in l. ſi unquam, verbo donatione largitus, n. 25.* Vivian. *tom. 1. commun. opin. lib. 5. tit. 23. n. 21. verſ. unde, pag. 761.*
Donatio enim remuneratoria meritis æquipollere de- 8
bet, nam ſi excedat, in exceſſu eſt donatio ſimplex. Molin. *de primog. lib. 1. cap. 8. n. 17.* Ioan. Garc. *de donatione remuner. num. 31.* Sanch. *de matrim. lib. 6. diſp. 6. num. 6.* Surd. *conſ. 164. n. 33. & ſeq.* Honded. *conſ. 47. n. 34. lib. 1.* Franc. Molin. *de ritu nupt. lib. 3. q. 1. n. 113.* Pereira *conſil. 76. n. 27. & 28.* me citato *in hoc loco,* D. Mar. Cutel. *de donat. inter patrem & filium, tract. 1. diſc. 2. partic. 13. n. 41. pag. 402.* Donat igitur Prælatus ex cauſa remunerationis, Iaſ. *conſ. 10. n. 18. vol. 3.* Bec. *conſ. 129. n. 26. vol. 2.* novè Octav. Glorit. *reſp. 1. p. 2. num. 33.* pariter & tutor donare poteſt propter benemerita, *l. cùm plures, §. cum tutor,* ubi gloſſ. *ff. de adminiſt. tut.* Roman. *conſ. 50. verſ. rurſus videtur,* Surd. *conſ. 140. n. 34.* & faciunt quæ Steph. Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 202. n. 4. & 5.*

Caterum quod ex hareditate, &c.] Notatur ad hoc, 9
quod de his, quæ Clericus acquirit ex induſtria ſua, vel doctrina, liberè teſtari poteſt, ut per Azor. *inſtit. moral. p. 2. lib. 7. c. 10. q. 1.* Valaſc. *de partit. cap. 35. n. 2.* D. Barboſ. *in d. l. divortio, in princ. p. 2. n. 66.* & alios citatos *ad cap. Ad hæc, n. 2. ſupr. hoc tit.*

Quia verò nonnulli in diverſis Eccleſiis, &c.] Nota- 10
tur ad hoc, quod ſi quis Clericus beneficia habeat in duabus Eccleſiis, fructus ab eo relicti inter eas per congruam & proportionatam æſtimationem dividi debent, ut per Abb. *hic, n. 10.* Barbat. *conſ. 39. n. 6. verſ. ſed potuit, & verſ. ſunt ergo, vol. 4.* Azor. *inſtit. moral. p. 2. lib. 7. c. 2. q. 7. verſ. verum,* Bellet. *diſquiſit. clerical. p. 1. tit. de bonis Clericorum, §. 2. n. 6.*

SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum tenet ubi quis extremam voluntatem ſuam alterius diſpoſitioni committit, & dicitur teſtatus ad pias cauſas,* & n. 2.

3 *Executores, quando nullo hærede inſtituto deputantur, cenſentur hæredes inſtituti cum onere diſtribuendi bona in pias cauſas.*

4 *Teſtamentum nutu, & ſignis conditum valet ad pias cauſas.*

5 *Teſtamentum ad pias cauſas ratione incertitudinis non vitiatur.*

Cap. Cùm tibi XIII.

Teſtamentum ad pias cauſas in alienum arbitrium 1
conferri poteſt. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Imol. Anan. Butr. Hoſt. Panorm. Anchar. Henric Boich. Henric. Caniſ. Cened. *collect. 67.* Viv. *in ration. lib. 3. jur. Pont. pag. 224.* Alagona *in compend. juris Canon. pag. 450.* remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Ant. Auguſt. *collect. 3. Decret. lib. 3. tit. 19. c. 1.*

Hanc eandem concluſionem ex hoc text deſumunt Clar. *in §. teſtamentum, q. 6. n. 6.* Tiraq *de pia cauſa, privil. 64. & in tract. le mort, part. 3. declarat 5. n. 14.* Olan. *in antinom. lit. H. ex num. 3. & ex n. 9.* Sarmiento *lib. 2. ſelect. cap. 4. & cap. 6. ex n. 33.* Connan. *comment. juris Civilis lib. 20. cap. 6. num. 5.* Alciat. *lib. 2. parerg. cap. 31.*

cap.31. Guillelm.Bened. *in cap.Raynutius, verbo condidit, il* 1. *ex num.*1. Anton.Gabr.*lib.6.commun.opin. tit.de pia cauſa,concl.*3.Petr.Magdal.*de numero teſtium in teſtament.requiſ.part.*2.*cap.*4.*ex n.*18.Matienzo *l.*5. *gloſſ.*1.*& ſeq.& l.*6.*gloſſ.*3.*tit.*4 *novæ recop.* Ant.Gom. *l.*31.*Tauri,n.*4. Valaſc.*conſult.*68.*num.*4.*& conſ.*145. *num.*5. Surd. *de alimentis,tit.*8. *privil.*17.*n.*5. ubi reſolvit per hunc text. incertitudinem perſonæ non vitiare legatum ad pias cauſas, vel alimentorum, Bart. & DD. communiter *in l. captatorias, ff. de hæred. inſtit.* Sarmiento *ſelect.lib.*2.*c.*4.*n.*8. Mench.*de ſucceſſ.* §.17.*n.*80. Peralt.*in l.ſi quis Titio,n.*22. *ff.de legat.*2. Craſſ. *verbo inſtitutio, q.*18. *n.*8. Sed hi DD. graviter laborant in præſtando vero intelligendi modo ad hunc text. nam communis arbitratur, ideò valuiſſe teſtamentum, quia teſtator committendo voluntatem ſuam alterius diſpoſitioni, videtur eum hæredem facere eo adjecto onere, ut bona ſua in pauperes, aut alios pios uſus diſtribuat: ita Innoc. *hic, verſ. alii dicunt*, communiter receptus ab utriuſque juris profeſſoribus, affirmat Abb. *hic,n.*4. explicat latè Peralt. *ubi proximè.* Alia communis arbitratur favore piæ cauſæ teſtamentum conferri poſſe in alienam voluntatem, dummodò per alienam non abſoluta, & libera voluntas, ſed arbitrium boni viri intelligatur, in eòque conſiſtere putat favorem piæ cauſæ, quod per alienam voluntatem intelligatur arbitrium boni viri: ita Bart. *in l.*1.*n.*4. *ff.de legat.*2. Guillelm.*in cap.Raynutius, verbo condidit, il* 1.*n.*8. plures ut per Covar. *hic,n.*12. Aliter atque aliter intelligunt Abb. antiq. Butr.*num.*2. Sarmiento *lib.*2.*ſelect.c.*6.*à n.*37. Sed rejectis his atque aliis intelligendi modis, in quibus cōfutandis non immoror, mihi videtur abſque ulla divinatione, & ſine ullo piæ cauſæ favore indiſtinctè intelligendum eſſe text.*in præſenti*, ut ſive in pia, ſive in prophana cauſa, ſufficiat ad hoc, ut quis legitimè teſtetur, quod vel nominatim hæres inſtituatur, vel illius diſpoſitioni bona committantur: patet quia attento jure Civili ab Imperatoribus poſtea approbato, teſtamentum valet ſub his verbis: *Lucius eſto*, vel *illius diſpoſitioni omnia mea committo, l.*1.§. *ſin autem, verſ. & ſi ita, ff.de hæred. inſtit. l.his verbis* 48.*in princip. ff.illo tit.*§ *ult.Inſtit.de hæred.qual.* ſi inſuper conſideres ſatis eſſe quod quis efficiatur dominus juxta receptam dominii diffinitionem: igitur cùm *in præſenti*, teſtator dixerit ſe alterius diſpoſitioni committere, cenſetur illum dominum, & ita hæredem facere, ut liberè de omnibus bonis diſponat, neque enim videntur magis ampla verba illa, *Lucius eſto*, de quibus *in d.verſ. & ſi ita*, quàm *Lucii diſpoſitioni committo omnia mea bona.* Et in his terminis dici non poteſt, teſtamentum committi in alienam voluntatem, ſed per illa verba cenſeri hæredem inſtitutum ſecundùm voluntatem propriam ipſius teſtatoris, ſicut per illa, *Lucius eſto*, ut *in d.verſ.& ſi ita*, & per illa, *dominus ſit mea hæreditatis*, ut *in l.his verbis*; & alia id genus.

Vtrùm autem inſtitutio ad pias cauſas poſſit liberè alterius voluntati committi? affirmativam tenet opinionem Covar. *hic,num.*12.Craſſ. *in* §.*inſtitutio,q.*18. *n.*8. Tiraq. *de privilegiis piæ cauſæ, privileg.*64. Clar. §.*teſtamentum, q.*6. *verſ. quartò infertur*, Padil. *in l.*1. *ff.de legatis* 2.*n.*50. Oppoſitum tamen, imò neque etiā ad pias cauſas inſtitutionem committi poſſe liberæ alterius voluntati, longè verius eſſe, & juris principiis magis conſonum, poſt Bald.Iaſ.& alios, dicunt Gabr. *commun. tit. de pia cauſa, concl.*3.*n.*6. & Sarmiento *lib.*2.*ſelect. cap.*4.*n.*8.

2 *In alterius diſpoſitionem committit.*] Intellige quando nullo hærede inſtituto deputantur executores, quia ipſi cenſentur hæredes inſtituti cum onere diſtribuēdi bona in pias cauſas, Tiraq. *tract. de mort, p.*7 *declar.*5. *num.*14. Menoch. *conſ.*369.*n.*10. Valaſc.*conſ.*68.*n.*4. Mendez à Caſtro *in praxi Luſitana, lib.*1.*c.*3.*n.*22.

In gloſſ. *Diſpoſitionem*, ibi, *ſic nutu de æquitate Canonica ſit teſtamentum*, &c. Notatur ad hoc, quod inſtitutio hæredis nutu facta, attento jure Canonico valere poteſt, non ſic attento jure Civili, de quo an verum ſit, vide gloſſ. *verbo inſcripſerit, in auth. ut ſponſalitia largitas*, §.*quia verò, collat.* 9. gloſſ. *verbo ex voce, in l.jubemus* 29.*C.hoc tit.* Iaſ. *in l.licet, prope finem, C.de pactis*, Covar. *hic,n.*4. Anton.Gomez *l.*3. *Tauri,n.*110.*ad finem*, Vivian.*tom.*1.*commun.opin.*145. *prope fin.* Clar. §.*teſtamentum, q.*37. Peralt. *in rubr. ff.de legatis* 2.*n.*11.*&* 15. 3

Notatur etiam ad hoc quod teſtamentum nutu, & ſignis conditum valet ad pias cauſas, ut per Anton. Gomez *l.*3.*Tauri,n.*110.Clar.*d.quæſt.*6.*num.*7. Tiraq. *in l.ſi unquam, verbo donatione largitus, n.*426. *& de pia cauſa, privil.* 8. Gam. *de Sacramentis præſtandis ultimo ſupplicio damnatis, q.*4. *num.*5. Vivian. *tom.* 2. *commun.opinion. lib.*6. *tit.*13.*n.*97. *verſ. ſed ubicunque, pag.*48. Cened. *ad Decretal.collect.*91.*n.*21. Mantic. *de conject.lib.*4.*tit.*4 *n.*8.

In eadem gloſſ. ibi, *& incertæ perſonæ bene poſſunt inſtitui hæredes.* Notatur ad hoc, quod teſtamentum ad pias cauſas ratione incertitudinis non vitiatur, utpote ſi inſtituti ſint pauperes, vel Eccleſia in genere, Tiraq. *de pia cauſa, privileg.*55.*&* 56. Rebuff. *de privileg. ſcholar. privil.*133. Cened. *d.collect.*91.*num.*3. Menoch. *conſ.*292.*n.*12. Perez de Lara *de anniverſ.& capellan.lib.*1.*c.*10 *n* 97.*cum ſeqq.* noviſſimè Buccaron. *de differentiis inter judicia civilia & criminalia, differ.* 100.*n.*18. Garc. Girond. *de privil.ſeu exempt. explicat. n.*1371.*& n.*1503. reſolvit quod pauperes conſanguinei ſemper ſunt præferendi in legato generaliter pauperibus relicto. Illud advertere oportet teſtamentum ad pia non valere ſi ſit imperfectum ratione voluntatis, ut per Guillelm. de Bened. *in cap.Raynutius, verbo teſtamentum, il* 1.*n.*71.*infrà hoc tit.* Viv.*d.tit.*13. *n.*96. Surd.*deciſ.*292.*n.*11.*cum ſeqq.* 4

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus de relictis Eccleſiæ quartam Epiſcopalem petere poteſt, licèt aliquid fuerit ſibi à teſtatore relictum, niſi in fraudem*, & n. 2.
3 *Canonica portio debetur ex eo, quod relinquitur Eccleſiis, vel piis locis pro anima, & pietatis cauſa.*
4 *Teſtamentum quis acceptare videtur ex ſimplici acceptatione legati.*
5 *Legatum acceptans tenetur onus injunctū agnoſcere.*
6 *Debitum compenſandi animo an cenſeatur relictum quod datur, vel legatur creditori, oſtenditur.*

Cap. Officii XIV.

Epiſcopo quando quis legavit aliquam portionem, & alia multa monaſteriis, vel Eccleſiis, Epiſcopus poteſt ſibi accipere portionem etiam de legatis factis monaſteriis, & aliis locis piis, niſi eſſent Regulares privilegiati à Papa. Si verò illam legavit partem Epiſcopo, ut eſſet illa ſola contentus, & Epiſcopus acceptavit, non poteſt de aliis accipere portionem, quia illis renunciaſſe videtur. Si verò pars relicta Epiſcopo eſſet minor portione debita & ſolita, tunc poteſt exigere portionem inſtitutam à Canone, quia fraus, & dolus nulli debent prodeſſe. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Imola, Ananias, Butr. Hoſtienſ. Anch. Henric. Boich. 1

Panormit,

Panormit. Covar. Henric. Caniſ. Cened. *collect.* 106. Vivian. *in rationali lib.* 3. *juris Pontif. pag.* 224. Alagona *in compend. juris Canonici, pag.* 451. remiſſivè Ximen. *in concord. part.* 1. *&* 2. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 3. *Decretal. lib.* 3. *tit.* 19. *cap.* 2. Prima pars hujus text. eſt *in cap. officii, de pœnit.* ſecunda *hîc*, & tertia *in cap. officii, de ſentent. excommun.*

2 Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſumunt Butt. *num.* 6. Abb. *num.* 4. & Covar. *num.* 3. *in præſenti*, Valdeſ. *ad Xuar. l.* 1. *tit. de las arrhas, n.* 36. *verſ. ſed pone*, D. Barboſ. *in l. ſi cùm dotem, §. ſi pater, n.* 31. *ff. ſoluto matrim.* quos refero ego ipſe *de officio, & poteſtate Epiſcopi, p.* 3. *alleg.* 86. *n.* 30. *&* 33.

3 *Monaſteriis, vel Eccleſiis.*] Notatur ad hoc, quod ex eo, quod relinquitur Eccleſiis, vel piis locis pro anima, & pietatis cauſa, Canonica portio debetur, ut per Franc. Leo *in theſauro fori Eccleſiaſt. part.* 2. *c.* 14. *num.* 6. Aloyſ. Ricc. *in praxi aurea, deciſ.* 209. *num.* 1. Fr. Ludovic. Miranda *in manuali Prælatorum, tom.* 2. *quæſt.* 48. *art.* 3. Valaſc. *conſult.* 105. *num.* 13. ubi declarat niſi ſit relictum ad perpetuum cultum divinum. Epiſcopi autem nomine in hac materia quis intelligatur, & de pluribus quæſtionibus, quæ circa eam occurrere poſſunt, vide quæ dixi *d. alleg.* 87. *num.* 7. *cum ſeqq.*

4 *Ut Epiſcopus acceptavit*, &c. Notatur ad hoc, quod ex ſimplici acceptatione legati quis videtur teſtamentum acceptare, ut per Burgos de Pace *conſil.* 14. *n.* 36.

5 Et acceptans legatum tenetur onus injunctum agnoſcere, ut per Surdum *de alimentis, tit.* 5. *quæſt.* 1. *n.* 24. etiam quod excedat legati valorem, idem Surdus *dicto tit.* 5. *q.* 3. *num.* 24. *& tit.* 9. *q.* 23. *n.* 12. *& deciſ.* 264. *num.* 6.

6 *Videtur de cæteris non poſſe*, &c.] An & quando aliquid datur, vel legatur creditori, cenſeatur relictum animo compenſandi debitum, an verò creditor ultra legatum relictum poſſit etiam petere, & exigere debitum præcipuum: vide Sim. de Prætis *de interpret. ultim. voluntat. lib.* 4. *dub.* 6. *à num.* 18. Palat. *in repet. rubr. de donat. inter virum & uxorem, §.* 27. *ex num.* 2. & *l.* 16. *Tauri, ex num.* 2. Bernard. *reg.* 171. *&* 454. Coraſ. *lib.* 3. *miſcel. cap.* 1. *ex n.* 7. Afflict. *deciſ.* 44. *ex num.* 9. Anton. Gomez *tom.* 1. *var. cap.* 12. *ex num.* 26. Hieron. de Monte *var. juris, q.* 3. *per tot.* Ciſuentes *l.* 19. *Tauri, n.* 18. Card. Mantica *de conject. ultim. voluntat. lib.* 9. *tit.* 4. *ex n* 3. Ioan. Garc. *reg.* 285. Sebaſt. Medic *de compenſat. q.* 31. *&* 32. Ioſeph. Gonzal. *var. quæſt. c.* 31. Spin. *in ſpeculo teſtament. gloſſa* 8. *princ. ex n.* 71. Matienzo *l.* 7. *gloſ.* 1. *tit.* 9. *lib.* 5. *novæ recopil.* Menoch. *conſil.* 17. *&* 18. *n.* 27. *cum ſeqq. & conſ.* 151. *num.* 22. *& conſ.* 162. *à n.* 22. *& de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt* 10. *ex n.* 12. *& præſ.* 16. *& præſ.* 121. *n.* 12. *& lib.* 4. *præſ.* 109. *& ſeq.* Surd. *conſ.* 7. *à n.* 1. *& conſ.* 112. *n.* 11. *&* 12. Craſſ. *§. legatum, q.* 22. *à num.* 4. Maſcard. *de probat. concl.* 196. *&* 333. Molina *de juſtit. tract.* 2. *diſp.* 200. *num.* 16. *cum ſeqq.* Gutier. *de tutel. part.* 3. *c.* 5. *à num.* 2. *& pract. lib.* 2. *quæſt.* 24. Caſtil. *quotid. lib.* 1. *de uſufructu, cap.* 46. *à n.* 6. Cald. Pereira *quæſt. forenſ. lib.* 1. *quæſt.* 16. D. Barboſa *in l. ſi cùm dotem, §. ſi pater, à num.* 7. *ff. ſoluto matrimonio*, ubi *num.* 31. cùm ageret de intellectu hujus text. aſſerit quod ſi tempore legati teſtator non erat debitor, ſed ſi alias, licèt occaſione diſpoſitionis teſtatoris, legando illi, cui non teſtator, ſed tertius prædictus aliquid debebat, non videtur legare animo compenſandi, per hunc textum; in eo enim ex quo teſtator aliquid reliquerat certæ Eccleſiæ, quarta debebatur Epiſcopo per Eccleſiam legatariam; ſi verò is idem teſtator Epiſcopo aliquid legaverit ſimpliciter, Epiſcopus & quartam ſuam Canonicam, & legatum obtinebit, quia cùm teſtator reſpectu prædictæ quartæ non eſſet debitor Epiſcopi, ſed potius Eccleſia legataria, in his terminis ceſſat ratio hujus text. ac proinde legatum animo liberali videtur relictum.

SUMMARIUM.

1 *Relictum Epiſcopo contemplatione perſonæ, non dividitur cum Eccleſia Cathedrali, ſecus ſi contemplatione Eccleſiæ, &c.*

2 *Eccleſiæ nomine in præſenti includitur omnis pius locus.*

3 *Legatum factum Epiſcopo ab extraneo, præſumitur factum contemplatione Eccleſiæ.*

4 *Legatum ubi factum eſt Prælato Eccleſiæ ſanguine conjuncto ipſi teſtatori, factum præſumitur contemplatione ipſius Prælati, intellige ut ibi.*

5 *Legatum non videtur intuitu piæ cauſæ relictum, ſed conſanguinitatis, ſi legans eſt propinquus.*

6 *Donatum officiali, aut Prælato benemerito, id ſemper præſumitur donatum favore perſonæ, non officii.*

7 *Legatum quando factum fuit uni, vel aliquibus ex ipſis Canonicis, præſumitur factum contemplatione ipſarum perſonarum, & non Eccleſiæ.*

8 *Eccleſiæ relictum factum dicitur in cauſam piam.*

9 *Eccleſiæ relictum cenſetur contemplatione amicitiæ legatum.*

CAP. Requiſitis XV.

QVando aliquid relinquitur Epiſcopo, ſi relinquens eſt extraneus, præſumitur relictum intuitu Eccleſiæ, non perſonæ, unde Cathedralis, ſicut Epiſcopus, petere poteſt Canonicam portionem. Si verò Epiſcopo relinquatur à propinquo, præſumitur eſſe relictum non intuitu Eccleſiæ, ſed perſonæ, & tunc nihil poteſt habere Eccleſia vivente Epiſcopo, niſi fortè contrarium probetur, id eſt, quod intuitu Eccleſiæ ſuit relictum. Si autem relinquatur aliquid conjunctim Eccleſiæ, & Epiſcopo, tunc inter ipſos eſt facienda Canonica diviſio: at ſi diſtinctè, v. g. iſtud Eccleſiæ, & iſtud Epiſcopo, tunc reducenda ſunt ad Canonicam diviſionem inter Epiſcopum & Cathedralem, niſi ambo velint eſſe contenti diſpoſitione teſtatoris: quod æquitati convenit, cùm nulla adeſt fraus, nec aliquis nimium fraudatur Canonica portione; quando verò legans relinquit aliquid Epiſcopo, & aliqua locis piis, quod relinquitur Epiſcopo, eſt præcipuum ipſius cum Eccleſia Cathedrali, de legatis ad alias Eccleſias Epiſcopus obtinebit Canonicam portionem. Item ſi qui relinquunt Clericis, qui poſſunt habere proprium, & non habent Eccleſiæ Prælationem, vel adminiſtrationem, ſive ſint relicta ab extraneo, ſive à propinquo, intelliguntur relicta intuitu perſonæ, & de his nec Epiſcopus, nec Eccleſia aliquid habebit, niſi contrarium conſtet, ceſſante omni fraude. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Imol. Anan. Butr. Barbat. Hoſt. Anch. Henric. Boich. Panorm. Covar. Henric. Caniſ. Vivian. *in ration. lib.* 3. *juris Pontif. pag.* 215. Alagona *in compend. juris Canon pag.* 451, remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Ant. Auguſt. *collect.* 3. *Decret. lib.* 3. *tit.* 19. *c.* 6. 1

Et Eccleſiam.] Sub cujus nomine in præſenti includitur omnis pius locus, ut per Lap. de Caſtellion. *in tract. de hoſpital. n.* 13. Garc. Girond. *de privil. & exempt. explicat. n.* 571. vide quæ dixi *de appellativa verborum utriuſque juris ſignif. appell.* 85. *n.* 16. 2

Si ab extraneo generaliter, &c.] Notatur ad hoc, quod legatum factum Epiſcopo ab extraneo, præſumitur 3

factum

factum contemplatione Eccleſiæ, ut per Menoch. *de præſumpt. lib. 4 præſumpt.* 112. *n.* 11. ubi *num.* 12. idem reſolvit ſi ſit legatum Prælato extraneo, ejus proprio nomine expreſſo. Et ita in terminis hujus text. rectè reſpondit Innoc. quòd ſi teſtator quantumcunque extraneus pro anima Epiſcopo legatum relinquat, intuitu Eccleſiæ, non perſonæ relictum præſumitur, tum quia relictum eſt Epiſcopo ſub nomine appellativo: tum vel maximè, quia in teſtatore, qui pro anima legatum reliquit, veriſimilius eſt quod potius Eccleſiæ, quàm perſonæ legaverit: patet, quia reſpectu Eccleſiæ legatum manet pium, & multò magis ſuæ animæ profuturum; reſpectu verò perſonæ ſæculare, & non ita tendens in animæ ſalutem. Cùm ergo teſtator, ut Pontifex in principio exorditur, ſibi magis conſulat, ſi legatum pium maneat, quàm ſæculare, fit conſequens intuitu Eccleſiæ relictum omninò præſumendum: ita gloſſ. *hîc, verbo nec eſt*. Butr. *num.* 15. Abb. *num.* 8. Covar. *num.* 4. communem dicit Bart. *in l.* 2. *num.* 2. *ff. de rebus dubiis*. Lap. *de canonica portione*, *num.* 22. Card. Mantic. *de conject. ultim. volunt. lib.* 8. *tit.* 6. *à num.* 19.

4 *Si verò relinquatur illud Epiſcopo à propinquo*, &c.] Notatur ad hoc, quod ſi legatum factum eſt Prælato Eccleſiæ à ſanguine conjuncto ipſi teſtatori, factum præſumitur contemplatione ipſius Prælati, ut per Maſcard. *de probat. concl.* 1248. *num.* 119. Menoch. *d. præſumpt.* 112. *n.* 3. Surd. *de aliment. tit.* 5. *quæſt.* 6. *n.* 8. *&* 9. etiamſi in legato tantum eſſet expreſſum nomen dignitatis, ex Maſcardo *concl.* 965. *n.* 8. Menoch. *d. præſumpt.* 112. *n.* 7. niſi quando expreſſa cauſa in ipſo legato ſalutem animæ, vel favorem Eccleſiæ reſpiceret, Maſcard. *d. concl.* 965. *n.* 9. Menoch. *d. præſumpt.* 112. *n.* 7. ubi *num.* 8. idem reſolvit, quando legata fuiſſet res conveniens ad Eccleſiam; veluti calix, vel patena, aut ſimilia, quia ex qualitate harum rerum legatarum præſumitur legatum relictum Eccleſiæ, non autem perſonæ. Maſcard. *concl.* 1248. *n.* 119. *& concl.* 965. *num.* 11. Intellige de propinquo intra quartum gradum, gloſſ. *hîc, verbo à propinquo*, Zabar. *num.* 4. Imol. *num.* 38. communis, ut per Covar. *num.* 9. qui plures refert. Mantica *d. tit.* 6. *num.* 17. quamvis abſque fundamento judicis arbitrio relinquendum exiſtiment Covar. & Mantic. *dictis locis*. Deinde intellige de affine intra eundem gradum, ut tenet Petr. *de canonica port.* quem refert Covar. *d. num.* 9. Denique intellige probata conſanguinitate, eo ipſo præſumi legatum intuitu perſonæ relictum, ut probat hic text. & ideò ſi Eccleſia contendat, non perſonæ, ſed ſui ipſius reſpectu relictum eſſe, probare tenebitur, quia habens pro ſe præſumptionem, dum aliud non oſtenditur, tutus eſt, juxta reg. *l. licet Imperator, ff. de legatis* 1. *gloſſ. ult.* recepta *in l. ſi tutor* 4. *C. de periculo tutor.* Bart. *in l. ult. ff. de publico jud.* Abb. *in cap.* 1. *notab.* 2. *de Cleric. non reſid.* Dec. *in rubr. de probat. n.* 13. Covar. *lib.* 2. *var. c.* 6. *n.* 1. Gom. *l.* 9. *Tauri, n.* 25. Afflict. *deciſ.* 44. *n.* 15.

5 Notatur etiam ad hoc, quod ubi intercedit conſanguinitas, non videtur legatum intuitu piæ cauſæ relictum, ſed conſanguinitatis, ſi eſt propinquus, ut per Surd. *de alimentis, tit.* 5. *q.* 6. *n.* 9. *& tit.* 8. *privil.* 1. *n.* 13. Menoch. *d. præſumpt.* 112. *n.* 5.

6 Notatur etiam ad hoc, quod donatum officiali, aut Prælato benemerito, id ſemper præſumitur donatum favore perſonæ, non officii, ut per Tiraq. *in l. ſi unquam, verbo donatione largitus, n.* 54. Menoch. *d. præſumpt.* 112. *n.* 17.

7 Notatur etiam ad hoc, quod quando legatum fuit factum uni, vel aliquibus ex ipſis Canonicis, non autem omnibus, hoc caſu præſumitur legatum factum contemplatione ipſarum perſonarum, & non Eccleſiæ, ut per Menoch. *d. præſumpt.* 112. *n.* 3. Vivian. *tom.* 2. *commun. opin. lib.* 6. *tit.* 26. *n.* 131.

Secus autem, &c.] Notatur ad hoc, quod relictum Eccleſiæ factum dicitur in cauſam piam, ut per Surd. *deciſ.* 292. *n.* 1. 8

In gloſſ. *Nec eſt*, ibi, *præſumitur intuitu amicitiæ*.] Notatur ad hoc, quod amico relictum, cenſetur contemplatione amicitiæ legatum, ut per Tiraq. *in l. ſi unquam, verbo libertis, n.* 85. *& de pœnis temper. c.* 22. *num.* 23. *& ſeqq.* Maſcard. *conclus.* 965. *num.* 7. Menoch. *d. præſumpt.* 112. *num.* 15. Surd. *d. q.* 6. *num.* 5. *cum ſeqq. & num.* 11. 9

In ead. gloſſa, ibi, *Item aliud eſt dicere, relinquo hoc Eccleſiæ, & aliud, relinquo hoc Canonicis: in primo caſu relinquitur Eccleſiæ, in ſecundo non*. Communiter approbatam dicunt Mendez à Caſtro *de annonis civilibus, lib.* 1. *notab.* 1. *n.* 7. & Cened. *pract. lib.* 1. *q.* 20. *in princ.* communis, ut per Covar. *hic, num.* 10. intendit Mench. *de ſucceſſ.* §. 27. *n.* 6. Non obſtat quod legatum relictum civibus, cenſetur relictum civitati, *l.* 2. *de rebus dub. l. Lucius* 30. §. *civibus, ff. de leg.* 2. quia reſpondetur cum Covar. *hic, n.* 27. de illis ad hos non bene argui, ratio differentiæ eſt, quia civitas repræſentatur per cives, Eccleſia verò non per ſolos Canonicos, ſed per ipſos, & Epiſcopum ſimul. 10

SUMMARIUM.

1 *Debitum jure naturæ habet quis in bonis patris, matris, & aviæ, in quo gravari nequit, & filius rogatus de reſtituenda hæreditate ſub conditione, detrahit debitum jure naturæ, & Trebellianicam.*

2 *Doctores referuntur qui de ſubſtitutionibus integros tractatus ediderunt.*

3 *Filius gravatus à patre reſtituere hæreditatem, poteſt detrahere duas quartas.*

4 *Succeſſionis filiorum in bonis parentum origo, & neceſſitas, quod ex jure naturali proveniat, oſtenditur,* & num. ſeqq.

Cap. Raynutius XVI.

In bonis patris, matris, & aviæ quilibet habet tertiam partem ſibi debitam jure naturæ, nec poteſt pater eam gravare. Item filius rogatus de reſtituenda hæreditate detrahit quartam debitam jure naturæ, & Trebellianicam, in qua computantur fructus percepti poſt conteſtationem litis. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Butr. Ioan. Andr. Imol. Ananias, Hoſt. Anch. Henric. Panormit. Beroi. Covar. Rebuff. Henric. Canif. Guillel. Bened. cujus in hanc Decretalem extant duo volumina, Vivian. *in rationali lib.* 3. *iuris Pontif. pag.* 227. Alagona *in compendio juris Canon. pag.* 452. remiſſive Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 3. *Decret. lib.* 2. *ſub tit. de ſent. & re jud. cap.* 3. 1

Raynutius de Clera.] Cùm filii quoad nobilitatem, honores, gentilitia, armorum inſignia, & alia id genus, non matris, ſed patris conditionem ſequantur, *l. liberos* 10. *in fine, ff. de ſenator. l.* 1. *in princip. ff. ad municip. l. eos* 22. *l. nullus* 44. *C. de Decurion. lib.* 10. cum ſimilibus, & pater filios habeat in poteſtate, mater verò minimè, §. *ult. Inſtitut. de patria poteſtate*, mirum eſt cur filius à matre denominetur *in hoc text.* ideò Hoſtienſ. Ioan. Andr. quem ſequitur Abb. *hic, notab.* 1. & alii communiter, ut Guillelmus *in præſenti, verbo Raynutius de Clera, à num.* 22. 2

intelligunt Raynutium à matre nomen accepiſſe ex ſuperbia,quia illa patre longè nobilior erat; ſed jura non patiuntur in dubio præſumi delictum, maximè ſuperbiæ, quod graviſſimum eſt,contra reg. *l. meritò, ff. pro ſocio.* Idcirco idem Abb.*ubi proxime*, & alii, ut per Guillelm. *d.num.*12. credunt hoc de facto contigiſſe contra jus, quia Raynutius multo antè fuerat patre orbatus, & à matre nutritus, cujus blanditiis delinitus ab ea nomen accepit, ut illius genio indulgeret.

Sed mirum eſt,quod DD. graviſſimi hac in re tantoperè crucientur,ut cogantur in re facili tot ſupplere, ac divinare; quamobrem facillimè hoc dubium ſolvitur ſi attendas ad manifeſtum tit. *C. de mutat. nominis*, ubi habetur unicuique ceſſante fraude, & tertii præjudicio licitum eſſe quoties voluerit nomen, & cognomen, & alia id genus immutare, ſicut à principio ante mutationem libera erat nominis, vel cognominis impoſitio, arg. *l.ſi quis in fundi vocabulo, ff.de leg.*1.*§.ſi quis in nomine,Inſtit.de legat.* quo ſuppoſito liberrimum fuit Raynutio,vel patris,vel matris nomine cognominari, quinimò poſt aſſumptum nomen,aut cognomen, ad libitum immutare, *l.unic.C.de mutat. nominis*, unde conſtat quàm ſuperfluum fuit in propoſito circa intellectum hujus text. confugere ad Raynutii ſuperbiam, vel ad maternas blanditias, vel denique ad ſtatutum, vel conſuetudinem loci, & alia in quibus DD. tantoperè immorantur.

Reliqu.t cætera bona ſu.i.] Ergo verbum *relinquo*, nullo alio ſuperaddito, ſupponit Adjectæ impuberem fuiſſe hæredem inſtitutum in cæteris bonis, juxta doctrinam *gloſſ.*1. *in l. his verbis* 48. *in princ. ff. de hæred.inſtit.* ubi Bart.*num.*1.Abb.*hic,num.*3.communis ex Guillelmo *verbo reliquit,n.*1. Coſta *in cap.ſi pater, verbo bonis, n.*14. Pinel. *ad rubr.C.de bonis maternis, p.*1.*n.*11. Xuar.*ad l.quoniam in prioribus,quæſt.*7.*n.*6. Mench.*de ſucceſſ.*§.3.*n.*13.Craſſ.§.*Inſtitutio,quæſt.*14. Valaſc.*conſil.*165.*n.*3.

Alterocha,& ſoboles.] Ergo quando plures diſparis gradus vocantur ad ſucceſſionem alicujus per copulam *&*, omnes admittuntur ſimul ad æquas portiones; nam cùm Pontifex *in præſenti*, jubeat reſtitutionem ſimul fieri Alterochæ, & ejus filio, per copulam *&*, ſatis ſignificat faciendam utrique pro æquis portionibus: conſtat autem Alterocham, & ejus filium, perſonas eſſe diſparis gradus reſpectu patris teſtatoris,& tanquam æqualiter ſubſtitutos admitti ex fideicommiſſo univerſali ad utiles portiones. Ratio eſt, quia de proprietate copulæ eſt diſtribuere vim verbi æqualiter inter perſonas copulatas, *l. reos* 11. *§.cùm in tabulis, ff.de duobus reis, l.*1.*C.ſi plures una ſententiã*, juvat *l.codicillis* 91. *§.inſtituto, ff.de legat.*2. ſequuntur Abb.*hìc,n.*5. Covar.qui communem fatetur, §.2.*n.*2. Anton.Gomez *tom.*1.*variar. cap.*2.*n.*4. Clar. *§.teſtamentum, q.*80. Mench. *de ſucceſſ.*§.17.*n.*44.*&* §.20.*n.*120.Rojas *de ſucceſſ.cap.*8.*n.*5. Molin.*de primog.lib.*1.*c.*6.*n.*4.Menoch.*conſ.*85.*n.*78.Craſſ.*§.inſtitutio,q.*20.*n.*2. Alvarad.*de conject.mente defuncti,lib.*4. *cap.*3.*à n.*21. Quamvis oppoſitum velint Bart.*num.*3. *in l.Gallus*, *§. quidam rectè*, & *ibi* Fortun. *num.*48. & Barbat. *hic*, *n.*16.

Eidem impuberi ſuccederent,&c.] De ſubſtitutioni-
2 bus integros ediderunt tractatus Novel. Leon. Polit. Bald. de Vbaldis, Zazius, Fumeus, Barth. de Hurio, Alexand.Trentacinq. Sfort. Odd. *in tract.compendioſæ*, Duaren. *tit. de vulgari*, Craſſ. *in §. ſubſtitutio*, & de multiplici ſubſtitutionis definitione, & diviſione agunt Connan.*lib.*3.*comment. c.*7.Anton.Gom.*tom.*1. *var.c.*3. Covar.*hìc*,§.4. Mench. *de ſucceſſ.creat.* §.20. *n.*84.*& de ſucceſſ.progreſſu, lib.*2.§.11. Card. Mantic. *de conjecturis ultim. volunt. lib.*5.*tit.*1. Forcatul. *dialog.*23.Vacon.*lib.*4.*declar.*61.Donel.*comment.juris Civilis lib.*6.*c.*23. Cujac. *lib.*6.*c.*20. Govean. *lib.*1.*var. cap.*8. Spin. *in ſpeculo teſtam.gloſſ.*21.*in princ.* Anton. Fab. *lib.*5.*conject. cap.*10. Petr.Gregor. *ſyntagm. juris p.*3.*lib.*42.*c.*1.Caſtil.*lib.*2.*quotid.cap.*10.*n.*6.*cum ſeqq.* Molin. *de juſtit.tract.*2.*diſp.*182.*cum ſeqq.* apud quos videbis ad ſatietatem de hac materia.

In eo verò, &c.] Notatur ad hoc, quod filius gra- 3
vatus à patre reſtituere hæreditatem, poteſt detrahere duas quartas, ut per Villalob. *commun. opin. tom.*1. *lib.*3.*tit.*16.*n.*74. Bellacomb.*tom.*2.*commun.opin.lib.*6. *tit.*44.*n.*10.*pag.*184. ubi Vivian.*n.*26.*pag.*185. Æn. Robert. *rerum judic.Senat.Pariſ.lib.*4.*c.*17. Peregr. *de fideicom. art.*3. *n.*51. Cott. *in memorab. verbo plus, in* 4. Marc. Anton. de Amatis *Marchia deciſ.*18. *poſt n.*14.*& à n.*16.*cum ſeqq.*Surd.*Mantua deciſ.*151.*n.*5. *& deciſ.*316.*n.*1. Stephan.Gratian.*Marchiæ deciſ.*58. *n.*12.*cum ſeqq.* Gregor.*l.*1.*verbo ſui parte, tit.*11.*p.*6. Clar. *in §.teſtamentum, q.*63. Card.Mantic. *de conject. ultim.volunt. lib.*7.*tit.*11.*n.*7. Bernard.Græværæ. *ad practicam Cameræ Imper.lib.*2.*concl.*121.*n.*5.Cald.Pereira *quæſt.forenſ. in comment. ad §. ſed hæc, n.*61. *Inſtit. de inoffic.teſtam.* Molin. *de juſtit. tract.*2. *diſp.*187. *verſ. prætermiſſis*, & hanc concluſionem ſaltem de jure Canonico per hunc text. defendi poſſe tenent Ioſeph. de Ruſticis *in tract. An, & quando liberi in condit. poſiti, lib.*1.*c.*2.*p.*1.*n.*12. Ceval.*communium contra commun. q.*74.*n.*2. Fachin. *controverſ. juris lib.*5. *c.*2. Quamvis filium rogatum purè ut reſtituat, unam quartam duntaxat detrahere poſſe, reſolvant Anton.Theſaur. *Pedem.deciſ.*141.*ſub num.*8.*verſ.cùm ſimus in puro fideicommiſſo*, Bapt. Coſta *de facti ſcientia,& ignor.diſt.*2. *n.*14. *cent.*2.

Legitima portio jure naturæ debita.]Notatur ad hoc, 4
quod ſucceſſionis filiorum in bonis parentum origo, & neceſſitas ex jure naturali provenit: conſonat text. *in cap.Raynaldus*, ibi, *partem debitam jure naturæ, infrà hoc tit.*cui ſimilis *in cap.*1.*hoc tit.lib.*6.*& in l.nam etſi parentibus*, ibi, *naturalem erga filios charitatem, ff.de inoffic.teſtam.& in l.cum ratio, ff.de bonis damnat. & in auth. hoc amplius*, ibi, *præter debitum naturale, C.de fideicom.cum ſimilibus*,atque ita ex dictis juribus legitimam portionem, ſive ſucceſſionem in bonis parentum jure naturæ filiis debitam eſſe, tenent Abb. *hìc, n.*12. Anton.Gomez *tom.*1.*var. cap.*7.*à princip.* Corraſ. *lib.*3.*miſcell.cap.*16.*à n.*3.Rota *de ſucceſſ. c.*7. *à princ.* Molin.*de primog.lib.*2. *cap.*1.*à n.*14. Spin. *in ſpeculo teſtam. gloſſ.*17. *a n.*19. Mich.Craſſ. *de ſucceſſ.* §.1.*à princ.* Azor.*inſtit.moral. p.*2.*lib.*7. *cap.*17. hinc inferentes ad varias quæſtiones,& præcipuè non poſſe lege, vel ſtatuto auferri hanc legitimam, Abb. *d.n....* Covar. *de ſponſ.p.*2. *cap.*8.§.6.*n.*5. quem commendat Coſta *in cap ſi pater*, 3.*part.verbo privari non poſſit, n.*42. diſputat ad utramque partem Cevall. *commun. contra commun. q.*112.

Verùm contrariam ſententiam,quod hujus ſucceſ- 5
ſionis filiorum in bonis parentum origo, & neceſſitas ex jure Civili proveniat, ſuadent plura, & non levia fundamenta, & in primis quia ad legem duodecim tabularum id refert text. *in lege* 12. *tab. de legitimis hæred.* deinde quia inteſtati ſucceſſio juris Civilis eſt, *l.lege hoc venire* 130. *ff.de verborum ſignif.* §.*inteſtatorum.Inſtit.de hæred.quæ ab inteſtat.* conſtat autem hanc legitimam filiorum eſſe partem ſucceſſionis ab inteſtato, *l.Papinianus*, §.*ſi quis mortis, ff.de inoffic. l.illud, C.de collat.* quibus & aliis fundamentis hanc partem tuentur Dyn. *in reg.indultum, à n.*22.*de regulis juris, lib.*6. ſequitur Barth. *in l.Titio centum*,§.*Titio genero, n.*9. *ff.de condit.& demonſt.* & multi, quos in hujus ſententiæ

ſententiæ confirmationem adducit Mench. *de ſucceſſ. lib.* 2 *i§.*20. *à num.*296. & communem dicit Cevall. *d.quæſt.*122.*in princ.* & refert alios idem atteſtantes Graſſ. *d.§.legitima, quæſt.*42. *num.*2. Spin. parum ſibi conſtans *gloſſ.*19. *à num.*29. & alii hinc reſolventes valere legem quæ permittit parentibus ne teneantur, nec poſſint nomine legitimæ filiis ſuis quicquam relinquere, ut multis latè contendit Sarmiento *lib.*2. *ſelect.cap.*14.*n.*6. hinc etiã alii reſolventes legitimam minui, & tolli poſſe ex cauſa pro parte, vel in totum lege, vel conſuetudine, Barnard. *reg.*143. Villalob. *tom.*1. *commun.opin.lib.*6.*tit.*17.*n.*89. *pag.*116. Lara *in l.ſi quis a liberis*, *§.idem reſcripſit*, *n.*146.149.*&* 151.*cum ſeqq.& §.ſi mater*, *n.*55.*cum ſeqq. ff.de liberis agnoſcend.* Molin. *de primog. lib.*2.*c.*1. *n.*14.*&* 28. Theſaur. *Pedem.deciſ.*263.*num.*4. Anton.Gabr. *lib.*6. *communium, tit.de legitima, concl.*1. *n.*18. Soar. *recept. ſentent. lit. L*, *n.*55. Menoch. *conſil.*240. *num.*109. Tiber.Dec. *reſp.*35 *num* 60.*cum ſeqq.* Surd. *conſ.*357. *n.*36. *& conſ.*341. *n.*28.*& conſ.*30. *n.*26. Perez *ad tit.*2.*lib.*5.*Ordin. pag.*128.*cum ſeqq.* Ioſeph.Ludoviſ. *Peruſ.deciſ.*21.*n.*51. Valdeſ. *ad Xuar. pag.*76. Gutier. *pract. lib.*3.*q.*82.*n.*7. Bernard.Grævæ. *ad pract.Cameræ Imper. lib.*2. *concl.*122.

6 Quare alii has pugnantes ſententias conciliare nituntur: aut enim, inquiunt, agimus de legitimæ origine, aut de quota ſeu quantitate; ſi de legitima ipſa, & ejus origine, ad legem naturalem pertinet; ſi de quota, ſeu quantitate, pertinet ad legem humanam, ita omnes tenere nemine diſcrepante *in l.in quartam, ff.ad Trebell.* poſt Picum, & Bereng. *ibi*, teſtatur Craſſ. *d.§.legitima, q.*2. Rojas *d.cap.*7. *n.*7. & conſequenter inferunt legitimam in totum tolli non poſſe, licèt poſſit in parte minui; ſed hæc reſolutio opiniones non componit; nam falſum præſupponit dum aſſerit legitimam in totum tolli non poſſe, cujus contrarium communiter Doctores reſolvunt, de quibus *ſuprà.* Rejecta igitur reſolutione Coſtani *ſelect.cap.*15. per totum, dicendum puto veriſſimam eſſe concordiam inter has duas opiniones contrarias, ut ſcilicet prior, quæ legitimam, ſeu ſucceſſionem filiorum in bonis parentum affirmat juris naturalis eſſe, procedat, & intelligatur quoad originem ipſius ſucceſſionis, intelligendo deinde de jure naturali poſterioris capitis, quod ſolis hominibus proprium eſt, & juriſgentium à Iuriſconſ. dicitur, atque ita de jure gentium primi capitis. Secunda verò opinio, quæ hanc legitimam, & filiorum ſucceſſionem ait juris Civilis eſſe, intelligatur de legitima quoad quotam, ſeu quantitatem, quam juris Civilis eſſe libenter agnoſcimus.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus poteſt cõpellere hæredem, vel legatarium ad executionem legatorũ ad pias cauſas, etiamſi teſtator prohibuiſſet ne Epiſcopus ſe intromitteret,* & n. 2.

3 *Annus datus exequutoribus ad exequendam ultimam defunctorum voluntatem currit à die monitionis per judicem, favore tamen conſcientiæ defuncti currit ignorantibus, & impeditis*, ut n. 4.

5 *Iudex inquirere poteſt ex officio etiam ad privatam utilitatem, ubi agitur de executione teſtamenti.*

Cap. Tua nobis XVII.

Gregor. I X.

1 Epiſcopus poteſt compellere executores teſtamentorum, ut bona fideliter expendant in pios uſus ſecundùm voluntatem teſtatoris, quamvis ipſe prohibuiſſet hoc ipſum. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Butr. Ioan.Andr. Imol. Anan. Henric. Boich Hoſt. Anch. Butr. Panorm. Covar. Bald. Camil. Vivian. *in ration. lib.*3. *juris Pontif. pag.*230. Alagona *in compend. juris Canon. pag.*453. remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.*1.*&* 2.

Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſumunt Covarr. *in præſenti, n.*6. Card.Tuſch. *tom.*3.*concl.*293. Sarmiento *lib.*1.*ſelect.cap.*11.*à num.*3. Tiraq. *in tract. le mort, p.*7.*declar.*4.*n.*8.*cum ſeqq.* Spin. *in ſpeculo teſtament. gloſſ.*28. *princ. n.*20. Marta *de juriſd. p.*4.*caſu* 88. *à n.*14. *& caſu* 113. *n.*31. Cald. Pereira *de nominat. emphyt. q.*19.*n.*56. Valaſc. *conſ.*105.*n.*57. Franc. Leo *in Theſauro fori Eccleſiaſt. p.* 4. *cap.*2. *n.*46. quorum plures refero ego ipſe *de officio & poteſtate Epiſcopi, part.*3.*alleg.*82. *n.*27.*&* 28. pluribus ſimiliter citatis Doctoribus reſolvo non poſſe teſtatorem prohibere ne executores rationes reddere compellantur. 2

Monitione præmiſſa compellas.] Unica tantùm, ut per *authent. hoc amplius, C.de fideicom.* tenent *ibi* Bart. Salicet. & Doctores communiter, Iaſ. *n.*3. & Padil. *n.*16. Gregor. *l.*10. *gloſſ.*1 *tit.*10.*p.*6. Menoch. *de arbitr. caſu* 498.*n.*53. Cened. *ad Decret. collect.*114.*n.*3. quos refero ego ipſe *d.alleg* 82. *n.*25. Notatur ad hoc, quod annus datus executoribus ad exequendum ultimam defunctorum voluntatem, currit à die monitionis per judicem, ut per Spin. *d.gloſſ.*28.*n.*10. Cevall. *commun. contra commun. q.*374. *n.*2. Stephan Gratian. *diſcept. forenſ. c.*73 *n.*11. Favore tamen conſcientiæ defuncti annus currit ignorantibus, & impeditis, ut in legatis piis, & favore alimentorum reſolvunt Tiraq. *de pia cauſa, privileg.*97. Surd. *de alimentis, tit* 8. *privileg.*32. *n.*8. Stephan. Gratian. *d.cap.*73.*n.*14. & tranſacto anno à jure teſtamentario, vel executoribus conceſſo, Epiſcopus fit executor; ut voluntas defuncti impleatur non ſolùm quoad legata pia, ſed etiã prophana, Gabr. Pereira *de manu Regia, p.*1. *cap.*16. *n.*5. Diana *reſol. moral. p.*1 *tract.*2. *reſol.*98. Notari ſolet hic text. ad hoc, quod judex inquirere poteſt ex officio etiam ad privatam utilitatem, ubi agitur de executione teſtamenti, Socin. *reg.*200. *fallent.*7. Auguſt. ad Angel. *de maleſic. in verbo hæc eſt quædam inquiſitio, n.*32. Farin. *fragment. crimin. p.*2. *verbo inquirere, n.*359. 5 4

SVMMARIVM.

1 *Filius rogatus reſtituere hæreditatem detrahit tertiam jure naturæ, & quartam Trebellianicam, in quibus poteſt legata relinquere, hæredes inſtituere, pœnam imponere.*

2 *Compromiſſi à forma recedendum non eſt.*

3 *Verbum* lego, *adjectum univerſitati bonorum importat hæredis inſtitutionem, quando verò adjectum eſt certæ quantitati, vel ſummæ, intelligitur legatum.*

5 *Appellare licet ab uno Capitulo ſententiæ habentis plura Capitula.*

6 *Minor reſtituitur adverſus aditionem factam cum beneficio inventarii, quando in hæreditate ſunt vexationes.*

7 *Filius habet jus ſuæ legitimæ in bonis ſingulis paternis.*

8 *Falcidia non ſolùm non detrahitur cùm infra annum à die monitionis per judicem factæ à ſolutione relictorum ceſſatur, ſed etiam omne emolumentum ex teſtamento amittitur.*

9 *Filius pro ſua legitima non poteſt pretioſiora bona eligere.*

Cap. Raynaldus XVIII.

1 Filius rogatus reſtituere hæreditatem in morte, poteſt detrahere tertiam jure naturæ, & quartam Trebellianicam, in quibus poteſt legata relinquere, hæredes inſtituere, & pœnam imponere. Colligunt ex Ordin.Abb.antiq.Innoc.Collect.Zabar. Ioan.Andr. Imola, Ananias, Hoſtienſ. Anch. Butr.Panorm.Henric. Boich. Covar.Henric.Caniſ.Vivian. *in rationali lib.* 3. *juris Pontif. pag.* 250. Alagona *in compend. juris Canonici, pag.* 453. remiſſivè Ximen.*in concord. p.* 1.*&* 2. noviſſimè Luſitanus Doctor Ioannes de Carvalho amplam & omnibus numeris abſolutam repetitionem ſuper hunc text. edidit.

2 *Prout ex forma compromiſſi.*] Notatur ad hoc,quod à forma compromiſſi non eſt recedendum, ut per Tiraq.*in l.ſi unquam,verbo libertis,n.*11. Et à compromiſſo non poſſunt partes recedere, *l.non diſtinguemus, §.de officio, ff.de receptis arbitr.* Maſcard. *de probat.concluſ.*963.*n.*8.*&* 9.Pendet enim laudum à tenore compromiſſi,Ioſeph.Ludoviſ. *Peruſ.deciſ.* 2. *n.* 18.

3 *Legavit,*&c.] Probare videtur text. *in præſenti*,verbum *lego*, adjectum univerſitati bonorum, importare hæredis inſtitutionem; nam ex eo conſtat teſtatorem patruis reliquiſſe bona per verbum *lego*, & *in verſ. verùm*, dicit hos patruos eſſe inſtitutos hæredes, quare ita tenent Menoch. *conſil.*86.*num.*78. Azeved. *l.*3.*num.*16.*tit.*4.*lib.*5.*nova recopil.*Cevall.*communium contra commun.quæſt.*214. quos refero *in meis Remiſſ. de diction.& clauſul.dict.*163.Quando verò adjectum eſt certæ quantitati, vel ſummæ, intelligitur legatum, & non inſtitutio,ut per Brunor.à Sole *in locis communibus, lit. V, num.* 46. Menoch. *de præſumpt. lib.* 4. *præſumpt.*141.*n.*4.

4 *Pro rata.*] De hac dictione latè Tiraq. *de retract. lign. §.*12. *gloſſ.*8. *n.*1. *cum ſeqq.* & ego ipſe *de dict. uſufruq. dict.*341.

5 *Quatenus contra ſe fuerat promulgata.*] Notatur ad hoc, quod appellare licet ab uno Capitulo ſententiæ habentis plura capitula, ut per Felin. *in cap.capitulum, n.*13.*verſ. limita* 8.*de reſcript.* Boër.*deciſ.*73. *in princ.* A ſententia enim continente diverſa capitula ſeparata pars poteſt appellare limitatè, quatenus contra, & quoad cætera tranſit in rem judicatam. Scacc.*de appel. quæſt.*17. *limit.*21.*ſub num.*19. Salgado *de protect. Regia, part.* 3. *cap.*15. *num.* 2. Et quod appellans à ſententia,quatenus contra ſe facit, in cæteris articulis ſeparatis, à quibus altera pars non appellavit,ſententia tranſeat in rem judicatam, reſolvunt per hunc text.Ozaſc.*Pedemont.deciſ.*142.*num.*27.Parlad. *lib.*2. *rerum quotid.cap.fin. part.*5.*§.*12.*num.*6. Salgado *dicto cap.*15. *n.*1.

6 Notatur etiam ad hoc, quod minimè reſtituitur adversùs aditionem factam cum beneficio inventarii quando in hæreditate ſint vexationes, ut per Surdum *de alim. tit.*9.*q.*26.*n.*62. ubi *num.*93. reſolvit, quod moleſtia facti etiam effectu non ſequuto ſufficit ad privationem ordinatam à teſtatore.

7 *Propter quod in rebus prædictis,*&c.] Notatur ad hoc, quod filius habet jus ſuæ legitimæ in bonis ſingulis paternis, ut per Soar. *in repet. l. quoniam, ampliat.*11. *num.*9. ubi intelligit, quod filius habet legitimam, & jus legitimæ in ſingulis rebus antequam bona dividantur; ſed judex poſtea tempore, quo filius vult deducere legitimam, poterit arbitrari qualiter facienda ſit deductio, ſcilicet in una re, vel pluribus, prout judici viſum fuerit, itaut non ſit audiendus hæres, ſi ex ſingulis rebus vellet ſolvere legitimam.

In gloſſ. *Legitimam*,ibi, *tunc non poteſt uti beneficio falcidiæ*,&c. Notatur ad hoc,quod falcidia non ſolùm non detrahitur, cùm infra annum à die monitionis per judicem factæ à ſolutione relictorum ceſſatur, ſed etiam omne emolumentum ex teſtamento amittitur, ut per Capr. *tom.* 2.*communium opin.lib.*6.*tit.*44.*n.*55. *pag.*188.*& tit.*44. *n.*2. *pag.*189. 8

In gloſſ. *Portiones.* Notatur ad hoc, quod filius pro ſua legitima non poteſt pretioſiora bona eligere, ut per Surd. *deciſ.*306. *n.*18. 9

SVMMARIVM.

1 *Executor teſtamentarius, qui ſuſcepit officium, exequi compellitur.*

2 *Executor ultimarum voluntatum poteſt Clericus conſtitui etiam à laico.*

3 *Executor ante mandatum ſuſceptum non poteſt compelli ad illud munus ſolvendum,eſt enim à principio voluntarium, ſed poſt ſuſceptum mandatum neceſſarium.*

4 *Abbas quaſi Epiſcopalem juriſdictionem habens, & Capitulum Sede vacante, debent compellere, ut ultima teſtatoris voluntas expleatur.*

5 *Legatum ad ſatisfaciendum creditoribus eſt pium.*

Cap. Ioannes XIX.

Executores teſtamentarii poſtquam acceptarunt, debent cogi ab Epiſcopo, ut exequantur teſtamentum,ſi ſint negligentes. Colligunt ex Ordin.Abb. antiq. Innoc.Collect. Zabar. Ioan.Andr. Imol. Anan. Barbat.Hoſtienſ.Anchar. Butr. Henric. Boich.Panorm. Covar.Caniſ.Vivian. *in rationali lib.*3. *juris Pontificii, pag.*231.Alagona *in compend.juris Canonici, pag.*453. remiſſivè Ximen. *in concord. p.*1.*&* 2. 1

Ioannes Clericus.] Ergo Clericus poteſt conſtitui executor ultimarum voluntatum, licèt à negotiis ſæcularibus & prophanis judiciis abſtinere debeat, juxta *cap.* 2. *cum ſeqq. ne Clerici, vel monachi, cap. generaliter* 17. *quæſt.* 1. proceditque hoc non ſolùm in executoribus deputatis ab aliis Clericis, ſed etiam ſi deputentur à laicis, ut probat text. *in cap. tua nobis, ſupr. hoc tit.* notat poſt alios Zabarel. *hic, notab.*5. *& num.*4. *oppoſ.*1. Abb. *num.* 2. & Covar. *in d. cap. tua nobis,in princ.* ſed eſt text.in id apertior *in cap.* 2. *de teſtamentis, lib.*6. dum inquit etiam religioſos executores poſſe conſtitui de licentia ſuorum Prælatorum, &c. *ubi* gloſſ. *verbo religioſus, & gloſſ. ſequens* communiter excepta ita docet, & latè Sanchez *in præcepta Decalogi, tom.* 2. *lib.*6. *cap.*11. *à principio*, etſi contrarium quaſi certum, & pro regula incautè tradat Iacob. de Canib. *in tract.de executoribus ultim. volunt. part.* 1.*cap.*23. Religioſi autem Minores etiam de licentia Prælatorum executores eſſe non poſſunt, etiam ad pia, ut probat *Clement. exivit, §.verùm, de verborum ſignific.* Sanchez *d.cap.*11. *num.*24. quibus tamen committi poteſt electio executionis, pauperum, vel captivorum, vel alia ſimilis, quibus legatum relictum eſt, ut Barr. rectè docet, quem refert, & ſequitur Roman. *conſil.* 409. *num.* 1. Covarr. *ubi ſuprà.* 2

Poſt mandatum ſuſceptum,&c.]Notatur ad hoc,quod executor ante mandatum ſuſceptum non poteſt compelli ad illud munus ſubeundum; eſt enim officium hoc ad inſtar procuratoris omninò voluntarium à principio, & poſt ſuſceptum mandatum neceſſarium: & ita docent Capr. *tom.*2.*comm.opin.lib.*6.*tit.*21.*n.*8. *pag.*139. Perez *tit.*2. *lib.*5.*Ordin. pag.*142. Menoch. *conſ.*58. 3

*conſ.*58.*num.*18. Spin *in ſpeculo teſtam. gloſſ.*28.*princ. n.*18. Martin.Carril. *en la explicacion de la Bula de los defuntos, p.*2.*c.*14.*n.*10. ubi *n.*11. reſolvit quod executor teſtamenti etiam tacens, & præſens non videtur acceptare officium, dummodò non ſit conjunctus, de quo etiam Steph Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*68.*n.*17. *& ſeq.* Cald.Pereira *de empt. cap.*17.*n.*16.*&* 18.

4 *Per diœceſanum.*] Vel Abbatem quaſi Epiſcopalem juriſdictionem habentem, ut per Flores de Mena *var. lib.*2.*q.*24.*n.*21. Sanchez *de matrim.lib.*3.*diſp.*28.*n.*6. *& diſp.*29.*num.*16. & in Capitulo Sede vacante, poſt Matienzo & Molin. reſolvit Sanchez *de matrim.lib.*8. *diſp.*22. *num.*10. Ego ipſe *de officio Epiſcopi, part.*3. *alleg.*82.*n.*30.

5 *Mandans inſuper ſatisfieri creditoribus.*] Notatur ad hoc, quod legatum ad ſatisfaciendum creditoribus eſt pium, ut per Tiraq. *de pia cauſa, in præfat. prope finem.*

SVMMARIVM.

1 *Quarta Epiſcopis ex quibus relictis non ſolvatur, oſtenditur.*
2 *Concordatur text.* in præſenti, cum Clement. 2. §.verum, de ſepult.
3 *Quarta Epiſcopalis an debeatur de relictis pro fabrica, ſeu reſtauratione Eccleſiæ, ſi illa ædificiis, aut refectione parietum non indigeat, remiſſivè.*

Cap. De his XX. & ult.

1 Epiſcopus, ſeu Parochiales Eccleſiæ non debent habere portionem Canonicam de his, quæ legantur Eccleſiæ, vel aliis locis piis pro ornamentis, fabrica, luminariis, anniverſariis 7. 20. vel 30. die, ſeu aliis ad perpetuum cultum divinum, dummodò non fiat in fraudem, id eſt, ut Epiſcopus vel parochia his defraudetur. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Anch. Andr. Imol. Anan. Hoſt. Henric. Boich. Butr. Anchar. Barbar. Panormit. Covar. Caniſ. Vivian. *in ration.lib.*3.*juris Pontif. pag.*231. Alagona *in compend. juris Canon. pag.*453. remiſſivè Ximen. *in concord. part.*1. Bernard. *reg.*237.*verſ. tertiò*, Petr. de Vbald. *de canon. Epiſcop. cap.*6. Lara *de canonica port. p.*2.*à num.*24. Valaſc. *conſ.*102.*n.*13. optimè Steph. Quaranta *in ſumma Bullarii, verbo privilegia Regularium, verſ. quarta Epiſcopis, diffic.*2. ubi etiam ampliat quamvis Eccleſia de præſenti non indigeat reſtauratione, & *diffic.*3. etiam ampliat quamvis data ſit poteſtas executoribus diſtribuendi in pias cauſas, ſicut eis videbitur; adhuc enim ſi partem diſtribuant ad templum conſtruendum, de illa non habebit Epiſcopus quartam, de quo etiam Maſcard. *de probat. concluſ.*593.*num.*8. Et quod procedat hujus text. deciſio quando relinquitur aliquid pro veſtibus, picturis, calice, aut aliis concernentibus divinum cultum, aſſerunt Bernard. *ad reg.*237.*verſ. primò*, Steph. Quaranta *ubi proximè, diffic.*3. Læl. Zech. *de Republ. Eccleſ. c.*28. *de parocho, num.*18.*verſ. nonò*, latè Fr. Lud. Miranda *in manuali Prælat. tom.*2.*q.*47. *art.*3. *concl.*1. Franc. Leo *in theſauro fori Eccleſ. p.*2.*c.*14.*n.*6. Azor. *inſtit. moral. p.*2.*lib.*9.*c.*32.*q.*7.*caſu* 2.4.*&* 5. quorum plures refero ipſe *de offic. & poteſtate Epiſcopi, p.*3. *alleg.*86.*n.*21. ubi etiam cum Covar. *in præſenti, n.*7. amplio, etiamſi relinquatur pro operibus piis in genere, & executores diſtribuerint ſic relictum in fabricam, luminaria, & ornamenta Eccleſiæ.

2 Non obſtat *Clement.*2.*§.verum, de ſepult.* ubi Canonica portio indiſtinctè ſolvi præcipitur de omnibus obventionibus, non obſtante conſuetudine, vel jure in contrarium, quia ſunt qui reſpondeant dictam Clement. procedere ſpecialiter in Prædicatoribus, & Minoribus, de quibus loquitur, ita gloſſ. *ibi, verbo de jure*, & alii, quos refert, & ſequitur Covar. *in cap. officii* 14. *ſup. hoc tit. num.*6. exiſtimantes correctoriam eſſe illius deciſionem, & ideò ad alios quàm Prædicatores, & Minores nullatenus extendendam, arg. *cap. quæ à jure, de regul. jur. lib.*6. cum concord. Verùm quamvis hic reſpondendi modus ſit veriſſimus reſpectu portionis debitæ Eccleſiis Parochialibus, ut text. habet, juxta terminos controverſiæ, quæ excitata fuit inter Rectores, & Parochos Eccleſiarum parochialium, & inter prædictos Fratres, ut ſatis deprehenditur ex principio dict. Clement. reſpectu tamen portionis Epiſcopo debitæ, de qua agimus, defendi non poteſt, quia reſpectu illius non receſſit *d.§.verum*, à diſpoſitione hujus text. in quo non ſolùm agitur de portione debita Epiſcopo, ſed etiam de illa, quæ ſpectat ad Eccleſias Parochiales, unde quamvis exorbitet circa portionem Eccleſiarum Parochialium, quæ ſolvi jubetur, ut conſtat ex eodem §. non tamen circa portionem Epiſcopalem, de qua non agit, arg. *l. præcipimus, C. de appell.* unde jam reſpondetur, §. illum agere de illa portione diverſa, & ideò nihil pugnat cum diſpoſitione hujus text.

Verùm autem quarta Epiſcopalis debeatur de relictis pro fabrica, ſeu reſtauratione Eccleſiæ, ſi illa ædificiis, aut refectione parietum non indigeat, duplex eſt ſententia, una tenet hujuſmodi quartam tunc eſſe detrahendam, ne fiat fraus Epiſcopo, aut parochiali, quam ſequuntur Covar. *hîc, n.*4. *verſ. eſt tamen*, Miranda *d.q.*48. *art.*3. *concl.*1. Azor. *d.cap.*12. *q.*7. *caſu* 3. Alteram contrariam expreſsè ſuſtinent *in præſenti*, Goffred. Zabarel. Barbat. & alii, ſequitur Franc. Leo *d.cap.*14. *n.*8. ſed reſolutio petenda eſt ex his, quæ dixi *d.alleg.*86. *n.*24. 3

De Succeſſionibus ab inteſtato.

Tit. XXVII.

SVPER hanc rubr. ſcripſerunt Zabarell. Ioan. Andr. Imol. Ananias, Butr. Anchar. Panorm. Covar. Barbat. Guillelm. Durand. *in Breviario aureo juris Canonici, fol.* 102. *verſo*, Ioan. de Londris *in Breviario ſanctorum Canonum, fol.*174. *verſo*, Martin. Meſnart. *in epitome Decret. fol.*120. Petr. de Raven. *in compend. juris Canonici*, Dan. Venator *in analyſi method. juris Pontif. à pag.*453. Goffred. & Hoſt. *in ſumma hujus tit.* Alex. Caſan. & Anaſtaſ. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decret.* Barth. Carthag. *in expoſit. tit. juris Canonici*, Zipæ. *in analytica poſtremi juris Eccleſ. enarrat. pag.*228. omnes *ſub hoc tit.*

Cap. Sed hoc I.

Clericus Presbyter, Epiſcopus bona hæreditaria, vel acquiſita intuitu perſonæ poteſt donare dum vivit, cui voluerit, ſed ſi moriatur inteſtatus, ſuccedit Eccleſia cui ſervit. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Butr. Ioan. Andr. Imola, Barbat. Ananias, Hoſtienſ. Anchar. Henric. Panormit. Vivian. *in rationali lib.*3. *juris Pontificii, pag.*235. Alagona *in compend. juris Canon. pag.*455. remiſſivè Ximen. *in concord. p.*1. *&* 2. deſumitur ex Concil. apud 1

Alterium habito, *cap.* 37. cui interfuit Rex Conradus, refertur à Burchardo *lib.* 1. *Decretor. c.* 227. & ab Ant. Auguſt. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 1. *tit.* 23. *c.* 1.

2 Ex hoc text. colligunt Doctores, quod ſi Clericus decedat inteſtatus, bona ſua adventitia, & patrimonialia ſpectant ad conſanguineos proximiores, ut per Abb. *hic, num.* 1. Socin. *conſ.* 47. *n.* 56. *vol.* 4. Roland. *conſ.* 12. *n.* 19. & 61. *vol.* 4. quos refert & ſequitur Bellet. *diſquiſit. Cleric. p.* 1. *tit. de bonis Cleric.* §. 14. *n.* 1. Si autem decedat ſine hærede, & ab inteſtato, nullis relictis conſanguineis, Eccleſia, in qua eſt beneficiatus, ſuccedit, excluſo fiſco temporali, Abb. *hic, num.* 2. & 3. Purpurat. *conſ.* 758. *vol.* 2. Peregrin. *de jure fiſci, lib.* 4. *tit.* 3. *num.* 10. Azor. *inſtit. moral. p.* 2. *lib.* 8. *cap.* 3. *q.* 11. Bellet. *d.* §. 14. *num.* 3. Sic etiam quando laicus moritur, nullo relicto hærede ex teſtamento, vel ab inteſtato, ultra decimum gradum ſuccedit fiſcus ſæcularis in ejus bonis, *l.* 1. *C. de bonis vacant. lib.* 10. Ordin. Regia Luſit. *lib.* 2. *tit.* 26. §. 17. & apud Caſtellanos *l.* 3. *tit.* 13. *p.* 6. & *l.* 12. *tit.* 8. *lib.* 5. *nova recopil.* Molin. *de juſtit. tract.* 2. *diſp.* 164. *concluſ.* 11. Cabed. *Luſit. deciſ.* 51. & 52. & *deciſ.* 61. *à n.* 1. *p.* 2. Surd. *de aliment. tit.* 1. *q.* 11. *à n.* 16.

Cap. Sancto II.

Ex Concilio Tribur.

1 QVando ſervi jam facti liberi, & Presbyteri moriuntur, ſuis bonis non ſuccedunt laici, ſed eorum peculium dividitur in quatuor partes, quarum una eſt Epiſcopi, ſecunda Eccleſiæ, tertia pauperum, quarta parentum, quos ſi non habet Epiſcopus, debet conferre quartum in uſum Eccleſiæ; patronis autem ſufficit habere divinum ſervitium à ſervis: qui contrafecerit, incurrit pœnam excommunicationis. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Imol. Anan. Butr. Hoſt. Anchar. Henric. Panorm. Barbat. Viv. *in ration. lib.* 3. *juris Pontif. pag.* 236. Alagona *in compend. juris Canon. pag.* 455. remiſſivè Ximen. *in concord. p.* 1. refertur à Burchardo *lib.* 2. *Decret. c.* 206. & Ivo. *p.* 6. *c.* 281. & ab Anton. Auguſt. *collect.* 1. *Decret. lib.* 3. *tit.* 13. *c.* 2.

2 *Partes ſibi vendicent ſicut de propriis ſervis.*] Mirum eſt, cur dominus partem ſolam bonorum ſibi vendicet, non autem totam proprii ſervi ſubſtantiam, cùm tamen omne, & quidquid ſervus acquirit, ſtatim ſibi domino acquiratur etiam invito, & ignoranti, *l. acquiritur, ff. de acquir. rerum dominio, l. etiam invitis* 32. *eod. tit. princ.* & §. *item vobis, Inſtit. per quas perſonas;* ſed facilis eſt ſolutio, prædicta hujus text. verba nullam Pontificis deciſionem continere, ſed ſolùm dominorum factum referre, qui iniquè ſolebant de morientium Presbyterorum ſubſtantia partes ſibi aſſumere, ſicut de propriis ſervis; quamvis Abb. *hic notab.* 1. poſt Hoſt. hujus text. verba intelligat non de ſervis conſtitutis in ſervitute, ſed de libertis jam manumiſſis, in quibus illa verba verificantur, ibi, *partes*, &c. juxta text. *in* §. *ſed noſtra, Inſtit. de ſucceſſ. libert.* ubi facto teſtamento patronus ſuccedit in tertia parte bonorum liberti, quia text. ille *in d.* §. *ſed noſtra*, non bene adducitur ad intentum; agit enim de ſucceſſione patroni in tertia parte, quando libertus facto teſtamento decedit; hic verò text. agit de libertis inteſtatis, quo caſu patronus non in partes, ſed in totum ſuccedit liberto, liberis non extantibus.

3 *Ita nihil ab eis, &c.*] Ex his verbis, juncta diſpoſitione text. *in cap.* 3. *de ſervis non ordin.* colligitur notabile diſcrimen inter libertos Eccleſiarum ad ſacros Ordines promotos, & inter libertos privatorum eiſdem Ordinibus inſignitos, ut ſcilicet Eccleſia patrona in omnibus bonis liberti inteſtati ſuccedat, per *d. cap.* 3. privatus verò patronus nihil ex illis bonis temporalibus vendicare poſſit, per text. *in præſenti.* notat communis utrobique, Bapt. de S. Blaſio *in tract. de differentiis inter jus Canonicum & Civile, differ.* 135. cujus diſcriminis rationem illam eſſe putat, quia liberti laicorum non aliter poſſint promoveri ad ſacros Ordines, quàm ſi ita ſimpliciter, & abſolutè ſint manumiſſi, ut nullum omninò obſequium patroni in illis retineant; ſi enim retento aliquo obſequio ſint manumiſſi, nullatenus poſſunt ordinari, *cap. quicunque, cap. qui ex familis, verſ. qui autem, cap. nullus,* 54. *diſt.* ita prædicta jura intellexit Hoſt. *in ſumma, tit. de ſervis non ordin.* §. *qualiter ſervus, n.* 7. *ad med.* Zabar. *d. cap.* 3. *n.* 2. communis ut per Abb. *hic ad finem;* ſed exploſis hoc, & aliis intellectibus, probabiliùs dicendum mihi videtur, diſtinguendum eſſe inter manumiſſionem ſimpliciter & abſolutè factam, & inter eam, quæ ſub alia licita conditione fit, ut primo caſu ſive liberti ad ſacros Ordines promoti ſint privatarum perſonarum, ſive Eccleſiæ, non poſſint patroni à libertis inteſtatis exigere bona temporalia, ita procedit text. *in præſenti*, ubi agitur de libertis privatorum ad ſacros Ordines promotis morientibus ab inteſtato, qui tamen à principio ſimpliciter, & abſolutè fuerunt manumiſſi, neque enim fit mentio alicujus conditionis, vel modi adjecti tempore manumiſſionis circa ſucceſſionem ab inteſtato, vel alia obſequia, ut patet ex illis verbis, *liberi facti ſunt*, &c. Poſteriori verò caſu, quando licita aliqua conditio, vel alius modus adjicitur, putà ut bona liberti ab inteſtato decedentis abſque ſuis hæredibus ad patronos pertineant, tunc ſive liberti fuerint ab Eccleſia, ſive à quavis privata perſona manumiſſi, in utroque caſu locus erit ſucceſſioni ab inteſtato, ut ita datis paribus terminis nunquam diſcrimen conſtituatur inter unum, vel alterum patronum: de libertis Eccleſiæ eſt text. *in d. cap.* 3. quem ſic intellexerunt Innoc. & Abb.

4 *Præter divinum officium.*] Ergo ille, qui manumittitur, ut ad ſacros Ordines promoveatur, ſolùm tenetur, & cogi poteſt à patrono præſtare illa, quæ ad divinum Officium ſpectant, ſcilicet recitare Officium divinum, & his ſimilia, *cap. nullus,* ibi, *gloſſ.* 1. Zabar. Abb. & communis, *de ſervis non ordin. cap. frequens, in fine,* 54. *diſtinct. gloſ.* 1. *ad finem, in cap. quicunque, eadem diſt. gloſſ. penult. in præſenti*, ubi Abb. *notab.* 3. Hoſt. *d.* §. *qualiter ſervus, num.* 6. *poſt princ.* Patroni enim poſſunt retinere obſequium compatibile cum officio Clericali, Soar. *de cenſuris, diſp.* 51. *ſect.* 3. *n.* 6. Henriq. *in ſumma, lib.* 14. *cap.* 8. §. 7. *in princ.* Imò poſſunt deduci in pactum ſervitia non repugnantia ſtatui clericali, puta ut ſervus factus Presbyter pro domino aliqua ſacra conficiat, Subdiaconus, vel Diaconus preces fundat, & ſimilia: ita Soar. *d. ſect.* 3. *num.* 4. Illuſtr. D. meus Roder. à Cunha *in comment. ad cap. qui ex familiis* 4. *n.* 2. *diſt.* 54.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur ſuper hunc text. ſcribentes.*

2 *Novitio intra annum probationis decedente, an ejus bona ad monaſterium pertinere debeant, oſtenditur.*

3 *Verba enuntiativa per modum cauſæ prolata, & non principaliter, & probant, & diſponunt.*

4 *Teſtis unus, & confeſſio facta abſente parte, faciunt plenam probationem.*

5 *Probatio una fit ex duabus diverſi generis.*

6 *Confeſſio*

6 *Confeſſio facta coram parte eam non acceptante, minimè præjudicat.*
7 *Phreneticus non poteſt facere teſtamentum.*
8 *Notarius ubi teſtamento aſſerit teſtatorem fuiſſe ſanæ mentis, non per hoc probatur ſanitas mentis.*
9 *Teſtamentum à furioſo factum non valet, licèt optimè, ut homo ſanæ mentis fuerit teſtatus.*
10 *Furioſus olim, etiam hodie furioſus præſumitur*, & num. 13.
11 *Præſumptiones plures ad plenam probationem faciendam conjunguntur.*
12 *Furioſus non poteſt facere teſtamentum.*
14 *Confeſſio criminalis facta extra judicium, parte abſente non probat.*
15 *Confeſſus de crimine extra judicium non punitur.*

Cap. Cùm Dilectus III. & ult.

Innoc. III.

1 TEſtamentum ad pias cauſas dicitur ſatis probatum, & valere, quando unus teſtis dicit fuiſſe factum, & alii teſtes dicunt ſe non audiviſſe ab infirmo incidenter loquente de hac re, qui dicit ſe bona hujuſmodi dediſſe illi piæ cauſæ, ſi tunc erat mentis compos, quia ſi probaretur dixiſſe hæc mente alienata, haberetur inteſtatus. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Butr. Imol. Anan. Hoſtienſ. Anchar. Henric. Boich. Panormit. Barbat. Caniſ. Vivian. *in rationali libri tertii juris Pontificii*, *pag.* 240. Alagona *in compendio juris Canonici*, *pag.* 455. remiſſivè Caſal. *in annotat.* & Ximen. *in concordant. p.* 1. *&* 2. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 3. *Decret. lib.* 3. *tit.* 20. *cap. unic.*

2 *Obtulit ſe, & ſua.*] Ex his verbis colligitur, quod novitio intra annum probationis decedente, ejus bona ad Monaſterium pertinere debent, ſi in ipſo ingreſſu expreſsè contuliſſet bona ſua Monaſterio, ut per Tiraq. *de retractu lign. §.* 1. *gloſſ.* 8. *n.* 21. Paul. Fuſc. *de viſitat. lib.* 2. *c.* 15. *n.* 67. Guttier. *canon. lib.* 2. *cap.* 1. *n.* 101. Azor. *inſtit. moral. p.* 1. *lib.* 12. *c.* 3. *q.* 3. Menoch. *de præſumpt. lib.* 6. *præſ.* 84. *n.* 3. *& conſ.* 396. *n.* 3. *vol* 4. Verùm probabilius eſt, adhuc illa bona pertinere ad venientes ab inteſtato, niſi ea bonorum dedicatio facta fuiſſet independenter à religionis ingreſſu, ut præſumitur hic facta, quando longè ante ingreſſum fieret: ratio eſt, quia dedicatio bonorum expreſsè facta in religionis ingreſſu habet tacitam conditionem, ſi profeſſio ſequatur; cùm ergo in hoc eventu non ſequatur profeſſio, ceſſabit ea dedicatio, quaſi deficiente conditione in illa imbibita, ut docet Beto. *in c. in præſentia, n.* 553. *de probat.* Redoan. *de ſpoliis Eccleſ. q.* 8. *in princ. n.* 71. Honded. *conſ.* 83. *num.* 18. *vol.* 2. Fr. Emman. *qq. regul. tom.* 1. *q.* 80. *art.* 2. *ſtatim in princip.* quos refert & ſequitur Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.* 2. *lib.* 7. *c.* 3. *n.* 94. me citato *in hoc loco*, Mar. Cutel. *de donat. inter patr. & filium, tract. primo, diſc.* 2. *partic.* 12, *n.* 73. *pag.* 381.

3 *Aſſeruit.*] Notatur ad hoc, quod verba enuntiativa per modum cauſæ prolata, & non principaliter, tam in ultima voluntate, quàm in contractu inter vivos, favore piæ cauſæ probant, ac diſponunt, ut per Tiraq. *de privileg. piæ cauſæ, privil.* 86. *verſ. nec quidem*, Duen. *reg.* 119. *verſ. limita* 1. Alex. *conſ.* 190. *num.* 27. *lib.* 6. Rot. apud Farin. *deciſ.* 70. *n.* 7. *p.* 1. *recent.* Confeſſio verò facta per verba enuntiativa non probat, ſecus ſi per verba diſpoſitiva. Maſcard. *de probat. concl.* 346. *num.* 17.

4 *Licèt unus teſtis*, &c.] Notatur ad hoc, quod unus teſtis, & confeſſio facta abſente parte faciunt plenam probationem, ut per Vivian. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 4. *tit.* 9. *n.* 77. *pag.* 487. Et ita ex duabus probationibus 5
diverſi generis fit una probatio, Afflict. *in c.* 1. *de feudo dato in vicem legis commiſſ. lib.* 1. *fol.* 105. *n.* 133. Molin. *de primog. lib.* 1. *c.* 6. *n.* 34. Clar. *lib.* 5. *§. fin. q.* 63. *n.* 9. Bonacoſ. *commun. crimin. part.* 1. *verbo poſitiones*, *fol.* 137. *& verbo ſemiplenè*, *fol.* 149. *verſo*, Maſcard. *de probat. concl.* 397. *n.* 4. *& concl.* 459. *n.* 7. Coſta *in l. ſi ex cautione*, *C. de non numer. pecun. n.* 3. *pag.* 240. Cott. *in memor. verbo Indicia plura*. D. Barboſ. *in l.* 2. *in princ. p.* 1. *n.* 93. *ff. ſoluto matrim.* Guttier. *de juram. confirm. p.* 1. *c.* 54. *n.* 2. Rebuff. *in tract. nomin. q.* 11. *n.* 7. Balb. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 4. *tit.* 9. *n.* 136. Et duæ ſemiplenæ probationes in idem tendentes conjunguntur in civilibus, Bart. *in l. admonendi, num.* 48. ubi Iaſ. *in repet. n.* 257. *de jurejur.* Aldrete *de religioſa diſcipl. tuenda, lib.* 2. *c.* 9. *n.* 2.

In Abbatis præſentia, &c.] Notatur ad hoc, quod 6
confeſſio facta coram parte, etiam eam non acceptante præjudicat, ſed contrarium defendit Palat. *in repet. c. per veſtras, de donat. inter virum, notab.* 4. *num.* 39. ubi reſpondet hunc text. loqui in confeſſione facta in extremis vitæ, ob cauſam mortis ſperatam, ideoque majoris eſſe efficaciæ, quia tunc non creditur ob aliam cauſam ſic fateri.

Tanquam phreneticus.] Ergo phreneticus non po- 7
teſt facere teſtamentum, ut per Bonacoſ. *tom.* 2. *commun. opin. lib.* 6. *tit.* 12. *n.* 11. *p.* 34. Cald. Pereira *qq. forenſ. conſ.* 24. *n.* 3. Negreiros *in introduct. ult. volunt. lib.* 1. *c.* 7. *q.* 10. *n.* 3.

Sanæ mentis compotem non fuiſſe, &c.] Notatur ad 8
hoc, quod licèt notarius in teſtamento aſſerat teſtatorem fuiſſe ſanæ mentis, tamen per illa verba non eſt probata ſanitas mentis teſtatoris, niſi aliter probetur, ut per Hippol. *in l.* 1. *§. ſi quis dicatur, n.* 4. *ff. de quæſt.* facit tamen vehementem ſanitatis præſumptionem, Buratt. *deciſ.* 256. *n.* 3.

Notatur etiam ad hoc, quod non valet teſtamen- 9
tum à furioſo, licèt optimè, & ut homo ſanæ mentis fuerit teſtatus, ut per Xuar. *alleg.* 1. *n.* 2. Boër. *deciſ.* 23. *n.* 49. *& ſeq.* Chaſſan. *in catalogo gloriæ mundi, p.* 11. *conſid.* 9. *verſ. refert*, Grammat. *deciſ.* 73. *n.* 37. *&* 38. Ioſeph. Ludov. *Peruſ. deciſ.* 1. *n.* 13. Menoch. *de præſumpt. lib.* 6. *præſ.* 46. *n.* 66. Spin. *in ſpeculo teſtam. ad rubr. part.* 1. Valaſc. *conſ.* 145. *n.* 15. Ad effectum enim ut teſtamentum ſuſtineatur, neceſſe eſt, quod illud conditum fuerit ab homine perfecto ſenſu prædito, ſed ſufficiet quod tempore ſaltem teſtamenti uſum rationis haberet, neque à mente totaliter alienatus eſſet, cùm jura de furioſo loquentia, de iis tantummodò intelligantur, qui continua mentis alienatione laborant, omnique intellectu carent: ita Socin. *conſ.* 422. *lib.* 1. Corn. *conſ.* 91. *& conſ.* 261. *n.* 21. *lib.* 4. Ferret. *conſ.* 207. *n.* 3. *lib.* 1. Fariſ. *conſ.* 88. *n.* 38. *& ſeq. lib.* 3. Menoch. *conſ.* 683. *n.* 12. *&* 15. Boër. *deciſ.* 23. *ſub n.* 83. *verſ. quare, cum probatio*, Rot. *in Romana de Gracchis*, 1. *Decembr.* 1618. coram bonæ mem. Remboldo. Vnde teſtamentum furioſi ſuſtinetur quando in eo reperitur diſpoſitum prout quilibet prudens, ac ſanæ mentis feciſſet, Magdal. *de numero teſtium, p.* 2. *c.* 4. *n.* 89. *& ſeq.* Card. Mantic. *de con ect. ultim. volunt. lib.* 2. *tit.* 5. *n.* 7. *&* 8. Honded. *conſ.* 784. *n.* 61. *lib.* 1. Rot. *deciſ.* 129. *num.* 15. *part.* 2. *diverſ.* & *in Romana teſtamenti*, 8. *Decembr.* 1620. coram R. D. meo Coccino, & *in Peruſina hæreditatis*, 12. *Iunii* 1617. coram bonæ mem. Butarto, inter ejus impreſſas *deciſ.* 256. *n.* 1161. Ferentil. *in annotat. lit. E*, ſubdit hoc eſſe intelligendum procedere ubi non conſtat præciſè teſtatorem fuiſſe ſemper dementem, ſed dilucida intervalla habuiſſe; nam prorſus demens, & in furore confir-

T 4 matus

matus, ſi de facto teſtetur, licèt ordinatè, ſemper ejus teſtamentum nullum eſt, Menoch. *de præſumpt. lib.6. præſ.45.n.68.* quia tunc ordinata diſpoſitio non à perſona, ſed caſu magis facta creditur, ut benè declarat Rot. *in Romana ſucceſſionis, 19. Ianvarii 1629.* coram R. P. D. Duran.

10 Notatur etiam ad hoc, quod olim furioſus, etiam hodie præſumitur, ut per Alciat. *de præſ.reg. 2.præſ.18.* Flamin. *de reſign. benef. lib.1. q.8. n.12.* vide plures alios Doctores *infr. n.13.*

11 In gloſſ. *Vnus*, ibi, *tamen ſi aliæ præſumptiones adſint ſufficit.* Notatur ad hoc, quod præſumptiones plures ad plenam probationem faciendam conjunguntur, ut per Maſcard. *de probat. concl.1223.*

12 In gloſſ. *Compotem*, ibi, *quia furioſus non poteſt facere teſtamentum.* Probat text. *in l.qui teſtamento. §.nec furioſus, ff.de teſtam.* Ordin. Reg. Luſitan. *lib.4.tit.81. in princ.* cum aliis citatis per Mich. Graſſ. *tom.2.commun. opin. lib.6. tit.23. n.21. pag.35.* Menoch. *de arbitrar. caſu 325. & de præſumpt. lib.1. præſ.24. num.15. & præſ.18.n.7. & lib.2.præſ.75. n.57. & conſ.374.n.45.* Card. Mantic. *de conject. ult. volunt. lib.2. tit.5. à princ.* Spin. *in ſpeculo teſtam. gloſſ.10. rubr.* Molin. *de juſtit. tract.2. diſp.136.n.3.* Cardoſ. *in praxi judicum, verbo Teſtamentum, n.17.* Negreiros *in introduct. ult. volunt. lib.1.c.7. num.10. cum ſeqq.* Bened. Ægid. *in repet. l.1. C.de Sacroſ. Eccleſ. p.1. §.3. n.9.* Cald. Pereira *d. conſ.24. n.3.* Nec reconvaleſcit adveniente ſanitate, ex Cevall. *commun. contra commun. q.11. n.3.* Amplia, ut nec ad pias cauſas furioſus teſtari poſſit, Burg. de Pace *conſ.11. n.2.* Spin. *d. gloſſ.10. num.7.* Craſſ. *§. teſtamentum, q.17. n.3.* Benedict. Ægid. *d. num.9.*

13 In ead. gloſſ. ibi, *Quia conſtabat illum priùs fuiſſe furioſum.* Notatur ad hoc, quod quando conſtat aliquem furore, dementia, vel inſania affectum fuiſſe, adhuc præſumitur furioſus, vel demens, ſecus tamen ſi antea furore agitatus non fuiſſet, quia poſtea non præſumitur furioſus, ſed ſanæ mentis, de quo vide Anton. Gom. *tom.3. var.c.1.n.71.* Grammat. *deciſ.73. n.22. cum ſeqq.* Ioſeph. Ludov. *Peruſ. deciſ.1. n.10.* Molin. *de primog. lib.2. c.9. num.30.* Ioſeph. Ludov. *tom.3. commun. opin. tit. de probat. concl. unic. verſ. infertur, n.193. pag.477.* Menoch. *conſ.374. n.45. & conſ.311. n.3. & de præſumpt. lib.6. præſ.45. num.18. & 19.* Burg. de Pace *conſ.11. n.13.* Perez *ad tit.2. lib.5. Ordin. pag 63.* Maſcard. *de probat. concl.39. & concl.825. & concl.1045. n.32. & concl.1219. n.16.* Molin. *de juſtit. tract.2. diſp.136. num.3.* Flamin. *de reſign. lib.3. q.8. n.11. cum ſeqq.* Valaſc. *conſ.145. n.13. & 16.* Farin. *fragment. crimin. p.1. lit.F, n.317.* Nam mentis ſanitas naturaliter & de jure præſumitur,

14 & contrarium aſſerenti incumbit onus probandi. Dec. *conſ.127. n.29. lib.3. conſ.51. n.33. cum ſeqq. lib.4.* Menoch. *conſ.683. n.1.* Farin. *d. lit. F, n.230. & in praxi crimin. q.94. n.48.* Rot. *in Romana de Gracchis, 2. Decembris 1618.* coram Remboldo, *& in Romana hæreditatis de Aragoniis, 13. Novembr. 1624.* coram Manzanedo, *& in Peruſina hæreditatis, 12. Iun. 1617.* coram Buratto, inter ejus impreſſas *deciſ. 256. in princip.*

Notatur ad hoc, quod confeſſio criminalis facta extra judicium parte abſente, non probat, ut per Maſcard. *de probat. concl.350. n.2.* Et confeſſus de crimine extra judicium non punitur. Bernard. *reg.125.* punitur tamen judicis arbitrio, Corraſ. *in praxi judicum, verbo Confeſſio. n.31.*

De Sepulturis.

TIT. XXVIII.

SVPER hanc rubricam ſcripſerunt Zabar. Ioan. Andr. Imola, Anan. Butr. Anchar. Panorm. Guillelm. Durand. *in Breviario aureo Iuris Canon. fol.104. verſo,* Ioan. de Londris *in Breviario ſanctorum Canonum, fol.175.* Martin. Meſnart. *in epitome Decret. fol.120. verſo,* Petr. Ravenna *in compend. Iuris Canon.* Dan. Venator *in analyſi methodica juris Pontif. à pag.454.* Goffred. & Hoſt. *in ſum. hujus tit.* Alex. Caſan. & Anaſtaſ. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decret.* Barth. Carthag. *in expoſitione tit. juris Canonici,* Lancel. *in inſtit. Canon.* Caniſ. *in ſumma juris Canonici,* Caſarel. *in erothem. ejuſdem juris,* Ioan. Honor. *lib.3. ſumm. in Decret.* Zypæ. *in analyt. poſtremi juris Eccleſ. enarrat. pag.232.* omnes *ſub hoc tit.*

De materia tituli vide Sebaſt. Medices *in ſpeciali tract. de Sepulturis,* Fr. Emman. *qq. regul. tom.3.q.60.* Hieron. Carat. *in opuſc. de jurib. parochialib. tit.7. de ſepulturis,* Læl. Zecch. *de Republ. Eccleſ. c.29. de parocho, n.17.18. & 19.* Spin. *in ſpeculo teſtam. gloſſ.2. princ.* Card. Tuſch. *tom.7. lit.S, concl.194.* Zerol. *in praxi Epiſc. p.1. verbo Sepultura,* Bellet. *diſquiſ. cleric. p.1. tit. de clerico debitore, §.3. à n.8.* Intereſt enim Reip. mortuos ſepeliri, Surd. *deciſ.255. n.9.* ubi *n.26.* dicit quod non minus intereſt Reipub. viventes homines conſervari, quàm mortuos ſepeliri, itaut privatio ſepulturæ magna pœna, & ignominioſa ſit, Azeved. *l.6. num.9. tit.18. lib.5. nova recop.* Cened. *ad Decret. collect.40. n.2.* De ſepultura plura ſcitu digna refert Marc. Ant. Genuenſ. *in praxi Archiep. Neapol. c.61. in 2.edit.* Et de ſepulturis Eccleſiaſticis, & quibus Eccleſiaſtica ſepultura denegetur, Paul. Fuſc. *de viſitat. lib.1. cap.25.* latè Lavor. *var. lucubr. tit.2. c.9. cum ſeqq.*

SVMMARIVM.

1 *Inſtitutus decedens ſepelitur in ſepulchro majorum, vel ubi eligit ſepulturam. Parochialis tamen Eccleſia habebit Canonicam portionem ejus, quod reliquerit Eccleſiæ ſepulturæ.*

2 *Sepeliri poteſt unuſquiſque in ſepultura, qua majores ſui ſepeliri conſueverunt.*

3 *Majores dicuntur pater, avus, & alii ſuperiores.*

4 *Sepulturam non habens, neque eam eligens, ibi eſt ſepeliendus, ubi Sacramenta ſuſcipit.*

5 *Sepulchrum commune eſſe familiæ probatur ex inſpectione literarum.*

6 *Sepulturam eligere poteſt pater filio impuberi, & dominus ſervo pariter impuberi, ubi adeſt conſuetudo.*

CAP. Nos inſtituta I.

Leo III.

IN ſepultura majorum ſuorum licèt ex decentia quilibet ſepeliri deberet, tamen in loco alieno poteſt 1
unuſquiſque ſepulturam eligere: ſed illi Eccleſiæ ubi aliàs erat ſepeliendus, & ubi pabulum ſpirituale accipiebat, dari debet tertia pars eorum, quæ reliquit Eccleſiæ ubi ſepelitur, & aliter non fiat ſub pœna excommunicationis. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc.

Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Imol. Ananias, Hoſt. Butr. Anchar. Henric. Panorm. Viv. *in rationali libri tertii juris Pontif. pag.* 237. Alagona *in compend. juris Canonici*, *pag.* 436. remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concordant. part.* 1. *&* 2. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 1. *Decret. lib.* 3. *tit.* 24. *c.* 3. & eſt poſt Concil. Later. ſub Alex. III. *p.* 43. *c.* 2.

2 *In majorum ſuorum ſepulturis jacere.*] Ergo unuſquiſque in ſepultura, qua majores ſui ſepeliri conſueverunt, ſepeliri poteſt, de quo vide Spin. *in ſpeculo teſtam.gloſſ.* 2. *princ.n.* 38. Ioan.Garc. *de expenſis, c.*8.*n.*4. Card.Tuſch. *tom.*7.*lit.S,concl.*194. Lavor. *var.lucubr.*
3 *tom.*1. *tit.*2.*c.*11.*n.*44. Majores dicuntur pater, avus, & alii ſuperiores, *l.majorum, ff.de verb.ſignif.* latè ad propoſitum Læl.Zech. *de Republ. Eccleſ.c.*28.*de parocho,n.*17.*verſ. fallit*, ubi tenet quod ſi pater, & avus ſint ſepulti in uno loco, & proavus, & tritavus in alio, ſepelietur filius cum patre, & avo; ſi verò in uno ſepulchro non ſunt plures majores, ſed in uno pater, in alio avus, in alio proavus, ſepelietur in parochia, ubi audit divina, & percipit Sacramenta, quilibet enim non habens ſepulturam, neque eam eligens, ibi eſt ſepeliendus, ubi Sacramenta ſuſcipit, gloſſ. *in formatione caſus,verſ. nota,in c.*1. *hoc tit. lib.*6. Burſat. *conſ.*226. *n.*119.*vol.*3. Bellet. *diſquiſ.cleric.p.*1. *tit.de*
4 *Clerico debitore*, §.3.*n.*19.ubi *n.*20. dicit quod eodem modo ſi Clericus ſepulturam non habeat, neque illam ſibi eligat, ſepeliri debet in Eccleſia, cujus adminiſtrationem, vel curam geſſit, vel ubi reſidere tenebatur, & citat Burſat. *d.conſ.*226.*n.*18. *&* 19. jus enim
5 ſepulturæ pendet multùm ab adminiſtratione Sacramentorum, Steph. Gratian. *diſcept. forenſ.c.*94.*n.*74. Sanch. *de matrim. lib.*3.*diſp.*23.*n.*17. Illud advertere oportet, ex inſpectione literarum probari ſepulchrum commune eſſe familiæ; Sebaſt. Nav. *ad l.*2. *ff.de operibus publ.n.*4. Maſcard. *de probat.concl.*1297.*n.*4. faciunt tradita per Menoch. *de præſumpt. lib.*2. *præſ.*19. *n.*2. Zerol. *in praxi Epiſcop. p.*1. *verbo Arma*, ubi de jurepatronatus.

Et etiam alienam.] Collige ex text. quemlibet alienam ſepulturam eligere poſſe: intellige alterius Eccleſiæ, quàm ejus parochiæ, ut benè interpretatur Lavor. *d.c.*11. *n.*35. ubi ſubdit verba relata intelligenda non eſſe reſpectu ſepulchri familiæ, ſeu hæreditarii, aut alterius proprii particularis, ſed reſpectu Rectoris Eccleſiæ, quo invito quilibet etiam non ſuus Parochianus, in ejus Eccleſia, etiamſi eſſet diverſæ diœceſis, dummodo commodè portari, & ſepeliri valeat, eligere poteſt.

In gloſſ. *Propriam eligere*, ibi, *quilibet adultus, &*
6 *diſcretus poſſit ſibi eligere ſepulturam.* Nam filio impuberi poteſt pater, ubi eſt conſuetudo, eligere ſepulturam, item & dominus ſervo pariter impuberi, *cap. licèt, hoc tit. lib.*6. Petr. de Vbald. *de canonica Epiſc. in fine,c.*11.Sylveſt. *verbo Sepultura*, §.21. Sebaſt.Medic. *de ſepult.q.*8.Bellet.*d.§.*3.*n.*17.ubi *n.*18.cum Burſat.*d. conſ.*226. *n.*17. reſolvit fratrem non poſſe fratri eligere ſepulturam, nec patrem filio puberi, nec matrem filiis, nec tutorem pupillo, nec avum nepoti, quod intellige, ubi non adeſt conſuetudo quod eligatur.

SVMMARIVM.

1 *Sepeliendus in monaſterio tenetur relinquere Eccleſia Parochiali medietatem bonorum, quæ pro anima ſua diſpoſuit.*

2 *Quarta debetur Eccleſiæ parochiali ab Eccleſia etiam exempta, ubi quis ſepelitur extra parochialem, vel ex electione, vel ob ſepulchrum Majorum.*

3 *Quarta funeralis de jure debetur Eccleſiæ parochiali.*

4 *Sepulturæ electio facta alicui monaſterio, ſive Eccleſiæ, non legando parochiali quartam funeralem, valet.*

5 *Quarta nulla debetur de relictis pauperibus in genere.*

6 *Relictum pro anima conſanguineo, vel amico pauperi, dicitur relictum ad pias cauſas.*

Cap. Relatum II. *Leo.*

Parochus quando quis eligit ſepulturam in monaſterio, Parochialis ejus habere debet medietatem eorum, quæ pro anima ſua reliquit. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Butr. Imol. Anan. Hoſtienſ. Anchar. Henric. Panorm. Vivian. *in rationali libri tertii juris Pontificii, pag.*238. Alagona *in compend. juris Canonici, pag.*456. remiſſivè Ximen. *in concord. part.*1. refertur ab Ivo. *p.*7. *Decretor. c.*150. & ab Anton. Auguſt. *collect.*1. *Decret. lib.*1. *tit.*24. *c.*4. 1

Ex hoc text. paſſim colligitur, quod quando quis ſepelitur extra parochialem, vel ex electione, vel ob ſepulchrum Majorum, quarta debetur Eccleſiæ parochiali ab Eccleſia ſepulturæ, etiamſi ſit exempta, ut per Læl.Zech. *de republica Eccleſiaſt. c.*28.*de parocho, n.*18. Iul. Lavor. *var. lucubrat.tom.*1.*tit.*2.*c.*17.*n.*33. 2
Quarta enim funeralis de jure debetur Eccleſiæ parochiali, Rota apud Farin. *deciſ.*376. *n.*1. *in fin. p.*1. 3
recent. ubi *num.*2. hoc fallere aſſerit quando Eccleſia Cathedralis per 40. annos illius quaſi poſſeſſionem acquiſierit: & *n.*3. quod quartam funeralem Eccleſia Cathedralis ſibi reſervare poterit in ſignum ſubjectionis, quando aliæ parochiales Eccleſiæ fuerint poſteà erectæ.

Advertere oportet, quod electio ſepulturæ facta alicui monaſterio, ſive Eccleſiæ, non legando parochiali quartam funeralem, bene valet, neque parochialis Eccleſia jus habebit ad demandandum corpus defuncti, ſed ſolummodò ad ſuam quartam funeralem, in caſu quo ſibi debeatur; nam licèt hîc jubeatur quartam relinqui Eccleſiæ parochiali, non tamen ex hujuſmodi omiſſione annullatur electio ſepulturæ, ſed ſtatuitur ut debeatur, etiamſi non relinquatur, quod multis probant Greg. Lop. *l.*5. *verbo ſi no dexaſſe nada à la Igleſia parochial*, *tit.*1. *p.*1. Ludov. Miranda *in man. Prælat.tom.*2. *q.*48.*art.*11.*concl.*1. ubi *concl.*2. an quando aliquid legatur Eccleſiæ parochiali à defuncto, illud debeat in quartam funeralem compenſari. 4

In gloſſ. *Decreverit*, ibi, *ſi reliquit pauperibus.* Notatur ad hoc, quod de relictis pauperibus in genere nulla debetur quarta, ut per Petr. de Vbaldis *de canonica Epiſcop. p.*5.*n.*10. *&* 11. *& c.*7. *num.*15. *&* 50. Tiraq. *de pia cauſa, privil.*28. Steph. Quarant. *in ſumma Bullarii, verbo Privilegia Regularium, verſ. quarta Epiſcopalis, diffic.*1. Franc. Leo *in theſauro fori Eccl.p.*2. *c.*13. *num.*9. Azor. *inſtit. moral. p.*2. *lib.*9. *c.*12. *q.*9. quorum plures refero ego ipſe *de offic. & poteſt. Epiſc. p.*3. *alleg.*86. *n.*21. Verùm autem de iis, quæ Confraternitatibus relinquuntur, quarta Canonica debeatur, quæſtio eſt dubia, de qua egi latè *d.p.*3. *alleg.*75. *à num.*43. 5

In ead. gloſſ. ibi, *Vel conſanguineis pro remedio animæ ſuæ.* Notatur ad hoc, quod relictum pro anima conſanguineo, vel amico pauperi, dicitur relictum ad pias cauſas, ut per Tiraq. *in præfat. pia cauſa, verſ. quod adeò, fall.*7. Maſcard. *de probat. concluſ.*1172. *num.*5. 6

SVMMA

SVMMARIVM.

1 *Electio ſepulturæ in loco minus religioſo relictæ, dimiſſo majorum ſepulchro, non tenet.*

2 *Electio ſepulturæ eſt facienda in illis Eccleſiis & monaſteriis, in quibus Religioſi ſunt inſtituti, & orationes pro defunctis frequenter celebrantur.*

3 *Sepeliri in majorum ſuorum ſepulchro unicuique optabile eſt.*

Cap. Fraternitatem III.

Innoc. III.

1 Electio ſepulturæ in loco minus religioſo, dimiſſo majorum ſepulchro, non tenet. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabar. Butr. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſtienſ. Anchar. Henric. Panormit. Bald. Vivian. *in rationali libri tertii juris Pontif. pag.* 238. Alagona *in compendio juris Canonici, pag.* 457. remiſſivè Ximen. *in concordant. part.* 2. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 1. *Decret. lib.* 3. *tit.* 24. *cap.* 5.

2 Collige ex text. electionem ſepulturæ eſſe faciendam in illis Eccleſiis, & monaſteriis, in quibus Religioſi, ſive Canonicorum, ſive Clericorum, ſive Regularium ſunt inſtituti, & orationes pro defunctis frequentiùs celebrantur, ut per Lavor. *var. lucubrat. tom.* 1. *tit.* 2. *c.* 11. *n.* 21. eo quòd accedentes ad hujuſmodi Eccleſias ſepulchra ſuorum aſpicientes, eorum recordantur, & pro eis preces fundunt, *cap. cùm gravia* 13. *q.* 2. Lavor. *d. tit.* 2. *c.* 8. *n.* 18.

3 *Parentum ſuorum ſepulchris*, &c.] Optabile enim unicuique eſt in Majorum ſuorum ſepulchro ſepeliri, ut per Læl. Zech. *de Republ. Eccleſiaſt. c.* 28. *de parocho, n.* 17. *verſ. fallit ſi quis.* Paul. Fuſch. *de viſitat. lib.* 1. *c.* 25. *n.* 12. *in princ.*

SVMMARIVM.

1 *Canonica portio debetur ſi quis in ægritudine de qua deceſſit, ſua alicui monaſterio obtulit.*

2 *Quarta Epiſcopalis non debetur, quando quis in vita donat Eccleſiæ.*

3 *Canonica portio non debetur Eccleſiæ, cujus parochianus Religionem ingreditur, & pendente anno profeſſionis obiit, ſecus ſi ingreſſus eſt animo exeundi, & moriatur ante profeſſionem.*

4 *Novitii decedentes abſque ſepulturæ electione, quo loco ſint ſepeliendi, remiſſivè.*

5 *Patrifamilias liberum eſt de rebus ſuis diſponere etiam in præjudicium filiorum, non tamen cum in fraudem id agit.*

Cap. De his IV. *Alex. III.*

1 Canonica portio debetur Eccleſiæ Parochiali, ſi quis in ægritudine de qua deceſſit, ſe & ſua monaſterio alicui obtulit; ſecus autem ſi ſe obtulerit in ſanitate, habitumque aſſumpſerit. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Imol. Anan. Butr. Hoſt. Anchar. Henric. Panorm. Vivian. *in rationali libri tertii juris Pontif. pag.* 239. Alagona *in compendio uris Canonici, pag.* 456. remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. & 2. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 1. *Decret. lib.* 3. *tit.* 24. *cap.* 6. & eſt poſt Concil. Lateran. ſub Alex. III. *p.* 49. *c.* 6.

Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſumit 2
Fr. Lud. Miranda *in manuali Prælat. tom.* 2. *q.* 48. *art.* 9. *concl.* 3. Quando quis in vita donat Eccleſiæ, non debetur quarta Epiſcopalis, Miranda *d. art.* 3. *concl.* 1. *in fine*, Azor. *inſtit. moral. p.* 2. *lib.* 9. *c.* 12. *q.* 7. *caſu* 7. Ego ipſe *de offic. Epiſc. p.* 3. *alleg.* 86. *n.* 86. Canonica enim 3
portio non debetur Eccleſiæ, cujus parochianus religionem ingreditur, & pendente anno profeſſionis obiit, ut per Tiraq. *de retract. lign.* §. 1. *gloſſ.* 8. *n.* 23. ſecus ſi ingreſſus eſt animo exeundi, & moriatur ante profeſſionem, Læl. Zech. *de Republ. Eccleſ. c.* 28. *de Parocho, n.* 18. *fallent.* 3. Novitii decedentes abſque ſepulturæ 4
electione, ubi ſint ſepeliendi, oſtendunt Fr. Emman. *qq. regul. tom.* 3. *q.* 60. *art.* 2. *in fine*, Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.* 2. *lib.* 6. *c.* 14. *n.* 11.

Notatur ad hoc, quod per ingreſſum religionis 5
in ea infirmitate, qua quis decedit, ſubſtituto non fit præjudicium, etiamſi aliter de fraude non conſtet, ut per Fr. Emman. *qq. regular. tom.* 2. *quaſt.* 77. *art.* 5.

In gloſſ. *Decedant.* Notatur ad hoc, quod quamvis 6
liberum ſit patrifamilias de rebus ſuis diſponere etiam in præjudicium filiorum, attamen permiſſum non eſt cùm in fraudem id agit, ut per Covar. *in cap. Raynutius*, §. 10. *verſic. quartò, ſup. de teſtament.* Menoch. *conſ.* 334. *num.* 30.

SVMMARIVM.

1 *Sepelientes Parochianum alienum, quem ſepelire non debebant, coguntur reſtituere corpus, & quæ ratione ipſius obtinuerunt.*

2 *Appellatio omnis interdicta eſt, quæ cadaveris ſepulturam impedire poteſt.*

3 *Sepultura hominis non recipit dilationem.*

4 *Cadaver debitoris an poſſit inſepultum detineri donec ſolvatur debitum per hæredem, remiſſivè.*

5 *Parochus ante omnia eſt reſtituendus, ſi fuerit ſpoliatus corpore jam ſepulto.*

Cap. Ex parte V.

Sepelientes Parochianum alienum, quem ſepelire 1
non debebant, coguntur reſtituere corpus, & quæ ratione ipſius obtinuerunt, vel amicabiliter convenire. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſt. Anchar. Butr. Henric. Panorm. Vivian. *in ration. lib. tertii jur. Pontificii, pag.* 239. Alagona *in compendio juris Canonici, pag.* 456. remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concordant. p.* 1. & 2. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 1. *Decret. lib.* 3. *tit.* 15. *c.* 1.

Poſt appellationem ad vos factam, &c.] Notatur ad 2
hoc, quod omnis appellatio interdicta eſt quæ cadaveris ſepulturam impedire poſſit, ut per Cov. *in cap. Raynaldus*, §. 3. *n.* 3. *de teſtam.* Duen. *reg.* 397. *limit.* 1. Cened. *ad Decret. collect.* 40. *n.* 2. *ad med.* Iul. Lav. *var. lucubr. tom.* 1. *tit.* 2. *c.* 9. *n.* 115. Sepultura enim hominis 3
non recipit dilationem, *l. ne corpora, ff. de relig. & ſumpt. fun.* Bellencin. *de charitativo ſubſidio, q.* 55. *n.* 5. *& ſeq.* Vtrùm autem cadaver debitoris poſſit inſepul- 4
tum detineri donec ſolvatur debitum per hæredem, vide Cov. *lib.* 2. *var. c.* 1. *n.* 10. *& in cap. Raynaldus*, §. 3. *n.* 3. *de teſtam.* Greg. per text. *ibi, in l.* 13. *verbo Reſtat, tit.* 9. *p.* 7. Grammat. *deciſ.* 82. Boër. *deciſ.* 287. *ex n.* 2. Baëz. *de inope debitore, c.* 1. *ex n.* 19. Fuſch. *lit. C, ſingul.* 246. Ant. Gom. *tom.* 2. *var. c.* 11. *n.* 56. Sebaſt. Medic. *in tract. Mors omnia ſolvit, p.* 2. *concl.* 17. Anton. Scap. *de jure non ſcripto, lib.* 3. *c.* 99. *ex n.* 5. Petr. Pech. *de jure ſiſtendi,*

ſiſtendi, c.5.n.17. Petez *l.7. in gloſſ. y que al finado, tit.1. lib.1. pag.31. & l.4. verſ. eſt tamen quaeſtio, tit.8. lib.3. Ordin. pag.629.* Ioſeph Ludov. *Peruſ. deciſ.78.n.24.* Menoch. *de arbitr. caſ.387.n.16. & 20.* Ioan. Garc. *de expenſ. c.8. n.19.* Guttier. *de iuram. confirm. p.4.c.4. n.17.* Spin. *in ſpeculo teſtam. gloſſ.2. princ. n.10. cum multis ſeqq.* Brunor. à Sole *in quaeſt. legal. q.29. per tot.* Azeved. *l.6.n.10.tit.18.lib.4. nova recop.* Parlad. *lib.2. rerum quotid. cap. fin. §.3.p.5. n.26.* Farin. *in praxi crim. p.1. q.20. n.139. cum ſeqq.* Mart. *de juriſdict. p.4. caſu 155. ex n.2.*

5 *Corpus reſtituat,* &c.] Notatur ad hoc, quod parochus ante omnia eſt reſtituendus, ſi fuerit ſpoliatus corpore jam ſepulto, cùm illud poſſit extrahi auctoritate ſuperioris, tanquam non juſtae ſepulturae traditum, & reſtitui ei, qui jus praelationis habet, ut per Chaſſan. *in catalogo gloriae mundi, p.2. conſid.5. verſ. de gloria autem, col. penult.* quem refert, & ſequitur Steph. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.298. n.6.* remiſſivè Lavor. *d.c.9. n.122.* Intellige quod non per viam attentati reſtituitur cadaver ſepultum poſt appellationem, ſed per ſententiam diffinitivam in judicio ordinario, & principali latam, poſt Lancel. *de attent.* tradit Salgado *de protect. Regia, tom.2.p.2. c.9. n.97.*

SVMMARIVM.

1 *Cadaver illius, qui alibi elegit ſepulturam, violenter rapientes, & in Eccleſia ſua ſepelientes, tenentur reſtituere cum omnibus, quae ipſius obtentu acceperunt,* & n.2.
3 *Sacerdos Parochialis, ſi corpus ejus, qui alibi elegit ſepulturam, violenter rapuerit, & funus ſpoliaverit, tenetur reſtituere totum, quod accepit; & perdit quartam Canonicam.*
4 *Sepulturae electio omnibus adultis eſt libera.*
5 *Religioſis interdictum eſt eligere ſepulturam.*
6 *Praelatus Religionis poteſt ſibi eligere ſepulturam.*

Cap. Cùm liberum VI.

1 Cadaver illius, qui alibi elegit ſepulturam, violenter rapientes, & in Eccleſia ſua ſepelientes, reſtituere tenentur cum omnibus, quae ipſius obtentu acceperunt. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Imol. Anan. Butr. Anch. Hoſtienſ. Henric. Panormit. Vivian. *in rationali libri tertii juris Pontificii, pag.239.* Alagona *in compendio juris Canonici, pag.456.* remiſſivè Ximen. *in concordant. p.1. & 2.* refertur ab Anton. Aug. *collect.2. Decret. lib.3. tit.15. cap.2.*

2 Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſumunt Duen. *reg.397. limit.9.* Farin. *in praxi crimin. p.1. q.20.*
3 *n.123.* qui loquuntur de Sacerdote Parochiali corpus ejus, qui alibi elegit ſepulturam, violenter rapiente, & funus ſpoliante, quod teneatur totum reſtituere, quod accepit, & perdere debeat quartam Canonicam, Lavor. *var. lucubrat. tom.1. tit.2. c.9. n.121.* ubi declarat, niſi velint amicabiliter convenire, juxta terminos text. *in cap. ex parte, ſup. hoc tit.*

4 Notatur ad hoc, quod electio ſepulturae omnibus adultis eſt libera, ut per Bellet. *diſquiſ. cleric. p.3. tit. de clerico debitore, §.3. n.13.* Lavor. *d. tit.2. c.11. n.1.* Lael. Zech. *de Republ. Eccleſ. c.18. de Parocho, n.17. fallent.2.*
5 ubi excipit religioſos morti adjudicatos, & furioſos: de religioſis, quod illis interdicatur eligere ſepulturam, eſt text. *in cap. fin. de ſepult. n.6.* quem latè explicat Sanch. *in praecepta Decalogi, lib.6. c.14. à princip.* ubi *n.3.* cum Navar. *comment.2. de Regularib. n.43.* & Fr. Emman. *qq. regul. tom.3. q.60. art.2. verſ. advertendum tamen eſt,* reſolvit poſſe Religioſum eligere ſepulturam, quando moritur ita remotè à Monaſterio, ut ad illud commodè portari nequeat, & idem Sanch. *d. loco, n.7.* reſolvit ipſum Religionis Praelatum poſſe 6
ſibi eligere ſepulturam, ubi citat Franc. *d. cap. fin. n.2.* Roſel. *verbo Sepultura, n.2.* Fr. Emman. *d. q.60. art.1.*

SUMMARIUM.

1 *Sepulturam liberè poteſt ſibi eligere mulier nupta,* & n.2.
3 *Vidua quae habuit plures maritos, debet ſepeliri in ſepulchro ultimi.*
4 *Vxor mortua, ſepultura non electa, debet ſepeliri in ſepulchro mariti, ſi maritus ad domum duxerit, ſecutaque ſit inter eos carnalis copula.*
5 *Actus reputatur ſecundùm tempus ad quod confertur.*
6 *Pater ubi eſt conſuetudo, poteſt eligere ſepulturam filio impuberi.*
7 *Pater poteſt eligere ſepulturam filiis minoribus 14. annorum, dummodo dicta electio fiat in vita, non autem poſt mortem.*
8 *Pater ſi filio impuberi elegerit ſepulturam, permittente conſuetudine, & decedat filius factus puber, non debet ſepeliri in dicta ſepultura electa, niſi factus pubes ratam habuerit talem electionem.*

Cap. De uxore VII.

Luc. III.

Vxor poteſt liberè eligere ſibi ſepulturam, ſicut vir. Et ſtandum eſt conſuetudini, an parentes poſſint ſepelire filios impuberes ubi voluerint. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innocent. Zabarel. Butr. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſtienſ. Henric. Anch. Panorm. Vivian. *in rationali libri tertii juris Pontificii, pag.240.* Alagona *in compend. juris Canonici, pag.457.* remiſſivè Ximen. *in concord. part.1. & 2.* refertur ab Anton. Auguſt. *collect.1. Decretal. lib.3. tit.24. cap.7.* 1

Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſumunt Spin. *in ſpeculo teſtam. gloſſ.2. princ. n.41.* Lael. Zech. *de Republ. Eccleſ. c.28. de parocho, n.17. verſ. fallit, propè fin.* Lavor. *var. lucubr. tom.1. tit.2. c.11. n.130.* Bellet. *diſquiſ. clerical. p.1. tit. de clerico debitore, §.3. n.15.* ubi *n.16.* cum Abb. *hic, n.6.* reſolvit quod ſi uxor deceſſerit non electa ſibi ſepultura, debet ſepeliri in ſepulchro mariti, & ſi habuerit plures maritos, in ſepulchro ultimi, etiamſi fuerit vidua, & reverſa ad domum patris, adhuc eſt ſepelienda in ſepulchro mariti. Et quod uxor mortua ſepultura non electa, ſepeliri debeat in ſepulchro mariti, ſi maritus ad domum duxerit, ſecutaque ſit inter eos carnalis copula, poſt Petr. Vbald. *de canon. port. c.11. n.20.* & Aym. Cravet. *conſ.11. n.6. vol.1.* tradit Lavor. *d.c.11. n.131.* ubi *num.135.* ampliat procedere etiamſi mulier accuſata ſit de adulterio, ſi pendente lite moriatur. 2 3 4

Ad eum potiùs ſtatum pertineat, &c.] Notatur ad hoc, quod actus reputatur ſecundùm tempus, ad quod confertur, ut per Palat. *in repet. rubr. de donat. inter virum, & uxorem, §.20. n.2.* 5

Et propterea terra conſuetudini, &c.] Ergo patet ubi eſt conſuetudo, poteſt eligere ſepulturam filio impuberi, *cap. licèt, hoc tit. lib.6.* Sylveſt. *in ſum. verbo Sepultura, §.1.* Sebaſt. Medic. *de ſepultur. q.8.* Bellet. 6

dict.

dict.§.3.n.17. Navar. *conſ.1.* aliàs *2. de ſepult.* Lavor. *d.c.11.n.118.* ubi ſubdit ſacram Congreg. Epiſcoporum *ſub die 27.Octobr.1587.* reſcripſiſſe Vicario Pulginaten. poſſe patrem eligere ſepulturam filiis minoribus 14. annorum, dummodo dicta electio fiat in vita, non autem poſt mortem, & *in fin.* ſubdit quod ſi pater filio impuberi elegerit ſepulturam permittente conſuetudine, & decedat filius factus pubes, non debet ſepeliri in dicta ſepultura electa, niſi filius factus pubes ratam habuerit talem electionem.

SUMMARIUM.

1 *Parochianus Eccleſiæ Cathedralis ſi alibi ſepelitur, de ipſius funeralibus, ſeu relictis Eccleſiæ ſepulturæ, debetur quarta Capitulo Eccleſiæ Cathedralis.*

2 *Sepulturæ electio teſtibus ſingularibus probari poteſt.*

3 *Teſtator ſi aliquid relinquit Epiſcopo, non præſumitur tale legatum relictum animo compenſandi cum ea quarta, quam Epiſcopus conſequi debet ex cæteris legatis ab hoc teſtatore factis Eccleſiæ.*

CAP. Cùm inſuper VIII.

1 PArochianus Eccleſiæ Cathedralis ſi alibi ſepelitur, de ipſius funeralibus, ſeu relictis Eccleſiæ ſepulturæ, debetur quarta Capitulo Eccleſiæ Cathedralis. Colligunt ex Ordinar. Abb.antiq. Innocent. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Imol. Anan. Butr. Hoſtienſ. Anch. Henric. Panorm. Vivian. *in rationali libri tertii juris Pontificii pag.240.* Alagona *in compend. juris Canonici, pag.457.* remiſſivè Ximen. *in concord. part.1.* refertur ab Anton. Auguſt. *collect.1. Decret. lib.3. tit.24. cap.8.*

2 *Alibi contigerit eligere ſepulturam.*] Quæ quidem ſepulturæ electio teſtibus ſingularibus probari poteſt, ut per Maſcard. *de probat. concl.1297.* Azeved. *l.6. n.12. tit.9. lib.2. novæ recop.* Spin. *in ſpeculo teſtam. gloſſ.2.princ.n.33.* Roland. *conſ.81.n.44.lib.2.* Gurtier. *de juram. confirm. p.2. c.4. in fin.* Flores de Mena *var. lib.2. quæſt.22. n.49.* Marc. Aur. Genuenſ. *in praxi Archiepiſc. Neapol. c.61. n.8. in 2. edit.* Lavor. *var. lucubr. tom.1. tit.2.c.11.n.19.*

3 *Ipſius quartæ vobis portio relinquatur.*] Notatur ad hoc, quod ſi teſtator aliquid relinquit ipſi Epiſcopo, tale legatum non præſumitur relictum animo compenſandi cum ea quarta, quam Epiſcopus conſequi debet ex cæteris legatis ab hoc teſtatore factis Eccleſiæ, ut per Menoch. *de præſumpt. lib.4. præſ.109. num.156.*

SUMMARIUM.

1 *Conſuetudini ſtandum eſt quanta debeat eſſe Canonica portio, quæ debetur Eccleſiæ Parochiali,* & num. 2.

3 *Conſuetudo, cui ſtandum eſt in quantitate Canonicæ portionis, an & quando debeat eſſe legitimè præſcripta ſpatio 40. annorum, oſtenditur.*

4 *Conſuetudo, quæ viget in Eccleſia cui legatur circa quantitatem Canonicæ portionis, ſervanda eſt, quando nulla eſt certa in Eccleſia Parochiali, & quid ſi in neutra vigeret.*

5 *Canonica portio debetur Eccleſiæ Parochiali, ſi defunctus eligat in alio loco, quàm in propria Parochia ſepulturam.*

6 *Eccleſia Parochialis quando fuerit ſpecialiter interdicta ex ſua culpa, non habebit Canonicam portionem, ſi aliquis Parochianus in alia Eccleſia, ſeu Monaſterio ſepeliatur.*

CAP. Certificari IX. *Clem. III.*

CAnonica portio, quæ debetur Eccleſiæ Parochiali, quanta debeat eſſe, ſtatur loci conſuetudini. 1
Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſt. Butr. Anchar. Panorm. Henric. Vivian. *in rationali libri tertii juris Pontificii, pag.241.* Alagona *in compend. juris Canon. pag.457.* remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.1.* refertur ab Anton. Auguſt. *collect.2. Decret. lib.3. tit.15. c.3.*

Hanc eandem concl. ex hoc text. deſumunt Lap. *de can.port.c.1.n.4.* Lavor. *var. lucubr.tom.1.tit.2.c.17.ex n.4.* ubi tenet hujuſmodi conſuetudinem debere eſſe legitimè præſcriptam ſpatio 40. annorum, quando quantitas quartæ non eſt à jure expreſſa, aliàs ſi expreſſa reperiatur, ſufficere conſuetudinem, etiamſi non ſit præſcripta ſpatio 40.annorum, cujus reſolutionis rationem aſſignat *ibid. n.6.* quia quando limitatur à jure, eſt duplex vinculum, ſcilicet Canonis, & conſuetudinis, ac proinde non requiritur præſcriptio quadragenaria. At verò in quotis non limitatis à jure nullum eſt vinculum Canonis, quia Canon illas non exprimit, ſed eſt ſolùm vinculum conſuetudinis, & ideo oportet ut ſit præſcripta ſpatio 40. annorum. 2 3

Sed illud advertere oportet cum Medic. *de ſepultur. p.2.q.7.n.6. & 7.* quem refert, & ſequitur Lav. *d.c.17. ex n.8.* quod quando in Eccleſia Parochiali non eſt certa conſuetudo quantum exigat, tunc ea ſervari debebit, quæ viget in Eccleſia, cui legatur. Si verò in Eccleſia Parochiali eſt una conſuetudo, & in Eccleſia cui legatur eſt altera, tunc inſpicietur conſuetudo Eccleſiæ Parochialis, quæ prætendit titulum oneroſum propter adminiſtrationem curæ, ſed Eccleſia, cui legatur, prætendit titulum lucrativum, & duobus titulis concurrentibus potior eſt conditio tituli oneroſi quàm lucrativi. Si denique nulla eſt conſuetudo in Eccleſia Parochiali, & nulla in Eccleſia legataria, ſed in aliis Eccleſiis ejuſdem Diœceſis eſt aliqua conſuetudo, tunc ſi eſt uniformis, debet ſervari; ſi difformis, ſervabitur quæ eſt magis conformis juri communi. 4

Notatur hic text. ad hoc, quod Canonica portio debetur Eccleſiæ Parochiali, ſi defunctus elegit in alio loco, quàm in propria Parochia ſepulturam, ut per Fr. Ludov. Miranda *in man. Prælatorum, tom.2.q.48. artic.18. concluſ.1.* Menoch. *de præſumpt. lib.1. præſumpt.109. n.56.* 5

Illud advertere oportet in præſenti, quod quando Parochialis Eccleſia ſpecialiter fuerit interdicta ex ſua culpa, non verò defuncti, probabile eſt, quod in tali caſu non habebit quartam, ſive portionem Canonicam, etiamſi aliquis ſuus Parochianus in aliquo Monaſterio, ſive alia Eccleſia ſepeliatur, ut probat Gemin. *in c.1.hoc tit.lib.6.* quem refert, & ſequitur Fr. Ludov. Miranda *d.art.10. concl.2.* 6

SUMMARIUM.

1 *Privilegiati ſuper jure funerandi ſepelire poſſunt illos qui apud eos eligunt ſepulturam, ſolvendo tamen Canonicam portionem Eccleſiæ Parochiali; ſi verò alios ſepeliunt, tenentur reſtituere quicquid occaſione funeris acceperunt.*

2 *Quarta Parochialis debetur de omnibus, quæ obveniũt ratione funeris, ſeu in die funeris, & de omnibus legatis*

legatis factis Eccleſiæ, ad quam quis eligit ſepulturam.

3 *Quarta debetur Eccleſiæ Parochiali ab Eccleſia ſepultura, ubi quis ſepelitur extra Parochiam, vel ex electione, vel ad ſepulchrum majorum.*

4 *Parochianus unius Eccleſiæ ſi legaverit alteri exemptæ, in qua elegit ſepulturam; de hujuſmodi legato debetur Canonica portio.*

Cap. In noſtra X.

Innoc. III.

1 PRivilegiati ad ſepeliendum in ptoptia Eccleſia, ſi ſepeliunt eos, qui eligunt ralem ſepulturam, tenenrur de relictis à defuncto pro anima ſua in ultima diſpoſitione dare quartam Parochiæ, niſi dolo & fraude fuerit inductus ad eligendam talem ſepulturam, quia tunc debet totum reſtituete. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabatel. Ioan. Andr. Butr. Imol. Anan. Hoſtienſ. Anchar. Panorm. Henric. Vivian. *in rationali libri tertii juris Pontificii*, *pag.* 241. Alagona *in compend. juris Canonici*, *pag.* 457. remiſſivè Ximen. *in concordant. p.* 1. *&* 2. refertur ab Anton. Aug. *collect.* 3. *Decret. lib.* 3. *tit.* 21. *cap.* 1.

2 *Et tunc Parochialis Eccleſia de obligationibus*, &c. Notatur ad hoc, quod quarta Parochialis debetur de omnibus, quæ obveniunt ratione funeris, ſeu in die funeris, & de omnibus legatis factis Eccleſiæ ad quam quis eligit ſepulturam, ut per Hier. Carat. *in opuſculo de juribus Parochialibus, tit.* 8. *de quarta Parochiali, c.* 2. Fr. Ludov. Miranda *in manuali Prælat. tom.* 2. *q.* 48. *art.* 4. *concl.* 2. ubi cum Hoſt. ait hoc eſſe intelligendum de relictis occaſione loci, non intuitu perſonæ, quamvis Eccleſiæ, dummodo id non in fraudem fiat.

3 Notatur etiam ad hoc, quod quando quis ſepelitur extra Parochiam, vel ex electione, vel ob ſepulchrum Majorum, quarta debetur Eccleſiæ Parochiali ab Eccleſia ſepulturæ, etiamſi ſit exempta, ut per Læl. Zech. *de Republ. Eccleſiaſt. c.* 28. *de Parocho, n.* 18. *in princ.* Lavor. *var. lucubr. tit.* 2. *c.* 17. *n.* 33. Parochianus enim unius Eccleſiæ legans alteri exemptæ, in qua elegit ſepulturam, de hujuſmodi legato debetur Canonica portio, Hieron. Carat. *d. tit.* 8. *c.* 5.

SVMMARIVM.

1 *Sepultura Eccleſiaſtica privari non debet caſualiter mortuus.*

2 *Libido venerea peculiariter in nobilibus debacchatur.*

3 *Garciones vocantur juvenes.*

4 *Occidens ſeipſum ſepultura Eccleſiaſtica tradendus non eſt.*

5 *Sepultura Eccleſiaſtica privari debent illi, quos conſtat notoriè in peccato deceſſiſſe, item & hi qui poſt mortem convincuntur de hæreſi*, & n. 6.

Cap. Ex parte ÿ. XI.

1 SEpultura Eccleſiaſtica non eſt deneganda illi, qui caſu moritur, & non ſe ſponte interemit, quia cui communicamus vivo, debemus & mortuo communicare. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Imol. Anan. Butr. Hoſtienſ. Anch. Henric. Panorm. Vivian. *in rationali libri tertii juris Pontificii*, *pag.* 242. Alagona *in compend. juris Canonici*, *pag.* 457. remiſſivè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 3. *Decretal. lib.* 3. *tit.* 21. *cap.* 2.

De materia hujus text. & quod in dubio repertus mortuus in puteo, vel laqueo ſuſpenſus, non præſumatur, quod ſe ipſum præcipitaverit, vel interfecerit, dixi *in collect. ad cap. placuit*, 25. *q.* 5.

Quod cùm nobilis vir, &c.] Notatur ad hoc, quod 2
libido venerea peculiariter in nobilibus debacchatur, ut per Tiraq. *de nobilit. c.* 23. *n.* 10.

Garcionibus.] Ex hoc verbo videtur deſumptum 3
aliud quod Luſitano idiomate dicimus, *garçaon*, ideſt, juvenis, ut advertit Bernard. de Brito *in Monarchia Luſit. p.* 2. *lib.* 7. *c.* 9. *fol.* 296. *verſo*, & faciunt quæ Iuſt. Lipſ. *tom.* 1. *cent.* 3. *ad Belgas, epiſt.* 44. *pag.* 289.

In gloſſ. *Communicabatur*, ibi, *item in his, qui ſeipſos* 4
interficiunt.] Notatur ad hoc, quod ſeipſum occidens ſepulturæ Eccleſiaſticæ tradendus non eſt, ut per Menoch. *de arbitr. caſu* 387. *n.* 31. Farin. *in praxi crim. p.* 1. *q.* 20. *n.* 133. Beller. *diſquiſ. cleric. p.* 1. *tit. de clerico debitore*, *§.* 3. *n.* 33. Hieron. Carat. *de juribus Parochial. tit.* 7. *c.* 8. Lavor. *lucubr. tom.* 1. *tit.* 2. *c.* 12. *n.* 38.

In ead. gloſſ. ibi, *Item in quolibet, quem conſtat in* 5
mortali peccato deceſſiſſe. Notatur ad hoc, quod ſepultura Eccleſiaſtica privari debent illi, quos conſtat notoriè in mortali peccato deceſſiſſe, ut per Gregor. *ſyntag. juris lib.* 2. *c.* 13. *n.* 10. Covar. *in c. alma mater, p.* 1. *§.* 6. *n.* 4. Guttier. *canon. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 2. *cum ſeqq.* Lavor. *d. c.* 12. *n.* 26.

In eadem gloſſ. ibi, *Item in his, qui poſt mortem con-* 6
vincuntur de hæreſi. Vide Navar. *in c.* 2. *de pœnit. diſt.* 7. ubi dicitur communiter recipi, Perez *ad l.* 3. *tit.* 4. *lib.* 8. *Ordin. pag.* 94. Lavor. *d. c.* 12. *n.* 9.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus ſi ſit ſepultus in Eccleſia, vel cœmeterio, debet inde exhumari, ſi ab aliorum corporibus diſcerni poſſit*, & n. 2.

3 *Excommunicatus Eccleſiaſtica privatur ſepultura.*

4 *Excommunicati corpus non poteſt ſepeliri in loco ſacro.*

6 *Excommunicatus quando fuit abſolutus in mortis articulo, debet Eccleſiaſticæ ſepulturæ mandari.*

Cap. Sacris XII.

EXcommunicatorum corpora in cœmeterio Eccle- 1
ſiaſtico tumulata, , ſi ab aliorum corporibus diſcerni poſſunt, debent inde exhumari, & procul abjici: quod ſi ita fieri non poteſt, non debent inde exhumari, ne fortè contingat, ut cum excommunicatorum oſſibus oſſa fidelium extumulentur, quia defuncto nec vilis ſepultura nocet, nec ſpecioſa juvat. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabar. Butr. Imol. Anan. Hoſtienſ. Anchar. Henric. Panorm. Vivian. *in rationali libri tertii juris Pontificii*, *pag.* 242. Alagona *in compend. juris Canon. pag.* 458. remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 3. *Decret. lib.* 3. *tit.* 21. *c.* 4.

Hanc eandem concl. ex hoc text. deducunt Anan. 2
hic, n. 9. Socin. *in c. ſacris, de ſent. excom. n.* 158. Soar. *de relig. tom.* 1. *lib.* 3. *c.* 2. *n.* 13. *& de cenſur. diſp.* 12. *ſect.* 4. *n.* 4. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 32. *n.* 16. Anton. Ricc. *in tract. de jure perſonarum extra gremium Eccleſiæ exiſt. lib.* 4. *c.* 60. *n.* 29. *&* 30. Vgol. *de cenſur. tab.* 2. *c.* 9. *§* 5. *verſ. quintò.* Et quod excommunicatus 3
Eccleſiaſtica priveretur ſepultura, dixi ad *c. à nobis, il* 2. *de ſent. excom. & ad c. ad hæc* 5. *de privil.* ubi plura invenies ad materiam hujus text. conducentia.

De cœmeterio Eccleſiaſtico, &c. Notatur ad hoc, quod 4
excommunicati corpus non poteſt ſepeliri in cœme-

tertio, ut per Socin. *d. cap. ſacris, n.*157. Ant. Ricc. *d. c.*60. *n.*19. ubi *n.*10. dicit cœmeterii appellatione intelligi omnem locum ſacrum deputatum ſepulturæ fidelium, ſive quemcunque locum ab Epiſcopo benedictum, & ad hunc uſum deputatum: & *num.*21. aſſerit procedere ſive cœmeterium ſit conjunctum Eccleſiæ, ſive non: & *n.*22. tenet ut neque debeat ſepeliri prope cœmeterium. Vide quæ dixi *ad c. conſuluiſti.* 7. *de conſecrat. Eccleſiæ.*

5 *Vt quibus non communicamus vivis*, &c.] De hoc dixi *ad d. c. à nobis* 28. *de ſent. excom. n.*5. *pag.*455.

6 *Nec in arbitrio mortis*, &c.] Ergò quando excommunicatus fuit abſolutus in mortis articulo, debet tradi Eccleſiaſticæ ſepulturæ, Anton. Ricc. *d. c.*60. *n.*38. piè enim admodum in Eccleſia Dei cuſtoditum ſemper fuit, ut nulla ſit reſervatio in articulo mortis, atque ideo omnes Sacerdotes quoſlibet pœnitentes à quibuſvis peccatis, & cenſuris abſolvere poſſe cenſuit ſacra Trident. Synodus *ſeſſ.*14. *de ſacram. Pœnit. c.*7.

SVMMARIVM.

1 *Sepultura vendi non poteſt.*
2 *Pretium licitè recipi poteſt pro ſepultura ratione ſitus, vel dignioris loci.*
3 *Sepulchri hæreditarii uſus eſt pretio æſtimabilis, & vendi poteſt pro debitis defuncti.*
4 *Gabella non ſolvitur de venditione ſepulturæ ratione ſitus, vel dignioris loci.*
5 *Simonia non committitur dum emitur locus ſepulturæ honoratior ob rationem, & reſpectum aliquem temporalem.*
6 *Simoniam non committit qui emit in Eccleſia locum honoratiorem, in quo ſedeat.*
7 *Sepulchrum habens proprium ſuis ſumptibus emptum, vel ædificatum pro ſe, aut ſuis, non committit ſimoniam, ſi vendat quoad proprietatem, habito reſpectu ad ſolas expenſas in eo ædificando factas.*
8 *Epiſcopo pertinet tollere pravas conſuetudines ſuæ Diœceſis.*

Cap. Abolendæ XIII.

Honor. III.

1 PRetium accipi non poteſt pro terra Eccleſiæ in qua eſt ſepeliendus defunctus. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Imol. Anan. Butr. Hoſtienſ. Anch. Henric. Panorm. Vivian. *in rationali libri tertii juris Pontificii, pag.*243. Alagona *in compend. juris Canonici, pag.*458. remiſſivè Ximen. *in concord. part.*1. & 2.

2 Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſumunt Doctores citandi, pariter reſolventes licitam eſſe receptionem pretii pro ſepultura ratione ſitus, vel dignioris loci, quaſi hoc non videatur concernere ſpiritualia, ſed tantùm honorem, & præeminentiam, quæ poteſt pretio æſtimari, & vendi, cùm hoc caſu non vendatur ſepultura, quæ gratis eſt præſtanda defunctis per eorum Parochos. Colliges hæc ex Sot. *de juſtit. lib.*9. *q.*7. *art.*1. Petr. de Arag. *in* 2. 2. *q.*100. *art.*4. Vict. *relect.* 2. *de ſimon. n.*10. Greg. *l.*1. *verbo Vendere, tit.*13. *p.*1. Didac. à Roſario *in addit. ad ſummam Caietani, verbo Simonia*, Navar. *conſ.*2. *ſub hoc tit. in antiq.* Molin. *de primog. lib.*1. *cap.*24. *num.*40. Menoch. *de arbitr. caſu* 277. Tolet. *in inſtruct. Sacerd. lib.*5. *cap.*89. *in fine*, Spin. *in ſpeculo teſtam. gloſſ.*2. *princip. num.*44. Læl. Zech. *de Republ. Eccleſiaſt. lib.*1. *cap.*28. *de Parocho, num.*19. *verſ. caveat etiam*, Fr. Emman. *in ſum. part.*2. *c.*50. *num.*2. & *quæſt. regul. tom.*3. *q.*58. *art.*2. Zerol. *in praxi Epiſc. p.*1. *verbo Sepultura*, §.2. Cabed. *de patron. Regiæ Coronæ, c.*22. Petr. de Ledeſma *in ſum. p.*2. *tract.*2. *concl.*34. Nicol. Garc. *de beneſ. p.*5. *c.*9. *n.*137. Humad. *ad Greg. l.*55. *gloſſ.*5. *tit*... *p.*1. Salaz. *de uſu, & conſuet. c.*10. *n.*24. Perez de Lara *de anniverſ. & capell. lib.*1. *c.*25. *n.*17. Marc. Ant. Genuenſ. *in praxi Archiep. Neapol. c.*40. *n.*19. *in* 1. *edit.* aliàs *c.*32. *n.*19. *in ult. impreſſ.* Philiarch. *de offic. Sacerd. tom.*2. *p.*2. *lib.*6. *c.*9. Emman. Sà *verbo Simonia, n.*2. Soar. *de relig. tom.*2. *tract.*2. *lib.*4. *de ſimonia, c.*14. *n.*19. & *ſeq.* Steph. Gratian. *Marchiæ deciſ.*26. *à princ.* & *diſcept. forenſ. c.*110. *n.*6. *cum ſeqq.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.*23. *n.*208. & 226. Bellet. *diſquiſ. cleric. p.*1. *tit. de clerico debitore*, §.3. *à n.*17. latè Lavor. *var. lucubr. tom.*1. *tit.*2. *c.*10. *ex n.*2. Azor. *inſtit. moral. p.*3. *lib.*12. *c.*17. *q.*2. Fillinc. *tract.*45. *c.*3. *q.*11. Bonacin. *var. tract.* ubi de ſimonia, *q.*4. §.6. Raguſ. *de Eccleſ. diſcipl. q.*86. *n.*3. Nicol. Garc. *de beneſ. p.*5. *c.*9. *n.*137. *in addit.* Nald. *in ſum. verbo Sepultura, n.*8. Ioan. de la Cruz *in direct. conſcient. p.*1. *præc.*7. *q.*4. *dub.*9. *concl.*2. Diana *reſol. moral. p.*2. *tract.*1. *miſcel. reſol.*5. Melch.
Phœbos *Luſit. deciſ.*8. & 9. ubi *n.*13. reſolvit quod 3
uſus ſepulchri hæreditarii eſt pretio æſtimabilis, &
vendi poteſt pro debitis defuncti: & *n.*14. dicit, quod 4
non ſolvitur gabella de venditione ſepulturæ ratione ſitus, vel dignioris loci.

Verùm Soar. *d. cap.*14. *num.*22. tenet emptionem 5
ſimplicis ſepulturæ, ſeu juris ſepulturæ ſalvari poſſe, ex illa ratione maximæ obligationis, quod nullus alius ibi ſepeliatur, non verò ex ſuprà relata de ſitu, & digniori loco, dicens quod licèt ſimonia ſit aliquid accipere pro honoratiori loco ſepulturæ, ſecus verò erit ſi quis velit onerare Eccleſiam, & ita poſſidere in illa jus ſepulturæ in aliquo certo loco illius, ut non poſſit alius ibi ſepeliri, tunc enim videtur illam obligationem ex parte Clericorum, ſeu Eccleſiæ poſſe vendi, ſaltem auctoritate Prælatorum Eccleſiæ, cùm circa hoc non inveniatur facta prohibitio, quia aliud eſt vendere ſepulturam, quod prohibetur, aliud vendere obligationem non ſepeliendi alium, ut per ſe conſtat. Vnde neque tunc vendirur aliquid ſpirituale, neque ſpirituali annexum; illa enim obligatio eſt onus accidentarium, quod æſtimabile pecuniâ eſt: ita etiam licèt Soar. non citato, dicit Fr. Raph. de la Torre *de relig. tom.*2. *q.*100. *art.*4. *diſp.*7. Sed illa ratio de honoratiori loco non videtur rejicienda, ſi locus eſt honoratior ob rationem, & reſpectum aliquem temporalem, quia tunc non emitur res ſacra, ſed honor quidam humanus, qui in hominum æſtimatione, & appretiatione poſitus eſt, tum quia emens locum honoratiorem in quo ſedeat, non committit ſimoniam,
Gabr. *n.*4. *diſt.*25. *q.*2. *dub.*10. Soar. *d. lib.*4 *cap.*28. 6
*n.*23. ergo nec ſimonia committitur dum honoratior ſepulturæ locus emitur, ut optimè conſiderat Bonac. *d.* §. 6. *n.*4. Illud tamen advertendum duxi cum eod.
Soar. *d. cap.*14. *num.*18. quod ſi quis habeat ſepul- 7
chrum proprium ſuis ſumptibus emptum, vel ædificatum pro ſe, aut ſuis, non eſt materia ſimoniæ, ſi vendatur quoad proprietatem juxta valorem fundi, & reſpectu habito ad ſolas expenſas in eo ædificando factas, quia ibi non venditur benedictio, nec proprium jus ſepulturæ, ſed materiale illud, ad quod alia ſequuntur. Vnde ſimilia loca jure hæreditario transferri ſolent à parentibus ad filios ratione temporalitatis, quæ in eis eſt.

Notari ſolet text. hic ad hoc, quod ad Diœceſanum 8
ſpectat tollere pravas conſuetudines ſuæ Diœceſis, ut per Abb. *in præſenti, n.*3. & *in cap. ex frequentibus, num.*4.

n.4. *de inſtit.* Angel. *in ſum. verbo Archiepiſcopus, n.*1. Eraſm. à Cochier *de juriſdict. Ordinarii in exemptos, p.*4. *q.*15. ubi etiam probat Ordinarium non poſſe tollere pravas exemptorum conſuetudines.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus in mortis articulo abſolutus Eccleſiaſticæ ſepulturæ mandari debet,* & n.2.
3 *Eccleſiæ forma ſervanda eſt in abſolutione, quæ fit in mortis articulo.*
4 *Hæredes tenentur ſatisfacere pro delicto defuncti.*
5 *Hæredes conveniuntur ex maleficio defuncti, licèt nihil inde pervenerit ad eos.*

CAP. Parochiano XIV. & ult.

Gregor. IX.

1 EXcommunicati pro manifeſtis exceſſibus, ut incendio, homicidio, percuſſione Clerici, violatione Eccleſiarum, inceſtu, &c. ſi à ſuo Presbytero juxta formam Eccleſiæ ſunt abſoluti in morte, ſepeliri debent in loco ſacro, & ad ſatisfaciendum cogendi ſunt hæredes. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Butr. Imol. Anan. Hoſt. Anchar. Henric. Panorm. Vivian. *in rationali libri tertii juris Pontif. pag.*244. Alagona *in compend. juris Canonici, pag.*458. remiſſivè Ximen. *in concord. part.*1. & 2.

2 *Non debent cœmeterium,*&c.] Notatur ad hoc, quod excommunicatus in mortis articulo abſolutus Eccleſiaſticæ ſepulturæ tradi debet, ut per Anton. Ricc. *in tract. de jure perſonarum extra gremium Eccleſiæ exiſtent. lib.*4.*c.*60.*n.*38. & 39. & hoc procedere ait ſive abſolutio ſit impenſa ab excommunicatione, ſive à quocumque alio ſimplici Sacerdote, & citat Butr. *n.*3. Anchar. *n.*4. Anan. *n.*2. & Abb. *n.*2. *in præſenti,* Soar. *tom.*5. *diſp.*13. *ſect.*4. *ſub n.*3. *verſ. addendum verò,* item idem Ricc. *loco cit. n.*40. hoc procedere ait etiamſi abſolutio excommunicationis eſſet Papæ reſervata, ubi etiam aſſerit ſic in facti contingentia eo informante reſpondiſſe ſacram Congregationem Cardinalium ſuper *negotiis Epiſcoporum in una ſancta Severina cenſurarum,* 30. *Iunii* 1620.

3 *Iuxta formam Eccleſiæ abſolutus.*] Ergo in abſolutione, quæ fit in mortis articulo, eſt ſervanda forma Eccleſiæ, de qua Butr. *n.*3. Anch. *n.*4. Anan. *n.*3. Abb. *ſub n.*3. *in præſenti,* Ricc. *ubi ſupr. n.*43. ubi ait formam Eccleſiæ eſſe, ut præſter juramentum de parendo mandatis S. R. E. ut *in cap. ex tenore, & in cap. cùm deſideres, de ſent. excommun.* & ſi reconvaleſcat, & non pareat, reincidit in excommunicationem ipſo jure, *cap. eos, eod. tit. lib.*6.

4 *Sed ejus hæredes,* &c. Ergo hæredes tenentur ſatisfacere pro delicto defuncti, de quo vide Dueñ. *reg.*13. *limit.*12. Covar. *lib.*3. *var. c.*3. *n.*7. Strach. *de mercat. p.*2. *n.*16. & 17. Neguz. *de pignorib. p.*2. *memb.*4. *n.*124. & *ſeq.* Xuar. *alleg.*26. *n.*4. *dub.*2. Paul. Comitol. *reſp. moral. lib.*4. *q.*42. Cald. Pereira *in comment. ad l. unic. C. ex delictis defunct. p.*4. *n.*9. D. Barboſ. *in l. ſi filiusfam. ff. de judic. n.*139. *cum ſeqq.* Gutier. *canon. lib.*2. *c.*18. *n.*58. Steph. Gratian. *diſcept. forenſ. c.*33. *n.*16. ubi *n.*18. & 19. dicit per hunc text. hæredem teneri ultra vires, non confecto inventario, & allegat Mench. *de ſucceſſ. progreſſu,* §.1. *n.*27. Menoch. *conſ.*89. *à n.*156. quamvis non teneri ultra vires non confecto inventario, aſſerat Coler. *de proceſſib. execut. part.*2. *cap.*3. *num.*400. & ſaltem quando realiter, & verè nihil occultavit, Covarr. *d. cap.*3. *verſic. ſed nihilominus,* Ceval. *commun. contra communes,* q. 464. *verſ. ſed contrarium.*

In gloſſ. *Sed ejus hæredes,* ult. ibi, *quod hæredes* 5
conveniuntur ex maleficio defuncti, licèt nihil inde pervenerit ad eos. Vide Covar. *d. cap.*3. *num.*6. *verſ. tertiò acquirendum,* Palat. *in repet. rubr. de donat. inter virum & uxorem,* §.5. *num.*19. Mench. *illuſtr. cap.*96. *num.*27.

De Parochiis.

TIT. XXIX.

SVPER hanc rubricam ſcripſerunt Zabar. Ioan. Andr. Imola, Anan. Butr. Anchar. Panorm. Guillelm. Durand. *in Breviario aureo Iuris Canon. fol.*105. *verſo,* Ioan. de Londris *in Breviario ſanctorum Canonum, fol.*175. Martin. Meſnart. *in epitome Decret. fol.*122. Petr. de Ravenna *in compend. Iuris Canon.* Dan. Venator *in analyſi methodica juris Pontif. à pag.*460. Goffred. & Hoſt. *in ſum. hujus tit.* Alex. Caſan. & Anaſtaſ. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decret.* Barth. Carthagena *in expoſitione titulorum juris Canonici,* Ioan. Honor. *lib.*3. *ſum. in Decret.* Zypæ. *in analyt. poſtremi juris Eccleſ. enarrat. pag.*235. omnes *ſub hoc titulo.*

De materia tit. vide Zerol. *in praxi Epiſcop. part.*1. *verbo Parochia,* Azor. *inſtit. moral. p.*2. *lib.*3. *cap.*12. Hieron. Carat. *in opuſculo de juribus Parochialibus, tit.*1. Et de Parochis, & eorum officio, agunt Franc. Ingolus, & Anton. Raguc. *in Parochorum lucerna.*

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopatus quomodo dividendus inter Epiſcopum ſubſtitutum Epiſcopo hæretico, & ipſum Epiſcopum hæreticum reverſum, & ex diſpenſatione receptum, oſtenditur.*
2 *Diviſio ubi fit, antiquior dividit, & partes conſtituit, minor autem eligit,* & n.3.
4 *Primogenitus quis ſit de duobus ſi ignoretur, ille cenſendus quem populus elegerit.*
5 *Parochos inter duos quando contenditur de juribus Parochialibus propterea quod quis habitat in finibus duarum Parochialium, ea jura inter eos dividi debent alternis vicibus.*

CAP. Si Epiſcopus I.

Ex Concil. Afric.

EPiſcopus quando cum parte plebis fit hæreticus, 1
& eligitur alius Epiſcopus Catholicus in Epiſcopatu, ſi hæreticus cum plebe revertitur ad fidem, & diſpenſativè admittitur ad eundem Epiſcopatum, dividi debent Diœceſis fructus, & plebes. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Imol. Anan. Butr. Hoſt. Anch. Henric. Panorm. Viv. *in ration. lib. tertii jur. Pontificii, pag.*252. Alagona *in compendio juris Canon. pag.*463. remiſſivè Ximen. *in concordant. part.*1. & 2. deſumitur ex Concil. Afric. *cap.*85. in Concil. Latinis, & refertur ab Anton.

Auguſt. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 3. *titulo* 25. *cap.* 1.

2 *Itaut ille dividat*, &c.] Notatur ad hoc, quod in facienda diviſione antiquior dividit, & partes conſtituit, minor autem eligit, ut per Covar. *pract. c.*40. *n.*3. Tiraq. *de jure primog. quæſt.*60. *n.*40. *cum ſeqq.* Bald. *tom.*1. *commun. opin. lib.*3. *tit.*23.*n.*4. *pag.*427. Pined. *in ſua Monarchia Eccleſ. lib.*2. *cap.*2. §.1. *ad fin.* Valaſc. *de partitionibus, cap.*22. *n.*1. latè, & eleganter Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*160. *n.*28. *cum ſeqq.* Major quis dicatur, oſtendit Menoch. *de arbitr. caſu* 124.

3 Verùm quia hæc eſt celebris diſceptatio in ſacra Rota Romana *in cauſa Bononien. de Armis*, 29. *Novembris* 1624. coram bon. mem. Vbaldo, mirificè ad partes diſputata, operæpretium duxi hujus Doctiſſimæ deciſionis particulam tranſcribere, quæ ſequitur. Magna videtur difficultas, & quidem celebris eſt Canoniſtarum opinio, quod facta diviſione à majori, ille qui eſt minor, debeat eligere, juxta text. *in cap.* 1. *de Paroch.* intelligendo majorem non ratione ætatis vel temporis, ſed ratione adminiſtrationis, ut per Hoſtienſ. Butr. Anch. Abb. & alios *in d. cap.* 1. Felin. *in rubr. de ma orit. & obed. in fine*, Iaſ. *in §. quadam, num.*68. *inſtit. de action. & in l.* 1. *n.*68. *ff. ſi certum petat.* cum aliis per Tiraq. *de jure primog. q.*60. *n.*6. *&* 7. Menoch. *de arbitr. caſu* 124. *num.*4. Mynſing. *obſerv.*37. *num.*5. *cent.*4. Simoncel. *de decretis, lib.*2. *tit.*4. *num.*37. Ioan. le Ceriel *tract. de primog. lib.*2. *q.*5. *n.*26. & benè facit gloſſ. *in cap. ult. in verbo Antiquiores, de conſuet. in* 6. & illam Canoniſtarum opinionem tenuerunt Doctores *in d. cap.* 1. *de Paroch.* Anan. *in cap. qualiter & quando, il* 2. *de accuſ.* Guid. Papæ *deciſ.*289. *& ſing.*92. Corn. *conſ.*234. *in fine, lib.* 1. Iaſ. *in d. §. quadam, num.*67. *Inſtit. de action. & in d. l.* 1. *n.*39. *in fin. ff. ſi certum pet.* & alii plures relati per Tiraq. *d. q.*60. *n.*30. Mynſing. *d. obſerv.*37. Æmil. Ferret. *conſ.*1. *per tot.* & plures relati per Simoncel. *ubi ſupr. n.*34.

Cæterùm communis opinio Legiſtarum eſt in contrarium, quod ſcilicet nulla ſit prærogativa majoris in dividendo, vel minoris in eligendo, & hæc eſt communis, ut per Tiraquel. *d. quæſt.*60. *num.*10. Roman. *conſ.*471. *num.*4. Petr. de Vbaldis *in tract. de duobus fratribus, part.*11. *quæſt.*12. *n.*78. *verſ. breviter*, Iaſ. *in d. l.* 1. *n.*39. & *ibi* Rip. *n.*70. *ff. ſi certum pet.* idem Iaſ. *in l. ſi duobus, num.*7. *C. commun. de leg.* Aretin. *in d. §. quadam, n.*19. & *ibid.* Gom. *n.*30. *Inſtit. de actionib.* cum aliis, ut per Simoncel. *ubi ſupr. n.*36. ſed quomodo ſit expedienda diviſio, non convenit inter Doctores Legiſtas; nam quidam cenſuerunt, eum qui habet majorem partem in re dividenda, habere electionem, Bald. *in l. ſanè, in princip. num.*9. *C. de donat.* Luc. de Peña *in l.*2. *col.*5. *C. de exactor. lib.*12. Iaſ. *in d. §. quadam, n.*59. Petr. de Vbaldis *ubi ſupr. ſub num.*80. *verſ. item in electione*, Vrſil. *ad Afflict. deciſ.*23. *n.*6. Barz. *deciſ. Bononien.*100. *n.*12. Menoch. *de arbitr. caſu* 123. *n.*8. *&* 9. & in hoc inſtabant informantes pro D. Iunipera, ſed tamen contraria opinio placuit Dominis, quam ſequitur Tiraq. *loco citato, num.*16. nam prædicti Doctores plerique loquuntur quando res non recipit commodam diviſionem, ut per Capic. *deciſ.*36. *n.*1. Tiraq. *d. n.*16. *&* 17. cum aliis, ut per Petr. Santz. *de bonorum diviſione, lib.*2. *c.*10. *num.*10. qui non eſt caſus noſter, ut ſuprà dixi.

Nec obſtat text. *in dict. l.*2. *C. de metat. & epidem. lib.*12. ubi dominus domus, qui habet majorem partem, videlicet duas partes, & hoſpes unam, habet jus eligendi, quia ut rectè explicat Ioan. de Platea *ibid.* illa lex habet rationem ſpecialem, ut dominus, qui in uno gravatur, ſibi auferat ab hoſpite, ut pars domus relevet in altero, ut habeat electionem, *leg. eum qui, ff. de jurejur.* & ſequitur Tiraquel. *loco citato*, & addo quod nec ibi dominus indiſtinctè habet electionem duarum partium, quæ ſibi obtingunt, ſed unius tantùm pro ſua habitatione, & poſteà elegit alteram hoſpes, tertia parte domino relicta, & ſic non applicatur huic cenſui, in quo D. Iunipera vellet eligere omnes tres partes, quæ ad ſe ſpectant.

Nec obſtat *l. ſancimus, §. ne autem, C. de donat.* ubi ſi res ſit communis inter donantem & donatarium, is qui habet majorem partem, habet jus offerendi alteri ſuæ partis æſtimationem, ut totam conſequatur, quia ille etiam eſt caſus ſpecialis, quando diviſio eſt facienda inter donantem & donatarium; aliàs regulariter ubi fit diviſio, non cogitur quis ſuæ partis æſtimationem accipere, ut expreſsè *ibi* tradit Angel. & ſequitur Tiraq. *loc. cit. num.*16. & præter ipſum latè explicat Corn. *conſ.*85. *num.*7. *cum ſeqq. lib.* 1. ubi aſſignat rationem ſpecialitatis.

Alii verò Legiſtæ ſentiunt rem eſſe expediendam per ſortes, quæ videtur communis Legiſtarum opinio, ut per Iaſ. *in l.* 1. *num.*39. *ff. ſi certum pet.* & *ibi* Cagnol. *num.*165. & adducunt text. *in d. l. quando & quæ pars deb. lib.*10. ibi: *Vt rebus totis in ſortium caſum deductis, vel curia quadrantis, vel hæredi, aut fideicommiſſario per univerſitatem dodrantis electio ex ſortis felicitate contingat*; qui tamen text. procedit jure ſpeciali in diviſione facienda inter hæredem, & Curiales, ut expreſsè *ibi* ſenrit Barr. *n.*6. Æmil. Ferret. *d. conſ.*1. *num.*2. Simoncel. *loco ſuprà citato, n.*36. Ideò in contrarium eſt jus commune, *l. jus ſingulare, ff. de legib.* & ita arguit Tiraquel. *d. quæſt.*60. *num.*12. poſt Bald. *in l... n.*4. *C. de his qui ſe defer. lib.*10. & regula eſt quod nunquam res per ſortem expediri debet, ubi aliàs fieri poteſt proviſio, gloſſ. *in l. unic. in verbo prohibebit, in fine, C. uti poſſidetis, & in l. ultima, C. communia de leg.* & quando ſit locus ſorti, plenè per Felin. *in cap. Capitulum, num.*49. *de reſcript.* Ferret. *loco allegato, n.*2.

Vltima fuit opinio, diviſionem eſſe faciendam per aſſignationem arbitrio judicis, hæc eſt autem verior, & receptior opinio, ut teſtatur Tiraquel. *d. quæſt.*60. *num.*10. Menoch. *de arbitrar. caſu* 123. *num.*3. poſt Marſil. *in l. quæſtionis modum, num.*25. *de quæſt.* Ruin. *conſ.*149. *num.*1. *lib.*4. *& conſ.*29. *n.*6. *lib.*5. Boër. *deciſ.*46. *num.*1. Covar. *pract. quæſt. cap. ultim. n.*3. Villalob. *in commun. opinion. in verbo Diviſio*, Vivian. *lib.*1. *commun. opin. concl.*339. Simoncel. *ubi ſuprà, num.*36. Caroc. *deciſ.*135. *num.*7. quæ opinio probatur *in §. pen. & ult. Inſtit. de offic. judic. & in d. §. quadam*, ibi: *Permittitur judici, Inſtit. de actionib. l. & puto, in princ. & §.* 1. *l. ſi familiæ, l. arbitrium, ff. famil. erciſc. l. ad officium, C. communi divid. l. communi dividundo, in princ. & §. cùm de uſufructu, ff. eod. tit. l. poteſt, ff. de legat.* 1. *l. cùm pater, §. pater pluribus*, ibi: *Arbitrium diviſionis*, ubi gloſſ. *ff. de legat.*2. debet tamen fieri æſtimatio vel à judice, vel judicio peritorum, ut per Menoch. *d. caſu* 123. *num.*3. & latiùs Petr. Santz. *de diviſione bonorum, lib.*1. *cap.*4. *num.*1. *cum ſeqq. & lib.*2. *cap.*10. *num.*3. Quamobrem concluſerunt Domini diviſionem in præſenti caſu eſſe faciendam per aſſignationem arbitrio judicis, prævia æſtimatione peritorum. Hactenus deciſio *in d. cauſa Bononien. de Armis*.

Quem plebs elegerit.] Notatur ad hoc, quod ſi 4
ignoretur de duobus ſimul natis quis ſit primogenitus, ille cenſetur, quem populus elegerit, ut per Tiraq. *de jure primog. q.*17. *opin.*9. *n.*1.

In

5 In gloſſ. *Deputetur*, fin. Notatur ad hoc, quod ſi contenditur inter duos Parochos de jure ſepulturæ, confeſſionis, & adminiſtrationis aliorum Sacramentorum, & aliorum id genus jurium Parochialium, propterea quod quis habitat in finibus duarum Parochiarum, itaut non conſtet in qualibet earum habitet, ea jura debent inter eos dividi alternis vicibus, ut per Tiraq. *d. q.*17. *opin.* 5. *n.*7.

SVMMARIVM.

1 *Preſbyteri Parochiales Dominicis diebus, & feſtivis Parochianos alienos ad Miſſam admittere non debent, ſi ex contemptu ad eorum Eccleſiam accedunt.*

2 *Miſſam quis licitè audit extra propriam Parochiam in diebus Dominicis, & diebus feſtis, ceſſante contemptu & ignorantia eorum quæ Parochiani per Parochos ſcire tenentur.*

3 *Refertur* Concil. Trid. ſeſſ. 22. in decreto de obſervandis, & evitandis.

4 *Epiſcopus non poteſt cogere populum mulctis, & pœnis in caſu notabilis negligentiæ, aut contumaciæ ire ad audiendam Miſſam in Parochia ſua.*

5 *Miſſæ audiendæ præceptum adimpletur quocunque loco illa audiatur, peccabit tamen mortaliter qui eam ex contemptu in propria Parochia audire nolit.*

6 *Parochianus poteſt Miſſam audire in aliena Parochia, contempto proprio Preſbytero notorio fornicatore, vel excommunicato.*

7 *Domicilium non dicitur contractum ex ſola habitatione, ſeu converſatione.*

Cap. Vt Dominicis II.

Ex Concil. Nanneten.

1 PArochus in diebus feſtis antequam ſacrum faciat, interrogare debet nunquid alterius Parochiæ, contempto proprio Parocho, velit Miſſam audire, & ſi quem invenerit, ſtatim ab Eccleſia ſua ejiciat. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Imol. Anan. Butr. Hoſt. Anchar. Henric. Panorm. Cened. *collect.* 104. Vivian. *in rationali libri tertii juris Pontif. pag.* 253. Alagona *in compend. juris Canon. pag.* 463. remiſſivè Ximen. *in concord. part.* 1. deſumitur ex Concil. Nanneten. *cap.* 1. *non c.* 419. ut refert Burchard. *Decret. lib.* 2. *c.* 92. non *c.* 19. ut dicit Ivo *p.* 2. *c.* 122. refertur ab Ant. Auguſt. *collect.* 1. *Decret. lib.* 3. *tit.* 25. *c.* 2.

2 *Qui proprio contempto Preſbytero, &c.*] Ergo ceſſante hujuſmodi contemptu, & periculo ignorandi feſta, jejunia indicta à Parocho, & excommunicationes publicatas ab eo, licitè quis audit Miſſam extra Parochiam in diebus Dominicis, & in aliis feſtivis, nulla interveniente proprii Parochi licentia, ut bene reſolvunt Sylveſt. *in ſum. verbo Miſſa, il* 2. *n.* 5. Navar. *in man. c.* 21. *n.* 5. *verſ. non dixi tamen,* Guttier. *canon. lib.* 1. *c.* 30. *ex n.* 8. *& ex n.* 32. Ferdin. Paëz *in repet.*
3 *cap. Miſſas, de conſecr. diſt.* 1. *ex n.* 134. Non obſtat Concil. Trid. *ſeſſ.* 22. *in decreto de obſervandis, & evitandis in celebratione Miſſæ*, dum decidit quod Epiſcopus debet monere populum ut frequenter ad ſuas Parochias ſaltem diebus Dominicis, & majoribus feſtis accedant, quia reſpondetur Concilium non ſtatuere quod Epiſcopus jubeat id, ſed quod moneat, quod verbum eſt conſilii, ut notant Fuſc. *de viſit. lib.* 2. *c.* 21.
4 *n.* 42. Navar. *ubi ſuprà*, Guttier. *d. c.* 30. *n.* 33. *ad fin.* unde facta Congregat. cenſuit, non poſſe Epiſcopum cogere populum mulctis, & pœnis in caſu notabilis negligentiæ, aut contumaciæ ire ad audiendum Miſſam in Parochia ſua, ut referunt Zerol. *in praxi Epiſc. p.* 1. *verbo Miſſa,* §. 6. Azor. *inſtit. moral. p.* 1. *lib.* 7. *c.* 6. *q.* 6. Fagund. *in quinque Eccleſiæ præcepta, præc... lib.* 2. *c.* 3. *n.* 13. Ego ipſe *de offic. & poteſt. Epiſcopi, p.* 2. *alleg.* 24. *n.* 17. ubi *n.* 18. adverto Miſſæ audiendæ 5 præceptum adimpleri quocunque loco audiatur, ſive in propria Parochia, ſive in qualibet alia Eccleſia, aut loco ubi celebretur, poſſe tamen fieri aliunde, ut aliquis peccet non audiendo Miſſam in propria Parochia, videlicet ſi nolit eam audire ex contemptu, aut quando Parochus declarat ea, quæ Parochiani ſcire tenentur. Ex peculiari tamen privilegio præcepto audiendæ Miſſæ ſatisfacit qui in Mendicantium Fratrum ſacris ædibus illam audit, ſecundùm Fuſc. *d. lib.* 2. *c.* 2. *n.* 30. Guttier. *d. c.* 30. *ex n.* 22. *&* 34. Azor. *d. c.* 6. *quæſt.* 7.

Qui proprio contempto Preſbytero, &c. Adverte quod 6 contempto proprio Preſbytero notorio fornicatore, vel excommunicato, poteſt parochianus Miſſam audire in aliena Parochia, ut per Farin. *in praxi crimin. p.* 5. *q.* 138. *n.* 60.

In gloſſ. *Si alterius.* Notatur ad hoc, quod domi- 7 cilium non dicitur contractum ex ſola habitatione, ſeu converſatione, ut per Menoch. *de arbitr. caſu* 80. *n.* 2. *&* 14. Maſcard. *de probat. concl.* 534. *n.* 22. *&* 23. Card. Tuſch. *verbo Domicilium, concl.* 596. *num.* 18. Farin. *fragment. crimin. p.* 1. *lit. D, n.* 200.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus Parochianum alterius, ſine ipſius licentià ordinare non poteſt, ac proinde nec judicare.*

2 *Ordinare qui non poteſt, non poteſt judicare.*

3 *Argumentum de foro exteriori ad forum exterius valet.*

4 *Epiſcopus poteſt ordinare eos, qui in ſuam diœceſim domicilium tranſtulerint.*

Cap. Nullus III. *Adrian. Papa.*

EPiſcopus Parochianum alterius ſine ipſius licentià 1 ordinare non poteſt, ac proinde nec judicare. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſtienſ. Anchar. Butr. Henric. Panorm. Vivian. *in rationali libri tertii juris Pontif. pag.* 245. Alagona *in compendio juris Canonici, pag.* 463. remiſſivè Ximen. *in concordant. part.* 1. refertur à Burchard. *lib.* 2. *Decret. c.* 39. Ivo. *p.* 6. *c.* 140. & ab Anton. Auguſt. *collect.* 1. *Decret. lib.* 3. *tit.* 25. *cap.* 3.

Dicit hic text. quod qui non poteſt aliquem ordi- 2 nare, non poteſt etiam illum judicare, de quo D. Barboſ. *in l.* 1. *ff. de judic. art.* 3. *n.* 200. Vnde regula de- 3 duci ſolet, quod valet argumentum de foro exteriori ad forum interius, ut per Sot. *in* 4. *diſt.* 20. *q.* 2. *art.* 2. *& lib.* 4. *de juſtitia, q.* 5. *art.* 3. *verſ. quartò arguitur, & q.* 6. *art.* 3. *verſ. neque verò,* Petr. à Navar. *de reſtit. tom.* 1. *lib.* 2. *c.* 1. *n.* 67. novè Ioan. Valetum *de differ. inter utrumque forum, in prælud. propè fin.*

In gloſſ. *Præſumat*, ibi, *niſi eo domicilium tranſtule-* 4 *rit.* Notatur ad hoc, quod Epiſcopus poteſt ordinare eos, qui in ſuam diœceſim domicilium tranſtulerint, de quo vide per me dicta *de offic. & poteſt. Epiſcopi, p.* 2. *alleg.* 3. *n.* 22. *cum ſeqq.*

SVMMARIVM.

1 *Fines Parochiarum, de quibus conſtat, vel finibus cohærentia præſcribi non poſſunt*, & n. 2.

3 *Amplia procedere etiam in finibus Regnorum, ſeu Comitatuum, & etiam in iis, quæ cohærent finibus, & quamvis præſcriptio immemorialis proponatur.*

4 *Intellige textum ſolummodo procedere ubi de finibus conſtat, quatenus fines ſunt & habent rationem finiendi.*

5 *Iudicium idem eſt de annexis, & connexis.*

Cap. Super eo IV.

Vrban. III.

1 Limites provinciarum ſicut ſecundùm jura præſcribi non poſſunt, ſic limites Epiſcopatuum, & Parochialium cum adhærentibus non poſſunt præſcribi, ſi legitima probatione, & indubitata fide conſtet ordinatione Eccleſiaſtica eſſe ſtatutos. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Imol. Butr. Anan. Hoſt. Henric. Anchar. Panormit. Vivian. *in rationali libri tertii juris Pontif. pag.* 254. Alagona *in compend. juris Canonici*, *pag.* 463. remiſſivè Ximen. *in concordant. part.* 1. & 2. refertur ab Ant. Auguſt. *collect.* 1. *Decret. lib.* 3. *tit.* 25. *c.* 5. & eſt poſt Concil. Later. ſub Alex. III. *c.* 6.

2 Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſumunt Bald. *de præſcript. c.* 6. *n.* 7. *verſ. decimus*, Parlad. *lib.* 1. *rerum quotid. c.* 1. §. 17. *n.* 3. Mich. Graſſ. *lib.* 3. *commun. verbo confines*, *q.* 8. Menoch. *conſ.* 147. *n.* 44. ubi hoc intelligit quando limites ſunt clarè, & manifeſtè diſtincti, ſecus ſi dubii ſint, de quo etiam Hieron. de Monte *de finibus regundis*, *c.* 107. *n.* 2. *fol.* 268. cujus principalis reſolutionis ea potiſſima videtur ratio, ne alias admiſſa in propoſito finium præſcriptione, cum publico incommodo oriatur confuſio tam inter Prælatos, quàm inter ſubditos, ut intendit text. *in cap. quicunque, c. licèt*, 16. *q.* 3. quæ ratio ſatis defendi poteſt ſi advertas fines provinciarum, diœceſum, & parochiarum in utilitatem publicam, non privata, ſed publica auctoritate conſtituros, & diſtinctos fuiſſe, *c.* 1. 80. *diſt. c.* 1. 13. *q.* 1. intendit text. *in præſenti*, ibi, *Eccleſiaſtica ordinatione inſtitutos*, Concil. Trid. *ſeſſ.* 14. *de reform. c.* 9. & *ſeſſ.* 24. *de reform. c.* 13. *in fine*, unde fines hujuſmodi, quatenus fines ſunt juris publici auctoritate, & utilitate conſtituti, ut in ſimili probat *l. id quod* 7. §. 1. ibi, *limites*, *ff. de periculo*, & *commodo*, ac proinde immutabiles eſſe debent, & meritò præſcribi prohibentur, ne aliàs privata cujuſque præſcribentis auctoritate, ſublatis antiquis, paſſim novi limites conſtituantur, & tam in juriſdictione, quàm in reliquis ad publicam utilitatem pertinentibus frequens detur occaſio incertitudinis, & confuſionis: id quod non ita contingit in finibus prædiorum, qui non publici, ſed privati juris ſunt, non publica, ſed privata uninſcujuſque auctoritate, & voluntate inſtituuntur, & mutantur, *l.* 1. *C. de finibus regund.* & confuſio, quæ timeri poteſt, non ita principaliter publicum, ſed magis privatum continet detrimentum: ſic ſanè licèt intra fines provinciæ, diœceſis, vel parochiæ admittatur præſcriptio ad effectum, ut præſcribens intra illos obtineat juriſdictionem, vel jura Epiſcopalia, ſeu parochialia, ut colligitur ex reg. *cap. auditis*, & *cap. cùm olim*, & clariùs ex *cap. ad aures*, *de præſcript. c.* 1. *illo tit. lib.* 6. *d. c. quicunque*, *d. c. licet*, *c. quia*, *in fine*, *de præſcript.* ubi Felin. *n.* 5. *in fin. cum ſeqq.* poſt Abb. *hic*, *n.* 6. Nihilominus tamen fines ipſi præſcribi non poſſunt ad effectum, ut deſinant eſſe qui antea erant, vel reſtringantur, ut alii extendantur, & ſint ubi non erant, quia ratio prædicta, & hujus text. prohibitio non offenditur, ubi manentibus finibus ſicut antea, intra illos præſcribitur: nec obſtat *cap. cùm ſint* 18. *verſ. & attendendum*, *de decimis*, ſatisfit enim ut per *gloſſ. ult.* communiter receptam, ex Zabar. *ibi.*

Amplia deciſionem hujus text. ſervandam eſſe 3
etiam in finibus Regnorum, Comitatuum, vel Statuum ſæcularium, ut obſervant Abb. *hic*, *in fine*, Pariſ. *d. cap. quia*, *n.* 17. Balb. Craſſ. & Alciat. *dictis locis.* Amplia rurſus id ipſum locum habere etiam in iis, quæ cohærent finibus, ut apertè probat hic text. ex quo ita colligunt omnes, gloſſ. & communis *in d. cap. quicunque*, & *d. cap. qui ſint*, ubi Abb. *n.* 9. Balb. *ubi ſuprà*, cum quibus declarabis poſt Ioan. Andr. & Abb. *hic*, *n.* 4. Amplia denique text. hunc procedere etiamſi præſcriptio immemorialis proponatur, ſiquidem & hæc excluditur per generalia verba hujus text. cum ſimilibus, & per rationem prædictam, Abb. *hic*, *n.* 1. Felin. *in fin. in d. cap. quia*, & ſatis intendit *gloſſ. ult. in cap. fœlix* 16. *q.* 1.

Intellige text. ſolummodò procedere ubi de fini- 4
bus conſtat; nam ſi de illis non appareat, admittetur præſcriptio, quia non præſcribuntur fines, ac ſubinde ceſſant verba hujus text. & ratio prædicta, ut ſatis expreſſit Pontifex *in præſenti*, & *in cap. inter*, *verſ. ob hoc, cum ſeq.* 16. *q.* 3. gloſſ. & omnes præcitati. Limita præterea regulam hîc præſcriptam procedere tantùm in finibus quatenus fines ſunt, & habent rationem finiendi, itaut per præſcriptionem deſinant eſſe fines, vel ubi antea erant; ſi verò conſiderentur non in quantum fines ſunt, ſed reſpectu ſoli, quod occupant, quoad dominium, & proprietatem ejuſdem, itaut maneant apud fines, & retineant finiendi rationem ſicut antea, quamvis ſub dominio alterius, utique admittenda eſt præſcriptio, quia propriè loquendo, non præſcribuntur fines, ac proinde ceſſant verba, confuſio, & ratio, de quibus *ſuprà*, ita intendunt gloſſ. *in d. cap. quicunque*, ibi, *ſed quantum ad proprietatem*, &c. Zabar. *in d. cap. quia*, & *ibi* Felin. *num.* 5. *in princip.* & *verſ. conſidera*, Pariſ. *num. ult.* Balb. *ubi ſuprà*, qui tamen poſt gloſſ. *in d. cap. quicunque*, *in fine*, falsò exiſtimant fines jure proprietatis præſcribi, ubi fines ipſi non manent amplius, ſed deſinunt eſſe tales; ſiquidem longè verius eſt præſcriptionem jure proprietatis in propoſito dici, ubi terra, vel ſolum ipſum præſcribitur quoad dominium, ut alicujus efficiatur proprium; interim tamen manent fines ſub ratione finium, quia adhuc poſt præſcriptionem habent rationem finiendi, & limitandi ſicut antea, juxta addita ad *d. c. quia.*

Ex his, quæ finibus cohærent.] Quia de annexis, & 5
connexis idem eſt judicium, ut per Dec. *num.* 3. poſt Panorm. *not.* 3. *in cap. quanto*, *de judic.* ubi gloſſ. *verbo annexa*, Hippol. *ſingul.* 251. Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *q.* 45. & *caſu* 95. Garc. Gironda *de privil.* & *exempt. explicat. n.* 751. Eſcob. *de ratiocin. cap.* 13. *num.* 11.

SVMMARIVM.

1 *Parochianus, ſeu diœceſanus, ſi domicilium transfert, primus Prælatus in eo jura Epiſcopalia, ſeu diœceſana ſibi non vendicat, decimæ tamen prædiales illius Parochiæ ſibi debentur, niſi alteri debeantur ex conſuetudine.*

2 *Cleri*

2 *Clericus, qui mutat omninò domicilium, non ſubeſt amplius Epiſcopo originis, ſed domicilii.*

3 *Decimæ prædiales regulariter illi ſunt Eccleſiæ tribuendæ, in cujus territorio prædia ſita ſunt; perſonales verò debentur Eccleſiæ in qua audiuntur divina, & Sacramenta percipiuntur.*

4 *Curatus in ſua parochia habet intentionem fundatam in decimis prædialibus contra Epiſcopum.*

5 *Domicilium contrahentis animus ex aſſidua habitatione, & converſatione dignoſcitur.*

CAP. Significavit V. & ult.

Cæleſt. III.

1 SI quis ex una diœceſi transfert domicilium in aliam, primus Epiſcopus non habet juriſdictionem in ipſum, nec ab eo temporalia exigere poteſt, cùm ei adminiſtret ſpiritualia, ſed ſecundus; tamen ſi ille habet prædia in primo Epiſcopatu, ſolvere debet decimas integras primo Epiſcopo, niſi alteri deberentur ex conſuetudine. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Imola, Ananias, Butr. Hoſtienſ. Anch. Henric Panorm. Vivian. *in rationali lib. 3. juris Pontiſ. pag. 225.* Alagona *in compend. juris Canonici, pag. 463.* remiſſivè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Ant. Auguſt. *collect. 2. Decretal. lib. 3. tit. 6. cap. unic.*

2 *Nullam in prædictos, &c.* Notatur ad hoc, quod Clericus, qui mutat omninò domicilium, hoc eſt, qui aliò proficiſcitur non reverſurus deinceps, non ſubeſt ampliùs Epiſcopo originis, ſed tantùm Epiſcopo domicilii, ut per Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib. 30. tract. 3. num. 9.* ubi enim quis hoſpitium conſtituit in aliena parochia cum animo ibi remanendi, fit parochus illius, Paul. Comitol. *reſponſ. moral. lib. 6. quæſt. 45. n. 4. in fine.* Et ideò ubi quis mutaverit domicilium, decimæ non debentur priori Curato, ſed ſecundo, ut per Rebuff. *de decimis, q. 6. n. 24.* Monet. *eodem tract. c. 7. n. 24.* Azor. *inſtit. moral. p. 1. lib. 1. c. 35. q. 14.* quos refert Rota *in Abulenſi decimarum, 17. Decembris* 1627. coram R. D. meo Coccino Decano, *verſ. nec illas.*

3 *Ita quod etſi de agris, &c.*] Notatur ad hoc, quod decimæ prædiales regulariter illi ſunt Eccleſiæ tribuendæ, in cujus territorio prædia ſita ſunt, ut per Soar. *de relig. tract. de decimis, lib. 1. c. 21.* Gutier. *pract. lib. 1. q. 17. n. 1.* Rot. apud Farin. *deciſ. 371. n. 4. p. 1. recent.* & alios citatos ad *cap. cùm contingat 28. à n. 4. infra de decimis.* Perſonales debentur illi Eccleſiæ, in qua audiuntur Divina, & recipiuntur Sacramenta, non verò baptiſmali, ſi illic divina non audiuntur, Rebuff. *de decimis, q. 6. n. 21.*

4 *Deinde eis ipſas, &c.*] Notatur ad hoc, quod Curatus in ſua parochia habet intentionem fundatam in his decimis contra Epiſcopum, itavt non teneatur probare eas ad ſe pertinere, Rebuff. *de decim. quæſt. 7. num. 5.*

Nec ab eis temporalia exigant, quibus Sacramenta non adminiſtrant.] Notatur ad hoc, quod Prælatus, ſeu Rector Sacramenta non adminiſtrans, non poteſt decimas exigere, ut per Abb. *in cap. ad Apoſtolicæ, de decimis,* quem refert Rota *in Abulenſi decimarum, 17. Decembr.* 1627. coram R. D. meo Coccino Decano, *verſ. quo verò ad ſecundum.*

5 In gloſſ. *Habitatores.* Notatur ad hoc, quod contrahentis domicilium animus ex aſſidua habitatione, & converſatione dignoſcitur, ut per Farin. *fragment. crimin. p. 1. lit. D, num. 202.* & quid ſit domicilium, & quando contrahatur, dixi *de officio & poteſtate Epiſcopi, p. 2. allegat. 3. n. 22. cum ſeqq.*

De Decimis, & Primitiis, & Oblationibus.

TIT. XXX.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur ſuper hanc rubr. ſcribentes.*

2 *Decimarum materia ubi tractentur, oſtenditur.*

3 *Primitiarum materiam qui tractent, citantur.*

4 *Oblationum materiam tractantes referuntur.*

5 *Oblationes generaliter ſumptæ important omnes actiones per quas quæcumque res ad divinum cultum exhibentur, ſtrictè tamen & propriè dicuntur res illæ, quæ intuitu religionis immediatè Deo ab hominibus abſque immolatione exhibentur.*

6 *Primitiæ dicuntur ab eo quia dantur primæ, vel ab eo quia dantur optimæ.*

7 *Primitiæ definitio traditur.*

8 *Decimæ ſunt res quæ Eccleſiarum miniſtris, ratione miniſterii Sacramentorum perſolvuntur.*

9 *Decimæ, Primitiæ, & Oblationes in quo differant, oſtenditur.*

10 *Decima definitur ut ſit decima pars fructuum, ad quam petendam jus competit Eccleſiis Parochialibus ratione miniſterii Sacramentorum.*

11 *Decimæ aliæ ſunt prædiales, aliæ perſonales.*

SVPER hanc rubr. ſcripſerunt Zabarell. Ioan. Andr. Imol. Ananias, Anchar. Panormit. Guillelm. Durand. *in Breviario Iuris Canonici, fol. 175.* Martin. Meſnart. *in epitome Decretal. fol. 123.* Petr. de Ravenna *in compendio juris Canonici,* Dan. Venator *in analyſi methodica juris Pontificii, à pag. 461.* Lancellot. *in inſtit. juris Canon. lib. 2. tit. 26.* Henric. Caniſ. *in ſumma juris Canonici, lib. 2. tit. 26.* Goffred. & Hoſt. *in ſumma hujus tituli,* Alexand. Caſan. & Anaſtaſ. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decret.* Barthol. Carthagena *in expoſitione titulorum juris Canonici,* Zypæ. *in analytica poſtremi juris Eccleſ. enarratione, pag. 244.* Lancellot. *in inſtit. Canon.* Caniſ. *in ſumma juris Canon.* Cafarel. *in erothem. ejuſdem juris,* noviſſimè Ioan. Honor. *lib. 3. ſummæ in Decretal.* omnes *ſub hoc titulo.* 1

De Decimis ſpeciales ediderunt tractatus Petr. Rebuffus, Tyndarus, Henric. Caniſ. & Ioan. Petr. Monet. Andr. Hiſpan. *in regulis Decimarum,* Anton. Honcala *in opuſculo 1. de Decimis,* Aurel. de Iſtria Sorba *in tract. de Decimis, & agricultura,* Durand. *in 4. part. tit. de Decim.* Ioan. Major *in 3. ſent. diſt. 37. q. 26.* S. Anton. *in ſumma, p. 2. tit. 4. c. 3.* S. Raymund. *in ſum lib. 1. ſub hoc tit.* Alenſ. *p. 3. ſummæ, q. 51.* Altiſiodor. *in ſum. lib. 3. tract. 29.* S. Th. 2. 2. q. 87. ubi Cajet. Ioan. de Arag. & alii, Thom. Valdenſ. *tom. 1. doctrinalis antiquitatum Fidei Catholicæ, lib. 2. art. 3. c. 64. cum duob. ſeqq.* Aſtenſ. *in ſumma, lib. 6. p. 2. tit. 35.* Beluac. *in ſpeculo doctrinali, lib. 9. à cap. 131. uſque ad cap. 152.* Abulen. *in Matth. c. 23.* Alphonſ. à Vega *p. 1. ſummæ, c. 87.* Læl. Zech. *in ſumma, p. 2. c. 81.* Petr. de Ledeſma *in ſumma, p. 2. tract. 9.* Fr. Emman. *in ſumma, tom. 1. cap. 87.* Angel. Armil. Cajet. Tabien. & Sylveſt. *verbo Decima,* Sot. *de juſtit. lib. 9. q. 4.* Rayner. *in panthologia, verbo Decima,* Valent. *tom. 3. diſp. 6. q. 5.* 2

Vaſquez in opuſculo de benefic.cap.1.Cardin.Bellarmin. in controverſ. tom.1. p.2.controverſ.5.generali, lib.1.de Clericis, c.35. Cardin.Tolet. in inſtruct.Sacerd. lib.6. cap.10. Azor. inſtit.moral. p.1.lib.7.cap.25.cum ſeqq. Leonard Leſſ. de juſtit.lib.2.cap.39. Valer.Reginald. in praxi fori pœnit. lib.19.cap.ult. ſect.3. Ioan.Malderus de juſtit.& relig.tract.10. Soar. de relig.tom.1. tract.2.lib.1.c.9.cum ſeqq. Fr.Ludov.Miranda in man. Prælat. tom.2.q.46. Vincent.Filliuc. tom.2. tract.27. cap.7.cum ſeqq. Stephan.Fagundez in ſeptem Eccleſiæ præcepta, præcept.5. Tambur.de jure Abbatum, tom.1. diſp.15.quæſt.18.Paul.Layman in Theolog.moral.lib.4. tract.6. Ex noſtris Iuriſtis Covar.lib.1.variar.cap.17. Greg. Lopez in 1. part. tit.20. de los diezmos que los Chriſtianos deven dar à Dios, Navar. in man. cap.21.à n.8.& tom.1. conſil. ſub hoc tit.Alphonſ.Alvarez Guerrero in ſpeculo juris Pontificii,cap.66. Bellug.in ſpeculo Principum, rubr.13. §.tractemus, Vezin Bonacoſ. & Soar.tom.1.commun.opin.lib.1.tit.10.de Decimis,Gutier. canon.lib.2. c.21. Campanil. in diverſorio juris Canon. rubr.12.c.13.n.149.cum ſeqq.Anaſtaſ.Germon.de Sacrorum immunit.lib.3.c.17. Perez ad tit.5.lib.1.Ordinam. Andr.Molfeſ. in promptuario triplicis juris, tit.de benef.cap.4.Camil.Bottel.de præſtantia Regis Catholici, cap.59. ubi præſertim de Decimis conceſſis Regibus Hiſpaniarum,& meliùs in ſumma omnium deciſ.tit.19. de Decimis, Rendina in promptuario receptarum ſent. tom.2.tit.26.de Decimis,Ariſmin.Tepat.var.reſol.lib.1. Anton Cardoſ. in praxi Iudicum, & Advocat. verbo decima, Ioan. Franc. Leo in theſauro fori Eccleſ. p.2. c.12.de decimis, Iacob.Cancer. var.reſol. part.2. c.23. Petr.Greg. ſyntagm.juris lib.2.tit.20. Hieron.Carat. in opuſculo de juribus parochialibus, tit.5.de decimis, noviſſimè ego ipſe de offic.& poteſtate Parochi, p.3.c.28. de decimis. De Decimis apud Gentiles, & alia, vide apud Card. Cæſar. Baron. tom.1. Annalium Eccleſiæ, anno Chriſti 57.pag.33. Prudent. de Sandoval en la chronica del Rey Don Alfonſo VII. cap.66. Fr.Hieron. Roman.de Republ.Chriſtiana,lib.3.c.14. Et de numero decennario plura congerunt Tiraq. de præſcript. §.1. gloſſ.4.in princ. Petr.Burg. de myſt.numer.tit.de numer. denario, Monet. de decimis, cap.2.à n.6.

3 De Primitiis vide Boër. deciſ.136. Perez ad tit.5. lib.3.Ordinam. pag.126. Put. deciſ.169. p.3. in antiq. Azor. inſtit.moral. p.1.lib.7.c.38.Tiraq.de jure primog. in præfat.à num.69. Ioan. Franc.Leon. in theſauro fori Eccleſ. p.2. c.13. de primitiis, Soar. d.lib.1.c.8. Leſſ. d.c.39.à n.30. Hieron Carat.d.opuſculo, tit.4. Henric. Canil de decimis, c.19. noviſſimè meipſum de officio & poteſt.Parochi, can.27. de primitiis.

4 De Oblationibus peculiares ediderunt Tractatus Marian. Socin. & Troil. Malvet. incidenter egerunt Ozaſc. deciſ.99.n.17. Azeved.l.1.n.9.tit.5.lib.1. nova recopil. Valaſc. conſil.14.n.2.cum ſeqq. Zerol. in praxi Epiſcop. p.1. verbo parochia, §.5.& p.2. verbo oblationes.Azor.d.lib.7.c.7.& c.38.Soar.d.lib.1.c.5.cum ſeqq. Leſſ.d.c.39 n.39. cum ſeqq. Marc.Anton.Genuenſ. in praxi Curiæ Archiep. Neapol. cap.57. Hieron.Carat. d.opuſculo, tit.3. noviſſimè ego ipſe de officio & poteſt. Parochi, p.3. cap.24. de obligation. Vide dicta ad cap. paſtoralis 9.de his quæ fiunt à Prælatis.

5 Pro plena hujus rubr. notione ſciendum eſt,aliud eſſe oblationes, aliud primitias, aliud denique decimas appellari, & inter ſe iſthæc maximè differunt, ſiquidem oblationes, licèt generaliter ſumptæ importent omnes actiones per quas quæcunque res ad divinum cultum exhibentur, ut explicat Sot. lib.9. de juſtit.q.3.art.1. & ita in verbo oblatio, ſic accepto decima,& primitia continentur, ſecundùm Sylveſt. in ſumma, verbo decima,num.2. ſicut continentur omnia illa, quæ Deo Opt. Max. offeruntur, prout in decima patet ex illo Geneſ. cap.28. in finalibus verbis, ibi, Decimas offeram tibi, & Num. cap.18. ac ex c.1.16. quæſt.7. ſtrictè tamen, & propriè oblationes dicuntur res illæ, quæ intuitu Religionis immediatè Deo ab hominibus abſque immolatione exhibentur, ut ſcilicet vel in uſum Eccleſiæ, vel in uſum miniſtrorum cedant, juxta illud Matth. cap.5. ibi: Sic offeres munus tuum ante Altare, &c. & Deuteronom. cap.23. ibi, Non offeres mercedem, &c. explicat Sot. d. quæſt.3. art.1.

Primitiæ verò dictæ ab eo, quia dantur primæ, 6
vel ab eo, quia dantur optimæ, ut advertit Sylveſt. verbo Decima, n.1. in fine, ſunt res per quas initia,
ſeu primitiva frugum in recognitionem divini bene- 7
ficii, quo jucundiſſimos terræ fructus ſuſcipimus, Deo tanquam Creatori, & datori illorum rependuntur, quaſi demus Domino quod ab eo accipimus, & ideo meritò primum, & optimum damus horum bonorum primo & optimo auctori, de qua primitia loquitur illud Exodi cap.25. Primitias ab omni homine, &c. & c.13. in princ. & c.20. ibi: Decimas, & primitias non retardabis reddere, & Deuteron. c.26. ibi: Tolles de cunctis frugibus tuis primitias, & c.18. ibi: Omnes primitias, &c. & agit text. in cap.decimas,verſ. oportet autem, 16. q.7.

Decimæ denique ſunt res quæ Eccleſiarum mini- 8
ſtris ratione miniſterii Sacramentorum perſolvuntur, de quibus agit illud Levit.c.27. & Geneſ. c.8. in fine, ibi: Decimas offeram tibi, & Num. c.18. ibi: Decimarum, &c. & Deuter. c.14. ibi: Decimam partem ſeparabis, &c.

Inter iſtas autem illud eſt diſcrimen,quod licèt de- 9
cimæ, & primitiæ ſint in præcepto obligante, prout in decimis probat text. in cap. decima,ibi: Sed tardius dare peccatum eſt,& ibi: Decimæ ex debito requiruntur, & qui eas dare noluerit, res alienas invadit, 16. q.1. D. Thom.2.2. quæſt.87. art.1. Sot. d.lib.9. q.4. art.1. In primitiis probat text. in c.1. verſ. oportet autem, 16. quæſt.7. tradit gloſſ.in cap.1.de decim.optimè defendit D.Thom.2.2.q.86.art.4.Sot.d.q.3. art.4. nihilominus tamen oblationes regulariter in præcepto obligante eſſe non dicuntur: de ratione enim oblationis eſt quod ſponte fiat, juxta illud Exod.c.25. ibi: Ab omni homine qui offert ultroneus, accipietis eas, qualis ſpontanea oblatio dici non poteſt illa, quæ ex vi præcepti facta eſt, arg. text. in princ. Inſtit.de oblig.at.In aliquibus tamen caſibus oblatio poterit eſſe in præcepto, putà præcedente promiſſione, conſuetudine, ſeu alio actu obligationem inducente, juxta text. ſic intelligendum in cap.qui oblationes, il 1. & ſeqq.10.q.1. Vel ſi Parochus non obſtantibus decimis egeat reſpectu congruæ ſuſtentationis, tradit gloſſ.in cap.omnis Chriſtianus,de conſecr. diſt.1. recepta communiter ex Cov. var.lib.1.cap.17. n.5. vel aliis ſimilibus caſibus, juxta quæ intelligendus eſt text. in d. c. omnis Chriſtianus, & in cap. ſtatuimus 16.q.1.ut advertit Sot.d.q.3.art.1. q.4. Demùm reſolutivè decimæ, primitiæ, & oblationes in hoc differunt, quia decimæ ſunt quota pars frugum, & aliorum licitè acquiſitorum, debita ex præcepto Eccleſiæ miniſtris: at verò primitiæ ſunt ſolùm primæ, quæ naſcuntur fruges, ſeu prima frugum pars: oblationes autem quicquid Deo, vel Eccleſiæ, ejuſve miniſtris voluntariè exhibetur, regulariter loquendo. Ita Sot. d. quæſt.3. artic.1. & q.4. art.1. Rebuff. de decim. q.1. num.17. cum ſeqq. Tyndar. eod. tract. num.84. cum ſeqq. Monet. eodem cap.2. n.10.

Decima autem explicata ut ſuprà,rectè definitur,ut 10
ſit decima pars fructuum, ad quam petendam jus competit

competit Eccleſiis Parochialibus ratione miniſterii Sacramentorum: ſic ſanè decimæ, provt in jure conſiſtunt, ſunt jus ſpirituale, ſeu ſpiritualibus annexum dependenter, eo quod illæ dependent ab officio ſpirituali, nempe miniſterio Sacramentorum, provt cenſet D. Thomas 2. 2. *q.*87. *art.*3. idque procedit ſive decimæ competant in titulum, ſive in proprietatem, Cardinal. *in Clement. diſpendioſam, quæſt.*14. *de judic.*

11 Decimæ ſecundùm aliquos in triplici ſunt differentia, putant enim quaſdam eſſe prædiales, ſeu reales, provt ſunt illæ, quæ ex fructibus prædiorum colliguntur; nonnullas appellant perſonales, ut ſunt illæ, quæ nomine perſonæ, putà ex lucro humana induſtria quæſito comparantur; alias denique mixtas eſſe arbitrantur, provt dicunt eſſe illas, quæ ex fructibus pecorum percipiuntur, eo quòd partim ratione loci in quo paſcunt, partim ratione perſonæ cujus induſtria cuſtodiuntur, exiſtimant debitas eſſe, provt in ſpecie tradunt Hoſtienſ. *in ſumma hujus tit.* §. 1. Maj. *in* 3. *ſent. diſt.*37. *q.*46. *in princip.* Sylveſt. & Angel. *in ſumma, verbo decima, in princ.* Quæ quidem triplex diviſio nequaquam placet, tum propter text. *in l. pecudum, ff. de uſur.* tum etiam, quia vix dari poſſunt reales, quarum perceptio etiam ex perſonæ induſtria non reſultet; unde dicendum eſt, decimas ad duas tantùm ſpecies attento jure reduci poſſe, juxta text. & quæ *ibi* notant Doctores *in cap. ad Apoſtolicæ, de decimis*, & ita aliæ ſunt prædiales, aliæ verò perſonales appellantur: priores ſunt, quæ debentur ex fructibus hominis induſtria & miniſterio quæſitis. Inter quas ſpecies illud eſt diſcrimen, quòd priores ex lege veteri debebantur, & percipiebantur, ſicut modò ex lege humana Eccleſiaſtica debentur, & ſolvi præcipiuntur: at raro poſteriores, licèt olim poſſent ſolvi, non tamen erant in obligatione, ut advertit D. Thomas *d. q.*87. *art.*2. *in corpore.* Nunc tamen à Romanis Pontificibus conſtitutæ inveniuntur, juxta text. *in d. cap. ad Apoſtolicæ, & in cap. paſtoralis, hoc tit.* tradunt D. Thomas *ubi proximè*, Covar. *lib.*1. *var. cap.*17. *ex n.*8. *verſ. tertiò*, Navar. *conſ.*2. *ex n.*7. *hoc tit.* Datur tamen in prædictis decimis quædam convenientia, quod ſtante congrua ſuſtentatione prædictæ decimæ pro temporum, locorum, & perſonarum qualitate mutationem recipere poſſunt, & ſic ex conſuetudine, privilegio, vel conſtitutione Eccleſiæ poteſt major, vel minor quantitas ſecundùm illius judicium inſtitui; nam cùm pro prædictis qualitatibus leges humanæ mutationes recipiant, ex text. *in cap. non debet, in princ. de conſang. & affin.* & decima tam prædialis, quàm perſonalis reſpectu certæ, & determinatæ partis ſit à lege humana inſtituta, meritò effectum eſt, ut ſtante congrua ſuſtentatione intra illius limites circa extenſionem vel diminutionem decimæ major, vel minor pars deſignari poſſit ex Eccleſiæ privilegio, ſeu conſtitutione, vel conſuetudine legitimè præſcripta, provt in ſpecie reſolvit Sotus *q.*4. *art.*1. *verſ. quarta concluſio*, & antea D. Thom. *d. art.*1. *in corpore, in final. verbis*, Covar. *lib.*3. *variar. c.*17. *n.*7. Guid. *deciſ.*384. Sylveſt. *d. verbo decima, num.*10. quicquid contrarium teneat gloſſa *in d. cap. quibuſdam.* §. *ille quippe, de decim.* quam explicat Sotus *in d. art.*1. *col. penult.* dum in decimis prædialibus talem improbant conſuetudinem ex defectu rationabilitatis, quæ quidem rationabilitas neceſſariò ſupponenda eſt, ut conſuetudo operetur.

SUMMARIUM.

1 *Decimarum quatuor genera exprimuntur, quæ veteri lege debebantur.*
2 *Decimarum diviſio ponitur.*
3 *Decimæ, & primitiæ differunt inter ſe.*
4 *Primitiæ quo tempore inſtitutæ, & qua quantitate, remiſſivè.*
5 *Iudex excuſari poteſt, ſi omiſſa communi Doctorum opinione judicet ſecundùm illam, quam aliquando ejus præceptor veram eſſe affirmavit.*

CAP. Decimam I. *Hieron.*

DEcimæ & primitiæ legis antiquæ referuntur. 1
Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Butr. Imol. Anan. Hoſt. Anch. Henric. Panorm. Ripa, Viv. *in ration. lib.*3. *juris Pont. pag.*256. Alagona *in compend. juris Canon. pag.*454. remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.*1. & 2. deſumitur ex D. Hieron. *ſuper Ezechiel. c.*45. & refertur ab Ant. Auguſt. *collect.*2. *Decretal. lib.*3. *tit.*17. *c.*1.

Olim, ut habetur *in hoc text.* fuerunt in veteri lege 2 quatuor genera decimarum: primum earum, quæ ſolvebantur à populo Levitis, de quibus *Exodi* 22. & 2. *Eſdræ* 10. & hæc erat decima frugum pars, quam etiam nunc debet populus ſolvere Chriſtianus: ſecundum erat earum, quas Levitæ ex decimis ſibi ſolutis dabant Sacerdotibus, *Numer.* 18. & loco harum ſubrogata eſt quarta, quæ datur Epiſcopo à Preſbyteris parochialibus, ut advertunt Abb. *hic*, & Tyndar. *de decimis, num.*1. vel potiùs illa decima, quæ aliquando imponitur per Summum Pontif. ſuper beneficiis, ut docent D. Thom. 2. 2. *quæſt.*87. *art.*4. *ad* 3. Rebuff. *in tract. hujus tit. quæſt.*3. *num.*3. Covar. *lib.*2. *var. cap.*17. *n.*3. tertium genus erat decimarum, quas in horreis recondebat, & ſeparabat quiſque de populo, ut comederet eas, cùm iret in templum Hieruſalem, accerſitis in veſtibulo templi Sacerdotibus, & Levitis ad convivium, *Deuteron.* 12. & 14. harum autem loco ſubrogatæ ſunt illæ oblationes, quæ fiunt ad ſacrificium: quartum genus erat earum decimarum, quæ pauperibus erogabantur, ut habetur *Deuteronom.*6. & hæ hodie quoque, licèt impropriè, remanent, debemus enim quod ſupereſt, dare in eleemoſynam pauperibus, *Luc.* 2. Ita Monet. *in d. tract. hujus tit. cap.*3. *n.*1. 2. & 3.

At verò Primitiæ, &c.] Ergo decimæ, & primitiæ 3 differunt inter ſe, ut per Abb. *hic, num.*4. Rota apud Farin. *deciſ.*469. *n.*1. *p.*1. *recent.*

Non erant ſpeciali nomine, &c.] Primitiæ quo tem- 4 pore inſtitutæ, & quanam quantitate, explicant Rebuff. *de decimis, q.*1. *n.*17. *cum ſeqq.* Perez *ad tit.*5. *lib.*1. *Ordin. pag.*126.

In gloſſ. *Magiſtrorum*, ibi, *opiniones magiſtrorum ſunt* 5 *fovendæ*, & ideò excuſari poteſt judex, ſi omiſſa recepta communi Doctorum opinione judicet ſecundùm illam, quam aliquando ejus præceptor veram eſſe affirmavit, de quo vide Ferret. *caut.*31. Menoch. *de præſumpt. lib.*2. *præſumpt.*71. *n.*151. Rebuff. *in auth. habita, C. ne filius pro patre, verbo examinationem, verſ. novum, & de privileg. ſcholarium, privil.*72.

SUMMARIUM.

1 *Clerici clericis dare decimas non debent*, & n. 2.
3 *Clerici, qui ab aliis Clericis ſpiritualia recipiunt, perſonales decimas ſolvere tenentur.*

4 Clerici

4 *Clerici de dote Eccleſiæ an debeant decimas, oſtenditur.*

5 *Decimas de propriis prædiis, ſive patrimonialibus Clerici ſolvere debent.*

Cap. Novum genus II.

Paſchal. II.

1 Clerici à Clericis non debent decimas accipere, niſi ab illis, quibus ſpiritualia miniſtrant. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Butr. Ioan. Andr. Imola, Ananias, Hoſt. Anch. Henric. Panormit. Ripa, Vivian. *in rationali lib. 3. juris Pontif. pag. 259.* Alagona *in compend. juris Canon. pag. 464.* remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Anton. Auguſt. *collect. 1. Decretal. lib. 3. tit. 26. c. 7.* & eſt poſt Concil. Lateran. ſub Alex. III. *p. 12. c. 36.*

Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſumunt plura in ejus intellectum adducentes, ego ipſe *de officio & poteſtate Parochi, p. 3. cap. 28. §. 3. à num. 8.* Soar. *de Relig. tom. 1. tract. de decimis, lib. 1. cap. 17. num. 23.* Azor. *inſtitut. moral. part. 1. lib. 7. cap. 24. quæſt. 5.* Franc. Leo *in theſauro fori Eccleſiaſt. p. 2. c. 12. de decimis, à num. 52.* Bellet. *diſquiſit. clerical. p. 1. tit. de Clerico debitore, §. 12. à num. 35.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 19. num. 88.* Vaſquez *in opuſc. de benefic. cap. 1. §. unic. dub. 8.* Marc. Anton Genuenſ. *in practicab. Eccleſiaſt. quæſt. 628.* Paul. Layman. *in Theolog. moral. lib. 4. tract. 6. cap. 3. num. 3.* Inter omnes non diſplicet dicere text. probare Clericum non debere decimam ſolvere Clericis ex illis decimis, quas ipſe percipit, ut intelligunt Rebuff. *de decimis, q. 6. num. 9.* & Azor. *d. cap. 24. q. 5.* quibus libenter accedit Monet. *de decimis, cap. 5. q. 1. n. 8.* Vel ſecundùm Perez *l. 1. prope finem, verſ. eſt & aliud, tit. 3. lib. 1. Ordin. pag. 67.* poteſt dici text. probare, quod Clerici in quantum de decimis pro ſuo ſpirituali munere recipiunt, ac de fundis Eccleſiæ, eorumque fructibus jure Clericali vivunt, nullas tenentur ſolvere decimas. Vel denique de Clericis ejuſdem Eccleſiæ, & prædiis ad eandem Eccleſiam pertinentibus, ut intelligit Leſſ. *de juſtitia, lib. 2. c. 39. dub. 5. n. 23.*

Quapropter in hac opinionum varietate, ex qua non bene deprehenditur verus hujus text. intellectus, pro declaratione advertendum eſt Clericos dupliciter conſiderari, vel enim conſiderantur in quantum tales, vel rurſus in quantum ſunt fideles, non habito reſpectu ad Clericatum: meminit hujus diviſionis in ſpecie D. Thom 2. 2. *quæſt. 86 art. 4. in corpore,* intendit Sotus *de juſtit. lib. 9. quæſt. 4. colum. 2.* Hoc ſuppoſito reſolvendum eſt Clericos priori modo conſideratos non eſſe debitores decimarum ex illis bonis, in quibus tanquam tales conſiderantur, ſiquidem ſic conſiderati non ſunt Parochiani; de ratione enim Clerici eſt, ut aliis ſpiritualia miniſtret, ac proinde cùm decimæ ratione adminiſtrationis ſpiritualium debeantur Parochianis, quibus illa facta eſt, utique Clerici, quibus in quantum tales prædicta adminiſtratio non fit, & propterea non dicuntur Parochiani, ad decimarum ſolutionem non tenebuntur, non ſic dicas ſi dentur bona in quibus poſteriori modo conſiderentur. Conſtat ſiquidem omnes fideles ſubeſſe Parocho quoad forum conſcientiæ, *cap. omnis, de pœnit.* ac ſubinde ſicut ſoli Sacramentorum miniſtri jus habent percipiendi decimas, ita quoque omnes Parochiani, & conſequenter Clerici in quantum fideles, dicuntur debitores decimarum ex illis bonis, in quibus tales conſiderantur.

Ex quibus colligitur Clericos non teneri ad ſolutionem decimarum ex fructibus ſuorum beneficiorum patet ſi expendas reſpectu illorum fructuum non parochianos, ſed clericos miniſtrantes ſpiritualia conſiderari, unde nil mirum ſi de illis ſolvere decimas non teneantur, ita in ſpecie probat text. *hîc, in princip.* qui neceſſariò ſic intelligendus eſt, eo quòd Pontifex hic adducit exemplum Levitarum, quos conſtat nihil aliud poſſediſſe quàm decimas, quas loco beneficiorum obtinebant, ut habetur *Ioſuè cap. 13. in fine, & Numer. cap. 18.* Ac proinde ut ſimilitudo rectè procedat, text. in primo modo neceſſariò intelligendus eſt de beneficiis clericorum, prout in illis reſolvit ſanctus Thomas, & Sotus *ubi ſuprà.* Sic ſanè decimæ non ſunt ſolvendæ parocho ex prædiis ejuſdem Eccleſiæ, quorum fructibus ipſi Clerici ex clericali jure vivunt, prout in ſpecie reſolvunt *ſuprà* citati; ſi modo prædicto prædia etiã dotalia Eccleſiæ fuerint inter limites ejuſdem, ſecus aliàs, tradunt Abb. *n. 6. in præſenti, & in cap. nuper, notab. 1.* per text. *ibi, infrà hoc tit.* Rebuff. *de decim. q. 5. n. 20.* & ante illos gloſſ. *verbo nullo, in cap. 1. de cenſibus,* refert plures, quos ſequitur, dicens communem Gutier. *lib. 2. Canon. c. 21. n. 54.* licèt contrarium teneat expreſsè S. Thomas *d. art. 3. verſ. ad primum.* Verùm autem ex fructibus perſonalibus, quos ipſi Clerici ex officio clericali recipiunt, ſolvere teneantur decimas perſonales? dicendum eſt quòd ſimiliter non tenentur, ex ſupradicta ratione, & ita in ſpecie fatetur Covar. *lib. 1. var. c. 17. n. 8. verſ. primo.*

Per contrarium verò prædictos Clericos teneri ſolvere decimas ex fructibus prædiorum ſæcularium, quæ ſæculari jure, putà hæreditario, emptionis, vel alio quovis titulo comparantur, patet ſi expendas reſpectu hujuſmodi prædiorum magis parochianos quàm clericos conſiderari, ac proinde nil mirum ſi decimas ſolvere teneantur, juxta *ſuprà* reſoluta, & ita in ſpecie probat hic text. *in verſ. illi verò,* ſic neceſſariò intelligendus, tradunt Doctores citati ad *gloſſ.* 1. Quod ampliandum eſt primò, ſive prædicta prædia ſint in aliena, ſive in propria parochia, utroque enim caſu procedit ratio, de qua *ſuprà*: ſicut ſimiliter in fructibus perſonalibus, qui extra officium clericale ex aliquo artificio peculiari per clericos acquiruntur, de his enim ſimiliter decimas ſolvere tenentur, ut advertit Sylveſt. *verbo decima, n. 13.* Secundò ampliandum ſive Clerici ſint Rectores earum Eccleſiarum, ut in ſpecie docent S. Thom. *ubi ſuprà,* Covar. *d. verſ. primum,* ſive Epiſcopali, ſeu quacumque alia dignitate perfulgeant, juxta text. per locum ab ſpeciali *in c. 9. 16. q. 1.* Gutier. *ubi ſuprà, n. 2.* Non obſtat quod Prælati exempti non ſubſunt parocho, arg. text. ubi gloſſ. & DD. *in cap. ult. de pœnitent.* quia reſpondetur non ſubeſſe parocho per accidens, quia ſcilicet alteri ſubjiciuntur, nempe Prælato ſuperiori, vel Romano Pontifici; ſed nihilominus attenta rei natura Parochianos eſſe ſicut ſunt alii fideles, arg. text. *in d. cap. omnis utriuſque ſexus,* & inde eſt quod illorum familia remanet ſubjecta ipſis parochis, ut advertit Sotus *in 4. diſt. 18. q. 4. art. 2. col 8.* 2

Illi profectò Clerici, &c.] Notatur ad hoc, quod Clerici non Curati ex lucris ac redditibus ſuis temporali titulo acquiſitis, per ſe & perſonali debito obligantur ad decimas præſtandas Sacerdoti Parochiali, à quo Sacramenta percipere debent, ut per Covar. *lib. 1. var. cap. 17. n. 8. §. primum hinc conſtat,* Soar. *de Relig. tom. 1. tract. 2. lib. 1. cap. 17. n. 21.* Rebuff. *d. q. 5. num. 9.* Monet. *de decimis, cap. 5. q. 1. n. 4.* Paul. Layman *dicto tract. 6. cap. 2. num. 2.* ubi advertit, quod licèt hæc reſolutio hodie nullum uſum habeat in decimis merè perſonalibus, quippe quas nec laici, multò minùs Clerici pendere ſolent, locum tamen habent in 3

tertiis

terris novalibus, quas ſi excolat Clericus, cùm antè nullum, aut modicum fructum afferrent, ad decimas Parocho ſuo ex illis ſolvendas obligari incipit, non per accidens ratione rei, ſive terræ, ſed per ſe, & ratione propriæ perſonæ.

4 In gloſſ. *A Clericis* 1. ibi, *hoc intellige de dote Eccleſiæ, de qua Clerici non debent dare decimas.* Hanc gloſſam licèt ſequantur D.Thom. *d. art.* 4. & *ibi* Cajet. ac Bald. *tract. de præſcript. p.*5. *princ. q.*7. Contrarium tamen verius aſſerunt, eam communiter in hoc reprobantes, Covar. *lib.*1. *var. c.*17. *n.*9. *verſ. ſecundò*, Azor. *d. q.*5. Monet. *d. c.*5. *n.*7. Bellet. *diſquiſit. Cleric. p.*1. *tit. de Clerico debitore*, §. 12. *n.*36. Rebuff. *d. q.*5. *n.*19. & 20. Valer. Reginald. *d. n.*88.

5 In eadem gloſſa, ibi, *Sed de prædiis propriis, ſive patrimonialibus Clerici debent ſolvere decimas.* Sequuntur Innoc. Abb. & communiter Doctores *in præſenti*, D.Thom. 2. 2. *quæſt.*87. *art.*4. Sot. *de juſtit. lib.*9. *q.*4. *art.*4. Covar. *lib.*1. *var. cap.*17. *num.*8. *verſ. primum hinc conſtat*, Azor. *d. quæſt.*5. Monet. *d. cap.*5. *num.*3. latè Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſ. deciſ.*605. *in prima edit.* aliàs *reſol.* 429. *in* 2. *edit.* ubi probat Clericum teneri ſolvere decimam de eo, quod percipit ex patrimonio, ad cujus titulum fuit ordinatus, & in fine aſſerit text. *in præſenti* non procedere in patrimonialibus.

In gloſſ. *Debent*, ult. ibi, *vel poſſes intelligere, quod hìc dicit de Clericis conjugatis.* Vide Covar. *d. num.*8. *verſ. vigeſimò.* Rebuff. *d. q.*5. *n.*9. *de officio & poteſtate Parochi, part.*3. *cap.*28. §. 4. *num.*23.

De blado, & univerſis leguminibus.] Notatur ad hoc, quod ex blado, faba, aliiſque leguminibus ſolvenda eſt decima. Rebuff. *d. tract. q.*5. *n.*4. Ego ipſe *d. c.*28. §. 1. *n.*5. Monet. *d. c.*4. *n.*4. ubi *num.*11. reſolvit quod ſi hujuſmodi legumina colliguntur in parva quantitate, itavt ſolùm ſufficiant ad quotidianum uſum, tunc ad uſum Rectoris ex illis decima ita dari poſſet, ut hodie ex meo horto Curatus ſumat quantum ſibi opus eſt illo die; ſin autem in magna quantitate, itavt aliis vendantur, tunc de iis integra decima ſolvetur, vel in ſpecie, vel in pecunia, ſecundùm loci conſuetudinem, Rota *in Pampilonenſi Vicariæ*, 15. *Iunii* 1593. *coram Gyptio.* 3

Per privilegium, &c.] Notatur ad hoc, quando in ſecundo privilegio non fit mentio de alio alteri conceſſo, jam eſt manifeſta ſubreptio, quæ vitiat in privilegiis Principum, ut per Xuar. *alleg.*8. *n.*7. & *alleg.*9. *n.*10. & *alleg.*28. *n.*11. faciunt quæ dixi *ad cap.*1. *n.*5. *cum ſeqq. ſup. de reſcript.* 4

In gloſſ. *Quietas*, ibi, *arg. quod rebus nondum habitis poſſit quis renuntiare.* An & quando valeat tranſactio de decimis futuris, vide Rebuf. *de decimis, q.*16. *à n.*36. Monet. *eod. tract. cap.*3. *n.*129. *cum ſeqq.* 5

In gloſſ. *Intentionis*, ibi, *ſecundùm intentionem D. Papæ privilegium fore intelligendum.* Ita Tiraq. *in l. ſi unquam, verbo libertis, n.*50. *C. de revocandis donat.* Menoch. *de arbitr. caſu* 202. *n.*55.

SVMMARIVM.

1 *Compoſitio ſuper decimis non tollitur per privilegium ſequens, ſi de illa mentionem non facit.*
2 *Compoſitio inter Clericos valet, ut minus quàm ſit, decimæ eis ſolvantur, vel de aliquibus non præſtentur.*
3 *Decima ex leguminibus in parva quantitate collectis ſolvenda non eſt.*
4 *Privilegio in ſecundo, quando non fit mentio de alio alteri conceſſo, jam eſt manifeſta ſubreptio, quæ vitiat in privilegiis.*
5 *Tranſactio de decimis futuris an, & quando valeat, remiſſivè.*
6 *Privilegium ſecundùm intentionem Papæ eſt intelligendum.*

Cap. Ex multiplici III.

Adrian.

1 CONventione de decimis per partes jam facta, ſi altera pars obtineat privilegium à Papa, non facta mentione de conventione, ſtandum eſt conventioni, non privilegio, quia Papa per privilegium non intendit derogare conventioni, quam non expreſſit. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſt. Butr. Anchar. Hentic. Panorm. Ripa, Viv. *in ration. lib.*3. *juris Pont. pag.*259. Alagona *in compend. juris Canonici, pag.*464. remiſſivè Ximen. *in concord. p.*1. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.*3. *Decret. lib.*3. *tit.*26. *cap.*17. & eſt poſt Concil. Lateran. ſub Alex. III. *p.*13. *c.*11.

2 Probat hic text. valere compoſitionem inter Clericos, ut minus quàm ſit decimæ eis ſolvantur, vel ut de aliquibus rebus non præſtentur, ut per Triviſ. *Venetiæ deciſ.*29. *n.*12. Rebuff. *de decimis, q.*13. *n.*26. Monet. *eod. tract. cap.*23. *n.*123. Fagundez *in quinque Eccleſiæ præcepta, præcept.*5. *lib.*3. *cap.*2. *n.*9. meipſum

SVMMARIVM.

1 *Monachi tenentur ſolvere decimas prædiales de prædiis noviter cultis, de quibus decimæ prius ſolvebantur.*
2 *Decima ſolvitur etiam ab habente privilegium novalium de agro nuper ad culturam redacto, ex quo aliquid non modicum antea percipiebatur.*
3 *Decima ſolvi debet de pretio, quo paſcua, ſeu paſtura vendita eſt.*
4 *Poſſeſſionem habens percipiendi decimas de omni grege in ſylva depaſcente, in eadem tuendus eſt ad percipiendum decimas de omni frumento, ſeu fructu in eadem ſylva collecto, poſtquam ad culturam redacta fuit.*

Cap. Commiſſum IV.

MOnachi debent ſolvere illas integras decimas de terris noviter cultis, de quibus decimæ prius ſolvebantur. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Butr. Imola, Ananias, Hoſtienſ. Anchar. Hentic. Panorm. Ripa, Vivian. *in rationali lib.*3. *juris Pontificii, pag.*259. Alagona *in compendio juris Canonici, pag.*464. remiſſivè Ximen. *in concord. p.*1. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.*1. *Decret. lib.*3. *tit.*26 *c.*3. & eſt poſt Concilium Lateran. ſub Alex. III. *p.*13. *c.*12. 1

Vt decimas de terris cultis, &c.] Notatur ad hoc, quod decima ſolvitur etiam ab habente privilegium novalium de agro nuper ad culturam redacto, ex quo aliquid non modicum antea percipiebatur, ut per Rebuff. *de decimis, q.*6. *n.*4. & 35. Monet. *eod. tract. cap.*4. *n.*51. Azor. *inſtit. moral. part.*1. *lib.*6. *cap.*24. *quæſt.*10. ubi etiam docet mutari quidem poſſe faciem agri abſque conſenſu Eccleſiæ, dummodò ſine ejus præjudicio. Vnde per hunc text. tenent Rebuff. *d. tract. quæſt.*8. *n.*21. & Monet. *d. cap.*4. *num.*23. quod ſi in agro conſtituatur domus, tunc vel ejus penſionis decimam 2

cimam ſolvere debet dominus, vel eam ſaltem, quam priùs de agro ſolvebat.

3 *Et ſicut etiam de paſcuis,*&c.] Notatur ad hoc, quod de paſcuis, id eſt, de pretio, quo paſcua, ſeu paſtura vendita eſt, decima ſolvi debet, ut per Andr. Hiſpan. *in regulis decimarum, verſ. decimò fui interrogatus, n.* 1. Rebuff. *d. tract. quæſt.* 8. *n.* 22. Azeved. *l.* 2. *n.* 2. *tit.* 5. *lib.* 1. *novæ recop.* Gutier. *pract. lib.* 1. *q.* 18. *n.* 12. Soar. *de Relig. tom.* 1. *tract.* 2. *lib.* 1. *c.* 33. *n.* 1. *& cap.* 34. *n.* 3. Monet *d. cap.* 4. *n.* 14. meipſum *de officio Parochi, p.* 3. *cap.* 28. §. 1. *n.* 14.

4 *Ita nunc de eiſdem,*&c.] Notatur ad hoc, quod decimas percipiendi qui habet poſſeſſionem de omni armento, ſeu grege in aliquibus paſcuis, ſive ſylva depaſcentibus, tuendus eſt in quaſi poſſeſſione percipiendi decimas de omni frumento, ſeu fructu in eadem ſylva collecto, poſtquam ad culturam redacta fuit, ut per Burgos de Pace *conſ.* 50. *n.* 8.

quæ fit in flumine, ſive privato, ſive publico, abſque ſolutione penſionis, ſolvendas eſſe decimas de lucro piſcationis; de piſcatione verò, quæ fit in ſtagno, vel flumine, aut alio loco, propter quam ſolvitur penſio, ſolvendam eſſe decimam de proventibus, per text. *in præſenti.*

Fœno.] Ex fœno, quod in faſciculos alligatum redigitur, ſolvenda eſt decima, Andr. Hiſpan. *in reg. decimarum, verſ. undecimò fui interrogatus, n.* 1. Rebuff. *d. q.* 8. *n.* 8. Monet. *d. c.* 4. *n.* 6. Ego ipſe *de officio & poteſtate Parochi, p.* 3. *c.* 28. §. 1. *n.* 16. 5

Et lana.] De lana ſolvitur decima, Monet. *d. c.* 15. 6
ubi *num. ſeqq.* reſolvit cui parochiæ debeatur, ſi animalia in una paſcant, & in alia dormiant, de quo *infrà ad cap. ad Apoſtolicæ* 20. *hoc tit. in fine.* Ego ipſe *d. c.* 28. §. 1. *n.* 12.

SVMMARIVM.

1 *Decimas ſolvere quis compellitur per excommunicationem de molendinis, & aliis hîc contentis.*
2 *Decimas non ſolvens cùm teneatur, excommunicari debet, monitione præmiſſa.*
3 *Molendinorum ex redditibus ſolvitur decima.*
4 *Piſcium ex piſcatione ſolvitur decima.*
5 *Fœnum in faſciculos alligatum ſolvit decimam.*
6 *Lana ſolvit decimam.*

Cap. Pervenit V.

Alex. III.

1 PArochiani poſſunt compelli ad ſolvendas decimas de molendinis, & aliis hîc contentis ſub pœna excommunicationis, integras ſcilicet ante aliquam deductionem. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Imol. Anan. Butr. Anchar. Hoſt. Henric. Panormit. Ripa, Vivian. *in ration. lib.* 3. *juris Pontif. pag.* 260. Alagona *in compend. juris Canon. pag.* 465. remiſſivè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Ant. Auguſt. *collect.* 1. *Decret. lib.* 3. *tit.* 26. *cap.* 2. & eſt poſt Concil. Lateran. *p.* 4. *c.* 2.

2 *Monere curetis,* &c.] Ergo monitione præmiſſa non ſolvens decimas cùm teneatur, excommunicari debet, de quo vide Perez *ad tit.* 5. *lib.* 1. *Ordin. pag.* 130. Rebuff. *de decimis, q.* 12. *n.* 8. *&* 15. Monet. *eod. tract. c.* 8. *n.* 69. Azot. *inſtit. moral. p.* 1. *lib.* 7. *c.* 24. *q.* 17. Soar. *de Relig. tom.* 1. *tract.* 2. *lib.* 1. *c.* 37. Aloyſ. Ricc. *in deciſ. Curiæ Archiep. Neapol. deciſ.* 195. *n.* 6. *p.* 4. vide *ad cap. ad hoc* 15. *hoc tit.*

3 *De proventibus molendinorum.*] Notatur ad hoc, quod de molendinorum redditibus ſolvitur decima, Rebuff *d. tract. quæſt.* 8. *num.* 6. Gutier. *practic. lib.* 1. *quæſt.* 18. *n.* 19. Soar. *d. lib.* 1. *cap.* 16. *& cap.* 31. *n.* 2. *& n.* 7. *& cap.* 34. *n.* 1. Monet. *eodem cap.* 4. *n.* 35. ubi idem dicit de molendino ad ventum, & de eo, quod catena tenetur ſuper fluvio, addens ex Rebuff. quod ſi pecunia pro molendini penſione ſolvatur, ex illa pecunia decima ſolvitur illi Eccleſiæ, in qua ſitum eſt molendinum.

4 *Piſcariarum.*] De piſcariis decimæ præſtari debent, Cabed. *Luſit. deciſ.* 54. *n.* 7. *p.* 2. Rebuff. *d. q.* 8. *num.* 10. Monet. *d. cap.* 4. *n.* 20. reſolventes decimam ſolvendam eſſe illi Eccleſiæ ubi ſtagnum eſt. Et quod de piſcibus ſolvi debeat decima, cenſuit Rota *in Vlyſbonen ſi decimarum piſcium,* 23. *Ianuarii* 1586. coram Oradino, & Abulen. *in Matth. cap.* 23. *q.* 160. vult de piſcatione,

SVMMARIVM.

1 *Parochiani compellendi ſunt de apibus, & de omni fructu decimas ſolvere.*
2 *Decima ſolvitur de apibus, apúmque examinibus, alvearibúſve ipſis, & de earum fructu, cera ſcilicet, & melle.*
3 *Decima de omni fructu ſolvenda eſt.*
4 *Decima de foliis mororum ſaltem ex conſuetudine ſolvi debet.*
5 *Saccharum ſolvit decimam, & ad hunc effectum reputatur potiùs fructus naturalis, quàm induſtrialis.*
6 *Decima ſolvitur de palea, de lino, & cannabe, de croco, de lacte, de caſeis, de butyro.*

Cap. Nuntios VI.

PArochiani compellendi ſunt Eccleſiaſtica diſtri- 1
ctione de apibus, & de omni fructu decimas ſolvere. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Butr. Imol. Anan. Hoſt. Anchar. Henric. Panorm. Ripa, Vivian. *in rationali lib.* 3. *juris Pontif. pag.* 260. Alagona *in compend. juris Canonici, pag.* 465. remiſſivè Ximen *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 1. *Decret. lib.* 3. *tit.* 26. *c.* 18. & eſt poſt Concil. Lateran. *p.* 4. *c.* 3.

De apibus.] Notatur ad hoc, quod de apibus, ſeu 2
fructu earum, hoc eſt, cera, & melle ſolvitur decima, ut per Rebuff. *de decimis, q.* 8. *n.* 15. *&* 25. Monet. *eod. tract. c.* 4. *n.* 18. Azot. *inſtit. moral. p.* 1. *lib.* 7. *c.* 24. *q.* 9. *poſt princ.* reſolventes etiam de apum examinibus, alvearibúſve ipſis ſolvendam eſſe decimam.

Et de omni fructu,&c.] Notatur ad hoc, quod de 3
omni fructu ſolvenda eſt decima, Andr. Hiſpan. *in reg. decimarum, verſ. decimò fui interrogatus,* Monet. *d. c.* 4. *à n.* 1. Soar. *de Relig. tom.* 1. *tract.* 2. *lib.* 1. *c.* 34. *n.* 1. *&* 4. Aloyſ. Ricc. *in praxi aurea, reſol.* 109.

De foliis mororum ſaltem ex conſuetudine decima 4
ſolvi debet. Seraph. *deciſ.* 827. Rota apud Farin. *deciſ.* 528. *n.* 3. *in* 1. *collect. noviſſimarum.*

De ſaccharo decima ſolvi debet, quia ad effectum 5
decimarum reputatur potiùs fructus naturalis, quàm induſtrialis, Puteus *deciſ.* 80. *lib.* 1. *in correctis*, ego ipſe *de officio & poteſtate Parochi, cap.* 28. §. 1. *num.* 9.

De palea, Rebuff. *d. quæſt.* 8. *num.* 3. Monet. *d. cap.* 4. 6
num. 2. Ego ipſe *d.* §. 1. *num.* 3. De lino, & cannabe, Rebuff. *d. quæſt.* 8. *num.* 8. Monet. *d. cap.* 4. *n.* 7. Ego ipſe *d.* §. 1. *num.* 17. De croco, Rebuff. *quæſt.* 13. *num.* 41. Monet. *d. cap.* 4. *n.* 8. Mantica *deciſ.* 341. *n.* 1. De lacte, quod debeatur illi Eccleſiæ ubi extrahitur, & de caſeis illi

illi in qua fiunt, Rebuff. *q.6.n.27.* Monet. *d.cap.4.n.17.* Ego ipſe *d. c.28.* §. 1. *n.12.* de butyro, Soar. de Pace *in pract. fol.24.verſo, n.16.* Rebuff. *q.7.n.33.*

SVMMARIVM.

1 *Decimæ integræ ſolvi debent ſine deductione expenſarum*, & n. 2.

3 *Decimæ prædiales ſolvi debent ſtatim ac fructus collecti ſunt, itavt ſi pereant, teneatur is, qui ſolvere, vel monere debeat, ut* n. 9.

4 *Decimas conſuetas ſi quis tardius daret, mortaliter peccaret.*

5 *Agni, & vituli pro decima dari debent, non ſtatim ubi nati ſunt, ſed cùm lacte non indigent materno.*

6 *Decimæ perſonales regulariter debentur ſolùm in fine anni.*

Cap. Cùm homines VII.

1 Decimæ prædiales integrè ſolvendæ ſunt non deductis expenſis. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Butr. Ioan Andr. Imol. Anan. Hoſt. Anch. Henric. Panorm. Ripa, Vivian. *in ration. lib.3. juris Pontif. pag.261.* Alagona *in compend. juris Canon. pag.465.* remiſſivè Ximen. *in concord. p.1.& 2.* refertur ab Ant. Auguſt. *collect.1. Decret. lib.3. tit.26. c.4.* & eſt poſt Concil. Lateran. *p.4. c.4.*

2 Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſumunt Tiraq. *de retract. lign.* §. 15. *gloſſ.1.n.10.* Capyc. *Neapol. deciſ.20. n.2.* Franc. Marc. *Delphin. deciſ.199. n.1.p.2.* Rebuff. *de decimis, q.11.n.3.* Soar. *de Relig. tom.1. tract.2. lib.1. c.34.n.4.* Leſſ. *de juſtitia, lib.2.c.39. de decimis, dub.3.n.16.* Camil. Borrel. *in ſumma omnium deciſionum, tit.19. de decimis, n.10.* Moneta *de decimis, cap.6.q.4.n.28.* ubi *n.29.* extendit ad decimas mixtas; & *num.30.* reſolvit neque ſemina deducenda ex prædialibus decimis. Vide plures alios, quos citavi *d. cap. tua nobis 26. infrà hoc tit.*

3 *Statim frugibus collectis*, &c.] Notatur ad hoc, quod decimæ prædiales ſolvi debent ſtatim ac fructus collecti ſunt, ut per Læl. Zanch. *de privil. Eccleſ. privil. 120.n.11.* Rebuff. *de decimis, q.12.n.1.& 2.* Campanil. *in diverſorio juris Canonici, rubr.12. cap.13. n.160.* Guid. Papæ *conſ.70.* ubi etiam intelligit *ſtatim*, id eſt, quando citiùs ſolvi poſſunt, ut voluit *gloſſ. pen. hic, in princip.* Aloyſ. Ricc. *in praxi aurea, reſol.252.n.1.* Paul. Layman. *in Theolog. Moral. lib.4. tract.6. cap.5. num.1.* Monet. *de decimis, cap.6.q.2.n.8.* ubi *n.9.* cum Rebuff. *d.q.12.n.2.* & Azor. *inſtit. Moral. p.1. lib.7.c.24.q.16.* tenet ſufficere quod fructus ſint collecti, licèt granum ſit cum palea, & idem Moneta *ubi proximè, n.15.*

4 reſolvit valere conſuetudinem, ut decimæ prædiales non ſolvantur ſtatim, ſed certo tempore. Vnde ex verbis ſupradictis rectè infertur, mortaliter peccare ſi quis conſuetas decimas tardiùs daret, ut per Marcheſ. *de commiſſion. p.1. cap.15. ſub num 17.* Campanil. *in diverſ. juris Canon. rub.12. c.13. n.155.*

5 De agnis, & vitulis debentur decimæ non ſtatim ubi nati ſunt, ſed cùm illi nutriti ſunt, nec indigent lacte materno, ita Andr. Hiſpan. *in reg. decimarum, q.14.n.5.* Rebuff. *d. tract. q.6.n.3.30.& 31.* Vincent. de Franchis *deciſ.114.* Soar. de Pace *in pract. tom.2. fol.25.n.30.* Soar. *de Relig. tom.1. tract.1. lib.1. c.37.n.6.* Monet. *d.c.6 n.14.* Aloyſ. Ricc. *d. reſol.252.* ubi rationem aſſignat, quia ſi animalia ipſis ſtatim natis conſignarentur, eſſet inutilis talis decimatio, & ſic meliùs eſſet illam non præſtare.

Decimæ autem perſonales regulariter debentur ſolùm in fine anni, ut per Abb. *hic, num.3. gloſſ. verbo annus, in cap. revertimini, 16.q.1.* Azor. *d.q.16.* Monet. *d.cap.6. n.11.* 6

Cujus Parochiani ſunt.] Ergo de fructibus decima debetur Eccleſiæ, cujus eſt Parochianus, quod intelligendum eſſe quando prædia ſita erant in illa Parochia, aſſerit Rebuff. *d. tract. q.7. n.6.* 7

In gloſſ. *Fructibus*, ibi, *qui non facit ſtatim, in mora intelligitur.* Notatur ad hoc, quod decimæ prædiales ſtatim debentur abſque eo quod à Parocho petantur, ſive exigantur, quia dies ipſe, ſive tempus ſolutionis pro creditore interpellat, ut per Rebuff. *de decimis, q.12.n.6.* Gutier. *canon. lib.2.c.21.n.44.* Paul. Layman. *in Theolog. Moral. lib.4. tract.4. c.5.n.1. in fine*, Covar. *lib.1. var. cap.17.n.8. verſ.8.* Soar. *d. lib.1. c.36. n.20. & cap.37. n.2.* 8

In ead. gloſſa, ibi, *Vnde periculum decimarum ad ipſum ſpectat.* Notatur ad hoc, quod ſi decimæ prædiales ſolutæ non fuerunt ſtatim, ac fructus collecti ſunt, vel ſaltem juxta conſuetudinem, monito Curato, ut decimam reciperet, & frumentum, vel vinum periit, tenebitur is, qui ſolvere, vel monere debebat, ut per Rebuff. *d.q.12.n.2.* Monet. *d. c.6. n.10.* 9

SVMMARIVM.

1 *Privilegiati ſuper decimis non ſolvendis de his prædiis, quæ ab aliis conducunt, decimas ſolvere tenentur*, & n. 2.

3 *Privilegia eximentia à ſolutione decimarum amittuntur, ſi incipiant eſſe enormiter læſiva Eccleſiæ Parochiali.*

4 *Privilegium quando dicatur enormiter lædere, ſpectat ad declarationem Papæ.*

5 *Compoſitio ſuper decimis inter Clericos valet.*

Cap. Dilecti VIII.

Privilegium habentes non ſolvendi decimas, ſi conducunt, vel ſumunt ad firmam prædia ſolita ſolvere, tenentur etiam ipſi de illis prædiis ſolvere, quia privilegia non intelliguntur de agris conductis. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Butr. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſt. Anchar. Henric. Panorm. Viv. *in rationali lib.3. juris Pontif. pag.261.* Alagona *in compend. juris Canonici, pag.465.* remiſſivè Ximen. *in concord. p.1.& 2.* refertur ab Ant. Auguſt. *collect.1. Decret. lib.3. tit.26. cap.6.* & eſt poſt Concil. Lateran. ſub Alex. III. *p. 13. c. 2.* 1

Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſumunt Rebuff. *de decimis, quaſt.14.n.52.& ſeqq.* Azor. *inſtit. moral. p.1. lib. 7. cap.26. q.6.* Boër. *de Relig. tom.1. tract.2. lib.1. cap.19.n.8. cum ſeqq.* Moneta *de decimis, cap.5.q.1.n.11.* Campanil. *in diverſorio juris Canonici, rubr.12. c.13. n.153.* 2

Ex hoc gravantur enormiter.] Ergo privilegia eximentia à ſolutione decimarum amittuntur, ſi incipiant eſſe enormiter læſiva Eccleſiæ Parochiali, quæ habet intentionem de jure fundatam in decimis, ut per Rebuff. *d.q.14.n.55.* Menoch. *conſ.156. n.9. vol.3.* Rot. *in Pampilonenſi decimarum, 6. Aprilis 1615.* coràm Reverendiſſimo D. Coccino Rotæ Decano, vel ſaltem moderantur, juxta text. *in cap.1. §. ubi autem, hoc tit. lib.6.* Rot. *in d. Pampilonenſi.* Quando autem dicatur privilegium enormiter lædere, ſpectat ad declarationem Papæ, Abb. *in cap. ſuggeſtum, n.4. hoc tit.* niſi alteri, veluti judicio Rotæ, Papa commiſerit, ut evenit *in d. cauſa Pampilonenſi.* 3 4

5 *Vel cum ipſis amicabiliter componatis.*] Ergo compoſitio ſuper decimis inter Clericos valet, de quo Rebuff *d. tract. q.*18. *n.*16. *cum ſeq.* Monet. *eod. tract. cap.*5. *à n.*119.

SVMMARIVM.

1 *Privilegium de decimis ſolvendis revocatur, ſi ex poſtfacto incipit Eccleſiis Parochialibus eſſe nocivum*, & n. 2.

3 *Immunitas non ſuffragatur pro eis, qui poſt illius conceſſionem multa acquiſierunt bona, ita quod cæteri, quos oportet integrè ferre onera, graviter ac nimium graventur. Intellige ubi procedit ex liberalitate concedentis*, ibid. n. 5.

4 *Immunitatis conceſſio quando ita ſe habet quod cæteri vaſſalli, quos oportet onera immunium ſubire, graviter læduntur, tunc à Principe ſuccurrendum eſt.*

6 *Immunitate data an & quando onus immunis accreſcat non exemptis, vel teneatur eximens in ejus computum accepto ferre, remiſſivè.*

7 *Cauſa de novo ſuperveniente recedere licèt à privilegio.*

8 *Privilegium conceſſum ex certa cauſa expreſſa vel tacita, ceſſat ceſſante cauſa.*

Cap. Suggeſtum IX.

1 Privilegium de decimis non ſolvendis revocatur, ſi ex poſtfacto incipit Eccleſiis Parochialibus eſſe nocivum propter exceſſum proprietatum, quæ nimium creverunt. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Butr. Ioan. Andr. Imola, Ananias, Hoſt. Anchar. Henric. Panorm. Ripa, Vivian. *in rationali lib.*3. *juris Pontificii*, *pag.*262. Alagona *in compendio juris Canonici*, *pag.*465. remiſſivè Ximen. *in concord. p.*1. *&* 2. refertur ab Ant. Auguſt. *collect.*1. *Decret. lib.*3. *tit.*26 *c.*9. & eſt poſt Concilium Lateran. ſub Alex. III. *p.*13. *cap.*4.

2 Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſumunt Felin. *num.*8. & Dec. *num.*14. *in cap. novit, de judic.* Gabr. *communium tit. de jure quæſito, concluſ.*6. *n.*25. Rebuff. *de decimis, q.*14. *n.*55. *& de pacificis poſſeſſ. n.*141. & generaliter de quocunque privilegio loquentes tradunt Perez *ad l.*8. *verbo por do vivan, tit.*4. *lib.*4. *Ordin.* Duen. *reg.*32. *limit.*3. Henriq. *in ſumma, lib.*7. *cap.*27. *n.*7. Surd. *de aliment. tit.*1. *q.*44. *n.*22. *& deciſ.*236. *n.*22. Menoch. *conſil.*156. *n.*9. *&* 34. Valaſc. *conſult.*58. *n.*6. Bardel. *conſil.*22. *n.*10. Glorit. *reſp.*1. *p.*3. *n.*191. unde Barz. *d. deciſ.*118. & Lancell. Gall.
3 *conſil.*25. per hunc text. tenent immunitatem non ſuffragari pro eis, qui poſt conceſſionem immunitatis multa acquiſierunt bona, ita quod notabiliorem, & fertiliorem partem territorii poſſident, & per conſequens cæteri, quos oportet integrè ferre onera, graviter ac nimium gravantur, ut intelligit Octav.
4 Glorit. *d. c.*1. *p.*3. *n.*192. Quando enim conceſſio immunitatis ita ſe habet, quod cæteri vaſſalli, quos oportet onera immunium ſubire, graviter læduntur, tunc à Principe ſuccurrendum eſt, ex iis, quæ tradit Abb. *in cap. pervenit, num.*17. *de immunit. Eccleſ. & in cap. accedens, num.*8. *de præſcript. verſic. ex his infertur*, ubi voluit, quod ſi per privilegium immunitatis à Principe conceſſum graviter contigit lædi univerſitatem, quia fortè multi ex privilegio ſunt exempti, & alii non immunes nimium gravantur, quod tunc Principis remedium eſt implorandum pro revocatione immunitatis: quod etiam voluerunt Imola *in l. ab omnibus, ff. de legatis* 1. Boſſ. *in tit. de Principe, n.*164. Natta *conſil.*63. *n.*19. *volum.*1. Intellige quando immunitatis privilegium proceſſit ex liberalitate concedentis, 5
tunc enim non poteſt conqueri privilegiatus, ſi ex cauſa damni, aut gravis læſionis ſubditorum læditur ejus privilegium, cùm aliàs privilegium gratioſum abſolutè, & in totum poſſit abſque cauſa revocari. Gozadin. *conſil.*5. *num.*27. *& conſil.*14. *num.*8. Menoch. *conſil.*103. *n.*39. Roland. *conſil.*66. *n.*8. *vol.*2. Natta *conſil.*511. *num.*3. Afflict. *deciſ.*128. Grammat. *deciſ.*46. *n.*5. quod tamen non procedit ubi immunitas conceditur ex contractu, & titulo oneroſo; nam tunc ex ſuperveniente aſſerta aliorum ſubditorum læſione, ac prætenſo enormi præjudicio revocari non poteſt, ut docent Natta *conſil.*397. *à n.*13. *vol.*2. Aym. Cravet. *conſil.*294. *col. penult. verſ. non obſtat, vol.*2. Socin. jun. *conſil.*60. *n.*58. *vol.*3. Menoch. *conſil.*156. *n.*34. Carol. Bardel. *conſil.*22. *n.*36. *verſ. reſpondetur ſecundò.* Et an, & quando data immunitate onus immunis accreſcat 6
non exemptis, vel teneatur eximens in ejus computum accepto ferre? vide Feſtaſ. *de collect. in* 4. *part. cap.*8. *n.*70. *& ſeq.* Stephan. Aufret. *in addit. ad Capell. deciſ.*348. *ſub concluſ.*4. Paul. de Caſtr. *conſil.*187. Natt. *d. conſil.*63. *ſub num.*28. *in fine, & conſil.*160. *ſub n.*36. *verſ. ad ſeptimum, & conſil.*397. *num.*12. Roland. *conſil.*76. *volum.*2. Ruin. *conſil.*125. *num.*3. *&* 6. *vol.*5. Rimin. jun. *conſil.* 59. *num.* 66. Cephal. *conſil.*58. *n.*49. *&* 62. Surd. *conſil.*278. *per totum*, & in ſpecie *num.*13. *& num.*15. *verſ. his itaque*, Camil. Borrell. *de præſtantia Regis Catholici*, *cap.*33. *ſub num.*26. *verſ. decima declaratio.*

Nam quando, &c.] Notatur ad hoc, quod ex cauſa 7
de novo ſuperveniente recedere licet à privilegio, ut per Cald. Pereira *in reſp. pro Duce Paſtranæ*, *num.*8.
Privilegium enim conceſſum ex certa cauſa expreſſa, 8
vel tacita, ceſſat ceſſante cauſa, Tiraquel. *in tract. Ceſſante cauſa, n.*103. Fr. Emman. *quæſt. Regul. tom.*1. *q.*9. *art.*4. *verſ. ſecundò.*

SVMMARIVM.

1 *Ciſtercienſes, Templarii, & Hoſpitalarii non tenentur ſolvere decimas prædiorum ſuorum, quæ propriis manibus, aut ſumptibus excolunt*, & n.2. *& quid ſi poſt Concilium Lateran. Ciſtercienſes acquiſierint, vide* n.3. *& an cæteris Religioſis hoc idem indultum ſit, vide* num.4.

5 *Ieſuitæ, & Fratres S. Ioannis de Deo, exempti ſunt à ſolutione decimarum, ſeu vigeſimæ de novalibus, quæ ipſi propriis manibus, & ſumptibus excolunt.*

6 *Religioſi de novalibus, quæ propriis manibus, ſeu ſumptibus excolunt, decimas ſolvere tenentur, ſi pacto expreſſo ad hoc teneantur.*

Cap. Ex parte j. X.

Ciſtercienſes, Templarii, & Hoſpitalarii de prædiis, 1
quæ propriis manibus, vel ſumptibus colunt, non tenentur ſolvere decimas. Cæteri verò Religioſi illas non ſolvunt de novalibus tantùm, quæ colunt ſuis manibus, & de hortis, & nutrimentis animalium. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabar. Butr. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſt. Anchar. Henric. Panorm. Ripa, Vivian. *in rationali lib.*3. *juris Pontif. pag.*262. Alagona *in compend. juris Canonici, pag.*466. remiſſivè Ximen. *in concord. p.*1. *&* 2. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.*1. *Decret. lib.*3. *tit.*26. *c.*20. & eſt poſt Concil. Lateran. *p.*13. *c.*5.

Hanc

2 Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſumit Monet. *de decim. c. 5. q. 1. n. 10.* Quorum privilegia ſunt perſonalia, & ideo non ſuffragantur reſpectu portionis colonorum, ut in puncto privilegiorum Ciſtercienſium eſt deciſio Putei 522. *lib. 2.* & dicit Rota *in Toletana decimarum*, 17. *Iunii* 1611. coram R.D. Coccino Rotæ Decano, & *in Pampilonenſi decimarum*, 15. *Decembris* 1615. coram eodem Seraphin. *deciſ.* 827. Item non ſuffragantur reſpectu arrendatariorum, etiamſi ipſi Fratres aliquam culturam exiguam adhibeant, Seraphin. *d. deciſ.* 827. *n. 3. cum ſeqq.* prout nec etiam ſuffragantur ſi prædia locentur ad pecuniam; tunc enim in nihilo Ciſtercienſes exemptos eſſe tenuit ſæpè Rota, videlicet *deciſ. 2. de privileg. in antiq.* & apud Put. *deciſ.* 150. *lib. 2. in novis, & deciſ.* 23. *n. 4. & ſeq. p. 2. diverſ.* & *in Carthaginenſi decimarum*, 20. *Novembris* 1600. coram bonæ mem. Penia, gloſſ. *in Clem. 1. in verbo excolendas; hoc tit.* ubi Bellam. *n.* 240.

3 An autem de prædiis, quæ poſt Concil. Lateran. Ciſtercienſes acquiſierunt, teneantur ipſi ſolvere decimas, ſi propriis ſumptibus excolant? de his etiam teneri omninò ſolvere decimas per *cap. nuper, hoc tit.* reſolvit Monet. *de decimis, cap. 5. n. 11.* At verò Rota *in Pampilonenſi decimarum*, 18. *Decembris* 1615. coram D. Coccino negativè cenſuit, præſertim propter privilegia Sixti IV. ibi: *Singulares perſonas dicti Ordinis præſtatione decimarum tam de poſſeſſionibus habitis ante, & poſt Concil. quàm de cætero havendis, quæ propriis ſumptibus excolunt, & excolent:* referunt Fr. Emman. *in collect. Bullarum Apoſt. pro Regularibus, Bulla* 5. *Martini V.* & Renat. Chopin. *de ſacra Politia, lib. 3. tit. 1. num.* 8.

4 *Cæteris verò*, &c.] Notatur ad hoc, quod cæteris Religioſis ultra Ciſtercienſes, Templarios, & Hoſpitalarios, fuit indultum ut de novalibus ſuis, quæ propriis manibus, vel ſumptibus excolunt, & de nutrimentis animalium ſuorum, & de hortis ſuis decimas non perſolvant, vide Rebuff. *de decim. q. 14. n. 41. & 56.* Gutier. *conſ. 5. n. 1.* Soar. *de Relig. tom. 1. tract. 2. lib. 1. c. 19. n. 2.*

5 *Vt de novalibus ſuis, quæ propriis*, &c.] Notatur ad hoc, quod Religioſi omnes privilegio in jure ſcripto à ſolutione decimarum de novalibus, quæ propriis manibus ſeu ſumptibus excolunt, exempti ſunt, ut per Rebuff. *d. q. 14. n. 45.* Monet. *d. cap. 4. n. 56.* Renat. Chopin. *monaſticon lib. 2. tit. 1. n. 5.* ubi de Monachis Cœleſtinis, & Cluniacenſibus, & de Monachis Congregationis Caſſinen. aliàs S. Iuſtinæ de Padua, eſt privilegium Eugenii IV. ſub dat. 7. *Kalend. Martii* 1434. relatum per Fr. Emman. *in d. collect. Bullarum dicti Pontif. Bulla* 7. Et de Monachis Congregationis S. Benedicti Vallisſoleti eſt privilegium Clement. VII. ſub dat. 8. *Decembris* 1530. relatum *in Bullario novo, tom. 2. Bulla 7. ejuſdem Pontif.* Et de Monachis Eremi Camaldulenſis, & Congregationis S. Michaëlis de Murano adeſt privilegium Leonis V. ſub dat. 4. *Nonas Iulii* 1513. §. 29. relatum *in Bullario novo, tom. 1. Bulla 2. ejuſdem Pontif.* Et de Monachis B. Mariæ Montis Virginis adeſt privilegium Cœleſtini III. ſub dat 4. *Novembris* 1097. relatum *in Bullario novo, tom. 1. Bulla 3. ejuſdem Pontif.* Et de Sylveſtrinis adeſt privilegium Innocentii IV. ſub dat. 5. *Kalend. Iunii* 1247. relatum *in Bullario novo, tom 1. Bulla 6. ejuſdem Pontif.* Et de Fratribus S. Mariæ de Mercede adeſt privilegium Gregorii XI. ſub dat. *ſexto Kalend. Iulii* 1373. relatum *in Bullario novo, tom. 1. Bulla 3. ejuſdem Pontif.* Et de Ordine S. Antonii Viennenſis adeſt privilegium Clementis VII. ſub dat. 6. *Kalend. Decembris* 1523. relatum *in Bullario novo, tom. 1. Bulla 2. ejuſdem Pontif.* Et de Cruciferis adeſt privilegium Vrbani III. ſub dat. 7. *Kalend. Aprilis* 1187. relatum *in Bullario novo, tom. 5. Bulla 1. ejuſdem Pontif.* Et de Fratribus Prædicatoribus adeſt privilegium Gregorii XI. ſub dat. 2. *Nonas Martii Pontificatus ſui anno IV.* relatum *in Bullario novo, tom. 1. Bulla 7. ejuſdem Pontif.* Et de Fratribus Conventualibus Ordinis S. Franciſci adeſt privilegium Sixti IV. ſub dat. *pridie Kalend. Decembris, anno Incarnationis* 1474. Et de Canonicis Regularibus S. Salvatoris adeſt privilegium Iulii, ſub dat. 4. *Nonas Aprilis* 1512. relatum *in Bullario novo, tom. 1. Bulla 30. ejuſdem Pontif.* Et de Monachis S. Baſilii adeſt privilegium Gregorii XIII. ſub dat. 8. *Kalend. Iulii* 1567. Et de Ordine Minimorum S. Franciſci de Paula adeſt privilegium Iulii II. ſub dat. 5. *Kalend. Auguſti* 1506. relatum à Laurentio de Peyrinis *tom. 1. privilegiorum dicti Ordinis, Bulla 2. ejuſdem Pontif.* §. 19. Et de Carthuſianis adeſt privilegium Martini V. ſub dat. 8. *Kalend. Octobris* 1420. relatum *in Bullario novo, tom. 4. Bulla 1. ejuſdem Pont.* Et in ſpecie quod Patres Ieſuitæ ſunt exempti à ſolutione decimæ, ſeu vigeſimæ de novalibus, quas ipſi propriis manibus, & ſumptibus excolunt, dixit Rota *in Conchen. decimarum*, 16. *Februarii* 1615. coram D. Dunozetto. Et de Fratribus S. Ioannis de Deo, *in Cordubenſi decimarum*, 13. *Maii* 1617. coram Patriarcha Manzanedo.

Moniales ſanctæ Claræ per privilegia Sixti IV. Leonis V. Clementis VII. & Pauli III. confirmata à Gregorio XIII. de quibuſcunque terris, & poſſeſſionibus ſuis, quas per ſe, vel colonos, vel ſervitores excoli, & cultivari faciunt, aut in poſterum facient, nullas decimas, & primitias Parochialibus Eccleſiis, & aliis perſolvere tenentur, nec ipſæ, aut poſſeſſionum earundem coloni, ad earum ſolutionem à quocunque cogi poſſunt: ità referunt Fr. Emman. *quæſt. Regul. tom. 1. q. 44. art. 5. & tom. 3. q. 34. art. 16.* Rota *in Conchen. exemptionis decimarum*, 36. *Ianuarii* 1589. coram Orano, quæ eſt deciſio 240. *p. 5. diverſ.* & canonizatur ab eadem Rota *in eadem cauſa*, 12. *Maii* 1623. coram bonæ mem. Buratto.

Vtrùm autem Papa communicando privilegia alicujus Religionis, in quibus adeſt expreſſa exemptio à ſolutione decimarum, alteri Religioni cenſeatur etiam communicaſſe exemptionem à ſolutione decimarum, dixi *in collect. ad cap. nuper 34. num. 4. infrà hoc tit.*

In gloſſ. *Laborum ſuorum*, ibi, *niſi pacto ad hoc teneantur*, &c. Notatur ad hoc, quod Religioſi de novalibus, quæ propriis manibus, ſeu ſumptibus excolunt, decimas ſolvere tenentur, ſi pacto expreſſo ad hoc teneantur, Rebuff. *d. q. 14. n. 53.* Zanch. *de privileg. Eccleſ. privileg.* 120. *n.* 13. quos refert Monet. *d. cap. 4. n. 59.* 6

In ead. gloſſ. ibi, *Vel niſi ſolvendo renuntiaverint privilegio ſuo.* Vide Rebuff. *q. 14. n. 53.* Monet. *d. c. 4 num. 60.* 7

SVMMARIVM.

1 *Privilegium ſuper decimis laborum non extenditur ad terras, quæ aliis traduntur excolendæ.*

2 *Privilegia exemptionis à ſolutione decimarum ſunt perſonalia, non autem realia.*

3 *Limitata cauſa limitatum producit effectum.*

Cap. Licet XI.

PRivilegium habentes non ſolvendi decimas de agris, quos propriis manibus, vel ſumptibus co- 1

ſunt, debent ſolvere decimas, quas aliis colendas tradunt. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Butr. Imola, Ananias, Hoſt. Anch. Henric. Panormit. Vivian. *in rationali lib. 3. juris Pontif. pag. 262.* Alagona *in compend. juris Canon. pag. 466.* remiſſivè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Ant. Auguſt. *collect. 3. Decretal. lib. 3. tit. 26. c. 11.* & eſt poſt Concil. Lateran. *p. 13. c. 6.*

2 Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſumunt Azor. *inſtit. moral. p. 1. lib. 7. c. 27. q. 7.* Soar. *de Relig. tom. 1. tract. 2. lib. 1. c. 19. n. 13.* Tamburin. *de jure Abbatum, tom. 1. diſp. 15. q. 18. ſub n. 5.* Ratio eſt, quia privilegia exemptionis à ſolutione decimarum ſunt perſonalia, non autem realia, & ideo non tranſeunt ad colonos, arrendatarios, ſeu emptores prædiorum, aut fructuum, ut non ſemel cenſuit Rota, & ſignanter *in una Placentina decimarum, 17. Decembris* 1584. coram Blanchetto, & *in Pampilonenſi decimarum, 15. Decembris* 1615. coram R.D. meo Coccino Decano, & *deciſ. 23. p. 2. diverſ.* & apud Seraphin. *deciſ. 827. n. 2.* & noviſſimè *in Leodienſi decimarum, 20. Decembris* 1628. coram Card. Virili.

3 *Propter hoc non eſt licitum, &c.*] Notatur ad hoc, quod limitata cauſa limitatum producit effectum, ut per Tiraquel. *in tract. Ceſſante cauſa, part. 1. n. 142. & de retract. lignag. §. 32. gloſſ. 1. n. 49.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. §. 5. proœm. num. 6.* Stephan. Gratian. *Marchiæ deciſ. 56. n. 5.* Brunor. à Sole *in locis communibus, verbo cauſa 9.* Cardoſ. *eodem verbo, n. 3.* Gutier. *pract. lib. 3. quæſt. 31. n. 7.* Mar. Anton. *lib. 1. variar. reſolut. 108. n. 18.* Rot. *deciſ. 690. num. 9.* apud Farin. *part. 1. recent.*

SUMMARIUM.

1 *Privilegium ſuper decimis laborum etiam ea, quæ non ſunt novalia, comprehendit,* & n. 2.
3 *Lex ſi aliud voluiſſet, expreſſiſſet.*
4 *Verba debent intelligi quatenus propria eorum ſignificatio patitur.*

CAP. Ad audientiam XII.

1 PRivilegium conceſſum de non ſolvendo decimas de laboribus, intelligitur etiam de terris, quæ non ſunt novalia. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Imola, Ananias, Hoſt. Butr. Anchar. Henric Panorm. Vivian. *in rationali lib. 3. juris Pontif. pag. 463.* Alagona *in compend. juris Canonici, pag. 466.* remiſſivè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Anton. Auguſt. *collect. 1. Decret. lib. 3. tit. 26. cap. 1.* & eſt poſt Concilium Lateran. ſub Alex. III. *part. 13. cap. 8.*

2 Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſumit Soar. *de Relig. tom. 1. tract. 2. lib. 1. cap. 19. num. 4. & 17.*

Quæ quidem lata interpretatio ex Abb. & aliis *in hoc text.* fit ſecundùm generalia verba privilegii, quia non proponitur, nec apparet contraria concedentis intentio. Ex mente namque Doctorum *in hoc text.* agitur de privilegio, per quod Pontifex generaliter eximens Ciſtercienſes à ſolutione decimarum, licèt aliter non exprimeret juxta materiam ſubjectam, & naturam exemptionis, ſatis intendebat ea in re de qua agebatur, & juri communi, & Eccleſiis parochialibus præjudicare, juxta doctrinam *gloſſ. 3. cap. cùm olim 12. de privilegiis*, receptam *ibi, & alibi,* ut per Dec. *conſil. 113. n. 6.* & inſuper non erat major ratio, ob quam generalis conceſſio, & intentio concedentis magis ad has, quàm ad illas decimas eſſet referenda. Deinde (quod maximè notandum eſt) Pontifices per hujuſmodi privilegia intendentes aliquem eximere ab omnibus tam veteribus, quàm novalium decimis, utuntur quadam forma verborum, ſcilicet: *Ne de laboribus quos propriis manibus, vel ſumptibus excolunt, decimas ſolvant.* At verò cùm intendunt non generaliter, nec ab omnibus, ſed à novalium, & aliis certis quibuſdam decimis eximere, non utuntur illa forma, ſed ad ejus differentiam alia ſtrictiori, & de novalibus, & aliis certis decimis mentionem faciunt, ut apertè conſtat ex *cap. ex parte 10. verſ. ſanè, hoc tit.* itaut ex diverſa forma, & verbis conceſſionis colligatur in hac materia intentio concedentis.

Sanè text. *in præſenti* agit de Ciſtercienſibus, quia ea in re erant maximè privilegiati, ut conſtat ex *d. cap. ex parte, & ex cap. 2. §. 1. in fine, hoc tit. lib. 6.* & inſuper proponit privilegium illis conceſſum ſub illa forma per illa verba pleniſſima, *ne de laboribus,* &c. unde meritò ſecundùm illa Papa inquit ſe in eo privilegio omnes decimas comprehendere voluiſſe, & adjicit rationem, quia ſi non de omnibus, ſed de novalibus tantùm intelligeret, ubi poſuit de laboribus, de novalibus poſuiſſet, quaſi apertiùs dicat, quia ſi noſtræ intentionis foret de novalium tantùm decimis agere, non uteremur illa verborum forma, *ne de laboribus,* &c. ſed quia omnes decimas comprehendere intendimus, illa ſtrictiori, *ne de novalibus,* &c. per quam ad differentiam illius non omnes, ſed aliquas concedere intendimus, & ita ex his in hoc text. non tantùm non apparet intentio Papæ repugnans verbis generalibus interpretationis latioris, verùm etiam per contrarium adeſt intentio pro his, quia verum eſt dicere Papam dum ſub ea forma privilegium indulſit, proculdubio voluiſſe etiam cum majori præjudicio Eccleſiarum parochialium latiſſimam ab omnium decimarum ſolutione concedere exemptionem. Et in hunc ſenſum text. hic appellat pravam interpretationem eorum qui contra verba, & intentionem privilegium prævertentes, ad ſolas novalium decimas referendum putabant.

Sic ſanè licèt text. *in præſenti*, vulgò citari ſoleat ad hoc, quod in privilegiis etiam cum tertii præjudicio, & juris communis violatione attendi, & ſervari debet tenor, & proprietas verborum, ut ea omnia conceſſa intelligantur, quæ ſub eiſdem continentur, ut per Abb. *hic*, & citatos per Pariſ. *conſ. 22. num 6. lib. 4.* Dec. *ubi ſuprà*, & relatos à Covar. *de ſponſalibus, p. 2. cap. 8. §. 8. num. 7. cum ſeqq.* nihilominus text. juxta prædictum intellectum, & animadverſionem non ita generaliter probat vulgarem allegationem, quæ nec indiſtinctè admittenda videtur, quia oportet plerumque ex intentione concedentis reſtringere verba, & eam ſequi interpretationem per quam Reipubl. juris communis, vel cujuſvis alterius perſonæ præjudicium vel tollatur omninò, ſi fieri poteſt, ſalva conceſſione, vel ſaltem minus efficiatur, ut per Covar. *d. cap. 37. num. 13.* & ſupra citatos, *cap. cùm in illis, in princ, de præbend.* docet gloſſ. 3. *in cap. paratus, 23. quæſt. 1.* recepta ex Dec. *num. 4. in cap. ex parte, il ſecundo, de offic. deleg.* Molin. *de primogen. lib. 2. cap. 1. num. 13.* & pari ratione id ipſum fieri debet ne abſurdum, aut ſcandalum ſequatur, juxta ſupradicta: procedit ergo allegatio communis ubi non apparet de contraria mente concedentis, quæ in privilegiis propriè acceptis ſemper apparere videtur, ut minùs præjudicetur juri communi, ex ſuprà reſolutis.

De novalibus poneremus.] Facit ad illud juris principium, ſi lex aliud voluiſſet, expreſſiſſet, ut per Tiraq. 3

in

*in l.ſi unquam, verbo libertis, num.*3.Menoch. *conſil.*1. *num.*178.*& conſil.*140. *num.* 4. Gutier. *pract. lib.*3. *quæſt.*22.*n.*7. Surd. *deciſ.*77. *n.*4.*& deciſ.*176. *n.*10. *& deciſ.*322. *n.*22. Gonzal. *ad reg.*8. *Cancel. gloſſ.* 9. §.1.*n.*33. *& gloſſ.*42. *n.*11. cum aliis per me citatis *in tract. de appellativa verbor. utriuſque juris ſignific. appell.*136. *n.*3.

4 Notatur ad hoc, quod verba debent intelligi quatenus propria eorum ſignificatio patitur, *l.cum lege, ff.de teſtam.l.*1.*§.quod autem, ff.de aleatoribus.* Cardin. Mantica *de conject.ultim.volunt. lib.*8.*tit.*18. *num.*35. D.Barboſa *in l.quia tale,n.*37.*ff.ſoluto matrim.*Monet. *de diſtrib.quotid. p.*1.*q.*11.*n.*100.

SUMMARIUM.

1 *Decimæ novalium debentur Eccleſiæ in cujus Parochia ſurgunt, ſi verò non ſunt in certa Parochia, debentur Diœceſano, qui poteſt ſibi reſtituere, vel alteri Eccleſiæ concedere.*
2 *Decimæ prædiales regulariter illi ſunt Eccleſiæ tribuendæ, in cujus territorio prædia ſita ſunt.*
3 *Quarta decimarum debetur Epiſcopo.*
4 *Decimas, quæ in aliqua Parochia certa non ſunt, Epiſcopus alteri poteſt Eccleſiæ ſine conſenſu Capituli concedere.*
5 *Decimæ Epiſcopo debentur, ubi prædium non eſt in alicujus Parochia ſitum.*

Cap. Quoniam XIII.

1 Decimæ novalium, ſi ſunt in aliqua Parochia, debentur illi Parochiæ, data ſua parte Epiſcopo: ſi non ſunt in aliqua Parochia, Epiſcopus poteſt eas vel ſibi retinere, vel alteri Eccleſiæ concedere, prout judicaverit. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan.Andr. Imol. Anan. Butr. Hoſt. Anchar. Henric. Panorm. Ripa,Viv.*in rationali lib.*3. *juris Pontif. pag.*263. Alagona *in compendio juris Canonici, pag.*466. remiſſivè Ximen. *in concord. p.*1. *&* 2. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 1. *Decret. lib.*3. *tit.*26. *cap.*25. & eſt poſt Concil. Lateran. ſub Alex. III. *p.* 40. *c.*40.

2 *Infra certam alicujus Eccleſiæ Parochiam*, &c. Notatur ad hoc, quod decimæ prædiales regulariter illi ſunt Eccleſiæ tribuendæ, in cujus territorio prædia ſunt ſita, ut per Xuar. *alleg.*28. *num.*7. Gutier. *practic. lib.*1. *q.*17. *n.*1. Hieron.Carat. *in opuſculo de juribus Parochialibus,tit.*4.*cap.*18. Rot. *in Bracharenſi decimarum*, 20.*Maii* 1591. *&* 3.*Iunii* 1594. coram bonæ mem. Card. Pamphilio, *& in Sabinenſi decimarum*, 29. *Martii* 1609. coram R. D. meo Coccino Decano, *& in Abulenſi decimarum*, 17. *Decembris* 1627. coram eodem, *& deciſ.*321.*num.*4. *p.*1. *recent.* noviſſimè Baſil.Pont. *de Sacram.Matrim. lib.*5. *c.* 13. §.3.*n* 20. vide *ad cap.cùm contingat, infr. hoc tit.*

3 *Tua parte retenta.*] Ergo regulariter quarta decimarum debetur Epiſcopo, ut per Xuar. *allegat.* 28. *num.*25. Soar.*de Religion. tom.*1.*tract.*2.*lib.*1.*cap.*28. *num.* 9.

4 *Alii Eccleſiæ deputare.*] Ergo decimæ, quæ in aliqua certa Parochia non ſunt, Epiſcopus alteri poteſt Eccleſiæ ſine conſenſu Capituli concedere, cùm enim decimæ hujuſmodi in certa Parochia non ſurgant liberaliter, in Epiſcopi poteſtatem conferuntur, eique datur optio an velit illas alteri Eccleſiæ, vel Cathedrali aſſignare, quia cùm unitæ non ſint Cathedralis Eccleſiæ bonis, non dicitur Epiſcopus propriè alienare, ſed non acquirere, quo fit ut ſolemnitas in aliis rerum Eccleſiaſticarum alienationibus requiſita minimè in hoc caſu exigatur: ita *in præſenti* Ioan. Andr.*num.*2.Anchar.*n.*3.*verſ.quærit.*Zabar.*num* 3.*verſ. quartò,* Butr. *n.*5.*verſ.ſecundò,* Panorm.*n.*4.*verſ.ultimò,* Anan. *num.*3. *verſ. quærit*, quos refert Rendina *in promptuario recept. ſentent. tit.*26. *n.*1.

Vel ad opus tuum, &c. Notatur ad hoc, quod debentur decimæ Epiſcopo, ubi prædium non eſt in alicujus Parochia ſitum, ut per Abb. Panorm. *hìc,n.*2. *&* 4.Tyndar. *de decimis,n.*69. Rebuff.*eod.tract.quæſt*... *num.*8. Monet.*eodem tract.cap.*7.*n.*9.Azor.*inſtit.moral. p.*1. *lib.*7.*cap.*25.*quæſt.*9.*verſ.deinde,* Pute. *deciſ.*371. *n.*6.*lib.*1. Vetal.*deciſ.*40.*n.*2. *part*....Baſil.Pont. *d.§.*3. *n.*21. Rot. *in Pacen. decimarum del Hobrero*, 9. *Iunii* 1603. *&* 21.*Iunii* 1604. coram R D.Coccino Rotæ Decano,*& in Sabinenſi decimarum,*21.*Martii* 1564. coram de Rubeis, *& in Placentina decimarum perſonalium de Trugillo*, 18.*Martii* 1618. coram bonæ mem. Buratto, *& in Conchenſi decimarum del Infantado,*18.*Decembris* 1617. coram D. Martino Andrea. Declara ſecus eſſe ubi locus eſſet intra duas Parochias, ſed ignoretur ſub qua ſit; tunc enim non debetur Epiſcopo,ſed inter eas dividuntur,ut per Abb.*hìc,n.*3. Monet. *d.cap.*7. *n.*11. 5

SUMMARIUM.

1 *Decimæ quaſi debitum exigi poſſunt.*
2 *Decimæ an & quando debeantur de jure divino & humano, oſtenditur,* & n.3. & 4.
5 *Dictio*, quaſi, *nonnunquam eſt expreſſiva veritatis.*

Cap. Parochianos XIV.

Decimæ quaſi debitum exigi poſſunt, quia non ab homine, ſed ab ipſo domino ſunt inſtitutæ. Colligunt ex Ordin.Abb.antiq.Innoc.Collect.Zabar. Butr. Ioan. Andr. Imol. Ananias, Hoſtienſ. Anchar. Henric. Panorm. Ripa,Vivian. *in rationali lib.*3.*juris Pontificii, pag.*264. Alagona *in compendio juris Canonici,pag.*466.remiſſivè Ximen.*in concord. part.*1.*&* 2. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.*1. *Decretal. lib.*3. *tit.*26. *cap.*26. & eſt poſt Concil. Lateran. *part.*26. *cap.*12. 1

Sed ab ipſo domino ſunt inſtitutæ. Ex his verbis colligunt noſtri Canoniſtæ, decimas à Deo inſtitutas eſſe, & jure divino nunc quoque deberi, tenentque præter gloſſas *in cap.à nobis, & in cap. nuper, hoc tit.* Tyndar. *de decimis,à n.*10. Rebuff.*eod.tract.q.*1.*n.*14. Bonacoſ. *tom.*1.*communium opin. lib.*1. *tit.*10.*n.*2. *cum ſeqq.pag.*185. Nicol.Reuſnet.*deciſ.*2.*n.*4.*lib.*4.Ioſeph. Ludoviſ.*Peruſ.deciſ.*106.*num.*33.Petr.Gregor. *ſyntag. juris lib.*2.*c.*21. Anaſtaſ.Germon.*de ſacrorum immun. lib.*5.*cap.*19.Camil.Borrel.*conſil.*20.*num.*14.*cum ſeqq. centur.*1. *& de compromiſ. q.*2. *§.*2. *gloſſ.*1.*num.*314. & noviſſimè *in ſumma omnium deciſionum, tit.*19. *de decimis*, *à num.*2. & ex Theologis ſequuntur Andr. Hiſpan. *in reg.decimarum,verſ.decima eſt jure naturali, num.*1. 5. 6. *&* 15. Albert. Pigh. *lib.* 5. *Hierarchiæ Eccleſiaſt. cap.* 7. 2

Verùm Theologi contrariam opinionem, imò de jure humano, & Pontificio decimas deberi, communiter ſequuntur, ex quorum numero ſunt Vgo de S Victore *lib.*2.*de Sacram.p.*11.*c.*4.*&* 11.Aſtenſ.*p.*2. *ſum. lib.*6. *tit.*35.*rubr.de decimis*, S.Thom. 2.2.*q.*87. *art.*1. S.Antonin.2.*part. ſum.tit* 4.*cap.*3.*§.*5. Abulenſ. *in Matth. cap.*23.*q.*90. Henriq. *in ſum. lib.*7.*cap.*27. §.1. *& lib.*14. *cap.*1. *§.ult.lit.T,* Azor. *inſtitut. moral. p.*1. 3

p.1.lib.7. cap.23. q.4. Monet. *de decimiſ, c.1.à n.11.* Leſſ. *de juſtitia, lib.2.cap.39.dub.1.n.5.cum ſeqq.* Soar. *de Relig.tom.1.tract.2.lib.1.c.10.& cap.36.* ſequuntur ex noſtris Canoniſtis Covar. *lib.1. var. cap.17. n.2. & 3.* Navar. *in manuali, cap.21.n.28.& 31.& de redditib. Eccleſiaſt. q.1. monitu 59.num.1.& conſil.2. n.3. ſub hoc tit.* Gutier. *canonicar. lib.2. cap.21. n.2. & 7.* Mench. *illuſtr.cap.89. n.1. in fine,* Ceval. *communium contra communes, q.437.*

4 Pro concordia autem ſupradictarum opinionum ſcire oportet, decimas duplici modo conſiderari, vel enim conſiderantur reſpectu congruæ ſuſtentationis, vel rurſus habito reſpectu ad quotam, vel partem, quæ de rebus acquiſitis ſolvenda eſt: meminit hujus diviſionis D.Thomas *2.2.q.87.art.1.in corpore,* Sotus *lib.9.de juſtit.q.4.art.1. verſ. prima concluſio,* Covar. *lib.1.var.cap.17.n.2.* Inter utrumque modum illa eſt differentia, quod ſi decimæ priori modo conſiderentur, non ſolùm humano, ſed etiam ex jure divino poſitivo, & naturali debitæ ſunt. De jure humano probat text. *in præſenti*, ſecundùm unum intellectum, de jure divino poſitivo deducitur ex illo Chriſti Domini *Lucæ cap.10.* ibi: *Dignus eſt operarius mercede ſua*, & ex illo D.Pauli 1.ad Corinth.cap.9. *Nemo ſuis ſtipendiis militavit unquam, &c.* de jure naturali ſimiliter conſtat, ſiquidem evidenti ratione naturali oportet ſtipendium, ſeu ſuſtentationem accipere ab illis, quibus ſervitium aliquod neceſſarium miniſtratur; conſtat autem adminiſtrationem divini cultus, & rerum ſpiritualium, maximè eſſe neceſſariam, unde jure naturali convincitur aliquod ſtipendium, ſeu ſuſtentationem eſſe ſolvendam, ut concludit illud D. Pauli *d.cap.9.* ibi: *Si nos vobis ſpiritualia ſeminavimus, magnum eſt ſi nos carnalia veſtra metamus.* Si verò decimæ poſteriori modo conſiderentur, ſolummodò jure humano debitæ ſunt, ut patet ex *hoc text.* & ex *cap. in quibuſdam, §.ille quippe,* cum multis *ibid.hoc tit.* non tamen jure naturali, nec divino poſitivo obligante. De jure naturali patet, quia jus naturale licèt dicat ſolvendum eſſe ſtipendium, ſeu dandam ſuſtentationem, ut *ſuprà* dictum eſt, non tamen concludit decimam partem magis quàm tertiam, vel quartam eſſe perſolvendam: de jure poſitivo obligante idem conſtat, ſiquidem non apparet aliquod jus divinum obligans, quod determinet decimam partem eſſe perſolvendam, ſolùm enim dicit operarium dignum eſſe mercede ſua, in loco illo *ſuprà* citato Quod autem decima jubetur dari in lege veteri, nihil refert, quia illa non obligat ſive aliquo modo decima cenſeatur ad legem cæremonialem pertinere, ſive, ut verum eſt, re vera judicialis lex in decima conſideretur, prout conſiderat D.Thomas *d.q.87. art.1.in corpore,* Sotus *d.q.4.art.2.* Archid. *in cap. decimæ, 16. q.1.n.3.* eo quòd leges illæ tam cæremoniales, quàm judiciales Evangelica lege lata ceſſarunt, & vim legum amiſerunt, juxta illud Pauli ad Galat.*cap.3.& 4.* & ad Hebr.*cap.7.& 8.* & ad Epheſ. *cap.2.* reſolvunt Doctores per text. *in cap. unic. de purificat. poſt partum.*

Quibus omnibus ſuppoſitis jam patet conciliatio ad ſupradictas contrarias Canoniſtarum, & Theologorum ſententias, ut ſcilicet prima, quæ decimas de jure divino deberi aſſerit, procedat quoad ſuſtentationem Clericorum, ſecunda verò tenens deberi de jure Pontificio quoad quotam, ita & meritò ſub eadem diſtinctione docent Sotus *de juſtitia, lib.9. q.4. art.1. verſ. decimarum ſolutio, col.2. & verſ. tertia concluſio,* S. Antonin. *d.cap.3.tit.3. §.5.* Navar. *d.cap.21. num.28.* Perez *ad tit.5. verſ. ſit igitur reſolutio, lib.1. Ordinam.* Anton.Fernandez *in examine Theologiæ Moralis, p.1. ad 7. præceptum Decalogi, cap.13. §.3.* Prax.Epiſcop. *verb.decima, in princip.* Maldet. *de juſt. & Relig. tract.10. tit. de decimis, dub.2. §.contraria nihilominus.*

In gloſſ. *Quaſi debitum*, ibi, *illud, quaſi, non eſt ſimilitudinarium, ſed expreſſivum veritatis,* &c. Vide quæ dixi *in tract.de diction.uſufreq.dict...*

SVMMARIVM.

1 *Decima laico jure hæreditario concedi non poteſt,* & num.2.

3 *Decimandi jus tanquam ſpirituale non poteſt laicis competere.*

4 *Decimas non ſolvens cùm teneatur, excommunicari poteſt, monitione præmiſſa.*

Cap. Ad hoc XV.

Decimæ non poſſunt concedi laico jure hæreditario, & laicus eſt cogendus per excommunicationem, ut reſignet. Colligunt ex Ord.Abb.antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan.Andr. Butr. Imol. Anan. Hoſt. Anch. Henric. Panorm. Ripa, Vivian. *in ration. lib.3. juris Pontif. pag.264.* Alagona *in compend. juris Canonici, pag.466.* remiſſivè Ximen. *in concord. p.1.& 2.* refertur ab Ant. Auguſt. *collect.1. Decret. lib.3. tit.26. c.27.* & eſt poſt Concil.Lateran. *p.50. c.12.* 1

Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſumunt, ut per Azor. *inſtit.moral, part.2.lib.7.c.25.q.11.* Soar. *de Relig. tom.1. tract.2.lib.1.c.25.* Decimandi enim jus tanquam ſpirituale non poteſt laicis competere, ut reſolvunt plures, quos refert, & ſequitur Monet. *de decimis, c.5.q... n.57.* 2

Vinculo excommunicationis adſtringas.] Notatur ad hoc, quod non ſolvens decimas cùm teneatur, excommunicari poteſt, ut per Monet. *d.tract.cap.8. n.64.* Molin. *de juſtitia, tract.2. diſp.756. n.2.* Rot. *in Dertuſen. decimarum, 11.Maii 1609.* coram bonæ mem. Cardin. Marquemont. impreſſa per Marcheſ. *de commiſſion. p.1. pag.675.& in Motulen. decimarum, 31. Ianuarii 1614.* coram bonæ memoriæ Card. Sacrato, Concil.Trid. *ſeſſ.25.de reform. cap.12.* ibi: *Excommunicentur.* Intellige monitione præmiſſa, ſecundùm Monet. *d.c.8.n.69.* Azor. *inſt.moral. p.1.lib.7. c.24.q.17.* Soar. *de Relig.tom.1. tract.2.lib.1. c.37.* Aloyſ.Ricc. *in Neapol.deciſ.195.n.6.p.4.* Subtrahentes ſic decimas, vel earum ſolutionem impedientes, ultra prædictam excommunicationem quam præmiſſa monitione incurrunt, ſecundùm eandem Concil.Trid.diſpoſitionem *citato loco*, ab hoc crimine, niſi plena reſtitutione ſequuta, abſolvi non poſſunt, ut per Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.1.lib.2. cap.20.n.19.* Navar. *in ſingular. juris Canon. concl.6.* Molin. *d.n.4. verſ. his ita relatis,* niſi quando ad confeſſionem accedit, impotens ſit ad reſtituendum, quia tunc abſolvi poſſe tenent Navar. *in man.cap.16.num.59.* Molin. *citato loco,* Ioan.Valer. *de different. inter utrumque forum, verbo abſolutio, differ.5.n.5.* Navar. *d.concl.6.n.3.* ex ea ratione, quia Concil. *loco citato*, non prohibet abſolvi niſi eum, qui pro tunc tenetur reſtituere, quique peccat non reſtituendo. An autem Parochus poſſit denegare Sacramentariis, qui nolunt ſolvere decimas, vide Aloyſ. Ricc. *in deciſ.Curiæ Archiep.Neapol.deciſ.195.à princ. p.4.* Vtrùm verò contra tenuentes ſolvere decimas poſſit Vicarius imponere interdictum perſonale? vide eundem Ricc. *d.p.4. deciſ.380.* 3

SVMMA

SVMMARIVM.

1 *Iudæi de terris, quas colunt, tenentur decimas ſolvere,* & num. 2.

3 *Decimarum ſolutio fit, uti de onere, non verò de decima vera, & formali.*

4 *Iudæi decimas perſonales non ſolvunt.*

Cap. De terris XVI.

1 IVdæi qui terras colunt, ſunt cogendi vel ſolvere decimas prædiales, vel renuntiare poſſeſſiones. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſt. Butr. Anchar. Henric. Panorm. Ripa, Viv. *in ration. libri tertii juris Pontif. pag.* 265. Alagona *in compendio juris Canon. pag.* 465. remiſſivè Ximen. *in concordant. part.* 2. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 1. *Decret. lib.* 3. *tit.* 26. *c.* 28.

Hanc eandem concl. ex hoc text. deſumunt Rebuff. *de decim. q.* 5. *n.* 11. *cum ſeqq.* Perez *l.* 1. *verſ. qua decimæ, tit.* 5. *lib.* 1. *Ordin. pag.* 116. & *l.* 1. *gloſſ. de las cauſas de ſu morada, tit.* 3. *lib.* 8. *pag.* 57. Azor. *inſtit. moral. p.* 1. *lib.* 7. *c.* 24. *q.* 1. & 2. Xuar. *alleg.* 28. *num.* 4. & 5. ubi Valdeſ. Vaſq. *in opuſc. de beneſ. c.* 1. §. *unic. dub.* 9. Monet. *de decimis, c.* 5. *à n.* 36. qui extendunt ad Paganos, Turcas, & Hæreticos, Ant. Ricc. *in tract. de jure perſonarum extra gremium Eccleſiæ exiſtent. lib.* 2. *c.* 9. *n.* 5.

2 Intellige de decimis prædialibus reſpectu poſſeſſionum, quas infideles in terris Chriſtianorum titulo emptionis, vel alio compararunt, prout colligitur ex *hoc text.* ibi, *vel poſſeſſiones penitus renuntiandas*, & ibi, *compellas*, quæ verba non verificantur niſi reſpectu poſſeſſionum, quæ ſunt in provinciis Chriſtianorum, & meliùs *in cap. quanto, penult. de uſuris*, ibi, *quas à Chriſtianis*, &c. Prædicti tamen infideles non tenentur ad decimas prædiales perſolvendas reſpectu poſſeſſionum, quas in ſuis provinciis habent; conſtat nàmque in illis ceſſare jus Eccleſiæ quæſitum, & rationem propter quam debitæ ſunt: ita in effectu reſolvunt Lambert. *de jurepatr. lib.* 1. *p.* 1. *q.* 7. *art.* 3. *n.* 3. Rebuff. *de decim. q.* 5. *n.* 11. Licèt enim omnes mortales ad fidem ſuſcipiendam teneantur, donec tamen illam profiteantur, nequaquam noſtris legibus obligantur, nec noſtris præceptis obedire tenentur, quando præceptum directè in illos dirigitur, juxta illud Pauli 1. *ad Cor.* 5. *de his, quæ foris ſunt, nihil ad nos*, Soat. *lib.* 9. *de juſtit. q.* 4. *art.* 4. *col.* 4. *in princ.* ac ſubinde cùm ceſſet obligatio legis, ceſſat quoque obligatio perſolvendi decimas, quantumcunque ex parte Eccleſiæ non deficiat voluntas adminiſtrandi illis Eccleſiaſtica Sacramenta.

3 In gloſſ. *Perſolvendas*, ibi, *ad quem ſpectat fructuum perceptio, fructuum onera ſubire compellitur.* Ergo decimarum ſolutio fit uti de onere, non verò de decima vera, & formali, ut per Soar. *de Relig. tom.* 1. *tract.* 2. *lib.* 1. *c.* 16. *à n.* 6. Anton. Ricc. *d. c.* 9. *n.* 7. quicquid teneat Abb. *hic*, *n.* 5. & Oldrad. *conſ.* 91. ac Mantic. *conſ.* 188. *col.* 2.

4 In ead. gloſſ. ibi, *Vnde perſonales decimas non perſolvunt.* Notatur ad hoc, quod Iudæi decimas perſonales non ſolvunt, ut per Butr. *hic*, *n.* 2. *verſ. vel oppono*, Sot. *de juſtit. lib.* 6. *q.* 3. *art.* 4. Soar. *d. lib.* 1. *c.* 16. *n.* 4. *verſ. in qua diſtinctio*, Azor. *d. c.* 24. *q.* 3. Monet. *d. c.* 5. *n.* 38. Anton. Ricc. *d. c.* 9. *à princ.* Quamvis contrarium velint gloſſ. *in cap. quanto, ſub figuratione caſus, in fine, de uſuris*, & *in cap. decimæ*, 16. *q.* 1. quam ſequuntur Anch. *hic, ſub n.* 1. Abb. *ſub n.* 6. & Rebuff. *de decimis, q.* 5. *n.* 11.

SVMMARIVM.

1 *Decimæ, vel oblationes Eccleſiæ laicis concedi non poſſunt, & Prælatus contra faciens eſt puniendus.*

2 *Decimandi jus concedi non poteſt laico, præſertim poſt Concil. Lateran.*

3 *Laicus decimas uſurpans dignus eſt, ut puniatur divino judicio.*

4 *Epiſcopus alicui laico ex juſta cauſa concedere poteſt ad vitam, aliudve tempus ipſarum decimarum fructus; non verò jus percipiendi decimas.*

Cap. Quamvis XVII.

LAici non debent ſibi uſurpare ea quæ ſunt Sacerdotum, nec eis eſt aliqua poteſtas tribuenda de rebus Eccleſiaſticis, ideò Prælatus, qui laico in ſæculo remanenti concedit Eccleſiaſticam decimam, vel oblationem, eſt deponendus à ſtatu ſuo, donec ſatiſfaciat. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Butr. Imol. Anan. Hoſt. Anchar. Henric. Panorm. Ripa, Vivian. *in rationali libri tertii juris Pontif. pag.* 265. Alagona *in compend. juris Canonici*, *pag.* 466. remiſſivè Ximen. *in concord. part.* 1. & 2. refertur ab Ant. Auguſt. *collect.* 2. *Decret. lib.* 3. *tit.* 17. *c.* 2. 1

Collige ex text. laicis decimandi jus concedi non poſſe, ut per Covat. *lib.* 1. *var. c.* 17. *n.* 5. & 6. Rebuff. *de decimis*, *q.* 10. *n.* 17. & *q.* 13. *n.* 38. & 39. Triviſ. *Venetiæ deciſ.* 29. *n.* 4. Ant. Gom. *var. tom.* 2. *c.* 14. *n.* 15. *prope finem*, Azor. *inſtit. moral. p.* 1. *lib.* 7. *c.* 25. *q.* 11. Soar. *de Relig. tom.* 1. *tract.* 2. *lib.* 1. *c.* 25. & *c.* 29. *n.* 10. Garc. Gironda *de privil. & exempt. explic. n.* 251. Monet. *de decim. c.* 5. *n.* 57. Rot. *in Patavina decimarum*, 10. *Martii* 1605. coram R. D. Coccino Rotæ Decano, & *in Ferrarienſi decimarum*, 23. *Iunii* 1617. coram D. Pamphilio juniore, & *in Ilerden. decimarum*, 16. *Martii* 1618. coram Card. Sacrato. Præſertim poſt Concil. Lateran. de quo *in cap. prohibemus, infr. hoc tit.* & *in cap. cum & plantare, de privil.* Rebuff. *d. q.* 13. *n.* 78. *cum ſeqq.* & dicit Rota *in d. Ferrarien.* & *in Taurinen. decimarum*, 12. *Ianuar.* 1607. coram R. Marquemontio. 2

Divini dignum animadverſione judicii.] Notatur ad hoc, quod laicus decimas uſurpans dignus eſt animadverſione judicii, id eſt, ut puniatur divino judicio, hoc eſt, à Deo, ut per Rebuff. *dict. tract.* 15. *num.* 29. 3

In gloſſ. *Conceſſerit*, ibi, *fructus verò decimarum*, &c. Notatur ad hoc, quod Epiſcopus alicui laico ex juſta cauſa concedere poteſt ad vitam, aliudve tempus non quidem jus percipiendi decimas, ſed ipſarum decimarum fructus, ut per Covar. *d. c.* 17. *n.* 5. Rebuff. *d. tract. q.* 10. *n.* 14. Tiraq. *de retractu lign.* §. 1. *gloſſ.* 7. *n.* 51. Azor. *d. lib.* 7. *c.* 25. *q.* 14. Maſcard. *de probat. concl.* 1322. *n.* 12. *cum ſeqq.* Monet. *d. c.* 5. *n.* 61. Cald. Pereira *de extinct. emphyt. c.* 2. *n.* 27. Soar. *d. lib.* 1. *c.* 25. *n.* 3. & *c.* 26. *num.* 1. 4

SVMMARIVM.

1 *Conſuetudini ſtatur, an colonus ſolvat decimam Eccleſiæ, in cujus Parochia ſita ſunt prædia, an Eccleſiæ ubi audit Divina, & percipit Eccleſiaſtica Sacramenta.*

2 *Conſuetudine poſſunt decimæ uni Eccleſiæ aliàs debitæ alteri ſolvi.*

3 *Conſuetudo in ſolvendis decimis conſideratur.*

4 *Conſuetudo in ſolutione decimarum, quæ ſit attendenda, locine vicinioris, aut loci ubi prædia exiſtunt, oſtenditur.*

5 *Decima eſt onus reale, & ſequitur poſſeſſionem.*

Cap. Cùm ſint XVIII.

1 Conſuetudini ſtandum eſt cui Parochiæ debeantur decimæ quando aliqui accipiunt Sacramenta, & divina in una Parochia, & habent prædia in alia. Colligunt ex Ordinat. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Butr. Imol. Anan. Hoſt. Anch. Henric. Panorm. Ripa, Vivian. *in rationali libri tertii juris Pontificii*, *pag.*266. Alagona *in compend. juris Canonici*, *pag.*467. remiſſivè Ximen. *in concord. part.* 1. & 2. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 1. *Decretal. lib.*3. *tit.*17. *c.*3.

2 *Ad conſuetudinem duximus recurrendum.*] Probat hic text. poſſe ex conſuetudine decimas uni Eccleſiæ aliàs debitas alteri adſcribi, & ſolvi, ut per Covar. *lib.*1. *var.c.*7. *n.*8. Perez *l.*1. *poſt princ. verſ.hujuſmodi autem decimæ*, *tit.*5. *lib.*1. *Ordin. pag.*119. & *l.*4. *in princ. tit.*6. *eod. lib.*1. *Ordin. pag.*133. Guttier. *pract. lib.*1. *q.*17.*n.*2.& 3. Rebuff. *de decimis*, *q.*13.*n.*47. ubi *n.*48. limitat id non procedere in decimis, quæ limitibus adhærent, hoc eſt, in prædiis, quæ limitibus

3 proxima ſunt, refert Monet. *eod. tract.c.*5. *à n.*97. Et generaliter quod in ſolvendis decimis conſideranda ſit conſuetudo, docent Viv. *tom.*1. *commun.opin.lib.*1. *tit.*10.*n.*15. *pag.*187. Guttier. *d.lib.*1.*q.*19.*n.*3. Azeved. *l.*1.*n.*12.*tit.*5.*lib.*1.*novæ recop.*& *l.*6.*eod.tit.* & *lib.* Zerol. *in praxi Episc.p.*1.*verbo Decimæ*, §.7.& 8. Soar. *de Relig. tom.*1. *tract.*2.*lib.*1.*c.*12.& 21. *n.*5.& *c.*30. *n.*2. Cabed. *Luſit.deciſ.*205. *n.*2. *p.*1.

4 Si quæratur quæ conſuetudo in ſolutione decimarum ſit attendenda, locine vicinioris, an loci, ubi prædia exiſtunt, vel ubi fit ſolutio decimarum, an diœceſis? reſponderi poterit diſtinguendo, aut nulla adeſt conſuetudo in loco, ubi ſita ſunt prædia, aut fit ſolutio decimarum, vel ſi adeſt, eſt dubia, & tunc attendenda eſt conſuetudo loci vicinioris, vel loci prædominantis, Achil. *deciſ.*3. *n.*2.6. & 8. *ſub hoc tit.* Item ſi in loco ubi fit ſolutio decimarum, vel ſita ſunt prædia, nulla adeſt conſuetudo, in loco verò viciniori adeſt aliqua conſuetudo, & in loco dominanti adeſt diverſa conſuetudo, tunc attendenda eſt conſuetudo loci vicinioris, non verò loci dominantis, aut jus commune, Put. *deciſ.*176. *lib.*3. *in nov.* Aut in loco, ubi ſita ſunt prædia adeſt particularis conſuetudo, & illa tunc eſt attendenda, item ſi in loco adeſt aliqua conſuetudo, & in diœceſi alia, tunc etiam attendenda eſt conſuetudo loci particularis, & non diœceſis, Rota *in Tudenſi decimarum*, 19. *Novembris* 1591. coram Card. Pamphilio, & *in Civit. decimarum*, 18. *Martii*, & 28. *Iunii* 1596. coram Peña. Et quod conſuetudo ſpecialis præferenda ſit generali, Rota *in Calaguritana decimarum*, 19. *Martii* 1610. coram Card. Cavalerio, inter ejus impreſſas *deciſ.*107. & *in Hiſpalen. decimarum*, 18. *Iunii* 1612. coram bon. mem. Vbaldo. Item & attendenda eſt potiùs ea conſuetudo, quæ favet parochiali, quàm quæ favet prædiali, cùm ſit rationabilior, & conformior juri communi, Curt. jun. *conſ.*2. *in fine.* Afflict. *deciſ.*80. *n.*9. Rot. *in Segovien. decimarum*, 10. *Octobr.*1583. coram Aldobrandino, & *in Pacenſi decimarum*, 20. *Iunii* 1598. coram Illuſtriſſimo D. meo Card. Millino.

5 *Quia difficile nimis videtur*, &c.] Decima enim eſt onus reale, & ſequitur poſſeſſionem, ut per Franc. Marc. *Delphin.deciſ.*345.*n.*5.& 6.*p.*1. Baptiſt. Coſta *de portione rata*, *q.*149. *n.*11. Cott. *in memorab. verbo decima*, Soar. *d. lib.*1.*c.*36.*n.*9. Camil. Borrel. *in ſum. omnium deciſ. tit.*19. *num.*63. Quid autem dicendum ubi ageretur de ſolutione decimarum prædialium facienda ab eo, qui in una Parochia degit, ibi percipiens Sacramenta, & in alia prædia colit, eſt multùm dubitabile, ex quo caſu iſte non reperitur in jure deciſus, ut videre eſt per Achil. *deciſ.*6. *n.*2. *de decim.* & Put. *deciſ.*176.*n.*4. *lib.*3. videtur recurrendum eſſe ad conſuetudinem, quæ propter difficultatem, & concurrentiam opinionum debet maximè attendi, ut per Abb. *conſ.*58. *n.*2. *verſ.his argumentis*, Achil. *deciſ.*3.*n.*1. Put. *deciſ.*150.*n.*4.*verſ.tamen iſtis non obſtantibus*, *lib.*1. Rot. *deciſ.*163. *n.*3. *part.* 2. *diverſ.* & *deciſ.*274. *n.*1.& *deciſ.*289.*p.*2.*recent.* Gom. *Canon.lib.*2. *c.*21. *n.*58. Attamen ultra quod videtur eſſe communior opinio, decimarum ſolutionem ab eo, qui in una Parochia degit, & in alia prædia colit, fieri debere in loco, in quo ſita ſunt prædia, juxta terminos *cap.quoniam*, *cap. cùm contingat*, *cap. Apoſtolicæ*, *hoc tit.* & *cap.ad decimas*, *de reſtit. ſpol.lib.*6. Achil. *deciſ.*3. *n.*1.*hoc tit.* Put. *deciſ.*176. *n.*3.*lib.*3. Rot. *in Placentina decimarum*, 10. *Maii* 1628. coram R.D. Coccino. Illud in præſentiarum advertendum duxi, non poſſe laicos decimas ſolventes remota quacunque conſuetudine, fruges aſportare, donec Clerici, quibus ſolvendæ ſunt decimæ, certiores fiant de collectione, Covar. *d. n.*8. *verſ. octavò*, Monet. *d.tract. c.*6. *n.*2. imò poterit Curatus, & alius exactor decimarum obtinere inhibitionem domino fundi, ne fructus exportet ante decimæ ſolutionem, vel quod ipſe, vel ejus nuntius ſit præſens, Rebuff. *d. tract. quaſt.*5.*n.*3. Vincent. de Franchis *deciſ.*117. *num.*7. Hieron. de Laurent. *Avenionenſi deciſ.*54. *in fine*, Franc. Vivian. *deciſ.*4. *n.*37. *cum ſeqq.* Monet. *d.c.*6. *n.*4. Cened. *ad Decretum*, *collect.*66. *n.*3. Camil. Borrel. *d.tit.*10.*n.*88. Marc. Anton. Genuenſ. *in praxi Curiæ Archiep. Neap. cap.*79.

In gloſſ. *Difficile*, ult. ibi, *quia ſi decimæ illæ ſint infrà limites alterius Epiſcopatus*, *non adhærentes limiti*, *benè poſſunt tunc præſcribi.* Vide Rebuff. *d.tract.q.*13. *n.*48. Put. *deciſ.*176. *p.*3. *in utraque edit.*

SVMMARIVM.

1 *Laicus non poteſt transferre decimam in alium laicum, etiamſi cum titulo illam poſſideat.*

3 *Declaratur text. in præſenti.*

4 *Decimæ non poſſunt per laicum in alium laicum aliquo titulo transferri.*

5 *Decimæ conceſſæ in feudum ante Concil. Lateran. reverſæ ad Eccleſiam, ſeu Prælatum, non poſſunt iterum infeudari laicis.*

6 *Sepultura Eccleſiaſtica privari debet, qui decimas non ſolvit, aut reſtituit Eccleſiæ.*

7 *Decimas quas laici juſto titulo feudi perpetui habent à legitimo ſuperiore, an poſſint licitè ipſi laici in alios laicos transferre; oſtenditur*, & n.8.

Cap. Prohibemus XIX.

Ex Concil. Later.

Laici ſine periculo animæ non poſſunt decimas retinere, neque in alios laicos transferre aliquo modo, & qui eas recipiunt, ſi non reddantur Eccleſiæ, privantur Eccleſiaſtica ſepultura. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Butr. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſt. Anchar. Henric. Panormit. 1

notavit. Vivian. *in rationali libri tertii juris Pontificii. pag.266.* Alagona *in compendio juris Canon. pag.467.* remiſſivè Ximen. *in concord. p.1. & 2.* deſumitur ex Concil. Lateran. ſub Alex. III. *c.145. incip. prohibemus*, refertur ab Anton. Aug. *collect.1. Decret. lib.3. tit.26. cap.23.*

2 De tempore, quo Concil. Lateran. ex quo deſumptus eſt text. *in præſenti*, celebratum fuit, dixi *ad cap. cùm Apoſtolica 7. n.2. ſupr. de his, quæ fiunt à Prælatis.*

3 *Ne laici decimas cum animarum periculo, &c.*] Ergo inſinuare videtur laicos cum animarum periculo decimas poſſidere, quas etiam ante Concil. Lateran. de quo *in hoc text.* obtinuerunt; ſed illud verius quod dixi *ad d. c. cùm Apoſtolica, n.6.* Ad hunc verò text. reſponderi poteſt, vel loqui de obtentis ſine legitimo infeudationis jure, vel de laicis non exhibentibus Eccleſiæ debita obſequia, & ſervitia, quæ ratione feudi exhibere tenentur, prout optimè exponunt Covarruv. *lib.1. var. c.17. n.5. verſ. & dubio procul, in fine*, Monet. *de decimis, c.3. n.66. in fine.*

4 *Alios laicos poſſint aliquo modo transferre.*] Notatur ad hoc, quod decimæ non poſſint per laicum in alium laicum aliquo titulo transferri, ut per Kirchon. *tom.1. commun. opin. lib.1. tit.10. n.8. verſ. decima.* Rebuff. *de decimis, q.10. n.12. cum ſeqq.* Soar. *de Relig. tom.1. tract.2. lib.1. c.25. n.3.*

5 Notatur etiam ad hoc; quod decimæ conceſſæ in feudum ante Concil. Lateran. reverſæ ad Eccleſiam, ſeu Prælatum, non poſſint iterum infeudari laicis, ut per Mozz. *de contract. tit. de rebus, quæ in feudum dari poſſunt, n.19.* Fachin. *controv. lib.7. c.82.* Menoch. *de præſumpt. lib.6. præſ.86. n.3.* Camil. Borrel. *in ſum. omnium deciſ. tit.19. de decimis, n.88.* Nicol. Intrigl. *de feudis, q.44. n.20.* Monet. *c.5. n.73.*

6 *Chriſtiana ſepultura priventur.*] Notatur ad hoc, quod is, qui ſolvere tenetur decimas, neque eas ſolvit, aut reſtituit Eccleſiæ, debet Eccleſiaſtica ſepultura privari, ut per Andr. Hiſpan. *in reg. decimarum, q.2. n.8.* Spin. *in ſpeculo teſtam. gloſſ.2. princip. n.20.* Rebuff. *de decimis, quæſt. ult. num.16.* Monet. *eod. tract. c.8. n.74.* Lavor. *var. lucubr. tom.1. tit.2. cap.12. n.48.*

7 In gloſſ. *Laicos*, ibi, *ſatis videtur quod illas poſſunt dare in alios laicos de conſenſu Epiſcopi, &c.* Probat hæc gloſſa decimas, quas laici juſto titulo feudi perpetui habent à Summo Pontifice, vel aliàs à legitimo ſuperiore, ſcilicet juxta communem ſententiam à Prælatis inferioribus ante Concil. Lateran. ab illis poſſe licitè in alios laicos transferri, ſequuntur Mench. *illuſtrium c.89. n.2.* Gutier. *pract. lib.1. c.15. n.1.* Gilchen. *de præſcript p.3. c.8. à n.6* Ioan. Garc. *de expenſ. c.6. à n.97.* Ceval. *commun. contra commun. q.367.* Cabed. *Luſit. deciſ.63. n.8. p.2.* Soar. *de Relig. tom.1 tract.2. lib.1. c.26. n.7.* pariter reſolventes hujuſmodi laicos poſſe de illis diſponere, ſicut de quibuſcunque aliis bonis ſuis profanis per donationes, venditiones, emphyteuſim, & ſimiles contractus, quia poſtquam in laicos licitè fuerunt alienatæ, efficiuntur de ipſorum patrimonio, & ut profana bona cenſeri debent, juxta reg. text. *in l. pater filium 36. §. quindecim, ff. de legatis 3.* & magis ad noſtrum propoſitum text. *in c. de feudis*, cum *ibi* notatis. Pro hac opinione expenditur text. *in præſenti*, ibi, *cum animarum ſuarum periculo detinentes*, quibus verbis ſatis oſtenditur non agere Concilium de his laicis, qui juſto titulo & licitè decimas obtinent, ut etiam evincit verbum illud, *detinenentes*, quod propriè refertur ad injuſtos detentores, non verò ad juſtos poſſeſſores: neque iſtos impedire videtur ex tali prohibitione quominus decimas, quas juſtè detinent, in alios transferant; confirmantque hanc partem Mench. Gutier. Garc. & Cabed. qui atteſtantur eam eſſe generali Hiſpaniarum praxi receptam, quæ eſt optima legum interpres, ex reg. *l. ſi de interpretatione, ff. de legibus*, & *cap. cùm dilectus, de de conſuet.* cum ſimilibus, neque ab hac parte recedi poſſe abſque maximo animarum periculo, & plurimorum contractuum everſione, benè advertit Mench. *dict. num.2. in fine.* Paul. Chriſtinæ. *deciſ.235. n.7. & 8.* Gilchen. *de præſcript. part.3. §.8. à n.6.* Seſſe *deciſ.162. n.21. & 22.* latiſſimè me citato *in hoc loco*, Caſtil. *tom.7. de tertiis, c.11. num.3.* ubi plures refert Doctores.

Qua quidem opinione retenta audiendi non ſunt 8
Card. & Abb. *hic, n.4.* Bero. *conſ.21. à num.9. vol.1.* Cov. *d.c.17. verſ. hac præter hæc*, D. Barb. *in l. Titia, n.45. verſ. non obſtat ſecundo, ff. ſoluto matrim.* Rebuff. *q.10. à n.11.* Marc. Carat. *in tract. de feudis, lib.1. tit.11. & fin.* Nicol. Intrigl. *eod. tract. q.44. à n.15.* Monet. *de decimis, c.5. n.72.* Azor. *inſtit. moral. p.1. lib.7. c.25. q.13.* qui contrarium tenentes reſolvunt hujuſmodi decimas non poſſe in alios laicos feudi titulo etiam de conſenſu Epiſcopi tranſmitti, afferentes, & multipliciter pro ſua parte expendentes text. *in præſenti*, cujus litera non patitur intellectum, quem aliqui afferunt; referentes clauſulam illam, *cum animarum ſuarum periculo*, ad verbum *transferre*; hujuſmodi enim tranſpoſitio offendit, & impropriat literam, ex qua apertiſſimè conſtat clauſulam illam jungi verbo, *detinentes*, ut benè advertit Card. *hic.*

SVMMARIVM.

1 *Decima perſonalis debetur Eccleſiæ, ubi quis percipit Sacramenta, licèt alibi lucrum contigerit. In prædiali verò ſtatur conſuetudini, ſi in aliena parochia colonus prædium coluit.*

2 *Decimæ perſonales debentur, ubi quis recipit Eccleſiaſtica Sacramenta, & audit Divina.*

4 *Decimæ perſonales ſunt, quæ ex acquiſitis ex induſtria, artificio, vel contemplatione perſonæ ſolvi debent.*

5 *Animalium decimæ inter prædiales computantur, & ideo debentur illi Eccleſiæ, in cujus parochia animalia morantur, & paſcunt.*

CAP. Ad Apoſtolicæ XX.

Luc. III.

QVando aliqui recipiunt Sacramenta in una pa- 1
rochia, & habent, ſeu colunt prædia in alia, ſolvere debent decimas perſonales ubi ſumunt Sacramenta, & prædiales ubi ex conſuetudine diu obtenta ſolvuntur. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſt. Anch. Butr. Henric. Panorm. Ripa, Vivian. *in rationali libri tertii juris Pontificii, pag.266.* Alagona *in compendio juris Canonici, pag.467.* remiſſivè Ximen. *in concord. part.1. & 2.* refertur ab Anton. Auguſt. *collect.1. Decretal. lib.3. tit.26. cap.29.* & eſt poſt Concil. Lateran. ſub Alex. III. *c.39.*

Collige ex text. decimam perſonalem deberi, ubi 2
quis recipit Eccleſiaſtica Sacramenta, & audit Divina, ut per Rebuff. *in tractatu de decimis, quæſt.5. num.3. & quæſt.6. à num.2. & à num.24. & q.13. num.63.* Gutier. *practic. lib.1. quæſt.17. num.8.* Monet. *de decim. cap.7. ex num.21.* Soar. *de Relig. tom.1. tract.1. lib.1. cap.21. & 22. num.8.* optimè Baſil. Pont. *in ſuo noviſſimo tract. de Sacramento matrimonii*

trimonii, lib.5.c.13.§.3.n.19. ubi reſolvit hujuſmodi decimas perſonales, ſi alicubi ſint in uſu, prout ſunt in multis Hiſpaniarum Regionibus, ut atteſtantur Navar. *in max.c.21.n.31.* Guttier. *canon. lib.2.c.21. n.34.* Rot. *in Placentina decimarum de Truxillo, 15. Novembr.* 1621. coram bonæ mem. Buratto (nam utplurimùm non eſſe in uſu docent Sà *verbo decima, n.1.* Soar. *tom.2. de relig. tract.2. lib.2.c.21.*) non ſpectare ad Eccleſiam habitationi connexam, ſed domicilio, quia decimæ iſtæ perſolvuntur ad ſuſtentationem eorum, qui ſpiritualia miniſtrant: tum quia tranſeunt hæc onera cum perſona, non enim inhærent rei, quare æquum videtur ut illa Eccleſiæ ſolvantur, quæ ſpiritualiter fidelem alit Sacramentis, atque doctrina. Unde ſi quis mutet domicilium, licèt habeat in alia Parochia poſſeſſiones, illi debentur ubi domicilium habet, licèt non mutet domicilium; ſi tamen extra ſuam Parochiam laboret, etiam per magnam anni partem, ſemper decimas perſonales ſolvet illi Eccleſiæ ubi habet domicilium, quia ibi per ſe recipit divina, licèt ex accidenti ratione abſentiæ contingat quandoque alibi recipi ſacra. Quod ſi contingat habere duo domicilia, ſi unum acceſſorium eſt, principali ſolvet; ſi verò in utroque æqualiter ſe collocat, inter utrumque dividentur.

2 *Quod per conſuetudinem*, &c.] Notatur ad hoc, quod ſi ageretur inter Eccleſiam prædialem, & ſacramentalem, ut videretur cui decimæ deberentur, tunc ſtandum eſt conſuetudini, ut per Achil. *deciſ.3. n.7. & 8. de decim.* Put. *deciſ.176. n.66.lib.3.* Rot. *in Abulenſi decimarum, 17. Decembr.* 1627. coram R. D. meo Coccino Decano, *verſ. tertio tollitur.*

3 *Diu obtentam.*] Per tempus ſcilicet decem annorum, ut per Rebuff. *de decimis, q.13.n.53.* Cavaler. *deciſ.*107. *n.2.* Et quando dicatur quis diu perſiſtere in fidejuſſione ad hoc, ut poſſit experiri adversùs debitorem principalem, ut eum à fidejuſſione liberet, dixi *ad c. ult. de fide juſſ.*

4 In gloſſ. *Perſonales*, ibi, *& dicuntur perſonales decimæ*, &c.] Notatur ad hoc, quod perſonales decimæ ſunt, quæ de acquiſitis ex induſtria, artificio, vel contemplatione perſonæ ſolvi debent, ut per Monet. *de decimis. c.1. n.6.*

5 In ead. gloſſ. ibi, *Sed decimæ animalium an inter perſonales*, &c.] Notatur ad hoc, quod animalium decimæ inter prædiales computantur, & ideo debentur illi Eccleſiæ, in cujus Parochia animalia morantur, & paſcuntur, ſi verò in una Parochia paſcant in hyeme, & in æſtate in alia, vel in una paſcant continuò, & in alia jaceant, & dormiant, tunc dividentur decimæ inter has duas Parochias, ut per Gregor. *l.9. tit.20. p.1.* Rebuff. *d.tract. q.6.n.15.cum ſeqq.* Perez *ad tit.5. lib.1. Ordin. p.116.* Menoch. *conſ.398.n.36.& n.40.* Soar. de Pace *in pract. tom.2. lib.1. cap.5. n.13.* Soar. *de Relig. tom.1. tract.2. lib.1.c.5.n.8. cum ſeq.* Monet. *de decimis, c.4. n.16.* ubi *n.17.* reſolvit decimam lactis deberi illi Eccleſiæ, ubi extrahitur, & caſeorum illi, in qua fiunt. Et horum animalium æſtimatio facienda eſt cùm lacte non indigent, ut per Doctores citatos *ad c. cùm homines 7. n.4. ſup. hoc tit.* quæ omnia in hoc numero contenta approbat Baſil. Pontius *d.§.3. n.23. & 24.* ubi *n.15.* reſolvit quando hujuſmodi oves nec paſcuntur, nec aluntur per ullam anni partem in Eccleſia domini ſui, ſed in aliis, nullam partem decimarum deberi Eccleſiæ Parochiali domini, ſed illis ubi paſcuntur, & morantur, contra Navar. *conſ.1. n.10. hoc tit.* vide noviſſimè Steph. Fagund. *de ſeptem Eccleſiæ præceptis, prac.5. lib.1.c.5.*

SUMMARIUM.

1 *Decimæ de omnibus fructibus prædiorum etiam in anno ſæpiùs productis ſolvendæ ſunt.*
2 *Decimæ toties ſolvendæ ſunt, quoties ager in anno fructus protulerit.*
3 *Iudex procedere poteſt in exactione decimarum per monitionem, & præceptum, & compellere recuſantē.*
4 *Decimarum debitor ſi in foro exteriori monitus non curat ſolvere, Eccleſiaſtica diſtrictione cogendus eſt, à qua non abſolvitur, niſi plena reſtitutione ſequuta.*

Cap. Ex parte ij. XXI.

Clem. III.

Agricultores ſolvere debent omnes decimas integras de omnibus fructibus prædiorum, etiam in diverſis temporibus anni ſeminatis ſub cenſura Eccleſiaſtica. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſt. Butr. Anch. Hentic. Panorm. Ripa, Vivian. *in ration. libri tertii jur. Pontificii, pag.267.* Alagona *in compendio juris Canon. pag.468.* remiſſivè Ximen. *in concordant. part.1. & 2.* refertur ab Anton. Auguſt. *collect.3. Decret. lib.3. tit.17. cap.5.* 1

Probat hic text. quod ſi ſæpè idem ager in anno fructus proferat, toties decimæ ſolvendæ ſunt, ut per Rebuff. *de decimis, q.8. n.7.* Monet. *eod. tract. cap.4. q.12.* Azor. *inſtit. moral. p.1. lib.7.c.24.q.12.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.19. n.98.* 2

Eccleſiaſtica cenſura compellas.] Ergo in exactione decimarum judex procedere poteſt per monitionem, & præceptum, & compellere recuſantem, de quo Rebuff. *d. tract. 15. n.13.* quia in foro exteriori ſi monitus non curat ſolvere, Eccleſiaſtica diſtrictione cogendus eſt, à qua non abſolvitur, niſi plena reſtitutione ſequuta. Concil. Trid. *ſeſſ.25. de reform. c.12.* Campan. *in diverſorio juris Canon. rubr.12.c.13.n.157.* ad quam quidem excommunicationem ferendam ſervandus eſt text. *in cap. ſacro, de ſent. excom.* ut per Maſcard. *de commiſſ. part.1. c.15. ſub n.12.* Campan *loco proximè citato.* Et quibus pœnis afficiantur non ſolventes decimas, vide Monet. *d. tract. c... à n.63.* 3 4

SUMMARIUM.

1 *Decimæ prædiales ſolvendæ ſunt expenſis non deductis.*
2 *Decima ex omni frumento, & grano ſolvi debet.*
3 *Decima ex omni fructu ſolvenda eſt.*
4 *Decima ex pecoribus ſolvi debet, cùm illa nutrita fuerint.*
5 *Hortorum ex fructibus, & olitoriis ſolvitur decima.*
6 *Decima ſolvitur de negotiatione.*
7 *Decima ſolvitur de militia, ſeu de captis juſto bello, & de venatione, n.8. & ex omnibus bonis, quæ nobis proveniunt, & quodammodo frugifera ſunt, ut n.9.*
10 *Decimæ prædiales ſine diminutione ſeminis, & expenſarum ſolvi debent.*

Cap. Non eſt XXII.

Cœleſt. III.

Decimæ ſunt ſolvendæ ſine diminutione, & antequam deducantur expenſæ. Colligunt ex Ordinat. 1

dinar. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarel. Butr. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſt. Anch. Henric. Panorm. Ripa, Vivian. *in rationali libri tertii juris Pontificii, pag.* 268. Alagona *in compend. juris Canonici, pag.* 468. remiſſivè Ximen. *in concordant. p.* 1. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 2. *Decret. lib.* 3. *tit.* 17. *cap.* 6.

2 *De grano.*] Notatur ad hoc, quod ex omni frumento, & grano ſolvi debet decima, ut per Rebuff. *de decimis, q.* 7. *n.* 3. Monet. *eod. tract. c.* 4. *à n.* 2.

3 *Fructibus arborum.* Notatur ad hoc, quod de omni fructu ſolvenda eſt decima, ut per Doctores citatos *ad cap. nuntios* 6. *n.* 4. *ſup. hoc tit.* ubi *num. ſeqq.* de foliis mororum, & de ſaccharo, & de nucibus, amygdalis, caſtaneis, & aliis arborum fructibus ſolvendam eſſe decimam, tenent Rebuff. *d. tract. q.* 5. *n.* 5. Monet. *eod. tract. c.* 4. *n.* 5.

4 *Pecoribus.*] Nota, quod de pecoribus debentur decimæ, Rebuff. *de decimis, q.* 8. *n.* 11. intellige cùm illa nutrita fuerint, nec indigent lacte materno, ut per Doctores citatos *ad cap. Apoſtolicæ* 26. *num. ult. ſuprà hoc tit.*

5 *Hortis.*] Notatur ad hoc, quod ex hortis ſolvitur decima, ut per Andr. Hiſpan. *in regulis decimarum, verſ. decimò fui interrogatus, n.* 1. Rebuff. *d. q.* 8. *n.* 7. & 8. Monet. *d. c.* 4. *n.* 11. ubi dicit, quod ſi horti ſint olitorii, in quibus tantùm herbæ, ut caules, & alia olera creſcunt veſcendi gratiâ, tunc ex illis ad uſum Rectoris, computatis diebus decima dari poteſt; ſi verò ſint in magna quantitate, itaut aliis vendantur: tunc de iis pecuniis integra decima ſolvi debet, quod quidem intellige niſi conſuetudo adſit, quod decimæ olerum, etiam in parva quantitate veſcendi gratia creſcentium, in pecunia, & non in ſpecie ſolvantur, ut cenſuit Rot. *in Pampilonenſi Vicariæ,* 5. *Iulii* 1593. *coram Gipsio,* ubi etiam quod decimæ ſolvi debent, prout magis expedit Eccleſiæ.

6 *Negotiatione.*] Notatur ad hoc, quod de negotiatione ſolvitur decima, Andr. Hiſpan. *d. n.* 1. Rebuff. *d. q.* 8. *n.* 18. Menoch. *conſ.* 9. *num.* 10. Monet. *d. c.* 4. *num.* 25.

7 *De ipſis etiam militia.*] Notatur ad hoc, quod de militia, ſeu captis in juſto bello ſolvitur decima, Monet. *d. c.* 4. *n.* 26. quin & de ſtipendiis, quæ milites habent, Rebuff. *d. q.* 8. *n.* 20. Imò cùm Doctores & Advocati militare dicantur, tenentur & ipſi de collecta ſcholarum, & advocatione ſolvere decimas, & procurator de procuratione, ac notarius de ſcriptura, Monet. *d. c.* 4. *n.* 28.

8 *De venatione.*] Notatur ad hoc, quod de venatione ſolvenda eſt decima, ut per Rebuff. *d. q.* 8. *n.* 15. Monet. *d. c.* 4. *n.* 19. ubi *n.* 21. idem dicit de aucupio, quia venatio quædam eſt.

9 *Et de omnibus bonis.*] Notatur ad hoc, quod decima ſolvenda eſt ex omnibus bonis, quæ nobis proveniunt, & quodammodò frugifera ſunt, de quibus latè Rebuff. *d. q.* 8. *in princ.* Leſſ. *de juſtit. lib.* 3. *c.* 39. *dub.* 3. *n.* 12. Soar. *de relig. tom.* 1. *tract.* 2. *cap.* 32. *n.* 2. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 19. *cap.* 83. Monet. *d. c.* 4. *a princip.*

10 *Antequam ullas deducatis*, &c.] Notatur ad hoc, quod prædiales decimæ ſine diminutione ſeminis, & expenſarum detractione, ſtatim fructibus collectis, non deductis aliquibus expenſis, ſolvi debent, ut per Rebuff. *d. tract. q.* 11. *n.* 3. Soar. *d. lib.* 1. *cap.* 35. Perez *l.* 1. *verſ. ex qua theorica, tit.* 5. *lib.* 1. *Ordin. pag.* 125. *colum...*

SVMMARIVM.

1 *Decimæ de redditibus molendinorum ad ventum ſolvendæ ſunt.*
2 *Fideles omnes ad decimæ ſolutionem tenentur.*
3 *Decima non ſolvitur de malè acquiſitis.*
4 *Decima ſolvitur de molendino ad ventum.*
5 *Decimæ de jure debentur ex his rebus, quæ non ſunt reſtitutioni obnoxiæ, quamvis cum peccato publico lucrentur.*
6 *Dominium rei quæſitæ per uſuram non tranſit in uſurarium.*
7 *Decima de illicitè acquiſitis ratione prædiorum ſolvenda eſt.*

Cap. Ex tranſmiſſa XXIII.

Decimæ ſine diminutione de molendinis ad ventum ſolvendæ ſunt. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Butr. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſtienſ. Anchar. Henric. Panormitan. Ripa, Vivian. *in rationali libri tertii juris Pontificii, pag.* 250. Alagona *in compendio juris Canonici, pag.* 468. remiſſivè Ximen. *in concordant. part.* 1. & 2. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 2. *Decretal. lib.* 3. *tit.* 17. *cap.* 7. 1

Hanc eandem concl. ex hoc text. deſumunt Monet. *de decimis, c.* 4. *n.* 35.

Quia fidelis homo, &c.] Notatur ad hoc, quod omnes fideles ad decimæ ſolutionem tenentur, ut per Valer. Reginald. *in praxi for. pœnit. lib.* 19. *num.* 87. Monet. *de decimis, c.* 5. *à princ.* 2

Quæ licitè poteſt acquirere.] Ergo de malè acquiſitis non ſolvitur decima, de quo vide Rebuff. *de decimis, q.* 5. *n.* 18. Perez *l.* 1. *verſ. ſed inferius, ibi, quæro etiam, tit.* 5. *lib.* 1. *Ordin. pag.* 125. Leſſ. *de juſtitia, lib.* 2. *c.* 39. *dub.* 3. *n.* 13. *cum ſeq.* latè Monet. *d. tract. c.* 4. *à n.* 39. Hieron. Carat. *in opuſculo de juribus parochialib. tit.* 3. *cap.* 6. 3

De molendino ad ventum.] Notatur ad hoc, quod de molendino ad ventum ſolvitur decima, Monet. *d. c.* 4. *n.* 36. & ex quibuſcunque molendinis ſolvendam eſſe decimam reſolvunt citati *ad cap. pervenit,* *num.* 3. *ſup. hoc tit.* 4

In gloſſ. *Licitè*, ibi, *alii dicunt, quod verius eſt*, &c. Notatur ad hoc, quod ex his rebus, quæ non ſunt reſtitutioni obnoxiæ, ſed tamen cum peccato publico lucrantur, ut ex meretricatu, & hiſtrionatu, debentur etiam de jure decimæ in locis ubi perſonales ſolvuntur, de quo vide Tyndar. *de decimis, n.* 5. Rebuff. *eod. tract. q.* 5. *n.* 18. Monet. *d. c.* 4. *à n.* 42. Petr. Ruyz. *Lituan. deciſ.* 5. *n.* 270. Rendin. *in prompt. recept. ſentent. tom.* 1. *tit.* 26. *n.* 3. Perez *d. l.* 1. *verſ. ſed inferius, pag.* 126. Azev. *l.* 2. *n.* 106. *tit.* 1. *lib.* 2. *nova recop.* Spin. *in ſpeculo teſtam. gloſſ.* 6. *princ. n.* 18. Soar. *de relig. tom.* 1 *tr.* 2. *lib.* 1. *c.* 32. *n.* 7. *cum ſeqq.* Vnde infertur de captis in bello injuſto ſolvi non poſſe decimam. Andr. Hiſpan. *in regul. decimarum, q.* 3. *n.* 3. Rebuff. *d. q.* 8. *n.* 2. Monet. *d. c.* 4. *n.* 46. ubi *n.* 49. pariter infert, ex rebus acquiſitis à meretrice ſolvendam eſſe decimam ubi pœnitentiam egerit. 5

In ead. gloſſ. ibi, *Vt in uſuris.* Ergo dominium rei quæſitæ per uſuram non tranſit in uſurarium, de quo vide Perez, & Azor. quos citavi *ad cap. cùm tu, n.* 5. *de uſuris,* Covar. *var. lib.* 4. *c.* 3. *n.* 6. Molin *de juſtit. tract.* 2. *diſp.* 326. *n.* 4. Rebel. *de obligat. juſtitiæ, p.* 2. *lib.* 8. *q.* 14 Cald. Pereira *in comment. ad l. unic. C. ex delictis defunct. p.* 4. *n.* 6. 6

In ead. gloſſ. ibi, *Decimæ autem quæ dantur*, &c. Notatur 7

tatur ad hoc, quod de illicitè acquiſitis ratione prædiorum ſolvenda eſt decima, S. Thom. 2. 2. *quæſt.* 87. *art.* 2. Tyndat. *d. tract. num.* 49. Andr. Hiſpan. *in reg. decim. quæſt.* 3. *num.* 2. *&* *q.* 10. *n.* 4. *&* *q.* 11. *num.* 4. *&* 5. Monet. *d. cap.* 4. *num.* 39. ubi *num.* 40. citat Turrecrem. dicentem decimam deberi, licèt terra ſeminata ſit furtivo ſemine.

SVMMARIVM.

1 *Locator, vel conductor poſſeſſionum tenentur ad decimas, niſi ſe immunes oſtendant.*
2 *Decimam Deo de propriis offerre tenetur omnis in quantum Deo ſubditus eſt.*
3 *Papa eximere poteſt à præſtatione decimarum.*
4 *Papa quomodo contra jus divinum diſponere poſſit, remiſſivè.*

Cap. A nobis XXIV.

Innoc. III.

1 DAntes, vel accipientes poſſeſſionem ad firmam, id eſt, locantes, vel conducentes, tenentur de fructibus ſolvere decimas, niſi oſtendant quare ſint immunes. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Imol. Anan. Butr. Hoſt. Anchar. Henric. Panorm. Ripa, Vivian. *in ration. libri tertii juris Pontif. pag.* 268 Alagona *in compendio juris Canon. pag.* 468. remiſſivè Ximen. *in concordant. p.* 1. *&* 2. refertur ab Anton. Aug. *collect.* 3. *Decret. lib.* 3. *tit.* 23. *c.* 1.

2 *Cum igitur quilibet.*] Ergo omnis homo in quantum Deo ſubditus, ſive ſit Papa, ſive Imperator, ſive Epiſcopus, nobilis, vel ruſticus, dives, ſeu pauper, Eccleſiaſticus, aut ſæcularis, tenetur Deo de propriis decimam offerre, ut per Rebuff. *de decimis, q.* 5. *num.* 26. Monet. *eod. tract. c.* 4. *à princ.* Azor. *inſtit. moral. p.* 1. *lib.* 7. *c.* 24. *q.* 1.

3 *Niſi à præſtatione ipſarum ſpecialiter ſit exemptus.*] Ergo Pontifex eximere poteſt à præſtatione decimarum, de quo vide Covar. *lib.* 1. *var. c.* 17. *n.* 9. Rebuff. *d. q.* 5. *num.* 28. *&* *q.* 13. *n.* 103. *& ſeq.* Henriq. *in ſum. lib.* 7. *c.* 27. *§.* 3. Fr. Emman. *qq. regular. tom.* 2. *q.* 44. *art.* 4. Soar. *de relig. tom.* 1. *tract.* 2. *lib.* 1. *c.* 18. *n.* 1. *&* *c.* 19. *n.* 3.

4 In gloſſ. *Exemptus* 2. Hæc gloſſ. & Canoniſtæ tenentes decimas eſſe de jure Divino, & naturali, maximè laborant in aſſignanda ratione, ob quam contra illud diſponere videatur Summus Pontifex, cùm tamen alioquin non poſſit, cùm ſit immutabile: pro cujus difficultatis ſolutione vide quæ Gom. *l.* 3. *Tauri, n.* 24. *in fine*, Tiraq. *de pœnis temper. in præfat. n.* 45. Mench. *illuſtr. c.* 25. *n.* 18. Guttier. *conſ.* 5. *n.* 8. latè Monet. *de decimis, cap.* 5. *num.* 47. *cum ſeqq.* Menoch. *conſ.* 276. *n.* 1. Tamburin. *de jure Abbatum, tom.* 1. *diſp.* 15. *q.* 18. *num.* 30.

SVMMARIVM.

1 *Imperialis conceſſio ſub quacunque forma à ſolutione decimarum eximere non poteſt.*
2 *Iudex Eccleſiaſticus, an & quando competens ſit in cauſa decimarum, oſtenditur.*
3 *Iudex Eccleſiaſticus, an de poſſeſſorio decimandi cognoſcat, remiſſivè.*
4 *Laicus nullus etiam Imperator poteſt concedere immunitatem à ſolvendis decimis.*
5 *Privilegium conceſſum laicis decimas percipiendi, non comprehendit novalia, etiamſi in feudum ſint data decima.*

Cap. Tua j. XXV.

IMperialis quæcunque conceſſio non poteſt aliquem eximere à ſolutione decimarum, quia debentur divina conſtitutione, & in laicis nulla eſt poteſtas concedendi, vel diſpenſandi in ſpiritualibus. Item in decimis licentia non eſt extendenda, ſed reſtringenda, & ſic qui ab antiquo habet in feudum decimas, non poteſt accipere decimas novalium. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Butr. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſt. Anchar. Henric. Panormit. Ripa, Viv. *in rationali libri tertii juris Pontif. pag.* 269. Alagona *in compend. juris Canonici, pag.* 468. remiſſivè Ximen. *in concord. par.* 1. *&* 2. refertur ab Ant. Auguſt. *collect.* 4. *Decret. lib.* 3. *tit.* 9. *c.* 4. 1

Cùm laicis nulla ſit de ſpiritualibus, &c.] Facit hic text. ad quæſtionem illam, an & quando Eccleſiaſticus, vel ſæcularis judex competens ſit in cauſa decimarum? in qua receptior ſententia eſt, decimarum controverſiam in petitorio, ubi quæſtio juris eſt etiam incidens, ſpectare ad judicem Eccleſiaſticum, ad ſæcularem verò quando quæſtio ſit meri facti: ita Covar. *practic. cap.* 35. *num.* 2. Rebuff. *de decimis, quæſt.* 10. *num.* 35. *&* *de except. n.* 213. *cum ſeqq. &* *num.* 219. Perez *tit.* 4. *lib.* 1. *Ordin. pag.* 130. *& ſeq.* Zerol. *in praxi Epiſcop. p.* 2. *verbo Decima, §.* 6. Navar. *conſ.* 1. *ſub tit. de conſtit. n.* 80. *in antiq.* Marcheſ. *de commiſſionibus, p.* 2. *c.* 4. *num.* 30. Reuſner. *deciſ.* 41. *lib.* 4. Guttier. *pract. lib.* 3. *q.* 2. Henric. *in ſum. lib.* 7. *c.* 27. *num.* 2. *l.* 1. *L*, D. Barboſ. *in l. Titia, p.* 20. *&* 48. *ff. ſoluto matrim.* Seraph. *deciſ.* 1047. *num.* 3. Cabed. *Luſit. deciſ.* 43. *num.* 4. *p.* 2. Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. c.* 238. *n.* 16. Bernard. GræVæ. *ad pract. Cameræ Imper. lib.* 2. *concl.* 38. latè Monet. *de decimis, cap.* 8. *à princ.* noviſſimè Sigiſm. Scacc. *de ſentent. & re judic. gloſſ.* 7. *q.* 3. *limit.* 5. *à num.* 4. *cum ſeqq.* Ceval. *in tract. de cognit. per viam violent. part.* 2. *quæſt.* 25. Fagundez *in quinque præcepta Eccleſiæ, præ.* 5. *lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 1. *&* 2. Diana *reſol. moral. p.* 1. *tract.* 2. *reſol.* 89. quamvis Azor. *inſtit. moral. p.* 1. *lib.* 7. *c.* 36. *q.* 5. & Homobon. de Bonis *in examine Eccleſiaſtico, part.* 2. *tract.* 8. *cap.* 8. *quæſt.* 24. exiſtimaverint etiam quando quæſtio eſt facti, ſolum Eccleſiaſticum eſſe judicem competentem circa decimas. Ad effectum tamen Remiſſoriæ cauſa decimarum reputatur profana, Caputaquenſ. *deciſ.* 54. *lib.* 2. *&* *deciſ.* 68. *p.* 3. Rot. *in Legionenſi decimarum*, 4. *Decembr.* 1615. coram bon. mem. Dunozetto, & *in Valentin. Decimarum*, 21. *Iunii* 1613. coram Card. Cavaletio, inter ejus deciſiones impreſſas *deciſ.* 258. 2

Vtrùm autem de poſſeſſorio decimandi Eccleſiaſticus judex cognoſcat? Vide Gail. *lib.* 1. *obſerv.* 38. *n.* 3. *&* 4. Menoch. *remed.* 15. *recup. ſub n.* 234. Rebuff. *d. q.* 10. *n.* 3. Cachetan. *deciſ.* 116. Afflict. *deciſ.* 2. *n.* 10. *&* *deciſ.* 24. *n.* 9. Boër. *deciſ.* 69. *num.* 13. Gravat. *ad Veſtrium, in praxi Romanæ Curiæ, lib.* 5. *c.* 1. *à num.* 3. Camil. Borrel. *de præſtantia Regis Catholici, cap.* 71. *n.* 349. *&* 350. *& in ſumma omnium deciſ. ſub tit.* 19. *à n.* 18. *&* *ſub tit.* 43. *num.* 125. Sayr. *in floribus deciſ. ſub tit. de conſtit. deciſ.* 41. Azeved. *l.* 6. *n.* 3. *tit.* 5. *lib.* 1. *nova recop.* Soar. de Pace *in pract. tom.* 2. *prælud.* 2. *à n.* 22. Guttier. *pract. lib.* 1. *q.* 4. *n.* 1. Cur. Philip. *p.* 1. *§.* 5. *n.* 5. *cum ſeqq.* Bobad. *in ſua politica, lib.* 1. *c.* 18. *n.* 145. D. Barboſ. *in d. l. Titia, à num.* 39. *&* 47. Monet. *d. c.* 8. *à num.* 14. Stephan. Gratian. *d. c.* 238. Bernard. GræVæ. *d. concl.* 38. *num.* 7. *&* 8. Carol. de Graſſ. *de effectibus* 3

effectibus Cleric. effectu 1. *ex n.*975. Anguian. *de legib. lib.* 2. *controv.* 19. me citato *in hoc loco*, Caſtil. *tom.*7. *de tertiis, c.*12. *n.*41. *verſ. addiderim*, & me quoque citato *in hoc loco*, Diana *d. tract.*2. *reſol.*92. ubi etiam poſt Bonac. *de legibus, diſp. ult. q.*5. *puncto* 8. *num.*1. reſolvit judicem laicum non poſſe ſimul cum judice Eccleſiaſtico cauſam decimarum cognoſcere, ſaltem titulo compromiſſi.

4 *Imperialis conceſſio*, &c.] Notatur ad hoc, quod nullus laicus etiam Imperator poteſt concedere immunitatem à ſolvendis decimis, ut per Rebuff. *de decimis, q.*8. *n.*15. *& ſeq.* Monet. *eod. tract. c.*5. *n.*39.

§. Nec occaſione.

5 Probat hic §. privilegium conceſſum laicis decimas percipiendi, non comprehendere novalia, etiamſi in feudum ſint datæ decimæ, ut per Monet. *de decimis, c.*4. *n.*66. ubi dicit ſic intelligendum ſimilem text. *in c.*2. §. 2. *hoc tit. lib.*6. Soar. *de relig. tom.*1. *tract.*2. *lib.*1. *de decimis, c.*22. *n.*9. *& c.*34. *n.*4.

SVMMARIVM.

1 *Decimam ſolvere debent dominus, & colonus ſine deductione ſeminum, & ſumptuum, non cui voluerint Eccleſiæ, vel pauperibus, ſed Eccleſiæ cui debentur, nec ab hoc excuſantur propter malitiam Clericorum.*

2 *Decimæ prædiales ſolvendæ ſunt non deductis expenſis.*

3 *Semina ex prædialibus decimis non deducuntur.*

4 *Colonus partiarius pro portione ſua in ſolvendis decimis non deducit expenſas.*

5 *Decimæ ſolvi debent Clericis, & non aliis pauperibus.*

6 *Decimæ integrè, & ſine diminutione ſolvendæ ſunt.*

7 *Curatus ad excludendas fraudes poteſt prohiberi facere ne fructus ex agris afferantur, niſi ſoluta ſibi priùs decima.*

8 *Decima propter ſterilitatem denegari non poteſt.*

9 *Appellatione remota ſubditi cogendi ſunt ad ſolvendas decimas: limitatur pluribus modis, ut ibi, &* num. 11.

10 *Appellatio non datur à ſententia lata ad favorem fiſci ſuper tributis, &c.*

12 *Miniſtri nomine Eccleſiæ pro decimis non ſolutis rei vendicatione, vel perſonali actione, vel ex officio judicis contra laicos agere poſſunt.*

13 *Decimas ſolvendi onus eſt reale, & ſequitur poſſeſſionem.*

14 *Tributum ex certo fundo debitum, cùm ſit onus reale pro quo cenſetur tacitè hypothecatum, tranſit in quemlibet poſſeſſorem.*

15 *Cenſus poſſeſſor tenetur pro præteritis redditibus, non excuſſo principali venditore.*

Cap. Tua ij. XXVI.

1 Decimam ſolvere debent dominus, & colonus ſine deductione ſeminum & ſumptuum, & non cui voluerint Eccleſiæ, vel pauperibus, ſed Eccleſiæ cui debentur, nec ab hoc excuſantur propter malitiam Clericorum, ſed cogi debent diſtrictione Eccleſiaſtica, quia ſunt tributa egentium animarum, & ſignum univerſalis dominii Dei ſuper terram. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabar. Butr. Ioan. Andr. Imol. Ananias, Hoſtienſ. Anchar. Henric. Panorm. Ripa, Vivian. *in ration. libri ter*tii *juris Pontificii, pag.*270. Alagona *in compendio juris Canonici, pag.*469. remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concordant. part.*1. & 2. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 3. *Decretal. lib.* 3. *tit.* 23. *cap.* 2.

Non quidem deductis ſumptibus.] Notatur ad hoc, quod decimæ prædiales ſolvendæ ſunt, non deductis expenſis, ad quod plures citavi Doctores *ad cap. cum homines* 7. *n.*2. *ſup. hoc tit.* quibus adde Menoch. *de arbitr. caſ.*215. *n.*2. Gam. *Luſit. deciſ.*150. *n.*1. *& deciſ.*232. *n.*1. Ranch. *p.*3. *concl.*301. Valaſc. *de jure emph. q.*17. *n.*10. Perez *tit.*5. *lib.*1. *Ordin. pag.*125. Ioan. Garc. *de expenſis, c.*1. *n.*17. Zerol. *in praxi Epiſc. p.*1. *verbo decimæ*, §. 9. D. Barboſ. *in l. fructus, n.*15. *ff. ſoluto matrim.* Cald. Pereira *de empt. c.*27. *n.*74. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.*19. *n.*101. 2

Aut ſemine ſeparato.] Notatur ad hoc, quod ex prædialibus decimis ſemina non deducuntur, ut per Armil. *in ſum. verbo decimæ*, §. 2. Franc. Marc. *Delphin. deciſ.*198. *num.*1. *p.*2. Viv. *deciſ.*4. *n.*14. Monet. *de decimis, c.*6. *n.*30. 3

Sicut colonus de parte fructuum.] Ergo colonus partiarius pro portione ſua in ſolvendis decimis non deducit expenſas, ut per Valaſc. *de jure emphyt. q.*32. *n.*9. Menoch. *d. caſu* 215. *n.*2. Ioan. Garc. *d. c.*1. *n.*22. Surd. *deciſ.*294. *n.*1. D. Barboſ. *in d. l. fructus, n.*18. Soar. *de relig. tom.*1. *tract.*2. *lib.*1. *c.*19. *n.*13. latè Monet. *d. c.*6. *n.*40. *cum ſeqq.* ubi *n.*42. cum Azor. *inſtit. moral. p.*1. *lib.*7. *c.*24. *q.*4. agens de colono, & quomodo, & cui Eccleſiæ ſolvere debeat decimam, diſtinguit in hunc modum, aut colonus colit nummis, ſeu pro certis menſuris à domino dandis, & tunc ſolvet Eccleſiæ parochiali perſonalem decimam de lucro ſuæ perſonæ, quo caſu intelligendus eſt text. *in c. quæſti, in fine* 16. *q.*1. aut demùm colonus conducit totum prædium ſive nummis, ſive pro certis menſuris domino ſolvendis, & tunc debet colonus ſolvere integram decimam ex omnibus fructibus Eccleſiæ parochiali. 4

Prætextu verò nequitiæ, &c.] Ergo decimæ ſolvi debent Clericis, & non aliis pauperibus, ut per Rebuff. *de decimis, q.*13. *n.*7. 5

Decimam reddere ſine diminutione, &c.] Notatur ad hoc, quod integrè, & ſine diminutione ſolvendæ ſunt decimæ priuſquam ex fructibus deducantur expenſæ, tributa, cenſus, aut ulla alia debita, ut per Covar. *var. lib.*1. *c.*17. *n.*13. *colum.*1. Leſſ. *de juſtit. lib.*2. *c.*39. *dub.*3. *n.*16. Soar. *d. lib.*1. *c.*35. Cald. Pereira *de empt. c.*9. *n.*7. decima enim ubi debetur, integra ſolvi debet, Rota *deciſ.*541. *in fine*, apud Farin. *p.*1. *in recent. & deciſ.*469. *n.*1. *eadem p.*1. Vnde ad excludendas fraudes poteſt Curatus cuſtodes apponere, vel prohiberi facere ne fructus ex agris afferantur, niſi ſoluta priùs decima, vel quod ipſe, aut ejus nuntius ſit præſens, Covar. *d. c.*17. *n.*8. Valaſc. *de jure emphyt. q.*30. *num.*15. *col.*2. Perez *l.*2. *tit.*5. *lib.*1. *Ordin. pag.*132. Hieron. de Laurent. *Avenionenſi deciſ.*54. *in fine*, Rebuff. *q.*5. *n.*23. Soar. *d. lib.*1. *c.*37. *num.*7. Cened. *ad Decret. collect.*66. *n.*3. Camil. Borrel. *in ſum. omnium deciſ. tit.*19. *n.*78. Monet. *de decimis, q.*6. *n.*4. Hinc etiam propter ſterilitatem decimarum denegari non poſſe reſolvunt Rebuff. *quæſt. ult. n.*22. Monet. *cap.*8. *num.*62. nec prætextu quod ſibi debetur, cùm in futuris decimis non admittatur compenſatio, Rebuff. *d. quæſt. ult. n.*19. Cened. *d. collect.*66. *n.*2. Monet. *d. c.*8. *n.*61. 6 7 8

Appellatione remota, &c.] Notatur ad hoc, quod ſubditi cogendi ſunt ad ſolvendas decimas appellatione remota. Rebuff. *d. quæſt. ult. n.*21. Triviſ. *Venet. deciſ.*39. *n.*16. Marcheſ. *de commiſſ. p.*2. *c.*4. *num.*15. & 25. Socin. *reg.*40. *verſ. fallit* 22. Vivian. *deciſ.*73. 9

5 *Vel cum ipſis amicabiliter componatis.*] Ergo com-
poſitio ſuper decimis inter Clericos valet, de quo
Rebuff *d tract.q.18.n.16.cum ſeq.* Monet. *eod. tract.
cap.5. à n.119.*

SVMMARIVM.

1 *Privilegium de decimis ſolvendis revocatur, ſi ex poſtfacto incipit Eccleſiis Parochialibus eſſe nocivum*, & n. 2.

3 *Immunitas non ſuffragatur pro eis, qui poſt illius conceſſionem multa acquiſierunt bona, ita quod cæteri, quos oportet integrè ferre onera, graviter ac nimium graventur. Intellige ubi procedit ex liberalitate concedentis*, ibid. n. 5.

4 *Immunitatis conceſſio quando ita ſe habet quod cæteri vaſſalli, quos oportet onera immunium ſubire, graviter læduntur, tunc à Principe ſuccurrendum eſt.*

6 *Immunitate data an & quando onus immunis accreſcat non exemptis, vel teneatur eximens in ejus computum accepto ferre, remiſſivè.*

7 *Cauſa de novo ſuperveniente recedere licèt à privilegio.*

8 *Privilegium conceſſum ex certa cauſa expreſſa vel tacita, ceſſat ceſſante cauſa.*

Cap. Suggeſtum IX.

1 PRivilegium de decimis non ſolvendis revocatur,
ſi ex poſtfacto incipit Eccleſiis Parochialibus eſſe
nocivum propter exceſſum proprietatum, quæ nimium creverunt. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Butr. Ioan. Andr. Imola, Ananias, Hoſt. Anchar. Henric. Panorm. Ripa, Vivian. *in rationali lib.3. juris Pontificii, pag.262.* Alagona *in compendio juris Canonici, pag.465.* remiſſivè Ximen. *in concord. p.1.& 2.* refertur ab Ant. Auguſt. *collect.1. Decret.lib.3.tit.26 c.9.*& eſt poſt Concilium Lateran. ſub Alex. III. *p.13. cap.4.*

2 Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſumunt
Felin. *num.8.* & Dec. *num.14. in cap. novit, de judic.* Gabr. *communium tit. de jure quæſito, concluſ.6. n.25.* Rebuff. *de decimis, q.14. n.55. & de pacificis poſſeſſ. n.141.* & generaliter de quocunque privilegio loquentes tradunt Perez *ad l.8.verbo por do vinan, tit.4. lib.4.Ordin.* Duen. *reg.32.limit.3.* Henriq. *in ſumma, lib.7.cap.27.n.7.* Surd. *de aliment. tit.1. q.44.n.22.& deciſ.236.n.22.* Menoch. *conſil.156.n.9.& 34.* Valaſc. *conſult.58. n.6.* Bardel. *conſil.22.n.10.* Glorit. *reſp.1. p.3. n.191.* unde Barz. *d.deciſ.118.* & Lancel. Gall.
3 *conſil.25.* per hunc text. tenent immunitatem non
ſuffragari pro eis, qui poſt conceſſionem immunitatis multa acquiſierunt bona, ita quod notabiliorem, & fertiliorem partem territorii poſſident, & per conſequens cæteri, quos oportet integrè ferre onera, graviter ac nimium gravantur, ut intelligit Octav.
4 Glorit. *d.c.1. p.3.n.192.* Quando enim conceſſio im-
munitatis ita ſe habet, quod cæteri vaſſalli, quos oportet onera immunium ſubire, graviter læduntur, tunc à Principe ſuccurrendum eſt, ex iis, quæ tradit Abb. *in cap. pervenit, num.17.de immunit. Eccleſ.& in cap. accedens, num.8.de præſcript. verſic. ex his infertur,* ubi voluit, quod ſi per privilegium immunitatis à Principe conceſſum graviter contigit lædi univerſitatem, quia fortè multi ex privilegio ſunt exempti, & alii non immunes nimium gravantur, quod tunc Principis remedium eſt implorandum pro revocatione immunitatis: quod etiam voluerunt Imola *in l. ab omnibus, ff. de legatis 1.* Boſſ. *in tit. de Principe, n.164.* Natta *conſil.63. n.19. volum.1.* Intellige quando im-
munitatis privilegium proceſſit ex liberalitate conce- 5
dentis, tunc enim non poteſt conqueri privilegiatus, ſi ex cauſa damni, aut gravis læſionis ſubditorum læditur ejus privilegium, cùm aliàs privilegium gratioſum abſolutè, & in totum poſſit abſque cauſa revocari. Gozadin. *conſil.5.num.27.& conſil.14.num.8.* Menoch. *conſil.103.n.39.* Roland. *conſil.66.n.8.vol.2.* Natta *conſil.511.num.3.* Afflict. *deciſ.128.* Grammat. *deciſ.46.n.5.* quod tamen non procedit ubi immunitas conceditur ex contractu, & titulo oneroſo; nam tunc ex superveniente aſſerta aliorum ſubditorum læſione, ac prætenſo enormi præjudicio revocari non poteſt, ut docent Natta *conſil.397.à n.13.vol.2.* Aym. Cravet. *conſil.294.col.penult. verſ.non obſtat, vol.2.* Socin. jun. *conſil.60.n.58.vol.3.* Menoch. *conſil.156.n.34.* Carol. Bardel. *conſil.22.n.36.verſ.reſpondetur ſecundò.* Et an,
& quando data immunitate onus immunis accreſcat 6
non exemptis, vel teneatur eximens in ejus computum accepto ferre? vide Feſtaſ. *de collect. in 4. part. cap.8.n.70.& ſeq.* Stephan. Aufrer. *in addit. ad Capell. deciſ.348.ſub concluſ.4.* Paul. de Caſtr. *conſil.187.* Natt. *d.conſil.63.ſub num.28.in fine, & conſil.160.ſub n.36. verſ.ad ſeptimum, & conſil.397. num.12.* Roland. *conſil.76. volum.2.* Ruin. *conſil.125. num.3. & 6. vol.5.* Rimin. jun. *conſil. 59. num. 66.* Cephal. *conſil. 58. n.49.& 62.* Surd. *conſil.278. per totum*, & in ſpecie *num.13.& num.15. verſ. his itaque,* Camil. Bortell. *de præſtantia Regis Catholici, cap.33. ſub num.26. verſ. decima declaratio.*

Nam quando, &c.] Notatur ad hoc, quod ex cauſa 7
de novo ſuperveniente recedere licet à privilegio, ut per Cald. Pereira *in reſp. pro Duce Paſtranæ, num.8.*
Privilegium enim conceſſum ex certa cauſa expreſſa, 8
vel tacita, ceſſat ceſſante cauſa, Tiraquel. *in tract. Ceſſante cauſa, n.203.* Fr. Emman. *quæſt. Regul. tom.1. q.9. art.4. verſ. ſecundo.*

SVMMARIVM.

1 *Ciſtercienſes, Templarii, & Hoſpitalarii non tenentur ſolvere decimas prædiorum ſuorum, quæ propriis manibus, aut ſumptibus excolunt,* & n.2. *& quid ſi poſt Concilium Lateran. Ciſtercienſes acquiſierint, vide* n.3. *& an cæteris Religioſis hoc idem indultum ſit, vide* num.4.

5 *Ieſuitæ, & Fratres S. Ioannis de Deo, exempti ſunt à ſolutione decimarum, ſeu vigeſimæ de novalibus, quæ ipſi propriis manibus, & ſumptibus excolunt.*

6 *Religioſi de novalibus, quæ propriis manibus, ſeu ſumptibus excolunt, decimas ſolvere tenentur, ſi pacto expreſſo ad hoc teneantur.*

Cap. Ex parte j. X.

CIſtercienſes, Templarii, & Hoſpitalarii de prædiis, 1
quæ propriis manibus, vel ſumptibus colunt, non tenentur ſolvere decimas. Cæteri verò Religioſi illas non ſolvunt de novalibus tantùm, quæ colunt ſuis manibus, & de hortis, & nutrimentis animalium. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabar. Butr. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſt. Anchar. Henric. Panorm. Ripa, Vivian. *in rationali lib.3. juris Pontif. pag.262.* Alagona *in compend. juris Canonici, pag.466.* remiſſivè Ximen. *in concord. p.1.& 2.* refertur ab Anton. Auguſt. *collect.1. Decret. lib.3. tit.26. c.20.* & eſt poſt Concil. Lateran. *p.13. c.5.*

Hanc

2 Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſumit Monet. *de decim. c.* 5. *q.* 1. *n.* 10. Quorum privilegia ſunt perſonalia, & ideo non ſuffragantur reſpectu portionis colonorum, ut in puncto privilegiorum Ciſtercienſium eſt deciſio Putei 522. *lib.* 2. & dicit Rota *in Toletana decimarum*, 17. *Iunii* 1611. coram R.D. Coccino Rotæ Decano, & *in Pampilonenſi decimarum*, 15. *Decembris* 1615. coram eodem Seraphin. *deciſ.* 827. Item non ſuffragantur reſpectu arrendaratiorum, etiamſi ipſi Fratres aliquam culturam exiguam adhibeant, Seraphin. *d. deciſ.* 827. *n.* 3. *cum ſeqq.* prout nec etiam ſuffragantur ſi prædia locentur ad pecuniam; tunc enim in nihilo Ciſtercienſes exemptos eſſe tenuit ſæpè Rota, videlicet *deciſ.* 2. *de privileg. in antiq.* & apud Put. *deciſ.* 150. *lib.* 1. *in novis, & deciſ.* 23. *n.* 4. *& ſeq. p.* 2. *diverſ.* & *in Carthaginenſi decimarum*, 20. *Novembris* 1600. coram bonæ mem. Penia, gloſſ. *in Clem.* 1. *in verbo excolendas; hoc tit.* ubi Bellam. *n.* 240.

3 An autem de prædiis, quæ poſt Concil. Lateran. Ciſtercienſes acquiſierunt, teneantur ipſi ſolvere decimas, ſi propriis ſumptibus excolant? de his etiam teneri omninò ſolvere decimas per *cap. nuper, hoc tit.* reſolvit Monet. *de decimis, cap.* 5. *n.* 11. At verò Rota *in Pampilonenſi decimarum*, 18. *Decembris* 1615. coram D. Coccino negativè cenſuit; præſertim propter privilegia Sixti IV. ibi: *Singulares perſonas dicti Ordinis præſtatione decimarum tam de poſſeſſionibus habitis ante, & poſt Concil. quàm de cætero havendis, quæ propriis ſumptibus excolunt, & excolent:* referunt Fr. Emman. *in collect. Bullarum Apoſt. pro Regularibus; Bulla* 5. *Martini V.* & Renat. Chopin. *de ſacra Politia, lib.* 3. *tit.* 1. *num.* 8.

4 *Cæteris verò*, &c.] Notatur ad hoc, quod cæteris Religioſis ultra Ciſtercienſes, Templarios, & Hoſpitalarios, fuit indultum ut de novalibus ſuis, quæ propriis manibus, vel ſumptibus excolunt, & de nutrimentis animalium ſuorum, & de hortis ſuis decimas non perſolvant, vide Rebuff. *de decim. q.* 14. *n.* 41. *&* 56. Gutier. *conſ.* 5. *n.* 1. Soar. *de Relig. tom.* 1. *tract.* 2. *lib.* 1. *c.* 19. *n.* 2.

5 *Vt de novalibus ſuis, quæ propriis*, &c.] Notatur ad hoc, quod Religioſi omnes privilegio in jure ſcripto à ſolutione decimarum de novalibus, quæ propriis manibus ſeu ſumptibus excolunt, exempti ſunt, ut per Rebuff. *d. q.* 14. *n.* 45. Monet. *d. cap.* 4. *n.* 56. Renat. Chopin. *monaſticon lib.* 2. *tit.* 1. *n.* 5. ubi de Monachis Cœleſtinis, & Cluniacenſibus, & de Monachis Congregationis Caſſinen. aliàs S. Iuſtinæ de Padua, eſt privilegium Eugenii IV. ſub dat. 7. *Kalend. Martii* 1434. relatum per Fr. Emman. *in d. collect. Bullarum dicti Pontif. Bulla* 7. Et de Monachis Congregationis S. Benedicti Valliſſoleti eſt privilegium Clement. VII. ſub dat. 8. *Decembris* 1530. relatum *in Bullario novo, tom.* 2. *Bulla* 7. *ejuſdem Pontif.* Et de Monachis Eremi Camaldulenſis, & Congregationis S. Michaëlis de Murano adeſt privilegium Leonis V. ſub dat. 4. *Nonas Iulii* 1513. §. 29. relatum *in Bullario novo, tom.* 1. *Bulla* 2. *ejuſdem Pontif.* Et de Monachis B. Mariæ Montis Virginis adeſt privilegium Cœleſtini III. ſub dat. 4. *Novembris* 1097. relatum *in Bullario novo, tom.* 1. *Bulla* 3. *ejuſdem Pontif.* Et de Sylveſtrinis adeſt privilegium Innocentii IV. ſub dat. 5. *Kalend. Iunii* 1247. relatum *in Bullario novo, tom* 1. *Bulla* 6. *ejuſdem Pontif.* Et de Fratribus S. Mariæ de Mercede adeſt privilegium Gregorii XI. ſub dat. *ſexto Kalend. Iulii* 1373. relatum *in Bullario novo, tom.* 1. *Bulla* 3. *ejuſdem Pontif.* Et de Ordine S. Antonii Viennenſis adeſt privilegium Clementis VII. ſub dat. 6. *Kalend. Decembris* 1523. relatum *in Bullario novo, tom.* 1. *Bulla* 2. *ejuſdem Pontif.* Et de Cruciferis adeſt privilegium Vrbani III. ſub dat. 7. *Kalend. Aprilis* 1187. relatum *in Bullario novo, tom.* 5. *Bulla* 1. *ejuſdem Pontif.* Et de Fratribus Prædicatoribus adeſt privilegium Gregorii XI. ſub dat. 2. *Nonas Martii Pontificatus ſui anno IV.* relatum *in Bullario novo, tom.* 1. *Bulla* 7. *ejuſdem Pontif.* Et de Fratribus Conventualibus Ordinis S. Franciſci adeſt privilegium Sixti IV. ſub dat. *pridie Kalend. Decembris, anno Incarnationis* 1474. Et de Canonicis Regularibus S. Salvatoris adeſt privilegium Iulii, ſub dat. 4. *Nonas Aprilis* 1512. relatum *in Bullario novo, tom.* 1. *Bulla* 30. *ejuſdem Pontif.* Et de Monachis S. Baſilii adeſt privilegium Gregorii XIII. ſub dat. 8. *Kalend. Iulii* 1567. Et de Ordine Minimorum S. Franciſci de Paula adeſt privilegium Iulii II. ſub dat. 5. *Kalend. Auguſti* 1506. relatum à Laurentio de Peyrinis *tom.* 1. *privilegiorum dicti Ordinis, Bulla* 2. *ejuſdem Pontif.* §. 19. Et de Carthuſianis adeſt privilegium Martini V. ſub dat. 8. *Kalend. Octobris* 1420. relatum *in Bullario novo, tom.* 4. *Bulla* 1. *ejuſdem Pont.* Et in ſpecie quod Patres Ieſuitæ ſunt exempti à ſolutione decimæ, ſeu vigeſimæ de novalibus, quas ipſi propriis manibus, & ſumptibus excolunt, dixit Rota *in Conchen. decimarum*, 16. *Februarii* 1615. coram D. Dunozetto. Et de Fratribus S. Ioannis de Deo, *in Cordubenſi decimarum*, 13. *Maii* 1617. coram Patriarcha Manzanedo.

Moniales Sanctæ Claræ per privilegia Sixti IV. Leonis V. Clementis VII. & Pauli III. confirmata à Gregorio XIII. de quibuſcunque terris, & poſſeſſionibus ſuis, quas per ſe, vel colonos, vel ſervitores excoli, & cultivari faciunt, aut in poſterum facient, nullas decimas, & primitias Parochialibus Eccleſiis, & aliis perſolvere teneantur, nec ipſæ, aut poſſeſſionum earundem coloni, ad earum ſolutionem à quocunque cogi poſſunt: ita referunt Fr. Emman. *quæſt. Regul. tom.* 1. *q.* 44. *art.* 5. *& tom.* 3. *q.* 34. *art.* 16. Rota *in Conchen. exemptionis decimarum*, 36. *Ianuarii* 1589. coram Orano, quæ eſt deciſio 240. *p.* 5. *diverſ.* & canonizatur ab eadem Rota *in eadem cauſa*, 12. *Maii* 1623. coram bonæ mem. Buratto.

Vtrùm autem Papa communicando privilegia alicujus Religionis, in quibus adeſt expreſſa exemptio à ſolutione decimarum, alteri Religioni cenſeatur etiam communicaſſe exemptionem à ſolutione decimarum, dixi *in collect. ad cap. nuper* 34. *num.* 4. *infrà hoc tit.*

In gloſſ. *Laborum ſuorum*, ibi, *niſi pacto ad hoc teneamur*, &c. Notatur ad hoc, quod Religioſi de novalibus, quæ propriis manibus, ſeu ſumptibus excolunt, decimas ſolvere tenentur, ſi pacto expreſſo ad hoc teneantur, Rebuff. *d. q.* 14. *n.* 53. Zanch. *de privileg. Eccleſ. privileg.* 120. *n.* 13. quos refert Monet. *d. cap.* 4. *n.* 59. 6

In ead. gloſſ. ibi, *Vel niſi ſolvendo renuntiaverint privilegio ſuo.* Vide Rebuff. *q.* 14. *n.* 53. Monet. *d. c.* 4 *num.* 60. 7

SVMMARIVM.

1 *Privilegium ſuper decimis laborum non extenditur ad terras, quæ aliis traduntur excolendæ.*

2 *Privilegia exemptionis à ſolutione decimarum ſunt perſonalia, non autem realia.*

3 *Limitata cauſa limitatum producit effectum.*

CAP. Licet XI.

PRivilegium habentes non ſolvendi decimas de agris, quos propriis manibus, vel ſumptibus co- 1

lunt, debent ſolvere decimas, quas aliis colendas tradunt. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Butr. Imola, Ananias, Hoſt. Anch. Henric. Panormit. Vivian. *in rationali lib. 3. juris Pontif. pag.* 262. Alagona *in compend. juris Canon. pag.* 466. remiſſivè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Ant. Auguſt. *collect.* 3. *Decretal. lib.* 3. *tit.* 26. *c.* 11. & eſt poſt Concil. Lateran. *p.* 13. *c.* 6.

2 Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſumunt Azor. *inſtit. moral. p.* 1. *lib.* 7. *c.* 27. *q.* 7. Soar. *de Relig. tom.* 1. *tract.* 2. *lib.* 1. *c.* 19. *n.* 13. Tambutin. *de jure Abbatum, tom.* 1. *diſp.* 15. *q.* 18. *ſub n.* 5. Ratio eſt, quia privilegia exemptionis à ſolutione decimarum ſunt perſonalia, non autem realia, & ideò non tranſeunt ad colonos, arrendatarios, ſeu emptores prædiorum, aut fructuum, ut non ſemel cenſuit Rota, & ſignanter *in una Placentina decimarum*, 17. *Decembris* 1584. coram Blanchetto, & *in Pampilonenſi decimarum*, 15. *Decembris* 1615. coram R.D. meo Coccino Decano, & *deciſ.* 23. *p.* 2. *diverſ.* & apud Seraphin. *deciſ.* 827. *n.* 2. & noviſſimè *in Leodienſi decimarum*, 20. *Decembris* 1628. coram Card. Virili.

3 *Propter hoc non eſt licitum*, &c.] Notatur ad hoc, quod limitata cauſa limitatum producit effectum, ut per Tiraquel. *in tract. Ceſſante cauſa, part.* 1. *n.* 142. *& de retract. lignag.* §. 32. *gloſſ.* 1. *n.* 49. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell.* §. 5. *proœm. num.* 6. Stephan. Gratian. *Marchiæ deciſ.* 56. *n.* 5. Brunot. à Sole *in locis communibus, verbo cauſa* 9. Cardoſ. *eodem verbo, n.* 3. Gutier. *pract. lib.* 3. *quæſt.* 31. *n.* 7. Mar. Anton. *lib.* 1. *variar. reſolut.* 108. *n.* 18. Rot. *deciſ.* 690. *num.* 9. apud Farin. *part.* 1. *recent.*

SVMMARIVM.

1 *Privilegium ſuper decimis laborum etiam ea, quæ non ſunt novalia, comprehendit*, & n. 2.
3 *Lex ſi aliud voluiſſet, expreſſiſſet.*
4 *Verba debent intelligi quatenus propria eorum ſignificatio patitur.*

Cap. Ad audientiam XII.

1 PRivilegium conceſſum de non ſolvendo decimas de laboribus, intelligitur etiam de terris, quæ non ſunt novalia. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Imola, Ananias, Hoſt. Butr. Anchar. Henric Panorm. Vivian. *in rationali lib.* 3. *juris Pontif. pag.* 463. Alagona *in compend. juris Canonici, pag.* 466. remiſſivè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 1. *Decret. lib.* 3. *tit.* 26. *cap.* 1. & eſt poſt Concilium Lateran. ſub Alex. III. *part.* 13. *cap.* 8.

2 Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſumit Soar. *de Relig. tom.* 1. *tract.* 2. *lib.* 1. *cap.* 19. *num.* 4. *&* 17.

Quæ quidem lata interpretatio ex Abb. & aliis *in hoc text.* fit ſecundùm generalia verba privilegii, quia non proponitur, nec apparet contraria concedentis intentio. Ex mente namque Doctorum *in hoc text.* agitur de privilegio, per quod Pontifex generaliter eximens Ciſtercienſes à ſolutione decimarum, licèt aliter non exprimeret juxta materiam ſubjectam; & naturam exemptionis, ſatis intendebat ea in re de qua agebatur, & juri communi, & Eccleſiis parochialibus præjudicare, juxta doctrinam *gloſſ.* 3. *cap. cùm olim* 12. *de privilegiis*, receptam *ibi, & alibi*, ut per Dec. *conſil.* 113. *n.* 6. & inſuper non erat major ratio, ob quam generalis conceſſio, & intentio concedentis magis ad has, quàm ad illas decimas eſſet referenda. Deinde (quod maximè notandum eſt) Pontifices per hujuſmodi privilegia intendentes aliquem eximere ab omnibus tam veteribus, quàm novalium decimis, utuntur quadam forma verborum, ſcilicet: *Ne de laboribus quos propriis manibus, vel ſumptibus excolunt, decimas ſolvant.* At verò cùm intendunt non generaliter, nec ab omnibus, ſed à novalium, & aliis certis quibuſdam decimis eximere, non utuntur illa forma, ſed ad ejus differentiam alia ſtrictiori, & de novalibus, & aliis certis decimis mentionem faciunt, ut apertè conſtat ex *cap. ex parte* 10. *verſ. ſanè, hoc tit.* itaut ex diverſa forma, & verbis conceſſionis colligatur in hac materia intentio concedentis.

Sanè text. *in præſenti* agit de Ciſtercienſibus, quia ea in re erant maximè privilegiati, ut conſtat ex *d. cap. ex parte, & ex cap.* 2. §. 1. *in fine, hoc tit. lib.* 6. & inſuper proponit privilegium illis conceſſum ſub illa forma per illa verba pleniſſima, *ne de laboribus*, &c. unde meritò ſecundùm illa Papa inquit ſe in eo privilegio omnes decimas comprehendere voluiſſe, & adjicit rationem, quia ſi non de omnibus, ſed de novalibus tantùm intelligeret, ubi poſuit de laboribus, de novalibus poſuiſſet, quaſi apertiùs dicat, quia ſi noſtræ intentionis foret de novalium tantùm decimis agere, non uteremur illa verborum forma, *ne de laboribus*, &c. ſed quia omnes decimas comprehendere intendimus, illa ſtrictiori, *ne de novalibus*, &c. per quam ad differentiam illius non omnes, ſed aliquas concedere intendimus, & ita ex his in hoc text. non tantùm non apparet intentio Papæ repugnans verbis generalibus interpretationis latioris, verùm etiam per contrarium adeſt intentio pro his, quia verum eſt dicere Papam dum ſub ea forma privilegium indulſit, proculdubio voluiſſe etiam cum majori præjudicio Eccleſiarum parochialium lariſſimam ab omnium decimarum ſolutione concedere exemptionem. Et in hunc ſenſum text. hic appellat pravam interpretationem eorum qui contra verba, & intentionem privilegium prævertentes, ad ſolas novalium decimas referendum putabant.

Sic ſanè licèt text. *in præſenti*, vulgò citari ſoleat ad hoc, quod in privilegiis etiam cum tertii præjudicio, & juris communis violatione attendi, & ſervari debet tenor, & proprietas verborum, ut ea omnia conceſſa intelligantur, quæ ſub eiſdem continentur, ut per Abb. *hîc*, & citatos per Pariſ. *conſ.* 22. *num* 6. *lib.* 4. Dec. *ubi ſuprà*, & relatos à Covar. *de ſponſalibus, p.* 2. *cap.* 8. §. 8. *num.* 7. *cum ſeqq.* nihilominus text. juxta prædictum intellectum, & animadverſionem non ita generaliter probat vulgarem allegationem, quæ nec indiſtinctè admittenda videtur, quia oportet plerumque ex intentione concedentis reſtringere verba, & eam ſequi interpretationem per quam Reipubl. juris communis, vel cujuſvis alterius perſonæ præjudicium vel tollatur omninò, ſi fieri poteſt, ſalva conceſſione, vel ſaltem minus efficiatur, ut per Covar. *d. cap.* 37. *num.* 13. & ſupra citatos, *cap. cùm in illis, in princ, de prabend.* docet gloſſ. 3. *in cap. paratus*, 23. *quæſt.* 1. recepta ex Dec. *num.* 4. *in cap. ex parte, il ſecundo, de offic. deleg.* Molin. *de primogen. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 13. & pari ratione id ipſum fieri debet ne abſurdum, aut ſcandalum ſequatur, juxta ſupradicta: procedit ergo allegatio communis ubi non apparet de contraria mente concedentis, quæ in privilegiis propriè acceptis ſemper apparere videtur, ut minùs præjudicetur juri communi, ex ſuprà reſolutis.

De novalibus poneremus.] Facit ad illud juris princi- 3
pium, ſi lex aliud voluiſſet, expreſſiſſet, ut per Tiraq.

in

*in l.ſi unquam, verbo libertis, num.*3.Menoch. *conſil.*1. *num.*178.*&* *conſil.*140. *num.*4. Gutier. *pract. lib.*3. *quæſt.*22.*n.*7. Surd. *deciſ.*77.*n.*4.*&* *deciſ.*176.*n.*10. *&* *deciſ.*322.*n.*22. Gonzal. *ad reg.*8. *Cancel. gloſſ.* 9. §.1.*n.*33. *&* *gloſſ.*42.*n.*11. cum aliis per me citatis *in tract. de appellativa verbor. utriuſque juris ſignific. appell.*136.*n.*3.

4 Notatur ad hoc, quod verba debent intelligi quatenus propria eorum ſignificatio patitur, *l.cùm lege, ff.de teſtam.l.*1.§.*quod autem, ff.de aleatoribus.* Cardin. Mantica *de conject.ultim.volunt. lib.*8.*tit.*18. *num.*35. D.Barboſa *in l.quia tale,n.*37.*ff.ſoluto matrim.*Monet. *de diſtrib.quotid. p.*1.*q.*11.*n.*100.

SVMMARIVM.

1 *Decimæ novalium debentur Eccleſiæ in cujus Parochia ſurgunt, ſi verò non ſunt in certa Parochia, debentur Diœceſano, qui poteſt ſibi reſtituere, vel alteri Eccleſiæ concedere.*

2 *Decimæ prædiales regulariter illi ſunt Eccleſiæ tribuendæ, in cujus territorio prædia ſita ſunt.*

3 *Quarta decimarum debetur Epiſcopo.*

4 *Decimas, quæ in aliqua Parochia certa non ſunt, Epiſcopus alteri poteſt Eccleſiæ ſine conſenſu Capituli concedere.*

5 *Decimæ Epiſcopo debentur, ubi prædium non eſt in alicujus Parochia ſitum.*

Cap. Quoniam XIII.

1 Decimæ novalium, ſi ſunt in aliqua Parochia, debentur illi Parochiæ, data ſua parte Epiſcopo: ſi non ſunt in aliqua Parochia, Epiſcopus poteſt eas vel ſibi retinere, vel alteri Eccleſiæ concedere, prout judicaverit. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan.Andr. Imol. Anan. Butr. Hoſt. Anchar. Henric. Panorm. Ripa,Viv.*in rationali lib.*3. *juris Pontif. pag.*263. Alagona *in compendio juris Canonici, pag.*466. remiſſivè Ximen. *in concord. p.*1. *&* 2. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 1. *Decret. lib.*3. *tit.*26.*cap.*25. & eſt poſt Concil. Lateran. ſub Alex. III. *p.* 40. *c.*40.

2 *Infra certam alicujus Eccleſiæ Parochiam*, &c. Notatur ad hoc, quod decimæ prædiales regulariter illi ſunt Eccleſiæ tribuendæ, in cujus territorio prædia ſunt ſita, ut per Xuar. *alleg.*28. *num.*7. Gutier. *practic. lib.*1.*q.*17.*n.*1. Hieron. Carat. *in opuſculo de juribus Parochialibus,tit.*4.*cap.*18. Rot. *in Bracharenſi decimarum*, 20.*Maii* 1591. *&* 3.*Iunii* 1594. coram bonæ mem. Card. Pamphilio, *& in Sabinenſi decimarum*, 29. *Martii* 1609. coram R. D. meo Coccino Decano, *& in Abulenſi decimarum*, 17. *Decembris* 1627. coram eodem, *& deciſ.*321.*num.*4.*p.*1. *recent.* noviſſimè Baſil.Pont. *de Sacram.Matrim. lib.*5.*c.*13. §.3.*n.*20. vide *ad cap.cùm contingat, infr. hoc tit.*

3 *Tua parte retenta.*] Ergo regulariter quarta decimarum debetur Epiſcopo, ut per Xuar. *allegat.* 28. *num.*25. Soar.*de Religion. tom.*1.*tract.*2.*lib.*1.*cap.*28. *num.* 9.

4 *Alii Eccleſiæ deputare.*] Ergo decimæ, quæ in aliqua certa Parochia non ſunt, Epiſcopus alteri poteſt Eccleſiæ ſine conſenſu Capituli concedere, cùm enim decimæ hujuſmodi in certa Parochia non ſurgant liberaliter, in Epiſcopi poteſtatem conferuntur, eique datur optio an velit illas alteri Eccleſiæ, vel Cathedrali aſſignare, quia cùm unitæ non ſint Cathedralis Eccleſiæ bonis, non dicitur Epiſcopus propriè alienare, ſed non acquirere, quo fit ut ſolemnitas in aliis rerum Eccleſiaſticarum alienationibus requiſita minimè in hoc caſu exigatur: ita *in præſenti* Ioan. Andr.*num.*2.Anchar.*n.*3.*verſ.quærit.*Zabar.*num* 3.*verſ. quartò*, Butr. *n.*5.*verſ.ſecundò*, Panorm.*n.*4.*verſ.ultimò*, Anan. *num.*3. *verſ. quærit*, quos refert Rendina *in promptuario recept. ſentent. tit.*26. *n.*1.

5 *Vel ad opus tuum*, &c. Notatur ad hoc, quod debentur decimæ Epiſcopo, ubi prædium non eſt in alicujus Parochia ſitum, ut per Abb. Panorm. *hìc,n.*2. *&* 4.Tyndar. *de decimis,n.*69. Rebuff.*eod.tract.quæſt.*... *num.*8. Monet.*eodem tract.cap.*7.*n.*9.Azor.*inſtit.moral. p.*1. *lib.*7.*cap.*25.*quæſt.*9.*verſ.deinde*, Pute. *deciſ.*371. *n.*6.*lib.*1. Veral.*deciſ.*40.*n.*2. *part.*...Baſil.Pont. *d.*§.3. *n.*21. Rot. *in Pacen. decimarum del Hobrero*, 9. *Iunii* 1603. *&* 21.*Iunii* 1604. coram R D.Coccino Rotæ Decano,*& in Sabinenſi decimarum*,21.*Martii* 1564. coram de Rubeis, *& in Placentina decimarum perſoſonalium de Trugillo*, 18.*Martii* 1618. coram bonæ mem. Buratto, *& in Concheuſi decimarum del Infantado*,18.*Decembris* 1617. coram D. Martino Andrea. Declara ſecus eſſe ubi locus eſſet intra duas Parochias, ſed ignoretur ſub qua ſit; tunc enim non debetur Epiſcopo,ſed inter eas dividuntur,ut per Abb.*hìc,n.*3. Monet. *d.cap.*7. *n.*11.

SVMMARIVM.

1 *Decimæ quaſi debitum exigi poſſunt.*

2 *Decimæ an & quando debeantur de jure divino & humano, oſtenditur*, *&* n.3. & 4.

5 *Dictio*, quaſi, *nonnunquam eſt expreſſiva veritatis.*

Cap. Parochianos XIV.

1 Decimæ quaſi debitum exigi poſſunt, quia non ab homine, ſed ab ipſo domino ſunt inſtitutæ. Colligunt ex Ordin.Abb.antiq.Innoc.Collect.Zabar. Butr. Ioan. Andr. Imol. Ananias, Hoſtienſ. Anchar. Henric. Panorm. Ripa,Vivian. *in rationali lib.*3.*juris Pontificii, pag.*264. Alagona *in compendio juris Canonici, pag.*466.remiſſivè Ximen.*in concord. part.*1.*&* 2. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.*1. *Decretal. lib.*3. *tit.*26. *cap.*26. & eſt poſt Concil. Lateran. *part.*26. *cap.*12.

2 *Sed ab ipſo domino ſunt inſtituta.* Ex his verbis colligunt noſtri Canoniſtæ, decimas à Deo inſtitutas eſſe, & jure divino nunc quoque deberi, tenentque præter gloſſas *in cap.à nobis, & in cap. nuper, hoc tit.* Tyndar. *de decimis,à n.*10. Rebuff *eod.tract.q.*1.*n.*14. Bonacoſ. *tom.*1.*communium opin. lib.*1. *tit.*10.*n.*2. *cum ſeqq.pag.*185. Nicol.Reuſner.*deciſ.*2.*n.*4.*lib.*4. Ioſeph. Ludoviſ.*Peruſ.deciſ.*106.*num.*33.Petr.Gregor. *ſyntag. juris lib.*2.*c.*21. Anaſtaſ.Germon.*de ſacrorum immun. lib.*3.*cap.*19.Camil.Borrel.*conſil.*20.*num.*14.*cum ſeqq. centur.*1. *& de compromiſ. q.*2. §.2. *gloſſ.*1.*num.*314. & noviſſimè *in ſumma omnium deciſionum, tit.*19. *de decimis*, *à num.*2. & ex Theologis ſequuntur Andr. Hiſpan. *in reg.decimarum,verſ.decima eſt jure naturali, num.*1. 5. 6. *&* 15. Albert. Pigh. *lib.* 5. *Hierarchiæ Eccleſiaſt. cap.* 7.

5 Verùm Theologi contrariam opinionem, imò de jure humano, & Pontificio decimas deberi, communiter ſequuntur, ex quorum numero ſunt Vgo de S Victore *lib.*2.*de Sacram.p.*11.*c.*4.*&* 11.Aſtenſ.*p.*2. *ſum. lib.*6. *tit.*35.*rubr.de decimis*, S.Thom. 2.2.*q.*87. *art.*1. S.Antonin.2.*part. ſum.tit* 4.*cap.*3.§.5. Abulenſ. *in Matth. cap.*23.*q.*90. Henriq. *in ſum. lib.*7.*cap.*27. §.1. *&* *lib.*14. *cap.*1. §.*ult.lit.Y*, Azor. *inſtitut. moral.*

p.1.lib.7. cap.23. q.4. Monet. *de decimis, c.1.à n.11.* Leſſ. *de juſtitia, lib.2.cap.39.dub.1.n.5.cum ſeqq.* Soar. *de Relig.tom.1.tract.2.lib.1.c.10.& cap.36.* ſequuntur ex noſtris Canoniſtis Covar. *lib.1. var. cap.17. n.2. & 3.* Navar. *in manuali, cap.21.n.28.& 31.& de redditib. Eccleſiaſt. q.1. monitu 59.num.1.& conſil.2. n.3. ſub hoc tit.* Gutier. *canonicar. lib.2. cap.21. n.2. & 7.* Mench. *illuſtr.cap.89. n.1. in fine,* Ceval. *communium contra communes, q.437.*

4 Pro concordia autem ſupradictarum opinionum ſcire oportet, decimas duplici modo conſiderari, vel enim conſiderantur reſpectu congruæ ſuſtentationis, vel rurſus habito reſpectu ad quotam, vel partem, quæ de rebus acquiſitis ſolvenda eſt: meminit hujus diviſionis D.Thomas 2.2.*q.87.art.1.in corpore,* Sotus *lib.9.de juſtit.q.4.art.1. verſ. prima concluſio,* Covar. *lib.1.var.cap.17.n.2.* Inter utrumque modum illa eſt differentia, quod ſi decimæ priori modo conſiderentur, non ſolùm humano, ſed etiam ex jure divino poſitivo, & naturali debitæ ſunt. De jure humano probat text. *in præſenti*, ſecundùm unum intellectum, de jure divino poſitivo deducitur ex illo Chriſti Domini *Lucæ cap.10.* ibi: *Dignus eſt operarius mercede ſua*, & ex illo D.Pauli 1.ad Corinth.cap.9. *Nemo ſuis ſtipendiis militavit unquam,* &c. de jure naturali ſimiliter conſtat, ſiquidem evidenti ratione naturali oportet ſtipendium, ſeu ſuſtentationem accipere ab illis, quibus ſervitium aliquod neceſſarium miniſtratur; conſtat autem adminiſtrationem divini cultus, & rerum ſpiritualium, maximè eſſe neceſſariam, unde jure naturali convincitur aliquod ſtipendium, ſeu ſuſtentationem eſſe ſolvendam, ut concludit illud D. Pauli *d.cap.9.* ibi: *Si nos vobis ſpiritualia ſeminavimus, magnum eſt ſi nos carnalia veſtra metamus.* Si verò decimæ poſteriori modo conſiderentur, ſolummodò jure humano debitæ ſunt, ut patet ex *hoc text.* & ex *cap. in quibuſdam, §.ille quippe,* cum multis *ibid. hoc tit.* non tamen jure naturali, nec divino poſitivo obligante. De jure naturali patet, quia jus naturale licèt dicat ſolvendum eſſe ſtipendium, ſeu dandam ſuſtentationem, ut *ſuprà* dictum eſt, non tamen concludit decimam partem magis quàm tertiam, vel quartam eſſe perſolvendam: de jure poſitivo obligante idem conſtat, ſiquidem non apparet aliquod jus divinum obligans, quod determinet decimam partem eſſe perſolvendam, ſolùm enim dicit operarium dignum eſſe mercede ſua, in loco illo *ſupra* citato Quod autem decima jubetur dari in lege veteri, nihil refert, quia illa non obligat ſive aliquo modo decima cenſeatur ad legem cæremonialem pertinere, ſive, ut verum eſt, re vera judicialis lex in decima conſideretur, prout conſiderat D.Thomas *d.q.87. art.1.in corpore,* Sotus *d.q.4.art.2.* Archid. *in cap. decimæ. 16. q.1.n.3.* eò quòd leges illæ tam cæremoniales, quàm judiciales Evangelica lege lata ceſſarunt, & vim legum amiſerunt, juxta illud Pauli ad Galat.*cap.3.& 4.* & ad Hebr.*cap.7.& 8.* & ad Epheſ. *cap.2.* reſolvunt Doctores per text. *in cap. unic. de purificat. poſt partum.*

Quibus omnibus ſuppoſitis jam patet conciliatio ad ſupradictas contrarias Canoniſtarum, & Theologorum ſententias, ut ſcilicet prima, quæ decimas de jure divino deberi aſſerit, procedat quoad ſuſtentationem Clericorum, ſecunda verò tenens deberi de jure Pontificio quoad quotam, ita & meritò ſub eadem diſtinctione docent Sotus *de juſtitia, lib.9. q.4. art.1. verſ. decimarum ſolutio, col.2. & verſ. tertia concluſio,* S. Antonin. *d.cap.3.tit.3. §.5.* Navar. *d.cap.21. num.28.* Perez *ad tit.5. verſ. ſit igitur reſolutio, lib.1. Ordinam.* Anton.Fernandez *in examine Theologiæ Moralis, p.1. ad 7. præceptum Decalogi, cap.13. §.3.* Prax.Epiſcop. *verb.decimæ, in princip.* Malder. *de juſt. & Relig. tract.10. tit. de decimis, dub.2. §.contraria nihilominus.*

In gloſſ. *Quaſi debitum,* ibi, *illud, quaſi, non eſt ſimilitudinarium, ſed expreſſivum veritatis,* &c. Vide quæ dixi *in tract.de diction.uſufreq.dict...* 5

SUMMARIUM.

1 *Decima laico jure hæreditario concedi non poteſt,* & num.2.

3 *Decimandi jus tanquam ſpirituale non poteſt laicis competere.*

4 *Decimas non ſolvens cùm teneatur, excommunicari poteſt, monitione præmiſſa.*

Cap. Ad hoc XV.

Decimæ non poſſunt concedi laico jure hæreditario, & laicus eſt cogendus per excommunicationem, ut reſignet. Colligunt ex Ord.Abb.antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan.Andr. Butr. Imol. Anan. Hoſt. Anch. Henric. Panorm. Ripa, Vivian. *in ration. lib.3. juris Pontif. pag.264.* Alagona *in compend. juris Canonici, pag.466.* remiſſivè Ximen. *in concord. p.1.& 2.* refertur ab Ant. Auguſt. *collect.1.Decret. lib.3. tit.26. c.27.* & eſt poſt Concil.Lateran. *p.50. c.12.* 1

Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſumunt, ut per Azor. *inſtit.moral.part.2.lib.7.c.25.q.11.* Soar. *de Relig. tom.1. tract.2.lib.1.c.25.* Decimandi enim jus tanquam ſpirituale non poteſt laicis competere, ut reſolvunt plures, quos refert, & ſequitur Monet. *de decimis, c.5.q... n.57.* 2

Vinculo excommunicationis adſtringas.] Notatur ad hoc, quod non ſolvens decimas cùm teneatur, excommunicari poteſt, ut per Monet. *d.tract.cap.8. n.64.* Molin. *de juſtitia, tract.2. diſp.756. n.2.* Rot. *in Dertuſen. decimarum, 11.Maii 1609.* coram bonæ mem. Cardin. Marquemont. impreſſa per Marcheſ. *de commiſſion. p.1. pag.675.& in Motulen. decimarum, 31. Ianuarii 1614.* coram bonæ memoriæ Card. Sacrato, Concil.Trid. *ſeſſ.25.de reform. cap.12.* ibi: *Excommunicentur.* Intellige monitione præmiſſa, ſecundùm Monet. *d.c.8.n.69.* Azor. *inſt.moral. p.1.lib.7. c.24.q.17.* Soar. *de Relig.tom.1. tract.2.lib.1. c.37.* Aloyſ.Ricc. *in Neapol.deciſ.195.n.6.p.4.* Subtrahentes ſic decimas, vel earum ſolutionem impedientes, ultra prædictam excommunicationem quam præmiſſa monitione incurrunt, ſecundùm eandem Concil.Trid. diſpoſitionem *citato loco*, ab hoc crimine, niſi plena reſtitutione ſequuta, abſolvi non poſſunt, ut per Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.1.lib.2. cap.20.n.19.* Navar. *in ſingular. juris Canon. concl.6.* Molin. *d.n.4. verſ. his ita relatis,* niſi quando ad confeſſionem accedit, impotens ſit ad reſtituendum, quia tunc abſolvi poſſe tenent Navar. *in man.cap.16.num.59.* Molin. *citato loco,* Ioan.Valer. *de different. inter utrumque forum, verbo abſolutio, differ.5.n.5.* Navar. *d.concl.6.n.3.* ex ea ratione, quia Concil. *loco citato*, non prohibet abſolvi niſi eum, qui pro tunc tenetur reſtituere, quique peccat non reſtituendo. An autem Parochus poſſit denegare Sacramentariis, qui nolunt ſolvere decimas, vide Aloyſ. Ricc. *in deciſ.Curiæ Archiep.Neapol.deciſ.195.à princ. p.4.* Utrùm verò contra renuentes ſolvere decimas poſſit Vicarius imponere interdictum perſonale? vide eundem Ricc. *d. p.4. deciſ.380.* 3

SUMMA

SVMMARIVM.

1 *Iudæi de terris, quas colunt, tenentur decimas ſolvere,* & num. 2.

3 *Decimarum ſolutio fit, uti de onere, non verò de decima vera, & formali.*

4 *Iudæi decimas perſonales non ſolvunt.*

Cap. De terris XVI.

1 IVdæi qui terras colunt, ſunt cogendi vel ſolvere decimas prædiales, vel renuntiare poſſeſſiones. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſt. Burr. Anchar. Henric. Panorm. Ripa, Viv. *in ration. libri tertii juris Pontif. pag.* 265. Alagona *in compendio juris Canon. pag.* 465. remiſſivè Ximen. *in concordant. part.* 2. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 1. *Decret. lib.* 3. *tit.* 26. *c.* 28.

Hanc eandem concl. ex hoc text. deſumunt Rebuff. *de decim. q.* 5. *n.* 11. *cum ſeqq.* Perez *l.* 1. *verſ. que decime, tit.* 5. *lib.* 1. *Ordin. pag.* 116. *& l.* 1. *gloſſ. de las cauſas de ſu morada, tit.* 3. *lib.* 8. *pag.* 57. Azor. *inſtit. moral. p.* 1. *lib.* 7. *c.* 24. *q.* 1. *&* 2. Xuar. *alleg.* 28. *num.* 4. *&* 5. ubi Valdeſ. Vaſq. *in opuſc. de benef. c.* 1. *§. unic. dub.* 9. Monet. *de decimis, c.* 5. *à n.* 36. qui extendunt ad Paganos, Turcas, & Hæreticos, Ant. Ricc. *in tract. de jure perſonarum extra gremium Eccleſiæ exiſtent. lib.* 2. *c.* 9. *n.* 5.

2 Intellige de decimis prædialibus reſpectu poſſeſſionum, quas infideles in terris Chriſtianorum titulo emptionis, vel alio compararunt, prout colligitur ex *hoc text.* ibi, *vel poſſeſſiones penitus renuntiandas,* & ibi, *compellas,* quæ verba non verificantur niſi reſpectu poſſeſſionum, quæ ſunt in provinciis Chriſtianorum, & meliùs *in cap. quanto, penult. de uſuris,* ibi, *quas à Chriſtianis,* &c. Prædicti tamen infideles non tenentur ad decimas prædiales perſolvendas reſpectu poſſeſſionum, quas in ſuis provinciis habent; conſtat námque in illis ceſſare jus Eccleſiæ quæſitum, & rationem propter quam debitæ ſunt: ita in effectu reſolvunt Lambert. *de jurepatr. lib.* 1. *p.* 1. *q.* 7. *art.* 3. *n.* 3. Rebuff. *de decim. q.* 5. *n.* 11. Licèt enim omnes mortales ad fidem ſuſcipiendam teneantur, donec tamen illam profiteantur, nequaquam noſtris legibus obligantur, nec noſtris præceptis obedire tenentur, quando præceptum directè in illos dirigitur, juxta illud Pauli 1. *ad Cor.* 5. *de his, quæ foris ſunt, nihil ad nos,* Soar. *lib.* 9. *de juſtit. q.* 4. *art.* 4. *col.* 4. *in princ.* ac ſubinde cùm ceſſet obligatio legis, ceſſat quoque obligatio perſolvendi decimas, quantumcunque ex parte Eccleſiæ non deficiat voluntas adminiſtrandi illis Eccleſiaſtica Sacramenta.

3 In gloſſ. *Perſolvendas,* ibi, *ad quem ſpectat fructuum perceptio, fructuum onera ſubire compellitur.* Ergo decimarum ſolutio fit uti de onere, non verò de decima vera, & formali, ut per Soar. *de Relig. tom.* 1. *tract.* 2. *lib.* 1. *c.* 16. *à n.* 6. Anton. Ricc. *d. c.* 9. *n.* 7. quicquid teneat Abb. *hîc, n.* 5. & Oldrad. *conſ.* 91. ac Mantic. *conſ.* 188. *col.* 2.

4 In ead. gloſſ. ibi, *Vnde perſonales decimas non perſolvunt.* Notatur ad hoc, quod Iudæi decimas perſonales non ſolvunt, ut per Butr. *hîc, n.* 2. *verſ. vel oppono,* Sot. *de juſtit. lib.* 6. *q.* 3. *art.* 4. Soar. *d. lib.* 1. *c.* 16. *n.* 4. *verſ. in qua diſtinctio,* Azor. *d. c.* 24. *q.* 3. Monet. *d. c.* 5. *n.* 38. Anton. Ricc. *d. c.* 9. *à princ.* Quamvis contrarium velint gloſſ. *in cap. quanto, ſub figuratione caſus, in fine, de uſuris, & in cap. decimæ,* 16. *q.* 1. quam ſequuntur Anch. *hîc, ſub n.* 1. Abb. *ſub n.* 6. & Rebuff. *de decimis, q.* 5. *n.* 11.

SVMMARIVM.

1 *Decimæ, vel oblationes Eccleſiæ laicis concedi non poſſunt, & Prælatus contra faciens eſt puniendus.*

2 *Decimandi jus concedi non poteſt laico, præſertim poſt Concil. Lateran.*

3 *Laicus decimas uſurpans dignus eſt, ut puniatur divino judicio.*

4 *Epiſcopus alicui laico ex juſta cauſa concedere poteſt ad vitam, aliudve tempus ipſarum decimarum fructus; non verò jus percipiendi decimas.*

Cap. Quamvis XVII.

1 LAici non debent ſibi uſurpare ea quæ ſunt Sacerdotum, nec eis eſt aliqua poteſtas tribuenda de rebus Eccleſiaſticis, ideò Prælatus, qui laico in ſæculo remanenti concedit Eccleſiaſticam decimam, vel oblationem, eſt deponendus à ſtatu ſuo, donec ſatiſfaciat. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Butr. Imol. Anan. Hoſt. Anchar. Henric. Panorm. Ripa, Vivian. *in rationali libri tertii juris Pontif. pag.* 265. Alagona *in compend. juris Canonici, pag.* 466. remiſſivè Ximen. *in concord. part.* 1. & 2. refertur ab Ant. Auguſt. *collect.* 2. *Decret. lib.* 3. *tit.* 17. *c.* 2.

2 Collige ex text. laicis decimandi jus concedi non poſſe, ut per Covar. *lib.* 1. *var. c.* 17. *n.* 5. *&* 6. Rebuff. *de decimis, q.* 10. *n.* 17. *& q.* 13. *n.* 38. *&* 39. Triviſ. *Venetiæ deciſ.* 29. *n.* 4. Ant. Gom. *var. tom.* 2. *c.* 14. *n.* 15. *prope finem,* Azor. *inſtit. moral. p.* 1. *lib.* 7. *c.* 25. *q.* 11. Soar. *de Relig. tom.* 1. *tract.* 2. *lib.* 1. *c.* 25. *& c.* 29. *n.* 10. Garc. Gironda *de privil. & exempt. explic. n.* 251. Monet. *de decim. c.* 5. *n.* 57. Rot. *in Patavina decimarum,* 10. *Martii* 1605. coram R. D. Coccino Rotæ Decano, *& in Ferrarienſi decimarum,* 23. *Iunii* 1617. coram D. Pamphilio juniore, & *in Ilerden. decimarum,* 16. *Martii* 1618. coram Card. Sacrato. Præſertim poſt Concil. Lateran. de quo *in cap. prohibemus, infr. hoc tit. & in cap. cùm & plantare, de privil.* Rebuff. *d. q.* 13. *n.* 78. *cum ſeqq.* & dicit Rota *in d. Ferrarien. & in Taurinen. decimarum,* 12. *Ianuar.* 1607. coram R. Marquemontio.

3 *Divini dignum animadverſione judicii.*] Notatur ad hoc, quod laicus decimas uſurpans dignus eſt animadverſione judicii, ideſt, ut puniatur divino judicio, hoc eſt, à Deo, ut per Rebuff. *dict. tract.* 15. *num.* 29.

4 In gloſſ. *Conceſſerit,* ibi, *fructus verò decimarum,* &c. Notatur ad hoc, quod Epiſcopus alicui laico ex juſta cauſa concedere poteſt ad vitam, aliudve tempus non quidem jus percipiendi decimas, ſed ipſarum decimarum fructus, ut per Covar. *d. c.* 17. *n.* 5. Rebuff. *d. tract. q.* 10. *n.* 14. Tiraq. *de retractu lign. §.* 1. *gloſſ.* 7. *n.* 51. Azor. *d. lib.* 7. *c.* 25. *q.* 14. Maſcard. *de probat. concl.* 1322. *n.* 12. *cum ſeqq.* Monet. *d. c.* 5. *n.* 61. Cald. Pereira *de extinct. emphyt. c.* 2. *n.* 27. Soar. *d. lib.* 1. *c.* 25. *n.* 3. *& c.* 26. *num.* 1.

SVMMARIVM.

1 *Conſuetudini ſtatur, an colonus ſolvat decimam Eccleſiæ, in cujus Parochia ſita ſunt prædia, an Eccleſiæ ubi audit Divina, & percipit Eccleſiaſtica Sacramenta.*

2 *Conſuetudine poſſunt decimæ uni Eccleſiæ aliàs debitæ alteri ſolvi.*

3 *Conſuetudo in ſolvendis decimis conſideratur.*

4 *Conſuetudo in ſolutione decimarum, quæ ſit attendenda, locine vicinioris, aut loci ubi prædia exiſtunt, oſtenditur.*

5 *Decima eſt onus reale, & ſequitur poſſeſſionem.*

Cap. Cùm ſint XVIII.

1 Conſuetudini ſtandum eſt cui Parochiæ debeantur decimæ quando aliqui accipiunt Sacramenta, & divina in una Parochia, & habent prædia in alia. Colligunt ex Ordinat. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Butr. Imol. Anan. Hoſt. Anch. Henric. Panorm. Ripa, Vivian. *in rationali libri tertii juris Pontificii, pag.*266. Alagona *in compend. juris Canonici, pag.*467. remiſſivè Ximen. *in concord. part.*1. & 2. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.*1. *Decretal. lib.*3. *tit.*17. *c.*3.

2 *Ad conſuetudinem duximus recurrendum.*] Probat hic text. poſſe ex conſuetudine decimas uni Eccleſiæ aliàs debitas alteri adſcribi, & ſolvi, ut per Covar. *lib.*1. *var. c.*7. *n.*8. Perez *l.*1. *poſt princ. verſ. hujuſmodi autem decimæ, tit.*5. *lib.*1. *Ordin. pag.*119. & *l.*4. *in princ. tit.*6. *eod. lib.*1. *Ordin. pag.*133. Guttier. *pract. lib.*1. *q.*17. *n.*2. & 3. Rebuff. *de decimis, q.*13. *n.*47. ubi *n.*48. limitat id non procedere in decimis, quæ limitibus adhærent, hoc eſt, in prædiis, quæ limitibus

3 proxima ſunt, refert Monet. *eod. tract. c.*5. *à n.*97. Et generaliter quod in ſolvendis decimis conſideranda ſit conſuetudo, docent Viv. *tom.*1. *commun. opin. lib.*1. *tit.*10. *n.*15. *pag.*187. Guttier. *d. lib.*1. *q.*19. *n.*3. Azeved. *l.*1. *n.*12. *tit.*5. *lib.*1. *novæ recop.* & *l.*6. *eod. tit.* & *lib.* Zerol. *in praxi Epiſc. p.*1. *verbo Decima,* §.7. & 8. Soar. *de Relig. tom.*1. *tract.*2. *lib.*1. *c.*12. & 21. *n.*5. & *c.*30. *n.*2. Cabed. *Luſit. deciſ.*205. *n.*2. *p.*1.

4 Si quæratur quæ conſuetudo in ſolutione decimarum ſit attendenda, locine vicinioris, an loci, ubi prædia exiſtunt, vel ubi fit ſolutio decimarum, an diœceſis? reſpondeti poterit diſtinguendo, aut nulla adeſt conſuetudo in loco, ubi ſita ſunt prædia, aut fit ſolutio decimarum, vel ſi adeſt, eſt dubia, & tunc attendenda eſt conſuetudo loci vicinioris, vel loci prædominantis, Achil. *deciſ.*3. *n.*2.6. & 8. *ſub hoc tit.* Item ſi in loco ubi fit ſolutio decimarum, vel ſita ſunt prædia, nulla adeſt conſuetudo, in loco verò viciniori adeſt aliqua conſuetudo, & in loco dominanti adeſt diverſa conſuetudo, tunc attendenda eſt conſuetudo loci vicinioris, non verò loci dominantis, aut jus commune, Put. *deciſ.*176. *lib.*3. *in nov.* Aut in loco, ubi ſita ſunt prædia adeſt particularis conſuetudo, & illa tunc eſt attendenda, item ſi in loco adeſt aliqua conſuetudo, & in diœceſi alia, tunc etiam attendenda eſt conſuetudo loci particularis, & non diœceſis, Rota *in Tudenſi decimarum,* 19. *Novembris* 1591. coram Card. Pamphilio, & *in Civit. decimarum,* 18. *Martii,* & 28. *Iunii* 1596. coram Peña. Et quod conſuetudo ſpecialis præferenda ſit generali, Rota *in Calaguritana decimarum,* 19. *Martii* 1610. coram Card. Cavalerio, inter ejus impreſſas *deciſ.*107. & *in Hiſpalen. decimarum,* 18. *Iunii* 1612. coram bon. mem. Vbaldo. Item & attendenda eſt potiùs ea conſuetudo, quæ favet parochiali, quàm quæ favet prædiali, cùm ſit rationabilior, & conformior juri communi, Curt. jun. *conſ.*2. *in fine.* Afflict. *deciſ.*80. *n.*9. Rot. *in Segovien. decimarum,* 10. *Octobr.* 1583. coram Aldobrandino, & *in Pacenſi decimarum,* 20. *Iunii* 1598. coram Illuſtriſſimo D. meo Card. Millino.

5 *Quia difficile nimis videtur,* &c.] Decima enim eſt onus reale, & ſequitur poſſeſſionem, ut per Franc. Marc. *Delphin. deciſ.*345. *n.*5. & 6. *p.*1. Baptiſt. Coſta *de portione rata, q.*149. *n.*11. Cott. *in memorab. verbo decima,* Soar. *d. lib.*1. *c.*36. *n.*9. Camil. Borrel. *in ſum. omnium deciſ. tit.*19. *num.*63. Quid autem dicendum ubi ageretur de ſolutione decimarum prædialium facienda ab eo, qui in una Parochia degit, ibi percipiens Sacramenta, & in alia prædia colit, eſt multùm dubitabile, ex quo caſu iſte non reperitur in jure deciſus, ut videre eſt per Achil. *deciſ.*6. *n.*2. *de decim.* & Put. *deciſ.*176. *n.*4. *lib.*3. videtur recurrendum eſſe ad conſuetudinem, quæ propter difficultatem, & concurrentiam opinionum debet maximè attendi, ut per Abb. *conſ.*58. *n.*2. *verſ. his argumentis,* Achil. *deciſ.*3. *n.*1. Put. *deciſ.*150. *n.*4. *verſ. tamen iſtis non obſtantibus, lib.*1. Rot. *deciſ.*163. *n.*3. *part.*2. *diverſ.* & *deciſ.*274. *n.*1. & *deciſ.*289. *p.*2. *recent.* Gom. *Canon. lib.*2. *c.*21. *n.*58. Attamen ultra quod videtur eſſe communior opinio, decimarum ſolutionem ab eo, qui in una Parochia degit, & in alia prædia colit, fieri debere in loco, in quo ſita ſunt prædia, juxta terminos *cap. quoniam, cap. cùm contingat, cap. Apoſtolicæ, hoc tit.* & *cap. ad decimas, de reſtit. ſpol. lib.*6. Achil. *deciſ.*3. *n.*1. *hoc tit.* Put. *deciſ.*176. *n.*3. *lib.*3. Rot. *in Placentina decimarum,* 10. *Maii* 1628. coram R. D. Coccino. Illud in præſentiarum advertendum duxi, non poſſe laicos decimas ſolventes remota quacunque conſuetudine, fruges aſportare, donec Clerici, quibus ſolvendæ ſunt decimæ, certiores fiant de collectione, Covar. *d. n.*8. *verſ. octavò,* Monet. *d. tract. c.*6. *n.*2. imò poterit Curatus, & alius exactor decimarum obtinere inhibitionem domino fundi, ne fructus exportet ante decimæ ſolutionem, vel quod ipſe, vel ejus nuntius ſit præſens, Rebuff. *d. tract. quæſt.*5. *n.*3. Vincent. de Franchis *deciſ.*117. *num.*7. Hieron. de Laurent. *Avenionenſi deciſ.*54. *in fine,* Franc. Vivian. *deciſ.*4. *n.*37. *cum ſeqq.* Monet. *d. c.*6. *n.*4. Cened. *ad Decretum, collect.*66. *n.*3. Camil. Borrel. *d. tit.*10. *n.*88. Marc. Anton. Genuenſ. *in praxi Curiæ Archiep. Neap. cap.*79.

In gloſſ. *Difficile,* ult. ibi, *quia ſi decimæ illæ ſint infra limites alterius Epiſcopatus, non adhærentes limiti, benè poſſunt tunc præſcribi.* Vide Rebuff. *d. tract. q.*13. *n.*48. Put. *deciſ.*176. *p.*3. *in utraque edit.*

SVMMARIVM.

1 *Laicus non poteſt transferre decimam in alium laicum, etiamſi cum titulo illam poſſideat.*

3 *Declaratur text. in præſenti.*

4 *Decimæ non poſſunt per laicum in alium laicum aliquo titulo transferri.*

5 *Decimæ conceſſæ in feudum ante Concil. Lateran. reverſæ ad Eccleſiam, ſeu Prælatum, non poſſunt iterum infeudari laicis.*

6 *Sepultura Eccleſiaſtica privari debet, qui decimas non ſolvit, aut reſtituit Eccleſiæ.*

7 *Decimas quas laici juſto titulo feudi perpetui habent à legitimo ſuperiore, an poſſint licitè ipſi laici in alios laicos transferre, oſtenditur,* & n.8.

Cap. Prohibemus XIX.

Ex Concil. Later.

Laici ſine periculo animæ non poſſunt decimas retinere, neque in alios laicos transferre aliquo modo, & qui eas recipiunt, ſi non reddantur Eccleſiæ, priventur Eccleſiaſtica ſepultura. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Butr. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſt. Anchar. Henric. Panormit. 1

notmit. Vivian. *in rationali libri tertii juris Pontificii. pag.266.* Alagona *in compendio juris Canon. pag.467.* remiſſivè Ximen. *in concord. p.1. & 2.* deſumitur ex Concil. Lateran. ſub Alex. III. *c.145. incip. prohibemus*, refertur ab Anton. Aug. *collect.1. Decret. lib.3. tit.26. cap.23.*

2 De tempore, quo Concil. Lateran. ex quo deſumptus eſt text. *in præſenti*, celebratum fuit, dixi *ad cap. cùm Apoſtolica 7. n.2. ſupr. de his, quæ fiunt à Prælatis.*

3 *Ne laici decimas cum animarum periculo, &c.*] Ergo inſinuare videtur laicos cum animarum periculo decimas poſſidere, quas etiam ante Concil. Lateran. de quo *in hoc text.* obtinuerunt; ſed illud verius quod dixi *ad d. c. cùm Apoſtolica, n.6.* Ad hunc verò text. reſponderi poteſt, vel loqui de obtentis ſine legitimo infeudationis jure, vel de laicis non exhibentibus Eccleſiæ debita obſequia, & ſervitia, quæ ratione feudi exhibere tenentur, prout optimè exponunt Covarruv. *lib.1. var. c.17. n.5. verſ. & dubio procul, in fine*, Monet. *de decimis, c.3. n.66. in fine.*

4 *Alios laicos poſſint aliquo modo transferre.*] Notatur ad hoc, quod decimæ non poſſunt per laicum in alium laicum aliquo titulo transferri, ut per Kirchou. *tom.1. commun. opin. lib.1. tit.10. n.8. verſ. decimæ.* Rebuff. *de decimis, q.10. n.12. cum ſeqq.* Soar. *de Relig. tom.1. tract.2. lib.1. c.25. n.3.*

5 Notatur etiam ad hoc; quod decimæ conceſſæ in feudum ante Concil. Lateran. reverſæ ad Eccleſiam, ſeu Prælatum, non poſſunt iterum infeudari laicis, ut per Mozz. *de contract. tit. de rebus, quæ in feudum dari poſſunt, n.19.* Fachin. *controv. lib.7. c.82.* Menoch. *de præſumpt. lib.6. præſ.86. n.3.* Camil. Borrel. *in ſum. omnium deciſ. tit.19. de decimis, n.88.* Nicol. Intrigl. *de feudis, q.44. n.20.* Monet. *c.5. n.73.*

6 *Chriſtiana ſepultura priventur.*] Notatur ad hoc, quod is, qui ſolvere tenetur decimas, neque eas ſolvit, aut reſtituit Eccleſiæ, debet Eccleſiaſtica ſepultura privari, ut per Andr. Hiſpan. *in reg. decimarum, q.2. n.8.* Spin. *in ſpeculo teſtam. gloſſ.2. princip. n.20.* Rebuff. *de decimis, quæſt. ult. num.16.* Monet. *eod. tract. c.8. n.74.* Lavor. *var. lucubr. tom.1. tit.2. cap.12. n.48.*

7 In gloſſ. *Laicos*, ibi, *ſatis videtur quod illas poſſunt dare in alios laicos de conſenſu Epiſcopi, &c.* Probat hæc gloſſa decimas, quas laici juſto titulo feudi perpetui habent à Summo Pontifice, vel aliàs à legitimo ſuperiore, ſcilicet juxta communem ſententiam à Prælatis inferioribus ante Concil. Lateran. ab illis poſſe licitè in alios laicos transferri, ſequuntur Mench. *illuſtrium c.89. n.2.* Guttier. *pract. lib.1. c.15. n.1.* Gilchen. *de præſcript. p.3. c.8. à n.6.* Ioan. Garc. *de expenſ. c.6. à n.97.* Ceval. *commun. contra commun. q.367.* Cabed. *Luſit. deciſ.63. n.8. p.2.* Soar. *de Relig. tom.1. tract.2. lib.1. c.26. n.7.* pariter reſolventes hujuſmodi laicos poſſe de illis diſponere, ſicut de quibuſcunque aliis bonis ſuis profanis per donationes, venditiones, emphyteuſim, & ſimiles contractus, quia poſtquam in laicos licitè fuerunt alienatæ, efficiuntur de ipſorum patrimonio, & ut profana bona cenſeri debent, juxta reg. text. *in l. pater filium 36. §. quindecim, ff. de legatis 3.* & magis ad noſtrum propoſitum text. *in c. de feudis*, cum *ibi* notatis. Pro hac opinione expenditur text. *in præſenti*, ibi, *cum animarum ſuarum periculo detinentes*, quibus verbis ſatis oſtenditur non agere Concilium de his laicis, qui juſto titulo & licitè decimas obtinent, ut etiam evincit verbum illud, *detinenentes*, quod propriè refertur ad injuſtos detentores, non verò ad juſtos poſſeſſores: neque iſtos impedire videtur ex tali prohibitione quominus decimas, quas juſtè detinent, in alios transferant; confirmantque hanc partem Mench. Guttier. Garc. & Cabed. qui atteſtantur eam eſſe generali Hiſpaniarum praxi receptam, quæ eſt optima legum interpres, ex reg. *l. ſi de interpretatione, ff. de legibus, & cap. cùm dilectus, de de conſuet.* cum ſimilibus, neque ab hac parte recedi poſſe abſque maximo animarum periculo, & pluriinorum contractuum everſione, benè advertit Mench. *dict. num.2. in fine.* Paul. Chriſtinæ. *deciſ.235. n.7. & 8.* Gilchen. *de præſcript. part.3. §.8. à n.6.* Seſſe *deciſ.162. n.21. & 22.* latiſſimè me citato *in hoc loco*, Caſtil. *tom.7. de tertiis, c.11. num.3.* ubi plures refert Doctores.

Qua quidem opinione retenta audiendi non ſunt 8
Card. & Abb. *hìc, n.4.* Bero. *conſ.21. à num.9. vol.1.*
Cov. *d.c.17. verſ. hac præter hæc*, D. Barb. *in l. Titia, n.45.*
verſ. non obſtat ſecundo, ff. ſoluto matrim. Rebuff. *q.10.*
à n.11. Matt. Carat. *in tract. de feudis, lib.1. tit.11. &*
fin. Nicol. Intrigl. *eod. tract. q.44. à n.15.* Monet. *de*
decimis, c.5. n.72. Azor. *inſtit. moral. p.1. lib.7. c.25.*
q.13. qui contrarium tenentes reſolvunt hujuſmodi decimas non poſſe in alios laicos feudi titulo etiam de conſenſu Epiſcopi tranſmitti, afferentes, & multipliciter pro ſua parte expendentes text. *in præſenti*, cujus litera non patitur intellectum, quem aliqui afferunt, referentes clauſulam illam, *cum animarum ſuarum periculo*, ad verbum *transferre*; hujuſmodi enim tranſpoſitio offendit, & impropriat literam, ex qua apertiſſimè conſtat clauſulam illam jungi verbo, *detinentes*, ut benè advertit Card. *hìc.*

SVMMARIVM.

1 *Decima perſonalis debetur Eccleſiæ, ubi quis percipit Sacramenta, licèt alibi lucrum contigerit. In prædiali verò ſtatur conſuetudini, ſi in aliena parochia colonus prædium coluit.*

2 *Decimæ perſonales debentur, ubi quis recipit Eccleſiaſtica Sacramenta, & audit Divina.*

4 *Decimæ perſonales ſunt, quæ ex acquiſitis ex induſtria, artificio, vel contemplatione perſonæ ſolvi debent.*

5 *Animalium decimæ inter prædiales computantur, & ideo debentur illi Eccleſiæ, in cujus parochia animalia morantur, & paſcunt.*

Cap. Ad Apoſtolicæ XX.

Luc. III.

QVando aliqui recipiunt Sacramenta in una pa- 1
rochia, & habent, ſeu colunt prædia in alia, ſolvere debent decimas perſonales ubi ſumunt Sacramenta, & prædiales ubi ex conſuetudine diu obtenta ſolvuntur. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſt. Anch. Butr. Henric. Panorm. Ripa, Vivian. *in rationali libri tertii juris Pontificii, pag.266.* Alagona *in compendio juris Canonici, pag.467.* remiſſivè Ximen. *in concord. part.1. & 2.* refertur ab Anton. Auguſt. *collect.1. Decretal. lib.3. tit.26. cap.29.* & eſt poſt Concil. Lateran. ſub Alex. III. *c.39.*

Collige ex text. decimam perſonalem deberi, ubi 2
quis recipit Eccleſiaſtica Sacramenta, & audit Divina, ut per Rebuff. *in tractatu de decimis, quæſt.5. num.3. & quæſt.6. à num.2. & à num.24. & q.13. num.63.* Guttier. *practic. lib.1. quæſt.17. num.8.* Monet. *de decim. cap.7. ex num.21.* Soar. *de Relig. tom.1. tract.1. lib.1. cap.21. & 22. num.8.* optimè Baſil. Pont. *in ſuo noviſſimo tract. de Sacramento ma-*

trimonii

trimonii, lib.5.c.13. §.3. n.19. ubi reſolvit hujuſmodi decimas perſonales, ſi alicubi ſint in uſu, prout ſunt in multis Hiſpaniarum Regionibus, ut atteſtantur Navar. *in man. c.21. n.31.* Guttier. *canon. lib.2. c.21. n.34.* Rot. *in Placentina decimarum de Truxillo, 15. Novembr.* 1621. coram bonæ mem. Buratto (nam utplurimùm non eſſe in uſu docent Sà *verbo decima, n.1.* Soar. *tom.2. de relig. tract.2. lib.2. c.21.*) non ſpectare ad Eccleſiam habitationi connexam, ſed domicilio, quia decimæ iſtæ perſolvuntur ad ſuſtentationem eorum, qui ſpiritualia miniſtrant: tum quia tranſeunt hæc onera cum perſona, non enim inhærent rei, quare æquum videtur ut illa Eccleſiæ ſolvantur, quæ ſpiritualiter fidelem alit Sacramentis, atque doctrina. Vnde ſi quis mutet domicilium, licèt habeat in alia Parochia poſſeſſiones, illi debentur ubi domicilium habet, licèt non mutet domicilium; ſi tamen extra ſuam Parochiam laboret, etiam per magnam anni partem, ſemper decimas perſonales ſolvet illi Eccleſiæ ubi habet domicilium, quia ibi per ſe recipit divina, licèt ex accidenti ratione abſentiæ contingat quandoque alibi recipi ſacra. Quod ſi contingat habere duo domicilia, ſi unum acceſſorium eſt, principali ſolvet; ſi verò in utroque æqualiter ſe collocat, inter utrumque dividentur.

2 *Quod per conſuetudinem, &c*] Notatur ad hoc, quod ſi ageretur inter Eccleſiam prædialem, & ſacramentalem, ut videretur cui decimæ deberentur, tunc ſtandum eſt conſuetudini, ut per Achil. *deciſ.3. n.7. & 8. de decim.* Put. *deciſ.176. n.66. lib.3.* Rot. *in Abulenſi decimarum, 17. Decembr.* 1627. coram R. D. meo Coccino Decano, *verſ. tertiò tollitur.*

3 *Diu obtentam.*] Per tempus ſcilicet decem annorum, ut per Rebuff. *de decimis, q.13. n.53.* Cavaler. *deciſ.107. n.2.* Et quando dicatur quis diu perſiſtere in fidejuſſione ad hoc, ut poſſit experiri adversùs debitorem principalem, ut cum à fidejuſſione liberet, dixi *ad c. ult. de fidejuſſ.*

4 In gloſſ. *Perſonales*, ibi, *& dicuntur perſonales decimæ*, &c.] Notatur ad hoc, quod perſonales decimæ ſunt, quæ de acquiſitis ex induſtria, artificio, vel contemplatione perſonæ ſolvi debent, ut per Monet. *de decimis, c.1. n.6.*

5 In ead. gloſſ. ibi, *Sed decimæ animalium an inter perſonales*, &c.] Notatur ad hoc, quod animalium decimæ inter prædiales computantur, & ideo debentur illi Eccleſiæ, in cujus Parochia animalia morantur, & paſcunt, ſi verò in una Parochia paſcant in hyeme, & in æſtate in alia, vel in una paſcant continuò, & in alia jaceant, & dormiant, tunc dividentur decimæ inter has duas Parochias, ut per Gregor. *l.9. tit.20. p.1.* Rebuff. *d. tract. q.6. n.15. cum ſeqq.* Perez *ad tit.5. lib.1. Ordin. p.116.* Menoch. *conſ.398. n.36. & n.40.* Soar. de Pace *in pract. tom.2. lib.1. cap.5. n.13.* Soar. *de Relig. tom.1. tract.2. lib.1. c.5. n.8. cum ſeq.* Monet. *de decimis, c.4. n.16.* ubi *n.17.* reſolvit decimam lactis deberi illi Eccleſiæ, ubi extrahitur, & caſeorum illi, in qua fiunt. Et horum animalium æſtimatio facienda eſt cùm lacte non indigent, ut per Doctores citatos *ad c. cùm homines 7. n.4. ſup. hoc tit.* quæ omnia in hoc numero contenta approbat Baſil. Pontius *d. §.3. n.23. & 24.* ubi *n.15.* reſolvit quando hujuſmodi oves nec paſcuntur, nec aluntur per ullam anni partem in Eccleſia domini ſui, ſed in aliis, nullam partem decimarum deberi Eccleſiæ Parochiali domini, ſed illis ubi paſcuntur, & morantur, contra Navar. *conſ.1. n.10. hoc tit.* vide noviſſimè Steph. Fagund. *de ſeptem Eccleſiæ præceptis, prac.5. lib.1. c.5.*

SVMMARIVM.

1 *Decimæ de omnibus fructibus prædiorum etiam in anno ſæpiùs productis ſolvendæ ſunt.*

2 *Decimæ toties ſolvendæ ſunt, quoties ager in anno fructus protulerit.*

3 *Iudex procedere poteſt in exactione decimarum per monitionem, & præceptum, & compellere recuſantē.*

4 *Decimarum debitor ſi in foro exteriori monitus non curat ſolvere, Eccleſiaſtica diſtrictione cogendus eſt, à qua non abſolvitur, niſi plena reſtitutione ſequuta.*

CAP. Ex parte ij. XXI.

Clem. III.

AGricultores ſolvere debent omnes decimas integras de omnibus fructibus prædiorum, etiam in 1
diverſis temporibus anni ſeminatis ſub cenſura Eccleſiaſtica. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſt. Butr. Anch. Henric. Panorm. Ripa, Vivian. *in ration. libri tertii jur. Pontificii, pag.267.* Alagona *in compendio juris Canon. pag.468.* remiſſivè Ximen. *in concordant. part.1. & 2.* refertur ab Anton. Auguſt. *collect.3. Decret. lib.3. tit.17. cap.5.*

Probat hic text. quod ſi ſæpè idem ager in anno 2
fructus proferat, toties decimæ ſolvendæ ſunt, ut per Rebuff. *de decimis, q.8. n.7.* Monet. *eod. tract. cap.4. q.12.* Azor. *inſtit. moral. p.1. lib.7. c.24. q.12.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.19. n.98.*

Eccleſiaſtica cenſura compellas.] Ergo in exactione 3
decimarum judex procedere poteſt per monitionem,
& præceptum, & compellere recuſantem, de quo Re-
buff. *d. tract.15. n.13.* quia in foro exteriori ſi moni- 4
tus non curat ſolvere, Eccleſiaſtica diſtrictione cogendus eſt, à qua non abſolvitur, niſi plena reſtitutione ſequuta. Concil. Trid. *ſeſſ.25. de reform. c.12.* Campan. *in diverſorio juris Canon. rubr.12. c.13. n.157.* ad quam quidem excommunicationem ferendam ſervandus eſt text. *in cap. ſacro, de ſent. excom.* ut per Maſcard. *de commiſſ. part.1. c.15. ſub n.12.* Campan. *loco proximè citato.* Et quibus pœnis afficiantur non ſolventes decimas, vide Monet. *d. tract. c... à n.63.*

SVMMARIVM.

1 *Decimæ prædiales ſolvendæ ſunt expenſis non deductis.*

2 *Decima ex omni frumento, & grano ſolvi debet.*

3 *Decima ex omni fructu ſolvenda eſt.*

4 *Decima ex pecoribus ſolvi debet, cùm illa nutrita fuerint.*

5 *Hortorum ex fructibus, & olitoriis ſolvitur decima.*

6 *Decima ſolvitur de negotiatione.*

7 *Decima ſolvitur de militia, ſeu de captis juſto bello, & de venatione, n.8. & ex omnibus bonis, quæ nobis proveniunt, & quodammodo frugifera ſunt, ut n.9.*

10 *Decimæ prædiales ſine diminutione ſeminis, & expenſarum ſolvi debent.*

CAP. Non eſt XXII.

Cæleſt. III.

DEcimæ ſunt ſolvendæ ſine diminutione, & an- 1
tequam deducantur expenſæ. Colligunt ex Ordinar.

dinar. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarel. Butr. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſt. Anch. Henric. Panorm. Ripa, Vivian. *in rationali libri tertii juris Pontificii, pag.* 268. Alagona *in compend. juris Canonici, pag.* 468. remiſſivè Ximen. *in concordant. p.* 1. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 2. *Decret. lib.* 3. *tit.* 17. *cap.* 6.

2 *De grano.*] Notatur ad hoc, quod ex omni frumento, & grano ſolvi debet decima, ut per Rebuff. *de decimis, q.* 7. *n.* 3. Monet. *eod. tract. c.* 4. *à n.* 2.

3 *Fructibus arborum.* Notatur ad hoc, quod de omni fructu ſolvenda eſt decima, ut per Doctores citatos *ad cap. nuntios* 6. *n.* 4. *ſup. hoc tit.* ubi *num. ſeqq.* de foliis motorum, & de ſaccharo, & de nucibus, amygdalis, caſtaneis, & aliis arborum fructibus ſolvendam eſſe decimam, tenent Rebuff. *d. tract. q.* 5. *n.* 5. Monet. *eod. tract. c.* 4. *n.* 5.

4 *Pecoribus.*] Nota, quod de pecoribus debentur decimæ, Rebuff. *de decimis, q.* 8. *n.* 11. intellige cùm illa nutrita fuerint, nec indigent lacte materno, ut per Doctores citatos *ad cap. Apoſtolica* 26. *num. ult. ſuprà hoc tit.*

5 *Hortis.*] Notatur ad hoc, quod ex hortis ſolvitur decima, ut per Andr. Hiſpan. *in regulis decimarum, verſ. decimò fui interrogatus, n.* 1. Rebuff. *d. q.* 8. *n.* 7. *&* 8. Monet. *d. c.* 4. *n.* 11. ubi dicit, quod ſi horti ſint olitorii, in quibus tantùm herbæ, ut caules, & alia olera creſcunt veſcendi gratiâ, tunc ex illis ad uſum Rectoris, computatis diebus decima dari poteſt; ſi verò ſint in magna quantitate, itaut aliis vendantur: tunc de iis pecuniis integra decima ſolvi debet, quod quidem intellige niſi conſuetudo adſit, quod decimæ olerum, etiam in parva quantitate veſcendi gratia creſcentium, in pecunia, & non in ſpecie ſolvantur, ut cenſuit Rota *in Pampilonenſi Vicariæ,* 5. *Iulii* 1593. *coram Giptio,* ubi etiam quod decimæ ſolvi debent, prout magis expedit Eccleſiæ.

6 *Negotiatione.*] Notatur ad hoc, quod de negotiatione ſolvitur decima, Andr. Hiſpan. *d. n.* 1. Rebuff. *d. q.* 8. *n.* 18. Menoch. *conſ.* 9. *num.* 10. Monet. *d. c.* 4. *num.* 25.

7 *De ipſa etiam militia.*] Notatur ad hoc, quod de militia, ſeu captis in juſto bello ſolvitur decima, Monet. *d. c.* 4. *n.* 26. quin & de ſtipendiis, quæ milites habent, Rebuff. *d. q.* 8. *n.* 20. Imò cùm Doctores & Advocati militare dicantur, tenentur & ipſi de collecta ſcholarum, & advocatione ſolvere decimas, & procurator de procuratione, ac notarius de ſcriptura, Monet. *d. c.* 4. *n.* 28.

8 *De venatione.*] Notatur ad hoc, quod de venatione ſolvenda eſt decima, ut per Rebuff. *d. q.* 8. *n.* 15. Monet. *d. c.* 4. *n.* 19. ubi *n.* 21. idem dicit de aucupio, quia venatio quædam eſt.

9 *Et de omnibus bonis*] Notatur ad hoc, quod decima ſolvenda eſt ex omnibus bonis, quæ nobis proveniunt, & quodammodò frugifera ſunt, de quibus latè Rebuff. *d. q.* 8. *in princ.* Leſſ. *de juſtit. lib.* 3. *c.* 39. *dub.* 3. *n.* 12. Soar. *de relig. tom.* 1. *tract.* 2. *cap.* 32. *n.* 2. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 19. *cap.* 83. Monet. *d. c.* 4. *a princip.*

10 *Antequam ullas deducatis*, &c.] Notatur ad hoc, quod prædiales decimæ ſine diminutione ſeminis, & expenſarum detractione, ſtatim fructibus collectis, non deductis aliquibus expenſis, ſolvi debent, ut per Rebuff. *d. tract. q.* 11. *n.* 3. Soar. *d. lib.* 1. *cap.* 35. Perez *l.* 1. *verſ. ex qua theorica, tit.* 5. *lib.* 1. *Ordin. pag.* 125. *colum...*

SUMMARIUM.

1 *Decimæ de redditibus molendinorum ad ventum ſolvendæ ſunt.*
2 *Fideles omnes ad decimæ ſolutionem tenentur.*
3 *Decima non ſolvitur de malè acquiſitis.*
4 *Decima ſolvitur de molendino ad ventum.*
5 *Decimæ de jure debentur ex his rebus, quæ non ſunt reſtitutioni obnoxiæ, quamvis cum peccato publico lucrentur.*
6 *Dominium rei quæſitæ per uſuram non tranſit in uſurarium.*
7 *Decima de illicitè acquiſitis ratione prædiorum ſolvenda eſt.*

Cap. Ex tranſmiſſa XXIII.

Decimæ ſine diminutione de molendinis ad ventum ſolvendæ ſunt. Colligunt ex Ordin. Abb. 1
antiq. Innoc. Collect. Zabar. Butr. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſtienſ. Anchar. Henric. Panormitan. Ripa, Vivian. *in rationali libri tertii juris Pontificii, pag.* 230. Alagona *in compendio juris Canonici, pag.* 468. remiſſivè Ximen. *in concordant. part.* 1. *&* 2. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 2. *Decretal. lib.* 3. *tit.* 17. *cap.* 7.

Hanc eandem concl. ex hoc text. deſumunt Monet. *de decimis, c.* 4. *n.* 35.

Quia fidelis homo, &c.] Notatur ad hoc, quod 2
omnes fideles ad decimæ ſolutionem tenentur, ut per Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 19. *num.* 87. Monet. *de decimis, c.* 5. *à princ.*

Quæ licitè poteſt acquirere.] Ergo de malè acquiſitis 3
non ſolvitur decima, de quo vide Rebuff. *de decimis, q.* 5. *n.* 18. Perez *l.* 1. *verſ. ſed infertur,* ibi, *quæro etiam, tit.* 5. *lib.* 1. *Ordin. pag.* 125. Leſſ. *de juſtitia, lib.* 2. *c.* 39. *dub.* 3. *n.* 13. *cum ſeq.* latè Monet. *d. tract. c.* 4. *à n.* 39. Hieron. Carar. *in opuſculo de juribus parochialib. tit.* 3. *cap.* 6.

De molendino ad ventum.] Notatur ad hoc, quod 4
de molendino ad ventum ſolvitur decima, Monet. *d. c.* 4. *n.* 36. & ex quibuſcunque molendinis ſolvendam eſſe decimam reſolvunt citati *ad cap. pervenit, num.* 3. *ſup. hoc tit.*

In gloſſ. *Licitè,* ibi, *alii dicunt, quod verius eſt,* &c. 5
Notatur ad hoc, quod ex his rebus, quæ non ſunt reſtitutioni obnoxiæ, ſed tamen cum peccato publico lucrantur, ut ex meretricatu, & hiſtrionatu, debentur etiam de jure decimæ in locis ubi perſonales ſolvuntur, de quo vide Tyndar. *de decimis, n.* 5. Rebuff. *eod. tract. q.* 5. *n.* 18. Monet. *d. c.* 4. *à n.* 42. Petr. Ruyz. *Lituan. deciſ.* 5. *n.* 270. Rendin. *in prompt. recept. ſentent. tom.* 1. *tit.* 26. *n.* 3. Perez *d. l.* 1. *verſ. ſed infertur, pag.* 126. Azev. *l.* 2. *n.* 106. *tit.* 1. *lib.* 2. *novæ recop.* Spin. *in ſpeculo teſtam. gloſſ.* 6. *princ. n.* 18. Soar. *de relig. tom.* 1. *tr.* 2. *lib.* 1. *c.* 32. *n.* 7. *cum ſeqq.* Vnde infertur de captis in bello injuſto ſolvi non poſſe decimam. Andr. Hiſpan. *in regul. decimarum, q.* 3. *n.* 3. Rebuff. *d. q.* 8. *n.* 2. Monet. *d. c.* 4. *n.* 46. ubi *n.* 49. pariter infert, ex rebus acquiſitis à meretrice ſolvendam eſſe decimam ubi pœnitentiam egerit.

In ead. gloſſ. ibi, *Vt in uſuris.* Ergo dominium rei 6
quæſitæ per uſuram non tranſit in uſurarium, de quo vide Perez, & Azor. quos citavi *ad cap. cùm tu, n.* 5. *de uſuris,* Covar. *var. lib.* 4. *c.* 3. *n.* 6. Molin *de juſtit. tract.* 2. *diſp.* 326. *n.* 4. Rebel. *de obligat. juſtitiæ, p.* 2. *lib.* 8. *q.* 14 Cald. Pereira *in comment. ad l. unic. C. ex delictis defunct. p.* 4. *n.* 6.

In ead. gloſſ. ibi, *Decimæ autem quæ dantur,* &c. Notatur 7

tatur

tatur ad hoc, quod de illicitè acquiſitis ratione prædiorum ſolvenda eſt decima, S. Thom. 2. 2. *quæſt.* 87. *art.* 2. Tyndar. *d. tract. num.* 49. Andr. Hiſpan. *in reg. decim. quæſt.* 3. *num.* 2. *&* *q.* 10. *n.* 4. *&* *q.* 11. *num.* 4. *&* 5. Monet. *d. cap.* 4. *num.* 39. ubi *num.* 40. citat Turrecrem. dicentem decimam deberi, licèt terra ſeminata ſit furtivo ſemine.

SVMMARIVM.

1 *Locator, vel conductor poſſeſſionum tenentur ad decimas, niſi ſe immunes oſtendant.*

2 *Decimam Deo de propriis offerre tenetur omnis in quantum Deo ſubditus eſt.*

3 *Papa eximere poteſt à præſtatione decimarum.*

4 *Papa quomodo contra jus divinum diſponere poſſit, remiſſivè.*

5 *Privilegium conceſſum laïcis decimas percipiendi, non comprehendit novalia, etiamſi in feudum ſint datæ decimæ.*

Cap. A nobis XXIV.

Innoc. III.

1 DAntes, vel accipientes poſſeſſionem ad firmam, id eſt, locantes, vel conducentes, tenentur de fructibus ſolvere decimas, niſi oſtendant quare ſint immunes. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Imol. Anan. Butr. Hoſt. Anchar. Henric. Panorm. Ripa, Vivian. *in ration. libri tertii juris Pontif. pag.* 268. Alagona *in compendio juris Canon. pag.* 468. remiſſivè Ximen. *in concordant. p.* 1. *&* 2. refertur ab Anton. Aug. *collect.* 3. *Decret. lib.* 3. *tit.* 23. *c.* 1.

2 *Cum igitur quilibet.*] Ergo omnis homo in quantum Deo ſubditus, ſive ſit Papa, ſive Imperator, ſive Epiſcopus, nobilis, vel ruſticus, dives, ſeu pauper, Eccleſiaſticus, aut ſæcularis, tenetur Deo de propriis decimam efferre, ut per Rebuff. *de decimis, q.* 5. *num.* 26. Monet. *eod. tract. c.* 4. *à princ.* Azor. *inſtit. moral. p.* 1. *lib.* 7. *c.* 24. *q.* 1.

3 *Niſi à præſtatione ipſarum ſpecialiter ſit exemptus.*] Ergo Pontifex eximere poteſt à præſtatione decimarum, de quo vide Covar. *lib.* 1. *var. c.* 17. *n.* 9. Rebuff. *d. q.* 5. *num.* 28. *&* *q.* 13. *n.* 103. *& ſeq.* Henriq. *in ſum. lib.* 7. *c.* 27. *§.* 3. Fr. Emman. *qq. regular. tom.* 2. *q.* 44. *art.* 4. Soar. *de relig. tom.* 1. *tract.* 2. *lib.* 1. *c.* 18. *n.* 1. *&* *c.* 19. *n.* 3.

4 In gloſſ. *Exemptus* 2. Hæc gloſſ. & Canoniſtæ tenentes decimas eſſe de jure Divino, & naturali, maximè laborant in aſſignanda ratione, ob quam contra illud diſponere videatur Summus Pontifex, cùm tamen alioquin non poſſit, cùm ſit immutabile: pro cujus difficultatis ſolutione vide quæ Gom. *l.* 3. *Tauri, n.* 24. *in fine*, Tiraq. *de pœnis temper. in præfat. n.* 45. Mench. *illuſtr. c.* 25. *n.* 18. Guttier. *conſ.* 5. *n.* 8. latè Monet. *de decimis, cap.* 5. *num.* 47. *cum ſeqq.* Menoch. *conſ.* 276. *n.* 1. Tamburin. *de jure Abbatum, tom.* 1. *diſp.* 15. *q.* 18. *num.* 30.

SVMMARIVM.

1 *Imperialis conceſſio ſub quacunque forma à ſolutione decimarum eximere non poteſt.*

2 *Iudex Eccleſiaſticus, an & quando competens ſit in cauſa decimarum, oſtenditur.*

3 *Iudex Eccleſiaſticus, an de poſſeſſorio decimandi cognoſcat, remiſſivè.*

4 *Laicus nullus etiam Imperator poteſt concedere immunitatem à ſolvendis decimis.*

Cap. Tua j. XXV.

IMperialis quæcunque conceſſio non poteſt aliquem 1
eximere à ſolutione decimarum, quia debentur divina conſtitutione, & in laicis nulla eſt poteſtas concedendi, vel diſpenſandi in ſpiritualibus. Item in decimis licentia non eſt extendenda, ſed reſtringenda, & ſic qui ab antiquo habet in feudum decimas, non poteſt accipere decimas novalium. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Butr. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſt. Anchar. Henric. Panormit. Ripa, Viv. *in rationali libri tertii juris Pontif. pag.* 269. Alagona *in compend. juris Canonici, pag.* 468. remiſſivè Ximen. *in concord. par.* 1. *&* 2. refertur ab Ant. Auguſt. *collect.* 4. *Decret. lib.* 3. *tit.* 9. *c.* 4.

Cùm laicis nulla ſit de ſpiritualibus, &c.] Facit hic 2
text. ad quæſtionem illam, an & quando Eccleſiaſticus, vel ſæcularis judex competens ſit in cauſa decimarum? in qua receptior ſententia eſt, decimarum controverſiam in petitorio, ubi quæſtio juris eſt etiam incidens, ſpectare ad judicem Eccleſiaſticum, ad ſæcularem verò quando quæſtio ſit meri facti: ita Covar. *practic. cap.* 35. *num.* 2. Rebuff. *de decimis, quæſt.* 10. *num.* 35. *& de except. n.* 213. *cum ſeqq. & num.* 219. Perez *tit.* 4. *lib.* 1. *Ordin. pag.* 130. *& ſeq.* Zerol. *in praxi Epiſcop. p.* 2. *verbo Decimæ, §.* 6. Navar. *conſ.* 1. *ſub tit. de conſtit. n.* 80. *in antiq.* Marcheſ. *de commiſſionibus, p.* 2. *c.* 4. *num.* 30. Reuſner. *deciſ.* 41. *lib.* 4. Guttier. *pract. lib.* 3. *q.* 26. Henric. *in ſum. lib.* 7. *c.* 27. *num.* 2. *l.t. L*, D. Barboſ. *in l. Titia, n.* 20. *&* 48. *ff. ſoluto matrim.* Seraph. *deciſ.* 1047. *num.* 3. Cabed. *Luſit. deciſ.* 43. *num.* 4. *p.* 2. Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. c.* 238. *n.* 16. Bernard. Græväe. *ad pract. Cameræ Imper. lib.* 2. *concl.* 38. latè Monet. *de decimis, cap.* 8. *à princ.* noviſſimè Sigiſm. Scacc. *de ſentent. & re judic. gloſſ.* 7. *q.* 3. *limit.* 5. *à num.* 4. *cum ſeqq.* Ceval. *in tract. de cognit. per viam violentiæ, part.* 2. *quæſt.* 25. Fagundez *in quinque præcepta Eccleſiæ, præc.* 5. *lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 1. *&* 2. Diana *reſol. moral. p.* 1. *tract.* 2. *reſol.* 89. quamvis Azor. *inſtit. moral. p.* 1. *lib.* 7. *c.* 36. *q.* 5. & Homobon. de Bonis *in examine Eccleſiaſtico, part.* 2. *tract.* 8. *cap.* 8. *quæſt.* 24. exiſtimaverint etiam quando quæſtio eſt facti, ſolum Eccleſiaſticum eſſe judicem competentem circa decimas. Ad effectum tamen Remiſſoriæ cauſa decimarum reputatur profana, Caputaquenſ. *deciſ.* 54. *lib.* 2. *& deciſ.* 68. *p.* 3. Rot. *in Legionenſi decimarum*, 4. *Decembr.* 1615. coram bon. mem. Dunozetto, & *in Valentin. Decimarum*, 21. *Iunii* 1613. coram Card. Cavalerio, inter ejus deciſiones impreſſas *deciſ.* 258.

Vtrùm autem de poſſeſſorio decimandi Eccleſiaſti- 3
cus judex cognoſcat? Vide Gail. *lib.* 1. *obſerv.* 38. *n.* 3. *&* 4. Menoch. *remed.* 15. *recup. ſub n.* 234. Rebuff. *d. q.* 10. *n.* 3. Cacheran. *deciſ.* 116. Afflict. *deciſ.* 2. *n.* 10. *& deciſ.* 24. *n.* 9. Boër. *deciſ.* 69. *num.* 13. Gravat. *ad Veſtrium, in praxi Romanæ Curiæ, lib.* 5. *c.* 1. *à num.* 3. Camil. Borrel. *de præſtantia Regis Catholici, cap.* 71. *n.* 349. *&* 350. *& in ſumma omnium deciſ. ſub tit.* 19. *à n.* 18. *& ſub tit.* 43. *num.* 125. Sayr. *in floribus deciſ. ſub tit. de conſtit. deciſ.* 41. Azeved. *l.* 6. *n.* 3. *tit.* 5. *lib.* 1. *novæ recop.* Soar. de Pace *in pract. tom.* 2. *prælud.* 2. *à n.* 22. Guttier. *pract. lib.* 1. *q.* 4. *n.* 1. Cur. Philip. *p.* 1. *§.* 5. *n.* 5. *cum ſeqq.* Bobad. *in ſua politica, lib.* 1. *c.* 18. *n.* 145. D. Barboſ. *in d. l. Titia, à num* 39. *&* 47. Monet. *d. c.* 8. *à num.* 14. Stephan. Gratian. *d. c.* 238. Bernard. Grævæ. *d. concl.* 38. *num.* 7. *&* 8. Carol. de Graſſ. *de*

effectibus

effectibus Cleric. effectu 1. *ex n.*975. Anguian. *de legib. lib.* 2. *controv.* 19. me citato *in hoc loco*, Caſtil. *tom.*7. *de tertiis, c.*12. *n.*41. *verſ. addiderim*, & me quoque citato *in hoc loco*, Diana *d. tract.*2. *reſol.*92. ubi etiam poſt Bonac. *de legibus*, *diſp. ult. q.*5. *puncto* 8. *num.*1. reſolvit judicem laicum non poſſe ſimul cum judice Eccleſiaſtico cauſam decimarum cognoſcere, ſaltem titulo compromiſſi.

4 *Imperialis conceſſio*, &c.] Notatur ad hoc, quod nullus laicus etiam Imperator poteſt concedere immunitatem à ſolvendis decimis, ut per Rebuff. *de decimis, q.*8. *n.*15. *& ſeq.* Monet. *eod. tract. c.*5. *n.*39.

§. Nec occaſione.

5 Probat hic §. privilegium conceſſum laicis decimas percipiendi, non comprehendere novalia, etiamſi in feudum ſint datæ decimæ, ut per Monet. *de decimis, c.*4. *n.*66. ubi dicit ſic intelligendum ſimilem text. *in c.*2. §. 2. *hoc tit. lib.*6. Soar. *de relig. tom.*1. *tract.*2. *lib.* 1. *de decimis*, *c.*22. *n.*9. *& c.*34. *n.*4.

SVMMARIVM.

1 *Decimam ſolvere debent dominus, & colonus ſine deductione ſeminum, & ſumptuum, non cui voluerint Eccleſiæ, vel pauperibus, ſed Eccleſiæ cui debentur, nec ab hoc excuſantur propter malitiam Clericorum.*

2 *Decimæ prædiales ſolvendæ ſunt non deductis expenſis.*

3 *Semina ex prædialibus decimis non deducuntur.*

4 *Colonus partiarius pro portione ſua in ſolvendis decimis non deducit expenſas.*

5 *Decimæ ſolvi debent Clericis, & non aliis pauperibus.*

6 *Decima integrè, & ſine diminutione ſolvendæ ſunt.*

7 *Curatus ad excludendas fraudes poteſt prohiberi facere ne fructus ex agris afferantur, niſi ſoluta ſibi priùs decima.*

8 *Decima propter ſterilitatem denegari non poteſt.*

9 *Appellatione remota ſubditi cogendi ſunt ad ſolvendas decimas: limitatur pluribus modis, ut ibi, &* num. 11.

10 *Appellatio non datur à ſententia lata ad favorem fiſci ſuper tributis, &c.*

12 *Miniſtri nomine Eccleſiæ pro decimis non ſolutis rei vendicatione, vel perſonali actione, vel ex officio judicis contra laicos agere poſſunt.*

13 *Decimas ſolvendi onus eſt reale, & ſequitur poſſeſſionem.*

14 *Tributum ex certo fundo debitum, cùm ſit onus reale pro quo cenſetur tacitè hypothecatum, tranſit in quemlibet poſſeſſorem.*

15 *Cenſus poſſeſſor tenetur pro præteritis redditibus, non excuſſo principali venditore.*

Cap. Tua ÿ. XXVI.

1 DEcimam ſolvere debent dominus, & colonus ſine deductione ſeminum & ſumptuum, & non cui voluerint Eccleſiæ, vel pauperibus, ſed Eccleſiæ cui debentur, nec ab hoc excuſantur propter malitiam Clericorum, ſed cogi debent diſtrictione Eccleſiaſtica, quia ſunt tributa egentium animarum, & ſignum univerſalis dominii Dei ſuper terram. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabar. Butr. Ioan. Andr. Imol. Ananias, Hoſtienſ. Anchar. Henric. Panorm. Ripa, Vivian. *in ration. libri tertii juris Pontificii*, *pag.*270. Alagona *in compendio juris Canonici*, *pag.*469. remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concordant. part.*1. *&* 2. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 3. *Decretal. lib.* 3. *tit.* 23. *cap.* 2.

Non quidem deductis ſumptibus.] Notatur ad hoc, 2
quod decimæ prædiales ſolvendæ ſunt, non deductis expenſis, ad quod plures citavi Doctores *ad cap. cùm homines* 7. *n.*2. *ſup. hoc tit.* quibus adde Menoch. *de arbitr. caſ.*215. *n.*2. Gam. *Luſit. deciſ.*150. *n.*1. *& deciſ.*232. *n.*1. Ranch. *p.*3. *concl.*301. Valaſc. *de jure emph. q.*17. *n.*10. Perez *tit.*5. *lib.*1. *Ordin. pag.*125. Ioan. Garc. *de expenſis, c.*1. *n.*17. Zerol. *in praxi Epiſc. p.*1. *verbo decimæ*, §.9. D. Barboſ. *in l. fructus, n.*15. *ff. ſoluto matrim.* Cald. Pereira *de empt. c.*27. *n.*74. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.*19. *n.*101.

Aut ſemine ſeparato.] Notatur ad hoc, quod ex præ- 3
dialibus decimis ſemina non deducuntur, ut per Armil. *in ſum. verbo decimæ*, §.2. Franc. Marc. *Delphin. deciſ.*198. *num.*1. *p.*2. Viv. *deciſ.*4. *n.*14. Monet. *de decimis, c.*6. *n.*30.

Sicut colonus de parte fructuum.] Ergo colonus par- 4
tiarius pro portione ſua in ſolvendis decimis non deducit expenſas, ut per Valaſc. *de jure emphyt. q.*32. *n.*9. Menoch. *d. caſu* 215. *n.*2. Ioan. Garc. *d. t.* 1. *n.*22. Surd. *deciſ.*294. *n.*1. D. Barboſ. *in d. l. fructus, n.*18. Soar. *de relig. tom.*1. *tract.*2. *lib.* 1. *c.*19. *n.*13. latè Monet. *d. c.*6. *n.*40. *cum ſeqq.* ubi *n.*42. cum Azor. *inſtit. moral. p.*1. *lib.*7. *c.*24. *q.*4. agens de colono, & quomodo, & cui Eccleſiæ ſolvere debeat decimam, diſtinguit in hunc modum, aut colonus colit nummis, ſeu pro certis menſuris à domino dandis, & tunc ſolvet Eccleſiæ parochiali perſonalem decimam de lucro ſuæ perſonæ, quo caſu intelligendus eſt text. *in c. queſti*, *in fine* 16. *q.* 1. aut demùm colonus conducit totum prædium ſive nummis, ſive pro certis menſuris domino ſolvendis, & tunc debet colonus ſolvere integram decimam ex omnibus fructibus Eccleſiæ parochiali.

Prætextu verò nequitiæ, &c.] Ergo decimæ ſolvi 5
debent Clericis, & non aliis pauperibus, ut per Rebuff. *de decimis, q.*13. *n.*7.

Decimam reddere ſine diminutione, &c.] Notatur ad 6
hoc, quod integrè, & ſine diminutione ſolvendæ ſunt decimæ priuſquam ex fructibus deducantur expenſæ, tributa, cenſus, aut ulla alia debita, ut per Covar. *var. lib.*1. *c.*17. *n.*13. *colum.*1. Leſſ. *de juſtit. lib.*2. *c.*39. *dub.*3. *n.*16. Soar. *d. lib.*1. *c.*35. Cald. Pereira *de empt. c.*9. *n.*7. decima enim ubi debetur, integra ſolvi debet, Rota *deciſ.*541. *in fine*, apud Farin. *p.*1. *in recent. & deciſ.*469. *n.*1. *eadem p.*1. Vnde ad excluden- 7
das fraudes poteſt Curatus cuſtodes apponere, vel prohiberi facere ne fructus ex agris afferantur, niſi ſoluta priùs decima, vel quod ipſe, aut ejus nuntius ſit præſens, Covar. *d. c.*17. *n.*8. Valaſc. *de jure emphyt. q.*30. *num.*15. *col.*2. Perez *l.*2. *tit.*5. *lib.*1. *Ordin. pag.*132. Hieron. de Laurent. *Avenionenſi deciſ.*54. *in fine*, Rebuff. *q.*5. *n.*23. Soar. *d. lib.*1. *c.*37. *num.*7. Cened. *ad Decret. collect.*66. *n.*3. Camil. Borrel. *in ſum. omnium deciſ. tit.*19. *n.*78. Monet. *de decimis, q.*6. *n.*4. Hinc etiam propter ſterilitatem decimarum denegari 8
non poſſe reſolvunt Rebuff. *quæſt. ult. n.*22. Monet. *cap.*8. *num.*62. nec prætextu quod ſibi debetur, cùm in futuris decimis non admittatur compenſatio, Rebuff. *d. quæſt. ult. n.*19. Cened. *d. collect.*66. *n.*2. Monet. *d. c.*8. *n.*61.

Appellatione remota, &c.] Notatur ad hoc, quod 9
ſubditi cogendi ſunt ad ſolvendas decimas appellatione remota. Rebuff. *d. quæſt. ult. n.*21. Triviſ. *Venet. deciſ.*39. *n.*16. Marcheſ. *de commiſſ. p.*2. *c.*4. *num.*15. *&* 25. Socin. *reg.*40. *verſ. fallit* 22. Vivian. *deciſ.*73.

n.1. lib.1. Sebaſt. Næv. *ad l.3. n.91. ff. quis, & à quo
appelletur,* latè Monet. *de decimis, c.8. à n.58.* Greg.
Tholoſ. *de appel. lib.2.c.9.n.2.* Nicel. *de concord. gloſſ.
concord.6. fallent.57.n.95.* latè Salgado *de protect. Re-
g a, tom.1.p.3.c.2.n.63 cum ſeqq.* Marc. Ant. *var. reſol.
lib.1. reſol.112. caſu 17.* ubi etiam reſolvit appellatio-
nem non dari à ſententia lata ſuper primitiis, & expen-
ſis factis in lite, latè etiam Sigiſm. Scacc. *de appel. q.17.
limit.18.* ubi *n.5.* intelligit quoad effectum ſuſpenſi-
vum, non autem devolutivum. Quæ quidem concluſio
limitatur primò non procedere quando agitur cum
perſona Eccleſiaſtica, quæ prætendit habere potiora
jura in decimis, Hoſt. *hic, ſub num.22. verſ. item ſecus,*
Henric. *n.7. in fine, verſ. ſuper eo, & num.8.* Præpoſ. *in
cap. fin. §. quoties, n.32.76.* & *ibi* Gemin. *ſub n.22. de
appel.* Secundò limita quando agitur inter duas Eccle-
ſias contendentes de jure decimandi, Hoſt. & Henric.
ubi proximè, Scacc. *d. limit.18. n.3.* Rota *in Corduben.
decimarum, 2. Decembris* 1605. coram Card. Pamphi-
lio, Salgado *d. c.2. n.77.* Tertiò limita quando colle-
ctor decimarum modum excederet, quia ab exceſſu
poteſt appellari, Scacc. *d. limit.18. n.4.* Salgado *ubi
ſuprà, n.77.*

10 In gloſſ. *Tributa,* ibi, *quia in tributis non admitti-
tur appellatio.* Notatur ad hoc, quod à ſententia lata
ad favorem fiſci ſuper tributis, ſeu debitis fiſcalibus,
non datur appellatio, ut per Marant. *de ordine judic.
p.6. actu 2. princ. verbo, & quandoque appellatur, li-
mit.11. n.30.* Rebuff. *tom.3. ad leges Galliæ, tract. de
appel. art.7. gloſſ.2. n.14. verſ.4.* Farin. *in praxi crimin.
q.101. limit.15. n.70.* Rugincl. *de appel. §.2. c.3. ſub
n.95. cum ſeqq. & n.132.* Salgado *d.c.2.n.70.* Sigiſm.
Scacc. *d.q.17. limit.17. à princ.* ubi *n.2.* dicit procedere
etiam in collectis, & publicis functionibus impoſi-
tis ab univerſitate ratione onerum præſentium: &
num.4. ait procedere contra debitorem fiſcalem, vel
debitorem patrimonii Principis, & ſic ex cauſa pu-
blici, vel privati ærarii: & quando agitur de dam-
no evitando, ſecus quando agitur de lucro captando.

11 In ead. gloſſ. ibi, *Sed ſuper decimis benè admittitur,*
&c. Quoniam hæc gloſſ. & Tiraq. *de pia cauſa privil.
153.* ac alii dixerunt appellationem admitti in cauſa
decimarum, ideo diſtinguendum eſt cum Abb. *hic
num.9.* & aliis Doctoribus, quod aut laicus ſolùm
allegat præſcriptionem, vel conſuetudinem, & non
admittitur appellatio, & ſic procedunt Doctores ſu-
prà relati, aut allegat privilegium Papæ, vel compoſi-
tionem legitimam, & admittitur, ſicque procedere
poteſt dictum hujus gloſſ. & ſequacium, quod ample-
ctitur Rot. *in d. Cordubenſi.*

12 In ead. gloſſ. ibi, *Sed verius eſt quod in hoc conſti-
tuit,* &c.] Notatur ad hoc, quod miniſtri nomine
Eccleſiæ pro decimis non ſolutis rei vendicatione,
vel perſonali actione, vel ex officio judicis contra
laicos agere poſſunt, ut per Rebuff. *quæſt.9. num.6.
& 9. cum ſeqq. & quæſt.3. à num.15.* Perez *l.1. verſ.
eſt alia quæſtio, tit.5. lib.1. Ordin. pag.129.* Azor.
inſtit. moral. part.1. lib.7. cap.23. quæſt.9. Leſſ. *de
juſtit. lib.2. c.39. num.15. in fin.* Soar. *d. lib.1. c.36.
num.4.*

13 In gloſſ. *Sic & Dominus,* ibi, *decima enim tanquam
onus ſequitur poſſeſſorem.* Nam onus ſolvendi decimas
eſt reale, & ſequitur poſſeſſionem, ut per Bapt. Coſt.
de portione rata, q.140.n.11. Franc. Marc. *Delphin. de-
ciſ.345.n.5. & 6. vol.1.* Camil. Bottel. *in ſum. omnium
deciſ. tit.19. n.63.* & ideo poſſeſſor fundi pro decimis
præteritis conveniri poteſt, Capic. *deciſ.20. à n.26.*
Chaſſan. *in conſuet. Burgund. rub.4. §.6. verbo, & ſuppor-
ter, n.5. pag.155. in princ. & rub.11. §.6. n.3. pag.361.*
Tiraq. *de retractu lign. §.6. gloſſ.1. n.7. & §.29. gloſſ.2.
n.7.* Valaſc. *de jure emphyt. q.17. n.18.* Vinc. de Fran-
chis *deciſ.107. n.11. cum ſeqq.* Cened. *ad Decret. col-
lect.85. n.3.* Azor. *d. lib.7. c.24. q.2. verſ. quares, & præ-
cipuè q.18.* Soar. *d. lib.1. c.38. n.8.* Monet. *de decimis,
c.6. à n.18.* ubi etiam ait cùm Rebuff. *d. q.9. n.9.* &
Gig. *de penſion. q.39. n.12. & q.43. n.4.* atque aliis in
optione Eccleſiæ eſſe quem velit convenire, novum
an antiquum prædii poſſeſſorem, & quod pro decimis
fundus cenſeatur tacitè hypothecatus, dicit Rebuff.
tom.2. ad leges Galliæ, art.1. gloſſ.14. n.25. quia tri- 14
butum ex certo fundo debitum, cùm ſit onus reale, pro
quo cenſetur tacitè hypothecatus, tranſit in quemli-
bet poſſeſſorem, ut per Guid. Pap. *q.432. n.15.* Cened.
d. collect.86. n.3. Gam. *Luſit. deciſ.145.* Morl. *in emporio
juris, p.1. tit. de locato, n.37.* quod in fundo emphyteu-
tico nominatim reſolvunt Valaſc. *de jure emphyt. q.4.
n.6. & q.17. n.17.* Cald. Pereira *de renovat. emphyt.
q.13. n.17. & de extinct. emphyt. c.3. n.18. & 23.* Cabed.
Luſit. deciſ.149. p.1. & cenſus poſſeſſorem pro præ- 15
teritis redditibus teneri, non excuſſo principali vendi-
tore, firmaverunt Valaſc. *de jure emphyt. q.32. n.13.
& 14.* Gom. *Luſit. deciſ.14.* Surd. *conſ.162. num.1.*
Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.16. num.16. &
cap.141. n.5.* ſic etiam beneficii poſſeſſorem pro præ-
teritis penſionibus conveniri poſſe reſolvunt Gig. *d.
quæſt.39. num.10. 12. & 13. & quæſt.51. num.15.
& 29.* Valaſc. *d. q.4. num.5. & quæſt.17. num.19.*
Guttier. *canon. lib.1. c.1. num.111. cum ſeqq.* Cald.
Pereira *de extinct. emphyt. c.4. n.4.*

SUMMARIUM.

1 *Privilegium ſuper decimis non ſolvendis Eccleſia-
ſticæ perſonæ conceſſum, novalia comprehendit,*
& n.2. & 3.

4 *Declaratur text. in præſenti,* & n.5. & 6.

7 *Declaratur text.* in cap. tua, 25. in fin. hoc tit.

8 *Argumentum de majori ad minus, an & quandò in
privilegiis, & diſpenſationibus valeat, remiſ-
ſivè.*

Cap. Ex parte *iij.* XXVII.

PRivilegium Eccleſiaſticæ perſonæ conceſſum, ut 1
ſibi accipiat decimas ſuorum prædiorum, novalia
comprehendit, quia quando majus conceditur, etiam
minus conceſſum eſſe videtur. Colligunt ex Ordinar.
Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Imol.
Anan. Hoſtienſ. Butr. Anch. Henric. Panorm. Ripa,
Vivian. *in rationali libri tertii juris Pontificii, pag.271.*
Alagona *in compendio juris Canonici, pag.469.* re-
miſſivè Ximen. *in concordant. part.2.* refertur ab
Anton. Auguſt. *collect.1. Decretal. lib.3. tit.23. c.1.*
In ſuperſcript. ibi, *Abbati S. Columbæ Senon.* De 2
S. Columba Senonenſi agit Ambroſ. de Morales *ad
Elogium de ſanctis Cordubenſibus, fol.74.*
Probat hic text. privilegium conceſſum Eccleſia- 3
ſticas decimas percipiendi, comprehendere etiam no-
valium ſupervenientium decimas, de quo, & illius
intellectu, vide Cov. *var. lib.1. c.17. n.13.* Rebuff.
de decimis, q.14. per totam, Monet. *eod. tract. c.5. n.65.
& 66.* Xuar. *alleg.28. n.8.* Menoch. *conſ.36. num.21.*
Valaſc. *conſ.58. num.9.* Guttier. *canon. lib.2. cap.21.
num.116. cum ſeqq.* Soar. *de relig. tom.1. tract.2. lib.1.
c.23. num.4.* qui varios ad hunc text. ſolent aſſigna- 4
re intellectus, inter quos ille jam receptus eſt à
recentioribus, quod procedat ex mente conceden-
tis, quia ſcilicet verius eſt non agi hic de privilegio
percipiendi decimas in aliena parochia; hoc enim
reſtrin

reſtringendum eſſe fatentur, idque colligunt ex illis verbis ibi, *parochiarum tuarum*, & in his terminis rectè convenit ratio, quia cui majus conceditur, minus conceſſum eſſe videtur: quidam enim contendebant ad Abbatem in ipſius parochia decimas novalium non pertinere, vel quia eas non poſſidebat, vel quia præſcriptione, aut alia ratione eas amiſerat, vel denique ut melius ex integra, quam refert Rebuff. *d. loco*, *num.* 8. conſtat, quia Epiſcopus decimas novalium cuidam Canonico conceſſerat, unde privilegium hoc Pontificis hoc caſu favorabile debet cenſeri, quia per illud fit regreſſus ad jus commune, juxta reg. text. *in l. ſi unus, §. pactum, ff. de pactis*, cum vulgaribus.

5 Qui quidem Rebuffi intellectus ex originali, & integra, quam refert, nequaquam defendi poteſt, quia ſi benè advertas, integra relata per Rebuff. non eſt originale hujus text. nec ullo modo pertinet ad ejus ſpeciem, immò ſuper alia longè diverſa emanavit, idque conſtat non ſolùm ex verbis utriuſque, in quibus longè differt litera unius ab alio, & in integra non habentur verba, ſicut nec ratio ſcripta in hoc text. verùm etiam, quia text. iſtè agit de Abbate ſanctæ Columbæ Senonen. in Epiſcopatu Pariſienſi, ut patet ex Provinciali omnium Eccleſiarum, & illi Abbati facta fuit conceſſio, de qua text. & ad eundem, ut ex ſuperſcriptione conſtat, dirigitur Decretalis: at verò integra per Rebuffum relata agit de ſpecie, quæ contigit in Epiſcopatu Novarienſi, qui eſt ſub Archiepiſcopo Mediolanenſi, ut habetur in eodem Provinciali, & integra alia juxta ſuperſcriptionem Rebuffi dirigitur ad Rectorem Eccleſiæ Beatæ Mariæ, cui decimarum facta fuerat conceſſio: tum etiam, quia in prædicta integra non dicit Papa Rectorem de quo agit, ſecundùm jus, & ex vi primæ conceſſionis poſſe percipere novalium decimas, ſed potiùs ex nova indulgentia concedit id, ita ut quandiu vixerit Canonicus, qui eas novalium decimas percipiebat, & ſententiam pro ſe obtineret, nullum eidem in perceptione præjudicium inferatur, ſed tamen eo mortuo indulget Papa prædictas decimas Rectori, & illi Eccleſiæ. At in hoc text. abſque nova indulgentia ex rigore juris communis, tanquam indubitatum decidit Papa Abbatem poſſe decimas novalium percipere, ut conſtat ex litera ibi, *exigere ſatis potes*, juncta ratione, quæ ſubſequitur. Quare retenta mente communi, quod text. agat de privilegio percipiendi decimas (licèt ſummarium contra verba Pontificis referat privilegium non ſolvendi) tentari poſſet privilegium illud ideo comprehendere & veteres, & novalium decimas, quia conceſſum fuit ſub ea forma pleniori, ſcilicet *de laboribus terræ Parochiarum tuarum integraliter decimas percipias*, quæ verba, & privilegii forma ex intentione concedentis omnes decimas includunt. Sed quia ratio, quam text. in fine reddit, non ſat convenit huic intellectui, nec apparet, aut jure probatur Pontificem in privilegio percipiendi decimas alienas, quod eſt magis nocivum, & odioſum, quàm ſit illud non ſolvendi, ex traditis per Rebuff. *d. q.* 14. *n.* 28. *&* 30. admiſiſſe illas diverſas formas, quas alibi expendimus.

6 Probabilius igitur videtur text. *in præſenti* non agere de privilegio, aut conceſſione ſpeciali circa decimas recipiendas, ſed magis de conceſſione juris communis, per quam eodem attento potuiſſet Abbas ille, vel Parochus quicunque percipere decimas de laboribus terræ Parochiarum ſuarum, ut habet litera ibi, *Parochiarum tuarum*. Senſus ergo eſt, cùm tibi conceſſum ſit, ſcilicet à jure communi, quod majus, &c. & ita in effectu hic text. explicat id ipſum, quod habetur *in cap. cùm contingat, verſic. unde decimis*, & integra relata per Rebuff. ſcilicet novalium decimas pertinere ad Parochos, quibus abſolutè, & cum integritate decimæ intra Parochiam jure communi conceſſæ ſunt, cui intellectui ſatis conveniunt verba text. ſiquidem conceſſum, propriè loquendo, dicitur etiam illud, quod à lege, & jure communi tribuitur, *l.* 2. *in princ. ff. ne quid in loco publico*, & vulgò dicimus fruſtrà precibus impetratur, quod à jure communi conceditur. Inſuper congruit ratio, quam text. in fin. reddit, quippe quæ propriè, & abſolutè loquendo, vera eſt, & procedit in his, quæ à jure communi conceduntur, ſicut & in aliis favorabilibus; non ita verò in cæteris, quæ jure ſingulari, & ex privilegio contra jus commune conceduntur, ſicut nec in reliquis odioſis, juxta *reg. cui licet, de reg. juris in ſexto, & l. non debet, eod. tit.* cum iis, quæ latè tradunt ſcribentes *ibid.* Everard. *loc.* 15 *&* 79. Felin. *in cap. poſtulaſti, n.* 9. *de reſcript.* Iaſon *in l.* 3. *n.* 45. *ff. de conſt. princ.* Rebuff. *in praxi, tit. diſpenſat. ad plura, à n* 64. Et juxta hunc intellectum dubitandi ratio in eo eſſe potuit, quod Epiſcopus, vel alius prætendens decimas novalium, in quarum poſſeſſione Abbas non exiſtebat, arbitrabatur illas ad Abbatem non pertinere, quia de novo inſurgebant, & fortaſſe etiam ex eo, quod Abbas non unam tantùm, ſed multas Parochias habebat, ut conſtat ex litera, ibi: *Parochiarum tuarum*: quas tamen ex diſpenſatione, & in quibuſdam caſibus jure expreſſis juſtè potuit obtinere, & conſequenter in eiſdem ex conceſſione juris decimas novalium exigere.

Nec retento hoc intellectu obſtat *cap. tua* 25. *in fin. hoc tit.* quoniam ultra alios intellectus Abb. & aliorum utrobique, & tradita per *gloſſ.* 1. & Doctores *in cap. pervenit* 1. *q.* 7. & poſt Fortun. Covar. *lib.* 1. *var. cap.* 17. *n.* 13. Rebuff. *d. q.* 14. *num.* 2. *&* 29. text. ille non agit de conceſſione decimarum ſimpliciter, & abſolutè facta, ſed de illa per quam decimæ antiquæ, quas Eccleſia poſſidebat, alicui concedebantur veluti in feudum, in qua ſpecie non includuntur decimæ novalium, & neceſſaria eſt ad hoc nova, & ſpecialis conceſſio, juxta *cap.* 2. *in princ.* ubi notans gloſſ. in caſus poſitione, & alii, *& in §.* 1. *hoc tit. lib.* 6. idque ſat intendit *cap. tua* 25. *hoc tit.* ibi: *Occaſione decimationis antiquæ*, & clariùs ibi: *Non ſit extendenda licentia, ſed reſtringenda*, quæ verba ſignificant conceſſionem, de qua text. agit, quippe quæ referebatur ad decimas antiquas, nonniſi per extenſionem novalium decimas includere potuiſſe. 7

Quia ubi majus conceditur, &c.] An & quando in privilegiis & diſpenſationibus valeat argumentum de majori ad minus, & de intellectu hujus text. quoad hunc articulum egi latè *de offic. & poteſt. Epiſcopi, part.* 2. *alleg.* 33. *n.* 12. *cum ſeqq.* 8

SUMMARIUM.

1 *Negotiator de lucro decimam ſolvit deductis expenſis quas fecit de pecunia decimata, expenſæ verò quæ fiunt pro habendis fructibus, non deducuntur, & de fructibus ſolvitur decima, etiam non deductis expenſis pro re reſtauranda.*

2 *Piſcium, aut animalium ex captura, tanquam ex decima perſonali expenſa deducitur.*

3 *Decimæ perſonales debentur expenſis priùs deductis.*

4 *Verbum* fructus, *quando profertur à lege, ſemper intelligitur deductis expenſis.*

5 *Decima duplex de una, & eadem re, ſive de eodem acervo, ſolvi non debet.*

6 *Redecima eſt contra jus.*

7 *Decima non ſolvitur de legato, vel hæreditate.*

8 *Decima non ſolvitur ex immobilibus.*

9 *Doctor de collecta ſcholarum, & Advocatus de advocatione decimam ſolvere tenetur.*

Cap. Paſtoralis XXVIII.

1 NEgotiator de lucro acquiſito per mercimonium antequam ſolvat decimas, debet deducere expenſas, quia pecuniæ, quibus emuntur merces, ut ager, vinea, clibanus, &c. jam erant decimatæ, ſed expenſæ quæ fiunt pro fructibus colligendis ab illis de quibus fructus proveniunt, non ſunt deducendæ, etiamſi fuerint decimatæ, hoc eſt, emptæ de pecunia decimata. Item de proventibus decimandis non ſunt deducendæ expenſæ factæ pro reſtaurando detrimento rerum, ex quibus fructus deducuntur. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Butr. Imol. Anan. Anchar. Hoſtienſ. Henric. Panorm. Ripa, Vivian. *in ration. libri tertii jur. Pontificii, pag.* 271. Alagona *in compendio juris Canon. pag.* 469. remiſſivè Ximen. *in concordant. part.* 1. & 2. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 3. *Decretal. lib.* 3. *tit.* 23. *cap.* 4.

2 *Et piſcariis.*] Ergo de captura animalium vel piſcium, tanquam ex decima perſonali, expenſa deducitur, ut per Capic. *deciſ.* 20. *num.* 3. *cum ſeqq.* Cabed. *Luſit. deciſ.* 54. *ad fin. p.* 2.

3 *Credamus deducendas expenſas*, &c.] Notatur ad hoc, quod decimæ perſonales deducuntur expenſis priùs deductis, ut quæ factæ ſunt in mercibus emendis, quærendis, & vehendis, ut per Tiraq. *de retractu lign.* §. 15. *gloſſ.* 1. *n.* 14. Rebuff. *de decim. q.* 11. *n.* 4. Perez *tit.* 5. *lib.* 1. *Ordin. pag.* 125. Viv. *deciſ.* 4. *n.* 21. & 22. Guttier. *pract. lib.* 1. *q.* 18. *n.* 9. & *de tutel. p.* 2. *c.* 17. *n.* 14. Ioan. Garc. *de expenſis, cap.* 1. *n.* 17. Soar. *de Relig. tom.* 1. *tract.* 2. *lib.* 1. *c.* 33. *n.* 1. D. Barboſ. *in l. fructus, n.* 19. *ff. ſoluto matr.* latè Monet. *de decimis, c.* 6. *n.* 32. *cum ſeqq.* ubi *n.* 34. rationem reddit cur de perſonalibus deducantur expenſæ, non ita de prædialibus, quia in negotiatione, & ſimilibus, de quibus perſonales decimæ ſolvuntur, præcipuè operatur manus hominum, in prædialibus præcipuè manus Dei: & *n.* 35. & 36. ampliat, ut ſi res immobiles acquiſitæ vendantur, veluti domus, ager, vinea, clibanus, de pecunia deducuntur impenſæ reparationum, ut ſi centum aureis, qui jam decimati ſunt, domum emam, & poſtea ducentis vendam, deducam centum aureos jam decimatos, & expenſas ſi quas feci in reparationibus, & de reſiduo tanquam de lucro decimam ſolvam: ſi tamen res maneat penes me, putà clibanus, molendinum, & ſimilia, de quorum commodo & lucro decimas ſolvo, non deducam expenſas factas in eorum conſtructione, & refectione.

4 *Expenſas tamen*, &c.] Notatur ad hoc, quod ubi verbum, *fructus*, profertur à lege, ſemper intelligitur deductis expenſis, ut per Surd. *de aliment. tit.* 9. *q.* 12. *n.* 15. Menoch. *remed.* 15. *recup. n.* 5. Cott. *in memorab. verbo ſtatuto, fol.* 721. Xuar. *tit. de las arrhas, num.* 6. Mex. *in tract. taxæ panis, concl.* 2. *num.* 88. *cum ſeqq.* Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel.* §. 7. *proœm. n.* 163.

5 In gloſſ. *Deducendas*, ibi, *ne bis eadem res decimaretur.* Quia de una, & eadem re, ſive de eodem acervo duplex decima ſolvi non debet, ut per Gig. *de penſion. q.* 59. *n.* 3. & 4. Azeved. *l.* 7. *in princ. tit.* 5. *lib.* 1. *novæ*
6 *recop.* & ideo redecima, ſeu duplex decima eſt contra jus, ut per citatos ab Azeved. *loco proximè citato*, Seraphin. *deciſ.* 147. *n.* 9. Rota *in Corduben. redecimarum*, 16. *Novembr.* 1607. & 27. *Martii*, & 10. *Maii* 1613. coram R. D. Coccino Rotæ Decano.

7 In gloſſ. *Quaſi de lucro*, ibi, *ſic ergo hæres legatarius*, &c.] Notatur ad hoc, quod de legato, vel hæreditate, ſive ex teſtamento, ſive ab inteſtato, ſive in extraneum, ſive in legitimum hæredem perveniat, decima non ſolvitur, ut per Rebuff. *d. q.* 8. *n.* 31. Azor. *inſtit. moral. p.* 1. *lib.* 7. *c.* 24. *q.* 8. Soar. *d. lib.* 1. *c.* 31. *n.* 5. Monet. *de decimis, c.* 4. *à n.* 36. Rendin. *in promptuar. recept. ſentent. tom.* 1. *tit.* 26. *n.* 4.

8 In ead. gloſſ. ibi, *Quòd de immobilibus non tenetur quis ſolvere decimam.* Notatur ad hoc, quod de immobilibus non ſolvitur decima, Guillelm. Bened. *in cap. Raynutius, in verbo, & uxorem*, *n.* 256. *de teſtament.* Rebuff. *d. q.* 8. *n.* 21. & 32. Azor. *d. cap.* 24. *quæſt.* 11. Monet. *d. c.* 4. *n.* 38.

9 In ead. gloſſ. ibi, *Sed nunquid Doctor de collecta, & Advocatus de advocatione*, &c.] Notatur ad hoc, quod Doctor de collecta ſcholarum, & Advocatus de advocatione decimam ſolvere tenentur, ut per Rebuff. *d. tract. de decimis, q.* 12. *num.* 5. Monet. *eod. tract. cap.* 4. *num.* 28.

SUMMARIUM.

1 *Decimas præſcribentes in aliena Parochia; ſi ibi inſurgunt, non poſſunt ſimul accipere novalium decimas, niſi oſtendant ad ſe pertinere.*

2 *Præſcribens decimas in aliena Parochia, ſi ibi inſurgant novalia, ipſorum decimas non habet.*

3 *Præſcribere poteſt Clericus decimas in alterius Diœceſi.*

4 *Decima novalium regulariter debentur Parochia in cujus finibus colliguntur: extenditur ad quaſcunque decimas,* ut n. 5. & 6.

7 *Matrix Eccleſia de jure communi fundata eſt quoad decimas prædiales ſua Parochia.*

8 *Decima fructuum, qui naſcuntur in Parochia Epiſcopi, ſeu Eccleſia Cathedralis, Epiſcopo debentur.*

Cap. Cùm contingat XXIX.

1 PRæſcribens decimas in aliena Parochia non poteſt ſimul accipere novalium decimas ejuſdem Parochiæ, niſi cum rationabili cauſa oſtendat ad ſe pertinere. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Imol. Anan. Butr. Hoſt. Anch. Henric. Panorm. Ripa, Vivian. *in rationali libri tertii juris Pontificii, pag.* 272. Alagona *in compend. juris Canonici, pag.* 470. remiſſivè Ximen. *in concord. part.* 1. & 2. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 4. *Decretal. lib.* 3. *tit.* 9. *c.* 1.

2 Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſumunt multipliciter illum declarantes, Bald. *de præſcript.* 2. *part. princip. à num* 9. Ioan. Garc. *de expenſ. cap.* 9. *à num.* 38. Rebuff. *de decimis, quæſt.* 14. *num.* 3. Soar. *de relig. tom.* 1. *lib.* 1. *de decimis, cap.* 21. *num.* 4. & *cap.* 24. *num.* 8. Menoch. *conſ.* 36. *num.* 34. ubi aſſerit text. *in præſenti* loqui in eo, qui præſcripſit decimas jure communi ſibi minimè debitas, quo caſu ſtrictiſſima interpretatio ſumitur, & ad varios caſus explicandos Guttier. *Canonic. lib.* 2. *cap.* 21. *à n.* 78. & *à num.* 112. Gilchen. *de præſcript. part.* 1. *cap.* 6. *à num.* 180.

3 *Ab antiquo pertineat*, &c.] Ergo Clericus poteſt in alterius Diœceſi decimas præſcribere, ut per Covar. *lib.* 1. *var. c.* 17. *n.* 7. Soar. *d. lib.* 1. *c.* 30. Conſuetudine enim legitima induci poteſt, ut decima uni Eccleſiæ debita alteri ſolvatur, Hieron. Catal. *in opuſculo de juribus Parochialibus, tit.* 5. *n.* 10.

Ad

4 *Ad ipſos proculdubio pertinere.* Notatur ad hoc, quod decimæ novalium regulariter debentur Parochiæ in cujus finibus ſurgunt, Monet. *de decimis, c.4. n.53.* ubi *n.54.* quod ſi novalia appateant inter duas Parochias, & neſciunt intra quam illarum, quia ignorantur limites, tunc inter illas fiet diviſio, vel Epiſcopus cui voluerit judicio ſuo aſſignat, ut voluit Rebuff.
5 *q.14. n.5.* & facit quia generaliter decimæ debentur Eccleſiæ Parochiali intra cujus fines ſunt, ut per Ioſeph. Ludov. *deciſ.72. n.3.9. & 10.* Verall. *deciſ.353. num.3. & deciſ.306. n.3. p.3.* Xuar. *alleg.28. n.15.* Gonzal. *ad reg.8. Cancel. gloſſ.6. n.75.* Camil Bortel. *in ſumma omnium deciſ. tit.19. de decimis, n.6.* Rota *deciſ.371. n.4.* apud Fatin. *p.1. recent. & in Bracharenſi decimarum, 20. Maii 1591. & 3. Iunii 1594.* coram bonæ mem. Card. Pamphilio, *& in Sabinenſi decimarum, 19. Martii 1609.* coram Reverendiſſ. D. meo Coccino Decano, *in Abulenſi decimarum, 17. Decembris 1627.* coram eodem, *verſ. non quoad primum.* Et territoria eſſe intra fines alicujus Parochiæ probatur ex viſitationibus Epiſcoporum, Rota *deciſ.541. n.1. part.1. recent.*

6 *Niſi rationabilis cauſa oſtendatur.*] Notatur ad hoc, quod quando per præſcribentem fuerunt receptæ quædam decimæ in nemoribus, vel paſcuis, tunc ſi illa redigantur in culturam, is qui decimas aliquas ex illis percepit, habebit & novalia, ut per Rebuff. *d. q.12. n.22.*

Ad Parochiales Eccleſias de jure communi pertineant.] Notatur ad hoc, quod Parochus de jure communi habet fundatam intentionem reſpectu omnium decimarum intra ſuæ Parochiæ limites exiſtentium, ut per Rot. *deciſ.178. num.5. p.1. & deciſ.135. & 192. n.5. & deciſ.247. n.1. p.2. recent.* & fuit dictum *in Conchenſi decimarum, 11. Maii 1615.* coram R.P.D. meo Pirovano, *& in Civitatenſi decimarum, 18. Iunii 1618.* coram Card. Veroſpio. Et hæc juris aſſiſtentia ſuffragatur nedum ipſis Parochis, verùm etiam aliis, quos iidem ad participandum de decimis admittunt. Seraphin. *deciſ.899. n.3. & deciſ.908. n.3.* & fuit reſolutum *in allegata Civitatenſi decimarum,* coram Card. Veroſpio.

Intellige procedere in illis Diœceſibus, in quibus Parochiæ ſunt diſtinctæ, ubi enim non ſunt diſtinctæ, ſolus Epiſcopus dicitur totius diœceſis univerſalis Parochus, ac proinde ei debentur decimæ, *cap. fin.* ubi gloſſ. *de Paroch.* Rebuff. *de decimis, q.7. n.9.* Rot. *deciſ.309. num.5. p.2. diverſ.* & fuit dictum *in allegata Civitatenſi decimarum*, coram Card. Veroſpio, Burat. *deciſ.164. num.2.* Et in regnis Hiſpaniarum Eccleſiæ Cathedrales, dignitates, & nonnulla alia beneficia ſunt fundata ſuper decimis, & ideo Parochi in illis Regnis non poſſunt dici habere intentionem fundatam contra hujuſmodi beneficiatos ſuper decimis, ſed tenentur probare, ut dicit Rot. apud Gregor. XV. *deciſ.429. n.6.*

Eſt tamen advertendum, quod hæc aſſiſtentia prodeſt Parochis in petitorio, ut non teneantur aliter probare decimas ſibi competere, ſed contrarium aſſerenti incumbat onus probandi, cùm habeat contra ſe juris aſſiſtentiam, Rebuff. *de congrua portione, n.10. cum ſeqq.* Mareſcot. *var. reſol. lib.1. cap.12. num.14.* Rot. *d. deciſ.135. in fine, & d. deciſ.193. n.5. in fin. part.2. recent.* non ſuffragatur tamen ad effectum obtinendi manutentionem, quæ ex ſola juris communis aſſiſtentia non datur, niſi in juriſdictionalibus, juxta opinionem quam hodie Rota ſervat, quicquid aliàs tenuerit, ut notavit Ferent. *in annot. ad deciſ.219. Buratti. lit. A.*

7 In gloſſ. *De jure communi*, ibi, *decimæ de jure communi pertinent ad parochiales Eccleſias.* Notatur ad hoc, quod Matrix de jure communi fundata eſt quoad decimas prædiales ſuæ parochiæ, ut per Rebuff. *quæſt.6. n.12.* Soar. *d. lib.2. cap.28.* Rot. *in Novarien. decimarum, 7. Maii 1627.* coram Reverend. P.D. meo Pirovano. Si quæſtio ſit inter Eccleſiam baptiſmalem, & parochialem ſuper decimis, quid ſit faciendum docet Monet. *de decimis, cap.7. num.27. cum ſeqq.* Illud tamen advertendum eſt, quod ſi Eccleſia Matrix conſentit aſſignationi limitum, & fundationi parochiæ, tunc cenſetur remiſiſſe jus decimandi, & alia jura parochialia quoad illam portionem limitum, qui novæ Eccleſiæ aſſignati ſunt. Rebuff. *d. quæſt.6. num.20.* Monet. *d. cap.7. num.30.* Ita ut Eccleſia parochialis de novo erecta fundatam habeat intentionem ſuper decimis contra Eccleſiam Matricem, cui prius decimæ debebantur. Rota *in Mediolanenſi decimarum de Carlatio, 18. Martii 1619.* coram D. Mart. Andrea, *& in Comenſi decimarum, 18. Iunii 1602. & 27. Novembris 1606.* coram Illuſtr. Card. Sacrato, *& in Conchenſi decimarum de Caſtecon, 11. Maii 1615.* coram Pirovano, *& in Mediolanenſi decimarum S. Iuliani, 16. Ianuarii 1613.* coram Card. Pamphilio jun. ubi vult hoc procedere quando diſmembratio eſt facta ſimpliciter, non autem quando eſt facta cum clauſula, *ſine præjudicio alicujus*, Caldet. *conſ.2. de decimis.* Abb. *hic, n.8. in 4. caſu,* poſt Butr. *num.8. in fine, verſ. quandoque intra limites,* idem Abb. *in cap. ad audientiam, n.14. de Eccleſ. ædific. & conſ.58. ad finem, verſ. hanc inſuper, lib.1.* Pariſ. *conſ.73. n.1. lib.4.* Menoch. *conſ.39. num.20.* Ruin. *conſ.169. num.78.* & non eſt neceſſe, quod reales limites aſſignentur, ſed ſufficit quod Matrici, cui debebantur decimæ, & primitiæ in erectione novæ parochiæ, relinquantur ſolæ primitiæ ex gratia, Rota *in d. Mediolanen. decimarum de Carlatio,* per incluſionem enim primitiarum excluduntur decimæ, & cenſentur aſſignatæ parochiali noviter erectæ, argum. text. *in l. cùm prætor, ff. de judic. & in l. maritus,* ubi gloſſ. *verbo Præſcripſerit, C. de procur.* ſtante maximè conſenſu Præpoſiti Eccleſiæ Matricis in ipſa diſmembratione. Advertendum quoque eſt, Rotam *in eadem Mediolanenſi decimarum de Carlatio,* de hac concluſione dubitaſſe, an ſcilicet decimæ abſque alia aſſignatione, & diſmembratione facta per Epiſcopum tranſirent ipſo jure in Eccleſiam parochialem noviter erectam, propter Concil. Trident. *ſeſſ.21. de reformat. cap.4.* ibi, *aſſignatur competens portio arbitrio Epiſcopi*, &c. & ideo cauſam remiſiſſe ad Illuſtriſſimos S. Congregationis Concilii Trident. interpretes, qui partibus auditis de anno 1617. cenſuerunt decimas ad Eccleſiam Matricem pertinentes non tranſire ipſo jure in parochialem Eccleſiam noviter erectam, ſed remanere apud Eccleſiam Matricem, niſi eas Epiſcopus novo parocho ad præſcriptum Concilii aſſignaverit.

In ead. gloſſ. ibi, *Vbi Epiſcopus petit decimas*, &c. 8
Notatur ad hoc, quod decimæ fructuum, qui naſcuntur in parochia Epiſcopi, ſeu Eccleſiæ Cathedralis (ſecluſa conſuetudine, præſcriptione, aliàve conceſſione) Epiſcopo debentur, Tyndar. *de decimis, n.68.* Rebuff. *q.7. n.7.* Rota *in Pacenſi decimarum, 5. Decembris 1605.* coram Reverendiſſimo D. Coccino Rotæ Decano, addit. ad Monet. *cap.7. num.7.* ubi cum Rebuff. & Azor. limitat niſi alius eſſet illius Eccleſiæ Curatus.

In ead. gloſſ. ibi: *Et de illis debent facere quatuor* 9
partes, &c. Vt ſcilicet una pars detur clericis, altera fabricæ, tertia pauperibus, quarta retineatur per Epiſcopum: ſed melius textus à gloſſa citati intelliguntur, vel abſolutè, & indiſtinctè, ubi etiam aliqua ex-

ex cauſis infra ſcriptis, videlicet ubi prædium non eſt
in alicujus Parochia ſitum, vel ubi Parochiæ non ſunt
diſtinctæ, Epiſcopo debeantur decimæ, quo modo
etiam exponitur *c. ſtatuimus, cum duobus ſeqq.* 16.*q*.1.
in quibus diſtributio decimarum Epiſcopi arbitrio tri-
buitur; vel ubi aliàs fabrica, Eccleſiæve miniſtri, &
animarum Rectores proprios redditus non habeant,
unde commodè reparari, manuteneri, & ſuſtentari
reſpectivè poſſint.

10 In ead. gloſſ. ibi, *Secundùm conſuetudinem.* Et ideo
non præjudicat, ex iis, quæ tradit Palat. *in repet. rubr.
de donat. inter virum, & uxorem*, §.31. *n*.1.

11 In ead. gloſſ. ibi, *De conſuetudine.* Notatur ad hoc,
quod conſuetudo veluti juſtiſſima interpres obſervan-
da eſt quoties de jure dubium eſt cui Eccleſiæ decimæ
ex certis rebus ſint ſolvendæ, ut per Covar. *lib*.1.
var. c.17. *n*.8. *verſ. quartò.*

12 In gloſſ. *Novalium.* An decimas ex conſuetudine
percipiens in aliena Parochia, valeat etiam novalium
decimam percipere, vide Rendin. *in prompt. recept.
ſent. tom*.1. *tit*.26. *n*.2.

SVMMARIVM.

1 *Decimæ omnium fructuum prædii debentur ei qui
decimas ibi præſcripſit, ſed ad aliud prædium præ-
ſcriptio non extenditur.*

2 *Præſcribens decimas alicujus certi fructus in uno
prædio, poteſt habere decimas alterius rei ibi ſatæ.*

3 *Decimæ ex herbis debitæ debentur etiam ex terreno
in quo herbæ naſcuntur ad culturam redacto, ex
fructibus inde provenientibus.*

4 *Vna & eadem res non debet diverſo jure cenſeri,
quando eadem militat ratio.*

5 *Decimæ ad Rectorem Parochialis ſpectant.*

6 *Decimæ minutæ ſunt, quæ ex hortis, pullis, & ovis
ſolvuntur.*

Cap. Cùm in tua XXX.

1 DEcimæ de jure debentur Eccleſiæ Parochiali, ſed
ſi Monaſteria, vel Conventus de certa terra ſub-
jecta Parochiæ accipiebant aliquos fructus ratione
decimarum, & deinde alii fructus de eadem terra
colliguntur, eadem Monaſteria debent accipere de-
cimas illorum novorum fructuum, quia non debet
una eademque res diverſo jure cenſeri. Colligunt ex
Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarel. Ioan.
Andr. Imol. Anan. Butr. Hoſtienſ. Anchar. Henric.
Panorm. Ripa, Vivian. *in rationali libri tertii juris Pon-
tificii*, *pag*.273. Alagona *in compendio juris Canonici*,
pag.470. refertur ab Anton. Auguſt. *collect*.1. *Decret.
lib*.3. *tit*.9. *cap*.2.

2 Collige ex text. præſcribentem decimas alicujus
certi fructus in uno prædio, poſſe habere decimas al-
terius rei ibi ſatæ, ut per Rebuff. *de decimis, quæſt*.14.
num.18. & 25. Azeved. *l*.2. *num*.9. *tit*.5. *lib*.1. *novæ
recop.* Soar. *de relig. tom*.1. *tract*.2. *lib*.1. *c*.21. *num*.4.
Vnde decimæ ex herbis debitæ debentur etiam ex ter-
reno in quo herbæ naſcuntur, ad culturam redacto
ex fructibus inde procedentibus, Balb. *de præſcript.*
2.*p. princ. q*.12. *n*.17. *verſ. pariter qui præſcripſit*, Covar.
pract. c.37. *n*.5. Rot. *deciſ*.677. *n*.3. apud Farin. *p*.1.
recent.

Diverſo jure cenſeri.] Notatur ad hoc, quod una &
eadem res non debet diverſo jure cenſeri, quando ea-
dem militat ratio, & idem conſideratur reſpectus, ut
per Tiraq. *de retractu lign*. §.1. *gloſ*.18. *n*.23. & §... *gl*.5.
n.14. *ante fin. & de nobilit. c*.28. *n*.11. *cum ſeqq.* Gonzal.
ad reg.8. *Cancel*. §.6. *proœm. n*.64. & 69. *cum ſeqq.*
Surd. *de alim. tit*.2. *q*.15. *n*.150. *cum ſeqq. & conſ*.152. 4
n.39. Mex. *in tract. taxa panis*, *concl*.2. *n*.65. Ceval.
communium contra communes, *q*.899. *n*.36.

Ad quas de jure communi, &c.] Notatur ad hoc, 5
quod decimæ ad Rectorem Parochialis ſpectant, ut
per Rebuff. *q*.4. *n*.4. Gonzal. *ad reg*.8. *Cancel. gloſſ*.6.
n.75. Seraphin. *deciſ*.1449. *num*.5. Gregor. XV. *de-
ciſ*.519. *n*.2. Rot. *in Novarienſi decimarum*, 7. *Maii*
1627. coram R. P. D. meo Pirovano.

In gloſſ. *Minutas.* Notatur ad hoc, quod minutæ 6
decimæ ſunt, quæ ex hortis, pullis, & ovis ſolvuntur,
ut per Rebuff. *q*.3. *n*.26. Soar. *d. lib*.1. *c*.34. *n*.4.

SVMMARIVM.

1 *Laici Eccleſias, vel decimas donare non poſſunt, nec
ex eorum titulo præſtatur cauſa præſcribendi.*

2 *Decimæ coram Eccleſiaſtico judice ſunt petendæ.*

3 *Decima ſita in Parochia Eccleſiæ Cathedralis Epiſ-
copo debetur.*

4 *Rex non poteſt immunitatem à ſolvendis decimis con-
cedere.*

5 *Eccleſia decimas à laico habens, eas non præſcribit,
etiam per tempus immemoriale.*

6 *Titulus illegitimus, qui ex errore juris legitimus pu-
tabatur, conſtituit præſcribentem in mala fide.*

7 *Princeps per confirmationem non intendit juri alterius
tertii derogare.*

8 *Conſuetudo ubi adeſt quod decimæ ad Epiſcopum ſpe-
ctent, ea ſervanda eſt.*

9 *Libelli qualitatem præſumere debemus ex verbis
ſententiæ.*

10 *Præſcriptione longiſſima an juſtus titulus requira-
tur.*

Cap. Dudum XXXI.

LAici etiam Reges non poſſunt donare Eccleſias, 1
vel decimas, nec eorum titulo præſtatur cauſa
præſcribendi, & ſi Papa confirmaret talem donatio-
nem, tamen non intendit derogare juri alterius, niſi
expreſsè hoc declaret. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq.
Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Butr. Imol. Anan.
Hoſt. Anchar. Henric. Panorm. Ripa, Vivian. *in ratio-
nali libri tertii juris Pontificii*, *pag*.273. Alagona *in
compend. juris Canon. pag*.470. remiſſivè Ximen. *in
concord. p*.1. & 2. refertur ab Anton. Aug. *collect*.1.
Decret. lib.3. *tit*.9. *c*.9.

Coram quo decimas, &c.] Et ſic coram Eccleſiaſtico, 2
ut per Rebuff. *de decimis*, *q*.10. *à princ.* Perez *tit*.4.
lib.1. *Ordin. pag*.129. Vide Doctores citatos *ad cap.
tua* 25. *n*.2. *ſupr. hoc tit.*

Intentione tua de jure communi, &c.] Notatur ad 3
hoc, quod decima ſita in Parochia Eccleſiæ Cathe-
dralis Epiſcopo debetur, quia reſpectu illius dicitur
propriè & immediatè Parochus, Rebuff. *q*.7. *num*.7.
& *q*.9. *n*.19. Abb. *in cap. cùm contingat*, *n*.7. *hoc tit.*
Soar. *de relig. tom*.1. *tract*.2. *lib*.1. *c*.19. *n*.3. quatenus
enim hic text. dicit Epiſcopum habere fundatam in-
tentionem jure communi ſuper decimas, agit de deci-
mis, quæ debentur Parochiæ ipſius Epiſcopi, qualis
eſt Eccleſia Cathedralis, reſpectu cujus dicitur pro-
priè, & immediatè Parochus, non verò aliarum Paro-
chiarum, advertit in ſpecie Abb. *in cap. cùm contingat*,
num.7. *hoc tit.*

Hinc enim vulgò colligitur, quod Epiſcopus fun-
dat intentionem ſuam ſuper quarta decimarum ei
de jure debita, ut per Hoſtienſ. Abb. Cardin. Butr.
Ioan.

Ioan. Andr. & Anchar. *in c. de quarta, de præſcript.* eundem Hoſt. Ioan. Andr. & Abb. *in c.cùm contingat, hoc tit.* quorum auctoritate Rota *deciſ.31. n.5. p.2. diverſ.* firmavit hanc opinionem eſſe communem. Rebuff. eandem tenuit *de decimis q.7. num.11.* Rot. *deciſ.402. n.1. p.2. recent.* & *in Novarienſi decimarum, 7. Maii* 1627. coram R. P. D. meo Pirovano, Gonzal. *ad reg.8. Cancel. gloſſ.6. n.87. & 88.*

Neque obſtat quod opinio prædicta bene procedat contra Rectorem, à quo Epiſcopus exigere debet ſuam Canonicam portionem, non autem contra Parochianos incolas, qui tenentur reſpondere de decimis ſuo Rectori, & non Epiſcopo, *d. cap. cùm contingat, hoc tit.* ibi: *Quod cùm perceptio decimarum ad Parochiales Eccleſias de jure communi pertineat, cap. cùm in tua, eod. tit.* ibi: *Alioquin Parochialibus exſolvantur, ad quas de jure communi ſpectat perceptio decimarum,* Caſtr. *conſ.38. per tot. p.1.* Seraph. *deciſ.1449. n.5.* Greg. *deciſ.519. n.2.*

Quia Hoſtienſ. ſentiens hanc contrarietatem, illam conciliat *in d.cap.cùm contingat, n.1. verſ.unde,* nam verum eſt quod text. *in præſenti, & cap. quoniam, hoc tit.* dicunt Epiſcopum fundare ſuam intentionem in portione Canonica, & *in cap.cùm contingat, & in cap.cùm in tua*, de jure communi decimas ſpectare ad Eccleſias Parochiales: ſed inquit, ille Epiſcopus fundat quoad Canonicam, Parochialis verò Eccleſia quoad alia; & ita una diſpoſitio aliam non deſtruit, ſed bene inter ſe conveniunt, & Ioan. Andr. *in d.cap.cùm contingat, num.4.* ſequitur hanc diſtinctionem: propterea aut Rector non eſt in cauſa, aut negligit exigere decimas, & Epiſcopus pro ſua portione Canonica poteſt agere jure proprio, aut vult agere pro omnibus decimis, & etiam poteſt, ſed nomine Eccleſiæ Parochialis, cui tenetur illas conſervare, *cap. fin. de ſucceſſ. ab inteſt.* Hoſtienſ. *in d.cap.cùm contingat, num.2.* Ioan. Andr. *in d. cap. quoniam, num.3.* aſſerentes Ordinarios habere etiam fundatam intentionem quoad petitionem nomine ſuarum Eccleſiarum Parochialium: quod etiam admiſit Rot. *in Carinenſi decimarum, 13. Maii* 1587. coram Orano, & per hanc diſtinctionem conveniunt deciſiones coram bonæ mem. Card. Pamphilio, & bonæ mem. Iuſto *in Conchen. decimarum del Infantado,* quæ referuntur *in deciſ.442.445. & 520. p.1. recent.* & poſtmodùm coram bonæ mem. Andrea, 18. *Decembris* 1617. in quibus fuit firmatum, Epiſcopum habere in prædiis decimatoriis jus tale, & coæquale cum Rectoribus, & eſſe inter ſe quaſi portionarios, & prout tales nuncupantur per Hoſtienſ. *in d. cap. quoniam, num.2.* & Ioan. Andr. *num.3.* quæ realitas, & coæqualitas tolli non poteſt per negligentiam, aut malitiam Rectorum non comparentium; cùm ſit fundata in proprio jure immediato, non autem mediato, ex perſona Rectorum; ſimiliter ſi idem Rector eſt in cauſa, & Epiſcopus ſimul agentes contra laicos parochianos, minor eſſet difficultas, quia uterque agit ex jure ſuo, & admittitur iſta ſimultanea actio *in Cervien.decimarum, 22. Aprilis* 1602. coram bonæ mem. Peña, ac demùm quando Rector neque eſt cauſa, aut negligit, ſed eſſe, aut agere, aut negligere non poteſt; quia decimæ ad illum non pertinent, qui eſt caſus noſter, tunc jure non prohibetur quin Epiſcopus fundet intentionem ſuam contra laicos, & alios quoſcunque pro decimis prædialibus, *cap. fin. de ſucceſſ. ab inteſt. d.cap.quoniam,* & text. *in præſenti,* & idem admittitur *in Poſſavien.decimarum, 18. Maii* 1591. coram Giptio: ex quibus patet conſequentiam quam faciunt Caſtr. *in d.conſ.38.* & Greg. XV. *deciſ.519.* non eſſe tutam, quod decimæ debent percipi à Rectoribus, & ab ipſis Epiſcopi exigunt quartam, & ſic mediatè, non autem immediatè à laicis, quia etſi *cap. cùm contingat, & cap. cùm in tua,* expreſsè dicant perceptionem decimarum de jure communi pertinere ad Eccleſias Parochiales, non tamen excludunt Epiſcopos, quin & ipſi fundent intentionem quoad eorum canonicam portionem, juxta *d.cap.quoniam,* & text. *in præſenti,* attenta compatibilitate, quam ponit Hoſtienſ. ut dicebam *in d. cap.cùm contingat, n.1. verſ. non obſtat, de decimis.* Colliguntur hæc omnia ex Rot. *in Novarien. decimarum, 7. Maii* 1627. coram R. P. D. meo Pirovano.

4 *Qui B. Regis,* &c.] Notatur ad hoc, quod Rex non poteſt immunitatem à ſolvendis decimis concedere, ut per Rebuff. *quæſt.13. num.101.* Monet. *eod. tract. c.5. n.39.* Nam Imperator, & Reges non conſequuntur poteſtatem diſponendi de ſpiritualibus, Xuar. *alleg.8. n.12.*

5 *In decimis, & Eccleſiis à Rege,* &c.] Notatur ad hoc, quod Eccleſia decimas à laico, putà Rege vel Regina habens, eas non præſcribit etiam per tempus immemoriale, ut per Rebuff. *q.13. n.85. & 87.* Monera *de decimis, c.5. n.113.*

6 *Titulus nullus erat.*] Notatur ad hoc, quod titulus illegitimus, qui ex errore juris legitimus putabatur, conſtituit præſcribentem in mala fide, deſtruitque longiſſimi temporis præſcriptionem, ut per Molin. *de primog. lib.2. c 6. n.68. verſ. contrariam.*

7 *Iuri Epiſcopali nullatenus derogatur.*] Notatur ad hoc, quod per confirmationem non intendit Princeps juri alterius tertii derogare, aut præjudicium afferre, ut per Brunor. à Sole *in locis communibus, verbo Confirmatio 2.* Cabed. *Luſit.deciſ.1. n.6. p.2.* Ioſeph. Seſſe *Aragoniæ deciſ.15. n.7.* ubi ſecus dicit quando agebatur de præjudicio tertii, de quo cogitavit.

8 In gloſſ. *De jure communi,* ibi, *& de conſuetudine loci,* &c. Notatur ad hoc, quod ubi adſit conſuetudo quod decimæ ad Epiſcopum ſpectent, ea ſervanda eſt, Rebuff. *q.7. n.10.* Monet. *d. tract. c.7. n.12.*

9 In gloſſ. *Prohibemus,* ult. ibi, *ſed ſtandum eſt ſententiæ.* Notatur ad hoc, quod ex verbis ſententiæ debemus ipſius libelli qualitatem præſumere, ut per Maſcard. *de probat. concl.976. n.6.*

10 In gloſſ. *Quæ allegavit,* ibi, *ſecundùm Canones longa, & longiſſima præſcriptio non differunt.* Vnde hæc gloſſ. ſecundùm Canones in præſcriptione longiſſima juſtum titulum requirit, ſentiens aliud eſſe ſecundùm leges civiles, quæ fuit opinio Ioan. ut refert gloſſ. *in ſum.16. quæſt.3. ante fin. verſ. item ſecundùm Canones.* Sed hæc ſententia omninò corruit, nam quoad titulum non eſt differentia inter Canones, & leges, Abb. *n.14. in cap. de quarta, de præſcript.* Covarr. *in reg poſſeſſor, part.4. §.5. num.2. & §.3. n.6. & lib.1. variar. cap.17. num.7.* & fortaſſe ſic ſentit gloſſ. *hæc in fine,* dum ſe remittit ad ea, quæ dixit *in cap. ſi diligenti, de præſcript. in gloſſ. ult.* ubi longè aliter loquitur. Non obſtant text. *in præſenti,* & *in d. c. ſi diligenti,* quia procedunt ubi jus commune, vel præſumptio eſt contra præſcribentem, in qua ſpecie requiritur titulus, *cap.1. de præſcript. in 6.* Nec etiam obſtat *c. pervenit, de empt.* ubi in præſcriptione triginta annorum allegatur, & attenditur titulus; nam licèt DD. paſſim exiſtiment tractari illic de præſcriptione, ut per Covar. *in reg. poſſeſſor, p.2. §.7. n.5. verſ. ſecunda,* Pinel. *in auth. niſi, n.11. C. de bonis matern* longè verius eſt cum Abb. illic *n.9.* & aliis, *in eo text.* non agi de præſcriptione, quæ etiam per longiſſimum tempus in ea ſpecie locum habere non poterat, juxta reg. *l. in rebus, verſ. omnis, C. de jure dotium.* Deinde quia ſi illic ageretur de præſcriptione, & titulus ad illam eſſet neceſſarius, utique is, quem mulier B. allegabat, juſtus eſſe non potuit, utpote contra jus prohibens alienationem rei donatæ

propter nuptias, *d. l. in rebus, auth. ſive à me, C. ad Velleian.* Vnde ex mente *gloſ. 1. verſ. & poſt biennium,* & aliorum *ibi*, Felin. *n. 35. in cap. de quarta, de præſcript.* expenditur, & allegatur illic ſpatium triginta annorum, tanquam conjectura ad præſumendum ſecundum conſenſum uxoris, quæ rei propter nuptias donatæ alienationi conſenſerat; licèt enim ad præſumendum conſenſum ſimplicem tempore, quo actus celebratur, ſufficiat ſpatium decem annorum, *l. ſi filius, C. de petit. hæred.* cum aliis de quibus per Gabr. *commun. tit. de præſumpt. concl. 1.* nihilominus quia in ſpecie *d. c. pervenit,* ad confirmationem donationis propter nuptias non ſufficit conſenſus ſimplex tempore contractus, ſed requiritur etiam qualificatus alius cum intervallo, & deliberatione biennii, ut *in d. auth. ſive,* meritò *in d. cap. pervenit,* expenditur longiſſimum tempus, ut ex illo hujuſmodi tempus præſumatur.

SVMMARIVM.

1 *Domini debent tradere ſua prædia colenda illis, qui decimas ſine contradictione perſolvant,* & n. 2.
3 *Excommunicari debet non ſolvens decimas, cum teneatur.*
4 *Declaratur text. in præſenti.*
5 *Conſuetudo plurimùm poteſt circa portionem, & quantitatem decimæ, eáque attendenda eſt.*
6 *Clerici conſuetudine poſſunt eximi à ſolutione omnium decimarum.*
7 *Conſuetudo ut introducatur in ſolutione decimarum decennium requiritur.*

Cap. Ex parte XXXII.

1 Domini prædiorum poſſunt cogi per cenſuras, ut dent prædia colenda talibus colonis, à quibus Eccleſia ſine contradictione integras decimas exigere poſſit, vel illi ſolvant. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Imol. Butr. Anan. Hoſt. Anchar. Henric. Panorm. Ripa, Vivian. *in ration. lib. 3. juris Pontif. pag. 274.* Alagona *in compend. juris Canon. pag. 470.* remiſſivè Ximen *in concord. p. 1. & 2.* deſumitur ex Concil. generali Lateran. ſub Innoc III. *cap. 53.* & refertur ab Anton. Auguſt. *collect. 1. Decret. lib. 3. tit. 9. c. 5.*

2 *Vt ipſi domini talibus,* &c.] Notatur ad hoc, quod domini debent tradere ſua prædia colenda illis, qui decimas ſine contradictione perſolvant, ut per Rebuff. *de decimis, q. 5. n. 13.*

3 *Per cenſuram Eccleſiaſticam compellatur.*] Notatur ad hoc, quod non ſolvens decimas cùm teneatur, excommunicari debet, concordat Concilium Trident. *ſeſſ. 25. de reformat. cap. 12.* Rota *in Motunen. decimarum, 31. Ianuarii 1614.* coram Illuſtriſſimo Sacrato, latè Moneta *de decimis, cap. 8. à num. 64.* ubi *num. 69.* tenet hujuſmodi excommunicationem ferri debere monitione præmiſſa, Azot. *inſtit. moral. part. 1. lib. 7. cap. 26. quæſt. 9.*

§. Illæ quippe.

Decimæ illæ neceſſariò ſunt ſolvendæ, quæ debentur de jure divino, vel de loci conſuetudine approbata. Colligunt Doctores *in principio text.* citati.

4 *Ex lege divina.*] Id eſt, quæ in veteri lege ſolvebantur, quaſi Pontifex in præſenti eam legem imitatus, & judiciale illius præceptum innovans mandaſſet, ut nunc ſolvantur decimæ, quæ in illa antiquitùs ſolvebantur, ita Moneta *de decimis, cap. 1. quæſt. 2. num. 32. in med.* quod etiam meliùs declarat Azot. *inſtit. moral. part. 1. lib. 7. cap. 26. quæſt. 5. verſ. cæterùm,* aſſerens Pontifices ſæpè teſtari decimam jure divino deberi, quia ſignificant decimam nunc Eccleſiæ ſolvi, quæ lege divina in veteri Hebræorum populo Levitis, & Sacerdotibus debebatur, & Decreta Canonica jus divinum interdum appellant quicquid in ſacris literis continetur, ſive ad vetus id, ſive ad novuum ſpectet Teſtamentum, ſive id quod more veteris legis conſtitutum eſt: nec mihi diſplicet aliqua ratio, quam aſſignat idem Azot. *loco citato,* Pontifices ideò teſtari decimam jure divino deberi, quia illam accipiunt prout eſt pars fructuum debita, & neceſſaria Clericis ad commodum eorum alimentum, & victum, ac ſtipendium debitum, non autem prout eſt certa & definita pars fructuum.

Vel loci conſuetudine approbata.] Notatur ad hoc, 5
quod conſuetudo plurimùm poteſt circa portionem & quantitatem decimæ, eáque attendenda eſt, ut per Covar. *lib. 1. var. cap. 17. n. 2. verſ. præterea,* Rebuff. *de decimis, q. 13. n. 46. & 54.* Monet. *eod. tract. c. 5. n. 87.* Perez *l. 2. tit. 5. lib. 1. Ordin. pag. 133.* Cened. *ad Decretum, collect. ult. à n. 4.* Azot. *d. lib. 7. cap. 26. q. 2.* Soar. *de Relig. tom. 1. tract. 2. lib. 1. c. 12.* Vnde valere conſuetudinem quod ex eodem prædio una Eccleſia decimas majores percipiat, & aliæ minores, cenſuit Rota *in Conchen. decimarum, 1. Iulii 1591.* coram Cardin. Pamphilio: item valere conſuetudinem, ut de minutis, etiam decimæ mixtæ, vel ex certis fructibus, putà fœno, oleo non ſolvantur, poſt D. Thom. Covar. Azot. & alios reſolvit Moneta *d. cap. 5. n. 93. & 94.* ubi *num. 95.* tenet valere conſuetudinem ut de prædiis Eccleſiaſticis decima non ſolvatur à Clericis.

In gloſſ. *Loci conſuetudine,* ibi, *quia Clerici, vel* 6
Eccleſia contra Clericos, &c. Notatur ad hoc, quod poſſunt Clerici conſuetudine eximi à ſolutione decimarum omnium, tam prædialium, quàm perſonalium, etiam ratione bonorum patrimonialium, ut per Bald. *de præſcript. 5. part. princip. quæſt. 7.* Covar. *d. c. 17. n. 8. verſ. primum hinc conſtat,* Azot. *d. lib. 7. cap. 26. quæſt. 2.* Monet. *d. cap. 6. n. 96.* Ad introducendam conſuetudinem in ſolutione decimarum decennium ſufficere voluerunt Abb. Covar. & Rebuff. citati à Moneta *d. cap. 4. n. 102.* Achil. *deciſ. 3. num. 5. de decimis,* Puteus *deciſ. 15. incip. Fuit aliàs dubitatum, n. 5. lib. 1.* Intellige
quando agitur inter duas Eccleſias Parochiales, veluti 7
inter Eccleſiam Sacramentalem, vel prædialem, cum Rota *in Calaguritana decimarum infra citanda:* ſecus ſi ageretur inter Eccleſiam Parochialem & alteram, cui reſiſtit, tunc enim requiretur immemorabilis, aut quadragenaria cum titulo, Doct. *in cap. fin. de conſuet.* Rebuff. *de decimis, q. 13. à n. 83.* Rota *in Civitatenſi decimarum, 15. Decembris 1594. & 18. Martii, & 28. Iunii 1596.* coram Card. Pamphilio, & *in Calaguritana decimarum, 19. Martii 1610.* coram D. Cavalerio *deciſ. 289. n. 2.* apud Farin. *p. 2. recent.* pariterque requiruntur ſolutiones uniformes, ut ex illis inducatur conſuetudo, Rota *deciſ. 499. n. 2.* apud Farin. *p. 1. recent.* ubi etiam advertit non ſufficere, ſi factæ ſint à nonnullis ſingularibus perſonis pro bonis particularibus, vigore tranſactionum & locationum ad certum tempus.

SVMMARIVM.

1 *Decimæ priùs ſunt ſolvendæ quàm cenſus, ſeu tributa, & ſi priùs illa ſolvuntur, poſteà decimari debent,* & n. 2.
3 *Decima eſt onus reale, ac proinde ſequitur fructuum poſſeſſorem, ſeu detentorem.*

4 *Eccleſia*

4 *Eccleſia poteſt novum emptorem, eundémque poſſeſſorem ad decimas præteritas non ſolutas convenire.*
5 *Solvente uno alius liberatur.*

Cap. Cùm non ſit XXXIII.

1 DEcimæ priùs ſunt ſolvendæ, deinde cenſus, & alia tributa, & ſi priùs illa ſolvantur, decimari & ipſa debent ſub pœna excommunicationis, quia res tranſeunt cum ſuo onere, id eſt, decimarum. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Butr. Ioan. Andr. Imol. Ananias, Anchar. Hoſtienſ. Henric. Panorm. Ripa, Vivian. *in rationali lib. 3. iuris Pontificii, pag. 274.* Alagona *in compendio juris Canonici, pag. 471.* remiſſivè Ximen. *in concord. part. 1. & 2.* deſumitur ex Concilio Lateran. ſub Innoc. III. *c. 54.* & refertur ab Anton. Auguſt. *collect. 4. Decretal. lib. 3. tit. 9. cap. 6.*

2 Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſumunt S. Thomas 2. 2. q. 87. *art. 2. ad* 4. Sotus *lib. 9. de juſtit. q. 4. art. 2. ad* 4. Vivian. *deciſ. 4. n. 2. & 6.* Moneta *de decimis, c. 6. q. 4. n. 37.*

3 *Quoniam res cum onere ſuo tranſit.*] Ergo decima eſt onus reale, ac proinde ſequitur fructuum poſſeſſorem, ſeu detentorem, ut per Rebuff. *de decimis, q. 9. num. ult.* Camil. Borrel. *in ſumma omnium deciſionum, tit. 19. n. 63.* Et ita poteſt Eccleſia novum emptorem, eundémque poſſeſſorem ad decimas præteritas non ſolutas convenire. Hoſt. *in cap. paſtoralis, n. 11. hoc tit.* ubi Ioan. Andr. *num. 6.* Anchar. *num.* 8. Zabar. *num.* 20. Butr. *num.* 12. Panorm. *num.* 4. Feder. de Senis *conſil.* 81. *n.* 2. quos refert Rendin. *in prompt. recept. ſentent. tom. 1. tit. 26. num.* 6.

4 *Vel ſaltem hi,* &c.] Quia uno ſolvente alius liberatur, ut per Gig. *de penſion. q. 59. n. 63.*

SUMMARIUM.

1 *Ciſtercienſes, & omnes Religioſi qui gaudent eiſdem privilegiis, de fructibus poſſeſſionum, quas acquiſierunt poſt Concilium generale, de quo hîc, decimas ſolvere tenentur, ſi de illis poſſeſſionibus prius ſolvebantur decimæ.*
2 *Declaratur text. in præſenti.*
3 *Monaſteria, & pia loca ad decimas tenentur, niſi aliquo privilegio, præſcriptione, vel compoſitione ſint exempta.*
4 *Papa communicando privilegia alicujus Religionis, in quibus adeſt exemptio à ſolutione decimarum, an cenſeatur alteri Religioni exemptionem à ſolutione decimarum communicaſſe, oſtenditur.*

Cap. Nuper XXXIV.

1 CIſtercienſes, & omnes Regulares, qui gaudent iiſdem privilegiis, de terris alienis, & in poſterum acquirendis, etiamſi eas propriis manibus, & ſumptibus excolant, debent ſolvere eaſdem decimas, quas antea domini terrarum ſolvebant, vel inter ipſos componere. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Imola, Anan. Hoſt. Butr. Anchar. Henric. Panormit. Ripa, Vivian. *in ration. lib. 3. juris Pontif. pag. 275.* Alagona *in compend. juris Canon. pag. 471.* remiſſivè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* deſumitur ex Concilio generali Lateran. ſub Innoc. III. *cap. 55.* & refertur ab Anton. Auguſt. *collect. 4. Decret. lib. 4. tit. 9 cap. 7.*

2 Multa circa materiam, & intellectum hujus text. congerunt Campanil. *in diverſorio juris Canon. rub. 12. cap. 13. num. 154. cum ſeqq.* Puteus *deciſ. 65. lib. 3.* benè Marcheſ. *de commiſſ. p. 2. pag. 596. in nova impreſſ.* & R. Coccinus in ſuis deciſionibus, *lib. 2. deciſ. 192.* cujus particulam placuit hic referre, cùm de materia hujus text. multa contineat utilia, & non contemnenda: Ex alio capite dixerunt Domini breve non eſſe juſtificatum, quia non fuit derogatum *cap. nuper, de decimis,* quod cùm ſit conciliare, cenſetur habere clauſulam derogatoriam ad futuras diſpoſitiones, adeò quod ſit propriè neceſſaria illius derogatio expreſſa, Rota *deciſ. 122. & 133. p. 1.* & fuit dictum *in cauſa Oriolenſi decimarum, 21. Maii 1589.* coram Orano. Hoc eſt verum, quod *cap. nuper,* loquatur ſolùm de decimis debitis parochialibus, quia loquitur generaliter de Eccleſiis, & ejus ratio eſt generalis, ſcilicet ne Eccleſiæ ulteriùs prægraventur: quæ ratio generalis expreſſa ejus eſt potentiæ, quod quamvis lex alium caſum decideret, nihilominus ex vi rationis expreſſæ omnem alium caſum ſub ratione comprehenſum determinaret, etiamſi ex tali determinatione ſequeretur correctio aliorum jurium, gloſſ. *verbo Italia, in cap. 1. de tempor. ordin. lib. 6.* Bald. *in auth. quas actiones, n. 4.* ubi Iaſ. *num. 22. de ſacroſ. Eccleſ.* Pariſ. *conſ. 69. num. 6. lib. 4.* & hoc etiamſi repugnaret jus, & proprietas verborum; Crot. *conſ. 171. n. 24. lib. 2.* Angel. *conſ. 221. col. 2. verſ. nec obſtat,* Socin. jun. *conſ. 21. num. 4. lib. 1. & conſ. 10. n. 12.* cum aliis per Honded. *conſ. 34. n. 26. lib. 1.* Minùs eſt verum quod Hoſt. *in verbo committantur, & in verbo perſolvantur, in d. cap. nuper,* dicit, quod text. loquitur de decimis debitis Eccleſiæ parochiali, quia ibi hoc non dicit, ſed loquitur exemplificativè, & videtur dicere contrarium *in verbo ſolvebantur,* licèt loquatur in ſecunda parte *cap. nuper,* & hunc intellectum aliàs habuit Rota *in Vlyſbonenſi decimarum,* coram Robuſterio, & in deciſionibus ſuprà allegatis 122. 123. *p. 1.* & *in d. Oriolenſi* coram Orano. Hæc R. D. Coccinus, quibus adde Marcheſan. *d. pag. 596. n. 1.* ubi *num. 2.* aſſerit hunc text. non derogari, niſi dicatur non obſtare, &c. & illam deciſionem in d. Oriolenſi refert Campanil. *d. cap. 13. n. 154.* & etiam Rota coram Cavalerio *deciſ. 229. n. 3.* ait exemptionem à decimis non ſuffragari, niſi in ſpecie derogetur huic capiti.

Decernimus, ut de alienis terris, &c.] Ergo Mo- 3
naſteria, & pia loca ad decimas tenentur, niſi aliquo privilegio, præſcriptione, vel compoſitione, aut tranſactione ſint exempta, ut per Gutier. *conſ. 5. n. 17.* Leſſ. *de juſtit. lib. 2. c. 39. dub. 5. n. 24.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 19. n. 88. in fine.*

Qui gaudent ſimilibus privilegiis, &c.] Hic quæri 4
poteſt an Papa communicando privilegia alicujus Religionis, quibus adeſt expreſſa exemptio à ſolutione decimarum, alteri Religioni, cenſeatur etiam communicaſſe exemptionem à ſolutione decimarum? in quo quæſito Rota *in cauſa Mediolan. decimarum, 10. Aprilis 1606.* coram R. D. Coccino Rotæ Decano, in cujus caſu Papa proceſſerat per viam communicationis omnium & ſingulorum privilegiorum, & præcipuè illorum, per quæ eximuntur à decimarum, procurationum, viſitationum, præſtationum, & ſubſidiorum, ac aliorum onerum quorumcunque præſtatione, reſpondit non fuiſſe communicatam exemptionem à ſolutione decimarum, quia de hac exemptione fieri debet ſpecialis mentio. Butr. *conſ. 10. num. 9.* cùm talis exemptio difficulter concedatur, Bald. *in l. fiſtulas, §. frumenta, ff. de contrah. empt.* Cremen. *ſing.* 108. Felin. *in cap. ſedes, n. 3. de reſcript.* Put. *deciſ. 65. lib. 3.* Rota *in Carthaginenſi decimarum, 19. Novembris 1590.* coram Iuſto, & *in Seguntina decimarum,*

30.

30. *Octobris* 1600. coram Seraphin. *deciſ.* 591. *num.* 2. & *in Toletana decimarum de Reyniel*, 10. *Maii* 1613. coram bonæ mem. Card. Cavalerio, inter ejus impreſſas *deciſ.* 247. *n.* 10. & *in Valentina decimarum*, 28. *Novembris* 1603. coram Card. Lancel. & *in Cordub. decimarum*, 13. *Maii* 1613. coram bonæ mem. Patriarcha Manzanedo, & *in Conchen. decimarum*, 12. *Maii* 1623. coram bonæ mem. Buratto Et hæc concluſio procedit etiamſi Papa in dicta communicatione privilegiorum fecerit mentionem de decimis, quia ſi non appatet de expreſſa mente concedentis, verbum *decima*, referri poteſt ad decimas extraordinarias, quæ imponuntur ab homine, non autem ad ordinarias, & prædiales, quæ ſint debitæ de jure divino, & hoc maximè provenit in communicatione privilegiorum, in qua non derogatur huic cap. quod cùm contineat conſtitutionem Conciliarem, cenſetur habere clauſulas derogatorias ad ſequentes diſpoſitiones, & ideò requirit ſpecificam derogationem, ut ſuprà dixi.

Cap. Interdicimus XXXV. & ult.

Gregor. IX.

1 PErſonæ Eccleſiaſticæ non præſumant accipere à laicis in pignus decimas ab eiſdem laicis detentas, quæ ſpectant ad alienas Eccleſias. Colligunt ex Ordin. Abb antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Butr. Imol. Ananias, Hoſt. Anch. Hentic. Panorm. Vivian. *in rationali lib.* 3. *juris Pontif. pag.* 275. Alagona *in compendio juris Canon. pag.* 471. remiſſivè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2.

2 Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſumunt Soar. *de Relig. tom.* 1. *tract.* 2. *lib.* 1. *de decimis, cap.* 19. *num.* 2. *&* 7. Rebuff. *de decimis, quæſt.* 10. *n.* 26. Moneta *eod. tract. cap.* 5. *n.* 70. ubi cum gloſſ. & aliis *in præſenti*, limitat niſi pignorentur illis Eccleſiis, quarum decimæ ſunt, aut niſi fructus ipſi, & commoditates decimarum pignorentur, & citat Nicol. Intrigl. *de feudis, q.* 2. *n.* 221.

De Regularibus, & Tranſeuntibus ad Religionem.

Tit. XXXI.

SVPER hanc rubr. ſcripſerunt Zabarell. Ioan. Andr. Imola, Ananias, Butr. Anchar. Panorm. Guillelm. Durand. *in Breviario aureo juris Canonici, fol.* 105. *verſo*, Ioan. de Londris *in Breviario ſanctorum Canonum, fol.* 175. Martin. Meſnart. *in epitome Decretal. fol.* 122. Petr. de Ravenna *in compendio juris Canonici*, Dan. Venator *in analyſi method. juris Pont. à pag.* 468. Goffred. & Hoſt. *in ſumma hujus tit.* Alex. Caſan. & Anaſtaſ. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decretal.* Barthol. Carthagena *in expoſitione titulorum juris Canonici*, Zipæ. *in analytica poſtremi juris Eccleſ. enarrat. pag.* 251. Caniſ. *in ſumma juris Canon.* Caſarel. *in erothem. juris*, noviſſimè Ioan. Honor. *lib.* 3. *ſumma in Decret.* omnes *ſub hac rubr.*

De materia tit. vide Vezin. Suar. Villalob. & alios *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 1. *tit.* 3. & Navar. *in comment. de Regul.* Et quæſtiones Regulares in tres Tomos diviſit Conluſitanus noſter Fr. Emman. Roder. & *manuale Prælatorum Regularium* edidit Fr. Ludov. Miranda, & *de ſtatu Regularium*, libellum pariter edidit Fr. Io. à Cruce, & *de ſtatu Monachorum* alium edidit Fr. Thomas à Ieſu Maria, & *de Religioſo ſtatu, ac profeſſio* tomum compoſuit P. Thom. Sanch. qui eſt *ſecundus Operis Moralis in præcepta Decalogi*, & noviſſimè *tribus votis ſolemnibus*, librum edidit P. D. Barthol. S. Fauſto, quem inſcripſit *Theſaurum Religioſorum.*

SVMMARIVM.

1 *Religionem nullus intrare poteſt, niſi in ætate legitima, & ſpontanea voluntate.*

2 *Religionem profiteri nullus poterat attento jure communi, niſi quatuordecim annis exactis in maſculis, & in fœminis poſt duodecimum.*

3 *Profeſſio tam virorum quàm mulierum, attento Concilio Trid. fieri prohibetur ante decimum ſextum annum expletum, & quæ antea fieret, decernitur nulla.*

4 *Profeſſio emiſſa in ſuprema, & ultima die anni decimi ſexti, an valeat, remiſſivè.*

5 *Religionem quis ingredi debet ſponte.*

Cap. Nullus I. *Ex Concilio Mogunt.*

NVllus admittitur ad Religionem, niſi volens, & in ætate legitima. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan Andr. Imol. Anan. Butr. Hoſt. Anch. Hentic. Panorm. Vivian. *in ration. lib.* 3. *juris Pontif. pag.* 288. Alagona *in compend. juris Canonici, pag.* 466. remiſſivè Ximen. *in concord. p.* 1. deſumitur ex Concilio Mogunt. celebrato anno 813. ſub Carolo Imper. *cap.* 22. & refertur ab Ant. Auguſt. *collect.* 1. *Decret. lib.* 3. *tit.* 27. *cap.* 3.

Niſi in legitima ætate.] Quæ attento jure communi requirebatur, in maſculis quatuordecim annorum 2
exactorum, & in fœminis poſt duodecimum, per *cap. noſtram, cap. ſignificatum, cap. cùm virum, cap. cùm ſimus, hoc tit. cap.* 1. *eod. tit.* 6. *& Clementin. eos, eod. tit.* Fr. Lud. Miranda *in man. Prælat. tom.* 1. *q.* 24. *art.* 2. Sanchez *in præcepta Decalogi, tom.* 1. *lib.* 5. *c.* 4. *n.* 2. Hodie ex noviori diſpoſitione Concilii Trid. *ſeſſ.* 25. *de Regul.*
cap. 15. profeſſio in quacunque Religione tam viro- 3
rum, quàm mulierum fieri prohibetur ante decimum-ſextum annum expletum, & quæ antea fieret, decernitur nulla, & invalida, ut ex eo colligunt, pluraque adducunt Zerol. *in praxi Epiſc. p.* 1. *verbo Moniales*, §. 2. Franc. Leo *in theſauro fori Eccleſ. p.* 1. *c.* 1. *n.* 36. Azor. *inſtit. moral. p.* 1. *lib.* 12. *cap.* 2. *q.* 4. *& lib.* 13. *c.* 9. *q.* 2. Sanch. *de matrim. lib.* 2. *diſp.* 24. *n.* 22. *& d. cap.* 4. *n.* 4. Campanil. *in diverſorio juris Canonici, rub.* 7. *c.* 6. *n.* 129. *& rubr.* 12. *c.* 11. Ioan. de la Cruz *de ſtatu Relig. lib.* 1. *cap.* 8. *dub.* 2. *&* 4. Petr. de Ledeſm. *in ſumma, p.* 2. *tract. del eſtado de los Religioſos, cap.* 7. Armend. *in addit. ad recop. legum Navarræ, fol.* 85. *n.* 4. *cum ſeq.* Vtrùm autem profeſſio emiſſa in ſuprema, & ultima die anni 4
decimi ſexti valeat? vide Sanch. *d. n.* 22. Campanil. *loco citato*, Galet. *in margarita caſuum conſcientiæ, verbo profiteri*, per Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſ. dec.* 656. *in* 1. *edit. & reſol.* 549. *in* 2. *edit.*

Et ſpontanea voluntate.] Quia ſponte Religionem 5
quis ingredi debet, *cap. proclivis* 20. *q.* 3. adeo quod excommunicationis vinculo innodantur à Concilio Trident. *ſeſſ.* 25. *de Regularibus, cap.* 18. qui mulierem monaſterium ingredi coëgerint, quique conſilium, auxilium, vel favorem dederint. Vnde Monachi profeſſio dicitur nulla, ſi fuerit facta per vim, & metum etiam parentum, Rota *deciſ.* 175. *num.* 5. apud Farin. *p.* 1. *recent.* ubi etiam quod ſemel metus illatus incidit in omnes

omnes ſequentes actus durante cauſa metus. Quicunque tamen Regularis prætendens per vim, & metum ingreſſum eſſe Religionem, aut etiam dicens ante ætatem debitam profeſſionem emiſiſſe, aut quid ſimile, velitque habitum dimittere quacunque ex cauſa, aut cum habitu diſcedere ſine licentia Superiorum, non erit audiendus, niſi cauſas quas prætenderit, deduxerit coram Superiore ſuo; & Ordinario per Concilium Trid. *ead. ſeſſ.* 25. *de Regularibus, c.* 19. de cujus materia agunt Navar. *comment.* 4. *de Regularibus, n.* 73. *&* 77. Zerola *in praxi Epiſc. part.* 2. *verbo profeſſio*, §. 2. Franciſc. Leo *in theſauro fori Eccleſiaſt. p.* 2. *c.* 1. *n.* 42. Fr. Emman. *quæſt. Regul. tom.* 3. *q.* 17. *art.* 17. Fr. Ioan. de la Cruz *de ſtatu Relig. lib.* 1. *c.* 8. *dub.* 4. *verſ. ſecunda concluſio*, Sanchez *de matrim. lib.* 7. *diſp.* 38. Campanil. *d. rubr.* 21. *c.* 13. *n.* 129. Leſſ. *de juſtit. lib.* 2. *c.* 41. *dub.* 7. *n.* 63. Ego ipſe *de offic. & poteſt. Epiſc. p.* 3. *alleg.* 105. *num.* 48. & latiùs *alleg.* 103. *à num.* 12.

SVMMARIVM.

1 *Impubes Monaſterium ingreſſus, poſt annum à parentibus revocari non poteſt. Pubes per vim ingreſſus, poſt annum exire, vel à parentibus revocari non poteſt.*

2 *Impubes ſi Religionem abſque parentum vel tutoris conſenſu ingrediatur, poſſunt parentes, vel tutor id factum irritum facere, & impuberem revocare, niſi anno & die id diſſimulando conſenſerint.*

3 *Impubes à parentibus, vel tutoribus Religioni oblatus an poſſit reſilire ante pubertatem, conſentientibus ipſis qui eum obtulerunt, vel ipſis invitis, conſentiente Monaſterio, oſtenditur.*

4 *Annus de quo in præſenti, quomodo computandus, oſtenditur.*

5 *Parentes, vel tutores non poſſunt propria auctoritate, vimque inferendo extrahere impuberem à Religione.*

Cap. Si quis II.

1 SI filius infra legitimam ætatem, ſed cum conſenſu parentum ingreditur Religionem, & parentes infra annum non reclamant, non poſſunt poſt annum illum revocare. Si eſt ingreſſus poſt legitimam ætatem, ſed per vim, & nec ipſe, nec parentes ejus reclamant infra annum, remanere debet in clericatu. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Imol. Anan. Burr. Anchar. Hoſt. Henric. Panorm. Viv. *in rationali lib.* 3. *juris Pontif. pag.* 283. Alagona *in compend. juris Canonici, pag.* 475. remiſſivè Ximen. *in concord. p.* 1. refertur à Burchardo *lib.* 7. *Decret. cap.* 3. Ivon. *p.* 7. *c.* 26. & ab Anton. Auguſt. *collect.* 4. *Decret. lib.* 3. *tit.* 27. *c.* 4.

2 *Si parentes ipſius, &c.*] Notatur ad hoc, quod ſi impubes Religionem abſque parentum, vel tutoris conſenſu ingrediatur, poſſunt parentes, vel tutor id factum irritum facere, & impuberem revocare, niſi anno, & die diſſimulando conſenſerint, quo tempore tranſacto revocare nequibunt, Fr. Emman. *quæſt. Regul. tom.* 3. *q.* 12. *art.* 1. *verſ. & advertendum*, Sanch. *in præcepta Decalogi, lib.* 4. *cap.* 18. *n.* 10. ubi advertit quod quamvis hìc dicatur, ſi infra annum nō reclamaverint, ſupplenda eſt dies, ut dicitur *in cap. puella* 20. *q.* 2. additque hunc annum incipere à die ſcientiæ ingreſſus impuberis habitæ per parentes, vel tutorem: quod ſi ita remotum ſit Monaſterium, ut intra id tempus revocare nequeant, longius temporis intervallum eſſe concedendum, prout loci diſtantia exegerit: & *n.* 11. cum Innoc. *in præſenti, in initio*, Ioan. Andr. *n.* 1. Burr. *n.* 2. Zabar. *n.* 1. *notab.* 2. Anchar. *n.* 4. *notab.* 4. & Henric. *n.* 3. hinc deducit à fortiori non poſſe revocare, ſi expreſsè ingreſſui impuberis conuixerint, & *n.* 29. idem dicit, ſi tacitè diſſimulando per annum, & diem.

Sine conſenſu parentum ſuorum.] An, & quando utriuſque parentis conſenſus requiratur, & alia ad hanc materiam facientia, dixi ad *cap. ſignificatum* 11. *infr. hoc tit.* quærit Sanch. *d. c.* 18. *n.* 30. an impubes à parentibus, vel tutoribus Religioni oblatus, poſſit reſilire ante pubertatem, conſentientibus ipſis, qui eum obtulerunt, vel ipſis invitis, conſentiente Monaſterio? & reſpondet non poſſe egredi, conſentientibus iis, qui illum obtulerunt, repugnante tamen Monaſterio, eo quòd per eam oblationem jus acquiſitum eſt Monaſterio, ne impubes inde recedat, donec pubes ſit: & *num.* 31. reſolvit impuberem cum voto Religionis illam ingreſſum abſque parentum, vel tutorum facultate, & ab illis revocatum, manere liberum à voto, nec teneri iterum ingredi, ſi voti conſcii revocarunt, quia ea revocatio eſt quædam voti irritatio, & ideò ampliùs non obligabit: ſi verò voti ignari, non eſt irritatio, quia voluntas non fertur in incognitum, & ideò ſi fecerat perſeverandi votum, tenebitur iterum ingredi quando poteſt, nempe factus pubes, niſi id votum poſteà irritetur à potente irritare. 3

Infra annum.] Hunc annum includi debere intra annos, quibus ille eſt impubes, dicit Sanchez *d. c.* 18. *n.* 12. advertens quod ſi impubes propè pubertatem ingrediatur parentibus inſciis, aut tutoribus, non concedetur illis integer annus ad revocandum, ſed id ſolùm, quod ſupereſt uſque ad pubertatem, qua adepta ceſſabit jus ad revocandum. 4

Non reclamaverint.] Ergo tantùm conceditur illis poteſtas reclamandi, & adeundi ſuperiorem, non enim poterunt propria auctoritate, vimque inferendo extrahere impuberem à Religione, ut per S. Antonin. *p.* 3. *tit.* 16. *c.* 2. §. 4. *paulò poſt princ.* Sylveſt. *verbo Relig. d. q.* 11. Sanch. *d. c.* 18. *n.* 13. ubi *n.* 33. exiſtimat in ſupradictis nihil innovatum eſſe per Concil. Trid. 5

Notari ſolet hic text. ad hoc, quod ex mora annua ſola præſumptio ratificationis inducitur, ut per Sanch. *de matrim. lib.* 7. *diſp.* 3. *n.* 9.

SVMMARIVM.

1 *Clericus ſæcularis utens habitu, & nomine Monachali, cogitur ut fiat Monachus, vel ab hoc deſiſtat*, & n. 2.

3 *Homo qui mentito ſexu profitetur in Religione Monialium, vel è converſo mulier, quæ ſimulans ſe eſſe virum, profeſſionem emittit in Religione, & domo virorum, in foro externo reputantur, & habentur pro Religioſis.*

Cap. Vt Clerici III.

Ex Concilio Tolet.

QVi habitu, & nomine ſe fingunt Monachos, cùm non ſint, cogi debent ut verè fiant, vel veri Clerici. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabatell. Ioan. Andr. Imola, Ananias, Butr. Anchar. Hoſt. Henric. Panorm. Vivian. *in rationali lib.* 3. *juris Pontif. pag.* 284. Alagona *in compendio juris Canonici, pag.* 475. deſumitur ex Concilio Tolet. IV. *cap.* 52. remiſſivè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur à Burchardo *lib.* 8. *c.* 7. & Ivone *p.* 7. *cap.* 30. *&* 31. & ab Ant. Aug. *collect.* 1. *Decret. lib.* 3. *tit.* 17. *c.* 8. 1

2 De materia hujus text. & circa tacitam profeſſionem, & quibus modis inducatur, vide quæ dixi *ad cap.vidua 4. infrà hoc tit.*

3 In gloſſa, *Fingunt*, ibi, *argumentum eſt hîc ad quæſtionem illius, qui finxit ſe mulierem*, &c.] Notatur ad hoc, quod vir, qui mentito ſexu profitetur in Religione monialium, vel è contrario fœmina, quæ ſimulans ſe eſſe virum, profeſſionem emittit in Religione, & domo virorum, in foro externo reputantur, & habentur pro Religioſis, & compelluntur remanere non quidem in eodem monaſterio, nec in ſexu, ſed in ſpecie, vel in genere, ut per S. Antonin. *p.3.tit.16.c.3.* dicens talem profeſſionem fuiſſe validam, Sylveſt. *verbo Religio 3.q.9.* Specul. *lib.4. partic.3. n.4. ſub tit. de ſtatu Monachorum*, & alios quos refert, & ſequitur Ioan. Valer. *de different. inter utrunque forum, verbo votum, differ.2.*

SUMMARIUM.

1 *Novitius ſe propriis profeſſorum actibus ſponte ingerens, cenſetur profeſſus*, & n. 2.

3 *Profeſſiones tacitæ an poſt Concil. Trident. aliquam vim habeant, oſtenditur.*

4 *Confeſſioni matrimonii ſpiritualis adversùs profeſſionem non ſtatur.*

5 *Profeſſio tacita ut inducatur, ſufficit ut ſola illius Religionis conſuetudine actus, quibus quis ſe ingerit, ſint profeſſorum proprii.*

6 *Iuramentum in ſupplementum probationis deferendum eſt potius mulieri, quàm viro, ſi illi magis comperta eſſet rei controverſæ veritas.*

Cap. Vidua IV.

Ex Concilio Arelat.

1 Vidua ſi ſponte velum converſionis ſibi imponit, & inter velatas in Eccleſia oblationem Deo obtulit, debet retinere habitum Religionis velit, nolit, etiamſi juret ſibi impoſuiſſe velamen, ut deponere poſſet. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Butr. Imola, Anan. Hoſt. Anchar. Henric. Panormit. Vivian. *in rationali lib.3. juris Pontif. pag.285.* Alagona *in compend. juris Canon. pag.475.* remiſſivè Ximen. *in concord. p.1.& 2.* deſumitur potiùs ex Concilio Tributien. *cap.25.* refertur à Burchardo *lib.8. Decret. cap.26.* Ivo. *p.7.c.55.* & ab Ant. Auguſt. *collect.2. Decret. lib.3. tit.27. c.6.*

2 Collige ex text. novitium ſe propriis profeſſorum actibus ſponte ingerentem cenſeri profeſſum, de quo vide Tiraq. *de jure mariti, gloſſ.7.n.52.* Palat. *in repet. rubr. de donat. inter virum & uxorem, rubr.57. num.4.* Valdeſ. ad Xuat. *part.2. pag.96.* Navar. *conſil.5.n.9. ſub tit. de iis, quæ vi, & conſil.41. ad finem, de Regularibus*, Menoch. *de præſumpt. lib.6. præſumpt.83. num.5.* Maſcard. *de probat. concluſ.1237. num.19.* Azot. *inſtit. moral. p.1. lib.12. cap.2. q.3. & cap.4. q.3.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.18. n.386.* Barthol. de Vecchis *in praxi obſervanda in admittendis ad Religionis ſtatum novitiis, diſp.13. dub.8. n.11.* Sanchez *de matrim. lib.6. diſp.14. num.10.* & latè *in præcepta Decalogi, tom.1. lib.2. cap.1. à num.14.* Fr. Ludovic. Miranda *in manuali Prælatorum, tom.1. q.24. art.8.* advertentes præcipuè duo ultimo loco citati ad cujuſcumque profeſſionis tacitæ valorem præmittendas eſſe quinque conditiones generaliter petitas: prima, ut actus per quem tacita profeſſio induci debet, fiat auctoritate, & conſenſu ejus, cujus eſt in eam Religionem admittere: ſecunda, ut ſpontanea voluntate fiant ea per quæ profeſſio tacita eſt inducenda: tertia, ut ea ſcienter fiant, nempe ut iis actibus utens noſſet eos ad ſolos profeſſos pertinere: quarta, ut iis actibus utens verum profitendi animum habeat: quinta, & ultima, ut iis profeſſorum actibus utens ſit conſtitutus in legitima ætate jure petita ad profeſſionis expreſſæ valorem. An autem opus ſit exercentem eos actus profeſſorum eſſe novitium, non ineptè dubitatur ab aliquibus, Abb. *hîc, n.7.* & Roſel. *in ſumma, verbo novitius, n.16.* exigi affirmant. At verò Sanchez *d. cap.3. n.23.* cum Sylveſt. *verbo Religio 3.q.19. verſ. primò ergo*, & Navar. *comm.4. de Regul. n.75.* ita diſtinguit, ſi quis actibus profeſſorum ſe ingerat ſine proprio profeſſorum habitu, exigitur ut ſit novitius, ſecus ſi utrumque concurrat, ex ea ratione, quia in hoc text. ubi utrumque concurrit, nulla novitiatus mentio fit.

Vtrum autem nunc poſt Concilium Trident. *ſeſſ.25. de Regular. cap.15.& 16.* reperiantur tacitæ profeſſiones, & aliquam vim habeant? quæſtio eſt ad præſens inſtitutum non contemnenda, in qua dicendum mihi videtur, per illud non tolli profeſſiones tacitas, ſed in ſuo priſtino valore manere, dummodò inducatur tranſacto novitiatus anno, & expletis ſexdecim ætatis profitentis annis, ut docent Navar. *ſub tit. de Regular. conſil.35.n.5. in 1. edit. & conſil.28.n.5.* Sorb. *in compendio privileg. Mendicant. verbo novitius, poſt 36. notab. §. primò aliquid operatur*, Menoch. *conſil.396.n.12.* Fr. Emman. *in ſum. tom.2. cap.8. n.1. & quæſt. Regul. tom.3. q.17. art.1. in fine, & art.2. in fine*, Azot. *inſtit. moral. p.1. lib.12. c.4. q.6.* Humad. *l.7. gloſſ.3. n.1. tit.7. p.1.* Gallet. *verbo profiteri 4.* Sanch. *d. cap.3. n.36.* Fr. Ludovic. Miranda *d. quæſt.24. art.12.* Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. tom.4. c.640. n.34.* Beltram. *in annot. ad deciſ.385. n.6. Gregor. XV.* Barthol. de Vecchis *in praxi obſervanda in admittendis ad Religionis ſtatum novitiis, diſp.13. dub.8. n.1.* Rota *deciſ.579. n.2. part.1. recent.* & *in Vlysbonenſi profeſſionis, 10. Decembris 1621.* coram R.P.D. Millino. Vnde jam infertur, per Concilium Trident. ſublatam eſſe tacitam profeſſionem inductam per hunc text. & *cap. ad noſtram, infrà hoc tit.* eam nempe, quæ inducitur ſtatim delato habitu profeſſorum diſtincto patenter à novitiorum habitu, cum exercitio actuum profeſſorum, vel altero horum concurrente cum tridui perſeverantia, quia Concilium Trident. *d. cap.15.* petit integrum novitiatus annum, & ita docet Azor. *d. quæſt.6.* Sed poſſunt habere locum ii text. quando tranſacto integro novitiatus anno, expletiſque ſexdecim annis quis indueretur habitu profeſſorum diſtincto patenter à novitiorum habitu, vel unà cum aliis profeſſis exerceret actum jure, vel conſuetudine ſolis profeſſis competentem, ut advertit Sanchez *d.c.3. n.37.* 3

Velit, nolit, &c.] Notatur ad hoc, quod confeſſioni matrimonii ſpiritualis adversùs profeſſionem non ſtatur, ut per Maſcard. *de probat. concl.1026. n.8.* Franc. Molin. *de ritu nupt. lib.1. comp.15. n.43.* 4

In gloſſ. *Oblationem*, ibi, *reſpicit loci conſuetudinem*, &c. Notatur ad hoc, quod ad inducendam tacitam profeſſionem ſufficit, ut ſola illius Religionis conſuetudine actus, quibus ſe ingerit, ſint profeſſorum proprii, ut per Abb. *hîc, n.6.* Azot. *d.c.4. q.3.* Sanchez *d. c.3. n.20.* 5

In gloſſa, *Licet Sacramento.* Notatur ad hoc, quod mulieri potiùs quàm viro deferendum eſt juramentum in ſupplementum probationis, ſi illi magis comperta eſſet rei controverſæ veritas, ut per Tiraq. *l.9. connub. gloſſ.1. part.9. n.72.* Palat. *in repet. cap. per veſtras, de donation. inter virum, §.43. num.7.* Sed contra hanc gloſſ. juramentum non deferri in ſupplementum probationis 6

bationis matrimonii ſpiritualis, reſolvit Maſcardus *de probat. concl.* 103. *n.* 9.

Cap. Ioannes V. *Gregor.*

1 MOnacho non licet temerè tranſire de Monaſterio ad Monaſterium, nec habere aliquod peculiare, & ſi hoc præſumpſerit, cum competenti correctione reddi debet Monaſterio, in quo ab initio eſt converſus ſub regula ſui Abbatis. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Imola, Anan. Hoſt. Butr. Anchar. Henric. Panorm. Vivian. *in ration. lib.* 3. *juris Pontiſ. pag.* 285. Alagona *in compend. juris Canon. pag.* 475. deſumitur ex B. Gregor. *epiſt.* 4. *lib.* 1. *regiſtri*, refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 1. *Decret. lib.* 3. *tit.* 27. *cap.* 7.

2 *De Monaſterio in Monaſterium*, &c.] Vide dicta *ad cap. licèt, infrà hoc tit.*

3 *Nec eorum aliquem peculiare quicquam habere.*] De hoc vide quæ dixi *ad cap. cùm ad Monaſterium, n.* 11. *cum ſeqq. de ſtatu Monach.*

4 *Sub Abbatis ſui regula*, &c.] De fugitivis, & qualiter etiam reluctantes, & inviti ad regreſſum ſint compellendi, dixi *ad cap. fin. n.* 7. *cum ſeqq. infrà hoc tit.*

SVMMARIVM.

1 *Pueri ad Religionem non admittantur in Inſulis ante decimum octavum annum, quia ibi nimia eſt aſperitas*, & n. 2.

3 *Textus iſte contrario uſu revocatus eſt.*

4 *Profeſſio facta in Religione Minorum ante decimum octavum ætatis annum, ſed tamen poſt* 16. *an valeat, remiſſivè.*

Cap. Quia in Inſulis VI.

1 IN Religionibus Inſularum, eo quòd aſperior ſit ibi Religionis obſervatio, prohibetur quis ante decimum octavum annum ſuſcipi. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Imola, Anan. Butr. Hoſt. Henric. Anchar. Panorm. Vivian. *in ration. lib.* 3. *juris Pontiſ. pag.* 288. Alagona *in compend. juris Canonici, pag.* 476. remiſſivè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. deſumitur ex B. Gregor. *lib.* 1. *epiſt.* 48. *ad Anthemium*, refertur ab Ant. Auguſt. *collect.* 2. *Decret. lib.* 3. *tit.* 55. *c.* 1.

2 Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſumunt Azor *inſtit. moral. p.* 1. *lib.* 12. *c.* 2. *q.* 7. Sanchez *in præcepta Decalogi, tom.* 2. *lib.* 5. *cap.* 4. *n.* 3. Quam quidem text. deciſionem extendunt aliqui ad Fratres Prædicatores, & Minores, eo quòd eorum Religio ſit quoque valdè aſpera, & ita militet in eis eadem ratio, ita Abb. *in præſenti, n.* 3. & Anchar. *n.* 1. Angel. *in ſumma, verbo novitius, n.* 2. Verùm extenſionem jure optimo improbat Sylveſt. *verbo Religio* 3. *q.* 2. dicitque etiam in illis

3 Inſularum monaſteriis revocatum eſſe id decretum contrario uſu, quam revocationem teſtantur etiam Ioan. Andr. *num.* 1. Butr. *num.* 6. *in præſenti*, S. Antonin. *part.* 3. *tit.* 16. *cap.* 3. *in fine principii*, Navarr. *ſub hoc tit. conſil.* 45. *num.* 1. *in prima edit. & conſ.* 33. *num.* 2. *in ſecunda edit.* Sanchez *d. num.* 3. Fr. Ludovic. Miranda *in manuali Prælatorum, tom.* 2. *q.* 24. *art.* 2. *concl.* 2. ubi affirmat hunc text. in Decreto Concilii Trid. *ſeſſ.* 25. *de Regular. cap.* 15. virtualiter, & implicitè revocatum

4 eſſe videri. Vtrùm autem ſtante ſtatuto in Ordine Minimorum, ſeu potiùs S. Franciſci de Paula, quo cavetur ne quis ante decimum octavum ætatis ſuæ annum ad profeſſionem admittatur, valeat profeſſio in ea anteà facta, dummodò poſt decimumſextum fiat? Vide poſt Navarr. Fr. Ludovic. Mirandam *d. concluſ.* 2. & Sanchez *d. cap.* 4. *n.* 4.

SVMMARIVM.

1 *Ciſtercienſis ſi ſine licentia ſui Abbatis ad aliud Monaſterium tranſit, ad proprium Monaſterium regredi cogitur.*

2 *Religioſum alienum recipientes abſque literis dimiſſoriis ſui ſuperioris peccant mortaliter.*

4 *Religioſus exemptus à juriſdictione Epiſcopi, dicitur debitè tranſlatus, ſi adfuerit expreſſa voluntas, & conſenſus Abbatis, & Conventus, ac etiam juſta cauſa.*

5 *Religioſus non exemptus à juriſdictione Epiſcopi minimè dicitur debitè tranſlatus ad partem, niſi ultra licentiam Abbatis, & Conventus, adſit etiam juſta cauſa & licentia Epiſcopi.*

6 *Dictio*, celeriter, *refertur ad arbitrium judicis.*

Cap. Non eſt VII.

Alex. III.

MOnachi, & Converſi Ciſtercienſes poſt profeſſionem non poſſunt tranſire ad alios Ordinarios ſine licentia Abbatis, & ſi quis fuerit egreſſus, & monitus celeriter non redierit, compellendus eſt à Prælatis redire. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Imola, Ananias, Butr. Hoſt. Anch. Henric. Panorm. Vivian. *in rationali lib.* 3. *juris Pontiſ. pag.* 286. Alagona *in compendio juris Canon. pag.* 476. remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 1. *Decret. lib.* 3. *tit.* 27. *c.* 2. & eſt poſt Concilium Lateran. ſub Alex. III. *p.* 27. *c.* 6. 1

Recipi nullatenus permittatis, &c.] Notatur ad hoc, quod recipientes alienum Religioſum abſque literis dimiſſoriis ſui ſuperioris, peccant mortaliter, ut per Navarr. *conſil.* 52. *n.* 3. *de Regularib. in novis*, Giovagn. *reſp.* 39. *n.* 11. *lib.* 1. & alios, quos refert & ſequitur Barthol. de Vecchis *in praxi obſervanda in admittendis ad Religionis ſtatum novitiis, diſp.* 15. *dub.* 2. *n.* 12. 2

Ciſtercienſis Ordinis.] De Ciſtercienſibus agunt S. Antonin *p.* 2. *tit.* 15. *cap.* 12. §. 18. Chaſſan. *in Catalogo gloriæ mundi, p.* 4. *conſiderat.* 58. Polyd. Virgil. *de inventor. rerum, lib.* 7. *cap.* 2. Hieronymus Roman. *de Republica Chriſtiana, lib.* 6. *cap.* 12. Plato *de bono ſtatu Relig. lib.* 2. *c.* 12. Aubert. Myræ. *de ſtatu Relig. Chriſt. lib.* 1. *cap.* 22. *& de origine Ciſtercienſ. per tot.* Sylveſt. Matul. *in Oceano, lib.* 2. *pag.* 153. Barnab. Montalv. *in chronica Ciſtercienſ.* Azor. *inſtitut. moral. p.* 1. *lib.* 12. *cap.* 21. Fr. Emman. *quæſt. Regular. tom.* 1. *q.* 3. *art.* 5. Miranda *in manuali Prælatorum, tom.* 1. *q.* 4. *art.* 2 Soar. *tom.* 4. *de Relig. tract.* 9. *lib.* 2. *c.* 3. *ex n.* 3. 3

In gloſſa, *Permittatis.* Notatur ad hoc, quod Religioſus exemptus à juriſdictione Epiſcopi, dicetur tranſlatus debitè, ſi adfuerit expreſſa voluntas, & conſenſus Abbatis, & Conventus, ac etiam juſta cauſa, ut per Ioan. Monach. *in cap. cùm ſingula* 32. *num.* 5. *de præbend. lib.* 6. ubi Gemin. *ſub num.* 2. *verſ. ſi tranſit in eadem*, & Franch. *ſub num.* 3. *verſ. aliquando tranſitus fit ad parem*, Rebuff. *in praxi, tit. de tranſlat. monach. n.* 7. Decian. *reſponſ.* 20. *num.* 8. *lib.* 1. quos refert, & ſequitur Anton. Ricc. *in tract. de jure perſonarum extra gremium Eccleſiæ exiſtent. lib.* 8. *cap.* 4. *num.* 15. ubi *num.* 16. cum Francho, & Rebuff. *dictis locis*, tenet Religioſum non exemptum à juriſdictione Epiſcopi minimè 4

minimè dicit debitè tranſlatum ad patrem, niſi ultra licentiam Abbatis, & Conventus, adſit etiam juſta cauſa, & licentia Epiſcopi, cùm ejus interſit Monachum ſibi ſubjectum ab ejus ditione non eximi.

6 In gloſſa, *Celeriter*, ibi, *& celeritas iſta ad arbitrium judicis refertur.* Vide Doctores citatos ad *cap. potuit, de locato, n.* 13. & quæ dixi *in meis remiſsionibus do dictionibus & clauſul. dict.* 44. aliàs *dict.* 55. ſecundùm Lugdunen. impreſſ.

SUMMARIUM.

1 *Profeſsio facta ante decimumquartum annum non obligat, poſt decimumquartum verò ſi fit per ſuſceptionem habitus profeſſorum, etiam obligat, niſi detur perſeverantia tridui.*

2 *Pupilli ſe & ſua Deo dicantes Religionem ingredi non poſſunt.*

3 *Vota omnia impuberum, id eſt, marium uſque ad annum* 14. *expletum, & fœminarum uſque ad annum* 12. *expletum, in irritum revocari poſſunt à patre, vel tutore.*

4 *Profeſſio tacita in aliqua Religione ex eo facta cenſetur, cùm quis ſciens, & prudens defert ſponte triduo diſtinctiſsimum profeſſorum habitum, & ad illam an requiratur tridui perſeverantia in actuum exercitio oſtenditur,* ibid. n 5.

Cap. Ad noſtram VIII.

1 PRofeſſus non eſt qui geſtat habitum profeſſorum ante 14. annum, & ſi poſt decimumquartum annum accepit, & ante triduum ſine præcedente probatione dimiſerit, non eſt profeſſus, & poteſt ducere uxorem, quia ſine deliberatione præſumitur. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Imol. Anan. Butr. Hoſt. Anchar. Henric. Panorm. Viv. *in rationali lib.* 3. *juris Pontif. pag.* 287. Alagona *in compend. juris Canonici, pag.* 476. remiſſivè Ximen. *in concord. p.* 1. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 1. *Decret. lib.* 3. *tit.* 27. *c.* 8. & eſt poſt Concilium Lateran. *p.* 21. *c.* 1.

2 *Quoſdam pueros*, &c.] Ergo pupilli Religionem, ſe, & ſua Deo dedicantes, ingredi non poſſunt, ut per Cald. Pereira *in l. ſi curatorem, verbo hunc contractum, num.* 28. Nam vota omnia impuberum, id eſt,
3 marium uſque ad annum 14. expletum, fœminarum uſque ad 12. expletum, in irritum revocari poſſunt à patre, vel tutore, ut per Fr. Emman. *quæſt. Regul. tom.* 3. *q.* 12. *art.* 1. *ad finem*, Leſſ. *de juſtit. lib.* 2. *cap.* 40. *dub.* 14. *n.* 82. Sanchez *in præcepta Decalogi, tom.* 1. *lib.* 4. *c.* 35. *n.* 60. *cum multis ſeqq.*

4 *Et infra triduum depoſuerit.*] Probat hic text. tacitam profeſſionem in aliqua Religione ex eo factam cenſeri cùm quis ſciens, & prudens defert ſponte triduo diſtinctiſſimum profeſſorum habitum, nempe qui eſt patenter diſtinctus in colore, ſciſſura, vel forma à veſtitu, & habitu novitiorum, ut per Azor. *inſtit. moral. p.* 1. *lib.* 12. *c.* 4. *q.* 3. *verſ. altero modo*, Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 18. *n.* 386. *verſ. ſecundus*, Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.* 2. *lib.* 5. *cap.* 3. *n.* 24. Fr. Baſil. Pont. *de impedimentis matrim. cap.* 5. *in fine*, ubi etiam dicit poſt Concilium Trid. *ſeſſ.* 24. *de Regularib. c.* 15. hunc tacitæ profeſſionis modum ceſſaſſe. Quando verò habitus novitiorum patenter à profeſſorum habitu diſtinguitur, tunc per quamcunque annualem habitus novitiorum delationem, etiã viginti annorum, non inducitur tacita profeſſio, ut per Barbat. *conſil.* 59. *n.* 3. *ad fin. vol.* 2. Angel. *verbo novitius, n.* 12. Sylveſt. *verbo Religio* 3. *q.* 18. *verſ. tertiò inducitur.* Navar. *commento* 4. *de Regular. n.* 74. Steph. Gratian *diſcept. forenſ. c.* 640. *ex n.* 21. quos refert, & ſequitur Barth. de Vecchis *in praxi obſervanda in admittendis ad Religionis ſtatum novitiis, diſp.* 13. *dub.* 8. *n.* 9. ubi intelligit ex ſola habitus delatione, quia ſi in eodem probationis habitu novitius ſe ingereret alicui actui profeſſis tantummodò competenti, & perſeveraret triduo, eſſet tacitè profeſſus, & *n.* 11. *in fine* advertit, quod cùm Concilium Trid. *dicto loco* exigat ætatem ſexdecim annorum, & integrum probationis annum, ideò hodie non inducitur profeſſio tacita, niſi expleto hoc tempore.

Utrùm autem ad hujuſmodi tacitam profeſſionem 5
requiratur tridui perſeverantia in eo actuum exercitio? affirmant quidam, eo quòd ea tridui perſeverantia petatur in hoc text. ad tacitæ profeſſionis ex habitus profeſſorum delatione præſumptionem: alii autem negant, quia id non petitur *in cap. vidua, ſup. hoc tit.* ut refert Azor. *d. c.* 4. *q.* 3. Verùm Sanch. *d. c.* 3. *n.* 21. poſt Navar. *commento* 5. *de Regul. n.* 73. & alios per eum citatos, utramque ſententiam ita eſſe conciliandam exiſtimat: ſi concurrant hæc duo, nempe aſſumptio habitus peculiaris profeſſis, & exercitium actus illis ſolis ſive jure, ſive conſuetudine competentis, non exigitur tridui perſeverantia, & ſic procedit *d. c. vidua*, quod ad eam profeſſionem præſumendam ponderavit aſſumptionem habitus, & oblationem cum aliis monialibus, quæ ſolis profeſſis competebant, ac nulla tridui mentio fit. Quod ſi alterutrum ſolum ex his concurrat, opus eſt ea tridui perſeverantia, atque ita in his terminis procedat text. *in præſenti.*

SUMMARIUM.

1 *Habitum profeſſorum recipiens, ubi diſtincti ſunt habitus, compellitur ibi, vel alibi eſſe Religioſus, ſed ſi recipit habitum novitiorum, poteſt ad ſæculum redire.*

2 *Obligatio ingrediendi Monaſterium videtur à principio pura, ſed ſub conditione reſolvenda.*

3 *Religionem ingredi vovens, vel ille, cui relictum fuit legatum ſub conditione ingrediendi Religionem, an ſatisfaciat ſi anno noviiiatus exeat, oſtenditur.*

4 *Clerici Religionis habitum ex voto ſuſcipientes, & ante profeſſionem ad priorem vitæ ſtatum revertentes, an ſint cogendi ad mitiorem Religionem tranſire, ſi arctiorem profiteri noluerint, oſtenditur.*

5 *Novitio nolenti profiteri, ſed à Religione egredi volenti, an ſit reſtituendus habitus novitiatus, oſtenditur.*

6 *Novitio à Religione egredi volenti omnia bona reſtituenda ſunt unà cum fructibus, etiamſi ſint feudalia.*

7 *Monachus non poteſt promoveri in Eccleſia Collegiata ad Canonicatum, vel aliud beneficium ſimplex ipſius Eccleſiæ Collegiatæ, & quid de ſuprema ejus dignitate, oſtenditur.*

Cap. Super eo IX.

HAbitum ſuſcipientes animo perſeverandi ante 1
profeſſionem, non poſſunt ad priorem ſtatum redire & ſi illius Religionis auctoritates ferre non poſſunt, coguntur tranſire ad minorem Religionem, nec ampliùs aſſumi debent in Eccleſiis ſæcularium. In anno verò probationis poſſunt redire ad priorem ſtatum in eadem veſte, qua venerunt, ut habetur in regula D. Benedicti. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Imola, Anan. Butr.

Butr. Hoſt. Henric. Anchar. Panorm. Vivian. *in ration. lib.3.juris Pontif. pag.*287. Alagona *in compend.juris Canon. pag.*476.remiſſivè Ximen.*in concord. p.*1.*&* 2. refertur ab Ant. Auguſt. *collect.*1.*Decret. lib.*3. *tit.*27. *cap.*8. & eſt poſt Concilium Lateran. ſub Alex. III. *p.*12. *cap.* 2.

2 *Ad priorem ſtatum ſunt reverſi.*] Notatur ad hoc, quod obligatio ingrediendi monaſterium videtur à principio pura, ſed ſub conditione reſolvenda,videlicet ſi non placuerit intra annum, vel ante profeſſionem,ut per Tiraq.*de retract.lign.* §.1.*gloſſ.*8.*n.*27. An
3 autem ille, cui relictum fuerit legatum ſub conditione ingrediendi religionem, vel illam ingredi voluerit, ſatisfaciat ſi anno novitiatus exeat? quæſtio eſt quotidiana,in qua communis obtinuit ſententia ſatisfacere, dummodò ingreſſus in Religionem bona fide animo experiendi fieret,exitúſque ex cauſa juſta eſſet, ut per Surd.*deciſ.*303. Azor. *inſtit.moral. p.*1. *lib.*11. *c.*22.*q.*6. Sayr.*in clavi Regia,lib.*6.*c.*9.*n.*15. Sanchez *de matrim. lib.*7.*diſp.*34. *n.*16. faciunt quæ Tiraq. *de retract.lign.*§.1.*gloſſ.*8.*n.*33. Fr.Emman. *quæſt.Regul. tom.*2. *q.*127.*art.*2.

4 *Ad mitiorem Religionem ſint cogendi tranſire.*]Difficilis videtur hic text. dum probat Clericos, nimirum qui Religionis habitum ſuſceperunt, & ante profeſſionem ad priorem vitæ ſtatum ſunt reverſi, cogendos eſſe ad mitiorem Religionem tranſire, ſi arctiorem profiteri noluerint, ne contra votum, quod Domino fecerunt, venire probentur, cui ſimilis eſt text. *in cap. conſulti, infrà hoc tit.* ex quibus deſumpta eſt apud Caſtellanos *l.*7. *tit.*7. *p.*1. Quare Innoc. Hoſt. Ioan.Andr.Butr.& alii *in præſenti,& in d.cap.conſulti,* ſentiunt ſi[illegible] tacitam eo animi propoſito Religioſæ vitæ, & inſtituti profeſſionem ex Eccleſiæ decreto, & proinde eos Clericos etiamſi à monaſterio, quod ſunt ingreſſi, receſſerint, cogendos Religionem capeſſere, quoniam ſunt tacitè Religioni generatim acceptæ obligati. Azor.verò *inſtit.moral.part....lib.*11.*c.*20.*q.*9. cum Abb.Zabar.Angel.Sylveſt. verius exiſtimat Pontificem *in præſenti, & in d.cap. conſulti,* intellexiſſe nomine propoſiti, & voluntatis ſimpliciter priorem vitam mutandi, unà cum habitu Religionis ſuſcepto, votum profitendi monaſticam vitam, & in ea perſeverandi,& proinde licèt Clerici,de quibus *in hoc text.* ab arctiori Religione ſemel ſuſcepta receſſerant,aliam mitiorem amplecti debebant. Meliùs tamen Sayr. *in clavi Regia,lib.*6.*c.*2.*n.*8. & Sanch.*de matrim.lib.*9. *diſp.*33. *n.*19. aſſerunt nomine propoſiti mutandi vitam non intelligi nudum propoſitum, ſed propoſitum cum implicita ſaltem, & virtuali promiſſione firmatum, quod voti virtutem habet: & idem Sanchez *in præcepta Decalogi,lib.*4.*c.*1.*n.*20. aſſerit text. *in d.cap. conſulti,* intelligendum eſſe de propoſito non nudo, ſed promiſſione firmato.

5 *Vt in eadem veſte,in qua veniunt,revertantur.*] Vidi dubitari in S. Congr. Illuſtriſſimorum Cardinalium S.Concilii Trident. interpretum, an novitio nolenti profiteri, ſed à Religione egredi volenti, eſſet reſtituendus habitus novitiatus, qui ipſiuſmet novitii expenſis factus fuerat? in quo dubio eadem S.Congregatio annuit, licèt adhuc non firmaverit, habitum novitii egredientis penes Religionem remanſurum, eidem tamen novitio pretio illius priùs reſtituto. Novitiis enim nolentibus profiteri, ſed à Religione volentibus egredi, ſunt reſtituenda omnia bona, quæ tempore ingreſſus detulerunt in Monaſterium; nec quid minimum ex eis retinere valent Religioſi, quod ut rectè fiat,Epiſcopus etiam per cenſuras Eccleſiaſticas, ſi opus fuerit, compellere poterit Superiores Regulares, prout ſtatuit Concilium Trident. *ſeſſ.*25. *de Regular.cap.*16. in finalibus verbis,& eo citato refert Zerol. *in praxi Epiſcop. p.*1. *verbo moniales,* §.3. *p.*2. *eodem verbo,*§.11. & debere intelligi unà cum fructibus inde perceptis, deductis tamen alimentis illius temporis,quo in Monaſterio fuit,reſolvit Azor. *inſtit. moral. part.*1. *lib.*13.*c.*9.*q.*2.*poſt medium,*quem refert Gallet,*in margarita caſuum conſcientiæ,verbo novitius* 5.
& novitium egreſſum recuperare omnia bona, etiam 6
feudalia, docent Tapia *in auth. ingreſſi, in verbo ſua, cap.*14. *num.*16.*de ſacroſ.Eccleſ.* Cald.Pereira *in l. ſi curatorem,verbo implorare, à n.*27. Thom. de Marino *de feudis, lib.*1. *tit. de feud. ex pacto, & providentia, num.*139.Carol de Graſſis *de effectibus cleric.effectu* 4. *ſub num.*25. Ego ipſe *de officio & poteſtate Epiſcopi, p.*3. *alleg.*101. *à n.*37.

Nec ampliùs in Eccleſiis ſæcularibus debent aſſumi.] 7
Notatur ad hoc, quod Monachus non poteſt promoveri in Eccleſia Collegiata ad Canonicatum, vel aliud beneficium ſimplex ipſius Eccleſiæ Collegiatæ, ut per Fr. Emman. *quæſt. Regular. tom.*1. *q.*34. *art.*4. Nicol.Garc. *de benefic. part.*7.*cap.*10. *num.*28.*&* 29. Difficultas eſt de ſuprema Collegiatæ Eccleſiæ dignitate? quidam poſſe negant, quòd favore curæ animarum indultum ſit Regularibus, ut ad beneficia Parochialia promoveri valeant, ut dixi *ad cap. quod Dei timorem, de ſtatu Monach.* at hæc dignitas eſt verè beneficium ſimplex,nullam animarum curam habens, quo fundamento hanc partem, quæ ſatis probabilis eſt, tenent *in d.cap. quod Dei timorem*, Ioan.Andr. *num.*16. Anchar.*num.*12. Henric.*num.*9. Anan.*in fine.* Sed verius eſt, poſſe Regularem abſque diſpenſatione aliqua ad eam dignitatem promoveri, ut illi Eccleſiæ Collegiali præſit tanquam Præpoſitus: quia eadem videtur ratio ac de Epiſcopo, cùm eligatur ad curam eorum, qui ad Collegium pertinent: ita Abb. *in d. cap.quod Dei timorem,n.*5. ubi Zabar. *n.*5.*q.*7. Iacob. de Graff.*in aureis deciſ. p.*2.*lib.*3.*c.*20.*n* 7. Azor.*inſtit. moral. p.*1. *lib.*12. *c.*19.*q.*13. Fr.Emman. *d.art.*4. *& tom.*3.*q.*53.*art.*2.Leſſ.*de juſtit.lib.*2.*c.*41.*dub.*12 *n.*99. & alii plures,quos refert,& ſequitur Sanchez *in præcepta Decalogi, tom.*1.*lib.*7.*c.*19.*n.*37. advertens cum Gonzal. *ad reg.*8.*Cancel. gloſ.*7.*n.*53. hoc ſicut hodie eſt correctum in Curatis, ita etiam in his.

SUMMARIUM.

1 *Canonicus Regularis poteſt effici Monachus; ſi Religio ad quam tranſit, eſt ſtrictior ſua, alias ſecus.*
2 *Doctores referuntur de inſtitutione & origine Canonicorum Regularium S.Auguſtini agentes.*
3 *Abbas ſolus an Monachum recipere poſſit.*
4 *Religio quæ dicatur mitior, & ſtrictior.*
5 *Canonicus Regularis tranſiens ad Religionem laxiorem, ibique habitum deferens, an ſit apoſtata, remiſſivè.*

Cap. Sanè X.

1 CAnonicus Regularis, ſi fiat Monachus, in Religione ſtrictiori eſt relinquendus, quia tuta conſcientia eſt; ſi non in ſtrictiori, redire debet ad ſuam. Colligunt ex Ordin. Abb.antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Imola, Anan. Butr. Hoſt. Henric. Anchar. Panorm.Cened. *collect.*156.Vivian. *in ration. lib.*3. *juris Pontif.pag.*288. Alagona *in compendio juris Canonici, pag.* 477. remiſſivè Ximen. *in concord. p.*1. refertur ab Ant.Auguſt. *collect.*2.*Decret. lib.*3. *tit.*27. *c.*10.& eſt poſt Concilium Lateran. *p.*50.*c.*29.

minimè dicit debitè tranſlatum ad patrem, niſi ultra licentiam Abbatis, & Conventus, adſit etiam juſta cauſa, & licentia Epiſcopi, cùm ejus interſit Monachum ſibi ſubjectum ab ejus ditione non eximi.

6 In gloſſa, *Celeriter*, ibi, *& celeritas iſta ad arbitrium judicis refertur.* Vide Doctores citatos ad *cap. potuit, de locato, n.*13.& quæ dixi *in meis remiſſionibus de dictionibus & clauſul.dict.*44.aliàs *dict.*55. ſecundùm Lugdunen. impreſſ.

SVMMARIVM.

1 *Profeſſio facta ante decimumquartum annum non obligat, poſt decimumquartum verò ſi fit per ſuſceptionem habitus profeſſorum, etiam obligat, niſi detur perſeverantia tridui.*

2 *Pupilli ſe & ſua Deo dicantes Religionem ingredi non poſſunt.*

3 *Vota omnia impuberum, id eſt, marium uſque ad annum 14. expletum, & fœminarum uſque ad annum 12.expletum,in irritum revocari poſſunt à patre, vel tutore.*

4 *Profeſſio tacita in aliqua Religione ex eo facta cenſetur, cùm quis ſciens, & prudens defert ſponte triduo diſtinctiſſimum profeſſorum habitum,& ad illam an requiratur tridui perſeverantia in actuum exercitio oſtenditur,* ibid. n 5.

Cap. Ad noſtram VIII.

1 PRofeſſus non eſt qui geſtat habitum profeſſorum ante 14. annum, & ſi poſt decimumquartum annum accepit, & ante triduum ſine præcedente probatione dimiſerit, non eſt profeſſus, & poteſt ducere uxorem, quia ſine deliberatione præſumitur. Colligunt ex Ordin. Abb.antiq. Innoc.Collect.Zabar. Ioan. Andr. Imol. Anan. Butr. Hoſt. Anchar. Henric. Panorm. Viv. *in rationali lib.*3. *juris Pontif. pag.*287. Alagona *in compend. juris Canonici, pag.*476. remiſſivè Ximen. *in concord. p.*1. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.*1.*Decret.lib.*3.*tit.*27.*c.*8.& eſt poſt Concilium Lateran. *p.*21. *c.*1.

2 *Quoſdam pueros*, &c.] Ergo pupilli Religionem, ſe, & ſua Deo dedicantes, ingredi non poſſunt, ut per Cald. Pereira *in l. ſi curatorem, verbo hunc contractum, num.*28. Nam vota omnia impuberum,id eſt,
3 marium uſque ad annum 14.expletum, fœminarum uſque ad 12. expletum, in irritum revocari poſſunt à patre, vel tutore, ut per Fr. Emman. *quæſt.Regul. tom.*3.*q.*12.*art.*1.*ad finem*, Leſſ.*de juſtit.lib.*2.*cap.*40. *dub.*14. *n.*82. Sanchez *in præcepta Decalogi, tom.*1. *lib.*4.*c.*35.*n.*60. *cum multis ſeqq.*

4 *Et infra triduum depoſuerit.*] Probat hic text. tacitam profeſſionem in aliqua Religione ex eo factam cenſeri cùm quis ſciens, & prudens deferr ſponte triduo diſtinctiſſimum profeſſorum habitum,nempe qui eſt patenter diſtinctus in colore, ſciſſura, vel forma à veſtitu, & habitu novitiorum, ut per Azor. *inſtit. moral. p.*1.*lib.*12.*c.*4.*q.*3.*verſ.altero modo*,Valer.Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.*18.*n.*386. *verſ.ſecundus*, Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.*2. *lib.*5. *cap.*3.*n.*24. Fr.Baſil.Pont.*de impedimentis matrim.cap.*5.*in fine*, ubi etiam dicit poſt Concilium Trid.*ſeſſ.*24.*de Regularib. c.*15.hunc tacitæ profeſſionis modum ceſſaſſe. Quando verò habitus novitiorum patenter à profeſſorum habitu diſtinguitur, tunc per quamcunque annualem habitus novitiorum delationem,etiã viginti annorum, non inducitur tacita profeſſio,ut per Barbat.*conſil.*59. *n.*3.*ad fin.vol.*2. Angel.*verbo novitius, n.*12. Sylveſt. *verbo Religio* 3.*q.*18.*verſ.tertiò inducitur.* Navar.*commento* 4.*de Regular.n.*74. Steph.Gratian *diſcept.forenſ. c.*640.*ex n.*21. quos refert,& ſequitur Barth.de Vecchis *in praxi obſervanda in admittendis ad Religionis ſtatum novitiis,d.ſſ.*13.*dub.*8.*n.*9.ubi intelligit ex ſola habitus delatione,quia ſi in eodem probationis habitu novitius ſe ingereret alicui actui profeſſis tantummodò competenti, & perſeveraret triduo, eſſet tacitè profeſſus,& *n.*11. *in fine* advertit, quod cùm Concilium Trid.*dicto loco*,exigat ætatem ſexdecim annorum, & integrum probationis annum, ideò hodie non inducitur profeſſio tacita,niſi expleto hoc tempore.

Vtrùm autem ad hujuſmodi tacitam profeſſionem 5
requiratur tridui perſeverantia in eo actuum exercitio? aſſirmant quidam,eo quòd ea tridui perſeverantia petatur in hoc text.ad tacitæ profeſſionis ex habitus profeſſorum delatione præſumptionem: alii autem negant, quia id non petitur *in cap.vidua, ſup.hoc tit.* ut refert Azor.*d.c.*4.*q.*3.Verùm Sanch.*d.c.*3.*n.*21. poſt Navar.*commento* 5.*de Regul.n.*73.& alios per eum citatos, utramque ſententiam ita eſſe conciliandam exiſtimat: ſi concurrant hæc duo, nempe aſſumptio habitus peculiaris profeſſis, & exercitium actus illis ſolis ſive jure, ſive conſuetudine competentis, non exigitur tridui perſeverantia,& ſic procedit *d.c.vidua*, quod ad eam profeſſionem præſumendam ponderavit aſſumptionem habitus, & oblationem cum aliis monialibus, quæ ſolis profeſſis competebant, ac nulla tridui mentio fit. Quod ſi alterutrum ſolum ex his concurrat, opus eſt ea tridui perſeverantia, atque ita in his terminis procedat text. *in præſenti.*

SVMMARIVM.

1 *Habitum profeſſorum recipiens, ubi diſtincti ſunt habitus, compellitur ibi,vel alibi eſſe Religioſus, ſed ſi recipit habitum novitiorum, poteſt ad ſæculum redire.*

2 *Obligatio ingrediendi Monaſterium videtur à principio pura, ſed ſub conditione reſolvenda.*

3 *Religionem ingredi vovens,vel ille,cui relictum fuit legatum ſub conditione ingrediendi Religionem, an ſatisfaciat ſi anno novitiatus exeat,oſtenditur.*

4 *Clerici Religionis habitum ex voto ſuſcipientes, & ante profeſſionem ad priorem vitæ ſtatum revertentes, an ſint cogendi ad mitiorem Religionem tranſire,ſi arctiorem profiteri noluerint,oſtenditur.*

5 *Novitio nolenti profiteri, ſed à Religione egredi volenti, an ſit reſtituendus habitus novitiatus, oſtenditur.*

6 *Novitio à Religione egredi volenti omnia bona reſtituenda ſunt unà cum fructibus, etiamſi ſint feudalia.*

7 *Monachus non poteſt promoveri in Eccleſia Collegiata ad Canonicatum,vel aliud beneficium ſimplex ipſius Eccleſiæ Collegiatæ, & quid de ſuprema ejus dignitate, oſtenditur.*

Cap. Super eo IX.

HAbitum ſuſcipientes animo perſeverandi ante profeſſionem, non poſſunt ad priorem ſtatum redire & ſi illius Religionis auctoritates ferre non poſſunt, coguntur tranſire ad minorem Religionem, nec ampliùs aſſumi debent in Eccleſiis ſæcularium. In anno verò probationis poſſunt redire ad priorem ſtatum in eadem veſte, qua venerunt, ut habetur in regula D.Benedicti. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Imola, Anan. Butr. 1

Bhtr. Hoſt. Henric. Anchar. Panorm. Vivian. *in ration. lib. 3. juris Pontif. pag.* 287. Alagona *in compend. juris Canon. pag.* 476. remiſsivè Ximen. *in concord. p.* 1. & 2. refertur ab Ant. Auguſt. *collect.* 1. *Decret. lib.* 3. *tit.* 27. *cap.* 8. & eſt poſt Concilium Lateran. ſub Alex. III. *p.* 12. *cap.* 2.

2 *Ad priorem ſtatum ſunt reverſi.*] Notatur ad hoc, quod obligatio ingrediendi monaſterium videtur à principio pura, ſed ſub conditione reſolvenda, videlicet ſi non placuerit intra annum, vel ante profeſſionem, ut per Tiraq. *de retract. lign.* §. 1. *gloſſ.* 8. *n.* 27. An

3 autem ille, cui relictum fuerit legatum ſub conditione ingrediendi religionem, vel illam ingredi voverit, ſatisfaciat ſi anno novitiatus exeat? quæſtio eſt quotidiana, in qua communis obtinuit ſententia ſatisfacere, dummodò ingreſſus in Religionem bona fide animo experiendi fieret, exitúſque ex cauſa juſta eſſet, ut per Surd. *deciſ.* 303. Azor. *inſtit. moral. p.* 1. *lib.* 11. *c.* 22. *q.* 6. Sayr. *in clavi Regia, lib.* 6. *c.* 9. *n.* 15. Sanchez *de matrim. lib.* 7. *diſp.* 34. *n.* 16. faciunt quæ Tiraq. *de retract. lign.* §. 1. *gloſſ.* 8. *n.* 33. Fr. Emman. *quæſt. Regul. tom.* 2. *q.* 127. *art.* 2.

4 *Ad mitiorem Religionem ſint cogendi tranſire.*] Difficilis videtur hic text. dum probat Clericos, nimirum qui Religionis habitum ſuſceperunt, & ante profeſſionem ad priorem vitæ ſtatum ſunt reverſi, cogendos eſſe ad mitiorem Religionem tranſire, ſi arctiorem profiteri noluerint, ne contra votum, quod Domino fecerunt, venire probentur, cui ſimilis eſt text. *in cap. conſulti, infrà hoc tit.* ex quibus deſumpta eſt apud Caſtellanos *l.* 7. *tit.* 7. *p.* 1. Quare Innoc. Hoſt. Ioan. Andr. Burr. & alii *in præſenti, & in d. cap. conſulti*, ſentiunt fieri tacitam eo animi propoſito Religioſæ vitæ, & inſtituti profeſſionem ex Eccleſiæ decreto, & proinde eos Clericos etiamſi à monaſterio, quod ſunt ingreſſi, receſſerint, cogendos Religionem capeſſere, quoniam ſunt tacitè Religioni generatim acceptæ obligati. Azor. verò *inſtit. moral. part.* 1. *lib.* 11. *c.* 20. *q.* 9. cum Abb. Zabar. Angel. Sylveſt. verius exiſtimat Pontifices *in præſenti, & in d. cap. conſulti*, intellexiſſe nomine propoſiti, & voluntatis ſimpliciter priorem vitam mutandi, unà cum habitu Religionis ſuſcepto, votum profitendi monaſticam vitam, & in ea perſeverandi, & proinde licèt Clerici, de quibus *in hoc text.* ab arctiori Religione ſemel ſuſcepta receſſerant, aliam mitiorem amplecti debebant. Meliùs tamen Sayr. *in clavi Regia, lib.* 6. *c.* 2. *n.* 8. & Sanch. *de matrim. lib.* 9. *diſp.* 33. *n.* 19. aſſerunt nomine propoſiti mutandi vitam non intelligi nudum propoſitum, ſed propoſitum cum implicita ſaltem, & virtuali promiſſione firmatum, quod voti virtutem habet: & idem Sanchez *in præcepta Decalogi, lib.* 4. *c.* 1. *n.* 20. aſſerit text. *in d. cap. conſulti*, intelligendum eſſe de propoſito non nudo, ſed promiſſione firmato.

5 *Vt in eadem veſte, in qua veniunt, revertantur.*] Vidi dubitari in S. Congr. Illuſtriſſimorum Cardinalium S. Concilii Trident. interpretum, an novitio nolenti profiteri, ſed à Religione egredi volenti, eſſet reſtituendus habitus novitiatus, qui ipſiuſmet novitii expenſis factus fuerat? in quo dubio eadem S. Congregatio annuit, licèt adhuc non firmaverit, habitum novitii egredientis penes Religionem remanſurum, eidem tamen novitio pretio illius priùs reſtituto. Novitiis enim nolentibus profiteri, ſed à Religione volentibus egredi, ſunt reſtituenda omnia bona, quæ tempore ingreſſus detulerunt in Monaſterium, nec quid minimum ex eis retinere valent Religioſi, quod ut rectè fiat, Epiſcopus etiam per cenſuras Eccleſiaſticas, ſi opus fuerit, compellere poterit Superiores Regulares, prout ſtatuit Concilium Trident. *ſeſſ.* 25. *de Regular. cap.* 16. in finalibus verbis, & eo citato refert Zerol. *in praxi Epiſcop. p.* 1. *verbo moniales,* §. 3. *p.* 2. *eodem verbo,* §. 11. & debere intelligi unà cum fructibus inde perceptis, deductis tamen alimentis illius temporis, quo in Monaſterio fuit, reſolvit Azor. *inſt. moral. part.* 1. *lib.* 13. *c.* 9. *q.* 2. *poſt medium*, quem refert Gallet. *in margarita caſuum conſcientiæ, verbo novitius* 5.

& novitium egreſſum recuperare omnia bona, etiam feudalia, docent Tapia *in auth. ingreſſi, in verbo ſua, cap.* 14. *num.* 16. *de ſacroſ. Eccleſ.* Cald. Pereira *in l. ſi curatorem, verbo implorare, à n.* 27. Thom. de Marino *de feudis, lib.* 1. *tit. de feud. ex pacto, & providentia, num.* 139. Carol de Graſſis *de effectibus cleric. effectu* 4. *ſub num.* 25. Ego ipſe *de officio & poteſtate Epiſcopi, p.* 3. *alleg.* 101. *à n.* 37. 6

Nec ampliùs in Eccleſiis ſæcularibus debent aſſumi.] 7
Notatur ad hoc, quod Monachus non poteſt promoveri in Eccleſia Collegiata ad Canonicatum, vel aliud beneficium ſimplex ipſius Eccleſiæ Collegiatæ, ut per Fr. Emman. *quæſt. Regular. tom.* 1. *q.* 34. *art.* 4. Nicol. Garc. *de benefic. part.* 7. *cap.* 10. *num.* 28. & 29. Difficultas eſt de ſuprema Collegiatæ Eccleſiæ dignitate? quidam poſſe negant, quòd favore curæ animarum indultum ſit Regularibus, ut ad beneficia Parochialia promoveri valeant, ut dixi *ad cap. quod Dei timorem, de ſtatu Monach.* at hæc dignitas eſt verè beneficium ſimplex, nullam animarum curam habens, quo fundamento hanc partem, quæ ſatis probabilis eſt, tenent *in d. cap. quod Dei timorem*, Ioan. Andr. *num.* 16. Anchar. *num.* 12. Henric. *num.* 9. Anan. *in fine.* Sed verius eſt, poſſe Regularem abſque diſpenſatione aliqua ad eam dignitatem promoveri, ut illi Eccleſiæ Collegiali præſit tanquam Præpoſitus: quia eadem videtur ratio ac de Epiſcopo, cùm eligatur ad curam eorum, qui ad Collegium pertinent: ita Abb. *in d. cap. quod Dei timorem, n.* 5. ubi Zabar. *n.* 5. *q.* 7. Iacob. de Graff. *in aureis deciſ. p.* 2. *lib.* 3. *c.* 20. *n* 7. Azor. *inſtit. moral. p.* 1. *lib.* 12. *c.* 19. *q.* 13. Fr. Emman. *d. art.* 4. & *tom.* 3. *q.* 53. *art.* 2. Leſſ. *de juſtit. lib.* 2. *c.* 41. *dub.* 12 *n.* 99. & alii plures, quos refert, & ſequitur Sanchez *in præcepta Decalogi, tom.* 1. *lib.* 7. *c.* 19. *n.* 37. advertens cum Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. glóſ.* 7. *n.* 53. hoc ſicut hodie eſt correctum in Curatis, ita etiam in his.

SVMMARIVM.

1 *Canonicus Regularis poteſt effici Monachus; ſi Religio ad quam tranſit, eſt ſtrictior ſua, alias ſecus.*

2 *Doctores referuntur de inſtitutione & origine Canonicorum Regularium S. Auguſtini agentes.*

3 *Abbas ſolus an Monachum recipere poſſit.*

4 *Religio quæ dicatur mitior, & ſtrictior.*

5 *Canonicus Regularis tranſiens ad Religionem laxiorem, ibique habitum deferens, an ſit apoſtata, remiſſivè.*

CAP. Sanè X.

Canonicus Regularis, ſi fiat Monachus, in Religione ſtrictiori eſt relinquendus, quia tuta conſcientia eſt; ſi non in ſtrictiori, redire debet ad ſuam. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Imola, Anan. Burr. Hoſt. Henric. Anchar. Panorm. Cened. *collect.* 156. Vivian. *in ration. lib.* 3. *juris Pontif. pag.* 288. Alagona *in compendio juris Canonici, pag.* 477. remiſſivè Ximen. *in concord. p.* 1. refertur ab Ant. Auguſt. *collect.* 2. *Decret. lib.* 3. *tit.* 27. *c.* 10. & eſt poſt Concilium Lateran. *p.* 50. *c.* 29. 1

2 *De Canonico.*] Plura de inſtitutione,& origine Canonicorum Regularium S. Auguſtini congerunt citati à Cened. *ad Decret. collect.* 165. *n.* 1. quibus adde Fr. Emman. *quæſt. Regul. tom.* 2. *q.* 1. *art.* 3. & *q.* 3. *art.* 1. Azor. *inſtit. moral. p.* 1. *lib.* 12. *cap.* 22. & noviſſimè Pennotum *in ſpeciali tract. ac generali totius Ordinis Clericorum Canonicorum hiſtoria.*

3 *A quodam Abbate recepto.*] Ergo Abbas ſolus Monachum recipit, ut per Boër. *deciſ.* 260. *n.* 28. & 29. vide tamen dicta *ad cap. porrectum, n.* 3. *infra hoc tit.*

4 *Majoris Religionis.*] Quæ autem dicatur minor, aut major, & ſtrictior Religio, ut valeat tranſitus Canonici, de quo *in hoc text.* vide Lap. *alleg* 61. *n.* 5. & *alleg.* 130. Card. *conſ.* 18. Felin. *in cap. ad noſtram, n.* 6. & *ibi* Abb. *ex num.* 5. *de appell.* Chaſſan. *conſ.* 20. *ex n.* 26. & *in Catalogo gloriæ mundi, p.* 2. *conſider.* 52. *verſ. tertiò dicitur.*

5 *Alioquin eum, &c.*] Utrùm Canonicus, de quo *in hoc text.* tranſiens ad Religionem laxiorem, ibique habitum deferens, ſit apoſtata? Vide Sylveſt. *in ſum. verbo Religio, il* 4. *n.* 4. Angel. *verbo Religioſus, n.* 37. Rebuff. *in praxi benef. tit. de tranſlat. Monach. num.* 11. Menoch. *de arbitr. caſu* 421. *n.* 33.

SUMMARIUM.

1 *Minor* 14. *annis profitendo non obligatur Religioni, niſi factum major ratum habuerit.*
2 *Impubes quando Religionem ingreditur propria ſponte abſque parentum oblatione, poteſt quandocumque exire donec profiteatur.*
3 *Oblatio Religioni facta filiorum impuberum per parentes quid operetur, & quomodo fieri debeat, oſtenditur.*
4 *Impubes an poſſit invitus Religioni à parentibus, vel tutoribus offerri, oſtenditur.*
5 *Annus probationis novitii incipere debet à tempore habitus monaſtici poſt annos pubertatis expletos.*

Cap. Significatum XI.

1 Oblatus Religioni à parentibus, & ante XIV. annum profeſſus, poteſt exire, quia votum eſt nullum; ſi fuit à parentibus oblatus, non debet exire. Si verò poſt XIV. annum intravit, vel ſi ratam habuit profeſſionem factam ante XIV. annum, eſt cogendus vel in eadem manere, vel ad aliam Religionem tranſire. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Imol. Anan. Butr. Hoſt. Anchar. Henric. Panorm. Vivian. *in rationali lib.* 3. *juris Pontif. pag.* 289. Alagona *in compendio juris Canon. pag.* 477. remiſſivè Ximen. *in concord. p.* 1. & 2. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 1. *Decret. lib.* 3. *tit.* 27. *cap.* 11. & eſt poſt Concilium Lateran. *p.* 50. *cap.* 10. ubi eſt integra clauſula.

2 *Quod G. non fuiſſet oblatus à parentibus,*&c. Notatur ad hoc, quod quando propria ſponte abſque parentum oblatione impubes Religionem ingreditur, poteſt quandocunque exire, donec profiteatur, ut docent *in præſenti* Butr. *n.* 5. & Abb. *n.* 2. & *in cap.* 2. *ſup. hoc tit.* idem Abb. *n.* 10. Innoc. *n.* 2. Anchar. *n.* 8. *q.* 8. & Henric. *n.* 5. Greg. *l.* 4. *verbo no pueden, tit.* 7. *p.* 1. Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.* 1. *lib.* 4. *c.* 18. *n.* 9.

3 *Niſi autem à parentibus fuerit oblatus,*&c. Notatur ad hoc, quod oblatio religioni facta filiorum impuberum per parentes operatur, ut impubes ſic monaſterio oblatus nequeat reſilire, donec pubertatem completam adipiſcatur, nempe puer quatuordecim annos completos, puella verò duodecim completos; at ea ætate completa, liberum eſt ei perſeverare, aut ad ſæculum redire, donec profeſſionem tacitam, aut expreſſam faciat, ut per Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.* 1. *l.b.* 4. *c.* 18. *n.* 9. Soar. *tom.* 3. *de Relig. lib.* 5. *c.* 1. *n.* 13. Bartn. de Vecchis *in praxi obſervanda in admittendis ad Religionis ſtatum novitiis, diſp.* 2. *dub.* 6. *ex n.* 5. Et ex his verbis colligitur oblationem hujuſmodi debere fieri ab utroque parente, itavt integrum ſit patri repugnante matre impuberem religioni offerre, ut docent Innoc. *in cap.* 1. *hoc tit. in initio,* ubi Hoſt. *n.* 4. Ioan. Andr. *n.* 2. & Abb. *n.* 6. Greg. *l.* 4. *verbo del padre, tit.* 7. *p.* 1. Henriq. *in ſum. lib.* 11. *cap.* 13. §. 5. Sanch. *d. c.* 18. *num.* 16. ubi *n.* 17. idem dicit, ſi puer plures tutores habeat, contradicentis enim pars præfertur, & *n.* 20. aſſerit parentes poſſe offerre Religioni, & revocare filios ſpurios, ſicut poſſunt legitimos: & *num.* 21. tenet poſſe parentes hanc oblationem facere invitis tutoribus, etſi ſub illorum poteſtate filius ſit, & *n.* 22. idem dicit de matre, quod ſcilicet poſſit filium impuberem offerre, & revocare, invita avia tutrice: & *num.* 23. pariter reſolvit, etſi avus habeat patrem, & nepotem in poteſtate, integrum eſſe patri, invito avo filium offerre Religioni, & revocare: & *num.* 24. docet matrem ad ſecundas nuptias tranſeuntem non amittere hoc jus filii impuberis offerendi, & revocandi.
4 Utrùm autem poſſit impubes invitus Religioni à parentibus, vel tutoribus offerri? negativam partem tuentur gloſſ. *verbo quod intra, in ſum.* 20. *q.* 1. Ioan. Andr. *in cap.* 2. *n.* 2. *ſupr. hoc tit.* & *ibi* Butr. *n.* 13. Zabar. *n.* 2. *q.* 6. Abb. *n.* 9. & Anchar. *n.* 8. *q.* 3. Greg. *d. l.* 4. *verbo no pueden,* Sanch. *d. c.* 18. *n.* 26. ubi *n.* 33. exiſtimat in ſupradictis omnibus nihil innovatum eſſe per Concilium Trident.

5 *Seu XIV. annum compleverit cùm Religionem intravit.*] Ergo probationis annus incipere debet à tempore habitus monaſtici poſt annos pubertatis expletos, ut per Azor. *inſtit. moral. part.* 1. *lib.* 12. *cap.* 2. *q* 7. ætas enim legitima ad novitiatum eſt pubertas, & quamvis ante ætatem hanc admitti quiſpiam ad religionem poſſit, ut docet Sanchez *in præcepta Decalogi, tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 18. *n.* 8. verè tamen, & propriè novitius non incipit eſſe donec illam expleat, ut poſt S. Anton. Angel. Tabien. Sylveſt. Azor. & alios probat Sanch. *ubi ſupra, tom.* 2. *lib.* 5. *cap.* 4. *n.* 22. Nec hoc eſt correctum per Concilium Trident. *ſeſſ.* 25. *de Regular. cap.* 15. quia ſolam profeſſionem ante decimumſextum annum completum irritam reddit, nec interdicit novitiatum incipi, aut compleri ante eam ſexdecim annorum ætatem, ut benè tradunt Henriq. *in ſum. lib.* 13. *c.* 40. §. 2. *in fine,* Sorb. *in privilegiis Mendicant. verbo novitius, notab.* 4. Fr. Emman. *quæſt. Regular. tom.* 3. *q.* 15. *art.* 2. *in fine,* Navar. *ſub hoc tit. conſil.* 30. *num.* 1. *in antiq.* Aliàs *conſil.* 20. *in novis,* Azor. *d. lib.* 12. *c.* 4. *q.* 9. *in fine,* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib.* 18. *n.* 285. *prope fin.* Gallet. *in margarita caſuum conſcientiæ, verbo Presbyteri* 3. Sanchez *d. tom.* 2. *lib.* 5. *cap.* 4. *n.* 22.

6 *Compleverit.*] Ergo non ſatis eſt ut ſit pubes, quod attingat XIV. annum, ſed oportet quod compleverit, ut per Fr. Emman. *quæſt. Regular. tom.* 3. *q.* 12. *art.* 1. *ad finem.*

SUMMARIUM.

1 *Filia minor duodecim annis à parentibus monaſterio tradita, ſi major facta ſponte veletur, ad ſæculum redire non poteſt.*
2 *Metus ſuſpicio tollitur per ratificationem actus ſubſecuti.*

3 *Tacens*

3 *Tacens conſentire videtur, quando ultra taciturnitatem intervenit aliquis actus poſitivus ex parte tacentis.*

4 *Metus reverentialis non annullat ſolus profeſſionem, niſi etiam coactio, vel minæ præcedant.*

Cap. Cùm virum XII.

Clemens III.

1 PVella, quæ ante diſcretionis annum, duodecimum ſcilicet, & in viro 14. accepit habitum cum benedictione ſolita, ſi ætate debita ratam habet profeſſionem, non poteſt ampliùs relinquere habitum; ſed ſi nubilis ſumpſit habitum coactè, poteſt dimittere. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Butr. Ioan. Andr. Imola, Ananias, Hoſt. Hentic. Anchar. Panorm. Vivian. *in rationali libri tertii juris Pontif. pag.* 290. Alagona *in compend. juris Canonici, pag.* 477. remiſſivè Ximen. *in concord. p.* 1. & 2. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 2. *Decret. lib.* 3. *tit.* 18. *cap.* 3.

2 *Præſertim ſi ratihabitione*, &c.] Notatur ad hoc, quod metus ſuſpicio tollitur per ratificationem actus ſubſequuti, ut per Bonacoſ. *tom.* 1. *communium opinionum, lib.* 12. *tit.* 11. *n.* 49. & 50. *pag.* 328. Intellige dummodò tempore ratificationis ſublata ſit cauſa metus, quia ea durante metus durare præſumitur, juxta ea, quæ reſolvunt Gamma *Luſitanæ deciſ.* 346. *num.* 4. Bonacoſ. *commun. crimin. part.* 1. *verbo metus, fol.* 113. & *p.* 2. *eodem verbo, fol.* 49. Ranchin. *part.* 4. *concluſ.* 474. Maſcard. *de probat. concl.* 1051. *num.* 34. Menoch. *de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 4. *n.* 23. Gutier. *conſ.* 16 *n.* 15. Flamin. *de reſignat. benefic. lib.* 13. *q.* 1. *n.* 201. *cum ſeqq.* Sanchez *de matrim. lib.* 4. *diſp.* 18. *num.* 7. Bernard. Græv. *ad practic. Cameræ Imper. lib.* 2. *concl.* 93. *n.* 11. Fr. Barthol. de Vecchis *loco infrà citando, num.* 9.

3 *Habitum Religionis induens, benedictionem accepit.*] Notatur ad hoc, quod tacens conſentire videtur, quando ultra taciturnitatem intervenit aliquis actus poſitivus ex parte tacentis; nam tunc etiam in præjudicialibus præſumitur conſentire, ut per D. Barboſ. *in l. quæ dotis, n.* 158. *ff. ſoluto matrim.*

4 *Coacta parentum imperio.*] Ergo ſolus metus reverentialis non annullat profeſſionem, niſi etiam coactio, vel minæ præcedant, text. namque *in præſenti*, ad annullandam profeſſionem puellæ, ultra imperium parentum, quod metum reverentialem continet, ponderat coactionem, ut docent Covar. *de ſponſalib. p.* 2. *cap.* 3. §. 6. *num.* 7. & 8. Henriq. *in ſumma, lib.* 11. *de matrim. cap.* 9. §. 5. Sanchez *de matrim. lib.* 4. *diſp.* 7. *n.* 18. & *in præcepta Decalogi, tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 3. *n.* 26. Sayr. *in clavi Regia, lib.* 6. *cap.* 4. *num.* 18. Bonacin. *de legibus, diſp.* 4. *q.* 2. *punct.* 3. §. 1. *num.* 8. Fr. Barthol. de Vecchis *in praxi obſervanda in admittendis ad Religionis ſtatum novit. diſp.* 13. *dub.* 12. *n.* 19. Quicquid contrarium, imò quod parentum imperium cauſet ſufficientem metum ad invalidandum actum à libera voluntate pendentem, teneant Xuar. *alleg.* 1. *num.* 34. & *alleg.* 24. *n.* 3. & 5. Hippol. *ſing.* 347. *incip. matrim. num.* 3. Menoch. *illuſtr. cap.* 35. *num.* 17. *unct. num.* 19. inde non benè inferentes, profeſſionem annullari ſolo metu reverentiali, quibus accedunt Navar. & Fr. Emman. citati à Sanch. *d. diſp.* 6. *n.* 7. *in fine.* Caveant omnes cujuſcunque conditionis, & qualitatis fuerint, nè quomodocunque cogant aliquam virginem, vel viduam, aut aliam quamcunque mulierem invitam; præterquam in caſibus à jure expreſſis, ad ingrediendum monaſterium, vel ſuſcipiendum habitum cujuſcunque religionis, vel ad emittendam profeſſionem; incidunt enim in excommunicationem, tum etiam omnes illi, qui conſilium, auxilium, vel favorem dederint, quique ſcientes eam non ſponte ingredi monaſterium, aut habitum ſuſcipere, aut profeſſionem emittere, quoquo modo eidem actui vel præſentiam, vel conſenſum, vel auctoritatem interpoſuerint, ut ut habetur in Concilio Trid. *ſeſſ.* 25. *de Regular. c.* 18. de cujus materia latè dixi *de offic. & poteſtate Epiſc. p.* 3. *alleg.* 104. *à princ.* ubi *n.* 3. cum pluribus à me citatis reſolvo virginem inducentes monaſterium ingredi non incidere in excommunicationem comminatam à Concilio Trid. *dicto loco*, & *n.* 5. quod cogentes fœminam ad monaſterii ingreſſum, non ut profiteatur, nec ut habitum ſumat, ſed ut ibi ſæculari retento educetur, incidunt in eam excommunicationem, & *n.* 6. quod parentes & fratres, qui filias, & ſorores habitum religionis ſuſcipere, vel votum aut profeſſionem emittere cogunt, prædictam excommunicationem incurrunt, & *n.* 7. pariter reſolvo cogentem virginem ingredi monaſterium, ingreſſu non ſequuto in nullam excommunicationem incidere.

SVMMARIVM.

1 *Profeſſio facta ſine ſuſceptione habitus Religionis valet.*

2 *Habitus ſolus ſuſceptus ſine profeſſione monaſtica expreſſa, vel tacita Monachum non facit.*

3 *Profitentis ſola traditio non ſufficit ad valorem profeſſionis, ſed oportet quoque adeſſe perſonam habentem poteſtatem acceptandi nomine ipſius religionis.*

4 *Declaratur text.* in cap. conſulit, qui Clerici, vel voventes.

5 *Epiſcopus an poſſit Monachum ad profeſſionem admittere, oſtenditur.*

6 *Abbatis ſolius non eſt ad religionis profeſſionem admittere, ſed exigitur quoque conſenſus majoris partis Conventus.*

7 *Profeſſio quando eſt irrita defectu ſolius poteſtatis in admittente, an ſatis ſit ad ejus valorem, ut is ratam eam habeat, non mutata priori profeſſi voluntate per actum contrarium, oſtenditur.*

8 *Profeſſio non eſt neceſſariò facienda in Monaſterio, ſed poteſt ubique fieri.*

9 *Religionis regula, quamvis certam profitendi formam præſcribat, non ſunt ejus verba ita neceſſaria, ut aliàs facta profeſſio ſit irrita.*

Cap. Porrectum XIII.

PRofeſſionem ſi quis in infirmitate ſine habitu emittat in manu Abbatis, eſt verè Monachus, quia habitus non facit Monachum, ſed profeſſio Regularis, & ideò compellendus, ut ſervet votum. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Imol. Ananias, Butt. Anchar. Hoſt. Hentic. Panorm. Vivian. *in ration. lib.* 3. *juris Pontif. pag.* 290. Alagona *in compendio juris Canon. pag.* 477. remiſſivè Ximen. *in concord. p.* 1. & 2. refertur ab Ant. Auguſt. *collect.* 2. *Decret. lib.* 3. *tit.* 18. *c.* 4. 1

Cum Monachum non faciat habitus.] Notatur ad hoc, quod ſolus habitus ſuſceptus ſine profeſſione monaſtica expreſſa, vel tacita, Monachum non facit, ut per Campanil. *in diverſorio juris Canonici, rubr.* 12. *c.* 4. *n.* 5. Beller. *diſquiſit. Clerical. p.* 1. *tit. de diſciplina Clericali*, §. 15. *n.* 10. Azot. *inſtit. moral. p.* 1. *lib.* 12. *c.* 2. *quæſt.* 3. ubi advertit juxta, quæ contrarium inſinuare 2

videtur intelligi, ſi ad mutationem, & ſuſceptionem veſtitus tacita juris profeſſio accedat.

3 *Et recipitur ab Abbate.* Ergo ad profeſſionis valorem non ſufficit ſola profitentis traditio, ſed oportet quoque adeſſe perſonam habentem poteſtatem acceptandi nomine ipſius Religionis, illamque obligandi ipſi profitenti, ut per Azor. *inſt. moral. p.* 1. *lib.* 12. *c.* 5. *quæſt.* 3. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 18. *n.* 385. Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.* 2. *l. b.* 5. *cap.* 4. *à num.* 62. Batt. à Vecchis *in praxi obſervanda in admittendis ad Religionis ſtatum novit. diſp.* 12. *dub.* 2. *n.* 5.

4 Non obſtat *cap. conſulit, qui Clerici vel voventes*, dum ait profeſſionem emitti poſſe ſuper Altare, quia intelligitur acceptante eo, qui habet poteſtatem admittendi ad Religionem, ut bene docent *in præſenti* Innoc. *n.* 5. Ioan. Andr. *n.* 4. Hoſt. *n.* 13. Abb. *num.* 10. Anchar. *à n.* 3. Henric. *in fine*, Sylveſt. *verbo Religio,* 3. *q.* 18. *dicto* 2. Navar. *comment.* 4. *de Regularibus, n.* 74. quos refert, & ſequitur Sanchez *d. cap.* 4. *n.* 62. *in fine*, Barthol. de Vecchis *d. dub.* 2. *n.* 4. ubi ex *num.* 3. tractat an & quando neceſſaria ſit ſcriptura ad emittendam profeſſionem.

5 Dubitari non abs re poteſt, an poſſit Epiſcopus Monachum ad profeſſionem admittere? in quo dubio Innocent. *in præſenti, n.* 5. per text. *in cap. ſi vir* 27. *q.* 1. tenet quod poteſt quis fieri Monachus faciendo profeſſionem alicujus regulæ approbatæ in manibus Epiſcopi, quem ſequuntur Hoſt. *n.* 14. Ioan. Andr. *n.* 4. & Anchar. *n.* 7. etiam *in præſenti*. Verùm cùm hodie Epiſcopus ſuperior Religioſorum non ſit (omnes enim privilegium exemptionis habent) nullum propria auctoritate ad profeſſionem monaſticam admittere poteſt, ut docent Abb. *n.* 12. *in præſenti*, Navar. *ſub hoc tit. conſil.* 6. *à n.* 2. *in antiq. & conſ.* 40. *in novis*, Azor. *d. lib.* 12. *cap.* 5. *q.* 4. Sanchez *d. lib.* 5. *cap.* 4. *n.* 14. Fr. Emman. *quæſt. Regul. tom.* 3. *q.* 17. *art.* 11. ubi aſſerit text. illum *in d. cap. ſi vir*, cui innituntur Innocent. & ſequaces, intelligi de Epiſcopo cui monaſterium, in quo talis novitius profitetur, eſt ſubjectum, jure enim communi antiquo omnia Epiſcopis ſubjiciebantur.

6 In gloſſ. *Non facit habitus*, ibi, *ab Abbate, & Fratribus.* Notatur ad hoc, quod non ſolius Abbatis eſt ad Religionis profeſſionem admittere, ſed exigitur quoque conſenſus majoris partis Conventus, ut per Anton. Cuch. *lib.* 3. *inſtit. major. tit.* 1. *n.* 56. Emman. Sà *in ſumma, verbo Religio, n.* 65. Lap. *alleg.* 31. *n.* 3. Navar. *ſub tit. de conſtit. conſ.* 9. *à n.* 19. *in novis, & comment.* 3. *de Regul. num.* 5. Spin. *in ſpeculo teſtam. gloſſ.* 12. *princ. num.* 2. & 3. Azor. *d. lib.* 12. *cap.* 20. *quæſt. ult.* Menoch. *de præſumpt. lib.* 6. *præſumpt.* 83. *n.* 9. *cum ſeqq.* Leſſ. *de juſtit. lib.* 2. *cap.* 41. *dub.* 7. *num.* 61. Fr. Emman. *quæſt. Regul. tom.* 3. *q.* 17. *art.* 7. quorum aliquos refert, & ſequitur Sanchez *d. c.* 4. *n.* 65. ubi *num.* 66. reprobat Fr. Emman. *loco proximè citato*, dicentem profeſſionem à ſolo Abbate receptam, nec petito Conventus conſilio, non eſſe ipſo jure irritam, ſed talem declarandam, reſolvens *ibi*, eam profeſſionem eſſe nullam, & *num.* 67. probat monaſterium dum vacat, neminem poſſe ad profeſſionem admittere, & *num.* 68. docet nec totum Conventum repugnante Prælato, nec Prælatum repugnante majori parte Conventus poſſe aliquem ad profeſſionem admittere, & *num.* 69. aſſerit non ſufficere conſenſum Prælati, & dimidiæ partis Conventus, ſed debere majorem partem Conventus ultra Abbatem conſentire.

7 Verùm autem quando profeſſio eſt irrita defectu ſolius poteſtatis in admittente, ſatisfiat ad ejus valorem, ut is ratam eam habeat, non mutata priori profeſſi voluntate per actum contrarium? Reſpondent affirmativè *in præſenti*, Innocent. *num.* 5. Ioan. Andr. *num.* 4. Henric. *num.* 5. & Anchar. *num.* 6. Navar. *ſub hoc tit. conſil.* 6. *num.* 7. *in antiq. & conſil.* 40. *num.* 7. *in novis*, Azor. *d. lib.* 12. *cap.* 5. *quæſt.* 7. Fr. Emman. *in ſum. tom.* 2. *c.* 8. *n.* 13. *concl.* 12. *& quæſt. Regul. tom.* 3. *q.* 17. *art.* 12. plures, quos refert, & ſequitur Sanchez *d. cap.* 4. *n.* 80. ubi *n.* 81. quærit an quando profeſſio fuit ex parte emittentis irrita, ſufficiat novus ejus conſenſus abſque nova Prælati admiſſione, & qualis debeat eſſe hic conſenſus, & ſe remittit *ad lib.* 4. *de matrim. diſp.* 37. *à num.* 59.

In eadem gloſſa, ibi, *Et ubicumque.* Notatur ad 8
hoc, quod profeſſio non eſt neceſſariò facienda in monaſterio, ſed poteſt ubique fieri, ut docent Abb. *num.* 7. *in præſenti*, Gregor. *l.* 2. *in fine*, *tit.* 7. *p.* 1. Fr. Emman. *in ſumma, tom.* 2. *cap.* 8. *num.* 23. *& quæſt. Regul. tom.* 2. *q.* 29. *art.* 8. *in fine*, Sanchez *d. tom.* 2. *lib.* 5. *cap.* 3. *n.* 12.

In gloſſa, *Profeſſio*, ult. ibi, *licèt fortè non expreſſit* 9
formam profeſſionis. Notatur ad hoc, quod quamvis Religionis regula certam profitendi formam præſcribat, non ſunt ea verba ita neceſſaria, ut aliàs facta profeſſio ſit irrita, ſed quibuſcunque aliis facta profeſſio valebit, ut per Abb. *hic*, *n.* 13. Sylveſt. *verbo Religio* 3. *q.* 1. & 18. *in fine*, Azor. *d. p.* 1. *lib.* 15. *c.* 5. *q.* 7. *in fine*, Sanch. *d. lib.* 5. *c.* 3. *n.* 4. hoc limitantes niſi Regula à Sede Apoſtolica approbata exprimat profeſſionem alia forma factam fore irritam.

SVMMARIVM.

1 *Pater ſi cum bonis ſuis, & filio impubere ſe obtulit monaſterio, filius factus major exire poteſt è Religione, & legitimam à monaſterio petere.*

2 *Patre profeſſo Religionem ſuccedendi capacem, an debeatur ſtatim legitima pars filiis, quæ ad illos mortuo patre perventura eſſet, oſtenditur*, & num. 3.

Cap. Cùm ſimus XIV.

Cœleſt. III.

Pater ſi cum bonis ſuis, & filio impubere ſe offert 1
Religioni, & filius in anno diſcretionis non vult eſſe Monachus, poteſt exire, & petere bona paterna, quæ ex ſucceſſione ſibi proveniunt. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Imola, Anan. Butr. Hoſt. Anchar. Henric. Panormit. Vivian. *in rationali lib.* 3. *juris Pontificii*, *pag.* 290. Alagona *in compend. juris Canonici, pag.* 478. remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. & 2. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 2. *Decretal. lib.* 3. *tit.* 18. *cap.* 5.

Et bona paterna, &c.] Graviſſima eſt inter Docto- 2
res controverſia, an patre profeſſo Religionem ſuccedendi capacem debeatur ſtatim legitima pars filiis, quæ ad illos mortuo patre perventura eſſet, itaut vivo ipſo Patre Monacho eam petere poſſint ab ipſo monaſterio? Duplex eſt ſententia. Prior tenet non deberi legitimam filiis à tempore, quo parentes profitentur, ſed naturalem eorum mortem expectandam eſſe, & interim monaſterium ea potiturum, per text. *in l.* 1. §. *impuberi, ff. de collatione bonorum*, ubi habetur legitimam non deberi ſuperſtite parente, ex argumento deſumpto à contrario ſenſu ex text. *in authent. ſi qua mulier, in fine, C. de ſacroſ. Eccleſiis*, quam quidem ſententiam ibi ſuſtinent gloſſ. *verbo moriatur*, & Bart. *num.* 22. Alber. *n.* 7. & 8. Cyn. *num.* 5. Butrig. *quæſt.* 8.

Salyc.

Salyc. *num.pen. q.*11. Iaſ. *à n.*51. eandem tenent Canoniſtæ noſtri *in cap. in præſentia, ſup. de prob.* & præcipuè Butr.*n.*29. Felin.*n.*56.Bero.*n.*536.Pariſ.*n.*166. & Dec. *in nova edit. n.*262. Gregor. *l.*17. *verbo Sus hijos,tit.*1.*p.*6. Guillelm. Benedict.*in c.Raynutius,verbo Mortuo itaque teſtatore, il* 1.*n.*299. Roland. *conſ.*97. *n.*29. *vol.*2.*& de lucro dotis, q.*95.*n.*17. Aſcan. Clem. *de patria poteſt.cap.ult.n.*77.*&* 78. Surd.*de alim. tit.*1. *q.*29. *n.*6. *verſ.eſt verum,& conſ.*238.*n.*10. Mench.*de ſucceſſ. creat. lib.*3.§.21.*n.*175. *& illuſtr.cap.*37.*n.*10. *verſ.quid dicendum*,Bec.*conſ.*34.*n.*18.*&* 19.*vol.*1.Tap. *in auth.ingreſſi,C.de Sacroſ.Eccleſ.verbo Sua, c.*3.*n.*21. Spin. *in ſpeculo teſtam. gloſſ.*12.*princ. num.*32. *verſ. contrariam*, Ceval. *commun. contra communes, q.*342. Guttier. *canon. lib.*2. *c.*1. *à n.*79. Fr. Emman. *quæſt. regul.tom.*2.*q.*80. *art.*2. *verſ.notandum inſuper*, Caſtil. *de uſufructu,lib.*2.*c.*64. *num.*10. *&* 11. Mathienz.*l.*3. *gloſſ.*2.*n.*3.*tit.*4.*lib.*5.*nova recop.* Gratian.*reg.*456.*n.*9. Benedict. Ægid. *in repet. l.*1. *C. de Sacroſ. Eccleſ. p.*4. §.2.*n.*8. Melch. Phœbos *Luſit. deciſ.*13. *n.*24.*tom.*1. noviſſimè Hieron. Roder. *in compendio qq. regular. reſol.*72. *num.*26. quorum plures reſpondent text. *in præſenti*, contrarium non decidere,cùm ex eo non conſtet patrem tunc vivere, imò Iaſ. *in d.auth. ſi qua mulier, n.*51. quem nuncupatim referunt, & ſequuntur Mench. *d. cap.*37. *num.*11. *verſ. tenendo hanc partem*, & Spin. *loco citato*, aſſerit diſpoſitionem hujus textus ex eo procedere, quia B.qui in Monaſterium cùm bonis ſuis ſe contulerat, erat naturaliter mortuus, id colligendo ex verbis hujus text. ibi: *Quæ ipſi ex ſucceſſione proveniunt*, quaſi verbum, *ſucceſſio*, adaptetur propriè ad defunctum, & nulla ſucceſſio, aut hæreditas viventis ſit, *l. qui ſuperſtitis, ff.de acquir. hæred.* & affirmat Felin. *in c.in præſentia,n.*56.*de probat.* ex integra hujus Decretalis, quam ſe vidiſſe affirmat, apparere patrem fuiſſe mortuum.

3 Poſterior verò ſententia, quæ probabilior eſt, aſſerens ſtatim ac parens profiteтur,deberi legitimam filiis, ex hoc text. ſatis probatur, nec conſtat patrem in eo caſu fuiſſe mortuum, quia id non dicitur *in hoc text.* nec eſt verum,quod affirmat Felin. *loco proximè citato*, quia Corſet. *ſing.*162. *n.*3. ait ſe integram hanc Decretalem vidiſſe,legiſſe,ac relegiſſe,& nihil in ea inveniſſe, ex quo appareat patrem fuiſſe mortuum. Nec obſtant illa verba, *quæ ipſi ex ſucceſſione proveniunt*, quia Monacho viventi datur ſucceſſio, & ſatis tractatur de patris profeſſi ſucceſſione, inſpecto profeſſionis tempore, cùm tunc moriatur civiliter, & deſinat eſſe in rerum natura juris fictione. Ex quibus hanc poſteriorem ſententiam expreſsè tenent Zabar. *hic, n. unic. q.*1. Anchar. *in fine*, & Anan. *n.*3. *& in d. cap. in præſentia*, Abb. *n.*59. Barbat. *n.*124. & Mantic. *num.*72. Sylveſt. *verbo Hæreditas* 1. *q.*7.*n.*10. *dicto* 6. *& verbo Religio* 6. *q.*1. *dicto* 2. Navar. *commento* 2. *de regularibus, n.*48. *&* 54. Cott. *in memorab. verbo Legitima vivente patre*, Redoan. *de ſpoliis Eccleſ. q.*8. *in princip. n.*73. *&* 74. Villalob. *commun. lit. F,n.*160. Emman. Soar. *in theſauro recept. ſentent.lit.L,n.*71. Cov. *in c.*1. *num.*7. *de teſtam.* Lar. *in l. ſi quis à liberis*, §. *item reſcripſit, n.*14. *ff.de liberis agnoſc.* Dueñ. *reg.*356. *n.ult.* Mench.*de ſucceſſ.creat.lib.*2. §.10.*n.*284. *& de ſucceſſ. progreſſu, lib.*1. §.1. *n.*48. Vivian. *tom.*1.*commun.opin. lib.*3.*tit.*16. *n.*55. *verſ. limitatur ſecundò, pag.*411. Craſſ.*de ſucceſſ.ab inteſt.* §.*legitima, q.*12. *n.*6.*verſ.contrariam verò*, Carpan. *ad ſtatuta Mediolanen. c.*485. *num.*85. Anchar. *in ſuis quæſt. famil.lib.*2. *c.*47. *n.*11. Azeved. *l.*1. *n.*45. *tit.*8. *lib.*5. *nova recop.* Angul. *de meliorat.l.*1. *gloſſ.*3. *n.*27. *&* 28. Fachin. *controv.juris lib.*6.*c.*13. *verſ.ego priorem*, Honded. *conſ.*60. *à n.*18. *& conſ.*61.*à n.*9.*vol.*2.Molin.*de juſtit.tract.*2.*diſp.*140. *verſ.an verò ſtatim*, Leſſ. *eod.tract. lib.*2. *c.*41.*dub.*10. *num.*73. Merlino *de legitima, lib.*5. *tit.*3. *q.*3. *num.*8. 11. *&* 12. Argel. *de acquir. poſſeſſ. q.*8. *art.*25.*n.*660. Rota *in Tridentina legitimæ*, 31 *Ianuarii* 1607. coram Ottembergo, Azor. *inſtit. moral. part.*1. *lib.*12. *cap.*8. *q.*7. ubi *q.*8. meritò tenet pariter cùm filius profitetur in Religione capaci ſuccedendi, ſtatim deberi legitimam parentibus, quam habent in bonis illius: quod etiam tenet Azeved. *d.n.*45. quicquid non deberi ſtatim, ſed remanſuram apud Monaſterium uſque ad mortem naturalem filii, dicant Guttier.*d.c.*1.*n.*93. & Bened. Ægid. *d.l.*2.*part.*4. §.2. *n.*8. Et demùm hanc poſteriorem opinionem ſequuta eſt Rot. *in Novarien. legitimæ*, 15. *Decembris* 1628. *&* 4. *Aprilis, &* 21. *Maii* 1629. coram Revendiſſ.P.D.Ghiſlerio,ſequendo deciſiones in hac eadem cauſa factas 3. *Decembris* 1627. 5. *Iunii, &* 3. *Iulii* 1618. coram R.P.D. meo Pirovano, in quibus articulo maturè diſcuſſo fuit reſolutum, legitimam quæ competit matri ob mortem naturalem filiorum, competere etiam ob mortem eorundem civilem, nempe ſtatim emiſſa per eos profeſſione in aliqua Religione etiam bonorum in communi capaci. Et hoc procedit non obſtante tranſitu matris ad ſecunda vota, quia nihilominus quando filii emiſerunt profeſſionem in Religione capaci bonorum in communi, parenti ſecundò nubenti ex bonis eorumdem filiorum debetur legitima, ut fuit reſolutum *in d. Novarien. legitimæ*, 15. *Decembr.* 1628. coram R.P.D. Ghiſlerio,refert Ferentil.*in annot.ad deciſ.*461. *Buratti, num.*16. *&* 17.

SVMMARIVM.

1 *Furioſus profitendo non obligatur, niſi factus ſanæ mentis ratum habuerit*, & n.2.

3 *Profeſſio furioſi an ratificetur,ſi ille ſic profeſſus poſtea ad ſanam mentem rediens, conſciuſque profeſſionis à ſe emiſſæ, non contradicat, aut habitum profeſſorum non deponat, oſtenditur.*

4 *Religionem ſi quis ingreditur ſui compos, & annò novitiatus in furorem incidit, an tempus furoris computetur in novitiatus anno, oſtenditur.*

Cap. Sicut j. XV.

Innoc. III.

FVrioſus ſi induatur habitu Religionis, & profiteatur,non valet profeſſio,niſi factus compos mentis ſpontaneè conſentiat. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Imol. Anan. Butr. Hoſt. Anchar. Hentic. Panorm. Vivian. *in ration. libri tertii juris Pontif. pag.*291. Alagona *in compendio juris Canon. pag.*473. remiſſivè Ximen. *in concordant. p.*1. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.*1. *Decret. lib.*3. *tit.*24. *c.*1. 1

Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſumunt 2 Boër. *deciſ.*23. *n.*69. Azor. *inſtit.moral. part.*1. *lib.*12. *c.*2. *q.*23. Lorich. *in ſuo theſauro, tit. de Regularib. n.*9. *verſ.ſecundò nullus furioſus*, Ludov.Miranda *in manuali Prælatorum, tom.*1.*q.*17. *art.*5. *concl.*6. Fr. Barthol. de Vecchis *in praxi obſervanda in admittendis ad Religionis ſtatum novit. diſp.*2. *dub.*7. *à princ.* Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.*1. *lib.*4. *c.*1. *n.*5. *& tom.*2. *lib.*5. *c.*4. *num.*53. faciunt quæ ipſe *de matrim. lib.*1.*diſp.*8. *num.*15.

Dubium tamen eſt, an ratificetur ea profeſſio,ſi ille 3 ſic profeſſus poſteà ad ſanam mentem rediens, con-

ſciuſque profeſſionis à ſe emiſſæ non contradicat, aut habitum profeſſorum non deponat? Nonnulli affirmant cenſeri ſtatim ratam haberi profeſſionem, ut per Hoſtienſ. *hic, in fine*, & Ioan. Andr. *n.* 2. Zabar. *n.* 1. & Anchar. *in fine*, ſed meritò contrarium ſuſtinent Abb. *hîc, n.* 4. Sylveſt. *in ſum. verbo Religio* 5. *q.* 2. & Azor. *d.* 7. 5. Poſt Decretum tamen Concilii Trident. *ſeſſ.* 25. *de Regular. c.* 15. non erit locus huic tacitæ profeſſioni, niſi quando ante furiam præmiſſus erat integer novitiatus annus, vel poſt ſanam mentem præmittitur, ut advertit Sanch. *lib.* 5. *c.* 4. *n.* 53. *in fine*, ubi
4 *n.* 54. quærit, & diſputat, an quando quiſpiam ſui compos Religionem ingreditur, & anno novitiatus in furorem incidit, tempus furoris computetur in novitiatus anno? & reſpondet *n.* 55. furorem citò tranſeuntem, ut contingit in phreneſi tempore morbi ſupervenienti, durantique octo, aut quindecim dierum ſpatio, non impedire curſum anni novitiatus, nec id tempus tranſacto anno ſupplendum; ſed in eo computandum, & legitimam fore profeſſionem eo finito, ſecus dicens quando dementia eſſet extraordinaria, ut ſolet contingere in iis, qui nullo alio morbo laborant, & diu duraret, ut integro menſe, de quo vide etiam Soar. *tom.* 3. *de Relig. lib.* 5. *c.* 4. *ex num.* 3. Barthol. de Vecchis *ubi ſup. ex n.* 3.

In gloſſ. *Extra mentem*, ibi, *licèt graviſſimam pateretur infirmitatem*, &c.] Notatur ad hoc, quod profeſſio non irritatur morbo etiam graviſſimo, ut per Rot. *deciſ.* 346. *n.* 2. inter collectas à Farin. quæ deciſiones ſpectant ad cauſas criminales, quam refert Barthol. à Vecchis *in d. praxi, diſp.* 13. *dub.* 15. *n.* 3.

SVMMARIVM.

1 *Profeſſio nec fieri, nec recipi debet infra probationis annum, facta tamen nullo novitiatus tempore elapſo, volentibus novitio, & monaſterio, tenet de jure communi*, & n. 2. *ſecus attenta diſpoſitione Concilii Tridentini*, ut n. 3.

4 *Novitii in articulo mortis exiſtentes, an & quando ante expletum probationis annum profiteri poſſint, oſtenditur.*

5 *Annus novitiatus debet eſſe continuus, ut valeat profeſſio, ita ut tridui interruptio ſatis ſit ne novitiatus ſit continuus.*

6 *Novitius ſi de licentia ſuperiorum exiit propter malam valetudinem, & poſteà revertitur, poteſt conjungere primum tempus cum ſequenti.*

7 *Novitiatus annus debet agi habitu Rreligionis ſuſcepto.*

8 *Novitiatus annus non extra monaſterium, ſed intra de eſſentia peragendus eſt, niſi cum licentia Abbatis habita aliqua juſta cauſa extra deferatur.*

10 *Indignum promovens tenetur Eccleſia ad intereſſe.*

Cap. Ad Apoſtolicam XVI.

1 PRofeſſio facta in manu Abbatis ante annum probationis valet, & quia annus probationis eſt inductus ad favorem utriuſque partis, ut hic probet aſperitates monaſterii, & monaſterium mores illius, ideo Abbas non debet admittere ad profeſſionem ante tempus, & ſi indiſcretè paſſim hoc faciant, corrigantur. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Imol. Anan. Butr. Hoſt. Anchar. Henric. Panorm. Vivian. *in rationali libri tertii juris Pontificii, pag.* 291. Alagona *in compend. juris Canonici, pag.* 478. remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1.

Collige ex text. profeſſionem nec fieri, nec recipi 2
debere infra tempus probationis; factam tamen nullo novitiatus tempore elapſo, volentibus novitio, & monaſterio tenere, licèt admittentes animadverſione debita eſſent corrigendi: excipiuntur Religiones Minorum, & Prædicatorum, ad quas non poterat quiſpiam admitti ante exactum probationis annum, ut habetur *in cap. non ſolùm, hoc tit. lib.* 6. quod decretum extenſum fuit ad cæteros Mendicantium Ordines, *per cap. conſtitutionem, eod. tit. & lib.* quod ſi in his admitteretur profeſſio ante eum novitiatus annum, ea obligaret non ei Religioni ſpeciali, ſed Religioni in genere, ut clarè colligitur ex *d. c. non ſolùm, verſ. decernimus*: ita ex aliis Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.* 2. *lib.* 5. *c.* 4. *n.* 8. & tangit aliqua Fr. Ludov. Miranda *in man. Prælatorum, tom.* 1. *q.* 22. *art.* 7.

Poſt Concil. verò Trid. *ſeſſ.* 25. *de Regularib. c.* 15. 3
nullus unquam poteſt profiteri, niſi poſt expletum ſuæ probationis annum, nec hujuſmodi terminus, & probationis tempus etiam ex conſenſu novitii, & monaſterii poteſt renuntiari, aut remitti, ex eo, quia in Concil. Trid. *d. c.* 15. parificantur, atque æquiparantur profeſſio facta ante 16. annum expletum, & ante expletum probationis annum: ſed nemo audebit dicere quod profeſſio facta de conſenſu novitii, & Monaſterii ante 15. annum expletum, ſit valida: ergo nec in propoſito caſu audebit dicere quod ſit valida ante expletum probationis annum etiam de conſenſu partium: quare jure optimo Nav. *ſub hoc tit. conſ.* 33. *n.* 5. *in antiq. & conſ.* 62. *n.* 6. *in novis*, aſſerit hoc in judicando, & conſulendo tenendum eſſe, quod idem ſuſtinent Fr. Emman. *in ſum. tom.* 2. *c.* 6. *n.* 10. *& qq. regul. tom.* 3. *q.* 15. *art.* 7. Azor. *inſtit. moral. p.* 1. *lib.* 12. *c.* 4. *q.* 9. Petr. de Ledeſma *in ſum. p.* 2. *tract. del eſtado de los Religioſos, c.* 7. *concl.* 2. Ludov. Beja *reſponſ. caſuum conſcientiæ p.* 4. *caſu fin. verſ. tertiò*, Barth. à S. Fauſto *in theſauro Religioſorum, lib.* 5. *q.* 170. Fr. Ludov. Miranda *d. art.* 7. *concl. unic.* Sanch. *d. c.* 4. *n.* 19. ubi aſſerit text. *in præſenti*, derogatum eſſe per illud Concil. Trid. decretum *in d. cap.* 15. quod & nuncupatim tradit Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſiaſt. deciſ.* 1. *in* 1. *edit. & reſol.* 617. *in* 2. *edit.* noviſſimè me citato *in hoc loco*, D. Mat. Cutel. *de donat. inter patrem & filium, tract. primo, diſc.* 2. *partic.* 3. *n.* 95. *pag.* 123.

Ex privilegio tamen Pii V. incipit, *Pius V.* ſub dat. 4
Romæ apud S. Petrum *die* 23. *Auguſti* 1570. Novitii in articulo mortis exiſtentes ante expletum probationis annum, ut lucrentur, atque conſequantur Indulgentias, poſſunt profiteri, quod ad literam refert Fr. Ludov. Miranda *d. q.* 22. *art.* 10. ubi dicit hujuſmodi conceſſionem non eſſe revocatam per Gregor. XIII. in ſua conſtit. incip. *In tanta negotiorum mole*, qua revocavit quicquid conceſſerat Pius V. ſuper ſtatu, & regimine Monachorum, & Sanctimonialium contra jus, & contra decreta S. Concilii Trident. ex eo quia Gregor. non loquitur de iis gratiis, & Indulgentiis, & maximè conceſſis in mortis articulo Monachis, & Sanctimonialibus, ſed tantùm de aliis gratiis, & privilegiis ſpectantibus ad ſtatum, & regimen eorundem Monachorum, aut ipſarum Monialium: idem etiam tenent Henriq. *in ſum. lib.* 13. *c.* 40. §. 2. Fr. Emman. *qq. regul. tom.* 3. *artic.* 3. Barthol. à S. Fauſto *in theſauro Religioſorum, lib.* 3. *q.* 167. unde meritò Ludov. Beja *d. verſ. tertiò*, tenet profeſſionem novitii factam in mortis articulo eſſe validam; teneri tamen ſi convaluerit, & ex ea infirmitate non deceſſerit, complere poſteà integrum probationis annum, & profeſſionem de novo emittere. Illud in præſentiarum advertendum duxi, quod virtute illius conceſſionis, & profeſſionis in articulo mortis factæ Monaſterium

non

non poteſt ſuccedere in bonis novitii ſic profeſſi, in præjudicium ſuorum hæredum, & aliorum venientium ab inteſtato, niſi poſteà convaleſcens expleto probationis anno expreſſam profeſſionem emittat, ſeu potiùs de novo profiteatur, primam ratificando, prout reſolvit Fr. Emman. *d. loco*, & Fr. Ludov. Miranda *d. art.* 10. *concl. unic. verſ. ſecundò.* Quicquid contrarium velint Mich. Zanard. *in ſuo directorio Theolog. part.* 1. *cap.* 27. & Barth. à S. Fauſto *d. lib.* 5. *q.* 267. *num.* 4.

5 Circa hunc novitiatus annum petitum à Concil. Trident. *d. cap.* 15. obſervandum eſt primò debere eſſe continuum, ut valeat profeſſio, Navarr. *ſupr. hoc tit. conſ.* 2. *n.* 2. *& conſ.* 34. *n.* 2. *conſ.* 36. *n.* 1. *& conſ.* 42. *n.* 2. *&* 4. *& conſ.* 84. *n.* 3. *in antiq. aliàs conſ.* 9. *n.* 2. *& conſ.* 3. *n.* 4. *in novis*, Henriq. *in ſum. lib.* 13. *c.* 40. §. 2. Azor. *inſtit. moral. p.* 1. *lib.* 12. *c.* 2. *q.* 8. Fr. Emman. *in ſum. tom.* 2. *c.* 8. *n.* 4. *& qq. regul. tom.* 3. *q.* 15. *art.* 8. Flamin. *de reſign. benef. lib.* 3. *q.* 13. *n.* 11. Fr. Ludov. Miranda *d. q.* 22. *art.* 4. Sanch. *d. lib.* 5. *c.* 4. *n.* 31. ubi plures refert, Soar. *tom.* 3. *de relig. lib.* 5. *c.* 15. *n.* 3. Bonacin. *de clauſura, q.* 2. *puncto* 10. *diffic.* 2. §. 2. *n.* 3. Fr. Barth. de Vecchis *in praxi obſervanda in admittendis ad Religionis ſtatum novit. diſp.* 11. *dub.* 3. *n.* 1. Illuſtr. D. meus Roder. à Cunha *in comment. ad cap.* 1. *num.* 15. *diſt.* 54. Alex. Peregr. *in conſtit. Cleric. Regul. p.* 2. *c.* 1. *lit. C*, §. 8. Ego ipſe *de offic. & poteſt. Epiſc. p.* 3. *alleg.* 101. *n.* 23. *cum ſeqq.* Et

6 tridui interruptionem ſatis eſſe ut novitiatus non ſit continuus, & iterum inchoari debeat, tenent Barth. à S. Fauſto *in theſauro Relig. lib.* 4. *q.* 164. Nav. *ſub hoc tit. conſ.* 42. *n.* 4. *in antiq. aliàs conſ.* 32. *n.* 4. *in novis*, Galler. *in margarita caſuum conſcientiæ, verbo novitius* 2. Sanch. *d. c.* 4. *n.* 32. Anno verò biſſextili ſatis eſſe compleviſſe 365. dies, aſſerunt Sylveſt. *verbo Religio* 3. *q.* 19. §. 3. Henriq. *lib.* 10. *c.* 19. *lit. K*, Barth. à S. Fauſto *l. b.* 5. *q.* 161. Aloyſ. Ricc. *in praxi fori Eccleſ. poſt reſol.* 376. *in notabilib. de materia Sacramenti Ordinis, verſ. quoad interſtitia, in* 2. *edit.* Contrarium verò, imò non ſufficere profeſſionem emittere, niſi die 25. Februarii anni biſſextilis, qui die 24. Februarii præcedentis anni ſuſcepit habitum, tenent Fr. Emman. *qq. regul. tom.* 3. *q.* 15. *art.* 4. *&* 5. Bonac. *de clauſura, q.* 2. *punct.* 10. *diffic.* 2. §. 3. *n.* 4. Molin. *de juſtit. tract.* 2. *diſp.* 573. *verſ. atque ut à majori ætate*, Fr. Barth. de Vecchis *in praxi obſervanda in admittendis ad Religionis ſtatum novit. diſp.* 11. *dub.* 4. *num.* 5. Alex. Peregr. *in conſtit. Cleric. Regul. p.* 2. *cap.* 1. *lit. C*, §. 7. Iul. Lavor. *var. lucubrat. tom.* 1. *tit.* 1. *de Comit. c.* 6. *n.* 15. qui oretenus mihi retulit S. Congreg. Concilii *in una Patavina de menſe Iunii* 1627. cenſuiſſe non valere profeſſionem reſpectu anni biſſextilis cujuſdam, qui ingreſſus eſt Religionem 27. Martii, & die 26. ejuſdem menſis ſequentis anni currente anno biſſextili emiſit profeſſionem. Si tamen novitius de licentia ſuperiorum exivit propter malam valetudinem, & poſteà revertitur, habetur pro præſente, ac ſi nunquam fuiſſet egreſſus, & poteſt conjungere primum tempus cum ſequenti, cùm non ſtet per eum, ad quem petinet, quominus conditio adimpleatur, ut docent Gonz. Mendez *diverſ. juris argum. lib.* 1. *c.* 15. Sayr. *deciſ.* 15. *ſub hoc tit.* Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſ. deciſ.* 510. *in* 1. *edit. & reſol.* 392. *n.* 3. *in* 2. *edit.* Steph. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 166. *n.* 14. ubi *n.* 15. cum Gonz. Mendez *loco citato*, limitat in novitia. Inveni Iulium II. conceſſiſſe Minoribus, ut integrum ſit continuare annum novitiatus ſemel interrupti per novitii egreſſum, ſi iterum ad Religionem veniat, quod quidem privilegium non eſſe revocatum per Concil. Trident. *d. c.* 15. tuetur Fr. Emman. *d. q.* 15. *art.* 8. Sed reverà ego non auderem quicquam tale dicere, ſed exiſtimo id privilegium eſſe revocatum; nam licèt olim conceſſum fuiſſet dum annus novitiatus non ita exactè petebatur, ſed ex communi conſenſu integrum erat illud cedere; ut probat text. *in præſenti*, hodie tamen rigidiſſimè petit Concil. Trid. peragi eum novitiatus annum, & decernit ex profeſſione aliter facta nullam prorſus obligationem induci, & ſatis petit annum continuum dum petit integrum, quo fundamento contra Fr. Emman. expreſsè tenent Ludov. Miranda *d. art.* 4. & Sanch. *d. cap.* 4. *num.* 35. & ſentire videtur Barthol. à S. Fauſto *d. lib.* 5. *quæſt.* 166.

Secundò obſervandum eſt, hujuſmodi novitiatus 7
annum de eſſentia peragendum eſſe habitu Religionis ſuſcepto, quod expreſsè decidere videtur Concil. Trident. *d. cap.* 15. dum decernit annum novitiatus ad profeſſionis valorem numerandum à die ſuſceptionis habitus, ita Azor. *d. lib.* 12. *c.* 2. *q.* 9. Fr. Emman. *d. tom.* 3. *q.* 15. *art.* 9. Barth. à S. Fauſto *d. lib.* 5. *q.* 177. Fr. Ludov. Miranda *d. q.* 22. *art.* 6. Sanch. *d. c.* 4. *n.* 29. me citato *in hoc loco*, D. Mar. Cutel. *ubi ſupr. n.* 102. reſpondentes text. *in cap. legem*, 53. *diſt. & in cap. multos* 54. *diſt.* qui ſunt Gregor. Papæ, dicentes novitios in laicali veſte probandos eſſe, jam non ſervari, vel quod non loquuntur de veſte laicali propriè, & in rigore ſumpta, ſed de veſte quadam novitiorum, qui erant in probatione poſiti, quæ quidem veſtes differebant ab illis, quæ dabantur profitentibus.

Tertiò obſervandum eſt, prædictum novitiatus annum non extra Monaſterium, ſed in Monaſterio de 8
eſſentia peragendum, niſi de licentia Abbatis habita aliqua juſta cauſa ext à deferatur, ita Nav. *comment.* 2. *de Regul. n.* 74. *notab.* 3. *& ſub hoc tit. conſ.* 42. *n.* 2. *in antiq. & conſ.* 32. *à n.* 2. *in novis, & conſ.* 41. *n.* 3. *in utraque edit.* Azor. *d. lib.* 12. *c.* 2. *q.* 8. *in fine, & c.* 1. *q.* 7. Fr. Emman. *d. tom.* 3. *q.* 15. *art.* 10. Sanch. *d. lib.* 3. *c.* 3. *n.* 29. *& cap.* 4. *n.* 27. Fr. Ludov. Miranda *d. q.* 22. *art.* 5. Ego ipſe *d. allegat.* 101. *num.* 28. Barthol. à S. Fauſto *d. lib.* 5. *q.* 176.

Abbate per ſe.] Verùm autem ſolius Abbatis ſit ad 9
Religionis profeſſionem admittere, an ipſius, & Conventus, dixi *ad cap. porrectum* 13. *in gloſſ. verbo, non faciat, ſup. hoc tit.*

Quia multa fieri prohibentur, quæ ſi facta fuerint obtinent.] Ita Ioan. de Amic. *conſ.* 33. *n.* 39. *& ſeq.* Riminald. jun. *conſ.* 768. *num.* 31. *vol.* 7. Malvaſ. *conſ.* 8. *num.* 24. Ozaſch. *conſ.* 63. *n.* 29. latè Ioan. Bapt. Coſta *de facti ſcient. & ignor. inſpect.* 10. *per tot.* Surd. *conſ.* 174. *n.* 12. *& conſ.* 175. *n.* 41. *& conſ.* 360. *n.* 14. Card. Tuſch. *tom.* 3. *lit. F, concl.* 12. Steph. Gratian. *Marchi. deciſ.* 64. *num.* 11. cum aliis citatis per me *in tract. Axiomatum juris uſufreq. axiom.* 93. *n.* 30.

In gloſſ. *Prohibendum*, ibi, *& tenetur quis de mala* 10
adminiſtratione. Notatur ad hoc, quod promovens indignum tenetur Eccleſiæ ad intereſſe, quam læſit, ad ſimilitudinem magiſtratus, ut per Palat. *in repetit. cap. per veſtras, de donat. inter virum, & uxor.* §. 26. *num.* 11.

In gloſſ. *Corrigendi*, ult. Notatur ad hoc, quod ſi 11
quis ante pubertatem aliquem admittat ad profeſſionem propter peccatum mortale, quod incurrit, quia ſibi patriam poteſtatem uſurpat, arbitrio judicis punitur, ut per Azor. *d. lib.* 12. *c.* 5. *q.* 6. Menoch. *de arbitr. caſu* 333.

SVMMARIVM.

1 *Profeſſionem faciens ad obſervantiam Regularem compellitur, licèt in clauſtro nunquam permanſerit; ſed in ſæculo, & ſuis bonis uſus fuerit.*

2 *Votum*

2 *Votum ex metu mortis intrinſecus, ſive divinitus illatum validum eſt.*

3 *Canonici Regulares Cathedralium Eccleſiarum ejuſdem ſunt Ordinis, & Religionis cum reliquis Canonicis Regularibus.*

4 *Monachus obedientiam ſuo Prælato promiſſam nullo temporis ſpatio præſcribere poteſt.*

5 *Monachus quando ejicitur injuſtè à Conventu, aut majore ejus parte hunc derelinquente, tunc minimè acquirit Monaſterio.*

Cap. Sicut nobis ij. XVII.

1 QVi facta profeſſione in clauſtro nunquam manſit, ſed in ſæculo, & cum uſu ſuorum bonorum, eſt cogendus per excommunicationem ad habitum Regularem. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Imol. Ananias, Butr. Hoſt. Anch. Henric. Panorm. Vivian. *in ratior. libri tertii juris Pontificii*, *pag.*292. Alagona *in compendio juris Canonici*, *pag.*478. remiſſivè Ximen. *in concord. part.*1. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 3. *Decret. lib.*3. *tit.*24. *cap.*1.

2 *Cùm ægritudine nimia laboraret*, &c.] Notatur ad hoc, quod votum ex metu mortis intrinſecus, ſive divinitus illatum, (cujuſmodi ſunt vota facta Deo metu gravis infirmitatis) validum eſt, & in conſcientia obligat, ut per Nav. *in man.c.*12. *n.*51. & 52. Sayr. *in clavi Regia, lib.*6.*c.*4. *n.*11. & 14. Azor. *inſtit. moral. p.*1. *lib.*12.*c.*5.*q.*9 Leſſ. *de juſtit. lib.*2.*c.*49.*dub.*3.*n.*16. Fr. Barth. de Vecchis *in praxi obſervanda in admittendis ad Religionis ſtatum novit. diſp.*13. *dub.*12. *n.*14. Id apud omnes certiſſimum eſt, quod quoties metus non eſt incuſſus gratià extorquendi voti, ſive proveniat à cauſa naturali, ſive libera, quantumvis graviſſimus ſit, non irritat votum & ratio eſt, quia tunc à nemine impellitur vovens ad votum emittendum, ſed ſponte ſua id vovendi medium eligit, quo ex eo periculo incolumis evadat, ita docet Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.*1. *lib.*4.*c.*3.*n.*4. Balboa *in c. in præſentia, n.*7. *de prob.* me citato *in hoc loco,* Cabreiros *lib.*2.*c.*21.*n.*42.

3 *Habitum Canonicorum Regularium*, &c.] Notatur ad hoc, quod Canonici Regulares Cathedralium Eccleſiarum ejuſdem ſunt Ordinis, & rationis cum reliquis Canonicis Regularibus, ut per Fr. Emman. *qq. reg. tom.*3.*q.*49.*art.*3. ubi *in verſ. præterea,* dicit Canonicos Bethleëmiticos, & Nazarethenſes, de quibus *in præſenti* emittere ſolitos profeſſionem ſecundùm regulam Divi Auguſtini, dareque conſueviſſe habitum lineum, qui proprius eſt habitus Canonicorum Regularium, prædictaſque Eccleſias Cathedrales eſſe compertum aſſerit ex regiſtro Innoc. III. Qui dicantur Canonici Regulares, vide ad rubr. *de ſtatu Monach.*

4 *Cùm quod tanto tempore*, &c.] Notatur ad hoc, quod Monachus obedientiam ſuo Prælato promiſſam nullo temporis ſpatio præſcribere poteſt, ut per Greg. *l.*23. *tit.*14. *part.*7. Fr. Emman. *qq. regul. tom.*3.*q.*64.

5 *art.*3. An, & quando, & in quibus votum obedientiæ obliget Religioſos ad obtemperandum ſuis Prælatis, latè de more ſuo oſtendit Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.*2. *lib.*6. *c.*2.

6 In gloſſ. *Et ſcientibus,* ibi, *ſed ad bona ipſius, ſi mortuus eſſet,* &c. Notatur ad hoc, quod quando Monachus ejicitur injuſtè à Conventu, aut majori ejus parte illum derelinquente, tunc minimè acquirit Monaſterio, quia hujuſmodi Monachus habetur pro derelicto, ac proinde Monaſterio derelinquenti non acquirit, ſicut nec ſervus à Domino derelictus acquirit illi, *l. quod ſervus* 36. *ff. de ſtipul. ſerv.* ita docent gloſſ. *verbo quæ acquiſierit, in c. Abbates,* 18. *q.*2. & *verbo languidus, in c. unic. de infant. expoſ.* Anan. *hìc, in fine,* Redoan. *de ſpoliis Eccleſ. q.*8. *in princ. n.*75. & 77. Surd. *de alim. tit.*7. *q.*35.*n.*9. Tap. *in auth. ingreſſi, C. de ſacroſ. Eccleſ. verbo Sua, c.*6. *n.*50. Humad. *l.*31. *gloſſ.* 2. *in fin. tit.*7.*p.*1. pariter reſolventes nullam deſiderari judicis ſententiam, qua privetur monaſterium his bonis: quamvis exigi ſententiam judicis, quæ monaſterium his bonis privet, aſſerant Molin. *de juſtit. tract.*2. *diſput.*140. *verſ. quoad votum,* Leſſ. *de juſtit. lib.*2. *c.*41. *dub.*15. *n.*112. Sanch. *d. tom.*2. *lib.*7. *c.*33. *n.*24.

SVMMARIVM.

1 *Religioſo cuilibet licitum eſt zelo ſanctioris vitæ ad ſtrictiorem Religionem tranſire, petita priùs licentia ſui Prælati, quamvis non obtenta,* & n.2.

3 *Moniales poſſunt zelo ſanctioris vitæ ad ſtrictiorem Religionem tranſire, eo modo, quo poſſunt viri religioſi, & qualiter hoc procedat, ex deciſionibus S. Congregationis oſtenditur.*

4 *Converſi, & oblati poſſunt tranſire ad ſtrictiorem religionem.*

5 *Prælati Regulares exempti poſſunt inſtar aliorum Religioſorum tranſire ad ſtrictiorem Religionem, petita, etſi negata licentia à Superiore.*

8 *Lex non eſt poſita juſto.*

9 *Tranſitus de una Religione ad aliam, ut licitus ſit, non temeritate, levitate, odio, &c. ſed ſtudio perfectioris vitæ faciendus eſt.*

10 *Prælatus inferior, & Conventualis monaſterii poteſt dare licentiam ſubdito ſuo tranſeundi ad ſtrictiorem Religionem.*

11 *Prælatus Conventualis de conſilio, & conſenſu ſui Conventus poteſt præſtare licentiam tranſeundi de Religione æquali ad alteram æqualem cum juſta, & legitima cauſa, ſine ea tamen requiritur licentia Papæ.*

12 *Papa ſolus poteſt licentiam concedere tranſeundi à laxiori Religione, nulla legitima cauſa exiſtente.*

13 *Prælatus Pontifice inferior poteſt indulgere licentiam tranſeundi ad laxiorem Religionem exiſtente cauſa, quamvis ad Pontificem facilis ſit aditus.*

14 *Tranſlatus ad laxiorem Religionem ſine juſta cauſa dicitur indebitè tranſlatus.*

15 *Cauſa legitima, & juſta tranſeundi ad laxiorem Religionem quæ ſint, oſtenditur.*

16 *Prælatus negans licentiam ſine cauſa legitima ſubdito tranſeundi ad ſtrictiorem Religionem, peccat mortaliter, & meritò debet puniri.*

17 *Licentia tranſeundi ad ſtrictiorem Religionem neceſſariò petenda eſt ante tranſitum, expectando debito tempore reſponſum ſuperioris.*

18 *Religio ſtrictior quæ dicatur, oſtenditur.*

20 *Tranſitus ex ordine Mendicantium ad ordines Monachales, Carthuſia excepta, ſine expreſſa licentia Papæ non eſt licitus.*

21 *Religio Minorum S. Franciſci de Paula eſt arctior Religione Carthuſianorum.*

22 *Epiſcopus vovere, renuntiare Epiſcopatui, aut Religionem intrare ſine Papæ licentia non poteſt.*

24 *Licentiam quando dubitaretur quo animo, bonóne, an malo ſuperior denegaverit, cujus tunc judicio ſit ſtandum, oſtenditur.*

25 *Religioſus tranſlatus ex una Religione ad aliam, debet eſſe de novo novitius, atque in eadem profiteri.*

26 *Tranſlatus de uno ordine ad alium, ut ſit Prælatus illius, debet neceſſariò ibidem de novo profiteri.*

27 *Monachus tranſlatus de una Religione ad aliam,*

debet

debet ſedere in capitulo juxta tempus, quo emiſit profeſſionem in poſteriori.

28 *Tranſlatus legitimè ad aliam Religionem, non tenetur ad vota ſpecialia in priori Religione emiſſa.*

29 *Bona Religioſi tranſeuntis ex una Religione ad aliam ſtudio melioris vitæ, manent penes primum Monaſterium, & quidquid poſt ſecundam profeſſionem in ſecundo factam ei obvenerit, ſecundo Monaſterio acquirit.*

30 *Bona tranſlati ad aliud Monaſterium pœnitentiæ cauſa, acquiruntur illi priori Monaſterio, niſi tranſlatio fuerit facta ad effectum, ut fiat filia ſecundi Monaſterii.*

31 *Religioſus tranſiens ad ſtrictiorem Religionem bono zelo, non tamen petita licentia, ad prius Monaſterium revocari poteſt.*

Cap. Licèt XVIII.

1 Religioſus zelo ſanctioris vitæ poteſt petita, & non obtenta licentia ad arctiorem Religionem tranſire, quamvis prima Religio habeat privilegium, ut ejus Regularis non poſſit tranſire ad alium locum etiam prætextu arctioris Religionis, ipſis invitis, quia privilegium intelligitur ne quis temerè, vel levitate in jacturam, vel injuriam ſui Ordinis ad alium tranſeat, & non pro eo, qui cum humilitate, & veritate licentiam petit, quam Prælatus non debet protervè negare, quia privilegium perdere meretur qui conceſſa abutitur poteſtate, & ſubditus dubitans de ſuo ſpiritu, debet conſulere ſuperiorem. Item nullus Præſul præſumat relinquere Præſulatum abſque licentia Papæ, quia communis utilitas præfertur ſpeciali utilitati, doctrina ſilentio, ſollicitudo contemplationi, labor quieti in hoc caſu, & Chriſtus natus eſt de carne Liæ, & non Rachel, & ingreſſus eſt domum Marthæ, & non Mariæ. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Imol. Anan. Anch. Hoſtienſ. Butr. Henric. Panorm. Vivian. *in rationali libri tertii juris Pontificii, pag.* 293. Alagona *in compendio juris Canonici, pag.* 469. remiſſivè Ximen. *in concordant. part.* 1. & 2. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 3. *Decretal. lib.* 3. *tit.* 23. *cap.* 4.

2 Collige ex text. licitum eſſe cuilibet Religioſo zelo ſanctioris vitæ ad ſtrictiorem Religionem tranſire, petita prius licentia ſui Prælati, quamvis non obtenta, ut per S. Thom. 2. 2. *q.* 89. *art.* 4. S. Anton. *p.* 3. *tit.* 16. *c.* 14. *in princ.* Lap. *alleg.* 130. *ſub n.* 2. Roman. *conſ.* 341. *n.* 4. Dec. *reſp.* 20. *n.* 12. *lib.* 1. Navar. *comm.* 4. *de regul.* *n.* 10. Menoch. *de arbitr. caſu* 421. *n.* 37. *cum ſeqq.* Azor. *inſtit. moral. p.* 1. *lib.* 12. *c.* 14. Fr. Emman. *qq. regul. tom.* 3. *q.* 52. *art.* 3. Sayr. *in clavi Regia, lib.* 6. *c.* 5. *num.* 32. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 18. *n.* 412. *cum ſeqq.* novè Barth. à S. Fauſto *in theſauro Religioſorum, lib.* 5. *q.* 323. *cum ſeqq.* Leſſ. *de juſtit. lib.* 2. *c.* 41. *dub.* 13. Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.* 2. *lib.* 6. *c.* 7. *à princ.* Fr. Ludov. Miranda *in manuali Prælat. tom.* 1. *q.* 31. *art.* 2. Ant. Ricc. *in tract. de jure perſonarum extra gremium Eccleſiæ exiſtent. lib.* 8. *c.* 4. *à num.* 19. Eraſm. à Cochier. *de juriſd. Ordinarii in exemptos, p.* 4. *q.* 12. *in princ.* ubi in fine advertit quod hodie quiſquis ille ſit, qui ad ſtrictiorem monaſticæ vitæ normam tranſire ſatagit, laudabiliter faciet ſi auctoritate Summi Pontificis, aut S. Congreg. Illuſtriſſimorum Card. negotiis Regularium præpoſitorum id faciat, tum quod tutius, tum quod gratius ſanctæ Sedi.

3 *Quibuſdam Monachis, & Canonicis,* &c.] Extende ad moniales, licèt enim hic text. de ſolis viris Religioſis loquatur, rationes tamen in eo traditæ ad honeſtatem hujus tranſitus ſuadendam procedunt æquè in monialibus, & ideo moniales ad aliam Religionem perfectiorem hodie tranſire poſſe (ſicut olim eis licebat ex *c.* 20. *q.* 4.) tenent qui poſt Conc. Trid. ſcripſere, Mandoſ. *in ſignatura gratiæ, verbo Licentiæ, col.* 9. *verſ. quæ dicta ſunt,* Tap. *in auth. ingreſſi, C. de Sacroſ. Eccleſ. verbo Ingreſſu, c.* 9. *n.* 37. Zerol. *in praxi Epiſcop. p.* 1. *verbo Moniales, in fine,* Fr. Emman. *d. tom.* 3. *q.* 52. *art.* 5. quos refert & ſequitur Sanch. *d. c.* 7. *n.* 6. & latè probat Anton. Ricc. *lib.* 8. *c.* 5. *à princ.* ubi *à n.* 4. aſſerit neque Concil. Trid. neque conſtit. Pii V. prohibuiſſe hanc tranſlationem, imò hoc approbaſſe Sacram Congregationem ſuper negotiis Epiſcoporum, & Regularium, & ſignanter *in una Nannetenſi,* 16. *Ianuar.* 1615. & *in Redonenſi,* 31. *Ianuarii* 1617. & noviſſimè Bonac. *in tract. de clauſura, & pœnis eam violantibus impoſitis, diſp.* 1. *q.* 1. *puncto* 9. *n.* 11. Barth. à S. Fauſto *d. lib.* 5. *q.* 327. quicquid contrarium ſcripſerit Azor. *d. part.* 1. *lib.* 13. *c.* 8. *q.* 1. Illud advertere oportet, quod licèt tranſlatio monialis, etiam in caſibus à jure permiſſis ſtricto jure fieri poſſit ex auctoritate Epiſcopi, & ſuperioris monaſterii, Fr. Emman. *d. tom.* 3. *q.* 52. *art.* 3. Sanch. *d. cap.* 7. *ſub n.* 6. Sacra tamen Congregatio non ſemel cenſuit ad eam in ſimilibus caſibus eſſe recurrendum, & ſignanter *in d. Nannetenſi & Redonenſi,* ex quibus colligitur illam ſimiles licentias concedere non conſueviſſe, niſi quatuor conditionibus adjectis. Prima eſt ut antequam à primo monaſterio monialis egrediatur, aliud ſit paratum, in quo benevolas habeat receptrices, quodque in eo capitulariter per ſecreta ſuffragia recipiatur. Secunda, ut dotem à cæteris monialibus præſtari ſolitam perſolvat. Tertia, ut ſpes illi auferatur ad primum Monaſterium redeundi. Quarta, ut tranſlatio fiat comitantibus matronis conſanguineis gravibus ab uno ad aliud monaſterium, recta via, abſque diverticulo, ac nullibi pernoctetur niſi cauſa hoſpitii, idque non niſi apud honeſtas perſonas.

De converſis, & oblatis ſolet dubitari, an eis liceat ad ſtrictiorem religionem tranſire? & licèt Angel. 4
Armil. Tabien. Barbat. quos refert Ricc. *d. lib.* 8. *c.* 5. *num.* 31. *in princ.* id negent, quia per oblationem jam ſunt effecti ſervi Eccleſiæ, tamen verius eſt hos converſos, & oblatos poſſe tranſire ad ſtrictiorem Religionem, ut docent Tap. *in auth. ingreſſi, C. de Sacroſ. Eccleſ. verbo ingreſſi, c.* 9. *n.* 39. & *verbo Sua, c.* 6. *n.* 57. Fr. Emman. *d. tom.* 3. *q.* 21. *art.* 2. & *q.* 52. *art.* 7. Ant. Ricc. *d. lib.* 8. *cap.* 4. *n.* 31. *verſ. cæterùm,* Sanch. *d. c.* 7. *num.* 9.

De Prælatis Regularibus exemptis ſi non ſubſint 5
immediatè Pontifici, dicendum eſt poſſe inſtar aliorum Religioſorum tranſire ad ſtrictiorem Religionem, petita, etſi denegata licentia à ſuperiore, quia text. *in præſenti,* ſolos Epiſcopos excipit, illis interdicens tranſitum ad Religionem, non obtenta Pontificis licentia: ita *in præſenti* docent Abb. *n.* 13. Anch. *n.* 8. *notab.* 11. & Henric. *n.* 4. Angel. Sylveſt. Azor. *d. c.* 14. *q.* 7. Bart. à S. Fauſto *d. lib.* 5. *q.* 328. & alii, quos refert, & ſequitur Sanch. *d. c.* 7. *n.* 8. ubi reſolvit Generales Religionum, & alios immediatè Pontifici ſubjectos poſſe ad Religionem ſtrictiorem tranſire petita licentia, & Pontifice non reſpondente, non tamen eo negante, quippe qui poſſet eos revocare, quod etiam tenet Ricc. *d. lib.* 8. *c.* 4. *n.* 25.

Difficultas eſſe poteſt, an tota Religio, aut domus 6
Religioſa poſſit ſe ad ſtrictiorem Religionem transferre? dicam commodiùs *ad cap. recolentes, verſ. cæterùm, n.* 6. *de ſtatu Monach.*

A Sede Apoſt. ſit indultum, &c.] Privilegium qui- 7
buſdam Religioſis conceſſum, ne à ſua Religione ad aliam

aliam liceat tranſitus, *in præſenti* dicitur, conceſſum credi, ne tranſitus fiat temerè, leviter, aut cum jactura prioris Religionis, prætextu arctioris Religionis amplectendæ, atque ita eum tranſitum minimè interdici quando non fictè, ſed verè adeſt animus ſe ad meliorem frugem recipiendi: quam quidem deciſionem intelligendam eſſe affirmat Sanch. *d.c.7.num.*10. quando privilegium contineret ne liceret hic tranſitus abſque prædicta licentia Superioris, vel eo invito, tunc enim, ut text. ait, tale privilegium interpretandum eſt de tranſitu temerè facto, vel ex quadam levitate. Verùm ſi privilegium neget eum tranſitum abſque licentia obtenta Prælati, non haberet locum interpretatio hujus text. ſed neceſſariò ea obtinenda eſſet, ut is tranſitus, quantumcunque bono zelo factus, firmitatem haberet, ut advertunt *in præſenti* Hoſt. *ſtatim in princ.* Ioan. Andr. *n.*2. Butr. *n.*2. & Zabar. *notab.*1.

8 *Lex non eſt poſita juſto.*] Intellige de lege Decalogi, quæ cùm lata ſit, ut pœnarum metu comprimeret manifeſta flagitia, quæ contra legem naturæ à ſceleratis hominibus admittebantur, Paul. dicit non juſto, qui ſponte ea, quæ ſunt legis, facit, ſed impiis, & tranſgreſſoribus Decalogi legem eſſe impoſitam, quo ſenſu hic, & alibi hanc D. Pauli auctoritatem adductam fuiſſe à Pontifice colligitur ex traditis per D. Thom. 1.2. *q.*96. *art.*5. Driedon. *de libertate Chriſtiana, lib.*1. *pag.*37. quicquid aliter intelligant Abb. *hic, n.*1. *& in cap. ſolita, n.*4. *ſup. de major. & obed.* Caſtr. *in ſumma hæreſum, verbo Libertas, & lib.*1. *de lege pœnali, c.*6. Felin. *in proœm. Decret. n.*1. *&* 2.

9 *Ne quis ex temeritate, vel levitate,* &c.] Ex his verbis expreſsè colligitur, tranſitum de una Religione ad aliam, ut licitus ſit, ac firmitatem obtineat, non temeritate, levitate, odio, ira, contemptu, vel alia qualibet animi perturbatione, ſed ſtudio perfectioris vitæ faciendum, ut docent Fr. Ludov. Miranda *d.quæſt.*31. *art.*6. *concl.*1. Sanch. *d. c.*7. *n.*11. *&* 12. dicit quod zelus in tranſire volente non bonus, nec ardor majoris perfectionis quærendæ, ſed potiùs levitas quædam, & temeritas ex conjecturis deprehendenda ſunt: & *n.*17. quærit, an fas ſit alicui Religionem laxiorem ingredi eo animo, ut in ea literas addiſcat, eo quòd ſit in ea addiſcenda opportunitas. Levitas autem, vel temeritas præſumitur quando petens tranſitum eſt inconſtans, faciléque mutat monaſteria, aut ſi rixa præceſſit, quia ex his, & aliis hujuſmodi conjecturis facilè comprehenditur voluntas tranſeundi potiùs ex levitate, quàm ex ardore majoris perfectionis, Sanch. *d. c.*17. *n.*12. Barth. de Vecchis *in praxi obſervanda in admittendis ad Religionis ſtatum novit. diſp.*15. *dub.*2. *num.*2.

In jacturam, vel injuriam ſui Ordinis.] Ergo ſi Monaſterium ex tranſitu Religioſi notabile damnum, infamiamque pateretur, talis tranſitus erit utique illicitus, quia præferri non debet communi utilitati monaſterii, ut per Angel. *verbo Religioſus, num.*36. *ad fin.* Sylveſt. *verbo Religio* 4. *q.*1. *ad fin.* Barthol. de Vecchis *d. diſp.*15. *dub.*2. *n.*5.

A Sede Apoſt. ſit indultum, &c.] Notatur ad hoc, quod privilegium quo profeſſis interdicitur tranſitus ad aliam etiam ſtrictiorem Religionem, ſine licentia, &c. non impedit, quin Religioſus tranſire poſſit zelo ſtrictioris vitæ ad ſtrictiorem Religionem, poſt tamen petitam, licèt non obtentam à ſuo ſuperiore licentiam, ut per Navar. *conſ.*52. *num.*1. *de Regular. in novis,* Cuch. *lib.*2. *inſtit. major. tit.*1. *de Regul. n.*132. Azor. *inſtit. moral. p.*1. *lib.*12. *cap.*14. *quæſt.*4. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.*28. *n.*412. Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.*2. *lib.*6. *cap.*7. *n.*10. Barth. de Vecchis *in praxi obſervanda in admittendis ad Religionis ſtatum novit. diſp.*15. *dub.*3. *n.*2. Rota *in Bononienſi profeſſionis,* 14. *Martii* 1622. coram R. P. D. Merlino. Limita tamen ſi privilegium inhibeat tranſitum abſque licentia Prælati obtenta, quia tunc ad firmitatem tranſitus quantumcunque bono zelo facti neceſſariò obtineri debet licentia, ſecundùm Fr. Emman. *quæſt. regular. tom.* 3. *quæſt.* 53. *artic.* 20. Ludov. Miranda *in manuali Prælat. tom.*1. *quæſt.*31. *art.*12. Sanch. *citato loco*, Barthol. de Vecchis *d. dub.*3. *num.*3.

Poſtquam à Prælato ſuo, &c.] Quis ſit Prælatus iſte 10
à quo facultas hæc petenda ſit, non ſatis conſtat inter Doctores, & ideò per ſequentes concluſiones rem explanabo. Prima. Si tranſitus fiat ad ſtrictiorem Religionem, Prælatus inferior, & Conventualis Monaſterii hujuſmodi licentiam poteſt præſtare, ita Monach. *in cap. cum ſingula, n.*4. *de præbendis in* 6. *& ibi* Franch. *§. prohibemus, n.*3. reprobans ſententiam dicentem exigi quoque conſenſum Conventus, Butr. *in cap. non eſt, num. ult. hoc tit.* ubi etiam Abb. *num.*6. Rebuff. *in praxi benef. tit. de tranſlat. monach. num.*1. Nav. *commento* 4. *de Regul. n.*10. novè Barth. à S. Fauſto *d. lib.*5. *q.*330. Fr. Emman. *qq. regular. tom.*3. *q.*52. *art.*3. Fr. Ludov. Miranda *in man. Prælat. tom.*1. *q.*31. *art.*3. *concl.*1. licèt hi Doctores unanimiter, & rectè teneant, quod à ſolo Prælato in hoc caſu licentiam peti ſufficiat: non explicant tamen, num immediatus Prælatus ipſius Conventus, an ſolus Provincialis, an Generalis debeat eſſe, præter Fr. Emman. qui dicit hunc Prælatum eſſe Provincialem, aut Generalem, & Fr. Ludov. Miranda, qui rectiùs ſentit ſufficere Conventualem Monaſterii, Barth. de Vecchis *d. diſp.*25. *dub.*2. *n.*13. ubi ſubdit quoad Fratres Minores neceſſariò petendam eſſe, vel à Generali, vel à Provinciali, aut Cuſtode, & novè Sanch. *d. lib.*6. *n.*7. *c.*59. cum Azor. hoc ipſum reſolvit, ſcilicet Prælatum immediatum ipſius Conventus poſſe licentiam tranſeundi ad ſtrictiorem Religionem concedere, & ſi ille ſit tranſiturus, eam petiturus eſt à Provinciali, & hic à Generali, & hic à Romano Pontif. ubi *num.*60. id etiam verum credit, quamvis Monaſterium ſtrictius ſit in alia diœceſi, nec Religio illa ſit exempta: & *num.*62. credit non eſſe neceſſarium ad licentiam hanc concedendam conſuli Conventum, necdum eum conſentire: & *n.*63. reſolvit Prælatum Religionis, qualiſcumque ſit ille, eum tranſitum concedere non poſſe, ſi ille ad ſtrictiorem Religionem non ex zelo melioris frugis, ſed ex levitate quadam, aut alia animi perturbatione procederet. Limita tamen ſupradicta, ut locum non habeant quoad Religioſos militares in clauſtris vitam communem non degentes; hi enim abſque licentia ſuorum ſuperiorum tranſeunt ad Ordines clauſtrales, ut fuit reſolutum à Rot. *in Bononienſi profeſſionis,* 14. *Martii* 1622. coram R. P. D. Merlino, *verſ. verum eſto,* quam citat Barth. de Vecchis *dub.*3. *num.*14.

Secunda. Si fiat tranſitus de Religione æquali ad 11
alteram æqualem, cum juſta, & legitima cauſa, etiam poteſt præſtare hujuſmodi licentiam Prælatus Conventualis de conſilio, & conſenſu ſui Conventus, ut per Fr. Ludov. Miranda *d. art.*4. *concl.*2. Barthol. à S. Fauſto *d. lib.*5. *q.*346. Barth. de Vecchis *d. diſp.*15. *dub.*4. quamvis in hoc variè Doctores reſpondeant, prout eos refert Sanch. *d. c.*7. *à n.*44. Et quod Prælatus, qui ſine ſufficienti & legitima cauſa concedit licentiam, atque facultatem alicui ſubdito, ut ad aliam Religionem æqualem tranſeat, peccet mortaliter, reſolvit Fr. Ludov. Miranda *d. q.*31. *art.*6. *concl.*1. Si verò fiat ſermo de tranſitu ad æqualem ſine cauſa,

id

id ſolummodò fieri poteſt de licentia Papæ, Abb. *in cap. non eſt dubium*, *n.6. hoc tit.* Sylveſt. *verbo Religio 4. q.2.* Ant. Cuch. *lib.3. inſtit. major. tit.1. num.132.* Azor. *d. lib.12. c.14. q.9.* Sanch. *d.c.7. n.42.* Fr. Ludou. Mirand. *d. concl.1. in fine.*

12 Tertia. Ad tranſeundum ad laxiorem Religionem, nulla legitima cauſa exiſtente, ſolus Romanus Pontif. poteſt licentiam concedere: ita Sanch. *dict. lib.7. cap.7. n.67.* Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. c.434. num.6.* Fr. Ludov. Miranda *d. art.5. concl.3.* Ant. Ricc. *d. lib.8. c.4. n.1.* Menoch. *de arbitr. caſu 421. n.6.* Barthol. de Vecchis *d. diſp.15. dub.5. ex n.1.* quia ſi fiat ſine cauſa, non reddit Religioſum tutum in foro poli, gloſſ. *in cap. non eſt, de voto*, ubi Abb. *num.9.* Navar. *conſ.88. num.2. ſub hoc tit.* Stephan. Gratian. *d.c.434. n.17.* Fr. Ludov. Miranda *d. q.31. art.6.* Ant. Ricciul. *d.c.4. n.3.* Unde Papa non ſolet concedere licentiam tranſeundi ad laxiorem, niſi ex juſtis & legitimis cauſis, ut pluries in facti contingentia ſe expertum fuiſſe refert Ant. Ricciul. *loco citato*, *n.4.* & cum derogatione decreti Concil. Trid. *ſeſſ.25. de Regul. c.19. verſ. nemo*, quæ requiritur, ut per Navar. *conſ.62. aliàs 65. in fin. ſub hoc tit.* Steph. Gratian. *d.c.434. n.20.* quidquid ſecus tenet Ant. Ricciul. *d. cap.4. num.4. verſ. dubitari ſolet.*

13 Quarta. Exiſtente juſta cauſa exiſtimo Prælatum Pontifice inferiorem eam licentiam indulgere poſſe, quamvis ad Pontificem facilis ſit aditus, quam tenet expreſsè Fr. Ludov. Miranda *d. q.31. art.6. concluſ.3.* Barthol. à S. Fauſto *d. lib.5. q.345.* Sanch. *in præcepta Decalogi*, *lib.6. c.7. num.53.* Barthol. de Vecchis *dict. diſput.12. dub.5. ex num.2.* Sanctarel. *de apoſtaſ. c.8. n.7.* Nec obſtat Concil. Trident. *in d. cap.19.* ibi: *Nemo Regularis cujuſcunque facultatis vigore transferatur ad laxiorem Religionem*; intelligitur enim abſque juſta cauſa, nec prætermiſſa cauſæ cognitione, ut olim interdum fiebat quibuſvis Prælatis id ſuo arbitratu concedentibus, & ita illud decretum explicant Navar. *ſub hoc tit. conſ.56. n.3.* Fr. Emman. *in ſum. tom.2. c.6. n.8.* Azor. *d. lib.12. c.15. quæſt.1.* Leſſ. *de juſtit. lib.2. cap.41. dub.13. n.103.* Sanch. *d.c.7. n.68.* Barth. de Vecch. *d. dub.5. n.6.* Nec etiam obſtat *Extravag. Viam ambitioſæ, hoc tit.* ubi decernitur, ne Mendicantes poſſint ad aliam Religionem præter Carthuſianam tranſire abſque Pontificis licentia, & aliter fore excommunicatos tam recipientes, quàm receptos, quia, ut reſpondent Leſſ. *d. dub.13. n.104.* & Sanch. *loco proximè citato*, intelligitur etiam de tranſeuntibus abſque le-

14 gitima cauſa. Unde tranſlatus ad laxiorem ſine juſta cauſa, dicitur indebitè tranſlatus, etiamſi fuerit tranſlatus auctoritate ſui Abbatis, & Conventus, & cum diſpenſatione Epiſcopi, gloſſ. Gemin. Franc. & alii *in d. cap. cùm ſingula, de præbend. lib.6.* Stephan. Gratian.

15 *d.c.434. ſub n.2. & 6.* Ant. Ricciul. *d.c.4. n.8.* Legitimæ, & juſtæ hujus tranſitus cauſæ ſunt ſi Religioſus infirma, aut incommoda valetudine utatur, aut ita fragili corporis natura, ut Religionis ſtrictioris auſteritates ferre nequeat: item ſi is Religioſus odio habeatur à cæteris Fratribus, aut indignè, & malè tractetur; item neceſſitas magna parentum, cui in ea Religione nequit commodè ſubveniri, ac poterit in laxiori: ita Fr. Emman. *quæſt. Regul. tom.3. quæſt.52. art.9.* Azor. *lib.12. cap.14. q.8. verſ. quæres*, Sanch. *d.c.7. num.72.*

16 *Sic profectò & Prælatus*, &c.] Notatur ad hoc, quod Prælatus negans licentiam ſine cauſa legitima ſubdito tranſeundi ad ſtrictiorem Religionem, peccat mortaliter, & meritò debet puniri, ut per Fr. Ludov. Mirand. *d. quæſt.31. art.6. concl.1.* novè Barthol. à S. Fauſto *in theſauro Religioſorum*, *lib.5. quæſt.342.* Prælatus

enim cui conſtiterit tranſitum ad arctiorem non eſſe in grauem jacturam, ſeu infamiam ſui Ordinis, & ſubditum non petere illum ex temeritate, vel leuitate, ſed zelo perfectioris vitæ, tenetur de jure concedere facultatem tranſeundi, vt ex hoc text. colligit Barthol. de Vecchis *d. diſp.15. dub.2. num.15.* vbi *num.9.* atteſtatur quod per decretum S. Congregat. Concilii *ſub die 24. Septemb. 1624.* ſtatuitur vt de cætero nullus permittatur ad arctiorem Religionem tranſire, niſi priùs ſuperiori legitimè conſtiterit eam Religionem paratam eſſe illum recipere, qui licentiam petit.

Tranſeundi licentiam poſtulauerit.] Ergo huiuſmodi licentia neceſſariò petenda eſt, quod & clariùs colligitur ex aliis verbis huius text. ibi: *Subditus cum humilitate, & puritate debet tranſeundi licentiam poſtulare*, &c. vt inſinuat verbum illud, *debet*, quod neceſſitatem præcepti importat, juxta Doctores per me citatos *in remiſſ. de dictionib. & clauſul. dict.62.* Quare ita docent Abb. *hic*, *n.10.* Nauar. dicens graue peccatum eſſe illam non petere, *ſub hoc tit. conſ.59. in fine*, *in antiq. & conſil.52. in nouis*, Sanch. *d. cap.7. num.33.* Vnde transferens ſe ad arctiorem, venia non petita à ſuo ſuperiore, dicitur indebitè tranſlatus, vt tenent gloſſ. *in cap. intelligimus, de ætate, & qualitate*, Innoc. *in præſenti*, & Butr. *n.13.* Anchar. *12.* & Abb. *2.* Lap. *alleg.130. ſub num.2. verſ. ſi verò tranſeat*, Rom. *conſ.241. ſub num.4.* Ant. Ricciul. *d. cap.8. num.17.* Ex quibus deducitur primò, non ſatisfieri huic obligationi petendo licentiam poſt tranſitum ad arctiorem Religionem, quia quoties in aliquo actu requiritur peti licentiam, eſt neceſſariò ante actum illum poſtulanda, vt per Abb. *hic*, *num.11.* Abb. *d. lib.12. cap.14. quæſt.6. in fine*, Barthol. à S. Fauſto *d. lib.5. quæſt.331.* Secundò deducitur, non ſtatim ac petitur licentia, fas eſſe tranſire ad ſtrictiorem Religionem, ſed debito tempore expectandum eſſe ſuperioris reſponſum, vt per Butr. *in præſenti*, *num.12.* Zabarell. *num.1. oppoſit.3.* Ioan. Andr. *num.21.* Abb. *num.8.* Anchar. *num.5. notab.7. & num.10. oppoſit.1.* Barthol. à S. Fauſto *d. lib.5. q.329.* Azor. *d. cap.15. quæſt.5. verſ. quæres an poſtquam*, Sanch. *d. cap.7. num.35.* vbi *n.36.* cum Ioan. Andr. Hoſt. Innoc. Zabarell. *in præſenti*, dicit ſubditum tranſeundi licentiam petentem interrogandum eſſe à Superiore de cauſa ad tranſitum inducente, ſubindéque ſubditum teneri cauſam exprimere. Tertiò deducitur, non ſtatim ac ſuperior denegat licentiam, fas eſſe ſubdito tranſire ad ſtrictiorem Religionem, quia poteſt ex juſta cauſa denegare: quod ſi nullam cauſam aſſignet, ſubditi eſt petere denegatæ ſibi licentiæ cauſam; & ſi ſuperior eam exprimere nolit, ſibi imputare debet, & licebit jam ſubdito tranſire, vt per Innoc. *hic*, *num.4.* Hoſt. *num.16.* Ioan. Andr. *num.9. & 10.* Zabarell. *num.3. quæſt.4.* Similiter licebit ſubdito ſtatim tranſire, quando ſuperior judicans cauſam eſſe juſtam, denegat licentiam, vel nihil reſpondet, vel allegat cauſam denegationis euidenter injuſtam, quia tunc jam conſtat de proterua, & indiſcreta licentiæ denegatione: ita Innoc. *hic*, *num.2.* Hoſt. *n.15.* Joan. Andr. *num.7.* Butr. *num.6.* Abb. *n.9.* Zabarell. *num.3. quæſt.8.* Anchar. *num.5. not.7.* Azor. *d. c.14. quæſt.5.* Sanch. *d. cap.7. num.37.* vbi *num.38.* cum Rebuff. Fr. Emman. & aliis, quos ibi refert, aduertit etſi juſta tranſitus ad ſtrictorem Religionem cauſa ſit, non ſtatim concedendam eſſe tranſitus licentiam, ſed primò quidem Religio ſtrictior parata ad recipiendum volentem tranſire, quærenda eſt, quod ſi antea ille recedat, eſt apoſtata, cùm ſub nullius obedientia ſit, poſſet tamen ſuperior dare

ſtatim ei licentiam exeundi è Monaſterio, ut ſub ſua obedientia adhuc manens quærat Religionem ſtrictiorem. Quartò deducitur ad hujuſmodi licentiam concedendam conſenſum Conventus non requiri. Navarr. *comment.4. de Regular.* n.20. Fr. Emman. *quæſt. Regular. tom.3.q.52. art.3.* Barthol. à S.Fauſto *d.lib.5. quæſt.333.*

18 *Sanctioris vitæ*, &c.] Ex his verbis tenent aliqui tranſitum hujuſmodi jure concedi ratione perfectioris, ac fructuoſioris Religionis, & non ratione aſperioris inſtituti, ut per D.Thom. 2.2.*quæſt.*189. *art.*8. Sylveſt. *verbo Religio* 4. *q.*1.*not.*3.*q.*2.*in fin.* Ant.Cuch. *inſtit.major.lib.*3. *tit.*1.*n.*156. Navar. *comment.*4.*de Regular.num.*2.*&* 3. Verùm probabilior ſententia ait, non attendi in hoc tranſitu utra Religio ſit in ordine ad ſuum finem perfectior, & fructuoſior, ſed an ſit aſperior, arctior, & durior, quia hic text. *in fin.* explicuit, quam Religionem appellaverit ſanctiorem, ut liceat tranſitus, ſic dicens, *ut apud eos vitam duceret arctiorem*; tum quia id ipſum probatur ex *cap. primo*, 20.*q.*4. Quare hanc ultimam ſententiam meritò tuentur *in præſenti*, Joan.Andr. *n.*8.*ad fin.*Butr.*n.*7. Anchar.*n.*6. Zabar. *quæſt.ult.* Abb. *in fine*, & Henric. *n.*16. Gregor. *l.*9.*verbo mas fuertes*, *tit.*7.*p.*1. Azor. *d. lib.*12.*c.*14.*q.*2.Fr.Emman. *d.tom.*3.*q.*52.*art.*4. Sanch. *d.c.*7.*n.*21. Leſſ.*de juſtit.lib.*2.*c.*41.*dub.*13.*num.*100.Fr. Ludov Miranda *d.q.*31.*art.*3. Ant.Ricc.*d.lib.*8.*cap.*6. *à n* 4. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.*18.*cap.*29. *n.*414.Giovagn.*reſp.*30.*lib.*2.Barth.de Vecchis *in praxi obſervanda in admittendis ad Religionis ſtatum novit. diſp.*15.*dub.*1. *n.*5.

19 Ad cognoſcendum quæ ſit ſtrictior Religio, conſideranda eſt non ſolùm primæva, & originalis inſtitutio, ſed etiam conſtitutiones, & regulæ poſteà editæ, adeò ut ſi conſtitutiones editæ poſt primævam inſtitutionem inducant majorem aſperitatem, Religio dicetur arctior illa, quæ ex primæva ſua regula erat arctior: ita docent *in præſenti*, Innoc. *num. unic.* Joan.Andr. *n.*2.*&* 3. Anch.*n.*3.*&* 4. Butr. *num.*4.*&* 7. Abb. *num.*4. Lap. *alleg.*61.*ſub num.*5. *& alleg.*130. *ſub n.*1. *verſ. item notorium*, Caſan. Mandoſ. Roſel.Angel. Sylveſt. & alii, quos refert, & ſequitur Sanch. *d. c.*7. *num.*23. Cald. Roman. Præpoſ. Prob. & alii, quos etiam refert, & ſequitur Ant. Ricciul. *d.cap.*6.*num.*6. *verſ.tertiò* Fr.Emman. *d.q.*52.*art.*5. Barthol.à S.Fauſto *d.lib.*5.*q.*324. Fr.Ludov.Miranda *d.q.*31.*art.*4.*concl.*1. *in med.* vbi *in princ.* tenet quod ſi aliqua Religio ſit deformata, & in ipſa ad unguem non obſervetur regula, licitus eſt tranſitus ex ipſa ad aliam, quæ aliàs erat minùs ſtricta, & perfecta in foro exteriori, quod claré conſtat in hoc text.ibi: *Si locus, ubi nunc permanet, majoris Religionis, quam Eccleſia Aromatenſis exiſtat*, quò loci textus non ponderat qualis fuerit prior regula, ſed qualis ſit præſens obſervantia, quod etiam tenet Fr.Emman.*d.art.*5. Navar. *commento* 4. *de Regular.n.*1. Leſſ. *d. dub.*13. *n.*101. Azor. *d.c.*14.*q.*3. *&* 8. Sanch. *d.cap.*7.*num.*24. Ant.Ricc. *d.cap.*6. *n.*8. advertentes *numeris ſeqq.* præcipuè Fr.Emman. Sanch. & Ricciul. ut permittatur tranſitus à Religione ex primæva ejus inſtitutione arctiori ad aliam, in qua arctitudo conſideratur ex ſola præſenti obſervantiâ, requiri ut in provincia, in qua Religioſus eſt receptus, non adſit Monaſterium capax, & in quo vigeat primæva regularis obſervantia: & quod non ſubſit ſpes probabilis priſtinæ obſervantiæ reſtituendæ.

20 Non eſt licitus tranſitus ex ordine Mendicantium ad Ordines Monachales ſine expreſſa licentia Papæ, Carthuſia excepta, *Extravag. Viam ambitioſæ, ſub hoc tit.* quæ eſt Martini V. ubi expreſsè interdictum eſt ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ Pontifici reſeruatæ, quam incurrunt tam recipientes, quàm recepti, ne tranſitus fiat à quacunque religione Mendicanti ad quamcunque aliam, præterquam ad Carthuſiam, docent Fr. Ludou. Miranda *d. q.*31. *art.*8. *concl.*1. Sanch. *d.c.*7.*n.*28. vbi etiam dicit in Societate Iesv per conceſſionem Pii IV. & Pii V. extenſam eſſe hanc cenſuram reſeruatam tam reſpectu tranſeuntium, quàm recipientium, reſpectu quorumvis Ordinum, dempta Carthuſienſi. Quid nomine Mendicantium hoc loco intelligatur, vide Fr. Emman. *d.q.*52.*art.*15. Barthol. à S. Fauſto *d. lib.*5. *q.*354. *cum quinque ſeqq.* Nunc ex ordine Canonicorum Regularium ad ordinem Monachorum licitè poteſt fieri tranſitus, petita ſuperioris licentia, quamvis non obtenta,vt bene docet Fr. Ludov. Miranda *d.q.*31.*art.*9. Et in facto vidi dubitari,an liceret Canonico Regulari Congregationis S.Crucis Conimbricenſis, ad aliquam Mendicantium religionem tranſire? dubium faciebat quartum ipſorum votum, quod clauſuræ emittunt, ſed eo non obſtante tranſitum licitum eſſe aliquibus viſum fuit, ex eo quod ſtrictior regula declaranda eſt alia ratione, quàm reſpectu quarti voti, vt in ſimili declararunt Clemens VIII. in conſtit. edita anno 1596. & Paulus V. alia edita anno 1608. prohibentibus Fratribus B. Mariæ de Mercede, ne prætextu quarti voti, quod emittunt, recipiant Fratres Minores, nec alios ſtrictioris regulæ.

An autem religio Minimorum S.Franciſci de Paula ſit arctior Religione Carthuſianorum? quæſtio eſt dubia, in qua negatiuam partem pluribus argumentis ſuffultus tuetur Nauar. *conſ.*11. *aliàs* 51. *ſub hoc tit.* quem ſequitur Azor. *d.c.*14. *q.*14. Verùm religionem Minimorum eſſe arctiorem, ex multis conſtit. & rationibus latè defendit Ant. Ricc. *d.lib.*8. *cap.*7. *per totum*, ac proinde licitum eſſe Carthuſianis, & cuicunque alteri Religioſo tranſire ad hunc ordinem, & non è conuerſo, vt habetur in literis Iulii II. & Leonis X. Summorum Pontif. quas ibi refert, limitat tamen *n.*12. ne procedat in Fratribus Minoribus de Obſeruantia, quibus ſpecialiter per eundem Iulium II. prohibitum eſt, ne poſſint ad hunc Ordinem tranſire per ejus literas in forma Breuis, *ſub dat.*9. *Iulij* 1510. limitat etiam *n.*13. ne procedat in Fratribus Capuccinis, quibus Pius V. ſpecialiter prohibuit tranſitum ad Ordinem Minimorum, & è contra, per alias ejus ſimiles literas *ſub dat.*6. *Octobris* 1567. Vtrùm autem ex quolibet ordine ad Carthuſiam licitè poſſit fieri tranſitus, diſputant Fr. Ludou.Miranda *d.q.*31. *art.*10. Barthol. à S. Fauſto *d.lib.*5. *q.* 360. & idem Miranda *art.*11. quærit an ſpecialiter à Minorum Fratrum Ordine licitè poſſit fieri tranſitus ad Carthuſiam? & *art.*12. vtrùm Monachus Caſſinenſis tranſire poſſit ad Carthuſianos, non petita ſimul, & obtenta licentia à ſuis Superioribus? 21

Archiepiſcopis, & Epiſcopis, &c.] Notatur ad hoc, quod Epiſcopus vouere, renuntiare Epiſcopatui, aut Religionem intrare non poteſt ſine Papæ licentia, vt per Azor. *inſtit. moral.p.*1.*lib.*11.*c.*16.*q.*2. Sayr.*in claui Regia, lib.*6.*c.*5.*n.*24.*in fine*, Soar.*tom.*2.*de Relig. tract. de voto, lib.*3.*c.*4. *num.*8. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.*18. *n.*377. *verſ. poſtremò*, Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.*1.*lib.*4.*c.*25.*n.*36. latè Barth.de Vecchis *in praxi obſeruanda in admittendis ad Religionis ſtatum nouit. diſp.*2.*dub.*3. *à princ.* 22

Ex lege priuata.] Ideſt, ex amore, & charitate Dei, & addit Hoſt. vel à lege, quæ inſtinctu Spiritus ſancti cordibus imprimitur, vt per Sanch. *de matrimon. lib.*1.*diſp.*43.*n.*10. 23

Si

24 *Si verò probabiliter dubitetur.*] Ex his verbis colligitur, quod ſi dubitetur quo animo, bonóne, an malo ſuperior denegaret licentiam, malum animum dijudicans, aut non bonum ſibi perſuadens, non ſtandum eſt judicio ſubditi, vt ſtatim ei tranſire liceat, nec etiam Superioris denegantis, ſed ejus Superioris judicium ſpectandum eſt, ad quem, vt ad Superiorem prouocari debet, ſicut contingit quando Religioſus malè, & contra jus vexaretur; & idem dicendum eſt, quando dubitatur an religio ſit arctior, necne: ita docent *in præſenti* Henric. *n.* 11. Innoc. *n.* 8. *in fine*, Abb. *num.* 3. Azor. *d.c.* 15. *q.* 5. Fr. Ludou. Miranda *d. quæſt.* 31. *art.* 4. *concl.* 2. Cuch. *lib.* 3. *inſtit. major. tit.* 1. *de Regular. num.* 132. Menoch. *de arbitrar. caſu* 5. *n.* 39. Barthol. de Vecchis *d. diſp.* 15. *dub.* 2. *n.* 16. poſt Hoſt. Roſel. Sylueſt. Angel. & alios Sanch. *d.c.* 7. *n.* 15. vbi *n.* 16. reſoluit in dubio hoc boni animi, an potiùs leuitatis, aut an Religio ad quam ſit tranſitus, ſit ſtrictior, non integrum eſſe Religioſo tranſire denegata licentia per ſuperiorem, ſed ad licitum tranſitum oportere, vt ab eo, vel ab alio Superiore, ad quem prouocatur, obtenta licentia ſit.

25 *Debet tranſeundi licentiam indulgere.*] De legitimè tranſlatis ad aliam Religionem multa dubia ſcitu digna occurrere poſſunt. Primum, vtrùm Religioſus tranſlatus de vna Religione ad aliam debeat eſſe de nouo nouitius, atque in eadem profiteri? affirmatiuè eſt reſpondendum cum Rebuff. *in tract. nominat. q.* 114. *num.* 115. Fr. Emman. *d. tom.* 5. *quæſt.* 17. *art.* 8. Azor. *d. c.* 14. *quæſt.* 13. *&* 15. Leſſ. *d. lib.* 2. *c.* 41. *dub.* 13. Navar. *conſil.* 61. *num.* 3. *& conſ.* 62. *num.* 5. *& conſ.* 77. *num.* 4. *ſub hoc tit.* Illuſtriſſimus D. meus Roder. à Cunha poſt primam huius libri impreſſionem à me viſus *in comment. ad cap.* 1. *num.* 21. *diſp.* 54. & idem contra Sorbum, & Cordub. tenent Barthol. à S. Fauſto *d. lib.* 5. *q.* 371. Fr. Ludou. Miranda *d. q.* 31. *art.* 21. vbi etiam quod tenetur in probatione exiſtere per ſpatium vnius anni continui, eo modo, quo cæteri ſæculares, & de nouo in eadem profiteri, de quo etiam Fr. Emman. *d. tom.* 3. *q.* 15. *art.* 11. & Azor. *d. c.* 14. *q.* 15. Et ideo Rot. apud Farin. *deciſ.* 115. *n.* 7. *p.* 2. *recentiorum*, cenſuit quod monialis vnius Monaſterii; vbi ad aliud transfertur, ſi non emittit profeſſionem in ſecundo Monaſterio, non ſit monialis illius: & *num.* 8. tenet ſufficere profeſſionem emiſſam in primo Monaſterio, quando ſit tranſlatio de vno Monaſterio ad aliud ejuſdem regulæ; vel vbi tranſlatio fit de auctoritate Papæ, & citat Rebuff. *de tranſlat. monach. in princ.*

26 Secundum, vtrùm tranſlatus de vno ad alium Ordinem, vt ſit Prælatus illius, debeat neceſſariò ibidem de novo profiteri, in quo quidem dubio affirmatiuè reſpondendum eſt, itavt vacante præfectura remaneat Monachus, & filius poſterioris Monaſterii, ſiue Religionis, ita Navarr. *ſub hoc tit. conſil.* 61. Franc. Emman. *d. tom.* 3. *q.* 52. *art.* 26. Sanchez *d. c.* 7. *num.* 85. Fr. Ludov. Miranda *d. quæſt.* 31. *art.* 22. *concluſ.* 1. *&* 2. & contra Leſſium tenet Barthol. à S. Fauſto *d. lib.* 5. *q.* 372.

27 Tertium, vtrùm Monachus tranſlatus de vna Religione ad aliam, debeat ſedere in Capitulo iuxta tempus, in quo emiſit profeſſionem in illa, an verò juxta tempus, quo profeſſus fuit in priori Monaſterio? Dic juxta tempus poſterioris, quia ex eo tempore incipit eſſe Religioſus illius, quod eſt limitandum, niſi tranſlatus eſſet, vt fuiſſet poſterioris Prælatus; quia finito officio, ſedebit in primo loco poſt Prælatum in memoriam priſtinæ dignitatis, niſi eſſent alii, qui majorem honorem geſſerint, ita Navar. *hoc tit. conſil.* 60. *in antiq. aliàs ſub tit. de major. & obed. conſ.* 11. Fr. Emman. *dict. tom.* 3. *q.* 52. *art.* 20. Sanchez *d. cap.* 7. *num.* 86. Fr. Ludou. Miranda *d. q.* 21. *art.* 23. *concl.* 1. vbi *concl.* 2. reſoluit quod qui tranſlatus eſt de vna in aliam eiuſdem Religionis prouinciam, poſtquam jam incorporatus eſt, habere debet locum in choro, Capitulo, & aliis, non à tempore ſuæ incorporationis, ſed à tempore, quo aſſumpſit habitum, aut emiſit profeſſionem in prima prouincia.

28 Quartum, vtrùm legitimè tranſlatus ad aliam Religionem, teneatur ad vota ſpecialia in priori Religione emiſſa? Reſpondetur non teneri, quia ea vota ſpecialia annexa ſunt profeſſioni prioris Religionis, quæ ceſſauit per tranſitum legitimum ad aliam Religionem: ita Soar. *tom.* 2. *de Relig. tract. de voto, lib.* 6. *c.* 3. *num.* 7. Sanch. *d. lib.* 6. *c.* 7. *n.* 7.

29 Quintum, cui cedant bona Religioſi tranſeuntis ex vna in aliam Religionem? Dicendum eſt, per huiuſmodi tranſitum factum ſtudio vitæ melioris omnia bona penes primum Monaſterium manere, & quicquid poſt ſecundam profeſſionem in ſecundo factam ei obuenerit, ſecundo Monaſterio acquiri: ita Azor. *d. lib.* 12. *cap.* 15. *quæſt.* 3. Nauar. *in cap. non dicatis*, 12. *quæſt.* 2. *à num.* 31. Ranchin. *part.* 1. *deciſ.* 160. Molin. *de iuſtit. tract.* 2. *diſp.* 140. *verſ. quando Religioſus*, Cald. Pereira *in l. ſi curatorem, verbo hunc contra illum*, *num.* 31. Barthol. à S. Fauſto *dict. lib.* 5. *q.* 365. Fr. Emman. *quæſt. Regular. tom.* 2. *q.* 79. *art.* 1. *& tom.* 3. *q.* 5. *art.* 5. Card. Tuſch. *tom.* 5. *lit. M*, *concl.* 322. Ludou. Miranda *d. q.* 31. *art.* 24. Bened. Ægid. *in repet. l. Titiæ, part.* 1. *num.* 50. *ff. de condit. & demonſtrat.*
30 Tranſlata verò ad aliud Monaſterium pœnitentiæ cauſa, cùm non deſinat eſſe filia prioris Monaſterii, quicquid poſteà acquirit, illi priori Monaſterio acquirit, niſi tranſlatio fuerit facta ad effectum, vt fiat filia ſecundi Monaſterii: cenſuit Rota apud Farinac. *deciſ.* 109. *per totam*, *part.* 2. *recent. deciſ.* 115. *num.* 3. *d. part.* 2. *recent.* vbi etiam ex quibus dicatur tranſlationem fuiſſe factam ad vnum, vel ad alterum effectum, & ead. Rot. *deciſ.* 115. *num.* 3. *d. part.* 2. *recent.* dicit quod monialis tranſlatio ad aliud Monaſterium duobus modis fit, vel vt monialis, quæ transfertur, liberetur à conſortio, & filiatione primi, & efficiatur Monialis ſecundi, & tunc acquiſita per eam ſecundo Monaſterio debentur: vel vt non liberetur à conſortio, & poteſtate primi, ſed transferatur aliqua de cauſa, & tunc acquiſita per eam acquiruntur primo Monaſterio, cuius Monialis eſt. Profeſſus autem Religonem bonorum in communi incapacem, ſi deinde auctoritate Apoſt. in Ordinem bonorum capacem transferatur, bona per profeſſionem in prima Religione emiſſa amplius non recuperat, maximè ſi non conſtat de voluntate Papæ id concedendi, ita Bart. *in tract. minorit lib.* 4. *diſt.* 3. *cap.* 2. Natt. *conſ.* 180. *num.* 4. Carol. de Tapia *in auth. ingreſſi, C. de ſacroſ. Eccleſ. cap.* 6. *n.* 24. Burat. *deciſ.* 510. *num.* 3.

31 In gloſſ. *Licentiam*, ibi, *Sed quid ſi aliquis non petita licentia receſſerit ad ſtrictiorem vitam, nunquid eſt revocandus*, &c. Notatur ad hoc, quod ſi aliquis revera tranſierit ad ſtrictiorem Religionem, & bono zelo, nec contra prioris Religionis priuilegia, non tamen petita licentia, ad prius Monaſterium reuocari non poteſt, ſequuntur Innocent. & Abb. antiq. *in præſenti*, Turrecrem. Richard. Parlad. D. Anton. Syluest. Tabien. & alii, quos refert Sanchez *d. cap.* 7. *numero* 94. Sed probabilius eſt hunc reuocari poſſe, quia text. *in præſenti* dicit illum reuocandum non eſſe, quando conſtat eum bono animo tranſiiſſe, qui bonus animus minimè præſumitur, ſed leuitas, & temeritas, quando non petita licentia tranſiit; tum etiam, quia in præſenti ſolùm conceditur licentia boni illius

propoſiti adimplendi, quando ſuperior petitam licen-
tiam proteruè denegat : ergo dum ea proteruè non
denegatur, tranſitus non licet : Sic docent gloſſ. *verbo
Monachus, in c.2. & 19.q.13.* & altera *verbo Curam, in
fine cap. intelleximus, de ætate, & qualit.* vbi Innoc. *n.*2.
Hoſt. *n.*5. Abb. *n.*1. *oppoſit.*1. & *in præſenti*, tenent Joan.
Andr. *num.*31. Butr. *n.*13. Anchar. *n.*12. *q.*1. Abb. *n.*10.
Zabar. *n.*3. *q.*2. Henric. *n.*8. Nauar. *ſub hoc tit. conſ.*59.
*n.*2. *in antiq. aliàs conſ.*52. *n.*2. *in nouis*, Azor. *d. lib.*12.
*c.*14. *q.*6. Leſſ. *d. lib.* 2. *c.*41. *dub.*13. *num.*101. Barthol. à
S. Fauſto *d. lib.*5. *q.*341. Sanch. *d. c.*7. *n.*93. iſte tamen
peccat mortaliter, licentia minimè petitâ ad Religioné
etiam arctiorem tranſeundo, quia tranſeundo ad aliam
Religionem Eccleſiæ ſtatutum violat, Nau. *ſub hoc tit.
conſ.*59. *n*... Barthol. à S. Fauſto *d. lib.*5. *q.*335. Non ta-
men eſt apoſtata verè, & propriè, quia non abſolutè
Religionem deſerit, ſed commutat, Barthol. à S. Fauſto
*d. lib.*5. *q.*336. quicquid dicat Soar. *de cenſib. diſput.* 31.
*ſect.*6. *n.*4. Nec excommunicationem contrahit, quia
non tam dimittit, quàm commutat habitum Religio-
nis. Angel. *verbo Religioſus, num.*37. Leſſ. *lib.*2. *cap.*41.
*dub.*13. *n.*102. quicquid teneant hunc eſſe excommu-
nicatum Nau. *in man. c.*27. *n.*131. & Soar. *d. ſect.*6. *n.*4.

Cap. Veniens XIX.

1 QVando vir, & vxor jurant ſeparationem, quia
vir priùs dicit cognouiſſe auitam vxoris, ac
proinde ſeparati tranſeunt ad ſecundas nuptias, co-
gendi ſunt ut illis relictis revertantur ad primas, quia
impedimentum non erat probatum, & ſi quid habent
contra proprium matrimonium, debent proponere,
vel ambo ingredi Religionem. Colligunt ex Ordin.
Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Joan. Andr. Imol.
Anan. Hoſt. Butr. Henric. Anchar. Panorm. Vivian.
*in ration. lib.*3. *juris Pontificij*, *pag.*294. Alagona *in
compend. juris Canon. pag.*479. remiſſiuè Ximen. *in
concord. p.*2. refertur ab Ant. Auguſt. *collect.*3. *Decret.
lib.*3. *tit.*24. *cap.*6.
2 *Quod illud fuit illicitum iuramentum*, &c.] Ergo il-
licitum eſt votum ſimplex caſtitatis mutuo conſenſu
emiſſum; ſed contrarium, immò id votum eſſe licitum,
tenent gloſſ. *hic, verbo illicitum*, & altera ſimilis *verbo
commutari, in cap. tua, il 2. de iureiur.* vbi Canoniſtæ
omnes, Victor. *in ſum. de matrim. n.*280. Sot. *in 4. diſt.*
27. *q.*1. *art.*4. *verſ. at verò citra mortem*, Petr. de Ledeſma
*de matrim. q.*64. *art.*4. *dub.*1. *concl.*5. quos refert, & ſe-
quitur Sanch. etiam *de matrim. lib.*9. *diſp.*37. *n.*17. vbi
etiam text. *in præſenti*, & ad *d. cap. tua*, quatenus huiuſ-
modi reſolutioni aduerſari videbantur, reſpondet con-
juges, de quibus in his juribus, non amore continentiæ
ſeruandæ id iuraſſe, ſed ex cauſa iniuſta, & paſſione.

SUMMARIUM.

1 *Monaſterium ingrediens ſumendo habitum novitij,
poteſt infra tempus probationis redire ad ſeculum,
niſi appareat eum vitam voluiſſe mutare omninò.*
2 *Nouitius intra annum probationis licitè poteſt à Re-
ligione retrocedere.*
3 *Propoſitum ſolum non inducit voti obligationem, niſi
promiſſione firmetur.*
4 *Excommunicatus an, & quando in dubio quis cenſen-
dus ſit, remiſſiuè.*
5 *Idoneus quis non præſumitur, quando agitur de vti-
litate animæ.*

Cap. Conſulti XX.

MOnaſterium ingrediens ſumendo habitum no- 1
vitii, poteſt infra tempus probationis redire ad
ſæculum; ſi verò ingrediatur animo ſerviendi Deo in
habitu Regulari, non poteſt, ſed ſi non placet illa Re-
ligio, tranſire debet ad aliam, licèt laxiorem. Colligunt
ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr.
Imol. Hoſt. Anan. Butr. Anchar. Henric. Panorm. Viv.
*in ration. lib.*3. *iuris Pontif. pag.*295. Alagona *in com-
pend. iuris Canon. pag.*499. remiſſivè Caſal. *in annot.* &
Ximen. *in concord. p.*1. & 2. refertur ab Ant. Auguſt.
*collect.*3. *Decret. lib.*3. *tit.*24. *c.*7.
Si ante profeſſionem emiſſam, &c.] Notatur ad hoc, 2
quod novitius intra annum probationis licitè poteſt
à Religione retrocedere, ut per Fr. Emman. *quæſt. Re-
gular. tom.*3. *q.*15. *art.*12. *verſ. circa eandem*, Fr. Ludov.
Miranda *in manuali Prælat. tom.*1. *q.*22. *art.*8. Sanch. *in
præcepta Decalogi, tom.*2. *lib.*6. *c.*10. *n.*1.
Propoſitum ſuum, &c.] Intellige non de propoſito 3
nudo, ſed promiſſione firmato, ut intelligunt Sayr. *in
claui Regia, lib.*6. *c.*1. *n.*8. Sanch. *de Matrim. lib.*9. *diſp.*
33. *n.*18. & *in præcepta Decalogi, tom.*1. *lib.*4. *c.*1. *n.*20.
quicquid cenſeat aliter Azor. *inſtit. moral. p.*1. *lib.*11.
*c.*20. *q.*9. Nam ſolum propoſitum ſuſcepto habitu Mo-
nachali non inducit voti obligationem, niſi promiſ-
ſione firmetur, ut per Navar. *in man. c.*12. *n.*24. & 26.
Cov. *in cap. quamvis pactum, p.*1. §. 3. *n.*12. Valent. 2.2.
*diſp.*6. *puncto* 1. *col. pen. in ſolut ad* 2. Azor. *d. lib.*11. *c.*23.
*q.*5. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib.*18. *n.*387.
tum quia ad votum non ſufficit propoſitum etiam de-
liberatum, ſed requiritur ulteriùs promiſſio, S. Thom.
1. 2. *q.*78. *art.*1. Barthol. à S. Fauſto *in theſauro Religioſo-
rum, lib.*1. *q.*4. & *q.*6. tenet promiſſionem quæ ad ra-
tionem voti requiritur, ſufficere ut ſit implicita.
In gloſſ. *Proteſtetur*, ult. ibi, *ſicut cùm dubitatur an* 4
aliquis ſit excommunicatus, &c. An & quando in dubio
quis cenſendus ſit excommunicatus? vide Cord. *in ſuo
quæſt. lib.*3. *q.*6. *col.*2. *verſ. quartò probatur.* Ugolin. *de
cenſur. tab.*1. *c.*14. *in princ. n.*11. & 14. Veg. *in ſum. tom.*2.
*c.*15. *caſu* 28. Salas 1.2. *q.*21. *tract.*8. *diſp. unic. ſect.*5.
*n.*60. *in ſolut. ad* 4. Vaſq. etiam 1.2. *q.*19. *art.*6. *diſp.*65.
*n.*9. & 13. & *diſp.*66. *c.*1. Sayr. *in clavi Regia, lib.*1. *c.*13.
*n.*23. & 24. Azor. *d. p.*1. *lib.*2. *c.*19. *q.*10. *in fine*, & *q.*11.
Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.*1. *lib.*1. *c.*10. *n.*55.
In ead. gloſſ. ibi, *Niſi evidenter appareat*, &c. Notatur 5
ad hoc, quod quoties agitur de utilitate animæ, quis
non præſumitur idoneus, ſed debet hoc probare, ut
per Flamin. *de reſign. lib.*10. *q.*3. *n.*58.

SVMMARIVM.

1 *Nouitij ad ſeculum redeuntes licitè poſſunt ad Ordi-
nes, & beneficia promoueri*, & n.2.
3 *Nouitij quibuſcunque ſacris Ordinibus ordinari poſ-
ſunt.*
4 Cap. Monaſteriis 19.q.2. *non loquitur de Ordinibus
accipiendis, ſed de Tonſura Monachali.*
5 *Nouitius à quo Epiſcopo ordinari poſſit, oſtenditur.*
6 *Malitia ad profeſſionem ſupplebat ætatem, ſed hodie
hoc ſubtractum eſt per Concil. Trid.*

Cap. Poſtulaſti XXI.

NOvitii ad ſæculum redeuntes poſſunt ordinari, & 1
in Eccleſia miniſtrare. Colligunt ex Ordinar.
Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Butr. Ioan. Andr.
Imola,.

Imol. Anan. Hoſt. Anch. Henric. Panorm. Viv. *in ration. lib.3. juris Pontif. pag.296.* Alagona *in compend. juris Canon. pag.479.* remiſſivè Ximen. *in concor. p.1. & 2.* refertur ab Ant. Aug. *collect.4. Decret. lib.3. tit.10. cap. unic.*

2 Hanc eandem concl. ex hoc text. deſumunt Lud. Miranda *in man. Prælat. tom.1. q.22. art.8. concl. unica,* quem refero ego ipſe *de offic. & poteſt. Epiſc. p.3. al-*
3 *leg.101. n.35. in fine.* Infrà tamen annum probationis novitios exiſtentes non poſſe ordinari, etiam primâ Tonſurâ, tenent Sylveſt. *in ſum. verbo Religio 5. q.10.* Fr. Ludov. Miranda *d.q.22. art.9. concl.1.* Lambert. *de jurepatr. lib.2. p.1. q.7. art.14. n.4.* & Azor. *inſt. mor. p.1. lib.12. c.2. q.13.* ac plures alii ab illis citati per *c. monaſteriis 9. q.2.* Sed verius eſt poſſe novitios quibuſcunque ſacris Ordinibus initiari, ut tenent Henriq. *in ſum. lib.7. de Indulg. c.22. §. ult. in comm. lit.I, & lib.10. de Sacram. Ordinis, c.23. §.3. in commento, lit.G, & lib.14. de irregul. c.9. §.2.* Soar. *tom.5. diſp.50. ſect.5. n.13.* Fr. Emman. *qq. Regul. tom.1. q.3. art.4. ad fin.* Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.2. lib.6. c.10. n.19.* ubi reſpon-
4 det text. *in d. c. monaſteriis,* non loqui de Ordinibus accipiendis, ſed de Tonſura Monachali, quod antea
5 in eo tenuerat Turrecrem. *n.1.* Difficultas verò eſt à quo Epiſcopo initiari debeat? Henriq. duobus locis ultimò citatis tenet, novitium à proprio Epiſcopo ordinandum eſſe, & licèt hanc ſententiam probabilem dicat Sanch. *d.c.10. n.21.* ipſe tamen probabilius affirmat poſſe novitium Ordinibus initiari ab Epiſcopo, in cujus diœceſi eſt in probatione: & *n.22.* aſſerit minimè requiri licentiam Prælati Religionis, ut novitius quoſcunque Ordines ſuſcipiat.

6 *Quia in annis minoribus conſtituti,* &c.] Quia ad profeſſionem malitia ſupplebat ætatem, ut per Henriq. *in ſum. p.2. lib.11. de matr. c.13. §.9. in comment. lit.B,* Fr. Emman. *qq. Regul. tom.3. q.5. art.3.* advertentes hoc jam ſubtractum eſſe per Concil. Trid. *ſeſſ.25. de Regular. c.15.*

Cap. Ex parte XXII.

Honor. III.

1 Habitum monachalem per annum geſtans, licèt non faciat expreſſam profeſſionem, poſt annum habetur monachus, & cogendus cenſuris, ut ſervet regulam. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Butr. Imol. Anan. Hoſt. Anch. Henriq. Panorm. Viv. *in ration. lib.3. juris Pont. pag.496.* Alagona *in compendio juris Canon. pag.479.* remiſſivè Ximen. *in concord. p.1. & 2.*

2 Probat hic text. quod deferens habitum novitiorum, & profeſſorum communem, aut non diſtinctum manifeſtè in colore, ſciſſura, vel figura, per annum integrum, in exitu anni profeſſus tacitè cenſetur, ut per Azor. *inſt. mor. p.1. lib.12. c.4. q.3. verſ. tertio modò,* Menoch. *de præſ. lib.6. præſ.83. n.25.* Nav. *in cap. ſtatuimus 19. q.3. n.73. verſ. tertiò inducitur,* Valer. Regin. *in praxi fori pœnit. lib.18. n.386. verſ. textus.*

3 *Cùm habitus non faciat Monachum.* Vide Doctores quos citavi *ad cap. porrectum 13. n.2. ſup. hoc tit.*

In gloſſ. *Per annum,* ult. ibi, *ita quod non admittitur*
4 *probatio.* Notatur ad hoc, quod fortior eſt, difficiliúſque retractatur profeſſio facta per verba expreſſa, quàm tacita per delationem, & aſſumptionem habitus, ut per Tiraq. *de jure mariti, gloſſ.7. n.52.*

SUMMARIUM.

1 *Novitii infra annum probationis liberè ad ſæculum redire poſſunt, niſi profeſſionem fecerint tacitè, vel expreſſè, vel appareat illos vitam mutare voluiſſe,* & n.2.

3 *Novitius, cùm redit ad ſæculum, nullatenus tenetur ſolvere expenſas in ſuis alimentis à Monaſterio conſumptas.*

4 *Religionem ingrediens animo perſeverandi, tenetur Religioni in genere, etiam alio voto non facto.*

5 *Religionem ingreſſus ſub conditione eſt obligatus monaſterio.*

6 *Profeſſionis tacitæ conjectura & ſignum eſt, quando defertur ſolus habitus profeſſorum.*

7 *Novitiorum habitus ab habitu profeſſorum aliquando diſtinguitur manifeſtè, vel occultè.*

Cap. Statuimus XXIII.

Gregor. IX.

Novitii intra annum probationis, & ante pro- 1
feſſionem poſſunt redire ad ſæculum, niſi evidenter appareat, quod voluerint abſolutè vitam mutare, & perpetuò Deo ſervire. Item ubi non eſt diſtinctus habitus profeſſorum à novitiis, benedici debent veſtes in profeſſione, ad differentiam novitiorum. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Imol. Anan. Butr. Hoſt. Anch. Henric. Panorm. Viv. *in ration. lib.3. juris Pontif. pag.29.* Alagona *in compendio juris Canon. pag.480.* remiſſivè Ximen. *in concord. p.1. & 2.*

Hanc eand. concl. quoad primam ejus partem te- 2
nent Fr. Emman. *qq. Regul. tom.3. q.15. art.12.* Soar. *de Relig. tract. de voto, lib.1. c.2. n.16.* Fr. Lud. Miranda
in man. Prælat. tom.1. q.22. art.8. Unde cùm novitius 3
liberè poſſit redire ad ſæculum, ex hoc ſequitur nullatenus teneri ſolvere expenſas in ſuis alimentis à Monaſterio conſumptas, quia non poſſet liberè, ſi ad illas teneretur: ita Emman. Sà *verbo Religio, n.8.* Fr. Emman. *d.q.15. art.ult. verſ. circa eandem,* Azor. *inſt. mor. p.1. lib.12. c.3. q.6.* Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.2. lib.6. c.10. n.4.* ubi *n.5.* temperat, niſi pactum eſſet largiendi Monaſterio expenſas novitii, ut in monaſteriis Monialium contingit.

Niſi evidenter appareat, &c.] Ex his verbis colligi-
tur eum, qui Religionem intravit animo perſeveran- 4
di, teneri Religioni in genere, etiam alio voto non facto, ut per Fr. Emman. *d. art.12.* & Sayr. *in clavi Regia, lib.6. c.1. n.8.* ubi tenet tale propoſitum voluntatis abſque promiſſione, etiamſi ſequatur habitus ſuſceptio, non eſſe votum ſimplex, aut ſolenne, faciunt dicta *ad cap. conſulti 20. n.3. ſup. hoc tit.*

In gloſſ. *Niſi,* ibi, *quod conditionaliter,* &c.] Notatur
ad hoc, quod ingreſſus ſub conditione eſt obligatus 5
Monaſterio, ut per Tiraq. *de retract. lig. §.1. gl.8. n.35.*

In ead. gloſſ. ibi, *Vel ſi ſtatim recipiat veſtes,* &c. No-
tatur ad hoc, quod quando defertur ſolus habitus pro- 6
feſſorum, eſt conjectura, & ſignum tacitæ profeſſionis, ut per Nav. *in cap. ſtatuimus 19. q.3. n.37. verſ. ſecundo modo,* Menoch. *de præſ. lib.6. præſ.83. n.19. & 20.*

In gloſſ. *A profeſſorum,* ult. Notatur ad hoc, quod 7
habitus novitiorum ab habitu profeſſorum aliquando diſtinguitur manifeſtè, vel occultè, ut latè proſequitur Azor. *inſt. moral. p.1. lib.12. c.2. q.2.*

SUMMARIUM.

1 *Religioſi fugitivi annuatim ſunt requirendi, & cogendi, ut ad monaſterium revertantur.*

2 *Fugitivos Religioſos tenentur quarere, & revocare Praſidentes Capitulis, Abbates, ſeu Priores.*

3 *Ejecti quales perquirendi ſint juxta diſpoſitionem hujus textus, oſtenditur.*

4 *Monaſterium revocans ejectos, aut fugitivos, & apoſtatas, an & quando teneatur ſolvere ea, qua Religioſus illo tempore, quo fuit extra Religionem, in propriis alimentis conſumpſit, oſtenditur.*

5 *Religioni licitum eſt ejicere Religioſum profeſſum, tanquam incorrigibilem.*

6 *Crimina, atque delicta propter qua Religioſi ab ordine poſſunt expelli, referuntur.*

7 *Ejectus à Religione, habituque ex juſta cauſa privatus, ſi à religione repetatur, tenetur redire, ita ut ſi non redeat, apoſtatarum ſit numero recenſendus.*

8 *Ejectus juſtè Religionem poteſt cogere, ut eum jam plenè correptum admittat.*

9 *Ejecti ab Ordine non tenentur aliam ingredi Religionem, & ita poſſunt ad aliam, ſive aqualem, ſive laxiorem, abſque ulla prorſus licentia tranſire.*

10 *Religioſi profeſſi, juſtè, & in perpetuum ejecti, an maneant à votis, & obſervantiis Religioſis liberi, oſtenditur.*

11 *Ejecti ab Ordine, cui Epiſcopo, originiſne, an domicilii ſubjecti maneant, oſtenditur.*

12 *Ejecti à Religione non tenentur ad obſervantias Regulares, & reliqua vota, juxta Religionis ſua inſtitutum in ea emiſſa, prater tria ſubſtantialia, caſtitatis, paupertatis, & obedientia.*

13 *Ejecti in perpetuum non tenentur deferre habitum ſua Religionis, ſi eo ſpolientur.*

14 *Ejecti à Religione non tenentur ad divinum officium recitandum.*

15 *Ejecti à Religione, an tanquam proprium ſibi poſſint acquirere, vel de eo teſtari, & cuinam acquirant, oſtenditur.*

16 *Monialis, qua adeò incorrigibilis eſt, ut ipſius emendatio, vel correctio in nullo Monaſterio ſperetur, an ejici poſſit, oſtenditur.*

17 *Declaratur text. in praſenti,* & n.18. & 19.

20 *Fugitivis, & ejectis Religioſis, apud alia Monaſteria ejuſdem Ordinis conſtitutis, ſubminiſtranda ſunt vita neceſſaria, cujus verò expenſis ſubminiſtrari debeant, oſtenditur,* ibid. & n.21.

Cap. Ne Religioſi XXIV. & fin.

1 SUperiores præſidentes Capitulis celebrandis, ſeu Abbates, aut Priores quærere debent ſuos fugitivos, vel ejectos ſingulis annis; & ſi poſſint recipi in ſuis monaſteriis, Abbates, ſeu Priores eorum compellendi ſunt per cenſuram Eccleſiaſticam, monitione præviâ, ad receptionem ipſorum, ſalvâ Ordinis diſciplinâ; quod ſi fieri non poteſt, providere debent eis in locis proximis dicto monaſterio, ſi fieri poteſt abſque aliquo ſcandalo, vel in aliis Religionis domibus ejuſdem Ordinis ad pœnitentiam ibi agendam, dando eis neceſſaria ad vitam. Colligunt ex Ordin.

Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Butr. Imol. Anan. Hoſt. Anch. Henric. Panorm. Viv. *in ration. libri 3. juris Pontif. pag.* 297. Alagona *in compend. juris Canonici, pag.* 480. remiſſivè Ximen. *in concordant. p.*1. & 2.

Statuimus, ut Praſidentes, &c.] In his verbis ſtatuit text. ut Præſidentes Capitulis, Abbates, ſeu Priores quærant annuatim ſuos Religioſos profeſſos fugitivos, aut ejectos, & ita obligatio non ſolùm Abbatibus, aut aliis, qui Capitulis generalibus præſident imponitur, ſed etiam immediatis Conventuum Prælatis, atque ita tenebuntur hi, juxta hunc text. quærere, & revocare profeſſos fugitivos, & ejectos, quia text. de omnibus his loquitur: ita tenent *in praſenti* Hoſt. *in princ.* Zabar. *n.*2. *q.*6. & Abb. *n.*3. Sylveſt. *verbo apoſtaſia, q.*6. *n.*10. Azor. *inſt. moral. p.*1. *lib.*12. *c.*1. *q.*2. *ad finem,* Fr. Emman. *quaſt. Regul. tom.*1. *q.*30. *art.*4. Sanch. *in pracepta Decalogi, tom.*2. *lib.*6. *c.*9. *n.*11. Fr. Lud. Miranda *in man. Prælat. tom.*1. *q.*52. *art.*1. 2

Et ejectos de Ordine ſuo requirant, &c.] Magna eſt inter Doctores controverſia, de quibus ejectis hic text. intelligatur. Quidam, quos tacito nomine refert Azor. *inſt. moral. p.*1. *lib.*12. *c.*17. *q.*1. quibus videtur accedere Sanch. *d. c.*9. *n.*18. tenent totum hoc cap. cùm ſit juris humani, conſuetudine abrogatum fuiſſe; neque enim Religionum Præfecti Religioſos ejectos quotannis perquirunt, neque reducunt, & ideò ex vi hujus text. non tenentur Prælati quærere, nec revocare ejectos, nec fugitivos, ſed ſervanda ſunt quoad hoc ſtatuta Religionum, & jus naturale, quod ſolos injuſtè ejectos reſtitui dictat, & ſic quærendi ſunt, ut ad priſtinum ſtatum reſtituantur, & hæc expoſitio non diſplicet. Alii magis communiter ſentiunt text. *in praſenti,* intelligi de ejectis injuſtè, vel defectu poteſtatis dimittentis, vel defectu cauſæ, vel defectu ordinis juridici ſervati, ſecus autem de juſtè ejectis per ſententiam diffinitivam rectè, & ritè latam, ita docent Navar. *comment.*2. *de Regul. n.*36. & *ſub hoc tit. conſ.*51. *in fine, in antiq.* & *conſ.*78. *in fin. in novis,* Fr. Emman. *d. tom.*3. *q.*30. *n.*71. Azor. *d. p.*1. *lib.*12. *c.*16. *q.*2. *in fin.* & *c.*17. *q.*2. Leſſ. *de juſt. lib.*2. *c.*41. *n.*110. *verſ. reſpondet,* Ant. Ricc. *de jure perſonarum extra gremium Eccleſia exiſtent. lib.*8. *c.*11. *n.*5. intelligendo tamen, quando revocatio hæc ejectorum non afferret aliis ſcandalum, & periculum, poſſentque commodè detineri, & corrigi, D. Anton. *p.*3. *tit.*16. *c.*5. §.1. *in fin.* Cordub. *in reg. D. Franciſci, c.*2. *q.*21. *punct.*2. Jacob. de Graff. *in aureis deciſ. p.*1. *lib.*3. *c.*5. *n.*151. Fr. Emman. *d. q.*30. *art.*5. Ex his duobus ad hunc text. expoſitionibus priorem magis veram judico, ſecundam enim periculoſam dicit addit. ad Navar. *in conſ.*77. *ſub hoc tit.* quia text. *in praſenti,* abſolutè loquitur de ejectis, qui potiùs tales dicuntur, quando juſtè ejecti ſunt: tum quia loquitur de ejectis, qui ſecundùm Ordinem Regularem non poſſunt ampliùs recipi, qui nequeunt eſſe injuſtè ejecti, illos enim tenetur Religio admittere, ut infrà oſtendam: nunc verò ad reſolutionem quorundam dubiorum deveniendum eſt. Illud advertere oportet, quod ejectus damnatus ad triremes minimè poteſt ad Ordinem recipi ſine diſpenſatione Papæ, ut obſervant Fr. Emman. *in addit. tom.*3. *c.*99. *n.*6. Fr. Ludov. Miranda *d. tom.*2. *q.*7. *art.*7. Fr. Hieron. Roder. *in compend. quaſt. Regul. reſol.*57. *n.*14. ubi tradunt text. *in praſenti,* & *cap. cum ad monaſterium, de ſtatu monach.* eſſe intelligenda de ejectis verbaliter, & non ſolenniter (ut fieri eo tempore ſolebat) quos ibi præcipitur à Prælatis annuatim requiri, & ad Religionem reduci; non verò de ejectis ſolenniter per ſententiam diffinitivam. 3

Primum eſt, an Monaſterium revocans ejectos, 4
aut fugitivos, & apoſtatas teneatur ſolvere ea, quæ Religioſus in illo tempore, quo fuit extra Religionem, in propriis alimentis conſumpſit, ut ſi mutuò accepit

accepit nummos ad alimenta, vel caupo, aut quidam alii bona fide exiſtimantes eum non fugere ſubminiſtraverunt? Quoad ejectos injuſtè dic teneri Monaſterium ad alimenta miniſtranda, quia poteſt hic compellere Monaſterium, ut ipſum admittat, & ab eo alimenta percipiat, tanquam injuſtè eo jure ſpoliatus: ita docent Surd. *de aliment. tit.*9. *q.*35. *n.*6. Molin. *de juſt. tract.*2.*diſp.*140. *verſ. quando Religioſus*, Sanch. *d. cap.*9. *num.*8. ubi etiam cum Nav. *comm.*2.*de Regular. num.*65. *verſ. addo ſeptimò*, intelligit, itaut injuſtè ejectus poſſit petere alimenta futura, non tamen præterita, niſi mutuò illa accepiſſet. Unde fit, ut ſi Monachus, quaſi injuſtè expulſus conveniat Monaſterium, debeat ab illo accipere alimenta, cùm ſit in poſſeſſione Monachatus, & percipiendi alimenta à Monaſterio, ut per Laram *in l. ſi quis à liberis*, §. *ſi vel parens*, *n.*59. *ff. de liberis agnoſc.* Menoch. *de præſumpt. lib.*1. *præſ.*35. *num.*21. Valaſc. *conſ.*7. *num.*3. Surd. *de aliment. tit.*1. *q.*128. *à num.*10. ubi *n.*11. dicit quod tenetur etiam monaſterium ad alimenta interim dum diſputatur an ſit Monachus, & *q.*121. *num.*2. tenet ſufficere aliquam Monachatus præſumptionem. De ejectis autem juſtè, clarum eſt non teneri Monaſterium, cùm eos à ſe præciderit, & ejecerit juſtè, ac proinde obligatione eos alendi ſe liberaverit, ob eorum culpam, in pœnamque delicti eorum, ut per Paul. *conſ.*76. *n.*1. *vol.*1. Surd. *de alim. tit.*7. *q.*35. *num.*1. Sanch. *d. c.*9. *num.*20. Quoad fugitivos verò, & apoſtatas exiſtimo ad nihil teneri Monaſterium, quia Monaſterium non tenetur eos alere, quandiu in fuga ſunt, Henric. *hîc*, *n.*9. Surd. *tit.*8. *privil.*97. *n.*6. & *tit.*9. *q.*27. *n.*12. *in fine*, ad ſimilitudinem patris, qui non tenetur alere filium ſuâ culpâ à conſortio ſuo recedentem, Pinel. *in l.*2. *p.*1. *n.*51. *C. de bonis mat.* Emman. Soar. *in theſaur. recept. ſentent. verbo filius*, *n.*185. Aſcan. *de patria poteſt. effectu* 17. *num.*32. Surd. *tit.*7. *q.*7. *n.*1. & 2. ad ſimilitudinem etiam viri, qui non tenetur expenſas ſubminiſtrare uxori ſuæ ab eo ſuâ culpâ divertenti, gloſſ. *verbo matrim. in cap. ſignificaſti, de divort.* Palat. *in repet. rub. de donat. inter virum*, & *uxorem*, § 64. *num.*6. & 10. Surd. *d. q.*7. *num.*2. Sanch. *d. cap.*9. *num.*21. ubi *num.*22. reſolvit, quod ſi apoſtata, vel fugitivus ab aliquo caperetur, in Monaſterium revocandus, ex tunc tenebitur Monaſterium ad alimenta, & expenſas, quia ex tunc utiliter ejus negotium geritur, idemque reſolvit, ſi ipſe pœnitentiâ ductus redeat, quia tunc neceſſarias reditûs expenſas tenetur Monaſterium ſolvere, ad quæ pro illo revocando tenebatur.

5 Secundum: Utrùm liceat Religioni ejicere Religioſum profeſſum, tanquam incorrigibilem? In quo affirmativa ſententia recepta eſt ex communi ſtylo cujuſcunque Religionis, quam tuentur, multiſque latè comprobant S. Thom. *quolib.*12. *art. ult.* S. Bonav. *in reg. D. Franciſci*, *q.*14. Antonin. *part.*3. *tit.*16. *cap.*4. *in fine*, Humbert. *in reg. D. Auguſtini*, *cap.*99. Capuc. *in privil. Mendicant. verbo ejicere*, Nav. *tom.*2. *de Regular. num.*33. *verſ. ſecundò*, & *ſub hoc tit. conſ.*50. *n.*1. *in antiq.* aliàs *conſ.*77. *num.*1. *in novis*, Molin. *de juſt. tract.*2. *diſp.*140. *verſ. de ejectis*, Azor. *d. lib.*12. *cap.*16. *q.*2. Fr. Emman. *d. tom.*1. *q.*30. *art.*13. & 14. Barthol. à S. Fauſto *in theſauro Religioſorum*, *lib.*6. *quæſt.*226. ubi *q.*227. an ſolus incorrigibilis poſſit è Monaſterio expelli: & *q.*228. quiſnam Religioſus cenſeatur incorrigibilis, itaut poſſit ob ejus contumaciam ab Ordine expelli, Leſſ. *d. cap.*41. *dub.*14. *n.*106. Sanch. *d. c.*9. *n.*3. Fr. Ludov. Miranda *in manuali Prælat. tom.*1. *q.*52. *art.*1. latè Ant. Ricc. *in tract. de jure perſonarum extra gremium Eccleſiæ exiſtent. lib.*8. *cap.*10. *per tot.*

6 Quænam ſint crimina, atque delicta propter quæ Religioſi ab Ordine poſſunt expelli, commemorat Fr. Ludov. Miranda *d. q.*52. *art.*2. ubi *concl.*1. de incorrigibili, & *concl.*2. de committente diverſas apoſtaſias, & *concl.*3. de committente crimen homicidii, & *concl.*4. de ſodomita: & *concl.*5. de ementiente ſe habere impedimentum, quo jure non poſſet profiteri, dum fuiſſet interrogatus ante aſſumptionem habitus, ſeu ante profeſſionem Ultra incorrigibilitatem requiritur quod defectus non ſolùm innoteſcat Fratribus, ſed etiam ſæcularibus, & quod ex iis alii de facili poſſint corrumpi, ut eſt originale dictum S. Bonav. *quæſt.*14. *ſuper reg. S. Franciſci*, quod refert Rota *in una Vlixbonen. Monaſterii*, 19. *Novembris hujus anni* 1625. coram Reverendiſſimo Domino meo Coccino Decano.

Tertium: Utrùm ſi ejectus à Religione, habituque privatus ex juſta, & rationabili cauſa à Religione repetatur, ſeque paratam ad ipſum recipiendum offerat, ſed ipſe redire recuſet, ſit apoſtatarum numero recenſendus? Negativam opinionem tuentur Nav. *ſub hoc tit. conſil.*18. *n.*2. & *conſ.*51. & *ſub tit. de ſtatu Monach. conſ.*3. & *ad cap. non dicatis*, 12. *q.*1. *n.*36. Valer. Reginald. *lib.*18. *n.*417. Azor. *d. lib.*12. *cap.*16. *q.*6. Fr. Emman. *d. tom.*1. *q.*30. *art.*21. Ant. Riccinl. *d. lib.*8. *cap.*11. *per tot.* Verùm probabilius eſt ejectos, quantumcunque per ſententiam diffinitivam expulſos à Religione, teneri quandocunque Superiores voluerint eos admittere, ad Religionem redire, poſſeque eos ad id cogi, ut probat text. *in præſenti*, & docent addit. ad Navar. *ſub hoc tit. conſ.*77. *in fine*, Soar. *tom.*5. *diſp.*27. *ſect.*5. *n.*20. Vaſq. 1. 2. *q.*96. *art.*4. *diſp.*165. *cap.*8. *num.*87. Leſſ. *d. dub.*15. *num.*111. quos refert, & ſequitur Sanch. *d. cap.*9. *n.*30. ubi contrariis reſpondet, quibus adde Sayr. *in clavi Regia*, *lib.*10. *cap.*9. *num.*25. & 27. Molin. Cord. Coſm. Philiar. & Arag. quos refert, & ſequitur Barthol. à S. Fauſto *d. lib.*6. *q.*253. 7

Quartum: Utrùm ejectus hujuſmodi poſſit cogere Religionem, ut illum jam planè correctum admittat? In quo negativè reſpondendum videbatur juxta priorem præcedentis dubii ſententiam, quia ſicut Religio non poteſt compellere ejectum ad redeundum, ita ſi ejectus pœnitens erroris, petat iterum recipi, Religio non tenebitur, quia Religio, & Monachus debent pari jure cenſeri, *cap. ad Apoſtolicam*, *hoc tit.* quo fundamento hanc partem tuentur Anton. Ricc. *d. c.*11. *num.*9. Barthol. à S. Fauſto *d. lib.*.. *quæſt.*254. ubi citat pro ſe Fr. Emman. & Azor. variè reſpondens ad text. *in præſenti*. Juvat etiam, quia cùm expulſi ab Ordine pro ſuis culpis ſint infames, non poſſunt compelli Prælati eos iterum admittere: tum quia ex jure, & Conſtitutione Sixti V. tales infames, ob eorum delicta Religionem ingredi prohibentur, Fr. Emman. *d. art.*21. Azor. *d. lib.*12. *cap.*17. *quæſt.*2. Fr. Ludov. Miranda *d. q.*52. *art.*7. ubi concludit, quod caſu, quo hos ejectos iterum ad Ordinem recipere conveniat, id debet fieri præcedente Pontificis diſpenſatione, refert Hieron. Roder. *d. reſol.*57. *num.*7. Verùm affirmativa pars ex eo probari videtur, quod cùm Religio jus habeat hos revocandi, juxta text. *in præſenti*, & reſoluta *ſup. dub.*3. in ſecunda ſententia, videntur etiam ipſi jure cogendæ Religionis potiri poſt ſufficientem correctionem, ne diſpar utriuſque contrahentis conditio exiſtat, ut per S. Anton. *part.*3. *tit.*16. *cap.*5. Nav. *ſub hoc tit. conſ.*51. *in fine*, *in antiq.* & *conſ.*18. *in fine*, *in novis*, Molin. *d. diſp.*140. *verſ. quod ad votum*, Menoch. *de arbitr. caſu* 149. *num.*1. Tap. *in auth. ingreſſi*, *C. de Sacroſanct. Eccleſ. verbo ſua*, *cap.*6. *num.*43. Leſſ. *de juſt. lib.*2. *cap.*41. *dub.*15. *num.*11. *verſ. verius tamen puto*, ubi limita, niſi Religio juſtas non admittendi 8

cauſas haberet, Sanch. *d.c.9.n.32.* Fr.Ludov.Mirand. *d.q.52.art.6.* Et hos ejectos ad ſuam Religionem iterum redeuntes nullatenus nova profeſſione indigere, tenent Fr.Emman.*d.q.30.art.28.* Barthol. à S.Fauſto *d.lib.6.quæſt.258.* Hieron. Roder. *d.reſol.57.num.13.* & Sanchez *d. cap.9.n.33.* ubi etiam reſolvit tunc reſtituendos eſſe ad eum locum, & gradum, in quibus ante repulſum erant, contra Fr. Emman. *d. art.18. in fine.*

9 Quartum: Utrùm ejecti ab Ordine teneantur aliam ingredi Religionem? Affirmativam partem tenent S.Bonavent. *in reg. D. Franciſci, q.14. ad fin.* Cordub. *in ead.reg. cap.2. quæſt.21. punct.3.* D.Antonin. *part.3. tit.1. c.4. in fine,* & ſequi videtur Fr.Ludov.Miranda *d. quæſt.52. art.3.* Verùm contrarium tenendum eſt, quia profeſſus minimè vovet Religionem in genere, ſed hanc; ergo vel ad hanc, vel ad nullam tenetur, & ita docent Sot. *de juſt.lib.7.quæſt.2. art.1. in ſolut.ad 3. prope fin.* Navar. *comment.2. de Regul. num.36.* Molin. *d.diſp.140.verſ. quod ad votum,* Azor. *d.lib.12.cap.16. quæſt.7. & 13. & cap.17. quæſt.2.* Leſſ.*d.cap.41.dub.15. num.111.* Barthol. à S. Fauſto *d.lib.6. quæſt.231.* Fr. Emman. *d.tom.1.quæſt.30. art.10.* Sanchez *d.c.9.n.34.* Anton. Ricciul. *d. cap.11.n.7.* Unde deducitur poſſe hunc ad aliam Religionem, ſive æqualem, ſive laxiorem, abſque ulla prorſus licentia tranſire, Navar. *conſil.51. n.2. ſub hoc tit. in antiq. & conſil.78. num.1. ſub eod. in novis,* Fr. Emman. *d. quæſt.30. art.21.* Barthol. à S.Fauſto *d.lib.7.quæſt.255.* Leſſ.*d.c.41.dub.14.* Sanchez *d.cap.9.n.36.* ubi intelligit, quando profeſſus ille in perpetuum ejectus eſt, itaut quantumvis correctus nulla ſubſit ſpes, ut admittatur. Unde etiam deducitur, profeſſos ejectos non poſſe à Superiore ejiciente compelli, ut ad aliam Religionem tranſeant, ſicut docent Navar. *comment.2. de Regular. num.71. & ſub eodem tit. conſil.17. in fine, in antiq.* aliàs *conſil.16. & conſil.80. n.1. in novis,* Leſſ. *d.cap.41.dub.15.n.114. in fine.* Fr.Emman. *d.quæſt.30. art.22.* Sanch. *d.cap.9. num.40.*

10 Quintum dubium: Utrùm Religioſi profeſſi juſtè, & in perpetuum ejecti, maneant à tribus votis Religionis liberi? Negativè reſpondendum, manent enim veri ejuſdem Ordinis Religioſi, votiſque ligati, ut docent Navar. *comment.2. de Regular. n.34.35. & 36. & commento 3. num.45.* Cordub. *in reg. S. Franciſci, c.2. quæſt.21. ſect.3.* Petr. de Ledeſma *in ſum. tom.2. tract.10.cap.ult.dub.2.in ſolut.ad 4.* Soar.*tom.5.diſp.21. ſect.3.* Fr.Emman. *d. q.30.art.19. & 20.* Vaſquez *1.2. quæſt.96. art.4. diſp.165.n.87.* Azor. *d.lib.12.cap.16. quæſt.4. & 7. in fine, & quæſt.11. & cap.17. q.2.* Ribadeneira *de inſtit. Soc. IESV, cap.14. verſ. Aſſi que no,* Molin. *d. diſp.140. verſ.quando verò, & verſ.quoad votum, & diſp.276.verſ.quoad cæteros,* Campanil. *in diverſorio juris Canon.rub.12. cap.15.num.6.* Leſſ.*d.c.41. dub.15. n.112.* Sanchez *d.cap.9. num.27.* Fr. Ludov. Miranda *d.q.52. art.5.* me citato *in hoc loco,* D. Mar. Cutel. *de donat. inter patrem, & filium, tract. primo, diſc.2. part.5.n.1.* & noviſſimè Fr.Hier.Roder. *in compendio quæſt. Regul. reſol.57.n.6.* Quoad obedientiam tamen certiſſimum eſt, quod Religioſus per ſententiam diffinitivam à Religione ejectus, manet ſubditus, atque ſubjectus Epiſcopo, ſive Prælato Ordinario, ſicut cæteri alii Clerici, Navar. *locis proximè citatis, & ſub hoc tit. conſil.50. n.3. & conſil.51. n.2. in antiq.* aliàs *conſil.77. num.3. & conſil.87. num.2. & conſil.79. num.2. in novis,* Campan. *d.c.15.n.7.* Zerol. *in praxi Epiſcop. p.2. verbo Regulares, §.3.* Fr. Ludov. Miranda *d.q.52.art.4. concl.1.* Fr.Emman. Vaſq. Azor. & Leſſ. *locis proximè citatis,* Barthol. à S.Fauſto *d.lib.6.q.235.* quicquid dicant Sot. *lib.7. de juſt. quæſt.1. art.1.* Aragon.2.2.q.88. *art.3.* 11 Quod ſi quæras cui Epiſcopo debeant eſſe ſubjecti, originis ſcilicet, an domicilii, in quo ſitum erat Monaſterium, an loci, in quem habitaturi ſe conferunt? Reſpondebitur remanere ſubjectum Epiſcopo originis, unde eſt naturalis, ſive oriundus, ut per Navar.*d.comment.2.n.34.* Modern.*de juriſd. part.4. caſu 182.num.4.* Ugolin. *de officio Epiſcopi, c.20. §.9. in fine,* Campan.*d.cap.15.n.7.* Aloyſ. Ricc.*in praxi aurea, reſol.185. per totam,* Barthol. à S.Fauſto *d.lib.6. quæſt. 242.* Fr. Ludovic. Miranda *d. art.4. concluſ.2.* quanvis hos minimè teneri Epiſcopo alicui certo obedire, ſed tantùm inſtar aliorum Clericorum Epiſcopo ſubjici, in cujus Diœceſi habitaverint, teneant Molin.*d.diſp.140. col.antepen.* Fr.Emman.*d.q.30.art.19.* Azor.*d.lib.12.c.16.quæſt.11.* Leſſ.*d.lib.2. c.41. dub.13. n.114.* quos refert, & ſequitur Sanch.*d.c.9.n.29.* quæ tamen opinio probabilis eſt. Et ita ſi ſint Subdiaconi, aut aliquo ordine inſigniti, niſi aliud obſtet, poſſunt ad alios ſacros Ordines promoveri, Fr. Emman. *d. quæſt.30. art.24.* Fr. Ludovic. Miranda *d. quæſt.52. art.6.*

Sextum: Utrùm teneantur hujuſmodi ejecti ad obſervantias Regulares, & reliqua vota, juxta Religionis ſuæ inſtitutum in ea emiſſa, præter tria ſubſtantialia, caſtitatis, paupertatis, & obedientiæ, veluti ad jejunia, vigilias, delectum ciborum, & ſimilia? 12 In quo una ſententia tenet hos obligari ſervare regularem vitam, etiam juxta regulam, quam promiſerunt, in quantum ſe compatitur cum proprio ipſorum ſtatu, etiam jejunia, & ſimilia, ut per D. Anton. *part.3. tit.16.c.5. §.8.* Sylveſt. *verbo Religio 6. quæſt.17.* Cordub. *in reg. D. Franciſci, cap.2. q.21. puncto 3.* Fr. Ludov.Miranda *d.q.52. art.5. concl.1. in med.* Portel. *in dubiis Regularib. verbo ejicere ab Ordine, num.5.* Villalob. *part.2. ſum. tract.35. diffic.39.n.5. cum ſeqq.* Fr. Hieron. Roder. *in compendio quæſt. Regular. tit.52. n.6.* & ſaltem ubi regula obligat ſub mortali, Fr.Emman. *d.quæſt.30. art.89. in fine.* Sed contrarium verius eſt, meritóque ſuſtinent Navar. *comment.3. num.46. & ſub hoc tit.conſil.51. n.2. in antiq.* aliàs *conſil.78. num.2. in novis,* Conrad. *in ſuis reſponſ. p.1.q.285.* Barthol. à S.Fauſto *d.lib.3.quæſt.237.* Leſſ. *d.cap.41.dub.15. in fin.* Aragon. Philiarch. Sayr. & Emman. Sà, quos refert, & ſequitur Sanchez *d.cap.9. num.53.* ubi *n.56.* cum Vega *in ſum. tom.2. cap.86.caſu 16.* reſolvit quartum votum in Religione B. Mariæ de Mercede vacandi Redemptioni captivorum, & aliud in Ordine Minimorum S.Franciſci de Paula vitæ quadrageſimalis, ejectos hujuſmodi non obligare, non quod illud omninò extinguatur, ſed ſuſpenſum ſit, quandiu illi extra Religionem ſunt, de quo etiam Barthol. à S. Fauſto *d. lib.6. quæſt.237. num.4.* 13 Unde benè colligitur, hos ejectos in perpetuum non teneri deferre habitum ſuæ Religionis, ſi eo ſpolientur, ut docent Navar. *d.comment.2. num.36. & ſub hoc tit.conſil.51.n.2. in antiq.* aliàs *conſil.78.n.2. in novis,* Barthol. à S.Fauſto *d. lib.7. quæſt.250.* Azor. *d. lib.12. cap.18.q.13.* Sayr. *in clavi Regia, lib.6. cap.9. num.28.* Fr.Emman. *d. quæſt.30.art.26.* Leſſ. *d.cap.41. dub.15.num.112.* Sanchez *d.cap.9.num.55.* 14 Hinc etiam infertur hujuſmodi ejectos (quando non ſunt in Sacris) non teneri Divinum Officium recitare, tum quia conſtituuntur in ſtatu, in quo non eſt conſuetudo recitandi divinum officium, vel ſaltem non ſunt in ſtatu, in quo ex conſuetudine obligentur ad Canonicas preces, ut docent Sot. *de juſt. lib.10.quæſt.5.art.3.* Bonacina *de horis Canon. diſp.1. quæſt.2. puncto 2. n.6.* Barthol. à S.Fauſto *d. lib.6. quæſt.241.* quicquid aliter ſentiant Navar. *de orat. cap.7. num.20.* Leſſius *de juſtitia, lib.2. cap.36. dub.9.num.50.* Azor. *inſtit. moral. p.1. lib.10.c.6. à quæſt.5.* Soar. *de Relig. tom.2. tract.4.*

lib.4.

lib.4.cap.17. num.9. Malder. *de virtut. tract.10. cap.2. dub.3.*

15 Septimum: Vtrum ſupradicti ejecti tanquam proprium ſibi poſſint acquirere? In quo dicendum eos nihil tanquam proprium ſibi poſſe acquirere, aut capere, ſed ſolum jus habere acquirendi uſum eorum, quibus ad victum, veſtitum, & habitationem indigent, tenentur enim voto paupertatis, prout eorum ſtatus patitur: ita docent Navarr. *commento 2. de Regular.num.45.* Azor. *d.lib.12. cap.16.q.4.* Sayr. *d.lib.6. cap.9.n.18.* Molin. *d.diſp.140. verſ. quando verò,* Leſſ. *d.cap.41. dub.15. n.112.* Sanchez *d.cap.9. num.45.* Fr. Ludovic. Miranda *d.quaſt.52. art.5. concl.2.* Unde eos minimè poſſe teſtari reſolvunt Molin. *diſp. 277. verſ. quod ad cateros,* Leſſ. *d.dub.15.num.113.* Sayr. *d.cap.9. num.28.* Sanchez *d.cap.9. num.46.* Vtrùm autem ſi illicita, & ſuperflua expendant, teneantur accipientes ab eis reſtituere, ipſique peccent contra paupertatis votum ſic illicitè & ſuperfluè expendendo? vide eundem Sanchez *loco cit. num.47. & 48.* Leſſ. *d. lib.2. cap.41. dub.15.* Barthol. à S.Fauſto *d. lib.6. quaſt.248.* Et cuinam acquirant ſi aliqua lucrentur bona, vide Navarr. *d.commento 2. num.33.* Leſſ. *d.cap.41.num.12.* Fr.Ludovic. Miranda *d.concluſ.2.* Humad. *l.31. gloß.2. in fin. tit.7. part.1.* Tap. *in authent.ingreſſi, C.de ſacroſ. Eccleſ.verbo Sua,cap.6.n.50.* Molin. *d.tract.2.diſp.140. verſ.quoad votum,* Barthol.à S.Fauſto *d.lib.6.quaſt.244. cum ſeqq.* Azor. *d.cap.16.quaſt.9.* latè Sanchez *in pracepta Decalogi, tom.2. lib.7. cap.33. à num. 22.* Valer. Reginald. *lib.18. n.420.* Quicquid ſit de jure, attento tamen Motu proprio Gregor.XIII. incip. *Officii noſtri,* omnia per hos ejectos undecumque acquiſita pertinent ad Cameram Apoſtolicam poſt eorum obitum, ſi extra Religionem decedant, ut refert Campanil. *d. rubr.12. cap.15. num.9. in princ.* Et ejectus tunc dicitur, ut deſinat acquirere Monaſterio, quando exutus habitu Monachali à corpore Ordinis dimittitur. Rot. apud Farin. *deciſ.149. num.2. part.2. recent.* An autem Monachi fugitivi bona, qui ſub habitu clericali multa quæſiverunt, ſint ſubjecta ſpoliis Reverendæ Cameræ Apoſtolicæ, vide Aloyſ.Ricc. *in praxi aurea, reſol.389. per tot.*

16 Octavum dubium. Vtrùm monialis, quæ adeò incorrigibilis eſt, ut ipſius emendatio, & correctio in nullo Monaſterio ſperetur, ejici poſſit? Affirmativè reſpondet Sanchez *d. lib.6. cap.9. num.6.* per ea quæ dixi *ad cap.licèt 18.num.3.ſup.hoc tit.* cujus contrarium tenet Bonac. *in tract.de clauſura & pœnis eam violantibus impoſitis, diſp.1. q.1. punct.9. num.13.* Verùm illud certius, moniales propter incorrigibilitatem non eſſe ejiciendas ſimpliciter à Monaſterio, ſed niſi ibi puniantur, poſſe ad aliud transferri, ut eſt conſtitutio Vrbani IV. quam referunt Fr. Emman. *qq. Regular. tom.1. quaſt. 40. art.9. poſt princ.* Ludov. Miranda *de Monialib. quaſt.3. art.2.* quæ conſtitutio in hac parte, neque per conſtitutionem Pii V. neque per Concilium Trident. licèt ſtrictiora ſint, cenſetur revocata, ut teſtantur Fr.Emman. *d.q.49. art.5. verſ. Secundò,* & Miranda *d.q.3. verſ. Quartus caſus,* refert & ſequitur noviſſimè Rota *in una Vlixbonen. Monaſterii, 19. Novembris hujus anni* 1625. coram Reverendiſſimo D. meo Coccino Decano, quam citat Tambur. *de jure Abbatum, tom.1.diſp.15. quaſt.12.*

17 *Qui ſi in Monaſterii,* &c.] Vult hic text. *in his, & ſequentibus verbis,* ut per cenſuram Eccleſiaſticam compellantur Prælati admittere eos fugitivos, & ejectos, quando ſalva Ordinis diſciplina admitti poſſunt, gloſſ. *hic, verbo ſalva,* explicat impoſita eis pœnitentia, quam regula illius Ordinis illi delicto imponi jubet. Sed manifeſtè text. aliud intendit, ut ex ipſomet contextu apparet, atque ita ſenſus eſt, ut fugitivi, & ejecti admittantur ad Religionem, quando ea admiſſio non eſſet contraria regulæ illius Ordinis; ſi enim regula præſcriberet hos ad Religionem non admittendos eſſe (ut regula D.Benedicti, *cap.29.* id præcipit de his, qui poſt fugam ter recepti fugiunt iterum) textus *in præſenti* non jubet eos admitti, ſed in locis competentibus ad agendam pœnitentiam conſtitui: ita explicant *in præſenti* Hoſt. *n.6.7. & 8.* Butr. *n.9.* Zabar. *num.1. not.3.* Joan.Andr. *num.4.* Anchar. *n.5.* Henric. *in fine,* Azor. *d.lib.22. cap.17. q.2.* Sanchez *d. cap.9. n.12.* referunt Portel. *in dub. Regular. verbo Ejicere ab Ordine, num.6.* & Hieron. Roderic. *d.reſol.57. num.8.* quod in Capitulo Generali Romæ habito ſub Reverendiſſimo D. Joanne Ferro de anno 1612. ſtatutum fuit, ut ejecti ab Ordine, & ad triremes damnati, non poſſint iterum recipi ad Ordinem, etiamſi rogent; ubi etiam declaratum fuit, quod cenſetur expulſus ab Ordine qui damnatur ad triremes, etiamſi in ſententia non declaretur expulſio.

18 *Quod ſi hoc Regularis Ordo,* &c.] Vult text. *in his, & ſeqq.verbis,* ut ſi ſalva Ordinis diſciplina fugitivi, vel ejecti recipi nequeant, provideant Prælati, ut apud eadem Monaſteria in locis competentibus, ſi abſque gravi ſcandalo id fieri poteſt, alioquin in aliis ejuſdem Ordinis Religioſis domibus, ad agendam ibi pœnitentiam, talibus vitæ neceſſaria miniſtrentur; nomine autem competentium locorum, intelliguntur ergaſtula Monaſterii, in quibus religioſi ſeparati ab aliis vitam tranſigant, ſui delicti pœnam luentes, ita docent *in præſenti* Hoſtienſ. *num. 9.* Joan. Andr. *n.4.* Butr. *num.10.* Anchar. *num.6.* Abb. *num.1. not.4.* Zabar. *num.2.q.8.* Henric. *num.7.* Azor. *d. q.2.* Sanchez *d.cap.9. num.13.*

19 *Si abſque gravi ſcandalo fieri poterit.*] Id eſt, quando ex admiſſione cæteri Religioſi non ita offenderentur, ut potius ſe exituros, quàm cum talibus ejectis commoraturos dicerent, ita Hoſtienſ. Joan.Andr. Butr. & Zabar. *locis prox.cit.* Fr.Emman. *d.q.50.art.5. in fine,* Sanch. *d.cap.9. num.13. in fine.*

20 *Talibus vita neceſſaria miniſtrentur.*] Probat hic text. ſubminiſtranda eſſe vitæ neceſſaria fugitivis, & ejectis Religioſis apud alia Monaſteria ejuſdem Ordinis conſtitutis, ut per Fr.Emman. *tom.1. q.23. art.2.* Azor. *d. lib.12. cap.16. q.3.* Sanchez *d.cap.9. num.14.* Cujus verò expenſis ſubminiſtrari debeant, dicam infrà ad gloſſam. Illud verò certum eſt, monialem non dici ejectam à Monaſterio, quando ſemper per illud fuit alita, ut cenſuit Rot. apud Farin. *deciſ.115. num.1. part.2. recent.*

21 In gloſſ. *Vita neceſſaria,* ibi: *Et quis miniſtrabit ei neceſſaria, Abbas prioris monaſterii, vel ſecundi, credo quod Abbas prioris monaſterii.* Meliùs tamen ſic diſtinguendum puto. Si Religioſus hic bona ſua contulerat Monaſterio, quidem alimentis ſufficientia, illis ali debet: ſi autem non contulit, aut ſufficientia non ſunt, alendus eſt impenſis prioris Monaſterii: quod ſi id non habuerit unde eum alat, miniſtrabit alimenta poſterius monaſterium: ita docent *in præſenti* Hoſt. *num. ult.* Joan. Andr. etiam *num. ult.* Butr. *num. 14.* Zabarel. *num.2. quaſt.10.* Abb. *num.fin.* Anchar. *num.9.* Henric. *num.7.* Tap. *in authent.ingreſſi, C.de ſacroſ. Eccleſ. verbo Sua, cap.6. num.37. cum 2. ſeqq.* Azor. *d.lib.12. cap.17. q.3.* Quod ſi utrumque monaſterium habuit bona hujus ejecti, quodlibet modicum contribuere tenetur, ut per Anan. *hic, num.8.* Fr.Emman. *d.quaſt.23.num.2.* ubi limitat in Religione Fratrum Minorum Regularis Obſervantiæ, cùm in ea ſummam paupertatem profiteantur Fratres, & monaſteria; ideò uſu receptum eſt, ut monaſterium in quod Frater mittitur,

tur, ad pœnitentiam agendam ei neceſſaria miniſtret, de quo vide Rot. *deciſ.* 109. & 115. apud Farinac. *p.* 2. *recent.*

22 Notari ſolet gloſſa hæc ad id, quod Eccleſia alit delinquentes, qui ad eam confugiunt, ut per Boër. *deciſ.* 303. *num.* 3. Lar. *in l. ſi quis à liberis, § ſolent, n.* 49. *ff. de liber. agnoſc.* Surd. *de alim. tit.* 1. *quæſt.* 73. *à princ.*

23 Noviſſimè in ſacra Congreg. Concilii S.D.N. Urbani Papæ VIII. juſſu edita fuerunt decreta de Regularibus apoſtatis, & ejectis ſub die 21. Septembris 1624. quæ poſt primam hujus libri impreſſionem impreſſa inveni apud Hieron. Roderic. *in compend. qq. Regular. reſol.* 57. *ſub num.* 3. inter quæ ita habetur: *Ad hæc ut in poſterum è Religionibus nullus legitimè profeſſus ejici poſſit, niſi ſit verè incorrigibilis; verè autem incorrigibilis minimè cenſeatur, niſi non ſolùm concurrant ea omnia, quæ ad hoc ex Iuris communis diſpoſitione requiruntur, ſublatis hac in parte ſtatutis, & conſtitutionibus cujuſque Religionis & Ordinis, etiam à Sede Apoſtolica approbatis & confirmatis; verùm etiam unius anni ſpatio in jejunio & pœnitentia probetur in carceribus, proindeque unaquæque Religio privatos habeat carceres in qualibet ſaltem provincia. Elapſo autem anno, ſi nihilominus non reſipuerit, ſed animo indurato in ſua pervicacia perſeveraverit, ne contagione peſtifera plurimos perdat, tanquam pecus morbida, ac membrum putre ejici tandem poſſit, ſed ab ipſomet Generali tantùm de conſilio, & aſſenſu ſex Patrum ex gravioribus Religionis eligendis in ſingulis Capitulis, vel Congregationibus generalibus, tumque nonniſi inſtructo ſecundùm eorum ſtylum, & conſtitutiones proceſſu, & plenè probatis cauſis expulſionis ad ſacrorum Canonum præſcriptum. Interea tamen uſque ad primum generale Capitulum, ſeu Congregationem proximè celebrandam, ſi quempiam ex juſtis & neceſſariis cauſis expellere oportebit, ejectio fieri poſſit à Generali cum conſilio, & aſſenſu ſex Patrum, ut ſupra, quos idemmet Generalis eligere debeat infra quatuor menſes à præſentis decreti publicatione, ſervata tamen in reliquis forma ſuperius præſcripta. Sic verò ejecti, quandiu non redierint ad Religionem, in habitu clericali incedant, atque Ordinarii loci juriſdictioni, & obedientiæ ſubſint, proindeque Generalis illicò expulſionis ſententiam eidem Ordinario notificare teneatur. Cæterùm Sacra Congregat. Religionum Superiores ſeriò admonet, ac per IESV CHRISTI viſcera obteſtatur, ut memores paternæ charitatis, & manſuetudinis, quam profitentur, nihil intentatum relinquant, ut lucrentur animas fratrum ſuorum ferè in profundum malorum delapſas, antequam graviſſimum, atque extremum expulſionis remedium experiantur. Idque eo magis quod ſubditorum ſanguinem, qui ex malo negligentium, & ſui officii immemorum Prælatorum regimine peribunt, Dominus noſter IESVS Chriſtus ſupremo Dei judicio de eorum Prælatorum manibus ſit requiſiturus.*

Præterea ſtatuit, ut iidem ſuperiores nemini ex Religioſis expulſis literas teſtimoniales concedant, illos ad Sedem Apoſtolicam rejicientes, vel jubentes aliam ingredi Religionem.

Item ut ejecti extra Religionem degentes ſint perpetuò ſuſpenſi ab exercitio Ordinum, ſublata Ordinariis locorum facultate dictam ſuſpenſionem relaxandi, aut moderandi.

Ac poſtremò cenſuit eſſe innovandam, & ſua Beatitudinis auctoritate innovat conſtitutionem felicis record. Gregor. IX. relatam in cap. fin. extra de Regularibus, *ac propterea declarat eam conſtitutionem in iis quoque vindicare ſibi locum, ſervandamque eſſe, qui juſtè, diffinitiveque, ac juris ordine ſervato expulſi fuerint, dummodo tamen in expulſis hujuſmodi ſubſit ſpes evidens emendationis ex literis ſaltem teſtimonialibus Ordinarii, cujus conſcientiam in his literis concedendis Sacra Congr. ſeriò oneravit.* Hæc habentur inter illa ſacræ Congreg. decreta quæ ex Typographia Cameræ Apoſtolicæ impreſſa prodierunt, cum pleniſſima derogatione quarumcunque conſtitutionum, & ordinationum Apoſt. exemptionum, & privilegiorum, etiam Maris magni, ſeu Bullæ aureæ nuncupatorum, quorum tenores, &c. quæ ſupradictis quomodolibet adverſantur: poteſtate inſuper iiſdem ſuperioribus, etiam Generalibus, & Protectoribus ſublata ea, quæ ſuperiùs præſcripta ſunt, vel eorum aliquid moderandi, ſeu relaxandi.

De Converſione Coniugatorum.

TIT. XXXII.

SVPER hanc rubr. ſcripſerunt Zabarel. Joan. Andr. Imol. Anan. Butr. Anch. Panorm. Gullelm. Durand. *in Breviario aureo, fol.* 107. Joan. de Londris *in Breviario ſanctorum Canonum, fol.* 175. *verſo,* Petr. de Ravenna *in compendio Iuris Canon.* Martin. Meſnart. *in epitome Decretal. fol.* 129. *verſo,* Dan. Venator *in analyſi method. Iuris Pontif. à pag.* 472. Goffred. & Hoſt. *in ſum. hujus tit.* Alex. Caſan. & Anaſtaſ. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decretal. ſub hoc tit.* novè Barthol. Carthagena *in expoſit. titulorum Iuris Canon. ſub eod.*

De materia tituli vide Sanch. *de Matrim. lib.* 7. *à diſp.* 32. *uſque ad* 40. Fr. Baſil. *de impedimentis matrim. impedim.* 19. novè Barthol. à S. Fauſto *in theſauro Relig. lib.* 5. *à quæſt.* 46. *uſque ad* 119.

SVMMARIVM.

1 *Vxor ſi viro ad Religionem tranſeunti conſentiat, & ipſa ſuſpecta nec continentiam voveat, nec Religionem ingrediatur, poterit ipſum repetere,* & n. 2.

3 *Votum temporale caſtitatis conjugis ſexagenarii manentis in ſæculo non ſufficit.*

4 *Conjugis alterius ingreſſus in Religionem ut licitus ſit poſt matrimonium conſummatum, non eſt neceſſaria licentia Epiſcopi ad profeſſionis valorem.*

5 *Epiſcopi auctoritate Religionem intraſſe præſumitur, qui uxore conſentiente, & perpetuam continentiam promittente, Religionem intraverit, profeſſionemque fecerit, in qua longo tempore perſtiterit.*

CAP. Præterea I. *Alex. III.*

MAritus ſi de licentia uxoris ingreditur & profitetur Religionem coram Monachis & Sacerdotibus, uxor etiam tenetur Religionem intrare, vel promittere perpetuam caſtitatem ſervare, & ſi hæc non vult facere, vir eſt revocandus à Monaſterio ab Epiſcopo. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Imol. Anan. Butr. Hoſt. Anchar. Henric. Panorm. Viv. *in ration. lib.* 3. *jur. Pontif. pag.* 307. Alagona *in compend. Iur. Can. pag.* 484. remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. & 2. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 2. *Decretal. lib.* 3. *tit.* 28. *cap.* 1. & eſt poſt Concil. Lateran. ſub Alex. III. *p.* 5. *cap.* 1. 1

Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſumunt Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib.* 30. *num.* 68. *verſ. tertia,* novè Barthol. à S. Fauſto *in theſauro Religioſorum,* 2

ſorum, lib. 5. quæſt. 97. in princip. quam quidem hujus text. deciſionem intelligendam eſſe eo caſu, quo is, qui facultatem tribuit alteri Religionem ingrediendi, ignatus erat obligationis ingrediendi, vel continentiam vovendi, aſſerunt Gig. *l. 11. verb. Eſto, tit. 7. p. 1. & l. 2. verb. de guardar, tit. 10. p.* 4. Henriq. *in ſum. lib. 11. cap. 8. §. 9.* Abb. Roſel. Tabien. Angel. Sylveſt. Sot. & alii plures, quos refert, & ſequitur Sanch. *de matrim. lib. 7. diſp. 33. num. 14.* quibus adde Fr. Baſil. *de impedimentis matrim. cap. 9. §. 1. verſ. Sed quid*, ubi tenet eum qui facultatem tribuit, ſi nolit ingredi Religionem, compellendum eſſe ut ingrediatur, ſi erat juris petentis profeſſionem ipſius, ut alter legitimè profiteretur, conſcius, de quo etiam Sanch. *d. diſput. 33. num. 27.*

3 *Aut perpetuò caſtitatem ſervare promiſerit*, &c. Ergo non ſufficit votum temporale caſtitatis conjugis ſexagenarii manentis in ſæculo, ut per Bartholom. à S. Fauſto *in theſauro Religioſorum, lib. 5. quæſt. 59.*

4 *Ignorante Epiſcopo.*] Ergò ut ſit licitus ingreſſus alterius conjugis poſt matrimonium conſummatum in Religionem, eſt neceſſaria licentia Epiſcopi, quod etiam ſuaderi videtur *ex cap. ſi vir, & uxor, 27. q. 2.* ibi: *Si vir & uxor divortere pro ſola religioſa inter ſe conſenſerint vita, nullatenus ſine Epiſcopi conſcientia fiat:* ex quo eam exigi docent Hoſt. *in c. cùm ſis, n. 3. ſuper verb. permittas, hoc tit. & in cap. uxoratus, n. unic. ſuper verb. publicè, hoc eod. tit.* ubi Joan. Andr. *num. 1.* Anch. *n. 4. notab. 3.* Butr. *n. 4.* Zabar. *in fin.* & Maiol. *de irregul. lib. 1. cap. 4. n. 5.* ubi ait ad conjugum converſiones validandas decretum Epiſcopi requiri. His tamen non obſtantibus verius cenſeo, eam Epiſcopi licentiam non eſſe neceſſariam ad profeſſionis valorem; requiritur enim ut licitè fiat, non tamen ut validè, quia *in d. cap. ſi vir*, ea licentia petitur: non verò irritatur profeſſio aliter facta, quod apertè colligitur ex *hoc text. in fin.* ubi dicit virum, qui ignorante Epiſcopo de licentia uxoris profeſſus eſt, revocandum non eſſe, ſi uxor voverit caſtitatem: ergo ſentit text. ex defectu licentiæ Epiſcopi nil offici profeſſioni: ita ſentiunt gloſ. *verb. conſcientia, in d. c. ſi vir*, ubi Archid. *num. 1.* Bellam. *num. unic.* & Turrec. *num. unic. & in hoc text.* Joan. Andr. *num. 1.* Butr. *n. 5.* Abb. *num. 3.* Greg. *l. 2. verb. del Obiſpo, tit. 10. p. 4.* poſt Aretin. Scot. Sot. Gabr. & alios, ſentit Sanch. *de matrim. lib. 7. diſp. 32. num. 3.* & Frat. Baſil. Ponc. *d. §. 1. verſ. At ſi, in fin.*

5 Advertendum in hac materia eſt, quod ſi quiſquam uxore conſentiente, & perpetuam continentiam promittente Religionem intraverit, profeſſionemque fecerit, in qua longo tempore perſtiterit, præſumitur auctoritate Epiſcopi intraſſe, ut per Maſcard. *de probat. concl. 1316. num. 10.*

6 *Vir poteſt, & debet de monaſterio revocari.*] Non juris actione ad conjugis alterius petitionem, ſed ex ſolo judicis officio, cujus eſt conſulere periculo incontinentiæ conjugis in ſæculo relicti, dum id imminere viderit, revocando profeſſionem, & eum illi reſtituendo, ut intelligit Sanch. *d. lib. 7. diſput. 33. num. 18.*

SUMMARIUM.

1 *Matrimonii rati vinculum omninò dirimitur per ſolemnem Religionis profeſſionem alterius ſponſi, & conjux manens in ſæculo eſt omninò à vinculo ſolutus*, & num. 2.

3 *Sancti plures de nuptiis ante matrimonium conſummatum vocati referuntur.*

4 *Sanctum Ioannem Evangeliſtam an Chriſtus Dominus à nuptiis ad caſtitatis profeſſionem vocaverit, oſtenditur.*

5 *Nuptiæ in Cana Galilææ non fuerunt S. Ioannis, ſed Simonis Cananæi.*

6 *Matrimonium non conſummatur per culpam præcedentem.*

7 *Conjuges una caro fiunt per ſolum matrimonium conſummatum.*

8 *Matrimonium conſummatur per copulam vi extortam.*

9 *Sponſa vi cognita intra bimeſtre ſibi conceſſum, utrum ad Religionem tranſire poſſit, oſtenditur.*

CAP. Verùm II.

Matrimonium quando eſt ratum de præſenti, & non conſummatum, poteſt unus ad Religionem, & alter ad ſecundas nuptias tranſire, quia cùm non fuerint effecti una caro, poteſt unus tranſire ad Deum, & alter remanere in ſæculo. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Imol. Anan. Butr. Hoſt. Anch. Henric. Panorm. Viv. *in ration. lib. 3. juris Pontif. pag.* 307. Alagona *in compend. juris Canon. pag.* 476. remiſſivè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Ant. Auguſt. *collect. 1. Decret. lib. 3. tit. 18. cap. 2.* & eſt poſt Concil. Lateran. 1

Collige ex text. vinculum matrimonii rati omninò dirimi ſolemni Religionis profeſſione alterius ſponſi, & conjugem manentem in ſæculo eſſe omninò à vinculo ſolutum, poſſeque liberè ad alias nuptias tranſire: ita de fide definitum eſt per Concil. Trid. *ſeſſ. 24. de reform. matrim. can. 6.* ibi: *Si quis dixerit matrimonium ratum, non conſummatum, per ſolemnem Religionis profeſſionem alterius conjugis non dirimi, anathema ſit:* & docent Burſat. *conſ. 207. num. 46. vol. 2.* Sebaſt. Medic. *in tract. Mors omnia ſolvit, part. 2. concl. 65. n. 208.* Lancel. Gallia *in conſuet. Alex. in gloſſ. Vxori, q. 6. n. 33.* Anton. Scap. *de jure non ſcripto, lib. 51. cap. 1. n. 3.* Menoch. *de arbitr. caſu 455. ex num. 10.* Petr. Magdalen. *de numero teſtium in teſtam. req. p. 3. cap. 3. n. 262.* Henriq. *in ſum. lib. 10. cap. 34. §. 3. in commento, lit. R*, D. Barboſ. *in rub. ff. ſolut. matrim. p. 2. n. 73.* Gutier. *can. lib. 1. cap. 17. n. 2. & de matrim. c. 54. à princ.* Fr. Emman. *qq. Regul. tom. 3. quæſt. 1. art. 4.* Sayr. *in Clavi Regia, lib. 6. cap. 5. num. 12.* Ægid. de Coninck *de Sacram. tom. 3. diſp. 26. à num. 30.* Rebel. *de oblig. juſtit. p. 2. lib. 3. q. 4. à num. 1. & ſect. 3.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 26. à num. 30.* Sanch. *de matrim. lib. 12. diſp. 18. num. 3.* Vide alia *ad cap. ex publico, num. 2. inf. hoc tit.* Matrimonium reputatur ratum, & non conſummatum ad effectum ut unus ex contrahentibus alio contradicente poſſit ingredi Religionem, ſi poſt illum contractum coram Parocho, & teſtibus copula non interceſſit, quamvis priùs non ſemel etiam cum promiſſione de contrahendo fuiſſent fornicati, ut cenſuit S. Congregat. Concil. *ſub die 18. Novembr. 1618.* 2

Fallit concluſio ex text. deſumpta in Jeſuitis, qui ſi ingrediuntur Congregationem poſt dictum matrimonium, quia poſt longum tempus emittunt profeſſionem, non diſſolvitur, ne uxor diu expectare cogatur: eadem Sacra Congregat. *ſub die 26. Aprilis 1621.*

Sicut quidam Sancti de nuptiis vocati fuerunt.] S. Teclam ante matrimonium conſummatum convertit D. Paulus, & ad vitam perfectiorem vocavit, teſte D. Ambr. *lib. 2. de Virginib.* & Epiph. *hæreſi* 58. Et D. Alexius, Divaque Cæcilia ex nuptiis ad ſtatum perfectiorem tranſierunt, ut teſtantur Metaphraſtes, & Surius *in eorum vitis*, & alia exempla referunt D. Gregor. 3

got. *lib.3. dialog. cap.* 14. & D. Auguſt. *lib.* 8. *confeſſ.*
cap. 6.
4 Nonnulli ſummæ authoritatis Doctores noſtri tem-
potis tradunt Chriſtum Dominum à nuptiis ad caſti-
tatis profeſſionem vocaſſe S. Joannem Evangeliſtam,
id attribuentes DD. Auguſtino, & Hieronymo *in præ-*
fationibus ad Evangelium Ioannis, ut atteſtantur Covar.
de ſponſalib. part.2.cap.7. §.4.*num.*16. Henriq. *in ſum.*
*lib.*11.*cap.*8.§.6.*lit. M*, & idem videtur probare Palud.
in 4.*diſt.*27. *quæſt.*3. *verſ. quantum ad* 3. dicens quod
Chriſtus vocavit Joannem de nuptiis ad Apoſtola-
tum, etiam invita uxore, ſecundùm illos, qui dicunt
quod ipſa erat Magdalena, quæ propter hoc indig-
nata luxuriata eſt. Sed hoc de nuptiis D. Joannis non
eſt uſquequaque certum, ut optimè probat Tolet. *in*
*cap.2.D.Ioannis, annot.*13. & Gutier. *canon.lib.*1. *c.*17.*à*
5 *n.*27. ac Sanch. *d.diſp.*18. *num.*3. *verſ.ſecundò.* Nuptiæ
enim Cana Galilææ non fuerunt D. Joannis, ſed Si-
monis Cananæi, ut tradunt Nicephor. *lib.* 8. *hiſtoriæ*
*Eccleſ.c.*30. Adricom. *in theatro terræ ſanctæ, ſuper tribu*
*Zabulon,p.*138. Card.Cæſ. Baron. *tom.*1.*annalium Ec-*
cleſiæ,anno Chriſti 31.*pag.mihi* 107. aliàs 121. *in altera*
edit. Petr. Gom. Duran. *in libro de la peregrinacion del*
*hijo de Dios, cap.9. pag.*239. Hic Simon, qui ex fidei,
quam habuit, zelo, Cananæus appellatus eſt, frater
erat Jacobi minoris Hieroſolymitanorum Epiſcopi,
ex Henric. *in doctiſſima apologia contra Archiepiſcopum*
*Toletanum, part.*1.*cap.*4.*n.*68.
6 *Dummodo carnalis commixtio*, &c.] Intellige poſt
matrimonium, quia per copulam præcedentem non
conſummatur matrimonium, ut per Covar. *de ſponſa-*
*lib.p.*1. *cap.*4.§.1.*n.*14. Menoch. *de præſumpt.lib.*3. *præ-*
*ſumpt.*1.*num.*44.*cum ſeqq.* Petr.de Ledeſma *de matrim.*
*quæſt.*61.*art.*1.*in fine*, Henriq. *in ſum.lib.*11. *de matrim.*
*cap.*8.*n.*8. D.Barboſ. *in rub.ff.ſoluto matrim. p.*1.*n.*107.
Sanch. *d.lib.*2. *diſp.*21. *num.*12.
7 *Quia cùm non fuiſſent una caro*, &c.] Ergo per ſolum
matrimonium conſummatum fiunt conjuges una ca-
8 ro, ut docet Sanch. *d.lib.*2.*diſp.*13.*n.*1. etiamſi vi con-
ſummetur, per copulam enim vi extortam conſummari
matrimonium, & prorſus indiſſolubile effici reſolvunt
Henriq. *d.lib.*11.*cap.*8.§.10. Cov. *d.cap.*7. §.4.*num.*10.
D.Barboſ. *d.p.*2.*n.*106. Sanch. *d.lib.*2. *diſp.*22. *num.*4.
9 Utrùm ſaltem poſſit ſponſa vi cognita intra bimeſtre
ſibi conceſſum ad Religionem tranſire? vide Hippol.
*in l.*1. *in princip. n.*87. *ff. ad leg. Cornel. de ſicar.* & *l.*1.
§.*Præterea,n.*12.*ff.de quæſt.* Perez *l.*1.*verſ.Circa præmiſſa,*
*tit.*1.*lib.*5.*Ordin.pag.*12. Valaſc. *conſ.*29. *n.*5. Sanch.
*d. diſp.*22.*n.*6. ubi docet poſſe ingredi, contra quem
inſurgit Fr.Baſil.Pont. *d.c.*9.§.1.*in princ.*

SUMMARIUM.

1 *Profeſſionem qui facit invita uxore, & ei poſtea re-ſtituitur, non compellitur mortua uxore ad monaſterium redire, matrimonium tamen contrahere non debet.*
2 *Maritus invita uxore, & uxor invito marito poſt matrimonium conſummatum non poteſt intrare Religionem.*
3 *Maritus ſi abſque licentia uxoris ad ſummum eveheretur Pontificatum, poterit ab ipſa revocari, ut ei teneatur debitum reddere.*
4 *Votum Religionis invita uxore emiſſum omninò eſt irritum.*
5 *Votum ſemel irritatum amplius non aſſumit vires.*
6 *Votum caſtitatis poſt matrimonium conſummatum emiſſum ab altero conjuge abſque alterius licentia, obligat ad non petendum debitum.*
7 *Conjux abſque licentia alterius profeſſus tenetur ab ipſo revocatus redire poſt ejus obitum ad Religionem, & non redeundo peccat.*
8 *Matrimonium an fuerit verum inter beatiſſimam Virginem, & Ioſephum.*
9 *Matrimonium contractum à conjuge invalidè profeſſo, & revocato poſt alterius conjugis obitum, ratum eſt, peccat tamen lethaliter contrahens, tanquam violator voti ſimplicis caſtitatis.*

Cap. Quidam intravit III.

PRofeſſionem qui facit invita uxore, & deinde 1
cogitur ad illam redire, mortua uxore, non tenetur
ingredi Monaſterium, ſed non poterit accipere aliam
uxorem, quia votum non tenet quoad redditionem
debiti, ſed quoad petitionem. Colligunt ex Ordinar.
Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Butr. Joan. Andr.
Imol. Anan. Hoſt. Henric. Anch. Panorm. Viv. *in ration.*
*lib.*3. *juris Pontif. pag.* 308. Alagona *in compend. juris*
*Canon.pag.*471. remiſſivè Ximen. *in concord. p.*1. & 2.
refertur ab Ant. Auguſt. *collect.* 1. *Decret. lib.*3. *tit.*28.
*cap.*3. & eſt poſt Concil. Lateran. *p.*5.*cap.*2.
Quia ipſum repentè coactus eſt, &c.] Notatur ad hoc, 2
quod maritus invita uxore, & uxor invito marito poſt
matrimonium conſummatum non poteſt intrare Re-
ligionem, ut per Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit.*
*lib.*18.*n.*377. & *lib.*30.*num.*68. novè Barthol. à S. Fauſto
*in theſauro Religioſorum, lib.*5.*quæſt.*74. ubi *q.*85. reſolvit
ſi uterque conjux abſque mutua licentia profiteatur,
profeſſionem eſſe validam. Sic etiamſi maritus, ſcien-
te & repugnante uxore, eſt ſacris Ordinibus initiatus,
ipſa eum poteſt repetere, & vir uxori reſtitutus debi-
tum conjugale reddere jure ipſo compellitur; nequit
tamen petere, quia ſuo jure ceſſit voto caſtitatis ſeſe
obligans, ut per Sanch. *de matrim. lib.*7. *diſp.*38.*n.*10.
Azor. *inſtit.moral.p.*1.*lib.*13. *cap.fin. quæſt.*12. Quid ſi 3
uxor abſque licentia uxoris ad Summum eveheretur
Pontificatum, an poſſit ab ipſa revocari, ut ei tenea-
tur debitum reddere? Affirmant gloſſ. *verbo non Apo-*
ſtolus, in cap. ſi quis pecunia, 79. *diſt.* ubi Archidiac. &
Turrectem. plures, quos refert, & ſequitur Sanch.
*d.lib.*7. *diſp.*38.*n.*12. quibus adde Azor. *d.p.*1. *lib.*13.
*cap.*14. *quæſt.*13. *prope finem*, & me citato *in hoc loco*,
Mat.Cutel. *de donat.inter patrem, & filium, tract. primo,*
*diſc. partic.*3.*num.*116.*pag.*129.
Unde ratione voti ad Monaſterium non tenetur redire. 4
Ergo id votum Religionis invita uxore emiſſum om-
nino eſt irritum, & nullam obligandi vim ſortitur, ut
per Sanch. *d.lib.*7. *diſp.*34.*num.*10. Quia votum ſemel 5
irritatum amplius non aſſumit vires, ut per Navar.
*in man.cap.*12. *num.*66. Petr.de Ledeſma *in ſum.tom.*2.
*tract.*10.*cap.*7. *dub.*2.*circa primam concl. diſt.*4. Azor.
*d.p.*1. *cap.*17. *quæſt.*4. & *quæſt.*11. Sayr. *in clavi Regia,*
*lib.*5.*cap.*8.*n.*6. *verſ.illud autem*, plures Doctores refert
Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.*1.*lib.*4.*cap.*26.*num.*4.
Mat.Cutel. *ubi ſuprà, num.*122.
Promiſit enim ſe non exigere, &c.] Notatur ad hoc, 6
quod votum caſtitatis poſt matrimonium conſumma-
tum emiſſum ab altero conjuge abſque alterius licen-
tia, eſt validum, & obligat ad non petendum debi-
tum, ut per Angel. *verbo matrim. num.*4. §.6. Henriq.
*d.lib.*11.*c.*15.*n.*8.*in fine*, Barthol. à S. Fauſto *in theſauro*
*Religioſorum, lib.*1.*quæſt.*286. Sanch. *de matrim. lib.*9.
*diſp.*35. *num.*25. ubi *num.*26. tenet hujuſmodi votum
eſſe prorſus irritum quoad non reddendum debitum:
& *num.*29. dicit quod non ſolùm votum hoc obligat
ad non petendum, ſed etiam ad non ineundum aliud
matrimonium. Quamvis alterum conjugum non
poſſe

poſſe abſque alterius licentia ſe voto obligare ad non exigendum debitum, teneant Navarr. *in man. cap.* 12. *num.* 60. Arag. 2. 2. *quæſt.* 88. *art.* 8. Valent. 2. 2. *diſp.* 6. *quæſt.* 6. *punct.* 6. Veg. *in ſumma, tom.* 1. *cap.* 29. *caſu* 93. Sà *verbo votum*, *num.* 27.

7 In gloſ. *Non tenetur,* ibi, *ipſe tamen peccat ſi non perficit, quod vovit.* Noratur ad hoc, quod conjux abſque licentia alterius profeſſus tenetur ab ipſo revocatus redire poſt ejus obitum ad Religionem, & non redeundo peccat, gloſſam ſequuntur Hoſtienſ. *hic, paulò poſt princip. ſuper verbo non tenetur.* Sylveſt. *verbo divortium, quæſt.* 15. *caſu* 3. Albert. Aſtenſ. Monald. Palud. & alii, quos refert Sanchez *d. lib.* 7. *diſp.* 34. *n.* 11. Verùm dicendum eſt hunc culpæ immunem eſſe, quamvis ad Religionem non redeat, ut deducitur ex hoc text. quatenus decidit hunc poſt conjugis obitum non teneri ad Religionem regredi, tum quia *cap. placet*, *hoc tit.* ſolùm dicit, conſultius, & congruentius ad hujus ſalutem fore, ut ad Monaſterium redeat; quare ita docent *in præſenti* Butr. *num.* 6. Zabarell. *n.* 2. *oppoſ.* 4. & Abb. *n.* 4. & alii plures, quos refert, & ſequitur Sanchez *d. diſp.* 34. *n.* 12. Barthol. à S. Fauſto *lib.* 5. *q.* 7. Soar. *tom.* 3. *de Relig. lib.* 7. *cap.* 2. *num.* 12. Barthol. de Vecchis *in praxi obſervanda in admittendis ad Religionis ſtatum novitiis, diſp.* 14. *dub.* 1. *ex n.* 17. Utrùm autem conjux ſine alterius licentia profeſſus, nec ab eo in vita revocatus poſſit eo defuncto egredi? vide Sanchez *d. diſp.* 34. *num.* 18. Azor. *d. p.* 1. *lib.* 12. *cap.* 1. *q.* 6. *verſ. Si quæras*, Barthol. à S. Fauſto *d. lib.* 5. *q.* 81.

8 In gloſſ. *Non exigere*, ibi: *Sic enim Beata Maria contrahere non debuit, cùm propoſuerit ſe non exigere.* Et ibi: *Et quod dicitur de Beata Maria, hoc fecit ex revelatione divina.* Vide Soar. *p.* 3. *q.* 29. *art.* 2. *ſect.* 2. *in fine*, Sanchez *de matrim. lib.* 2. *diſp.* 28. *num.* 4. Ribadeneira *in libro pro defenſione Societatis*, *cap.* 17. latè Fr. Baſil. *de impedim. matrim. cap.* 16.

In ead. gloſſ. ibi, *quod tenet matrimonium, quia votum non fuit ſolemne.* Notatur ad hoc, quod matrimonium contractum à conjuge invalidè profeſſo, & revocato poſt alterius conjugis obitum, ratum eſt, peccat tamen lethaliter contrahens, tanquam violator voti ſimplicis caſtitatis, ut per Innocent. *hic*, *ſtatim in principio*, Abb. *num.* 4. Zabarell. *n.* 2. *q.* 1. *in fin.* Anchar. *num.* 4. *q.* 1. *&* *num.* 5. *q.* 2. *ad fin.* Greg. *l.* 12. *verbo Vale, tit.* 7. *p.* 1. D. Barboſ. *in rub. ff. ſoluto matrim. p.* 2. *n.* 101. Azor. *d. quæſt.* 6. *verſ. ſi quæras*, Navarr. Lancell. Roſel. Vega, & plures alios, quos refert, & ſequitur Sanchez *d. diſp.* 32. *num.* 5.

SVMMARIVM.

1 *Uxoratus Religionem intrare non poteſt, niſi etiam uxor ingrediatur, vel niſi ſuſpecta non ſit, & continentiam promittat,* & num. 2.

3 *Ad Religionem non dicitur tranſire qui non profitetur.*

4 *Fœminæ naturaliter ſteriles præ cæteris libidinoſæ ſunt.*

5 *Mulier quando dicatur ſenex, oſtenditur.*

6 *Votum uxoris manentis in ſæculo non ſufficit in quacumque ætate, ſi ſit periculum ſuſpicionis.*

Cap. Cùm ſis IV.

1 CONjux unus non poteſt Religionem ingredi altero manente in ſæculo, ſed ſi uxor ita ſenex eſt, & ſterilis quod ſine ſuſpicione poſſit eſſe in ſæculo, poteſt Epiſcopus diſſimulare, ut ea remanente in ſæculo, & caſtitatem promittente, vir ejus tranſeat ad Religionem, vel ambo profiteantur. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Butr. Imol. Anan. Hoſt. Henric. Anchar. Panorm. Viv. *in ration. lib.* 3. *juris Pontificii*, *pag.* 308. Alagona *in compendio juris Canon. pag.* 485. remiſſivè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 1. *Decret. lib.* 3. *tit.* 28. *cap.* 4. & eſt poſt Concil. Lateran. *part.* 4. *cap.* 3.

2 Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſumunt Henriq. *in ſumma, lib.* 12. *de matrim. c.* 8. § 7. *lit. F*, Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib.* 31. *n.* 40. Fr. Baſil. Pont. *de impedimentis matrimonii, c.* 19. § 1. Sanchez *de matrim. lib.* 7. *diſp.* 32. *n.* 2. Gutierr. *eod. tr. c.* 95. *à princip.* Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. c.* 102. *n.* 22. *&* 26. latè Bartholom. de Vecchis *in praxi obſervanda in admittendis ad Religionis ſtatum novit. diſp.* 3. *dub.* 3. *per tot.*

3 *Niſi uterque ad Religionem migraverit.*] Intellige profitendo, quia non tranſit ad Religionem, qui non profitetur, ut per Sanchez *d. diſp.* 32. *num.* 4. Barthol. à S. Fauſto *in theſauro Religioſorum, lib.* 5. *q.* 57.

4 *Verùm ſi ita uxor ſenex eſt, & ſterilis,* &c.] Intellige de ſterilitate non ratione naturæ, ſed ratione ætatis, ut per gloſſ. *hic, verbo ſterilis,* & Butr. *in fine*, ac Hoſtienſ. *n.* 4. *ſuper verbo ſterilis*, Sanchez *d. diſp.* 32. *n.* 16. *in med.* Barthol. de Vecchis *d. dub.* 3. *num.* 5. *in fine.* Fœminæ enim naturaliter ſteriles præ cæteris libidinoſæ ſunt, teſte Tiraq. *ad l.* 9. *connub. n.* 121. 5 Credit meritò Sanchez *eod. num.* 16. fœminas quinquagenarias eſſe ſenes ad hunc effectum, quia attento breviori curſu vitæ illarum, ac celeriori ſenectutis adventu, tam ſenex eſt mulier quinquagenaria, quàm vir ſexagenarius, quod communis æſtimatio teſtatur, & libidinis ardor ita tepeſcit in illa, ac in hoc, & jam in ea ætate eſt ſterilis, & communiter verè ſenex tunc appellatur, & ſuſpicione incontinentiæ libera creditur, refert Barthol. de Vecchis *d. dub.* 3. *n.* 5. mirabile enim eſt prolem ſuſcipere mulierem quæ ſit pluſquam quinquagenaria, Mantic. *deciſ.* 40. *num.* 4.

6 *Quòd ſine ſuſpicione poſſit eſſe in ſæculo.*] Ergo in quacunque ætate periculum ſit ſuſpicionis, non ſatis eſt votum manentis in ſæculo, ut per Covarruv. *de ſponſalib. part.* 2. *cap.* 6. § 3. *num.* 3. Sanchez *d. diſp.* 32. *num.* 9. Barthol. à S. Fauſto *in theſauro Religioſorum, lib.* 6. *quæſt.* 61.

SUMMARIUM.

1 *Uxoratus non eſt ordinandus ad ſacros Ordines, niſi uxor continentiam promittat.*

2 *Ordinari ut liceat viro cum licentia uxoris utrum deſideretur ingreſſus illius in Religionem, ſive ſenex, ſive junior ſit, an verò ſatis ſit in utroque eventu ut caſtitatem in ſæculo voveat, oſtenditur,* & n. 6.

3 *Ordinatus in ſacris ex legitima uxoris licentia manentis in ſæculo cum voto caſtitatis, poteſt ſimul habitare cum ea, ſi ſuſpecti minimè ſint.*

4 *Matrimonium contrahere liberè poſſunt conſtituti in minoribus.*

5 *Beneficia eorum, qui in minoribus Ordinibus conſtituti matrimonium contraxerunt, vacant ipſo jure.*

Cap. Conjugatus.

CONjugatus non eſt promovendus ad ſacros Ordines, niſi uxor voveat caſtitatem, & virum abſolvat. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Imol. Anan. Butr. Hoſtienſ. Henric. 1

Anchar. Panorm. Vivian. *in rationali libri 3. Iuris Pontificii*, *pag.*308. Alagona *in compend. Iuris Canon. pag.* 485. remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. part.*1. *&* 2. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.*1. *Decretal.lib.*3.*tit.*28.*cap.*5. & eſt poſt Concil. Lateranen. *p.*5. *cap.*6.

2 *Niſi ab uxore continentiam profitente*, &c.] Ergo ut vir habita uxoris licentia licitè ad Ordines promoveatur, non deſideratur ingreſſus uxoris in Religionem, ſive ſenex, ſive junior ſit, ſed ſatis eſt in utroque eventu ut caſtitatem in ſæculo voveat, ut per gloſſ. *verb.Sequeſtrato, in c.Epiſcopus,*77.*diſt.* & alteram *verb. Religioſum, in cap.quia ſunt*, 28.*diſt.* & *in preſenti* gloſ. *verb. Continentiam, in ultima opinione*, Henric. *num.*5. *&* 8. Franciſc.Marc. *deciſ.*734.*num.*2. *part.*2. Maiol. *de irregular.lib.*1. *cap.*34.*n.*3. *verſ.in aliis autem*, Gaët. *in repet. cap. ad limina*, 30.*q.*195. *num.*465. Verùm licèt hæc opinio ſit valde probabilis, probabilior tamen illa eſt, quæ ſic diſtinguit. Si uxor eſt ſenex, non ſuſpecta de incontinentia, ſufficit votum continentiæ ipſius in ſæculo, ſecus ſi juvenis, tunc enim deſideratur ingreſſus ipſius in Religionem, ut colligitur ex text. *in cap. Vxoratus*, *& in cap.ad Apoſtolicam*, *hoc tit.* & juxta hanc diſtinctionem eſt accipiendus text. *in præſenti*, dum ſolius voti caſtitatis uxoris meminit ad viri promotionem, intelligitur enim quando uxor eſt ſenex, nec de incontinentia ſuſpecta: & ideo hujus ſententiæ ſunt *in præſenti*, Innoc. *in fine*, Hoſt. etiam *in fine*, Butr. etiam *in fine*, & Abb. *num.* 4. Navarr. *in man. cap.*22.*num.*52. Greg.*l.*38.*verb.muy vieja, tit.*6 *part.*1. Covarr. *de ſponſal. p.*2. *cap.*6. §.3. *num.*3. Azor. *inſtit. moral.p.*1. *lib.*13. *cap.*13.*q.*7. Cald.Pereira *de empt. & vend.cap.*30.*num.*16. Gutier. *de matrim.cap.*96.*à princ.*
3 Sanchez *eod.tract.lib.*7.*diſp.*39.*n.*6. ubi *num.*8. reſolvit virum ſacris initiatum ex legitima uxoris licentia manentis in ſæculo cum voto caſtitatis, poſſe ſimul habitare cum ea, ſi ſuſpecti minimè ſint, ſecus ſi ſuſpecti ſint, tunc enim nullatenus ſunt permittendi ſimul habitare, & *num.*18 tenet quod ſi uxor conſenſum præſtitit non ignara juris ſtatuentis quid ipſa efficere debeat, ut vir legitimè promoveatur ad Ordines, nullatenus revocabitur vir ejus ſolo conſenſu promotus ad Ordines, ſecus ſi id jus ignoravit.

4 In gloſſ. *Ad ſacros*, ibi: *Datur intelligi quod poſſit ad minores.* Notatur ad hoc, quod conſtituti in minoribus Ordinibus liberè poſſunt omni tempore, attento jure matrimonium contrahere, ut per Covar. *de ſponſalib. p.*2. *cap.*6.§.3. *num.*3. *in fine*, Henriq. *in ſum. lib.* 10. *de Sacram. Ordinis*, *cap.*2. §.2. *lit.L*, Vaſquez *de Ordine, diſp.*249. *cap.*4. *num.* 39. Azor. *inſtit. moral. part.*1. *lib.*13. *cap.ult.quæſt.*14. Filliuc. *tom.*1. *tract.* 10. *part.*2. *cap.*4. *num.*129.

5 In ead. gloſſ. ibi, *Beneficiis debent privari.* Ergo beneficia eorum, qui in minoribus Ordinibus conſtituti matrimonium contraxerunt, non vacant ipſo jure, & hanc partem tenent Alexand. Carrer. *lib.*3. *de ſponſal. cap.*3. Fr. Emman. *in ſum. tom.*1. *cap.*221. *concluſ.*1. & inſinuat Vaſquez *d.cap.*4.*num.*40. Verùm contraria ſententia verior eſt & receptior, quam expreſsè tenet gloſſ. *verb.Clericalis, in cap.unic. de cleric. conjug.lib.*6. ſequuntur Navarr. *in man.cap.*25. *num.*120. Covar. *de ſponſal.part.*2. *cap.*6.§.3.*n.*4. Azor. *inſtit.moral. part.*1. *lib.*13.*cap.*23. *quæſt.*6.*verſ. Sed quæſtio*, & *quæſt.*8. Gutier. *pract. lib.*2. *quæſt.* 104. *num.*3. Sanch. *de matrim. lib.*7. *diſp.*42. *num.*4. Sayr. *de cenſur. lib.*6.*cap.*5. *n.*10. latè Carol. de Graſſis *de effectib. clerical. effectu* 5. *num.*11. *cum ſeqq.*

6 In gloſſ. *Ab uxore.* Notatur ad hoc, quod non eſt habilis ad Religionis ingreſſum vir, cujus uxor, quæ manet in ſæculo, quamvis ſit ſenex, timetur tamen de ejus incontinentia, etiamſi voto caſtitatis ſit obſtricta, ut per Panorm. *in cap. ad Apoſtolicam*, *n.*1. *de converſ. conjug.* Covarr. *de ſponſal.part.*2. *cap.*6.§.3.*n.*3. Barth. de Vecchis *in praxi obſervanda in admittendis ad Relig. ſtatum novit. diſp.*3. *dub.*3. *num.*6.

SVMMARIVM.

1 *Vxoratus in Epiſcopum promoveri non poteſt, niſi uxor religionem profiteatur*, & n.2.

3 *Maritus qui contraxit matrimonium de præſenti, ſi efficiatur Epiſcopus, non ob id cenſebitur ſolutum matrimonium de præſenti antea contractum.*

4 *Cardinalis ut quis uxorem habens fieri poſſit, an deſideretur ingreſſus uxoris in Religionem, oſtenditur.*

Cap. Sanè V.

COnjugatus non poteſt promoveri ad Epiſcopatum, niſi uxor prius fiat profeſſa in Religione cum ſacro velamine. Colligunt ex Ordin. Abb.antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Joan. Andr. Imol. Anan. Butr. Hoſt. Henric. Anchar. Panorm. Viv. *in ration.lib.*3. *Iuris Pontif. pag.* 309. Alagona *in compend. Iuris Canon. pag.*485. remiſſivè Ximen. *in concord. part.*1. *&* 2. refertur ab Ant. Auguſt. *collect.*1. *Decretal. lib.*3. *tit.*28. *cap.*6. & eſt poſt Concil. Lateran. *part.*5. *cap.*7. 1

Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſumunt Joan. Andr. *num.*3. Butr. *num.*3. Abb. *n.*2. Zabar. *n.*2. *q.*1. Anchar. *ad fin. in præſenti*, Sylveſt. *in ſum. verb. matrimonium* 8. *q.*12. *dicto* 4. *& verb.divortium*, *q.*17. *dicto* 2. Covar. *de ſponſal. p.*2. *cap.*6. §.3.*n.*3. Gregor. *l.*2. *verb.en orden*, *tit.*10.*p.*4. Cajet. *in repet. cap.ad limina* 30.*q.*1.§.4.*q.*194.*n.*468. Franc. Marc. *deciſ.*734. *n.*6.*p.*2. Maiol. *de irregular. lib.*1. *cap.*34.*n.*2. Petr. de Ledeſma *de matrim.cap.*65. *art.*4.*dub.*5.*concl.*6. Sanch. *eod. tract. lib.*7. *diſp.*41.*n.*3. Azor. *inſtit.moral. part.*1. 2
*lib.*13.*cap.*13.*q.*7. Unde quamvis maritus, qui contra- 3
xit Matrimonium de præſenti, efficiatur Epiſcopus, non ob id cenſebitur ſolutum Matrimonium de præſenti antea contractum, quia Epiſcopus non poteſt dici mortuus ſpiritualiter, cùm neque obedientiam abſolutam, neque paupertatem voveat, ita D.Barboſ. *in*
*rub.ff.ſoluto matrim. part.*2.*n.*88. Utrùm autem deſide- 4
retur ingreſſus uxoris in Religionem, ut poſſit maritus ad Cardinalitiam dignitatem promoveri, quæſtio eſt ad præſens inſtitutum non contemnenda, in qua Maiol. *d. cap.*34. *num.*2. aſſerit ſemper deſiderari ingreſſum uxoris in Religionem. Sanch. verò *d.diſp.*41. *num.*4. melius tenet non amplius deſiderari quàm ad Ordines à viro aſſumendos, cùm non inveniatur textus aliquid ſpeciale in hoc caſu decidens, nec ratio, quæ ad aliud ſentiendum cogat.

SVMMARIVM.

1 *Sponſa de præſenti non cognita, quæ dicit ſe velle Religionem ingredi, compellitur infra certum tempus profiteri, vel adhærere marito.*

2 *Religionem ingredi poteſt unus conjugum, altero invito, ante conſummationem matrimonii.*

3 *Matrimonium ratum dirimitur per profeſſionem Militaris Ordinis S.Ioannis Hierſolymitani.*

4 *Matrimonium ratum non diſſolvitur per vota emiſſa à Mantellatis, & à quibuſcumque viris Tertii Ordinis S.Franciſci.*

5 *Eremi*

5 *Eremiticæ vitæ profeſſione non dirimitur Matrimonium ratum.*
6 *Matrimonium ratum non diſſolvitur per vota coadjutorum formatorum, emiſſa in Soc. IESV.*
7 *Matrimonium ratum minimè diſſolvitur per aſcenſum ad Epiſcopatum.*
8 *Declaratur text. in præſenti*, & n.9.
10 *Profeſſio Religionis Chriſti, privilegio ex ſolo jure divino poſitivo, Matrimonium ratum dirimit.*
11 *Deſponſata uxor non dicitur*, & n.12.
13 *Bimeſtre conceſſum ſponſis in hoc text. ad deliberandum de Religionis ingreſſu, eſt arbitrarium.*
14 *Papa poteſt diſpenſare in Matrimonio rato, ut ſoluto ejus vinculo, poſſint liberè conjuges alind Matrimonium inire.*

Cap. Ex publico VII.

1 Sponſa ſi poſt Matrimonium de præſenti, ſed ante copulam carnalem vult ingredi Religionem, cautionem dare debet, ut intra duos menſes ingrediatur, vel redeat ad ſuum virum; & ſi tranſeat ad Religionem, uterque reſtituat alteri, quæ ab eo noſcitur recepiſſe, nam dictum Chriſti Matth.4. & 19. *Non licet viro dimittere uxorem, niſi ob fornicationem*, intelligitur de Matrimonio conſummato cum copula, ſine qua conſummari non poteſt. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Butt. Joan. Andr. Imol. Anan. Hoſt. Henric. Anch. Panorm. Cened. *collect.* 29. Viv. *in ration. lib.* 3. *juris Pontificii, pag.* 309. Alagona *in compendio juris Canon. pag.* 485. remiſſivè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Ant. Auguſt. *collect.* 1. *Decret. lib.* 3. *tit.* 28. *cap.* 7. & eſt poſt Concil. Later. *p.* 4. *c.* 8.

2 Collige ex text. ante conſummationem matrimonii poſſe ſponſum, vel alterum conjugum, etiam altero invito ingredi Religionem; vinculum enim matrimonii rati omninò dirimitur ſolenni Religionis profeſſione alterius ſponſi, ut per DD. citatos *ad c... n.* 2. *ſup. hoc tit.* quibus adde Covar. *de ſponſalibus, p.* 1. *c.* 5. *n.* 11. *verſ. ſextò*, & *p.* 2. *c.* 7. §. 4. *n.* 6. Mathienſ. *ad rub. tit.* 1. *gloſſ.* 1. *à n.* 68. *lib.* 5. *nova recop.* Sayr. *in clavi Regia, lib.* 5. *c.* 7. *n.* 6. plures alios apud Cened. *collect.* 19. *num.* 1. *ad Decretal. & in collect. ad c.* 2. *ſup. hoc tit.*

3 Unde jam primò infertur dirimi matrimonium ratum per profeſſionem Militaris Ordinis S. Joannis Hieroſolymitani, quia hæc eſt ſolennis profeſſio, tum quia hi Equites verè, & propriè Religioſi ſunt: quare ita docent Nav. *ſup. hoc tit. conſ.* 1. *in antiq.* aliàs *conſ.* 2. *in novis*, Fr. Emman. *in ſum. tom.* 1. *c.* 239. *n.* 2. *& ſup. Bull. Cruciata*, §. 9. *n.* 123. *& quæſt. Regul. tom.* 3. *q.* 1. *art.* 7. Petr. de Ledeſma *de Matr. p.* 2. *q.* 61. *art.* 2. *ad* 4. D. Barboſ. *in rub. ff. ſoluto matrim. p.* 2. *n.* 82. me citato *in hoc loco*, Mar. Cutel. *de donat. inter patrem & filium, in tract. primo, diſc.* 2. *part.* 3. *n.* 117. *pag.* 129. Veg. *in ſum. lib.* 6. *caſu* 17. Henriq. *in ſum. lib.* 11. *c.* 8. *num.* 6. Azor. *inſt. mor. p.* 1. *lib.* 13. *c.* 6. *q.* 4. Cened. *d. collect.* 29. *n.* 4. Sanch. *de Matrim. lib.* 2. *diſp.* 18. *n.* 8. Guttier. *eod. tr. c.* 54. *n.* 7. Fr. Baſil. Ponc. *de Sacramento Matrim. lib.* 9. *c.* 7. *n.* 2. *&* 3. & antea *in tract. de impedim. Matrim. c.* 19. §. 4. *verſ. Ego tamen*, ubi *in verſ. praterea*, tenet ſine dubio aſſerendum votis Religioſorum Militum Calatravæ, & Alcantaræ, quibus tantùm promittitur caſtitas conjugalis, non dirimi matrimonium ratum. Quanvis matrimonium ratum non dirimi profeſſione quorumcunque Ordinum Militarium, etiam S. Joannis, teneat Sarmient. *de redditibus Eccleſiaſt. p.* 4. *cap.* 1. *num.* 13. ubi refert pro ſe Sotum *in* 4. *diſt.* 27. *quæſt.* 1. *art.* 4. Illud verò certiſſimum eſt in hac materia, quod per profeſſionem Monialium, & Clericorum Ordinum Militarium ſub clauſura viventium dirimitur Matrimonium ratum, quia ſolennem emittunt profeſſionem, Sanchez *d. diſp.* 18. *n.* 7. Guttier. *d. cap.* 54. *num.* 5. Fr. Baſilius Pontius *d. cap.* 19. §. 5. *verſ. ſed in primis*, ubi loquitur de Tertiariis Sancti Franciſci, & Sancti Dominici in communi viventibus.

Secundò infertur non diſſolvi matrimonium ratum non conſummatum per vota emiſſa à quibuſcunque fœminis Religioſis D. Dominici, quæ apud noſtros *Beata* nuncupantur, Italicè *Bizoche*, & à quibuſcunque viris Tertii Ordinis D. Franciſci; non enim ſolenniter profitentur, ſed votis ſimplicibus ſe alligant, Sanch. *d. diſp.* 18. *n.* 4. Guttier. *d. c.* 54. *n.* 2. Baſil. Pontius *d. tract. de Sacramento Matrim. lib.* 9. *cap.* 8. *num.* 1. ubi *n.* 2. reſolvit profeſſionem ſolennem eſſe Mantellatarum Ordinis Sancti Franciſci, & S. Dominici, quæ collegialiter vivunt, & emittunt tria vota ſubſtantialia, ut ex multis conſtat Summorum Pontificum Conſtitutionibus, quas refert Fr. Emman. *quæſt. Regul. tom.* 3. *quæſt.* 72. *art.* 1. *&* 2. quanvis ipſe Fr. Baſil. *d. cap.* 19. §. 5. probare nitatur per vota Mantellatarum (quæ Hiſpanicè *Beata* dicuntur) Ordinis Eremitarum S. Auguſtini Matrimonium ratum dirimi, niſi illum intelligamus de Mantellatis collegialiter viventibus. 4

Tertiò infertur profeſſione vitæ Eremiticæ non dirimi matrimonium ratum, Sanch. *d. diſp.* 18. *n.* 5. Henriq. *d. lib.* 11. *cap.* 8. §. 7. Guttier. *dict. cap.* 54. *num.* 3. 5

Quartò infertur per vota coadjutorum formatorum, emiſſa in Soc. Jesu non diſſolvi matrimonium ratum præcedens; ſunt enim ſimplicia, quanvis publicè emittantur: ita docent Vaſquez 1. 2. *quæſt.* 96. *art.* 4. *diſp.* 165. *cap.* 10. Petr. Ribadeneira *in lib. de Societatis inſtituto, cap.* 19. §. *el primero*, Henriq. *d. lib.* 11. *cap.* 8. *num.* 7. Sanchez *d. diſp.* 18. *num.* 6. *& in pracepta Decalogi, tom.* 2. *lib.* 5. *cap.* 1. *num.* 29. At verò tribus votis ſimplicibus Soc. Jesu dirimi matrimonium ratum, poſt Henriq. Gabr. Vaſq. & Sanch. reſolvit Baſil. Pont. *d. tract. de Sacramento Matrimonii, lib.* 9. *cap.* 6. 6

Quintò infertur Matrimonium ratum minimè diſſolvi per aſcenſum ad Epiſcopatum, ut per Henriq. *lib.* 10. *c.* 30. *n.* 3. *lit. Q, & R*, & *lib.* 12. *c.* 5. *n.* 9. Sanch. *d. diſp.* 18. *n.* 9. 7

Infra duorum menſium ſpatium, &c. Intellige ad deliberandum de Religionis ingreſſu, ad profeſſionem verò datur annus integer, qui à judice coarctari non poteſt: ita docent *in præſenti* Hoſt. *ſuper verb. Infra duorum*, & Butr. *n.* 12. D. Anton. Sot. Batth. à. Ledeſma, & alii, quos refert, & ſequitur Sanch. *d. lib.* 2. *diſp.* 24. *n.* 4. adde Fr. Baſil. *d. c.* 19. §. 2. *in princ. & d. tract. de Sacram. Matrim. lib.* 9. *c.* 9. *n.* 2. Barth. de Vecchis *in praxi obſervanda in admittendis ad Religionis ſtatum novit. diſp.* 3. *dub.* 2. *ex n.* 3. Gutt. *de Matr. c.* 54. *n.* 15. Quanvis hujuſmodi bimeſtre præſcriptum eſſe ad profitendum, itaut teneatur ſponſus Religionem ingrediens intra illud profiteri, vel matrimonium conſummare, minus benè teneant *in præſenti* Innoc. *c. un.* & Abb. *n.* 11. ac Nav. *in man. c.* 16. *n.* 27. Unde juxta priorem ſententiam, quæ verior eſt, ſponſam duodennem per quatuor annos debet ſponſus expectare, donec profiteatur, cùm profiteri nequeat ante 16. annum expletum, attento Concil. Trid. *ſeſſ.* 25. *de Regul. c.* 15. & ita docent Henriq. *lib.* 12. *cap.* 5. §. 8. *lit. F*, poſt Menoch. Fr. Emman. *quæſt. Regular. tom.* 3. §. 13. *art.* 4. Guttier. *d. cap.* 54. *n.* 12. Baſilius Pontius *d. cap.* 9. *n.* 3. 8

Sanch. *d. diſp.* 24. *n.* 9. ubi *n.* 10. reſolvit, ſi alter ſponſus prætextu Religionis nimis differat matrimonium conſummare, vagando de una Religione in aliam intra novitiatus annum, poſſe judicem compellere, dato termino peremptorio, ut maneat in una Religione, in qua completo novitiatus anno profiteatur, vel ad ſponſum alterum redeat, & conſummet matrimonium, quia aliàs cederet in magnum alterius ſponſi damnum, qui diu, imò & toto vitæ ſpatio poſſet manere ligatus primo matrimonio, & ſic non poſſet ſibi mederi aliud contrahendo.

9 Illud advertere oportet pro pleniori hujus text. intellectu, bimeſtre conceſſum in præſenti ad deliberandum de ingreſſu in Religionem, currere à die celebrati conjugii, ut docent Fr. Baſil. *d. c.* 19. §. 2. *in princ. & d. tract. de Sacram. Matrim. lib.* 9. *c.* 9. *n.* 4. *cum ſeqq.* Sanchez *d. diſp.* 24. *n.* 21. ubi etiam reſolvit, quod ſi judex præſcribat tempus, ab eo tempore menſes computabuntur eo modo, quo tunc occurrunt in Kalendario, & de momento ad momentum, & *n.* 25. tenet, ſi ſponſi nolint ingredi Religionem, non teneri ſtatim inito matrimonio, ſibi invicem reddere debitum, donec bimeſtre tranſeat, quia id tempus conceditur *in hoc text.* ad deliberandum de ingreſſu Religionis, quanvis autem hodie neuter conjux ingredi intendat, poteſt tamen propoſitum in melius commutare, & ita licebit id tempus expectare: & *n.* 27. aſſerit, ſi bimeſtri tranſacto, vel tempore à judice præſcripto ad conſummandum matrimonium, neuter ſponſus ad Religionem tranſiit, & matrimonium conſummatum non eſt, adhuc poſſe ingredi, quia licèt peccaverit negando debitum poſt id bimeſtre, etiamſi Religionem ingredi intenderet, minimè tamen amiſit jus ſtatim ingrediendi.

10 *Secundùm interpretationem ſacri eloquii.*] Ergo profeſſio Religionis Chriſti privilegio ex ſolo jure divino poſitivo matrimonium ratum dirimit, ut per Scot. Vict. Sot. Cordub. & alios, quos refert, & ſequitur Fr. Baſil. Ponc. *d. c.* 19. §. 2. *verſ. ſed mihi, & d. lib.* 9. *c.* 5. *n.* 4. Gutier. *can. lib.* 1. *c.* 17. *n.* 26. 35. & 43. *& de matrimon. c.* 54. *n.* 8. Sanch. *d. lib.* 2. *diſp.* 19. *n.* 3. Rebel. *de obligat. juſtitiæ, p.* 2. *lib.* 3. *q.* 4. *ſect.* 2. *à n.* 12. Quanvis diſſolvi ſolo jure Pontificio, minùs benè teneant *in præſenti* Hoſt. *ſuper verbo conſummatum*, Joan. Andr. *n.* 9. & Butr. *n.* 16. Mich. Medina *lib.* 5. *de continentia ſacrorum hominum, c.* 87. *& ſeq.* Vaſq. 1. 2. *diſp.* 165. *c.* 5. & Fr. Emman. Ribadeneira, Leſſius, & alii, quos refert, & ſequitur Nicol. Garc. *de beneſic. p.* 7. *c.* 10. *num.* 76.

11 *Viro deſponſata.*] Ergo deſponſata uxor non dicitur, ut per Tiraq. *de jure mariti, gloſſ.* 2. *n.* 19.

12 *Tranſire voluerit.*] Intellige cum effectu, ſequutâ ſcilicet profeſſione, ut per Fr. Emman. *quæſt. Regul. tom.* 3. *q.* 1. *art.* 3.

13 In gloſſ. *Infra duorum.* Notatur ad hoc, quod bimeſtre conceſſum ſponſis *in hoc text.* ad deliberandum de Religionis ingreſſu eſt arbitrarium, & ita poteſt judex id cauſa cognitâ reſtringere, vel prorogare, quia datur miniſterio judicis, ſequuntur *in præſenti* Zabar. *q.* 6. & Abb. *n.* 11. Nav. *in man. c.* 16. *n.* 27. Fr. Emman. *in ſum. tom.* 1. *c.* 242. *n.* 1. Gutier. *de matrim. c.* 54. *n.* 15. Fr. Baſil. *d. c.* 19. §. 2. *in princ.* & latè *d. lib.* 9. *c.* 9. *n.* 8. *&* 9. Sanch. *d. lib.* 2. *diſp.* 24. *n.* 12.

4 In gloſſ. *Conſummatum*, ibi, *Vincent. dixit, quod Papa per diſpenſationem poſſet diſſolvere tale matrimonium*, &c. Hanc gloſſæ ſententiam, quod ſcilicet poſſit Pontifex diſpenſare in matrimonio rato, ut ſoluto ejus vinculo, poſſint liberè conjuges aliud matrimonium inire, ſequuntur *in præſenti* Innoc. *in fine*, Hoſtienſ. *verbo conſummatum*, Joan. Andr. *n.* 9. Butr. *n.* 16. Zabar. *n.* 2. *q.* 1. Abb. *in fine*, docent etiam Anch. Bero. Dec. Socin. Curt. Crot. Loazes, Roſel. Sylveſt. Armil. Evérard. Hieron. de Monte, Villalob. Borgaſ. Bertach. Cajet. Medina, & alii plures, quos refert, & ſequitur Sanch. *d. lib.* 2. *diſp.* 14. *n.* 2. Navar. *in man. c.* 22. *n.* 21. *& ſub tit. de ſponſal. conſ.* 49. *in antiq.* aliàs *conſ.* 3. *in novis*, Card. Bellarm. *lib.* 2. *de Monachis, c.* 38. §. *altera ſolutio eſt, & §. ad tertium dico*, Gregor. *l.* 8. *verbo orden, tit.* 10. *p.* 4. Menoch. *de arbitr. caſu* 455. *n.* 4. *& de præſ. lib.* 2. *præſ.* 10. *n.* 37. *& conſ.* 15. *n.* 9. *& conſ.* 385. *n.* 4. *cum ſeqq.* Henriq. *d. lib.* 11. *c.* 8. §. 11. *& lib.* 12. *c.* 5. §. 3. *& c.* 16. §. 7. Surd. *conſ.* 364. *n.* 57. Fr. Emman. *qq. Regul. tom.* 3. *q.* 1. *art.* 5. Valent. *tom.* 3. *diſp.* 6. *q.* 6. *punct.* 7. *& tom.* 4. *diſp.* 10. *q.* 1. *punct.* 7. D. Barboſ. *in rub. ff. ſoluto matrim. p.* 2. *n.* 84. 102. *&* 103. & Baſil. Ponc. *d. lib.* 9. *c.* 3. Sanch. *d. lib.* 2. *diſp.* 14. *n.* 2. Azor. *inſt. moral. p.* 2. *lib.* 5. *c.* 2. *q.* 3. Farin. *in praxi crimin. p.* 5. *q.* 143. *n.* 8. Rebell. *de oblig. juſtitiæ, p.* 2. *lib.* 2. *q.* 15. *ſect.* 5. Franc. Molin. *de ritu nupt. lib.* 1. *compar.* 19. *n.* 123. Cevall. *commun. contra communes, q.* 343. Cabed. de Vaſconcellos *diverſ. juris argum. lib.* 5. *c.* 5. Leſſ. *de juſt. lib.* 2. *c.* 40. *n.* 116. *& c.* 41. *n.* 69. Nicol. Garc. *de benef. p.* 7. *c.* 10. *n.* 73. Soar. *de legib. lib.* 2. *c.* 14. *n.* 3. *&* 20. novè Joan. Valer. *de different. inter utrumque forum, verbo diſpenſatio, differ.* 6. *n.* 4. & me citato *in hoc loco*, Mar. Cutel. *de donat. inter patrem & filium, tract. primo, diſ.* 2. *p.* 3. *n.* 129. *pag.* 131. & cenſuit S. Congreg. Concilii *in Marſicana*, 13. *Novembris* 1627. ex cauſa ſcilicet publicam utilitatem reſpiciente, & Rota *in cauſa Burgen. diſſolutionis matrimonii*, 17. *Junii* 1594. coram D. Juſto, dixit quoad poteſtatem Papæ diſſolvendi matrimonii rati non conſummati, non eſſe dubitandum, quia hæc eſt communis opinio Canoniſtarum, præſertim de conſenſu conjugum, & ex juſta cauſa. Quanvis contrarium, imò Summum Pontif. non poſſe diſpenſare in matrimonio rato, teneant Cov. *de ſponſal. p.* 2. *c.* 7. §. 4. *n.* 13. Mathienſ. *in rub. tit.* 1. *gloſſ.* 1. *n.* 77. *lib.* 5. *nova recop.* Gutier. *canon. lib.* 1. *c.* 17. *à n.* 12. *in fine*, Bartholom. de Ledeſma *de matrimon. dub.* 64. *in fine*, Petr. de Ledeſma *eodem tract. q.* 67. *art.* 2. *dub.* 1. Petr. de Soto, Corduba, Vega, Ludov. Lopez, Aragon. & alii, quos refert Nicol. Garc. *dict. cap.* 10. *n.* 84. & multò plures apud Cened. *d. collect.* 29. *num.* 7.

SUMMARIUM.

1 *Uxoratus non poteſt tranſire ad Religionem, niſi uxor priùs voverit caſtitatem.*

2 *Profeſſio conjugis, altero juvene, & ſuſpecto de incontinentia non profitente, ſed manente in ſæculo cum voto caſtitatis, an valida ſit, oſtenditur.*

3 *Profeſſio conjugis ſolemniter facta de licentia ſpontanea alterius, qui manens in ſæculo continentiam non promiſit, eſt valida.*

4 *Profeſſus ſolemniter de licentia ſpontanea uxoris, quæ manens in ſæculo continentiam non promiſit, ad ejus petitionem non poteſt revocari jure actionis, ſed ex ſolo judicis officio.*

5 *Conjux ex his terminis, quibus poteſt à conjuge revocari, an poſſit propria auctoritate exire, oſtenditur.*

Cap. Uxoratus VIII.

Uxoratus ad Religionem recipi non debet, niſi 1
uxor ſit ita ſenex, ut nulla ſuſpicio ſit tranſcundi

ſecundi ad ſecunda vota, & publicè in conſpectu Eccleſiæ profiteatur continentiam, & in domo propria, cum ſuis filiis, & familia remaneat; ſi non eſt talis, ingrediatur Religionem; ſin minus, eius vir non recipiatur. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Imol. Anan. Butr. Hoſt. Henric. Anchar. Panorm. Viuian. *in ration. lib. 3. juris Pontificij, pag. 310.* Alagona *in compendio juris Canon. pag. 486.* remiſſiuè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. part. 1. & 2.* refertur ab Ant. Auguſt. *collect. 1. Decret. lib. 1. tit. 28. cap. 10.* & eſt poſt Concil. Lateran. *part. 5. cap. 9.*

2 Vide dicta *ad cap. cùm ſis, ſupr. hoc tit.* Vtrùm autem valeat conjugis profeſſio altero juuene, & ſuſpecto de incontinentia non profitente, ſed manente in ſæculo cum voto caſtitatis, dubitant Doctores: Angles *in floribus Theologic. p. 1.* ubi *de matrim. q. 1. de eſſentialib. illius, diſp. 27. art. 3.* affirmat non valere; ſed veriſſima ſententia eſt talem profeſſionem eſſe validam, quia non eſt de eſſentia profeſſionis coniugis profeſſio alterius, ſed ſolùm deſideratur, vt profeſſio ſit licita; tum quia text. *in præſenti*, & ſimiles non irritant contrà factam, ita ſentiunt Palud. Sylueſt. Roſel. Tabien. & Sot. quos refert, & ſequitur Barthol. à S. Fauſto *in theſauro Religioſorum, lib. 5. q. 65.* Navar. *ſub hoc tit. conſ. 24. n. 3.* Henriq. *in ſum. lib. 11. c. 8. n. 9.* Azor. *inſtit. moral. p. 1. lib. 11. c. 1. q. 6.*

3 In gloſſ. *Nullatenus*, ibi, *Ego credo, quod Monachus ſit, &c.* Notatur ad hoc, quod profeſſio conjugis ſolemniter facta de licentia ſpontanea alterius, qui manens in ſæculo continentiam non promiſit, eſt valida, ſequuntur *in præſenti* Butr. *n. 5.* & Abb. etiam *num. 5.* Syluest. *verbo matrimonium 8. q. 13. dicto 4.* Henriq. *in ſum. lib. 11. de matrim. c. 15. n. 9. lit. O,* Azor. *inſtit. moral. p. 1. lib. 11. c. 1. q. 6. verſ. ſi quæras,* Sanch. *de matrim. lib. 7. diſp. 33. n. 4.* Guttier. *eod. tract. c. 95. n. 13.*

4 In ead. gloſſ. ibi, *Epiſcopus tamen per officium ſuum, &c.* Notatur ad hoc, quod profeſſus ſolemniter de licentia ſpontanea vxoris, quæ manens in ſæculo continentiam non promiſit, ad ejus petitionem non poteſt reuocari jure actionis, ſed ex ſolo judicis officio, cuius eſt conſulere periculo incontinentiæ conjugis in ſæculo relicti, dum id imminere viderit, reuocando profeſſionem, & eum illi reſtituendo, quia cùm profeſſioni conſenſum præſtiterit, ceſſit juri ſuo, quod in eum habebat, ac proinde amplius actionem non habet; ſequuntur *in præſenti* Ioan. Andr. *in fine,* Butr. *n. 5.* Abb. *n. 6.* & Anchar. *in fine,* & Zabar. *q. 1.* Gregor. *l. 11. verbo de ſuo officio, tit. 7. p. 1.* Azor. *inſtit. moral. p. 1. lib. 12. c. 1. q. 6. verſ. ſi quæras,* Sanch. *d. lib. 7. diſp. 33. n. 18.*

5 Vtrùm conjux in his terminis, qui poteſt à conjuge reuocari, poſſit propria auctoritate exire, ſolet à nonnullis dubitari: at dicendum eſt minimè poſſe propria auctoritate egredi; quia verè profeſſus eſt, & tenetur ad obedientiam, & quamvis initio peccauerit ingrediens Religionem non ſeruatis jure præſcriptis in conjuge manente in ſæculo, perſiſtens verò in Religione non peccat, quia jam non eſt ſui juris, & licèt poſſit reuocari, id non eſt jure actionis competentis alteri conjugi, ſed ex mero judicis officio, ex ſupradictis, ita citata hac gloſſ. poſt Anchar. & Zabar. *in præſenti,* docet Sanc. *d. diſp. 33. n. 15.*

SUMMARIUM.

1 *Coniugatus faciens profeſſionem vxore conſentiente, licèt nunquam intrauerit Monaſterium, ſi mortua conjuge cum alia contrahat, non valet Matrimonium, & Monaſterium intrare compellitur.*

2 *Vxoratus profeſſus à Monaſterio reuocatus eo quòd deſiderata ſint aliqua jure requiſita, ac conjugi reſtitutus, tenetur eo conjuge defuncto ad Monaſterium redire.*

3 *Profeſſio conjugis facta de licentia alterius non voventis caſtitatem, valet.*

4 *Vxor manens in ſæculo ſi errat conſcientia juris diſponentis virum non poſſe profiteri, niſi ipſa licentiam concedens voueat caſtitatem, ſi ſenex ſit, quamvis iuuenis ingrediatur Religionem, non poteſt vir profeſſus reuocari, ſecus ſi ipſa huius juris inſcia erat.*

Cap. Ex parte j. XIX.

Vrbanus III.

VXoratus, qui de conſenſu vxoris habitum ſumpſit, & votum ſolemnizavit, deinde manſit cum vxore, quia non vovit, nec ingreſſa eſt Religionem, & erat iuuenis, ſi illa mortua accepit alteram, cogitur per excommunicationem relinquere eam, & ingredi Monaſterium. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Butr. Joan. Andr. Imol. Anan. Hoſt. Anchar. Henric. Panorm. Viv. *in ration. lib. 3. juris Pontif. pag. 310.* Alagona *in compend. juris Canon. pag. 486.* remiſſiuè Ximen. *in concord. p. 2.* refertur ab Ant. Aug *collect. 2. Decret. lib. 3. tit. 19. c. 1.* 1

Collige ex text. vxoratum profeſſum, à Monaſterio reuocatum, eo quòd deſiderata ſint aliqua jure requiſita, ac conjugi reſtitutum, teneri eo coniuge defuncto ad Monaſterium redire, vt per Gregor. *l. 12. verbo vale el caſamiento, tit. 7. part. 1.* Sylveſt. *verbo divortium, q. 17. dicto 3.* Angel. *in florib. Theolog. p. 1. vbi de matrim. q. 1. de eſſentialib. matrim. dub. 27. art. 3. diffic. 5.* Azor. *inſtit. moral. p. 1. lib. 12. c. 1. q. 6. verſ. ſi quæras,* Sanch. *de matrim. lib. 7. diſp. 33. n. 5.* Guttier. *eod. tract. c. 95. n. 24.* Quare ſi profeſſus ille aliud matrimonium tunc ineat, erit irritum ratione voti ſolemnis in illa profeſſione valida emiſſi, vt clarè deſumitur ex hoc text. vbi jubetur hujuſmodi profeſſum, vxore poſteà ducta dimiſſa, ad Monaſterium, à quo ad priorem vxorem reuocatus fuerat, redire: ita docent Abb. *hîc, n. 2.* Henriq. *in ſum. lib. 11. c. 15. §. 9* Barth. à S. Fauſto *in theſauro Relig. lib. 5. q. 67.* Greg. Angel. Azor. & Sanch. *citatis locis.* Communis enim, tam Theologorum, quàm Canoniſtarum ſententia habet profeſſionem conjugis factam de licentia alterius non vouentis caſtitatem valere, Azor. *d. q. 6.* Durand. Ricc. Maior, Adrian. Sylu. Palac. Roſel. Henriq. Vega, & alii, quos refert, & ſequitur Barth. à S. Fauſto *d. lib. 5. quæſt. 66.* 2 3

In gloſſ. *Conſentiente vxore*, ibi, *Laur. dixit quod ſi ſcit jus, vel ei dicatur, intelligitur vovere, aliàs non.* Notatur hæc gloſſ. ad hoc quod ſi vxor manens in ſæculo erat conſcia juris diſponentis virum non poſſe profiteri, niſi ipſa licentiam concedens voueat caſtitatem, ſi ſenex ſit, etſi iuuenis ingrediatur Religionem, non poteſt vir profeſſus reuocari, ſecus ſi ipſa hujus juris inſcia erat, ſequuntur Abb. *hîc, n. 4.* Greg. *l. 11. verbo eſto, tit. 7. p. 1. & l. 2. verbo de guardar, tit. 10. p. 4.* Henriq. *d. §. 9.* Barth. à S. Fauſto *d. lib. 5. q. 72.* Sylveſt. Tabien. Sot. & alij, quos refert, & ſequitur Sanch. *d. diſp. 33. n. 14.* vbi dicit Doctores citatos meritò loqui de vxore iuris ignara, quia ſi eſſet vir, ſive eſſet juris conſcius, ſiue eo ipſo quod vxori licentiam profitendi concederet, cenſeretur vouere, ac proinde ceſſaret reuocatio, quòd in ipſo non habeat locum reg. *ignorantia, de reg. juris in 6.* 4

SUMMARIUM.

1 *Profeſſus Religionem vxore viuente, & diſſimulante, ea mortua ad ſæculum redire non poteſt*, & n. 2.

3 *Declaratur text. in præſenti.*

Cap. Conſuluit X.

Clem. III.

1 PRofeſſus Religionem vxore viuente & diſſimulante, ea mortua non poteſt aliam ducere. & ſi ducit, debet relinquere illam, & ingredi ſuum Monaſterium, quia non eſt vxor, & profeſſio tenet. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Butr. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſt. Anchar. Henric. Panorm. Viv. *in ration. lib. 3. juris Pontif. pag.* 311. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 486. remiſſiuè Ximen. *in concord. p.* 2. refertur ab Ant. Aug. *collect. 2. Decret. lib. 3. tit. 19. c. 2.*

2 Hanc eandem concluſ. ex hoc text. deſumunt Brunel. *de ſponſalib. concl. 30. n. 9.* Sylveſt. *verbo matrim. 8. q. 12. dict. 4. & 5. & verbo diuortium, q. 14. & q. 16. in fine*, Azor. *inſtit. moral. p. 1. lib. 12. c. 1. q. 6. verſ. ſi quæras*, ſtatim *in princip.* Ea ſcilicet ratione, quia ex quo profeſſus ille revocatus non eſt altero ſuperſtite, eo vita functo efficitur incontinenti omnino valida prior profeſſio, cùm ablatum ſit obſtaculum ejus firmitati aduerſum: eo maximè, ſi toto vitæ ſpatio coniux in ſæculo relictus diſſimulauit, cùm poſſet reclamare, quo caſu, de quo videtur loqui text. *in præſenti*, ratam effici profeſſionem, tanquam per illam diſſimulationem, & ſilentium vſque ad mortem videatur conſenſiſſe, docent Abb. *hic, num. 2.* Zabar. *in fine*, & But. etiam *in fine*, Ludovic. Lopez *part. 2. inſtruct. conſcient.* vbi de matrimon. *c. 54. col. antepen.* Henriq. *in ſumma, lib. 11. c. 5. num. 10.* optimè Nauar. *ſub hoc tit. conſil. 4. num. 4. in*
3 *antiq. & conſil. 5. num. 4. in novis*, vbi ſic ait: Nec obſtat *d. cap. conſuluit*, quia diſponit de conjugato, qui emiſit profeſſionem ſciente vxore, & diſſimulante, & ita non contradicente, nec expreſsè conſentiente dum viueret; per illam enim diſſimulationem, & taciturnitatem vſque ad mortem, illa conſequuta, videtur conſenſiſſe. Et licèt hæc ad hunc text. explicatio ſit ab omnibus recepta, ei tamen acquieſcere non poteſt Sanchez *de matrim. lib. 7. diſp. 34. n. 18. & diſp. 35. n. 15.* ait enim profeſſionem à principio nullam ratam non effici ſola morte coniugis, niſi noua ratificatio accedat, & ideò cum Angel. *in ſumma, verbo matrimonium 4. n. 16.* videtur approbare intellectum, quem præſtat gloſſ. *verbo tranſiens, & verbo dirimendum, in præſenti*, dum hunc textum explicat quando adfuit conſenſus, vel poſtea ratificata eſt profeſſio.

SUMMARIUM.

1 *Coniux, quæ continentiam vouit, tenetur reddere debitum conjugi, licèt ad tempus voto conſenſerit.*

2 *Votum caſtitatis ab vno conjugum de alterius licentia emiſſum, non officit iuri concedentis licentiam, quia ſic vouens, quamvis petere nequeat, at reddere tenetur.*

3 *Declaratur text. in præſenti.*

4 *Vouens omnimodam caſtitatem de alterius coniugis licentia, an debitum reddere teneatur, remiſſiuè.*

Cap. Chariſſimus XI.

Cæleſt. III.

VXor ſi vouit continentiam perpetuam, & vir non, ſed præbuit conſenſum ad tempus, debent ſe inuicem maritali affectione tractare. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Imol. Anan. Butr. Anchar. Hoſt. Henric. Panorm. Viu. *in ration. lib. 3. juris Pontif. pag.* 311. Alagona *in compend. juris Canon. pag.* 487. remiſſivè Caſal. *in annotat.* & Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Anton. Auguſt. *collect. 2. Decret. lib. 3. tit. 19. c. 3.* 1

Si inveneritis virum ad tempus præbuiſſe conſenſum, &c. Ergo ſecus] eſſet ſi vxor de licentia viri continentiam vouiſſet perpetuam, & ideo conjugem, ex cujus licentia alter ſolus caſtitatem vouit, non poſſe debitum petere, tenent *in præſenti* gloſſ. *verbo præbuiſſe*, & Butr. *n. 3.* ac Abb. *n. 5.* Stunic. *de voto, q. 3. n. 62.* vbi etiam reſoluit ſi is, qui licentiam conceſſit, debitum petat, alterum peccare mortaliter ſi reddat, Abulenſ. *ad c. 30. Numer. q. 81.* Sed verius eſt hujuſmodi votum (niſi aliud ſpecificetur) minimè officere juri concedentis licentiam, ſed eam intelligendam eſſe, vt vouens coniux ſe ex parte ſua ad continentiam obliget abſque concedentis præjudicio, itavt petere nequeat, at reddere teneatur: ita tenent *in c. 1. ſupr. hoc tit.* Innocent. *in fine*, Joan. Andr. *n. 2.* Butr. *n. 6.* Abb. etiam *n. 6.* Anchar. *n. 7.* Zabar. *q. 3.* Navarr. *in man. c. 12. n. 59. & c. 16. n. 31.* Veg. *in ſumma, tom. 2. c. 129. caſu 77.* Anton. Gomez *ſuper Bullam Cruciatæ, clauſ. 10. n. 68.* Fr. Emman. *in ſumma, tom. 1. c. 243. n. 14. & tom. 2. c. 90. num. 5.* Roſel. Angel. Tabien. Syluest. Sot. Philiarch. Vgolin. & alii, quos refert, & ſequitur Sanchez *de matrim. lib. 9. diſp. 36. n. 5.* vbi *n. 9. verſ. ad quartum*, explicat 2
cum Abb. *hic, n. 8.* verbum, *maximè*, in hoc text. referri 3
ad votum temporale, vt ſit ſenſus virum poſſe debitum petere, maximè ſi non vovit continentiam perpetuam, ſed temporalem, id eſt, etiamſi maritus vouiſſet continentiã temporalem, cùm tempus ſit jam elapſum.
Quid autem dicendum ſit vbi alter coniux expreſſim 4
conceſſit licentiam alteri vouendi omnimodam caſtitatem? vide eundem Sanch. *diſp. 36. n. 7.* An verò coniux, qui de licentia alterius vouit caſtitatem, teneatur reddere alteri? vide eundem Sanch. *loc. cit. n. 11.*

SUMMARIVM.

1 *Conjux ſi altero inſcio profiteatur, non poteſt à Religione recedere, niſi viro repetente, reductus tamen non cogitur altero mortuo redire ad Monaſterium*, & n. 2.

3 *Votum caſtitatis poſt matrimonium conſummatum emiſſum ab altero conjuge abſque alterius licentia, eſt validum, & obligat ad non petendum.*

4 *Conjux ſine licentia profeſſus an poſſit propria auctoritate Religionem deſerere, altero non repetente, oſtenditur.*

5 *Libellus vbi continet plura capitula, valet ſententia ſuper aliquibus, nec in reliquis cenſetur judex condemnare, vel abſoluere.*

Cap. Placet XII.

COniux ſi altero inſcio (quem fortè ad diuturnam abſentiam, & aliorum dicta putabat defunctum,) non poteſt à Religione recedere, niſi viro repetente, reductus tamen non cogitur redire ad Monaſterium. Colligunt ex Ordin. Viuian. *in rationali lib. 3.* 1

lib. 3. juris Pontificii, *pag.* 312. Alagona *in compend. juris Canon. pag.* 487. remiſſivè Ximen. *in concord. p.* 1. & 2. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 3. *Decret. lib.* 3. *tit.* 19. *cap.* 4.

2 Hanc eandem concluſ. ex hoc text. deſumunt Greg. *l.* 7. *verbo para guardar*, *tit.* 2. *p.* 4. Henriq. *in ſum. lib.* 12. *cap.* 5. §. 10. *lit. E, F, & G*, Fr. Emman. *quæſt. Regul. tom.* 3. *quæſt.* 13. *art.* 3. & plura circa materiam hujus text. tradit Sanch. *de Matrim. lib.* 7. *diſp.* 44. & dicam latiùs *in gloſſ. num.* 4.

3 *Eatenus tamen fuit obligatorium*, &c.] Notatur ad hoc, quod votum caſtitatis poſt matrimonium conſummatum emiſſum ab altero conjuge abſque alterius licentia, eſt validum, & obligat ad non petendum debitum, ut per Butr. *hic*, *n.* 6. Cajet. 2. 2. *q.* 88. *art.* 8. Navar. *in man. c.* 12. *n.* 60. *in fine*, Stunic. *de voto*, *quæſt.* 4. *num.* 18. Henriq. *in ſum. lib.* 11. *cap.* 15. §. 8. *in fine*, Ant. Gom. *ſuper Bullam Cruciatæ*, *clauſ.* 10. *num.* 67. Barthol. à S. Fauſto *in theſauro Religioſorum*, *lib.* 1. *quæſt.* 288. Sot. Philiarch. Aragon. Angel. Sylveſt. & alios, quos refert, & ſequitur Sanch. *de Matrim. lib.* 9. *diſput.* 35. *num.* 25. & *num.* 26. reſolvit hujuſmodi votum eſſe prorſus irritum quoad non reddendum debitum: & *num.* 29. aſſerit non ſolum votum hoc obligare ad non petendum, ſed etiam ad non ineundum aliud matrimonium: & *num.* 30. quod obligat etiam id votum ad abſtinendum à quovis actu venereo extra matrimonium. Quicquid alterum conjugum poſt matrimonium conſummatum poſſe ſine alterius licentia caſtitatem vovere, teneant S. Thom. *in* 4. *diſt.* 32. *quæſt. unic. art.* 4. Palud. *in* 4. *diſt.* 38. *quæſt.* 3. *art.* 5. Petr. Sot. *lect.* 10. *de matrim.* §. *ult.* Barthol. de Ledeſma *de matrim. diffic.* 71. Sà *verbo Votum*, *num.* 27. Armil. *verbo Debitum*, *num.* 19. & alii.

4 In gloſſ. *In ejus poteſtate*, ibi, *& ſic authoritate propria exire non poterat.* Notatur ad hoc, quod conjux ſine licentia profeſſus non poteſt propria auctoritate Religionem deſerere altero non repetente, ut per Butr. *hic*, *num.* 11. Abb. *num.* 3. Navar. *ſub hoc tit. conſ.* 3. *num.* 3. *in antiq. & conſ.* 6. *num.* 3. *&* 4. *in novis*, Veg. *in ſum. tom.* 2. *cap.* 34. *caſu* 104. Sanch. *d. lib.* 7. *diſput.* 34. *num.* 14. ubi *num.* 15. contrarium ſibi perſuadere aſſerit, eo quòd nullius valoris fuerit votum illud Religionis, vide apud eum: & *num.* 16. contra Doctores proximè citatos reſolvit conjuge, ſine cujus licentia profeſſio facta eſt, conſenſum præſtante illi profeſſioni, licitum eſſe profeſſo in foro conſcientiæ exire, non obſtante conſenſu manentis in ſæculo, & poſſe hunc ab illo repeti.

5 In gloſſ. *Tenuit*, ibi, *dic quod ſententia*, &c. Notatur hoc, quod ubi plures res inſimul petuntur, vel libellus continet plura capitula, valet ſententia ſuper aliquibus, nec in reliquis cenſetur judex condemnare, vel abſolvere, quia tot cenſentur petitiones, quot ſunt capitula petita, argum. *l. ſcire*, *ff. de verbor. obligat. l. etiam* 30. §. 1. ubi *gloſſ. ult. ff. de minorib.* Ant. Gom. *tom.* 2. *var. cap.* 11. *num.* 16. Vant. *de nullit. tit. ex defectu proceſſus*, *num.* 100. *verſ. ſecus.*

Cap. Ad Apoſtolicam XIII.

Innoc. III.

1 Conjux non poteſt fieri Religioſus ſine altero, vel ſi ſit ſine ſuſpicione incontinentiæ, & voveat. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Imol. Anan. Hoſt. Henric. Butr. Anchar. Panorm. Vivian. *in ration. lib.* 3. *juris Pontif. pag.* 312. Alagona *in compend. juris Canon. pag.* 487. remiſſivè Ximen. *in concord. p.* 1. & 2. refertur ab Ant. Auguſt. *collect.* 3. *Decret. lib.* 3. *ſub tit. de Regular. cap.* 2.

Vide quæ dixi *ad cap. cùm ſis* 4. *ſuprà*, *hoc tit.* qui concordat cum hoc tit.

SUMMARIUM.

1 *Sponſalia de præſenti diſſolvuntur per Religionis profeſſionem, non per propoſitum caſtitatis ſervandæ in ſæculo.*

2 *Cauſa ſolum impulſiva, & inductiva voti ſi eſſet, ea ceſſante ceſſat adhuc obligatio voti, quamvis in hoc caſu facilior ſit cauſa diſpenſandi.*

3 *Diſpenſationes, ac cæteras gratias vitiat omnis expreſſio falſi, etiamſi cauſa falsò expreſſa ſit impulſiva.*

4 *Profeſſio vitæ eremiticæ non dirimit matrimonium ratum.*

5 *Matrimonium ratum non diſſolvitur per ſuſceptionem ſacrorum Ordinum.*

Cap. Ex parte ij. XIV.

Sponſalia de præſenti diſſolvuntur ſolùm per pro- 1
feſſionem in Religione, & perpetuæ continentiæ votum in ſæculo, aliter non ſolvuntur, etiamſi alter conjugum fiat, vel ſit hæreticus, & nolit remanere cum altero ſine contumelia Creatoris, niſi fortè ſecus fiat ex revelatione divina, ut accidit in quibuſdam Sanctis. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Butr. Imol. Anan. Hoſt. Henric. Anchar. Panorm. Vivian. *in ration. lib.* 3. *juris Pontif. pag.* 312. Alagona *in compend. juris Canon. pag.* 487. remiſſivè Ximen. *in concord. p.* 2. refertur ab Ant. Auguſt. *collect.* 3. *Decret. lib.* 3. *tit.* 15. *cap.* 1.

Quamvis falſa ſit cauſa, &c.] Notatur ad hoc, quod 2
ſi cauſa ſolum impulſiva & inductiva voti ceſſet, ea ceſſante ceſſat adhuc obligatio voti, quamvis in hoc caſu facilior ſit cauſa diſpenſandi, ut per Tiraquel. *in tract. ceſſante cauſa*, *part.* 1. *num.* 250. *& limit.* 1. *num.* 1. Sayr. *in Clavi Regia*, *lib.* 6. *cap.* 8. *num.* 14. Azor. *inſtit. moral. part.* 1. *lib.* 11. *cap.* 5. *quæſt.* 13. Et notatur ad hoc, quod regula *cap. cùm ceſſante*, *de appellat.* non procedit in ſpiritualibus, ut per Tiraquel. *d. tract. Ceſſante cauſa*, *limit.* 39.

In gloſſ. *Falſa.* Notatur ad hoc, quod diſpenſatio 3
ſolius cauſæ finalis falſæ expreſſione vitiatur, nimirum quando Princeps ex falſitate non expreſſa gratiam minimè conceſſiſſet, ſecus quando conceſſiſſet, etiam multò majori difficultate, ut per Covarr. *lib.* 1. *var. cap.* 50. *num.* 5. *verſ. Falſitas*, Henriq. *lib.* 22. *c.* 3. §. 7. Dec. Pariſ. Sylveſt. Loazes, & alios, quos refert, & ſequitur Sanch. *de matrim. lib.* 8. *diſp.* 21. *num.* 32. Verùm magis recepta eſt ſententia, quæ tenet omnem expreſſionem falſi vitiare diſpenſationes, ac cæteras gratias, etiamſi cauſa falsò expreſſa ſit impulſiva, quia nimirum ea non leviter movetur Princeps ad gratiam concedendam, quamvis ea non narrata conceſſiſſet, ut docet Navar. *in man. cap.* 22. *num.* 86. *verſ. quintò*, *& in extravag. de datis & promiſſ. notab.* 32. *num.* 48. *corol.* 4. *verſ. nec obſtat reſolutio*, *& ſub tit. de conſtitut. conſ.* 1. *quæſt.* 19. *num.* 50. *in utraque edit. & ſub tit. de reſcript. conſ.* 1. *num.* 5. Guttier. *can. lib.* 2. *cap.* 15. *n.* 41. *cum ſeqq. & num.* 100. Fr. Emman. *qq. Regul. tom.* 2. *q.* 46. *art.* 6. Valaſc. *conſult.* 60. *num.* 5.

In gloſſ. *Propoſitum caſtitatis*, ibi, *de vita eremitica* 4
dicunt quidam, quod ſolvit ſponſalia de præſenti, &c. Notatur hæc gloſ. in ultima opinione ad hoc, quod profeſſione

feſſione vitæ Eremiticæ non dirimitur matrimonium ratum, ut per Henriq. *in ſum.lib.*11.*cap.*7.§.7. Sanch. *de matrim. lib.* 2. *diſput.* 18. *num.*5. Gutier. *eod. tract. cap.*54. *num.*3.

5 In ead. gloſſ. ibi, *Sicut non diſſolvuntur ſi vir fieret Clericus.* Notatur ad hoc, quod matrimonium ratum non diſſolvitur per ſuſceptionem ſacrorum Ordinum, ut per gloſſ. *verbo Sacri, in cap.*1.*de voto, lib.*6. Covar. *de ſponſal.p.*1.*cap.*7. §.3.*num.*9. Sot. *de juſtit.lib.*7.*q.*5. *art.*3. *verſ. Ex his ſequitur, & in* 4. *diſt.*27. *q.*1. *art.*4. *verſ. Præterea,* contra D.Barboſ. *in rub.ff.ſoluto matrim. p.*2.*n.*87. Guttier. *lib.*1.*can. cap.*17. *num.*20. *& cap.*15. *num.*17. Matienz. *ad rub.tit.*1. *gloſſ.*1. *n.*72. *lib.*5.*novæ recop.* Mozz. *de contract. tit. de matrim.* §.*fin. num.*5. *in fine,* Magdalen. *de numero teſtium in teſtam.requiſ. p.*3. *cap.*3. *num.*262. *ad med.*

SUMMARIUM.

1 *Maritus factus monachus, à conjuge adultera revocari non poteſt.*

2 *Conjugi innocenti licitum eſt, invito adultero, ad Religonem tranſire, quando vel præceſſit ſententia, vel adulterium eſt notorium.*

3 *Conjugi innocenti licitum eſt ad ſacros Ordines tranſire invita uxore adultera, in his caſibus, quibus ei eſt integrum profiteri.*

Cap. Conſtitutus XV.

1 MAritus ſi fiat profeſſus, uxore adulterante, adultera non poteſt eum revocare, & debet relinquere adulterum. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Butr. Joan. Andr. Imol. Anan. Hoſt. Anchar. Henric. Panorm. Vivian. *in ration. lib.*3. *juris Pontif. pag.* 313. Alagona *in compend. juris Can. pag.*488. remiſſivè Ximen. *in concord.part.*1.*&* 2. refertur ab Ant.Auguſt. *collect.*3. *Decret. lib.* 3. *tit.*15. *cap.*2.

2 Collige ex text. innocenti conjugi licitùm eſſe invito adultero ad Religionem tranſire, ut per Sanch. *de matrim.lib.*19. *diſp.*11. *à princip.* Valer.Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.*31.*n.*327. Fr.Baſil.Pont. *de impedimentis matrim. cap.*30. §.2.*verſ. Tertiò*, Verùm autem ad id deſideretur ſententia divortii, an potiùs ſufficiat adulterium eſſe notorium, quæſtio eſt dubia, in qua triplicem ſententiam refert Sanch. *d.diſp.*11. *num.*7. 8. *&* 9. & tandem *num.*10. reſolvit tunc licere innocenti ad Religionem tranſire adultero invito, quando vel præceſſit ſententia divortii, vel ea non expectata adulterium ita notorium eſt, ut poſſit innocens propria auctoritate deſerere conſortium, & habitationem adulteri abſque metu reſtitutionis.

3 In gloſſ. *Ad gradum Sacerdotii*, ibi, *quod benè fieri potuerit,*&c. Ex hac gloſſa communiter colligitur licere viro innocenti ad Ordines ſacros tranſire invita adultera uxore, in iis caſibus in quibus ei eſt integrum profiteri, quia jus conjugale æquè obſtat ingreſſui Religionis, ac ſuſceptioni Ordinum; cùm ergo adultera omni jure conjugali deſtituatur, æquè licebit viro ipſa invita tranſire ad Ordines, ut ad Religionem, quare ita docent *in præſenti* Innoc.*num.unic.ſuper verb. gradum,* Butr.*num.*4.& Abb.*n.*5. Nav.*ſub hoc tit.conſ.*4. *in fin.& ſub tit.de ſponſal. conſ.*23.*num.*6.*in antiq.* aliàs *ſub hoc tit.conſ.*10.*n.*1.*& conſ.*12.*n.*3.*& conſ.*14.*num.*3. *in novis,* Ant.Gom. *in Bullam Cruciatæ, clauſ.*10.*n.*69. Henriq. *in ſum.lib.*11.*cap.*8. §.10.*in init.& c.*17.*ad fin. & lib.*12.*cap.*6.§.10.Fr.Emman.*in ſum.tom.*1.*c.*230.*n.*2. *in fin.* D.Barboſ. *in rub.ff.ſolut.matr. p.*1.*num.*25. Azor. *inſtit.moral.p.*1.*lib.*13.*cap.*14.*q.*13. D.Anton.Vict.Gabr. Petr.de Ledeſma, Philiarch.Emman. Sà, Vega, & alii plures, quos refert, & ſequitur Sanch. *d.diſp.*11.*n.*16. ubi *n.*10. reſpondet in hoc text. quatenus habet conſcientiam remordiſſe virum uxoris adulteræ abſque ejus licentia initiatum, fuiſſe vanum ſcrupulum, & ineptum, poterat enim abſque illo ſcrupulo ad Ordines promoveri ob uxoris adulterium. Quamvis id non licere teneant Brunel. *de ſponſal.concl.*30.*declar.*7. *num.*11. Graff. *in aureis deciſ.part.*2. *lib.*1.*cap.*12.*n.*64. & Gutier. *canon.lib.*1. *cap.*25.*à num.*13.

SUMMARIUM.

1 *Conjux abſque licentia, vel cum minùs legitima alterius profeſſus, non poteſt revocari à conjuge poſtmodùm fornicanti, ſi ipſe profeſſus innocens ſit,* & num.2.

3 *Profeſſio dolo gravi extorta de licentia alterius conjugis, non habet vim voti ſimplicis, ſed ſolius caſtitatis quoad abſtinendum à debiti petitione.*

4 *Licentia conjugis ut alter profiteretur quando fuit gravi dolo extorta, poteſt conjux manens in ſæculo revocare profeſſum.*

5 *Conjugi profeſſo abſque legitima cauſa, & innocenti, an integrum ſit à Monaſterio exire, quando jam conſtat alterum in adulterium lapſum eſſe, oſtenditur.*

6 *Conjux innocens, qui ob adulterium alterius divortit, & jam mutato ſtatu factus Religioſus profeſſus fornicatus eſt, minimè poteſt à Monaſterio extrahi propter fornicationem.*

Cap. Veniens XVI.

VXor, quæ precibus, vel dolo decepta conſentit maritum profiteri, & ipſa deinde fornicatur, ſi poſt fornicationem petat virum, non eſt audienda, maximè quia non repetiit ante fornicationem. Colligunt ex Ordin. Abb.antiq.Innoc. Collect.Zabar.Joan. Andr.Imol.Anan.Butr. Hoſt.Anchar.Henric.Panorm. Viu. *in ration. lib.*3. *juris Pontif. pag.* 313. Alagona *in compend. juris Canon. pag.* 488. remiſſivè Ximen. *in concord.part.*1. *&* 2. refertur ab Ant. Auguſt. *collect.*3. *Decret. lib.*3. *tit.*15. *cap.*3. 1

Hanc eandem concl. ex hoc text. deſumunt Barth. à S. Fauſto *in theſauro Religioſorum, lib.* 5. *quæſt.*89. Sanch. *de matrim. lib.*7. *diſput.*39. *num.* 1. ubi etiam reſolvit conjugem relictum in ſæculo, cujus adulterium occultum eſt profeſſo, poſſe in foro conſcientiæ ea revocatione uti. 2

In gloſſ. *Captiosè aſſeruit*, ibi, *quod licèt dolus interveniat,* &c. Ex his verbis colligunt *in præſenti*, Abb. *num.*1.*notab.*2. Anchar. *num.*2.*notab.*3. & Zabar. *paulò poſt princip. oppoſit.* 3. profeſſionem de licentia dolo gravi extorta alterius conjugis validam fuiſſe, eo quòd dolus in his ſpiritualibus non noceat. Sed Sanch. *d.lib.*7. *diſput.*35. *num.*10. credit nec vim ſimplicis Religionis eam profeſſionem habere, ſed ſolius caſtitatis, quoad abſtinendum à debiti petitione, & ab alio matrimonio, quamvis ſi iniretur, validum eſſet, vide apud eum. 3

In ead.gloſſ. ibi, *Aliàs ſi continuiſſet, non præjudicaſſet ſibi,* &c. Tenet hæc gloſſa ideo mulierem in caſu hujus text. audiendam fore, niſi adulterium admiſiſſet, quòd non emiſerit votum continentiæ, nec promiſerit Religionem ingredi, quod etiam tenent *in præſenti,* 4

ſenti, Hoſt. n.5. & Butr. n.6. Sed eos benè reprobat Abb. n.5. dicens ideò audientiam non fore ipſi denegandam, ſi continuiſſet, quòd ſponte non conſenſerit, ſed dolo. Unde rectè colligitur, quando licentia fuit gravi dolo extorta, poſſe conjugem manentem in ſeculo revocare profeſſum, ut poſt Joan. Andr. Cald. Archid. Azor. Petr. de Ledeſma, & alios plures, reſolvit Sanch. d. diſp. 35. n.9.

4 In gloſſ. *Sponte*, ibi, *Dicas quod monaſterium eo invito poteſt excipere, & eum defendere*, &c. Ergo conjugi profeſſo abſque legitima licentia, & innocenti integrum non eſt à Monaſterio exire, quando jam conſtat alterum in adulterium lapſum eſſe, ſequuntur Joan. Andr. *hic*, n.5. Butr. n.7. Innoc. *num. un. ſuper verbo continuit*, Zabar. *num. un. q.2.* Abb. n.5. Hoſt. n.5. & Anchar. n.5. Brunel. *de ſponſ. concl.* 30. *declar.* 8. n.12. *verſ. quartus caſus*. Sed eadem met gloſſ. paulò poſt, *in verſ. ſed quid ſi exiret*, ait virum è Monaſterio exeuntem, & nolentem excipere, poſſe uxori condonare adulterii injuriam, ac illam admittere, non obſtante Monaſterii contradictione; ac proinde eam contradictionis arguunt Butr. *hic*, n.6. Zabar. q.3. & Abb. n.6. Denique Sanch. d. lib.7. diſp. 36. n.3. exiſtimat meritò hanc gloſſ. recantantem palinodiam, cenſuiſſe licere exitum illi profeſſo, non obſtante ſui Monaſterii conditione, ac poſſe, condonatâ adulterii injuriâ, uxorem ſibi reconciliare, ex fundamentis per eum relatis, ut *ibi* videre licet.

5 In ead. gloſſ. ibi, *Sed quid ſi vir fornicetur in Monaſterio*, &c. Notatur ad hoc, quod ſi conjux innocens, qui ob adulterium alterius divortit, & jam mutato ſtatu, factus Religioſus profeſſus, vel ſacro Ordine initiatus, fornicatus eſt, minimè poteſt à Monaſterio extrahi propter fornicationem, quia jus acquiſitum Monaſterio non perditur ob Monachi delictum: ſequuntur *in præſenti* Innoc. *num. unic. ſuper verbo continuit*, Hoſt. *num.6.* Butr. *num.5.* Joan. Andr. etiam *num.5.* Zabar. *q.4.* Abb. *num.7.* Anchar. *num.5.* quos refert, & ſequitur Sanch. *de matrim. lib.10. diſp.9. n.34.* ubi etiam reſolvit, eum tunc ſolùm teneri redire ad uxorem, ſi ſententia divortii non præceſſerat, & dum fornicator eſt novitius, vel in ſolis minoribus Ordinibus conſtitutus, vel ſolo ſimplici caſtitatis voto ligatus.

SVMMARIVM.

1 *Vxor maritum profeſſum repetere poteſt, non obſtante licentia profitendi, ab ea metu extorta, &* num.2.

3 *Conjux profeſſus de alterius licentia metu gravi extorta, non cogitur redire ad Religionem poſt mortem conjugis revocantis.*

4 *Conjux de licentia uxoris metu extorta profeſſus, poteſt propria auctoritate Religionem deſerere, altero non repetente.*

Cap. Accedens XVII.

1 Uxor poteſt maritum profeſſum repetere, quando profeſſus fuit de ejus licentia metu gravi extorta. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Imol. Anan. Butr. Hoſt. Henric. Anch. Panorm. Viv. *in ration. lib.3. jur. Pontif. pag.*314. Alagona *in compend. jur. Canon. pag.*488. remiſſivè Ximen. *in concord. p.1. & 2.* refertur ab Ant. Auguſt. *collect.4. Decret. lib.3. tit.11. cap. unic.*

2 Hanc eandem concl. ex hoc text. deſumunt Hoſt. *in fine*, Joan. Andr. Butr. & Abb. etiam *in fine*, Zabar. *num. unic. oppoſit.2. in præſenti*, quorum aliqui, videlicet Hoſt. Butr. & Joan. Andr. licèt dicant præcipuè ponderari *in hoc text.* uxorem juvenem nullum votum emiſiſſe, ut ſic profeſſio viri non valuerit, ac uxori concedatur repetitio: Abb. tamen, & Zabar. meliùs docent non ponderari uxorem non voviſſe, ſed licentiam fuiſſe metu extortam; ideò dictam concl. ex text. deſumptam firmant Petr. de Ledeſm. *de matrim. q.64. art.5. dub.1. concl. ult.* Azor. *inſt. moral. p.1. lib.12. c.1. q.6.* novè Barthol. à S. Fauſto *in theſauro Religioſorum, lib.5. q.88.* Roſel. Angel. Sylveſt. Turrecr. Greg. Lopez, Durand. Ludov. Lopez, & alii, quos refert, & ſequitur Sanch. *de matrim. lib.7. diſp.35. n.1.* ubi *n.4.* reſolvunt hunc conjugem non eſſe cogendum redire 3
ad Religionem poſt mortem conjugis revocantis: & *n.5.* pariter decidit hunc exeuntem propria auctoritate à Religione, non peccare.

Cùm idem vir ad ſæculum rediens, &c.] Ergo conjux 4
de licentia uxoris metu extorta profeſſus, poteſt propria auctoritate Religionem deſerere, altero non repetente, de quo vide Sanch. *d. lib.7. diſp.34. n.15.*

SUMMARIUM.

1 *Vxor profeſſi, quæ dedit viro licentiam profitendi, non compellitur ingredi Religionem, ſi continens eſt, & non ſuſpecta.*

2 *Conjux manens in ſæculo cum continentiæ voto, ſi id non ſervet poſt viri profeſſionem, ſed incontinenter vivat, cogenda erit ingredi monaſterium.*

3 *Vxor profeſſi, quæ dedit viro licentiam profitendi, compelli debet in monaſterium intrare, quando eſt juvenis, aut ſuſpecta de incontinentia.*

Cap. Significavit XVIII.

Mulier quæ dat licentiam marito profitendi, & 1
ipſa non eſt ſuſpecta in ſæculo, & vovit perpetuam continentiam, non eſt cogenda intrare monaſterium, quod illi non fuit expreſſum, & ſi fuiſſet expreſſum, non conſenſiſſet. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Butr. Imol. Anan. Hoſt. Henric. Anch. Panorm. Viv. *in ration. lib.3. juris Pontif. pag.*314. Alagona *in compend. juris Canonici, pag.*488. remiſſivè Ximen. *in concordant. par.1.*

Et talis ætatis, de qua ſuſpicio, &c.] Ergo à con- 2
trario ſenſu conjux manens in ſæculo cum continentiæ voto, ſi id non ſervet poſt viri profeſſionem, ſed incontinenter vivat, cogenda erit ingredi Monaſterium, ſic Hoſt. *in cap. placet, num.2. ſup. hoc tit.* ubi etiam Zabar. *n.2. q.2.* Joan. Andr. *num.2.* & Butr. *n.7.* Sanch. *de matrim. lib.7. diſp.32. n.12.* ubi etiam dicit, quod cùm text. *in præſenti* loquatur de ingreſſu, & de profeſſione ſubtaceat, non cogenda eſt profiteri, ſed arcenda in Monaſterio ab incontinentia; deinde idem Sanch. *loco citato*, dubitat cum Abb. *in c. ad Apoſtolicam, in fine, hoc tit.* quid ſi non incontinenter vivat, ſed aliis vitiis vacet? & in eam partem inclinat, ut compelli debeat ad abſtinentiam à vitiis, non autem ad Monaſterii ingreſſum, quia principaliter non delinquit in fidem matrimonii, quæ in his caſibus ſpecialiter ſpectatur.

Intrare monaſterium compelli non permittas.] Ergo 3
in Monaſterium intrare debet compelli, quando eſt juvenis, aut ſuſpecta de incontinentia, ne incontinentiæ periculum incurrat; ad profeſſionem verò, cùm de hoc

hoc text. nihil dicat, cogendam non eſſe videtur, quia ultra proprium votum nemo profiteri eſt cogendus, *cap. integritas* 32. *q.* 2. & ideò ita docent *in præſenti* Innoc. *n. un. paulò poſt princ.* & Butr. *n.* 4. novè Barth. à S. Fauſto *in theſauro Religioſorum, lib.* 5. *q.* 63. Nav. *ſub hoc tit. conſ.* 5. *n.* 4. *in antiq.* aliàs *conſ.* 14. *n.* 4. ubi limitat, niſi votum emiſerit Religionis; tunc enim ait teneri ad Religionem, & cogendum eſſe profiteri. Verùm Sanch. *d. lib.* 7. *diſp.* 33. *n.* 27. habito pro certo uxorem votum Religionis emittentem, cogendam eſſe Religionem profiteri, quoad illam, quæ vovit ſolam continentiam dando marito licentiam profitendi, ita diſtinguit. Si uxor erat juris petentis profeſſionem ipſius, ut vir legitimè profiteretur, ignara, non cogetur profiteri, ſed includetur in Monaſterium, quo à vagationibus arceatur, & ceſſet incontinentiæ periculum, quia eſt res dura rem tam arduam injungere ei, quæ nec expreſsè, nec tacitè eam promiſit, nec mirum, ſi compellatur, ut ſit intra Monaſterium incluſa, quia venit acceſſoriè ad obſervantiam caſtitatis, quam promiſit, nec compellitur ingredi, ut ſtet ibi quaſi in carcere, ſed ut honeſtam vitam ducat. Si verò ejus juris conſcia erat, cogetur profiteri, ex *cap. qui uxorem,* 33. *q.* 5. quia ſciens id deſiderari ad legitimum viri ingreſſum, aſſenſum illi præbere videtur, & ſe ad illud obligare, quam quidem diſtinctionem habere locum pro foro externo in his, quos juris ignorantia excuſat, ut ſunt mulier, minor, & ſimiles, refert idem Sanch. *loco proximè citato,* ſecus dicens quando non excuſat, quia tunc conjux juris ignara cogetur etiam profiteri.

SUMMARIUM.

1 *Adultera, quam maritus reconciliare non vult, ad agendam pœnitentiam in aliquo clauſtro collocari debet.*

2 *Declaratur text. in præſenti,* & n. 3.

4 *Sententia divortii lata, ſi conjux innocens monitus velit adulterum ſibi reconciliare, prout adulter ſtatum mutare profitendo, & ſemel jam profeſſus, revocari non poſſunt.*

5 *Fœmina pro adulterio in Monaſterium detruditur ad perpetuam pœnitentiam ibidem peragendam.*

6 *Sententia judicis deſideratur, ut licita ſit habitationis ſeparatio.*

7 *Viro innocenti integrum eſt intra biennium à recluſione uxoris adulteræ in Monaſterium eam ſibi reconciliare, nec illam prout ante id tempus tranſactum, in viri præjudicium profeſſionem emittere.*

Cap. Gaudemus XIX.

Gregor. IX.

1 Uxores, quæ damnatæ ſunt de adulterio, & converſæ, ſi mariti commoniti ab Epiſcopo nolunt eas recipere, ſunt collocandæ in clauſtris cum Religioſis fœminis, ut ibi perpetuam pœnitentiam agant. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Imol. Anan. Butr. Hoſt. Anch. Henric. Panorm. Viv. *in ration. lib.* 3. *juris Pontif. pag.* 314. Alagona *in compendio juris Canon. pag.* 489. remiſſivè Ximen. *in concord. p.* 1.

2 *A te diligenter commoniti.*] Ergo non ſemel tantùm debet conjux innocens admoneri, ſed ſæpè; verè enim tunc poterit dici eſſe innocentem in mora, & contra rationis limites denegare reconciliationem, & ingreſſum in Religionem, ut per Joan. Andr. *n.* 3. *in præſenti,* Zabar. *n. un. q.* 1. & Anchar. *n.* 2. quos refert, & ſequitur Sanch. *de matrim. lib.* 10. *diſp.* 10. *n.* 16. *poſt princ. verſ. item non ſemel,* ubi etiam *in verſ. quod ſi,* cenſet numerum monitionum arbitrio prudentis remittendum, ut juxta delicti qualitatem, & conditionem perſonarum arbitretur, quando innocens commonitus dicatur eſſe in mora.

Et eas converſas noluerunt recipere.] Ergo procedit quando conjux adulter eſſet emendatus; non enim poteſt tribui innocentis culpæ, aut moræ, ſi adulterum conjugem in delicto perſiſtentem minimè admittat, ut docet Sanch. *d. n.* 16. *verſ. intellige tamen.* 3

In clauſtris cum Religioſis, &c.] Allegari ſolet text. hic ad hoc, quod ſi lata divortii ſententia innocens monitus nolit adulterum ſibi reconciliare, poteſt adulter ſtatum mutare profitendo, & ſemel jam profeſſus revocari non poterit, ut docent *in præſenti* Hoſt. *n.* 3. Joan. Andr. *n.* 3. Butr. *in fine,* Anch. *n.* 2. Zabar. *num. un. q.* 1. Fr. Baſil. Ponc. *de impedim. matr. c.* 30. §. 2. *verſ. ſi verò,* Sanch. *d. n.* 16. *ſtatim in princ.* ubi *in fin.* reſolvit in hoc caſu integrum etiam eſſe conjugi adultero ad Ordines tranſire, votumque caſtitatis ſimplex emittere, nec Ordinibus aſſumptis, aut voto emiſſo, poſſe illum ab innocente revocari: advertit tamen cum Abb. *hîc,* text. *in præſenti,* non probare ſupradictum notabile, ad quod ſolet allegari, ut manifeſtè patet, quia non includitur mulier in eo eventu in Monaſterium, ut profiteatur, ſed ne incontinenter vivat. 4

Ut perpetuam pœnitentiam ibi agant.] Notatur ad hoc, quod fœmina pro adulterio in Monaſterium detruditur ad perpetuam pœnitentiam ibidem peragendam, ut per Tiraq. *ad l.* 13. *connub. gloſſ.* 1. *n.* 122. Menoch. *de arbitr. caſ.* 419. *n.* 61. *verſ. præterea fœmina,* Farin. *in praxi crim. p.* 5. *q.* 140. *n.* 24. 5

In gloſſ. *Ceciderunt,* ibi, *& ſunt condemnata per ſententiam,* &c. Ergo deſideratur ſententia judicis, ut licita ſit habitationis ſeparatio, ut per Card. Bellarm. *lib. de matrim. c.* 14. §. *ſecundum eſt,* Jacob. de Graff. *in aureis deciſ. p.* 2. *lib.* 1. *c.* 12. *n.* 66. *in fin. & n.* 73. *caſu* 2. Sanch. *d. lib.* 10. *diſp.* 13. *n.* 11. ubi *n. ſeqq.* alias opiniones refert, & tribus concluſionibus quæſtionem dirimit. 6

In gloſſ. *In clauſtris,* ibi, *tamen intra biennium poteſt eam recipere, ſi vult,* &c. Hæc gloſſ. *per auth. ſed hodie, C. ad legem Iuliam de adulter.* tenet viro innocenti integrum eſſe intra biennium à recluſione uxoris adulteræ in Monaſterium, eam ſibi reconciliare, nec illam poſſe ante id tempus tranſactum in viri præjudicium profeſſionem emittere, quod ſi emittat, poſſe à viro revocari: ita faciendum eſſe docent *in præſenti* Hoſt. *n.* 3. Joan. Andr. etiam *n.* 3. Butr. *in fine,* Anch. *n.* 2. & Card. *num. unic. q.* 1. Sanch. *d. lib.* 10. *diſp.* 10. *n.* 8. Tiraq. *l.* 9. *connub. gloſſ.* 1. *p.* 9. *num.* 90. D. Barboſ. *in l.* 2. *ff. ſoluto matrim. p.* 1. *num.* 154. Fr. Emman. *quæſt. Regul. tom.* 2. *q.* 2. *art.* 7. & procedere etiam latâ ſententiâ incluſionis à judice ſæculari, dicit Navar. *ſub tit. de Regular. conſ.* 38. *n.* 1. aliàs *ſub tit. de divort. conſ.* 4. *n.* 1. *in novis,* quem approbat Sanch. *d. loco,* dicens *ibi, in fin. d. auth.* deciſioni ſtandum eſſe, ac proinde non corrigi per Jus Canonicum, additque in caſu illius auth. tranſacto eo biennio, quo noluit eam vir reconciliare, poſſe uxorem profiteri, ac profeſſione factâ, non poſſe revocari à viro, ſed ſibi imputare debet ſeram reconciliationem: quod intelligit, ſi eo tempore biennii ſit jam uxor emendata; non enim debet viro imputari, ſi eo ſpatio renuat fieri reconciliationem, nec in mora eſſe dicetur, ſi uxor in adulteriis perſiſtat, cùm indignum ſit eam tunc admittere; advertitque, ſi uxor nondum profeſſa ſit, 7

tranſacto

tranſacto quocunque temporis ſpatio, poſſe à viro reconciliari, quoniam id biennium eſt ſolum præſcriptum, vt poſtea liceat vxori profiteri, nec à viro iam profeſſa repeti poſſit; quare dum profeſſa non eſt, ſed res integra, jus reconciliandi non denegatur viro.

SUMMARIUM.

1 *Coniuges ſi ſe adinuicem abſoluerunt continentiam promittendo, & vterque, vel alter eorum Religionem profitetur, alter alterum repetere non poteſt.*

2 *Votum calore iracundiæ emiſſum non obligat.*

3 *Iracundiæ calor, quo contractus infringuntur, talis eſſe debet, vt ab ira conſenſus penitus alteretur.*

4 *Iracundiæ calore non dicitur facere qui id facit quod homines integri judicij facere ſolent.*

5 *Teſtes quando ſunt varij, vel contrarij in aliquibus accidentalibus, & acceſſoriis, non ex eo arguitur dolus, vel falſitas.*

Cap. Dudum XX.

1 Coniuges ſi ſe inuicem abſoluunt, & promittunt continentiam, & alter eorum Religionem profitetur, non poteſt alter repetere, imò compelli debet vitam mutare, niſi ſit ſenex. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſt. Butr. Anch. Henric. Panorm. Viu. *in ration. lib. 3. iuris Pontif. pag.* 315. Alagona *in compend. juris Canon. pag.* 489. remiſſiuè Ximen. *in concordant. part.* 1.

2 In gloſſ. *Calore iracundiæ.* Notatur ad hoc, quod votum calore iracundiæ emiſſum non obligat, vt per Duen. *reg.* 292. *limit.* 2. Tiraq. *de pœnis temper. cauſa* 1. *n.* 27. *& de pia cauſa priuil.* 108. Ioſeph. Ludou. *Peruſ. deciſ.* 93. *n.* 9. Nau. *comm.* 2. *de Regul. n.* 67. *verſ. addo* 13. Azor. *inſtit. moral. p.* 1. *lib.* 11. *c.* 15. *q.* 5. *& lib.* 12. *c.* 5. *q.* 8. Farin. *in praxi crimin. p.* 3. *q.* 91. *n.* 22. Franc. Molin. *de ritu nupt. lib.* 1. *comp.* 30. *n.* 4. vbi *num. ſeqq.* multa percurrit, quæ iracundiæ calore facta rata non ſunt: quia quod calore iracundiæ factum eſt, nullius roboris, & momenti reputatur, & pro infecto habetur, *l. quicquid calore, ff. de reg. jur. l.* 3. *ff. de diuort.* Tiraq. *d. cauſa* 1. *n.* 24. Duen. *reg.* 292. *in princ.* Bernard. *reg.* 65. *in princ.* Farin. *d. q.* 91. *n.* 18. *&* 19. & quandoque prodeſt in delictis, vt ait Clar. *in pract. verbo iniuria, verſ. quæro quia,* dummodo tamen iracundia proueniat ex juſta cauſa, quia ſi ex iniuſta, tunc in nihilo reus excuſabitur, Clar. § *fin. q.* 60. *verſ. eſt etiam ira,* Farin. *d. q.* 91. *n.* 38. *&* 39. Calor autem iracundiæ dicitur provenire ex juſta cauſa, veluti quando maritus occidit uxorem in adulterio repertam, vel pater filiam, & adulterum ſimiliter in adulterio deprehenſos, ut per Carrer. *in pract. crimin. tit. de homicid.* § *octauò excuſatur pater,* vel quando quis provocatus fuerit ab aliquo verbis, vel factis, ex Farin. *d. q.* 91. *n.* 6. *&* 7. Sed ex injuſta cauſa dicitur provenire, veluti ſi iraſcatur quis dando operam rei illicitæ, putà ludendo, vel ex amiſſione in ludo, Carrer. *vbi ſuprà,* § *ſeptimò excuſat calor iracundiæ.*

3 Calor autem iracundiæ, quo contractus infringuntur, talis eſſe debet, ut ab ira conſenſus penitus alteretur, ac ſi quis ſuus non ſit, ſed iræ motu ſic concitatus, ut quid agat ferè non percipiat, ut docent Dec. Cagnol. & Mayn. *in l quod calore, ff. de regul. jur.* Menchac. *de ſucceſſ. creat. lib.* 1. § 10. *n.* 616. Socin. jun. *conſil.* 36. *n.* 10. *lib.* 2. Alciat. *reſp.* 477. *num. fin.* Menoch. *conſ.* 544. *n.* 5. *&* 6. *& conſ.* 956. *n.* 41. *&* 42. Franc. Molin. *d. comp.* 30. *n.* 18. vbi *n.* 26. tenet iracundiæ calore 4
non dici facere, qui id facit quod homines integri iudicii facere ſolent, nam iracundia ſecundùm S. Th. 2. 2. *q.* 157. *art.* 1. eſt exceſſus iræ, & ſecundùm Ariſt. *lib.* 1. *de anima,* eſt accenſio ſanguinis circa cor, & ſecundùm Hug. *lib.* 2. *de Sacram.* eſt irrationabilis perturbatio mentis, & hoc erit quando prouenit ex injuſta cauſa.

in gloſſ. *Subſtantia veritatis,* ibi, *& eſt argumentum* 5
pro teſtibus, &c.] Notatur ad hoc, quod quando teſtes ſunt varii, vel contrarii in aliquibus accidentalibus, & acceſſoriis, non ex eo arguitur dolus, vel falſitas, vt per Menoch. *de præſumpt lib.* 5. *præſ.* 23. *n.* 16.

SUMMARIUM.

1 *Vxor poteſt liberè Religionem intrare ob fornicationem ſpiritualem mariti poſt ſententiam diuortij quoad thorum latam.*

2 *Catholicus recedens à conjuge hæretico, judicio Eccleſiæ, poteſt ab illo liberè diuertere, ſicut poſſet adulterio carnali ab altero perpetrato.*

3 *Matrimonium propter infidelitatem vnius diſſoluitur quoad thorum.*

4 *Hæretico conjuge iam Eccleſiæ ſententia damnato, an integrum ſit viro Catholico ad Ordines tranſire, oſtenditur.*

5 *Catholicus propria auctoritate recedens, tenetur redire ad hæreticum coniugem iam emendatum, diuertens verò præmiſſo Eccleſiæ iudicio ad id non obligatur, ſi velit Religionem ingredi, ſecus ſi velit in ſæculo manere.*

6 *Coniux innocens non tenetur adulterum emendatum reconciliare.*

Cap. Mulier XXI. & vlt.

Maritus fidelis, ſi fiat infidelis, & per ſententiam 1
judicis fuit factum diuortium propter fornicationem ſpiritualem quoad thorum, mulier quæ remanſit ſemper fidelis, poteſt fieri profeſſa inuito viro, qui iam fuit reuerſus ad fidem. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Imol. Anan. Butr. Hoſt. Anch. Henric. Panorm. Viu. *in ration. lib.* 3. *iuris Pontif. pag.* 315. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 489. remiſſiuè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2.

Propter quam ab eo fuerat iudicio Eccleſiæ ſeparata.] 2
Notatur ad hoc, quod Catholicus recedens à coniuge hæretico judicio Eccleſiæ, poteſt ab illo liberè diuertere, ſicut poſſet adulterio carnali ab altero perpetrato, vt per Couar. *de ſponſal. p.* 2. *c.* 7. § 5. *n.* 5. Matienſ. *in rubr. tit.* 1. *gloſſ.* 1. *n.* 80. *lib.* 1. *nouæ recop.* D. Barboſ. *in rubr. ff. ſoluto matrim. p.* 2. *n.* 20. Sanch. *de matrim. lib.* 10. *diſp.* 15. *n.* 19. vbi *n.* 20. quærit quando dicatur Catholicus ſeparatus ab hæretico auctoritate, ac iudicio Eccleſiæ, ita vt illum, etiamſi pœnitentia ductus ad Eccleſiæ gremium redeat, minimè teneatur admittere, & an ſcilicet ad id ſpecialis ſententia diuortii deſideretur.

Notatur etiam ad hoc quod matrimonium propter 3
infidelitatem vnius diſſoluitur quoad thorum, vt per Couar. *d. num.* 5. Henriq. *in ſum. lib.* 11. *cap.* 8. § 12. *litera T, & c.* 17. § 6. *litera T,* D. Barboſ. *d. p.* 2. *num.* 19. Surd. *de alimentis, tit.* 7. *q.* 21. *num.* 2. Fr. Ludou. Beja *reſponſ. caſuum conſcientiæ p.* 4. *caſu* 30. Valaſc. *conſult.* 92. *n.* 1. Sanch. *de matrim. lib.* 7. *diſp.* 76. *num.* 5. *& lib.* 10. *diſp.* 16. *num.* 3. & plures alios, quos refert Cened. *ad Decretal. collect.* 169. *num.* 1. Ant. Ricciul. *de*

iure perſonarum extra gremium Eccleſiæ exiſtent. lib. 2. c. 2. n. 30. & certum eſſe hæreſim vnius coniugis cauſam præbere diuortio ſufficientem, latè probat Baſil. Pont. *de Sacram. Matrim. lib. 9. c. 22.*

4 *Ad Religionem liberè conuolare.*] Vtrùm autem hæretico conjuge jam Eccleſiæ ſententia damnato integrum ſit viro Catholico ad Ordines tranſire? affirmatiuè reſpondent Veg. *in ſum. tom. 1. c. 89. caſu* 3. D. Barboſa *d. p. 2. n.* 10. Sanch. & plures ab eo citati *d. diſp.* 15. *n.* 21. vbi *n.* 22. aſſerit non oportere, vt hæreticus damnatus tranſeat ad Religionem, votoque caſtitatis ſe adſtringat in ſæculo, quo tranſitus ad illam liceat Catholico, quia facultas conceſſa Catholico non debet vim aliquam hæretico coniugi reconciliato inferre: tum quia *in hoc text.* dicitur poſſe liberè Catholicum ad Religionem migrare, quod ei liberum minimè eſſet, ſi exigeretur tranſitus hæretici conjugis: & idem ob eandem rationem dicendum tenet ſi velit Catholicus ad Ordines tranſire, nihil enim deſideratur ab hæretico damnato efficiendum. Vtrùm verò ipſe hæreticus damnatus poſſit ad Religionem, Ordineſve tranſire inuito Catholico, aut ſaltem jus manentis in ſæculo licentia obtenta? vide Sanch. & ab eo plures citatos *d. diſp.* 15. *n.* 24. Baſil. Pont. *dict. c.* 22. *n.* 4. vbi *n.* 5. quærit quid ſi poſt hæreſim vnius coniugis alter Catholicus illi copuletur, cenſebiturne remittere, & *n.* 6. an in hoc adulterio ſpirituali ſit compenſationi locus, ſicut in carnali?

5 In gloſſ. *Iudicio*, ibi, *ergo à contrario ſenſu*, &c. Hæc gloſſ. in ea eſt opinione, Catholicum propria auctoritate recedentem teneri redire ad hæreticum iam emendatum; diuortentem verò præmiſſo Eccleſiæ iudicio ad id non obligari, ſi velit Religionem ingredi, ſecus ſi velit in ſæculo manere; ſequuntur hanc gloſſ. ſententiam *in præſenti*, Hoſt. *n. 1. in fine*, Butr. *n.* 3. Clar. §. *hæreſis, n.* 15. *verſ. item propter hæreſim*, Surd. *de aliment. tit. 7. q. 11. n.* 7. Iacob. de Graff. *in aureis deciſ. p. 2. lib. 1. c. 12. n.* 72. Veg. *in ſum. tom. 1. c. 89. caſu* 2. Fr. Emman. *in ſumm. tom. 1. c. 230. n. 2. concl.* 1. Alex. de Neuo, Henric. Card. Sot. Abulenſ. Angles, Ludou. Lopez, Cenedo, Barth. à Ledeſma, & alii plures, quos refert Sanch. *d. diſp. 15. n.* 18. vbi hanc ſententiam communem, & valde probabilem dicit; qui hoc deducunt ex text. *in præſenti*, vbi diuortenti præuio eo Eccleſiæ iudicio non conceditur plena libertas, ſed limitata, vt ad Religionem tranſeat; quod ſi opponatur *cap. de illa, de diuort.* vbi plena exemptio conceditur; reſpondet gloſ. *ibi, in fine*, id corrigi quoad hoc per *cap. quanto, eod. tit.* & eſt text. *in præſenti.* Verùm probabiliorem dicit opinionem Sanch. *loco citato, n.* 19. quæ aſſerit id diſtare inter Catholicum recedentem à conjuge hæretico abſque judicio Eccleſiæ, & recedentem eo præmiſſo, vt in priori caſu teneatur illum emendatum ad conſortium coniugale admittere; in poſteriori verò minimè, ſed poſſit liberè ab eo diuortere, ſicut poſſet adulterio carnali ab altero perpetrato; quæ quidem opinio apertiſſimè videtur *in hoc tex.* deciſa, hic enim in pœnam hæretici iam damnati conceditur Catholico liber tranſitus ad Religionem, ac proinde ad eum cogendus non eſt, ſed dabitur optio num velit tranſire, an potius in ſæculo vitam à coniuge hæretico reconciliato ſeparatam traducere malit; vnde non expreſſit Pontifex licere tranſitum liberum ad Religionem, quaſi ad eum ſolum euentum coarctans diuortendi facultatem, ſed expectans caſum difficiliorem, ſupponit minus difficilem: ſi enim ſolum diceret eximi Catholicum à debito reddendo, non inde ſequeretur licentia tranſeundi ad Religionem, ſed dicens poſſe Catholicum ſe liberè Religioni dedicare, ſupponit neceſſariò eum omninò exemptum eſſe ab omni obligatione conjugali, ſive reddendi debitum, ſive cohabitandi; & ideò eam tuentur Doctores citati *n.* 2. & alii plures, quos refert, & ſequitur idem Sanch. *d. diſp. 14. n. 19. prope fin.*

In ead. gloſſ. ibi, *In fornicatione carnali non compelli-* 6
tur maritus recipere uxorem etiam emendatam. Notatur ad hoc, quod vir innocens non tenetur adulteram emendatam reconciliare, ut per D. Barboſ. *d. p. 2. n. 20. & 23.* Surd. *d. q. 21. num. 7. & 8.* Henriq. *in ſum. lib. 11. de Matrim. cap. 17. §. 2. & 3.* Sanch. *d. lib. 10. diſp. 13. num. 1.*

De Converſione Infidelium.

Tit. XXXIII.

SUPER hanc rubr. ſcripſerunt Zabarel. Joan. Andr. Imol. Anan. Butr. Anch. Panorm. Guillelm. Durand. *in breviario aureo, fol.* 107. Joan. de Londris *in breviario ſanctorum Canonum, fol. 175. verſo*, Petr. de Revenna *in compendio juris Canon.* Martin. Meſnart. *in epitome Decretal. fol.* 132. Dan. Venator *in analyſi method. juris Pontif. à pag.* 475. Goffred. & Hoſt. *in ſum. hujus tit.* Alex. Caſan. & Anaſtaſ. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decretal. ſub hoc titul.* novè Barthol. Carthagena *in expoſitione titulorum juris Canon. ſub eod.*

SVMMARIVM.

1 *Infidelis non poteſt illam habere in uxorem, cuius inſidiis, & machinationibus eius maritum occidit*, & num. 2.
3 *Eccleſia qualiter poterit impedimentum indicere infideli accipiendi illam in uxorem, cuius inſidiis, & machinationibus eius maritum occidit, oſtenditur.*
4 *Mala non ſunt facienda vt inde eueniant bona.*
5 *Eleemoſyna an poſſint fieri de malè, & illicitè acquiſitis, oſtenditur.*
6 *Impedimentum dirimens matrimonium eſt ſi adſit homicidium alterius coniugis ab utroque perpetratum, vel ab uno illorum, inſidiis tamen, & machinationibus alterius, animo contrahendi matrimonium, etiam ſine adulterio.*

Cap. Laudabilem j. I.

Cæleſt. III.

INfidelis non poteſt illam habere in uxorem, cujus 1
inſidiis, & machinationibus ejus maritum occidit, etiamſi ipſa hoc efficeret cauſa alliciendi infidelem ſpe ineundi cum ipſo coniugium, vt ad Fidem reducatur. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſt. Butr. Anch. Henric. Panorm. Viu. *in ration. lib. 3. juris Pontif. pag.* 316. Alagona *in compend. jur. Canon. pag.* 490. remiſſiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Ant. Auguſt. *collect. 2. Decret. lib. 3. tit. 20. cap.* 2.

Hanc eandem concl. ex hoc text. deſumunt D. An- 2
tonin. Sylueſt. Nauar. Anton. Cuch. Tolet. & alii, quos refert, & ſequitur Sanch. *de matrim. lib. 8. diſp. 78. n.* 3. quibus adde Fr. Baſil. Pont. *de impedim. matri-*

morij

*monii, cap.*27.*verſ. ſed quaret.* Pugnant tamen maximè Doctores *in præſenti*, in explicando qualiter potuerit Eccleſia infidelibus hoc impedimentum indicere in pœnam delicti tempore infidelitatis admiſſi, & qualiter ea pœna non extinguatur per Baptiſmum, qui omnino præterita delicta abolet? In primis Hoſtienſ. *in præſenti, num.*2. & Joan. Andr. *num.*3. Butr. *num.*2. Anchar. *num.*7. & Zabarel. *in princ.num. unic.oppoſ.*1. dupliciter huic difficultati ſatisfaciunt. Primò, quia hoc impedimentum commune eſt infideli, & fideli mortem conjugis machinantibus, quare etſi ceſſet per Baptiſmum ex parte infidelis, manet ex parte fidelis. Secundò, quia delentur per Baptiſmum peccata, ac ipſorum pœnæ, non tamen impedimenta. Meliùs Henriq. *in ſumma, lib.*12. *cap.*14. §.2. quem approbat Sanch. *loco proximè citato*, reſpondet infideli eam pœnam indictam non eſſe, nec indici potuiſſe ab Eccleſia, ſed ſoli fideli, ut perpetuò nequeat cum illo infideli quantumcunque ad Fidem converſo matrimonium contrahere. Unde colligitur ſi uterque conjux infidelis ſit, non oriri impedimentum, cùm hoc non impediat ex natura rei, ſed tantum ex lege Eccleſiaſtica, qua non tenentur infideles, ut bene docet Fr. Baſil. Pont. *loco citato*.

4 *Cum damnum*, &c. Notatur ad hoc, quod non ſunt facienda mala, ut inde eveniant bona, neque eſſe committendum aliquod delictum propter bonum alicujus etiam ſpirituale, quod inde ſequatur; ſic licèt Saraceni perſuaſionibus mulierum, quarum viros occiderunt, ad Fidem fuiſſent converſi, ut patet ex text. ibi, *per ipſas*, &c. nihilominus tamen tale lucrum cum homicidio ab ipſis patrato minimè compenſatur; ſic non eſt committendum furtum, ut inde fiat eleemoſyna, *cap.non eſt putanda*, 1.*quæſt.*1. *cap. fortè*, 14. *q.*5. ſic etiam pro redimenda vita captivi non licet petere mutuum ſub uſuris, vel ad eaſdem inducere, text.opt. *in cap. ſuper eo, de uſur.* nec tandem peccatum aliquod quantumvis veniale committere pro vita, ſeu ſalute alicujus, *cap.faciat homo*, 22. *quæſt.*2.*d.cap.ſuper eo*, ibi, *mentiri*, reſolvunt gloſſ. *in præſenti, verbo Tale*, ubi jura ſimilia citat, gloſſ. ubi opt. text. *in cap.quod ait*, 14. *diſt.* Hoſtienſ. Abb. *num.*5. & omnes *in præſenti*, S.Thomas 2.2. *q.*53.*art.*3.*ad* 3. Tiraq. *de pœnis temper. cauſa* 52.
5 *n.*8. Non obſtat *cap.qui habitis*, 14. *q.*5. ubi de malè, & illicitè acquiſitis poteſt fieri bonum, & ita eleemoſyna, quia intelligitur de illis, quæ mediante aliquo actu illicito, & contra legem aliquam acquiſita, interim tamen ipſa acquiſitio non eſt injuſta contra juſtitiam commutativam; cujuſmodi ſunt lucrum, & merces meretricis, Clerici negotiatoris, aut cujuſcumque in loco, vel tempore prohibito negotiantis, quæ quidem licèt acquiſita ſint cum peccato, ſunt tamen omnino propria ipſius acquirentis quoad plenum dominium: verùm propter modum, vel actum illicitum, quo mediante acquiſitio facta eſt, conſulitur recipienti tanquam opus perfectionis, & ſupererogationis, ut ſic acquiſita non tanquam aliena, ſed tanquam propria in pauperes, vel in uſus pios eroget, juxta *d. cap. qui habitis*, *cap.ult. verſ.iſti*, *ead. cauſ. & quæſt.* reſolvunt gloſſ. *in ſum.* & caſus poſitione, gloſſa magiſtra; ubi omnes, *in cap.ex tranſmiſſa, de decim.* gloſſa *in reg.peccatum*, *lib.* 6. *gloſſa ult. in cap. cùm ſit* 16. *de Iudæis*, S.Thom. *in* 4. *diſt.* 15. *q.*2. *art.*5. & 2.2. *q.*37. *art.* 7. Ledeſma 2.4.*q.*15.*art.*5. Medina *de eleemoſyna*, *cap. de eleemoſyna facienda ex bonis illicitè acquiſitis*, Sot. *de juſtit. lib.*4. *q.*7. *art.*1. *in reſp.ad* 2. juxta quem ſenſum intelligi poſſunt verba Chriſti Domini Luc.15. *Facite vobis amicos de mammona iniquitatis*, id eſt, facite eleemoſynam de bonis, quæ quamvis propria, modis tamen illicitis acquiſita: de quorum verborum multiplici intellectu agunt gloſſ. *verb. facere, in d.cap. non eſt putanda*, 1. *quæſt.*1. *gloſſ.*3. *in cap. dilectiſſimus*, 12. *quæſt.*1. gloſſ. *in d.cap.ex tranſmiſſa*, Janſen. *in concord. Evangel. cap.*95.

Eorum inſidiis, &c.] Cùm in hoc text. nulla de adulterio mentio fiat, ex eo benè colligitur impedimen- 6
tum dirimens eſſe, ſi adſit homicidium alterius conjugis ab utroque perpetratum, vel ab uno illorum, inſidiis tamen, & machinationibus alterius, animo contrahendi matrimonium, etiam ſine adulterio: ita docent Cardin. Bellarm. *lib.*1.*de matrim.cap.*22.*col.*2.*verſ. crimen autem homicidii*, Veg. *in ſum.tom.*2. *cap.*34.*caſu* 74.*notab.*1. Henriq. *d.cap.*14.§.2. Matienſ. *ad rubr. tit.*1. *gloſſ.*1. *num.*179. *lib.*5. *nova recop.* plures, quos refert, & ſequitur Sanch. *d.diſp.*78. *n.*9. quibus adde Fr. Baſil. Pont. *d.cap.*27.*verſ.Tertius caſus*, ubi bene advertit quod ad hoc tres requiruntur conditiones. Prima, ut uterque cooperetur ad necem, ſive per ſe, ſive per alterum, non ſatis eſt ut ſolùm conſilio, aut mandato ad conjugis mortem cooperetur, ut ex hoc text. colligunt Matienſ. *d.gloſſ.*1. *n.*178. Sanch. *loc.cit. n.*5. quare non ſatis eſt ſi alter tantùm ſit cauſa mortis, vel tantùm ratum habeat. Secunda conditio eſt intentio contrahendi; ſi enim in ultionem, vel aliqua alia de cauſa faciant, non oritur impedimentum; imò quantum ego judico, etiamſi intentio non ſignificetur exterius: itaque ſi omnino in animo non retineant, nec ſibi ſignificent, non oritur impedimentum, quia propter occultum omnino, & mentale delictum non ſubjacet Eccleſiæ judicio, & punitioni; licèt verum ſit patrato homicidio ab utroque, difficilis eſſe probationis. Tertia, ut occiſio ſequatur ex illorum opere; etenim ſi culpa medici, aut ipſius percuſſi negligentia ſequatur mors, nullum conſurgit impedimentum.

SUMMARIUM.

1 *Infidelium conjugum alter ſi venit ad fidem, altero remanente in infidelitatis errore, communis proles aſſignatur converſo.*
2 *Filii nati ex uno parente Chriſtiano, altero verò Iudæo vel pagano; jure poſſunt Baptiſmo donari, id annuente, & volente parente Chriſtiano, altero licèt renuente, & reclamante.*
3 *Matrimonium cur magis dicatur à matre, quàm à patre, remiſſivè.*
4 *Iudæi habent in filiis jus patriæ poteſtatis.*
5 *Nobilitatem paternam filius ſequitur, non maternam.*
6 *Filiorum educatio ad matrem pertinet, ad patrem verò eruditio.*
7 *Pater poſt triennium tenetur filium alere.*
8 *Alimenta filiis legitimis præſtanda ſunt non ſolùm quæ fuerint neceſſaria ad vitæ humanæ ſuſtentationem, ſed etiam ad ſtatum, ſeu dignitatem perſonæ.*
9 *Onus alendi liberos etiam ad matrem pertinet caſu quo illa dives, pater autem ſit pauper.*
10 *Morari nullus debet apud illas perſonas, quæ vitæ, aut ſaluti ſpirituali, vel temporali ipſius poſſunt inſidiari.*
11 *Impia, & nefaria ſunt pacta illa, ut ſuſcepti liberi, ſi maſculi fuerint, patris ſectam hæreticam profiteantur, ſi fœmina Catholicam matris Religionem teneant, & colant.*
13 *Mater tenetur filios triennio alere.*
14 *Filius etſi triennio major apud patrem fidelem eſt educandus, quando mater eſt infidelis.*

Cap. Ex literis II. & ult.

Gregor. IX.

1 PAter quando convertitur ad Fidem, & mater remanet infidelis, filius eſt dandus patri converſo, quia quamvis puer ſit infans, & magis egeat materno ſolatio, quàm paterno, & matri ante partum fuerit oneroſus, in partu doloroſus, poſt partum laborioſus; tamen quia filius in patris poteſtate conſiſtit, unde patris familiam ſequitur, & in tali ætate non debet remanere cum perſona, de qua poſſit eſſe ſuſpicio, ut inſidietur ſaluti, vel vitæ illius, quia poſſet illum adducere in errorem infidelitatis, & puer poſt triennium apud patrem non ſuſpectum ali debeat, & morari, & tandem in favorem Fidei Chriſtianæ puer eſt aſſignandus patri Chriſtiano. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Imol. Anan. Hoſt. Anchar. Henric. Butr. Panorm. Cened. *collect.* 72. Viv. *in ration. lib.* 3. *Iuris Pontif. pag.* 317. Alagona *in compend. Iuris Canon. pag.* 490. remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. part.* 1. *&* 2.

2 *Ad fidem Catholicam*, &c.] Notatur ad hoc, quod filii nati ex uno parente Chriſtiano, altero verò Judæo, vel Pagano, jure poſſunt Baptiſmate donati, id annuente, & volente parente Chriſtiano, altero renuente, & reclamante, ut per Barbat. *conſ.* 57. *lib.* 3. Urſil. *ad Afflict. deciſ.* 151. *num.* 6. Bertazol. *conſ.* 250. *num.* 8. *lib.* 1. Philip. Paſchal. *de patria poteſt. quæſt.* 1. *cap.* 7. *num.* 8. Azor. *inſtit. moral. part.* 1. *lib.* 8. *cap.* 25. *quæſt.* 3. Anton. Ricciul. *de jure perſonarum extra gremium Eccleſiæ exiſtent. lib.* 2. *cap.* 32. *num.* 24. quod procedit ſive parens ſit immediatus, ſive mediatus, ut reprobata opinione Navar. *conſ.* 4. *ſub hoc tit.* in Curia reſolutum fuiſſe teſtatur *ibi* additio, ubi invita matre Judæa fuit baptizatus parvulus, propterea quod defuncto ejus patre aderat avus paternus, qui petebat illum baptizari. Item procedet etiamſi uterque parens, nempe fidelis, & infidelis, recuſarent; nam nihilominus poterit infans, cujus unus parens eſt fidelis, baptizari, quia ex eo ſolo, quod infans habeat unum ex parentibus fidelem, Eccleſiæ quæſitum eſt jus, quod Fidei favore abſorbet jus infidelis. Azor. *d. quæſt.* 3. *verſ. Sed quid, ſi uterque parens*, Ricciul. *d. loco, num.* 27. ubi *num.* 28. aſſerit procedere etiamſi infans natus ſit ex utroque parente infideli, & unus ex parentibus poſt ejus nativitatem ad Fidem venerit.

3 *Magis matrimonium, quàm patrimonium*, &c. Matrimonium cur magis dicatur à matre, quàm à patre, & quid ſit, vide Covar. *de ſponſal. part.* 2. *cap.* 1. *in princ.* Vivald. *in Candelab. aureo, tit. de matrimonio, n.* 1. *&* 4. Guillelm. Bened. *in cap. Raynutius, verb. Mortuo itaque teſtatore, il* 2. *num.* 24. *& ex num.* 27. Perez *l.* 1. *verſ. his ſic præmiſſis, tit.* 1. *lib.* 5. *Ordinam. pag.* 7. Steph. Gaëta *in repet. cap. ad limina*, 30. *q.* 1. §. 4. *ex num.* 1. Mathienſ. *ad rub. tit.* 1. *gloſſ.* 1. *ex num.* 1. *lib.* 5. *novæ recop.* Cened. *ad Decretal. collect.* 72. *num.* 1. Sanch. *de Matrim. in proœm. num.* 5.

4 *In patris poteſtate conſiſtat.*] Notatur ad hoc, quod Judæi habent in filios jus patriæ poteſtatis, ut per Roland. *conſil.* 35. *num.* 29. *lib.* 3. Lancel. Gallia *in conſ. Alexand. gloſſ. maritus, quæſt.* 7. *n.* 6. Alexand. *conſ.* 99. *num.* 6. *lib.* 6. *& conſ.* 13. *num.* 21. *lib.* 7. Tiraquel. *de jure primog. q.* 67. *num.* 2. Marquar. *de Iudæis, part.* 3. *cap.* 4. *num.* 10. Navarr. *conſ.* 4. *ſub hoc tit.* Maſcard. *de probat. concl.* 944. *num.* 24. Aſcan. Clem. *de patria poteſtate, effect.* 7. *num.* 6. Surd. *de alim. tit.* 1. *q.* 18. *num.* 6. Cened. *d. collect.* 72. *num.* 2. Philip. Paſchal. *de patria poteſt. p.* 1. *cap.* 7. *num.* 4. latè Anton. Ricciul. *d. tract. de jure perſonarum extra gremium Eccleſiæ exiſtent. lib.* 2. *cap.* 29. *per tot.* & ita ex text. etiam colligitur receptiſſimum juris axioma, quod pater habet filium in poteſtate: idem probat text. *in l. item in poteſtate, cum ſeqq. ff. de iis, qui ſunt ſui, l. ſi maritus, l. libertos, l. fin. C. de patria poteſt. princ. &* §. 1. *Inſtit. eod.* reſolvunt gloſſ. & ſcribentes utrobique, latè poſt multos Pinel. *in rubr. C. de de bon. matern. part.* 2. *per tot.* Polit. *in repet. l. filium, n.* 138. ubi Corraſ. *n.* 80. *C. famil. erciſc.* Connan. *lib.* 2. *comment. cap.* 13. Aſcan. *de patria poteſt. cap.* 5. *cum ſeqq.* Cald. Pereira *in l. ſi curatorem, verb. ſine curatore, n.* 38. *cum* 2. *ſeqq. & verb. læſis, num.* 121. quæ quidem patria poteſtas ætate filii non diſſolvitur, poteſt enim ſexagenarius eſſe ſub poteſtate patris, ut notavit gloſſ. *verb. pupillus, in l. fin.* §. 1. *ff. de verb. oblig.* recepta ex Pegado *in repet. l. inter cætera, ff. de liber. & poſth. part.* 1. §. 1. *num.* 4. item prædictam poteſtatem inæſtimabilem vocat Jureconſ. *in l. filius* 117. §. *ſecundùm vulgarem, ff. de legat.* 1. Caſtro Luſit. *in l. cùm oporteat, C. de bonis quæ liber. part.* 2. *n.* 138.

Cujus ſequitur familiam.] Notatur ad hoc, quod nobilitatem paternam filius ſequitur, non maternam, Tiraq. *de nobilit. cap.* 15. *per tot. & cap.* 18. *n.* 20. Joan. Barajona *in addit. ad Palat. in repet. rubr. de donat. inter vir. & uxor.* §. 32. *ſub lit. B*, Pichard. *de nobilit. communicativa, n.* 84. *cum ſeqq.* 5

Notatur etiam hic text. ad hoc, quod ad matrem pertinet educatio filiorum, ad patrem verò eruditio, ut per Paul. Comitol. *reſponſ. moral. lib.* 4. *quæſt.* 55. *num.* 3. 6

Et pueri poſt triennium apud patrem, &c.] Pater poſt triennium tenetur filium ſuum alere, quæ quidem obligatio ipſi, & non matri incumbit, idem probat text. *in l. ſi quis à liberis, ff. de liberis agnoſc. l. penult. C. de patria poteſt.* quod quidem onus ideo ad patrem, non verò ad matrem ſpectat, quia fructus dotis percipit, qui ei dantur ad onera matrimonii ſupportanda, juxta *l. fructus, C. de jure dot. l. pro oneribus, C. eod.* Valaſc. *conſil.* 92. *num.* 7. ubi reſolvit poſſe matrem, quæ conſtante matrimonio communes filios educavit ex bonis, quæ habet extra dotem, quia forſan maritus eſt abſens, & univerſam dotem peregrè profectus ſecum aſportavit, repetere à marito hujuſmodi alimenta filiis præſtita, argum. *l. alimenta, C. de negot. geſtis.* Quæ quidem alimenta filiis legitimis non ſolùm præſtanda ſunt, quæ fuerint neceſſaria ad vitæ humanæ ſuſtentationem, ſed etiam quæ fuerint neceſſaria ad ſtatum, ſeu dignitatem perſonæ, juxta reg. text. *in l. cùm plures* 13. §. *fin. ff. de adminiſtr. tutor. l. ſed & ſi quid* 19. §. *ſufficienter, ff. de uſufructu*, comprobat Aretin. *conſ.* 117. Covarr. *de ſponſal. part.* 2. *cap.* 8. §. 6. *num.* 8. *& variar. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 22. Joan. Garc. *de expenſis, cap.* 3. *num.* 37. Aſcan. *de patria poteſt. effectu* 17. *num.* 35. *cum ſeqq.* D. Barboſ. *in l.* 1. *part.* 4. *num.* 60. *verſ. iis ita explicatis, ff. ſoluto matrim.* ubi idem dicit de filiis naturalibus. Spuriis verò nulla habita ratione divitiarum, aut dignitatis paternæ, ſeu ſtatus ſolùm alimenta dari debere, quæ præcisè fuerint neceſſaria ad vitam ſuſtentandam, tenet Palat. *in repet. cap. per veſtras, de donat. inter vir. & uxor.* §. 24. *n.* 3. & alii plures, quos refert, & ſequitur D. Barboſ. *d. p.* 4. *num.* 66. contra plures alios, quos ſequutus fui *in collect. ad cap.* 5. *num.* 12. *de eo qui duxit.* Advertere tamen oportet hoc onus alendi liberos etiam ad matrem pertinere caſu, quo illa dives, pater autem ſit pauper, nec tunc impenſas à patre repetet, arg. *l. ſi quis à liberis*, §. *utrùm, ff. de liber. agnoſc.* Bart. *de alim. n.* 9. Lar. *in d. l. ſi quis à liberis*, §. *ſi mater, num.* 10. 7 8 9

*n.*10.Cotraſ.*in l.qui liberos,n.*112.*ff.de ritu nupt.*Padil. *in auth. res qua, n.6. C. communia de leg.*Covar. *d.§.6. n.*13.Molin. *de primog.lib.*1.*c.*15.*n.*3.Valaſc.*conſ.*9.*n.*9. quod quidem adeò verum eſt, ut etiamſi filii ſint ſpurii, eoſdem alere non teneatur mater, niſi in ſubſidium, ut docent Paleoth. *de nothis, & ſpur. c.*48.*n.*3. Gam. *Luſit. deciſ.*304. *n.*2. Valaſc. *d.conſ.*92. *n. ult.* D.Barboſ.*d.p.*4. *n.*67. quanvis Lara *in d.l. ſi quis à liberis, §.idem reſcripſit,n.*35. *& §. ſi mater, n.*5. Abb.& multi alii relati à Valaſc. *ubi proximè*, cum communi ſententia conſtituant, quod licèt ad alendos filios legitimos ſolus pater principaliter teneatur; in alendis tamen ſpuriis pater & mater ſimul concurrere debent, quorum fundamentis reſpondet Paleoth. *ubi ſuprà*, quicquid indiſtinctè loquatur Sanctarel. *var. reſolut. quaſt.*33.

10 *Et in ætate tali*,&c.] Collige ex text.hoc,quod nullus debet morari apud illas perſonas, quæ vitæ, aut ſaluti ſpirituali, aut temporali ipſius poſſint inſidiari, argum. *c.*2. *de divort. & cap. literas, ad fin. de reſtit. ſpoliat.* & in filio, qui non cogitur, imò nec poteſt cohabitare cum patre ſuſpecto, & illum ad malos mores inducente, probat *l. ſi lenones, C. de Epiſcopali aud. & l. lenones, C. de ſpectac. lib.*11. notant Guttier. *can. lib.*1. *c.*25. *n.*19. Cabed. *Luſit. deciſ.*99.*n.*3.*&* 6. *part.*1.

11 *Reſpondemus patri eundem puerum aſſignandum.*] Refert Azor. *d. lib.*8. *c.*11. *quaſt.*7. turpia, & nefaria eſſe pacta illa, ut ſuſcepti liberi, ſi maſculi fuerint, patris ſectam hæreticam profiteantur; ſi fœminæ, Catholicam matris Religionem teneant, & colant.

12 In gloſſ. *Inſidientur*, ibi, *ſi verò vivo patre quaſtio eſt*, &c. Docet gloſſ. quod facto divortio inter conjuges, licèt jure Codicis in arbitrio judicis eſſet, an apud patrem, vel matrem liberi morari, ac nutriri deberent, juxta *l.*1. *C.de divortio facto*, jure tamen noviſſimo Authenticorum deciſum eſt, ut ſi pater cauſam divortio dedit, apud matrem ad ſecundas nuptias non venientem liberi communes morari, & educari debent patris expenſis; ſi verò culpâ mulieris divortium fiat, aletur filius penes patrem impenſis matris, *auth. ſi pater*, ubi gloſſ. *verbo matris, C. illo tit.* gloſſ. *verbo alantur, in auth. ut liceat matri, §. illud, collat.*8. gloſſ. *verbo de materna, in l. alimenta, C.de negot. geſt.* ubi Bart.*n.*1.Paul. *n.*3. Alex.*n.*4.qui dicit communem, Boër. *deciſ.*17.*n.*11. Sylveſt. *verbo filii, n.*24. optimè Lara *in d. l. ſi quis à liberis, §. ſi mater, n.*11.*cum ſeqq.* Guttier. *can.lib.*1.*c.*24.*n.*19.D.Barboſ. *in rub. ff. ſoluto matrim. p.*2. *n.*53. Cabed. *d.deciſ.*99.*n.*6. quanvis Valaſc. poſt Salic.quem refert *conſ.*91.*n.*10.nervosè contendat matrem nullo pacto eſſe obligatam ſuis ſumptibus alere filios, etiamſi cauſam divortii præſtaret, dicens id nullo jure caveri, quia illa verba *d. auth. ſi pater*, ibi, *matris locupletis expenſis*, non ſunt in corpore, unde fuerunt ſumpta, imò fuerunt addita ab Irnerio, quod quidem ante illum notavit *d.n.*11. *cum ſeq.* ubi optimè defendit communem ſententiam, & concludit verba illa, quæ fuerunt addita ab Irnerio, fuiſſe ex intentione, & mente Juris Civilis deprompta.

13 In gloſſ. *Poſt triennium*, ibi, *filius minor triennio apud matrem ali debet.* Notatur ad hoc, quod mater tenetur filios triennio alere, ut per Cov. *de ſponſ.p.*2. *c.*8.*§.*6.*n.*13.Bernard.*reg.*292.Joan.Garc.*reg.*308.Molin.*de primog.lib.*2.*c.*15.*n.*3.Joſeph.Gonzal. *var.quaſt. c.*38.*n.*31.Lancel.Gallia *in conſuet. Alex. in gl. ſolidos, q.*6. *n.*142. *in fine*, Joan.Garc. *de expenſ. c.*3. *ex n.*29. Lar. *in l. ſi quis à liberis, §. mater, n.*1. *cum ſeqq. ff. de liberis agn.* Menoch. *de arbitr. caſu* 396. Don. à Fin.

*tom.*1. *commun. opin. lib.*5. *tit.*14.*n.*5. *pag.*753. Bellac. *tom.*2.*lib.*8. *tit.*29. *n.*22. *pag.*404. Surd. *de alim. tit.*1. *q.*14. Molin. *de juſt. tract.*2. *diſp.*168. *verſ.mater*, D. Barboſ. *in rub. ff. ſoluto matrim. p.*1.*n.*18. Valaſc.*conſil.*92. *à princ.* Cardoſ. *in praxi judicum, verbo alimenta* 12. *& verbo pater, n.*18. D.Marta *in votis noviſſ.deciſ. voto* 236. plures apud Cened. *d.collect.*72.*n.*3.

In gloſſ. *Ad infidelitatis errorem*, ultim. Notatur ad hoc, quod quando alter parens infidelis eſt, tunc infans, etſi triennio minor, eſt apud patrem fidelem educandus, & quanvis ſit major, apud matrem fidelem, ut per Sanch. *de matrimon. lib.*7. *diſp.*73. *n.*16. Paul. Comitol. *reſponſ. moral. lib.*1. *quaſt.*125. *à princ.* 14

De Voto, & Voti Redemptione.

Tit. XXXIV.

SUPER hanc rubr. ſcripſerunt Zabarel. Joan.Andr. Imol. Anan. Butr. Anch. Panorm. Guillelm.Durand. *in breviario aureo, fol.*108. Joan.de Londris *in breviario ſanctorum Canonum, fol.*175. *verſo*, Petr. de Ravenna *in compendio juris Canon.* Martin.Meſnart. *in epitome Decret. fol.*122. *verſo*, Dan.Venator *in analyſi method. juris Pontif. à pag.*476. Goffred. & Hoſt. *in ſum. hujus tit.* Alex. Caſan. & Anaſtaſ.Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decretal. ſub hoc tit.* novè Barthol. Carthagena *in expoſitione titulorum juris Canon. ſub eod.*

De materia hujus tit. tractatum edidit Stunica, & incidenter latè egerunt Sayr. *in clavi Regia, lib.*6. Azor. *inſt. moral. p.*1. *lib.*11. *c.*13. *cum ſeqq.* Soar. *de Relig. tom.*2. *tract. de voto*, Joan. Franc. Leo *in theſauro fori Eccleſ. p.*2.*c.*11. Guttier. *canon. lib.*2.*c.*22. Valer.Reginald. *in praxi fori pœnit. tom.*2. *lib.*18. *n.*205. *cum multis ſeqq.* Sanch. *in pracepta Decalogi, tom.*1. *lib.*4. noviſſimè Barthol. à S.Fauſto *in theſauro Religioſorum de tribus votis ſolemnibus, lib.*1. *de voto ſimplici in communi*, Hieron. Roderic. *in compendio quaſt. Regul. reſol.*11. *de voto*, Vincent.Filliuc. *tom.*2.*tract.*26. Baſil. Pont. *de matrim. lib.*8. *ex c.*8. Paul.Laym. *in Theolog. moral. lib.*4. *tract.*4.

SUMMARIUM.

1 *Vota poſſunt eleemoſynis redimi, vel in aliud commutari, intercedente ſuperioris auctoritate, & cauſa redimendi, vel mutandi.*

2 *Epiſcopi habent poteſtatem diſpenſandi in votis, quanvis nondum conſecrati ſint.*

3 *Archiepiſcopus in ſuorum ſubditorum votis poteſt, etiam ante receptum pallium diſpenſare; non autem in votis ſubditorum Epiſcoporum ſuffraganeorum.*

4 *Commutare votum in rem manifeſtè meliorem, quicunque propria auctoritate poteſt.*

5 *Cauſa exigitur dum commutatio non fit in rem evidenter meliorem.*

6 *Voti in commutatione, quoties incertum eſt, an ea fiat in id, quod eſt Deo gratius, auctoritas Prælati eſt neceſſaria.*

Cap. De Peregrinationis I.

Alex. III.

1 Epiſcopus poteſt commutare vota, v.g. peregrinationis, & in commutando debet conſiderare qualitatem perſonæ, & cauſam commutationis, & ſuo arbitrio judicare, an recompenſatio ſit melior, & Deo magis accepta, quàm peregrinatio poſita in infirmitate, vel divitiis, vel alia cauſa probabili. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zab. Joan. Andr. Imol. Anan. Butr. Hoſt. Henric. Anch. Panorm. Viv. *in ration. lib.3. juris Pontificii, pag.*317. Alagona *in compendio juris Canon. pag.*491. remiſſivè Ximen. *in concord. p.*1. *&* 2. refertur ab Ant. Auguſt. *collect.*1. *Decret. lib.*3. *tit.*19. *c.*1.

2 *Ab ejus, qui præſidet, pendet arbitrio,* &c.] Intellige de Epiſcopo in ſua diœceſi, quia ſi Pontifex de ſe ipſo loqueretur, potiùs diceret, à noſtro pendet arbitrio: tum etiam, quia in omni proprietate verborum Epiſcopus præeſſe dicitur in ſua diœceſi, *cap. ad honorem,* ibi, *in partem ſolicitudinis, de auctorit. & uſu pallii*, præſertim quia quando in jure ſermo eſt de propria Pontificis juriſdictione, vel ponuntur verba, quæ majorem ſignificant poteſtatem, ut *in d. c. ad honorem,* ibi, *in plenitudinem*; vel additur, *qui toti Eccleſiæ præeſt*: & ſic dicendum eſt in hoc text. agi de Epiſcopis; quia verò generaliter erat intelligendus, & reſpectivè, ſcilicet de unoquoque Epiſcopo in ſua diœceſi; ideò text. uſus eſt illo modo loquendi, & ita probat Epiſcopos habere poteſtatem diſpenſandi in votis, ut docent Soar. *de Relig. tom.*2. *tract. de voto, lib.*6. *c.*10. *n.*3. Leſſ. *de juſt. lib.*4. *c.*4. *dub.*13. *à princ. & c.*42. *dub.*12. *n.*62. Sanch. *in præcepta Decal. tom.*1. *lib.*4. *c.*38. *n.*6. latè ego ipſe *de offic. & poteſt. Epiſcop. p.*2. *alleg.*36. *n.*4. Baſil. Pont. *de Sacr. Matrim. lib.*8. *c.*8. *n.*2. ubi *n.*3. ampliat ad omnes alios quaſi Epiſcopalem juriſdictionem habentes. Non obſtat, quod quidam dicunt, hunc text. non agere de diſpenſatione, ſed de commutatione voti, ut exiſtimant nonnulli citati à Soar. *d. c.*20. *n.*5. quia reſpondetur verum quidem eſſe interrogationem factam fuiſſe Pontifici de commutatione, ſeu de redemptione voti; & ideò de commutatione etiam reſpondet: nihilominus tamen in fine ita concludit, & ſecundùm hoc debet exinde diſpenſare, ſignificans juxta qualitatem negotii poſſe Epiſcopum diſpenſatione uti vel pura, vel miſcendo commutationem, prout judicaverit expedire. Poteruntque Epiſcopi hac facultate uti quanvis nondum conſecrati ſint, dummodò ſint à Pontifice confirmati, ſecus ſi ſolùm electi, Leſſ. *d. c.*40. *dub.*13. *n.*100. *verſ.*
3 *ſecundò*, Sanch. *d. c.*38. *n.*7. Ego *d. alleg.*36. *n.*6. Archiepiſcopus in ſuorum ſubditorum votis diſpenſare poteſt, etiam ante receptum pallium, Sanch. *d. c.*38. *n.*8. non autem in votis ſubditorum Epiſcoporum ſuffraganeorum, Soar. *d. c.*10. *n.*8. Sayr. *in clavi Regia, lib.*6. *c.*11. *n.*79. Ant. Gom. *in Bullam Cruciatæ, clauſ.*10. *n.*58. Avil. *de cenſur. p.*2. *c.*7. *diſp.*1. *dub.*10. & *p.*7. *diſp.*10. *dub.*6. *poſt* 1. *concl. not.*2. Baſil. Pont. *d. lib.*8. *c.*5. *n.*9. Sanch. *d. c.*32. *n.*11. ubi *n.*16. reſolvit Archiepiſcopum poſſe ipſoſmet ſuffraganeos Epiſcopos liberare à votis, diſpenſando cum eis: & *n.*17. tenet Capitulum, Sede vacante, diſpenſare in omnibus votis, in quibus poteſt Epiſcopus: & *num.*19. idem dicit de Abbatibus, & quibuſcunque aliis Prælatis habentibus diœceſim ſibi ſubditam cum juriſdictione quaſi Epiſcopali, & citat Ant. Gom. *d. clauſ.*10. *n.*62. Soar. *d. c.*10. *n.*13. Azor. *inſt. mor. p.*1. *lib.*11. *c.*19. *q.*2. Sayr. *d. lib.*6. *c.*11. *n.*85. & plures alios, qui apud eum videri poſſunt.

Verùm ſupradictam Sanchez ſententiam, quæ concedit Archiepiſcopis facultatem diſpenſandi cum Epiſcopis ſuffraganeis, nonnulli dicunt veram eſſe ſolummodò tempore viſitationis; ſed illam jure optimo rejiciunt Soar. *tom.*5. *in* 3. *part. diſp.*41. *ſect.*2. *n.*12. & *tom.*2. *de Relig. lib.*6. *de voto, n.*9. & Baſil. Pont. *d. lib.*8. *c.*5. *n.*11. ex ea ratione, quia tempore viſitationis non poteſt ſuis ſuffraganeis dimiſſorias concedere, nec legitimare, ut Doctores docent. Facit quia *in cap. fin. de cenſib. lib.*6. tantùm conceditur poteſtas abſolvendi, non verò diſpenſandi; ſunt enim iſtæ diverſæ poteſtates: ſic pari modo Soar. *d. lib.*6. *cap.*11. *num.*3. & Baſil. Pont. *d. cap.*5. *num.*10. indiſtinctè tenent Archiepiſcopum non poſſe cum Epiſcopis ſuffraganeis diſpenſare, quia ex jure non conſtat hanc poteſtatem habere in Epiſcopos ſuffraganeos, niſi in certis caſibus, juxta text. *in cap. paſtoralis, de offic. ordin.* tum etiam, quia ea poteſtas neceſſaria non eſt; ſi enim ſermo ſit de diſpenſationibus in legibus Pontificis, aut Concilii generalis, aut provincalis, neuter regulariter diſpenſare poteſt, & in eo caſu, in quo poteſt diſpenſare Archiepiſcopus, poteſt & Epiſcopus cum ſuis, & quod erga alios poteſt, & in ſeipſum poteſt. Utrùm autem Archiepiſcopus, vel Epiſcopus poſſit beneficium diſpenſationis impendere Religioſis exemptis: vide Molin. *de juſtit. tom.*4. *tract.*3. *diſp.*61. *n.*15. Sanch. *in præcepta Decalogi, lib.*4. *c.*39. *n.*36. Baſil. Pont. *d. lib.*8. *c.*5. *n.*22. *cum multis ſeqq.*

Unde infertur ex prædictis verbis, & contextu 4
hujus textus, quod nulla opus eſt ſuperioris auctoritate ad commutandum votum in rem manifeſtè meliorem; ſed quicunque poſſunt propria auctoritate ſic commutare, ut per Covar. *in cap. quamvis pactum, p.*1. §.3. *n.*4. *verſ. ego verò*, Jacob. de Graff. *in aureis deciſ. p.*1. *lib.*2. *c.*30. *n.*1. *&* 5. Tolet. *in ſum. lib.*4. *c.*18. *num. penult.* Petr. de Ledeſma *in ſum. tom.*2. *tract.*10. *c.*8. *in fine tertiæ partis, verſ. reſta tratar de la commutacion*, Fr. Emman. *in Bullam Cruciatæ*, §.7. *num.*106. Anton. Gom. *in eandem Bullam, clauſ.*10. *n.*112. Valent. 2.2. *diſp.*6. *q.*6. *punct.*7. *ſol.*9. *verſ. hac ipſa ratione,* Sayr. *in clavi Regia, lib.*5. *c.*12. *n.*5. Henriq. *in ſum. lib.*5. *de pœnit. c.*20. §.5. & *lib.*7. *de Indulg. c.*30. §.5. Soar. *de Relig. tom.*2. *tract. de voto, lib.*6. *c.*48. *à n.*4. Leſſ. *de juſt. lib.*6. *c.*40. *dub.*11. *n.*87. Azor. *inſt. mor. part.*1. *lib.*11. *cap.*18. *q.*1. Joan. Valer. *de different. inter utrumque forum, verbo ſolutio, differ.*1. late Sanch. *in præcepta Decalogi, lib.*4. *c.*4. *à princ.* ubi *n.*12. reſolvit non poſſe propria voventis auctoritate commutationem voti fieri in rem æquè bonam, ſed neceſſariam eſſe auctoritatem Prælati commutare potentis, contra plures, quos citavi *in collect. ad cap.*4. *num.*3. *infra hoc tit.*

Et cauſam commutationis.] Ergo cauſa exigitur, dum 5
commutatio non fit in rem evidenter meliorem, ut per Bejam *reſponſ. caſuum conſcient. p.*1. *caſu* 49. *verſ. tum quia diſpenſatio, & p.*2. *caſu* 9. Vivald. *in candelabro aureo, p.*3. *cap.*14. *num.*14. Soar. *d. cap.*18. *n.*9. Sayr. *d. cap.*12. *num.*25. Leſſ. *d. cap.*40. *dub.*11. *n.*96. Azor. *d. c.*18. *quæſt.*3. Sanch. *d. cap.*49. *num.*14. etiam reſolventes ad commutationem in evidenter melius nullam exigi cauſam, quod præ omnibus benè explicat Sanchez *d. cap.*49. *num.*15. ubi dicit text. *in præſenti,* exigentem cauſam, intelligi dum commutatio non fit in rem evidenter meliorem: & *num.*16. reſolvit nullam quoque deſiderari cauſam, quando Prælatus commutat votum in rem certò æqualem, judicans probabiliter eſſe meliorem, aut dubitans an

an melior ſit, & *num.*21. tenet non exigi cauſam obſtantem executioni voti ad illud commutandum, de quibus omnibus vide Dianam *reſolut. moral. part.* 2. *tract.*2. *miſcel. reſolut.* 10. Quid autem nomine majoris, vel æqualis boni intelligatur, in quod votum de more commutatur? vide Azor. *d. lib.*11. *cap.* 18. *quæſt.*23.

An recompenſatio melior fuerit. Notatur ad hoc, quod quoties in commutatione voti incertum eſt an ea fiat in id, quod eſt Deo gratius, auctoritas Prælati eſt neceſſaria, ut per Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.*18. *n.*348. Sanch. *d. lib... cap.*49. *n.*7.

SVMMARIVM.

1 *Votum ultramarinum commutat Papa, in his maximè, qui in puerili ætate voverunt.*

2 *Diſpenſari poteſt in votis puerorum ante pubertatem emiſſis, alia cauſa non petita.*

3 *Vota à parentibus, & tutoribus irritari poſſunt, quæ juri, poteſtati, & domeſticæ gubernationi patris officiunt.*

4 *Cauſa obſtans ad voti diſpenſationem eſt quando votum leviter, & ex animi facilitate emiſſum eſt, non præmiſſa prudenti, ac matura deliberatione.*

5 *Votorum in commutatione non eſt neceſſarium ſervare unitatem, aut ſimilitudinem, ſed ſufficit votum reale in perſonale, & perſonale in reale commutari.*

Cap. Venientis II.

1 PApa diſpenſat in voto Hieroſolymitano, propter facilitatem voventis, etiamſi vovens dediſſet alteri fidem eundi ſimul Hieroſolymam, & commutat in eleemoſynas, & conſulit ut vovens nutriat pauperem dum vovens vivit. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Imol. Anan. Butr. Hoſt. Henric. Anchar. Panorm. Vivian. *in ration. lib.*3. *Iuris Pontif. cap.*318. Alagona *in compend. Iuris Canon. pag.*491. remiſſivè Ximen. *in concord. part.*1. refertur ab Ant. Auguſt. *collect.*1. *Decret. lib.*3. *tit.*29. *cap.*2. & eſt poſt Concil. Lateran. *part.*50. *cap.*15.

2 *Quod in ætate tenera,* &c.] Notatur ad hoc, quod in votis puerorum ante pubertatem emiſſis poteſt alia cauſa non petita diſpenſari; quia ſemper jure optimo præſumi poteſt imprudentia, & levitas in vovendo, eò quòd impuberes maturo conſilio careant, ita docet Sanch. *de Matrim. lib.*8. *diſp.*20. *n.*13.

3 Unde poſſe ea vota à parentibus, & tutoribus irritari, quæ juri, poteſtati, & domeſticæ gubernationi patris officiunt, ut in voto peregrinationis, quam non poteſt filius exequi ſine magnis ſumptibus, tenent Navar. *in man. cap.*12. *num.*70. *verſ. octavò,* Azor. *inſtit. moral. part.*1. *lib.*11. *cap.*17. *q.*7. Sayr. *in Clavi Regia, lib.*1. *cap.* 10. *num.*25. Soar. *de Relig. tom.*2. *tract. de voto, lib.*6. *cap.*5. *num.*9. Non obſtat quod Pontifex in præſenti non diſpenſatione fuerit uſus in eo voto pueri, ſed commutatione, quia reſpondet Sanch. *loco cit. in fine*, potuiſſe Pontificem ex cauſa diſpenſare omninò, ſed miſcuiſſe commutationem aliquam, ne à ſuo ſtylo ordinario recederet, qui eſt partim diſpenſare, & partim commutare.

4 *Facilitate potius quàm ex arbitrio diſcretionis promiſit.*] Notatur ad hoc, quod cauſa obſtans ad voti diſpenſationem eſt quando votum leviter, & ex animi facilitate emiſſum eſt, non præmiſſa prudenti, ac matura deliberatione, ut per Abb. *hic, num.*3. Fr. Emman. *in ſum. tom.*2. *cap.*92. *num.* 3, *in fin.* Azor. *d. lib.*11.

*cap.*15. *quæſt.*5. *in fin.* Valent. 2.2. *diſp.*6. *punct.*7. *ad fin.* Sanch. *d. diſp.*20. *num.*12.

Quod idem votum eleemoſynis redimat.] Ergo in vo- 5
torum commutatione non eſt neceſſarium ſervare unitatem, aut ſimilitudinem, ſed ſufficit votum reale in perſonale, & perſonale in reale commutari, ut per Soar. *de Relig. tom.*2. *tract. de voto, lib.*6. *c.*19. *n.*16. & 17. Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.*1. *lib.*4. *cap.*56. *n.*24. qui reſpondent *cap.*1. *ſup. hoc tit.* dum ſignificat votum peregrinationis, quod ex reali, & perſonali eſt mixtum, debere commutari in quid reale, quando neceſſitas non cogit, continere conſilium, & non præceptum.

In gloſſ. *Socii fideles*, ibi, *Sed numquid Papa potuit* 6
illum abſolvere ab obligatione, qua ſocio tenebatur, &c. Reſpondet Tiraq. *in tract. Res inter alios acta, in princ. verſ. his conventi*, quod licèt Papa non poſſit tollere jus alteri quæſitum ex jure naturali, tamen ubi illud Jus venit non principaliter ex jure naturali, ſed acceſſoriè, & in conſequentiam juris Eccleſiaſtici, in quod Papa habet pleniorem poteſtatem, poteſt ſublato principali etiam ſolo verbo ipſum acceſſorium, quod juris eſt naturalis, tollere.

SUMMARIUM.

1 *Verba ſimplicia non faciunt quem ad votum obligari, niſi habeat animum illud adimplendi.*

2 *Propoſitum nullum, quantumvis firmum, aliquam voti obligationem inducit, niſi promiſſione firmetur.*

3 *Voti vinculo non adſtringitur ille qui Deo aliquid promittit, vel vovit, cùm in animo ejus non ſit ſe voto obligare.*

4 *Propoſitum quale voto ſufficiat quando promiſſione firmatur, oſtenditur.*

Cap. Literaturam III.

PRoponens in animo fieri Religioſus, & cum hoc 1
propoſito dicens, non morabor diu in ſæculo, non dicitur voviſſe. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Joan. Andr. Imol. Anan. Hoſt. Butr. Henric. Anchar. Panorm. Vivian. *in ration. lib.*3. *Iuris Pontif. pag.* 319. Alagona *in compend. Iuris Canon. pag.* 491. remiſſivè Ximen. *in concord. part.*2. refertur ab Ant. Auguſt. *collect.*2. *Decret. lib.*3. *tit.*21. *cap.*1.

Collige ex text. nullum propoſitum, quantumvis 2
firmum, aliquam voti obligationem inducere, niſi promiſſione firmetur, ut per Covar. *in cap. quamvis pactum, part.*1. *§.*3. *n.*12. Valent. 2.2. *diſp.*6. *q.*6. *punct.*1. *col. pen. in ſolut. ad* 2. Azor. *inſtit. moral. p.*1. *lib.*11. *c.*13. *quod eſt* 1. *de voto, q.*5. Sayr. *in Clavi Regia, lib.*7. *cap.*1. *num.*8. & *cap.*4. *num.*6. & 12. Sanch. *de Matrim. lib.*9. *diſp.*33. *num.*19. & *in præcepta Decalogi, tom.*1. *lib* 4. *cap.*1. *n.*20. *cum ſeqq.* Votum enim inducitur ex verbis ſolemniter & deliberatè emiſſis, Paul. Fuſch. *in ſingular. utriuſque Iuris, lit. V, ſing.* 50.

In gloſſ. *Proponens*, ibi, *Et nemo ſe obligat, niſi qui* 3
animum habet ſe obligandi. Notatur ad hoc, quod ille, qui Deo aliquid promittit, vel vovit, cùm in animo ejus non ſit ſe voto obligare, voti vinculo non adſtringitur, ut per Sylv. *in ſum. verb. juramentum* 4. *q.*19. Angel. *verb. Votum* 1. *q.*7. Nav. *in man. c.*12. *n.*27. Sayr. *d. lib.*6. *c.*4. *n.*4. & agnoſcit ſi qui vovet, nolit ſe voto obligare, Azor. *d. c.*13. *q.*9. Quale autē propoſitum voto ſufficiat, quando promiſſione firmatur, vide Sanch. *d. c.*1. *à n.*22. ubi *n.*23. cum Azor. *d. c.*13. *q. ult.* reſolvit quando vovens habet animum promittendi, & ſe obligandi, non

autem exequendæ rei promiſſæ, obligare votum, & *num.*24. hinc dicit minimè eſſe votum, quando vovens non habuit verum promittendi animum, nec ex vi voti aliquam obligationem conſurgere, ſed eſſe quandam voti fictionem, & *num.*26. tenet votum non obligare, quando vovens habuit veram promittendi intentionem, nec expreſsè intentionem ſe obligandi excluſit, at nec expreſſam, nec implicitam ſe obligandi intentionem habuit.

SUMMARIUM.

1 *Votum omne mutabile eſt in votum Religionis.*
2 *Votum ſolemne Religionis extinguit omnia vota antè emiſſa, ſi vovens non exeat, ſed profiteatur,* & num.4.
3 *Votum non infringit, qui commutat in melius.*
5 *Profeſſione Religionis obtinetur pleniſſima omnium criminum antea commiſſorum condonatio.*

Cap. Scripturæ IV.

1 VOtum omne mutatur in votum Religionis, quia temporale obſequium mutatur in perpetuum. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Butr. Imol. Anan. Hoſt. Anchar. Henric. Panorm. Viu. *in ration. lib.*3. *Iuris Pontif. pag.*319. Alagona *in compend. Iuris Canon. pag.* 491. remiſſivè Ximen. *in concord. part.*1. *&* 2. refertur ab Ant. Auguſt. *collect.*2. *Decret. lib.*3. *tit.*21. *cap.*2.

2 Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſumunt D. Thom. 2.2. *q.*88. *art.*12. *ad* 1. *& q.*189. *art.*3. *ad* 3. *& art.*8. *ad* 2. Sot. *de juſtit. lib.*7. *q.*4. *art.*3. *verſ.*4. *& q.*7. *verſ.*3. Navar. *conſ.* 4. *de Regular. in novis, & in man. cap.*12. *n.*65. *&* 78. *in fin.* Covar. *in cap. quamvis pactum, p.*1. §. 3. *num.*4. *verſ. ſextò*, Petr. de Ledeſma *in ſum. tom.*2. *tract.*20. *cap. ult.* ubi *de votorum commut. verſ. digo lo ſegundo*, Campanil. *in diverſorio juris Canon. rubr.*12. *c.*10. *num.*2. Azor. *inſtit. moral. p.*1. *lib.*11. *c.*18. *q.*1. *verſ. cap. igitur*, Barthol. à S. Fauſto *in theſauro Religioſorum, lib.*5. *q.*313. Sayr. *in clavi Regia, lib.*5. *cap.*8. *num.*15. *& lib.*6. *c.*7. *n.*2. *& c.*12. *n.*5. *&* 11. Barthol. de Vecchis *in praxi obſervanda in admittendis ad Religionis ſtatum novit. diſp.*13. *dub.*4. *à princ.* Ludov. Miranda *in man. Prælator. tom.*1. *q.*25. *art.*7. Peregrin. *in comment. ad conſtit. Cleric. Regular. p.*2. *c.*1. *lit. C*, §. 20. Hieron. Roderic. *in compend. quæſt. Regul. reſol.*140. *n.*6. latè, & eleganter Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.*2. *lib.*5. *c.*5. *à num.*36. ubi *n.*38. tenet ipſo jure vota in ſæculo facta cenſeri commutata in Religionis profeſſionem, ac proinde abſque alia commutandi intentione manere profitentem ab eis liberum, ut probat hic text. cujus deciſio non innititur ſpeciali voventis intentione commutandi, ſed ſolo privilegio efficiente, ut priora vota ſimplicia maneant ipſo jure extincta emiſſo ſolemni; quia cùm omnia vota Deo promiſſa ſint opera particularia, continentur eminenter in ipſa Religionis profeſſione, per quam ſe, & omnia ſua dedicat profitens divino obſequio, moriens priori vitæ, & nihil, nec propriam voluntatem ſibi reſervans, & *num.*39. reſolvit idem dicendum eſſe de votis tempore novitiatus emiſſis, & *num.*40. idem pariter dicit de votis à profeſſo emiſſis, & tranſeunte ad aliam Religionem ſtrictiorem, in eaque profitente, vel expulſo in perpetuum, & propria ſponte ingrediente, ſive ſtrictiorem, ſive laxiorem, quamvis in fine conſulat tutum remedium eſſe petere irritationem illorum votorum, & *num.*43. quod omnia vota, ſive perſonalia, ſive realia, commutantur ipſo jure in Religionis profeſſionem, quod etiam tenent Covar. *ubi ſupr.* Ludov. Miranda *in man. Prælatorum, tom.*1. *q.*25. *art.*7. Nald. *verb. votum, num.*50. Soar. *tom.*3. *de Relig. lib.*6. *c.*14. *num.*5. Barthol. de Vecchis *d. dub.*4. *num.*1. *in fine*, addit Sanch. *d. c.*5. *num.* 45. votum reale emiſſum non ſolùm Deo, ſed intimatum parti, ut ab ipſa acceptetur, & ita conjunctum cum promiſſione illa parti facta, non poſſe in Religionis profeſſionem commutari, quia tunc eſt jus ipſi acquiſitum, & ita ceſſat commutatio in melius, & *num.*47. pariter ob eandem rationem reſolvit hæredem obligatum ad realia defuncti vota perſolvenda non eximi Religionis profeſſione, ſed obligationem illam ad ejus hæredem tranſire, & *num.*50. docet votum ſubſidii Terræ ſanctæ commutari in profeſſionem non ſolùm quoad illuc eundi laborem, ſed etiam quoad illius ſubſidii expenſas, quod etiam tenent Soar. & Ludov. Miranda *dictis locis*, ac Barthol. de Vecchis *d. dub.*4. *num.*6. quamvis Angel. *verb. votum* 4. *n.*2. Sylveſt. *eodem verbo* 4. *q.*7. *dicto* 3. Nald. *d. n.*50. exiſtimaverunt votum profeſſionis Terræ ſanctæ commutari in profeſſionis votum quoad peregrinationem; ſecus verò quoad id, quod profitens vovit dare in ſubſidium directè Terræ ſanctæ.

Notari etiam ſolet hic text. ad hoc, quod votum 3
non infringit, qui commutat in melius, ut per Joan. Valer. *de differentiis inter utrumque forum, verbo ſolutio, different.*5. idem ſi commutatio voti fiat in bonum evidenter æquale, ut tenent Fernand. *in examine Theolog. moral. p.*1. *c.*6. §. 11. *num.*2. Bonacin. *de legib. diſp.*4. *quæſt.*2. *puncto* 7. §. 3. *num.*8. Diana *reſol. moral. part.*2. *tract.*2. *miſcel. reſol.*9. licèt alii magis communiter exiſtiment commutationem voti in bonum æquale non poſſe fieri propria auctoritate voventis, ut per Soar. *de Relig. tom.*2. *lib.*6. *cap.*19. *num.*3. Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.*1. *lib.*4. *cap.*49. *n.*12. Filliuc. *tom.*2. *tract.*26. *cap.*10. *num.*283. Malder. *in* 2.2. *tract.*10. *c.*5. *dub.*11. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit, tom.*1. *lib.*18. *n.*249. Molfeſ. *in ſumma Theolog. Moral. tom.*1. *tract.*11. *cap.*15. *num.*19. Raph. de la Torre *in* 2. 2. *tom.*2. *quæſt.*88. *art.*12. *diſput.*5. *num.*12. quodque probabilius judicavi *ſupr. cap.*1. *num.*4. An poſt commutationem alicujus voti licitum ſit voventi redire ad prius votum, etiamſi commutatio facta fuerit in melius? Vide Dianam *ubi ſupr. reſol.*8. ubi affirmativè reſolvit, niſi vovens acceptaret commutationem in melius bonum, & id conſultè faceret ad majorem Dei cultum augendum.

In perpetuam noſcitur Religionis obſervantiam, &c.] 4
Secus ſi exeat, & non profiteatur, ut per Tiraq. *de retract. lign.* §. 1. *gloſſ.*8. *num.*33. *&* 34. Azor. *d. lib.*11. *cap.*22. *quæſt.*6. *& ſeq.* Sayr. *d. lib.*6. *cap.*9. *num.*15. Sanch. *de Matrim. lib.*1. *diſp.*34. *n.*16. *& in præcepta Decalogi, tom.*1. *lib.*4. *cap.*16. *num.*74. *cum ſeqq.*

An autem per ſimplicia vota emiſſa in Societate Jesu, aut coadjutorum formatorum poſt biennium novitiatus vota anteà facta extinguantur? vide Sanchez *ubi ſupr. num.* 54. ubi affirmat non extingui, ſed ſuſpendi, ita ut non obligent dum hic in Societate perſeveraverit; at expulſus ab ea ante profeſſionem ſolemnem tenebitur ad illa: & idem docet de votis emiſſis poſt dicta biennii vota in eadem Societate facta, quia per ea non fit profeſſio ſolemnis, nec vovens traditur irrevocabiliter, ſed cum conditione, dum à Societate expulſus non fuerit: quod ipſemet limitat *num.*55. *cum ſeqq.* niſi quis vota omnia vellet commutare in dicta vota ſimplicia poſt biennium facta; ſi enim hunc animum habuit, manet omninò liber ab illis, itaut expulſus poſteà non reviviſcat.

In

5 In gloſſ. *Temporale obſequium*, ibi, *Et ita eſt argum. quod intranti Monaſterium non eſt imponenda pœnitentia pro peccato antè commiſſo.* Notatur ad hoc, quod per Religionis profeſſionem obtinetur pleniſſima omnium criminum antea commiſſorum condonatio, vt per D. Thom. *in 4. diſt. 4. q. 3. quæſtiunc. 3. ad 3. & 2. 2. quæſt. vlt. art. 3. ad 3.* Syluest. *verbo Religio 2. n. 9.* Ant. Cuch. *lib. 3. inſtit. major. tit. 1. n. 50.* Emman. Sà *verbo Religio, n. 17.* Nauar. *de Indulg. notab. 20. n. 17. & comm. 2. de Regul. n. 60.* Platum *de bono ſtatu Religioſi, lib. 1. c. 13. per totum*, Fr. Emman. *quæſt. Regul. tom. 2. q. 87. art. 1.* Azor. *d. p. 2. lib. 12. c. 5. q. 11.* Barth. à S. Fauſto *d. lib. 5. q. 315. cum ſeqq.* latè, & eleganter Sanch. *d. c. 5. n. 2.* vbi *n. 3.* dicit non id profeſſioni tribuendum eſſe quod tribuitur Baptiſmo, & *n. 5.* aſſerit hanc condonationem non obtineri quoties profeſſio illa renouatur, ſed ſolà prima vice qua emiſſa eſt, & *n. 6.* docet hanc pleniſſimam condonationem obtentam per profeſſionem non eſſe veram Indulgentiam plenariam.

SUMMARIUM.

1 *Voti vltramarini executio poteſt auctoritate Papæ ex cauſa differri.*
2 *Papa habet poteſtatem diſpenſandi in votis propria, & vera diſpenſatione relaxante voti vinculum, quod ea ſublata verè obligabat.*
3 *Papa an poſſit in lege diuina, & naturali diſpenſare oſtenditur*, & n. 4.
5 *Diſpenſatio cuiuſcunque in voto, vel juramento conceſſa abſque cauſa, eſt irrita, declarando vt ibi.*

Cap. Non eſt V.

Innoc. III.

1 VOtum vltramarinum de licentia Papæ differri poteſt ex cauſa juſta. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſt. Butr. Henric. Anchar. Panorm. Viu. *in ration. lib. 3. juris Pontif. pag. 320.* Alagona *in compend. juris Canon. pag. 492.* remiſſiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Ant. Auguſt. *collect. 1. Decret. lib. 3. tit. 26. cap. 1.*

2 *Auctoritate Sedis Apoſtolicæ diſtulit adimplere.*] Notur ad hoc, quod Papa habet poteſtatem diſpenſandi in votis propria, & vera diſpenſatione, relaxante voti vinculum, quod ea ſublata verè obligabat; id docent Soar. *de Relig. tom. 2 tract. de voto, lib. 6. c. 9. à n. 6.* Sayr. *in claui Regia, lib. 6. c. 11. n. 9.* Vaſq. *1. 2. q. 96. art. 4. diſp. 178. n. 10. cum ſeqq.* Leſſ. *de inſtit. lib. 2. c. 47. dub. 12. n. 98.* & plures alii, quos refert, & ſequitur Sanch. *de Matrim. lib. 8. diſp. 6. n. 1. & in præcepta Decalogi, tom. 1. lib. 4. c. 30. à n. 5.* Verùm nouiſſimè Baſil. Pont. *in ſuo tract. de Sacram. Matrim. lib. 8. c. 2. n. 8.* in hæc verba: Et quamvis Thom. Sanch. *lib. 4. ſum. c. 37. n. 14.* velit in vota & juramenta propriè diſpenſationem cadere, & relaxari jus diuinum, & naturale, neque verum eſt, neque intelligi poteſt, quod ita demonſtro. Quia vel tollitur, & relaxatur obligatio naturalis, manente in vno voluntate vouendi, & in Deo acceptandi; & hoc, non quia eſt impoſſibile velle Deum acceptare promiſſionem, aut ratam manere acceptationem à Deo factam, & aliàs relaxari obligationem, & non manere, vt ſatis conſtat, nam poſitis illis extremis, non poteſt non conſurgere obligatio, neque vlla potentia impediri. Aut relaxatur ablata ejus acceptatione à Deo facta, & remiſſa, & ſic incidet in noſtrum explicandi modum, ſcilicet ideo ceſſare obligationem voti, ſeu juramenti, quia fit remiſſio ejus promiſſionis ex parte ejus cui promiſſio facta eſt, quem etiam explicandi modum ſequuntur Soar. *de legib. lib. 2. c. 14. num. 5. & tom. 2. de Relig. lib. 6. de voto, c. 9. n. 15.* Gabr. Vaſq. *tom. 2. in c. 2. diſp. 179. n. 2.* Leſſ. *lib. 2. de juſtit. c. 14. dub. 12. n. 49.* Hæc Baſil. Pont. *d. n. 8.* ubi *n. 9.* cum Soar. *d. c. 14. n. 11.* contra Vaſq. *d. diſp. 179. c. 3. in fine*, exiſtimat ſi propriè & in rigore loquantur, hanc remiſſionem voti, & juramenti obligationis non eſſe diſpenſationem juris, ſed tantùm appellari diſpenſationem, quaſi ſit per quandam remiſſionem, quare potiùs videri relaxationem, vel diſpenſationem facti, non juris. Cur autem poſſit Papa obligationem voti, quæ alioquin juris diuini eſt, relaxare, in dubium reuocari ſolet, ſed facili negotio reſpondetur Pontificem verè, & propriè prædictam obligationem tollere, & in ea diſpenſare nomine ipſius Dei creditoris, cui obligatio fuit quæſita, etenim cùm plures poſſint dari juſtæ cauſæ ob quas jus illud competens Deo ex prædictis actibus remitti oporteat, rectè fit, ut ſicut quicunque creditor humanus jus ſibi debitum remittere poteſt, ex reg. *l. injuſto, ff. de regulis juris, & l. penult. C. de pactis*, ita Deus jus ſibi ex juramento, & voto quæſitum remittere poteſt, unde cùm lege ordinaria illius revelationem non habeamus, oportuit ut in terris eſſet aliquis, qui tanquam Vicarius Dei ejus nomine talem faceret remiſſionem, & juxta hanc reſolutionem intelliges Papam verè, & propriè diſpenſare in votis, & juramentis, prout reſolvunt Soar. *d. lib. 6. c. 9. n. 15. cum ſeqq.* Leſſ. *d. dub. 12. n. 99.* Aliter tamen, & non ineptè hoc explicat Baſil. Pont. *d. c. 2. n. 11.* ibi in hæc verba: Hinc etiam conſtat ſecundò qua ratione fiat diſpenſatio in voto, vel juramento. Hæc enim ſunt ex iis, quæ ex hominum arbitrio pendent & conſenſu, & ita in illis non relaxatur obligatio legis naturalis directè, quod propriè diſpenſatione fit: ſed remittitur debitum iſtud ex humano conſenſu nomine Dei, cui ea promiſſio facta eſt, & eſt pars illius obligationis. Conceſſit enim Deus Pontifici, ut ipſe debita remittere rationabili ex cauſa, quod explicabo poſtea, & ſicut me cedente alterius hominis promiſſioni, ceſſat etiam promiſſionis obligatio, ſic etiam Deus, in quantum illi debitum eſt, quod voto fuit promiſſum. Unde non diſpenſat Pontifex nomine Dei lege naturali, ſed remittens debitum, & jus ad rem illam, tollit obligationem. Quam poteſtatem propter multa inconvenientia vitandi credimus à Deo conceſſam eſſe Pontifici, ut ſuo nomine remittere eam promiſſionem poſſit, quem explicandi modum ſequuntur Soar. Vaſq. Leſſ. *citatis locis*, quos rejicit Thom. Sanchez ſine ullo fundamento.

In gloſſ. *Auctoritate*, ibi, *& de jure naturali non videtur.* Utrùm autem Summus Pontifex poſſit in lege divina, & naturali diſpenſare, gravis eſt quæſtio, in qua aliqui Theologi diſtinguunt inter leges divinas, quæ obligant mediante facto humano, prout ſunt illæ, quæ jubent vota, juramenta, matrimonia, & ſimilia obſervari, & inter illas, quæ obligant per ſe immediatè, prout ſunt leges, quæ de Baptiſmo, Confeſſione, & de præceptis Decalogi, & ſimilibus agunt, ut videlicet in prioribus liberè diſpenſet Pontifex irritando factum illud unde obligatio provenit, in poſterioribus verò minimè, quæ reſolutio colligitur ex traditis à Sot. *lib. 7. de juſt. q. 4 art. 1.* Cov. *in c. 2. n. 12. de teſtam.* Mich. Medina *lib. 5. de continentia Sacerd. c. 50.* & aliis pluribus, quos refert, & ſequitur Sayr. *d. lib. 6. cap. 11. n. 10. cum duobus ſeqq.* nouè Ioan. Valer. *de differentiis inter vtrumque forum, verbo diſpenſatio, differ. 6. n. 1.* 3

Verùm hæc reſolutio non videtur admittenda, & eam reprobant Azor. *d.p.1.lib.6. c.1. q.4.* Soar. *d. c.9. n.14.* Leſſ. *d.dub.12.n.98.* & meritò, quia licèt obligatio voti, & juramenti ex parte hominis ſit humana, ex parte tamen Dei èſt diuina, quatenus voluntas diuina ad illam acceptandam concurrit; igitur non poteſt homo in illa obligatione à Deo iam acceptata diſpenſare, auferendo illam, quin diſpenſet in jure diuino. Vnde Baſil. Pont. *d.lib.8.c.2.n.4.* cum Sanch. *de Matrim. lib.8. diſp.6.n.4.* Soar. *de legib.lib.2.c.14.n.5.* & Vaſq. *d.diſp.179.c.2.* & aliis pluribus per illos citatis, aſſerit nullam eſſe poteſtatem in Eccleſia, neque ordinariam, neque delegatam ad diſpenſandum in præceptis juris naturalis, aut diuini naturalis, quorum obligatio eſt abſoluta, independens ab hominum conſenſu, juxta ſenſum explicandum per illum *eod.c.2.n.2.*

4 Quare meliùs dicendum puto, quod quamvis non poſſit Summus Pontif. diſpenſare in legibus diuinis, poteſt tamen declarare, ſeu interpretari in aliquo caſu particulari deficere obligationem ipſarum, aut quia maius bonum ex earum obſervantia impeditur, aut aliquod graue damnum ſequitur, quæ quidem interpretatio Pontifici neganda non eſt, aliàs enim non dediſſet Chriſtus dominus ſufficientem poteſtatem ad ſuæ Eccleſiæ gubernationem, contra illud: Deus & natura non deficiunt in neceſſariis: & licèt nonnulli Doctores, quos citat Soar. *d.c.9.n.2.* confundant hos terminos, nihilominus tamen inter ſe maximè differunt, etenim diſpenſatio tollit ſubditum, & eximit à legis obligatione; interpretatio verò per quandam æquitatem, ſeu epikeiam declarat ceſſare in tali caſu obligationem legis, & ita Doctores Theologi hanc interpretandi, non verò diſpenſandi poteſtatem circa leges diuinas tribuunt Summo Pont. Cou. *de ſponſalib. p.2.c.6.§.9.n.2. & in reg.peccatum, p.2.§.11.n.3.* Hoied. *de incomp. benef.p.2. cap. vlt.n.5.in fine,* & plures citati à Sayr. *d.lib.5.c.11.n.9.* & à Sanctar. *var.q.1.n.6.* Quo fit vt cùm Pont. aliquid etiam ſub nomine diſpenſationis concedit, quod prima facie diuinis præceptis videtur aduerſari, provt eſt in voto tam ſimplici, quàm ſolemni, in iuramento, in reſidentia Prælatorum, in pluralitate beneficiorum curatorum, in Matrimonio rato, & aliis ſimilibus, debemus intelligere dari ibi veram, & propriam ſolummodò declarationem, quam licèt non faciat expreſſis verbis, facto tamen conceſſionis declarat generale præceptum legis diuinæ in eo caſu non habere locum. Quia verò leges humanæ etiam prohibent illud, quod diuinæ, dicendum eſt Pontificem verè, & propriè diſpenſare in his legibus humanis, quia non deſinunt obligare, quamvis earum ratio ceſſet in caſu particulari, juxta *l.proſpexit.ff. qui, & à quibus, Clement. ad noſtram, verſ. ſecundò, de hæret.* optimè Couar. *d.§.9.n.8.* vnde reſpectu juris diuini declaratio, reſpectu verò juris humani, propria diſpenſatio erit.

5 In ead. gloſſ. ibi, *Niſi ſubſit juſta cauſa diſpenſandi.* Notatur ad hoc, quod diſpenſatio cuiuſcunque, etiam Summi Pontificis, in voto, vel juramento, conceſſa abſque cauſa eſt irrita, vt per Sanch. *de matrim. lib.8. diſp.17.n.3.* Fr. Emman. *qq. Regul. tom.3.q.46.art.5.* Valer. Regin. *in praxi fori pœnit. lib.18. n.341.* quod quidem generale eſt in omnibus diſpenſationibus factis ab inferiore circa leges ſuperiorum, v.g. à Pontifice circa leges diuinas, ſeu ab Epiſcopo, aut alio ſimili circa leges Pontificias, in neutro enim foro diſpenſatio valebit ſine iuſta cauſa conceſſa, nec diſpenſatus erit tutus in conſcientia, ſi intelligat cauſam eſſe injuſtam; ita reſoluunt Innoc. *in cap. cùm ad Monaſterium, n.4.de ſtatu monach. & in cap.dudum, il 2.de elect.* receptus communiter ſecundùm Felin. *in cap. poſtulaſti, n.13. & in cap.ad audientiam, il 2. n.4. de reſcript.* poſt alios Cou. *de ſponſal.p.2.c.6.§.9.n.11.* Nau. *in manual. prælud.9.n.13.* Sot. *de iuſtit.lib.1. quæſt. vlt. art.vlt.verſ. poſtremò,* Mench *illuſtr.c.28. à n.10.* Hojed. *de incompat. benef.p.1.c.19.n.17.* Rip. *lib.2. reſponſ. c.30.* Rebuff. *in praxi, tit.de diſpenſ.n.52.* Soar. *de Sacram.q.72.art.31. diſp. 36.ſect.2. verſ. tertia pars, & de Relig. tom.1.tr.2. lib.2.c.33.n.3.* poſt multos, quos refert Sayr. *lib.5.c.8. n.12.* Leſſ. *d.dub.13.n.101.& ſeq.* Salas *de legib. diſp.1. ſect.4.n.30.* Soar. *eod.tract.lib.6.c.18.n.7.* nouiſſimè Baſil. Pont. *de Sacram. Matrim. lib.8.c.13.*

SUMMARIUM.

1 *Eccleſia compellit hæredem laicum per excommunicationem, & bonorum ſubtractionem ad executionem voti vltramarini, ad quod ſe obligauit pro defuncto.*

2 *Doctores referuntur de materia, & intellectu huius text. agentes.*

4 *Declaratur text. in præſenti,* & n.5. & 9.

6 *Voti realis obligatio poteſt tranſire in hæredem extraneum, & voluntarium ſub ratione obligationis juſtitiæ.*

7 *Legitima filiorum onus etiam pium non poteſt pater imponere, niſi præhabita filij acceptatione.*

8 *Hæres expreſſa defuncti juſſa ſibi legitimè incumbentia monitus non adimplens intra tempus à jure ſtatutum, priuatur ipſo jure emolumento etiam prælegatorum ſibi competente ex hæreditate, videlicet teſtamento ejuſdem defuncti.*

10 *Papa vniuerſalis Paſtor crediti ſibi à Deo ouilis curam gerens in ordine ad finem ſupernaturalem, & bonum Eccleſiæ, poteſt Regem regno priuare.*

11 *Papa in caſibus, quibus Reges deponere, aut priuare poteſt, nouos conſtituere in præjudicium legitimi ſucceſſoris non valet,* & n. 14.

12 *Proximitas quoad Regni ſucceſſionem attendenda reſpectu vltimi poſſeſſoris,* & n. 16.

13 *Succeſſor in Regno illud non accipit ab vltimo poſſeſſore, aut alio quolibet anteriori, ſed tota ejus ſucceſſio referenda eſt ad ipſam Rempublicam.*

15 *Papa poteſt Regem Regno priuare, & extraneo adiudicare, vbi ex circumſtantiis occurrentibus apparuerit ſic expedire bono ſpirituali totius Regni, & conſeruationi Religionis.*

17 *Maioratus in ſucceſſione proximitas gradus attenditur reſpectu vltimi poſſeſſoris, quod etiam in quibuſcunque aliis fideicommiſſis familiæ, vel agnationi relictis locum habet.*

18 *Regni ſucceſſio de ſe non jure hæreditario ſed ſanguinis defertur ex num.ſeqq.* & n.19.

20 *Declaratur text.* in cap. grandi, de ſuppl. negl. lib.6.

Cap. Licèt VI.

HÆres quando promittit explere votum vltramarinum defuncti, poteſt compelli excommunicatione, & priuatione hæreditatis, etiam Regni, ad explendum votum, provt in hoc text. Papa compellit Regem Vngariæ. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Imol. Anan. Butr. Hoſt. Anchar. Henric. Panorm. Vin. *in ration. lib.3. juris Pontif. pag.320.* Alagona *in compend. juris Canon. pag.492.* remiſſiuè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.1. & 2.* refertur ab Ant. Auguſt. *collect.3. Decret.lib.3.tit.26.cap.2.* 1

Difficilis

Difficilis eſt hic text. varioſque patitur intellectus, quos referunt pro ſuis viribus latè explicantes Cov. *in cap. ſi hæredes, ex n.9. de teſtam.* Molin. *de primog. lib.1.c.9. à n.3. verſ. nec his obſtat,* Xuar. *in repet. l. quoniam in prioribus, in princ. n.20. C. de inoffic. teſtam.* ubi *in addit.* Jacob. Valdeſ. integrum text. & ejus materiam latè explicantem, Perez *l.2. verſ. nec obſtat, tit.1. lib.5. Ordin. pag.120. & tit.6. pag.174.* Capyc. *deciſ.121. ex n.2.* Mich. Pelaëz *de major. p.2. q.4. illat.1. n.8.* Joan. Leceriel. *lib.3. de primog. q.6.* Didac. Lopez Stunica *de voto, q.4. ex n.50.* Peralta *in l.3. §. qui fideicommiſſam, ex num.86. ff. de hæred. inſtit.* Spin. *in ſpeculo teſtam. gloſſ.39. princ. à n.33. & à n.68. & gloſſ.28. princ. à n.61. verſ. qualiter igitur,* Joan. Garc. *de expenſ. cap.16. n.32. & 33.* Queſad. *rerum quotid. c.32. n.4.* Avend. *l.40. Tauri, gloſſ.1. n.76. cum ſeqq.* ubi quinque intellectus ad hunc text. præſtat, Molin. *de juſtit. tract.2. diſp.626. ſub n.8.* Soar. *de Relig. tom.2. tract.6. de vot. lib.4. cap.10. n.12.* Caſtill. *controverſ. juris lib.3. c.19. à num.119.* Marc. Anton. Genuenſ. *in pract. Eccleſiaſt. quæſt.44.*

3 *Cùm Rex Hungariæ pater tuus.*] Hic fuit Bela, tertius Hungariæ Rex, ad cujus filium Andream, cognomento Hieroſolymitanum, Summus Pont. Innoc. III. conſcripſit hunc text. ut refert Tiraq. *de jure primog. in præfat. n.6.*

4 *Commiſerit tuæ fidei exequendum, &c.*] Pro intellectu hujus text. in prima ejus parte advertendum eſt Regem Hungariæ, de quo *hic*, votum voviſſe Domino Hieroſolymitanam provinciam viſitare in forti militum manu, ideſt, cum militibus ſecum ferendis, non in proprium famulatum, ſed in auxilium, & ſubſidium belli illius, & ita votum mixtum emiſiſſe, partim ſcilicet perſonale, dum refertur ad illam eundi, peregrinandi, & viſitandi actionem perſonalem; partim verò reale, dum ſcilicet refertur ad ſumptus reales, qui faciendi eſſent in illis militibus alendis, & in aliis eorum oneribus in itinere, & in bello ſupportandis, juxta reſoluta per Molin. *d. diſp.62. ſub n.8.* Soar. *d. lib.4. c.10. n.11.* Caſtil. *d.c.19. ſub n.24.* advertentes, præcipuè Soar. ut hoc votum, aut aliud ſimile mixtum, & ita partim reale formaliter dici poſſit, non ſufficere quamlibet mixturam, ſed illam ſolùm, quæ per accidens contingit, nempe ex intentione voventis, volentis eam æquè principalem eſſe in voto, ac ipſum opus perſonale in eo promiſſum, ut contingit in hujus Regis Hungariæ voto, cujus oblatio pro ea parte, quæ juxta accidentalem mixturam realis erat, potuit durare in hæredes tranſitura de ſe, quanvis à vovente, utpote mortuo, non poſſet adimpleri pro ea parte, quæ erat perſonalis; nam cùm illa duo, videlicet opus perſonale, & reale in voto deducta fuerint æquè principaliter, & ita licèt fuerint in eo conjuncta; tamen neutrum eorum fuerit acceſſoriè connexum, conſequitur quod eorum quodlibet, tanquam per ſe ſtans, conſtituit virtualiter votum diverſum, & diſtinctum, ac proinde licèt aliud, nempe peſonale, nequeat impleri, tamen implendum eſt quod poteſt, nempe reale.

5 Volens igitur prædictus Hungariæ Rex, in extremis agens, ut obligatio ſui voti poſt mortem ſuam ab hæredibus ſuis adimpleretur in totum, ideſt, non ſolùm pro ea parte, quæ realis erat, & adhuc durabat, juxta ſupradicta; ſed etiam pro ea, quæ erat perſonalis, & ut talis per ejus mortem expirabat: & ita abſque ulla diminutione, etiam ex legitima ipſius filii, ſi opus eſſet, eandem obligationem filio injunxit, & ab eo voluntariam acceptationem, & celeris implementi promiſſionem, aſſumpto per ipſum filium Crucis ſignaculo expoſtulavit, & cum in eundem finem fecit hæredem bonorum ſuorum patrimonialium, eique, ut par eſt credere, reliquit facultates ad ejuſdem voti implementum competentes, & ipſammet copiam pecuniæ, quam fortè ad illud ipſe Rex in vita paraverat, ut advertunt Molin. *d. diſp.626. n.8.* Caſtill. *ſub d. n.24. col.3. in princ.*

Unde licèt hujuſmodi voti obligatio, qua parte 6
realis erat, poſſet tranſire ſub ratione obligationis juſtitiæ ipſo jure, ex vi hæreditatis receptæ in hæredem extraneum, & voluntarium: tum ex generali reg. text. *in l. hæres in omne, ff. de acq. hæred. & in l. nihil 14. ff. de reg. jur.* tum ex aliis adductis per Soar. *d. lib.4. cap.11. à n.5.* ac proinde pro ea parte, qua prædicta voti obligatio erat perſonalis, ſi teſtator excitans, ut ita dicam, ejuſdem voti naturam, eidem hæredi votum hujuſmodi injunxerit in vim conditionis, ut omnes fatentur, & conſtat ex ordinariis conditionum regulis, de quibus *in l. cedere diem 213. ff. de verbor. ſignif. & in l. ſi hæredi 5. ff. de condit. inſtit.* in ſpecie Soar. *d.c.11. num.3.* Intelligens tamen prædictus Rex Hungariæ, quod licèt hæc omnia ita ſervanda ſint reſpectu hæredis extranei voluntarii, & etiam in bonis filio ultra legitimam à patre relictis, ut per Xuar. *in d. l. quoniam in prioribus, ampl.6.* & Molin. *d. lib.2. c.1. n.29.* per text. *in l. ſcimus, §. cùm autem, C. de inoff. teſtam.* non poterat tamen ejus voti obligationem, nec 7
tanquam realem, nec tanquam perſonalem, quantumvis piam, imponere filio ſuo, etiam hæredi, quoad legitimam, juxta reg. text. *in l. quoniam in prioribus, C. de inoff. teſtam.* junctis iis, quæ ad eandem regulam in oneribus etiam piis ampliandam reſolvunt Zabar. Abb. Imol. & Barbat. *à n.10. in c. ſi hæredes, de teſtam.* ubi Covar. *ſub num.9. col.2.* Lecer. *de primog. lib.3. q.6.* Tiraq. *de pia cauſa, in præfat. n.28.* Valaſc. *de partit. c.19. num.38.* Coſta *in c. ſi pater, verbo Trebellianica, num.7. de teſtam. lib.6.* Craſſ. *in §. legitima, quæſt.39. n.20. & quæſt.46.* & in ſpecie hujus text. obſervant Molin. *de primog. lib.1. c.9. n.6.* alt. Molin. *d. diſp.626. num.9. col.2.* Caſtill. *ſub d. num.24.* ideò idem Rex acceptationem voluntariam filii, modo ſuprà relato expoſtulavit, ut præhabitâ filii acceptatione, eum poſſet etiam in legitima gravare, quod per illum hoc modo fieri poſſe tenent Molin. *de primog. lib.2. cap.1. in fine,* alt. Molin. *d. diſp.626. n.9. col.2.* Caſtil. *d. c.19. ſub n.14. col.3.* & ſatis ſentit Craſſ. *d. §. legitima, q.39. ſub num.2.*

Et hæreditatis emolumento priveris.] Notatur ad hoc, 8
quod hæres expreſſa defuncti juſſa ſibi legitimè incumbentia monitus non adimplens intra tempus à jure variè ſtatutum, & relatum à Covarr. *in cap.2. à princip. de teſtament.* privatur ipſo jure emolumento etiam prælegatorum ſibi competente ex hæreditate, vel teſtamento ejuſdem defuncti, juxta reg. text. *in auth. hoc amplius, C. de fideicom. & in authent. de Eccleſiaſt. tit. §. ſi quis autem, collat.9.* quæ quidem regula recipitur etiam de Jure Canonico, juxta text. *in d. c. ſi hæredes,* juncto intellectu plurimorum, quos refert, & ſequitur Covar. *ibid. à n.5.* Padil. *in d. auth. hoc amplius, n.2.* Gregor. *l. ult. gloſſ. penult. tit.10. p.6.* dummodò tamen ipſa privatio, ſi non accedat acceptatio filii, aut non percipit à defuncto patre bona ultra legitimam, locum non habeat in ipſa legitima, quantùvis onera expreſsè injuncta pia ſint, & ex voto præcedenti; vel niſi filius prædicta onera acceptaverit, juxta ſupradicta, quo capite acceptationis filius in hoc text. privatur omni emolumento ſibi proveniente ex paterno teſtamento, quia ſuppoſitâ ſuâ acceptatione abſolutâ, tenebatur etiam cum damno legitimæ adimplere onus, & obligationem voti, de quo *ibi.* Qua etiam ratione idem filius privari *in hoc text.*

potuit

potuit ducatu, ſi habitus fuit, & noviter inſtitutus ex diſpoſitione, & judicio paterno revocabili uſque ad mortem, ut ad hunc text. intelligit benè Molin. Theolog. *d. n.9. col.2. in med.* & poſt Hoſt. Joan. Andr. & alios Caſtil. *ſub d. n.24. col. ult.*

9 *In Regno Hungariæ competebat*, &c.] Pro intellectu hujus text. *in 2. part.* in qua agit de filio privando Regni ſucceſſione, proptereà quod non implevit votum paternum, advertendum eſt prædictam voti injunctionem filio factam à Rege Hungariæ, & acceptationem ejuſdem voti, de qua *hic*, contigiſſe ſolùm cum filio ipſius ſecundogenito, non verò cum primogenito, qui eidem in Regno Hungariæ ſucceſſit, ut conſtat ex integra hujus text. relata per Conc. *ibid.* & *in tom.2. operum Innoc. lib.1. epiſtolarum, epiſt.10.* & poſt Panor. *in hoc text.* agnoſcit Molin. *d. diſp.626. ſub n.8. col.2. & 3.* Caſtil. *ſub d. n.24.* poſt Hoſtienſ. *hic, col.4.* & Joan. Andr. *col.2. & 3.* Butr. *n.16. in fin.* ac Zabar. *num.4. oppoſ.2.* Secundùm quam hujus text. integram Rex habebat tres filios, quorum primogenitus ſucceſſit in Regno, abſque ulla prædicti voti injunctione, & acceptatione, & ſecundogenitus ſucceſſit in bonis patrimonialibus ejuſdem patris, in quibus ab eo inſtitutus fuit, & rurſus ſucceſſit in prædicto voto quoad obligationem juſtitiæ ſui reſpectu ex eo dimanantem. Cæterùm poſt mortem patris, coactâ militum copiâ, cùm Hieroſolymitanum iter arriperet, & contra inimicos Crucis bellum dirigeret, ac tandem votum ſuum, nedum paternum implere ſimulaſſet; tamen ejus oblitus in fratrem ſuum primogenitum, & Regnum Hungariæ convertit injuſtè aciem bellatorum, & multa contra Regiam fratris ſerenitatem commiſit cum magno hoſtium Fidei augmento, & Eccleſiæ detrimento, cui pro Catholica Religione, & communi bono expediebat, ut terra illa ſancta ab infidelibus vendicaretur propter periculum Fidelium ibi degentium, & devotionem illuc peregrinantium: ita ex dicta integra colligunt Molin. *d. n.9. col.2.* Jacob. Valdeſ. *in addit. ad Xuar. in d. l. quoniam in prioribus, §. ad rem*, qui eſt *n.20. pag.28.* Caſtill. *ſub d. n.24. col.4. in med.*

10 Summus igitur Pontifex Innocent. III. Univerſalis Paſtor crediti ſibi à Deo ovilis curam gerens in ordine ad finem ſupernaturalem, & bonum Eccleſiæ, ac pacem Hungariæ Regni, ut habetur in integra relata à Valdeſ. *loco proximè citato*, juncta reg. text. *in c. quemadmodum, de jurejur.* ibi, *turpius ejicitur*, &c. potuit *in præſenti*, filium ſecundogenitum prædicti Regis Hungariæ privare ſucceſſione ejuſdem Regni, ſibi competente jure geniture, ſi frater primogenitus Regni ſucceſſor ſine prole decederet, ut obſervant Molin. *d. num.9. col.2. ante finem*, Caſtil. *d. n.24. col.4. in med.* prout etiam ſecundùm eandem reſolutionem procedunt plurimæ depoſitiones, quas Summi Pontifices fecerunt, tum Imperatorum, ut *in c. ad Apoſtolicam, de re jud. lib.6.* & in aliis exemplis adductis per Card. Bellarm. *controv.3. generali de Romano Pontif. lib.5. c.8.* & per Modern. *de juriſd. part.1. c.23.* & per Soar. *de defenſione fidei, lib.3. c.23. n.14.* tum etiam Regum, ut *in cap. alius 15. quæſt.6.* & in aliis exemplis adductis per Cardin. Bellarm. Modern. & Soar. *dictis locis.*

11 *Et Regnum ipſum ad minorem fratrem tuum*, &c.] Ergo Summus Pontifex in caſibus, quibus Reges deponere poteſt, prout *num. præcedenti* demonſtravi, aut privare poſſeſſorem delinquentem, non poteſt novos Reges conſtituere in præjudicium legitimi ſucceſſoris, ut docent Molin. *de primogen. lib.4. cap. ultim. num.37.* alt. Molin. *de juſtitia, tract.2. diſp.29. verſic. ex dictis Sotus*, quicquid dicant Palat. *de obtentione Regis Navarræ, part.5. §.7.* & Gregor. Lopez *l.2. verbo no aviendo, tit.15. p.2.* aliter enim jam hujuſmodi ſucceſſor gravaretur ex delicto Regis poſſeſſoris, contra reg. *non debet, de regulis juris in 6.* juncta reg. text. *in l.3. ff. de interd. & releg.* cum ſimilibus latè adductis per Ant. Gom. *l.40. Tauri, n.91.* 12
ſecundùm quam delictum poſſeſſoris non præjudicat ſucceſſori in iis, quæ huic non ab illo, ſed aliunde obveniunt: proſequuntur Sarmient. *ſelect. lib.3. c.4. n.3.* & Spin. *in ſpeculo teſtam. gloſſ.19. num.45.* licèt enim proximitas quoad Regni ſucceſſionem attendenda ſit reſpectu ultimi poſſeſſoris, ut habetur apud Caſtellan. *l.2. tit.15. p.2. & l.9. verſ. la primera, tit.1. ead. p.1.* ubi Greg. *verbo finalmiento, & l.2. tit.18. p.3. verſ. è ſu hermano*, Molin. *de primog. lib.3. cap.9. n.15.* Caſtil. *d. cap.19. n.139. col.2. in med.* cum aliis infrà citandis; tamen non proptereà ſucceſſor dicendus eſt 13
accipere Regnum ex ejus manu, vel ex jure aliquo, quod ab eodem ultimo, aut ab alio quolibet anteriori poſſeſſore tranſmiſſum ſit in eundem Regni ſucceſſorem; ſed tota ejus ſucceſſio referenda eſt ad ipſam Rempublicam, ut adnotarunt Greg. *l.9. gloſſ.2. in princip. tit.7. part.2. & l.4. gloſſ.1. columnn... in fine, tit.15. ead. part.* Molin. *d. tract.2. diſp.626. n.18. & à n.8. & diſp.617. ſub n.2.* Caſtill. *d. cap.10. ſub n.127. col.4. poſt princ.* id quod etiam conſtat in majoratu, cujus ſucceſſor dicitur illum capere non ab ultimo poſſeſſore, ſed à primo ejus inſtitutore, ut docent Guttier. *pract. lib.3. quæſt.66. n.13.* Molin. *d. diſp.626. num.18. & diſp.628. poſt princ. & diſp.617. n.2.* alt. Molin. *de primog. lib.1. c.8. n.2.* Pinel. *in l.1. part.3. num.65. ad med. & n.99. C. de bonis mat.* Gom. *l.40. Tauri, ſub n.72.* Valaſc. *de jure emphyt. quæſt.10. n.4.* & à majoratu ad Regnum licitum eſt arguere, ut per citatos *in libello de principiis utriuſque juris, litera A, num.183.* & in fideicommiſſo familiæ relicto advertit Card. Mantic. *de conject. ult. volunt. lib.8. tit.2. n.39.* pro quibus eſt text. *in l. unum ex familia, §.1. ff. de legatis 2. & in l.3. in fine, ff. de interd. & releg. & in l. ſi arrogator, ff. de adopt.*

Amplia reſolutionem, quam proximè ex text. deſumpſi, ut procedat non ſolùm quando Summus Pontifex vellet loco Regis à ſe depoſiti alium extraneum ab ejus familia Regem conſtituere; quod enim regulariter fieri non poſſet, extra omnem controverſiam eſſe debet, ex eo quia Regnum, durante familia poſſeſſoris, non poteſt tranſire ad extraneos, ex latè traditis per Molin. *de primog. lib.1. cap.3. à n.7.* & ex his, quæ in ſucceſſione majoratus, à qua fit argumentum, ad ſucceſſionem Regni, ut ſuprà tetigi, reſolvunt ad excluſionem extraneorum Covar. *lib.3. var. cap.5. n.4.* Molin. *d. lib.1. cap.1. n.7.* Burg. de Pace *quæſt.2. civili, num.71. & quæſt.3. n.3.* ſed etiam quando idem Summus Pontifex vellet Regni ſucceſſionem deferre alicui, ſed non proximo de familia; hæc etenim delatio fieri regulariter non poteſt in præjudicium proximioris, etiam filii, ut ſatis probat text. *in præſenti*, in proximè citatis verbis. Similiter etiam amplianda venit prædicta principalis reſolutio, ut nec ad vitam ipſius Regis depoſiti poſſit Regulariter Summus Pontifex alium Regem ſubſtituere in præjudicium legitimi poſſeſſoris, ut ex ſuprà deductis benè concluditur. Nec obſtat quod in ſucceſſione majoratus, (à quo ad Regnum argui poteſt, ut jam dixi) in præjudicium proximioris poteſt, & debet in vita poſſeſſoris delinquentis retardari majoratus delatio, & interim ad ejus commoditates, & fructus Fiſcus vocari, juxta text. *in l. Statius Florus, §. Cornelio Felici, ff. de jure fiſci, & in l. cùm prætor, §. hæreditate, ff. de legat.2.* reſolvunt communiter Doctores, ut per Molin. *d. lib.1. cap.9. num.25.*

num.24.& lib.3. cap.vlt. num.11. & Gom. l. 40. Tauri, num.91.col.4. Coſt.in §.& quid ſi tantum,p.2.à num.17. Menoch. remed.9. recup. n. 244. Quia reſpondetur id quidem in regno locum non habere, tum quia in illa nullatenus cadit confiſcatio: tum etiam quia cùm poteſtas Summi Pontificis Regem delinquentem ſic deponentis reſtringatur ad ſolos limites boni ſpiritualis ex ea depoſitione dimanantis, ut ſuprà oſtendi, bonum autem ſpirituale regulariter non poſtulet eam Regis ſubſtitutionem, ſequitur eam nullatenus fore admittendam.

15 Limita tamen ſupradictam reſolutionem ſic ampliatam, ne procedat, vbi ex circunſtantiis occurrentibus apparuerit expedire bono ſpirituali totius Regni, & conſeruationi Religionis, vt Regni ſucceſſio per Summum Pontif. auferatur proportionabiliter ab vno, vel à pluribus ſucceſſoribus, vel ab omnibus, ac tandem extraneo adiudicetur cum facultate Regnum debellandi, vt quia aliter cohiberi fortè non poteſt hæreſis poſſeſſoris, aut quia proximior hæreticus eſt, aut denique talis ex quo ſpiritualis boni notabile damnum reſultaret, ut in terminis tenet Molin. d. tr.2. diſt.29.verſ. ex dictis Sotus, & ſatis deducitur ex hoc text. vbi Panorm.n.4. ſicque procedere poterit ſententia Palatij d.§.7. vt in effectu ſentit alt. Molin. d.c.ult. num.37.

16 Vlteriùs ex verbis huius text. proximè adductis inferunt Doctores ad Regni ſucceſſionem proximitatis qualitatem expendi ex gradu reſpectu vltimi poſſeſſoris, itavt hic proximior gradu eſſe debeat, qui in regno ſuccedere intenderit, nec ſufficiat proximiorem eſſe primo acquirenti, & ab eo deſcendentem, vt per Aguirre de ſucceſſione Regni Portugalliæ, part.1. num.2. Molin. d.cap.9.n.15. alt. Molin. d.diſp.628. col.3. in princ. Flores ad Gam.deciſ.7.verſ.ſeptimus caſus, Caſtil. d.cap.19. num.139. col.2.in med. & licèt hæc ſententia non probetur apertè ex hoc text. vtpote quia non agit de ſucceſſione Regni, ſed de alia, nempe de ſucceſſione bonorum patrimonialium ejuſdem patris Regis defuncti, meliùs tamen probatur ex cap. grandi, de ſupplend.neglig. prel.lib.6. ibi, eidem Regi jure Regni ſuccederet, dum ſcilicet per hæc verba ad Regem vltimum poſſeſſorem refert fraternitatis, & ita proximitatis qualitatem reſpectu gradus requiſitam in Regni
17 ſucceſſore. Deinde hoc idem probatur ex eo, quia in hac materia valet argumentum de maioratu ad Regnum, vt ſuprà dixi: atqui in ſucceſſione majoratus proximitas gradus attenditur reſpectu vltimi poſſeſſoris, idem in Regno dicendum eſt: minor probatur ex text.in l.omnia, §.in fideicommiſſo,ff.de legatis 2. cum aliis fundamentis adductis per Molin. d. lib.3. cap.9. n.11. & ſeqq. & per Angel. Matheac. de legatis, lib.2. c.15.n.9.cum ſeqq. & per Fachin. controverſ. iuris lib.5. cap.85. & per Peregr. de fideicom. art.10.ſub n.2.verſ. contrarium, & per Cov. practic.cap.38. num.1.& 2.& lariùs per Mench. de ſucceſſionum creat. lib.3.§.27.n.3. cum ſeqq. & per Gam. Luſit. deciſ.206. n.23.cum ſeqq. & per Molin.de juſtit.tom.3.tract.2.diſp.228. col.3. per quæ fundamenta hanc ſententiam etiam in prædictis majoratibus, & in quibuſlibet aliis fideicommiſſis familiæ, vel agnationi relictis, vt poſt nominatos proximior agnatus, aut de familia vocetur, tenuit Bartol. Socin.in l. ſi cognatis, n.40.ff.de rebus dubiis, Marian. Socin. conſ.126. lib.1. & plures, quos refert, & ſequitur Peregr. ubi proximè, Guttier. pract. lib.3.q.66. in antiq.à num.7. Valaſc. de jure emphyt. quæſt.50.n.34. Gam. Luſit. deciſ.70. num.1. & deciſ.206. num.23.cum ſeqq. Cald.Pereira de nominat.emphyt.quæſt.24.num.190. Clar. §.teſtamentum,quæſt.76.num.14. Molin.de primog. lib.1. cap.6.num.47. & d.cap.9. à num.11. alt. Molin. d. diſp.628. in med. cum ſeqq. Mench. d. num.5. juncto num.8. & loquendo in majoratibus fatetur Flores ad Gam.d.deciſ.7. verſ.quintus caſus, Caſtil. d.lib.3.cap.15. num.51.& cap.19.à num.139. cum ſeqq. Aguirre d.p.1. num.11. Quamvis oppoſitum, imò quod proximitas gradus non ſit attendenda reſpectu vltimi poſſeſſoris, ſed reſpectu teſtatoris, aut inſtituentis majoratum, tenuerint Iaſ.conſ.115. lib.1. & alii quos refert, & ſequitur Couarr. d.cap.38.ſub num.2.verſ.ſi ſanè, Cardin. Mantic. de coniect.vltim. volunt. lib.8. tit.12. à num.1. Menoch. conſ.124.num.1.cum ſeqq. & Ceuall. communium contra communes, q.398. à num.1. apud quos videbis plura ad intellectum d. §. in fideicommiſſo, qui ſolet pro vtraque parte ab vtriuſque ſequacibus expendi.

Denique ex ſupradictis huius text. verbis pariter 18
colligunt aliqui Doctores, ſucceſſionem Regni de ſe, vbi lege lata, aut aliunde expreſſum non fuerit oppoſitum, deferri non jure hæreditario, ſed ſanguinis, dum inquit Rege ſine liberis decedente, Regnum de vno ad alium fratrem deferri ordine genituræ, id eſt, propinquitatis in ſanguine, vt poſt Bald. in l.cum antiquioribus, n.18.C.de iure delib. & poſt Purp. conſ.419. num.1. explicat Caſtil. d.c.19. num.119. bene inſuper aduertens idem in eodem text. aliunde etiam probari, videlicet ex eo, quod Pontifex ibidem minatur Ducem, de quo ibi, amiſſurum jus ſucceſſionis in Regno, & ita oſtendit hoc jus in vita etiam Regis poſſeſſoris eſſe conſiderabile ad condemnationem, de qua text. loquitur, quod cùm ita ſit, neceſſariò demonſtrat huiuſmodi jus eſſe ſanguinis, ſiquidem hoc ſolùm tunc dici poterat conſiderabile, non autem eſſe hæreditarium; nam hoc ante mortem teſtatoris conſiderabile non eſt, neque in condemnationem ſub ratione juris de præſenti venire poteſt, juxta reg. text. in l. 4. ff. de adimendis leg. & in l.1.§.ſi impubere, ff.de collat.bonorum. Probatur etiam hoc ipſum ex d.c.grandi, dum eundem ordinem genituræ, & propinquitatis, de quo in hoc text. particulariter expendit ad ſucceſſionem huius Regni, ibi, qui eidem Regi, ſi abſque legitimo decederet filio, jure Regni ſuccederet; id eſt conſuetudine Regni, deferendo eius ſucceſſionem fratri Regis ſine filiis decedentis, tanquam eius proximiori de ſanguine, & ita jure ſanguinis, vt poſt Joan.à Terra Rubea, & alios explicat Caſtil. d.c.19.ſub num.118.col.2. Quare his, & aliis fundamentis ita docent plures, quos refert, & ſequitur Lara in l. ſi quis à liberis,§.idem reſcripſit,n.136. ff.de liber.agnoſc. Pelaëz de majoratu, part.4.n.47.& 48. quæſt.1. Molin. de primog.lib.1.cap.5.ſub num.10. & c.8. ſub num.9.& lib.3 c.6.n.9. alt. Molin.d.tract.2.diſp.626. n.5.6.& 8. & diſp.617.ſub n.2. Matienſ. in l.6. gloſſ.3. n.13.tit.7. lib.5. noua recopil. Pichard. ad tit. Inſtit. de hæred.quæ ab inteſtato defer.tract. de repræſent.§.2. n.28. & alii, quos refert, & ſequitur Caſtill.d.c.19. num.117. cum ſeqq.

Verùm alii Doctores contrarium reſoluentes, vi- 19
delicet quod ſucceſſio in Regno de ſe non deferatur jure ſanguinis, ſed potiùs jure hæreditario, etiam pro hac parte expendere ſolent text in præſenti, dum agens de filio priuando Regni ſucceſſione, propterea quod non impleuit votum paternum, indicare videtur Regnum deferri tanquam defuncti hæreditatem, & ſucceſſionem ab ejus manu acceptam à ſucceſſore, non tam vt primogenito, quàm vt hærede, in eo quod vtitur illis verbis, ibi, paterna te reddas ſucceſſione indignum, & emolumento hæreditatis priueris: & rurſus in eo quod approbat potuiſſe Regem prædeceſſorem ibi eundem filium grauare onere adimplendi prædictum votum, in illis verbis, ibi, ne ſi onus à patre tibi iniunctum, &c. cùm tamen conſtet illum ſolùm ex hoc capite grauari poſſe,

poſſe, ad quod aliquid non jure proprio, & ſanguinis, ſed iure hæreditario prouenit à manu grauantis, juxta reg. text. *in l. ab eo, C. de ſideicom. & in l. 1. §. ſciendum, ff. de legatis 3. & in l. 2. §. ſi heres, ff. ad Trebell.* cum ſimilibus. Deinde pro hac parte expenditur *d. cap. grandi*, ibi, *eidem Regi ſuccederet*, quaſi per huiuſmodi verba innuat ſucceſſorem in Regno ſuccedere prædeceſſori, & ita ſuccedere jure hæreditario, cùm per hoc ſolùm jus dicatur ſuccedi prædeceſſori, non autem per jus ſanguinis, per quod non immediatè anteceſſori ſucceditur, nec inde, ſed aliunde jus accipitur, vt *ſuprà* oſtendi. Et ideò hanc contrariam opinionem, imò quod ſucceſſio in Regno de ſe non deferatur jure ſanguinis, ſed potiùs jure hæreditario, tenuerunt Oldrad. *conſ. 94. n. 8. cum ſeqq.* Abb. *hîc, n. 4.* & alii quos refert, & ſequitur Tiraq. *de jure primog. q. 35. n. 3. cum ſeqq.* Coſt. *de ſucceſſione Portugalliæ, pag. 136. in fine, cum ſeqq.* Couar. *var. c. 1. n. 4. & 7.* Valaſc. *de jure emphyt. q. 50. n. 2. & 12.* & quod attinet ad Regni ſucceſſionem in eadem ſententia reſident Gom. *l. 40. Tauri, num. 4. & 72.* vbi Auend. *gloſ. 1. n. 22. 23. 24. & 81.* Joan. Garc. *de expenſis, c. 16. n. 15. 16. 31. & 32.* Humad. *l. 9. gloſſ. 2. tit. 7. p. 2.* & *ibi* Greg. *col. 2. ante fin.* poſt alios Aguirre *n. 3. d. p. 1. n. 22. 69. & 104.*

20 Ex quibus duabus contrariis opinionibus prior verior eſt, & in jure magis ſolidum habet fundamentum: nec pro ſecunda facit text. *in præſenti*, quatenus ex eo probare intendunt illius ſequaces, Regnum deferri jure hæreditario, quia primò illa huius text. verba, ibi, *paterna te reddas*, &c. intelligenda ſunt de priuatione, non quidem Regni, vtpote quia adhuc eo tempore illud à fratre primogenito poſſidebatur, vt benè aduertunt Molin. *d. diſp. 626. ſub num. 8. col. vlt.* Caſtil. *d. cap. 19. ſub n. 24. col. 2. in med.* ſed ſolùm hæreditatis, & legitimæ ſibi onus huiuſmodi acceptanti, vel patri relictæ, vt *ſuprà* oſtendi. Secundò alia huiuſmet text. verba, ibi, *ne ſi onus tibi à patre iniunctum*, &c. probantia onus prædicti voti potuiſſe iniungi eidem filio, non probant Regnum deferri jure hæreditario; nam huiuſmodi onus nec injunctum fuit cum reſpectu ad Regnum, in quo huiuſmodi filius immediatè ſucceſſurus eſſet, vtpote quia non ipſe, ſed eius frater primogenitus in eo immediatè ſucceſſurus erat, ſed ſolùm cum reſpectu hæreditatis paternæ ſibi relictæ: neque etiamſi cum reſpectu ad Regnum iniungeretur, probaret intentum, utpote quia hæc injunctio ſub eo reſpectu filium ſucceſſorem non arctaret vi ſua, ſed ſolùm ex vi acceptationis ab eodem filio factæ, prout etiam ex ſola hac vi obligaret reſpectu legitimæ, utpote obuenientis non à patre, ſed à lege naturæ, quæ omnia colliguut ex ſupradictis. Nec tandem in hoc text. Pontifex adverſùs eundem filium privationem juris ad Regnum ipſi alioquin competentis poſt mortem fratris primogeniti minatur, ex eo quod illius jus tanquam hæreditatium amitteret propter defectum prædicti oneris non adimpleti, ex vi *d. Auth. hoc amplius*, cum ſimilibus, ſed ſolùm ex eo, quia eandem privationem poſtulabat finis ſupernaturalis in ordine ad quem potuit Summus Pontifex eam inducere *in hoc text.* quantumvis jus illud ad Regni ſucceſſionem ſit ſanguinis, & non hæreditatium, ut dixi *ſupr. n. 18.*

21 Nec etiam obſtat prædictæ priori ſententiæ text. *in d. c. grandi*, ibi, *eidem Regi ſuccederet*, quia reſpondetur eam non intendere quod Regi prædeceſſori tribuendum ſit jus in regno competens ſucceſſori, quaſi in hunc ab illo dimanet, non enim dimanat, nec accipitur niſi à Republica, vt *ſuprà* dixi *n. 13.* ſed ſolùm intendere quod proximitas gradus ad hujuſmodi ſucceſſionem requiſita reguletur & expendatur reſpectu vltimi prædeceſſoris, vt dixi *ſuprà, à n. 16.* & in hunc ſenſum dicatur ei ſuccedere, id eſt in locum ejus ſuccedere, quæ explicatio apertior fit eo quod Pontifex ſubjungit alia verba, ibi, *jure Regni*, &c. vt oſtenderet fratrem Regis, de quo *ibi*, ei non ſuccedere ſimpliciter, provt ſcilicet in hæreditatibus hæres defuncto ſuccedit iure hæreditario, ſed ei ſuccedere iure Regni, id eſt, ſucceſſione ſanguinis à jure Regni, id eſt, à jure, & conſuetudine Regni inducta.

Et tu aſſumpto Crucis ſignaculo.] Vide Iacob. Gretſe- 22
rum *de ſancta Cruce, tom. 3. lib. 2. c. 3.* Et nuncupatim 23
quod ſignum Crucis valeat contra dæmonum nocumenta, & generaliter contra omnes infirmitates, ex pluribus Sacræ Scripturæ locis, & Sanctorum Patrum auctoritatibus oſtendit Emman. de Valle *de incantat. & enſalmis, ſect. 1. c. 4. à n. 4.* Et de miraculis S. Crucis, præſertim aduerſùs dæmonum magias, & infeſtationes, vide Martin. Delr. *diſquiſit. magic. lib. 6. p. vlt. c. 2. q. 3. ſect. 3. § ſeptimum.* Fr. Ioan. Bleda *de miraculis S. Crucis*, Covar. *lib. 4. var. c. 5.* Bozz. *de ſignis Eccleſiæ, tom. 2. lib. 15. c. 1. fol. 110.* Chaſſan. *in catalogo gloriæ mundi, p. 1. conſid. 38. concl. 88. cum ſeqq.* Card. Baron. *in addit. ad martyrolog. Rom. die 7. Aprilis, pag. 136. & annalium Eccleſiæ tom. 1. anno Chriſti 34. pag. mihi 31.* Steph. Gratian. *diſcept. forenſ. c. 217. n. 60.* Spreng. *in mall. p. 2. q. 4. c. 1.* Petr. Thyræ *de dæmoniac. p. 3. c. 44. & lib. de locis infeſtis, p. 3. c. 68.* Torreblanc. *de magia, lib. 2. c. vlt. ex n. 37.* & de multiplicatione ligni S. Crucis, vide eundem Card. Baron. *in addit. ad Martyrolog. die 3. Maij, pag. 195. & tom. 2. annal. anno Chriſti 326. pag. 265.* Hieron. Roman. *de Republ. Chriſt. lib. 4. c. 10.*

SUMMARIUM.

1 *Papa commutat votum vltramarinum in vigilias, orationes, & ieiunia, tunc maximè cùm ceſſat cauſa, quæ inducit ad vovendum, ita etiam quod expenſæ faciendæ in eundo, morando, & redeundo, integraliter mittantur in Terræ ſanctæ ſubſidium.*

2 *Priuilegia olim conceſſa Crucem recipientibus, remiſſiuè.*

3 *Nobilium, & in dignitate conſtitutorum peccata in exemplum trahi ſolent ab inferioribus.*

4 *Verbum,* licet, *arbitrium boni viri aliqualiter videtur importare.*

5 *Seniores à longis itineribus ſunt excuſandi.*

6 *Senex præſumitur moriturus.*

7 *Vouere quis non poteſt, quod in graue ſuæ Eccleſiæ, cui præeſt, detrimentum cedat.*

8 *Clericus habens qualecunque beneficium reſidentiam exigens, ſine ſui Epiſcopi facultate ad longam peregrinationem voto ſe obſtringere nequit.*

9 *Voto in commutando peregrinationis Hieroſolymitanæ habenda eſt ratio expenſarum in eundo, commorando, & redeundo.*

10 *Cauſa finali voti ceſſante ceſſat legis obligatio.*

11 *Votum longæ peregrinationis emiſſum ab Epiſcopis inconſulto Romano Pontifice, an, quando, & quomodo valeat, oſtenditur.*

12 *Voti peregrinationis Hieroſolymitanæ commutatio hodie facienda eſt ad inſtar aliorum.*

13 *Voti peregrinandi in commutatione an expenſæ in peregrinatione promiſſa conſumendæ commutari debeant in eleemoſynas, & labor itineris in opera perſonalia, oſtenditur.*

14 *Diſpenſare ſecum nemo poteſt.*

15 *Voto tenetur qui ſe vouiſſe certò ſcit, dubitat tamen an voto teneatur ratione materiæ, vel finis, aut alicuius circumſtantiæ tunc occurrentis.*

CAP.

Cap. Magnæ VII.

1 PApa commutat votum ultramarinum pro laboribus in vigilias, orationes, & jejunia, etiam quæ debet facere, ſed devotiùs, tunc maximè cùm ceſſat cauſa, quæ inducit ad vovendum, ita etiam quod expenſæ faciendæ in eundo, morando, & redeundo integraliter mittantur in Terræ ſanctæ ſubſidium. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Imol. Anan. Butr. Hoſt. Henric. Anchar. Panor. Vivian. *in rationali libri* 3. *Iuris Pontificii*, *pag.* 320. Alagona *in compendio Iuris Canon. pag.*492. remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. part.*1. *&* 2. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.*3. *Decretal. lib.*3. *tit.*26. *cap.*3.

2 *Ac in ſignum peregrinationis*, &c.] De privilegiis olim conceſſis Crucem recipientibus, vide Henriq. *in ſum. lib.*13. *cap.*48. §. 4. Quo verò ordine recipiantur qui Crucis charactere deſiderant inſigniri, tradit Campeg. *in fin.* tractatus, Zanchin. *de hæreticis*, *in inſtructione de modo Cruce ſignandi.*

3 *Quod enim agitur à Prælatis*, &c.] Notatur ad hoc, quod nobilium, & in dignitate conſtitutorum peccata in exemplum trahi ſolent ab inferioribus, ut per Tiraquel. *de pœnis temper. cap.* 31. *num.* 38. *& ſeq. & cap.*51. *num.*97. benè Flamin. *de reſignat. benefic. lib.*5. *quæſt.*3. *num.*156.

4 *Quid liceat.*] Notatur ad hoc, quod ex verbo, *liceat*, arbitrium boni viri videtur conceſſum, ut per Menoch. *de arbitr. lib.*1. *quæſt.*8. *num.* 56. meipſum *de diction. uſufreq. dict.*191. *num.*5.

5 *Verùm ætatis vitæ ſeneſcentis*, &c.] Notatur ad hoc, quod ſeniores à longis itineribus ſunt excuſandi, ut
6 per Tiraquel. *de jure primog. in præfat. num.*211. Senex enim præſumitur moriturus. Alciat. *de præſumpt. reg.*1. *præſumpt.* 53. Menoch. *eod. tract. lib.*6. *præſumpt.* 46. *num. ult.*

7 *Sine cujus aſſenſu*, &c.] Notatur ad hoc, quod quidpiam vovere non poſſunt, quod in grave ſuarum Eccleſiarum, quibus præſunt, detrimentum cedat, ut per Azor. *inſtit. moral. p.*1. *lib.*11. *cap.*16. *q.*2.

8 *Clericos abſque ſui Epiſcopi licentia*, &c.] Notatur ad hoc, quod Clericus habens qualecumque beneficium reſidentiam exigens, ſine ſui Epiſcopi facultate longæ peregrinationis, aut aliorum in ſuæ Eccleſiæ præjudicium vergentium voto ſe adſtringere nequit, ut per Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib.*30. *tract.*3. *num.*9. Franc. Leo *in Theſauro fori Eccleſ. p.*2. *cap.*11. *num.*11. Gregor. Lop. *l.*2. *in fine*, *tit.*8. *p.*1. novè Barthol. à S. Fauſto *in theſauro Religioſorum*, *lib.*1. *q.*342. Jacob. de Graffiis *in aureis deciſ. part.*2. *lib.*2. *cap.*12. *num.*24. Azor. *d. lib.*11. *cap.*26. *quæſt.*3. Sayr. *in clavi Regia*, *lib.*6. *cap.*5. *num.*25. Soar. *de Relig. tom.*2. *tract. de Voto*, *lib.*3. *cap.*4. *num.* 10. Sanchez *in præcepta Decalogi*, *tom.*1. *lib.*4. *cap.*25. *num.*44. etiam reſolventes abſque alicujus licentia emittere poſſe modicam peregrinationem, quæ ſcilicet petit ſolam abſentiam jure conceſſam. Quidam excipiunt votum eundi in ſubſidium Hieroſolymitanum, quaſi illud emittere integrum ſit hujuſmodi Clerico, inconſulto Epiſcopo; ſed benè Sanchez *d. cap.*4. *num.*45. cum Azor. *citato loco*, Soar. *d. lib.*3. *cap.* 4. *num.* 12. dicit id ſolùm licuiſſe olim quando omnibus generaliter illuc aditus patebat; & idem Sanch. *loc. cit. num.*46. reprobat ſententiam quorundam aſſerentium teneri hujuſmodi Clericos ſolvere expenſas itineris, & reditus peregrinationis illius magnæ promiſſæ.

9 *Ut expenſæ, quas vovens in eundo*, &c.] Notatur ad hoc, quod in commutando voto peregrinationis Hieroſolymitanæ habenda eſt ratio expenſarum in eundo, commorando, & redeundo, ut per Sayr. *in clavi Regia*, *lib.*6. *cap.*12. *n.*20. *verſ. item conſideranda*, Paul. Comitol. *reſponſ. mor. lib.*2. *q.*13. *per tot.* Azor. *d. lib.*11. *cap.*18. *q.*13. Soar. *d. tract. de voto*, *lib.*6. *cap.*19. *n.*19. *in fine*, Sanch. *d. lib.*4. *cap.*59. *num.*11. *cum ſeqq.*

Quia ceſſavere cauſæ, &c.] Quando à principio 10
cauſa voti exiſtit, ac proinde id valuit, ac poſtea cauſa ceſſavit, quidam dicunt non ceſſare voti obligationem, per text. *in præſenti*, ubi Epiſcopus Trecenſis votum Hieroſolymitanæ peregrinationis Deo nuncuparat pro aſſequenda ſuæ Eccleſiæ libertate ope Comitis Campaniæ, quem ibi eſſe exiſtimabat; & tamen cùm poſt conſtaret illius Ducis morte intentionem Epiſcopi fruſtratam fuiſſe, conſultus Pontifex id votum commutat, quaſi ſupponens illud obligare: ita docent *in præſenti* gloſſ. *verb. ut venires*, Hoſt. *n.*21. Butr. *n.*25. & Anchar. *n.*5. Cæterùm verius eſt cauſa finali voti ceſſante ceſſare ejus obligationem, ut per Sayr. *in clavi Regia*, *lib.*6. *cap.*8. *n.*14. Azor. *d. lib.* 11. *c.*15. *q.*13. Soar. *de Relig. tom.*2. *tract. de voto*, *lib.*4. *c.*18. *n.*3. Sanch. *in præcepta Decalogi*, *tom.*1. *lib.*4. *c.*2. *n.*42. ubi *num.*43. dicit *in hoc text.* ſecundùm aliquos fuiſſe cauſam impulſivam inviſionem illius Comitis, quæ ceſſavit: at meliùs dici poſſe concludit, eam voti commutationem non fuiſſe neceſſariam, ſed conceſſam ad majorem cautelam, quod ait non obſcurè ſignificare Pontificem *in præſenti*, dum dicit ceſſante illius voti cauſa, potuiſſe quoque ejus obligationem finiri, quaſi dicat ceſſaſſe ſi fuit cauſa finalis, ſecus ſi impulſiva; & ideò non dicit ceſſaſſe, ſed potuiſſe ceſſare; additque huic intellectui non obſtare hunc eundem met text. quatenus appellat hanc commutationem indulgentiam, ſeu privilegium, & ſubinde debere aliquid operari: at nulla eſſet operatio ſi votum non obligaret; nam reſpondet ſæpè concedi privilegia ad pacandas conſcientias, eaſque ſcrupulorum ſtimulis liberandas, etſi in rigore ea non eſſent neceſſaria.

Concedimus votum peregrinationis taliter computare. 11
&c.] Ergo votum longæ peregrinationis emiſſum ab Epiſcopis inconſulto Romano Pontifice validum eſt in ſolum ipſorum præjudicium, ac proinde etſi expleti nequeat abſque Pontificis licentia, tenentur tamen eas expenſas eundi, & redeundi ſolvere, & in eas id votum commutare; ita per hunc text. docent Alcozer *in ſum. c.*16. ubi *de potentibus irritare*, *concl.*1. *fol.*55. Sylveſt. *verb. Votum* 3. *quæſt.*1. Azor. *d. lib.*11. *cap.*16. *quæſt.*2. Sayr. *in Clavi Regia*, *lib.*6. *cap.*1. *n.*24. *verſ. ſecundò vovere.* Verùm Abb. *hîc*, *n.*15. exiſtimat votum hujuſmodi, quod *in hoc text.* commutavit Pontifex, fuiſſe irritum, & ſolius ſcandali vitandi gratia fuiſſe à Pontifice commutatum. Verior tamen opinio tenet votum longæ peregrinationis ab Epiſcopo emiſſum eſſe validum, quia *in hoc textu* nullibi dicitur id votum fuiſſe irritum, imò ſupponitur fuiſſe validum, & ideò eſt à Pontifice commutatum, quare ita tenent Tabien. *verb. Votum* 5. *quæſt.*2. *num.*1. Soar. *d. tract. de voto*, *lib.*3. *cap.*4. *à n.*4. Barthol. à S. Fauſto *in theſauro Relig. lib.*1. *quæſt.*337. Sanch. *in præcepta Decal. tom.*1. *lib.*4. *cap.*25. *num.*39. ubi *num.*40. advertit in hoc caſu eſſe irritum hujuſmodi votum quando attentis circumſtantiis judicaretur majus Dei obſequium reſidere, nec petere ejus abſentiæ facultatem, & *n.*41. pariter advertit quando id votum eſſet validum, minimè teneri Epiſcopum ad expenſas eundi, & redeundi, ut exiſtimant Alcoz. Sylv. Azor. & Sayr. *locis prox. cit.* quia ex vi voti tantùm tenetur implere conditionem petendo licentiam à Pontifice, quam ſi ille deneget, ad nihil obligabit votum, dum Pontifex voluntatem non

revocaverit; ſi autem licentiam concedat, obligabit votum ad peregrinationem, & ſi illam exequi velit, nulla opus eſt commutatione; ſi autem exequi nolit, opus eſt commutatione, aut diſpenſatione, nec eſt præciſè neceſſarium commutationem fieri in eas expenſas. Quando autem votum eſſet irritum, tanquam obſtans majori bono, nulla ſolvendi expenſas remanet obligatio, quòd illæ non ſint per ſe promiſſæ, ſed tanquam acceſſoriæ voto perſonali, & ideo ceſſante obligatione principali, ceſſat acceſſoria. Hinc aliqui excipiunt votum eundi in ſubſidium Hieroſolymitanum, quaſi illud emittere, & exequi inconſulto Romano Pontifice integrum ſit Epiſcopis, ex quorum numero ſunt Anchar. *hîc*, *num.* 12. Butr. *in cap. ſcriptura*, *num.* 4. *verſ. ſecundò*, *hoc tit.* ubi Abb. *n. ult.* Zabar. *num.* 3. *quæſt.* 8. & Anan. *num.* 9. Sed dicendum id olim licuiſſe Epiſcopis, cùm omnibus generaliter concedebatur aditus in Terram ſanctam, at cùm hodie is aditus non pateat, Pontificia licentia eſt neceſſaria, Azor. *d. lib.* 11. *cap.* 16. *quæſt.* 2. Sanch. *d. cap.* 25. *num.* 42. Barthol. à S. Fauſto *d. lib.* 1. *quæſt.* 339.

12 *In neceſſarios uſus Terræ illius*, &c.] Quamvis autem votum peregrinationis Hieroſolymitanæ, & maximè quando in ejus loci ſubſidium eſt factum, ſoliti olim fuiſſent Pontifices commutare in eleemoſynam in ejus loci ſubſidium mittendam propter urgentem neceſſitatem ſuccurrendi illis temporibus expeditioni bellicæ in illius Terræ ſubſidium, hodie tamen cùm expeditio illa prorſus ceſſaverit, non eſt neceſſaria ea hujus voti commutatio, ſed inſtar aliorum fieri poteſt, ut docent Soar. *d. tract. de voto, lib.* 6. *c.* 19. *n.* 16. & 17. Sanch. *d. lib.* 4. *cap.* 56. *num.* 26.

13 *Laborem etiam laboribus recompenſes*, &c.] Ergo in voti peregrinandi commutatione expenſæ in peregrinatione promiſſa conſumendæ commutari debent in eleemoſynas, & labor itineris in opera perſonalia, ac proinde requiritur, ut votum perſonale commutetur in aliud perſonale, & reale in aliud reale, ut dicunt Angel. *verb. votum* 4. *num.* 12. Angles *in floribus Theologicis*, *p.* 2. *quæſt. unic. de voto*, *art.* 8. *difficult.* 6. Verùm id accipiendum non eſt tanquam quid præcepti, ſed tanquam quid conſilii, & tanquam quid congruentius, quia inter ſimilia verſatur propria æqualitas, & inter ea facilè invenitur, & acceditur magis priori voti materiæ, & fini: ita benè docent Soar. *d. num.* 16. & 17. Sanch. *cap.* 56. *num.* 26. Labor peregrinationis promiſſæ commutatur ſic à viris doctis. Si peregrinatio pedeſtris ſit, ut ultra expenſas labor unius diei commutetur in unius diei jejunium, & duorum dierum in duo jejunia, & ſic deinceps. Si non ſit pedeſtris, ut labor quatuor dierum in unius diei jejunium commutetur: ita Sayr. *d. lib.* 6. *cap.* 12. *num.* 20. *verſ. item conſideranda.* Azor. *d. lib.* 11. *cap.* 18. *quæſt.* 13. Sanch. *d. lib.* 4. *cap.* 56. *num.* 40.

14 In gloſſ. *Noluiſti*, ibi, *quoniam nemo juramentum ſuum, vel votum debet interpretari.* Notatur ad hoc, quod nemo poteſt ſecum diſpenſare, ut per Sanch. *de Matrim. lib.* 8. *diſp.* 3. *num.* 5. ubi *num.* 6. reſolvit probabilius eſſe poſſe Romanum Pontif. erga ſe ipſum diſpenſare in iis omnibus, in quibus poteſt cum ſubditis: & *num.* 8. idem reputat poſſe Epiſcopos, ut videre eſt apud illum. Et de Romano Pontif. & aliis Epiſcopis, quod poſſint ſecum diſpenſare in legibus à ſe poſitis, & in votis & juramentis propriis, ſicut & cum aliis ſubditis diſpenſare poſſunt, tenent Soar. *de legib. lib.* 6. *cap.* 12. *à num.* 8. Salas *eod. tract. diſp.* 20. *ſect.* 3. *diffic.* 3. & *ſect.* 12. Baſil. Pont. *tract. de matrim. lib.* 8. *cap.* 4. *num.* 9. ubi *num.* 11. aſſerit non obſtare text. *in præſenti*, ubi Innoc. III. loquens de Trecenſi Epiſcopo, qui peregrinationem voverat ex certa cauſa, quæ jam ceſſaverat, quaſi Epiſcopum laudans ait noluiſſe abſque Sedis Apoſt. conſilio ſe voti obligatione exemptum judicare, quia reſpondet id ſupererogationis, & conſilii opus fuiſſe, non neceſſitatis.

15 In ead. gloſſ. ibi, *Niſi certus eſſet, quod non eſſet obligatus.* Notatur ad hoc, quod ſi quis ſe voviſſe certò ſciat, dubitat tamen num voto teneatur ratione materiæ, vel finis, aut alicujus circumſtantiæ tunc occurrentis, tenetur voto, ut per Butr. *hîc*, *num.* 14. Cott. *in memorab. verb. Fidejuſſor indemnitatis*, Navar. *in Man. cap.* 12. *n.* 37. & 54. Gutier. *de juram. confirm. part.* 1. *cap.* 72. *num.* 7. Hoſt. Angel. Gratian. & quoſdam Theologos, quos refert, & ſequitur Sanch. *de Matrim. lib.* 2. *diſp.* 41. *num.* 35.

SUMMARIUM.

1 *Impedito ad tempus exequi votum ultramarinum dilatio conceditur, perpetuò verò impedito inducitur redemptio in eo quod magis expedit terræ ſanctæ*, & num. 2.

3 *Inops dicitur qui ex operis, vel artificio debet victum quærere.*

4 *Maritus an teneatur ſecum deferre uxorem illum comitari volentem, oſtenditur.*

5 *Pœnitentia poteſt ex cauſa commutari ab eo Sacerdote qui eam injunxit.*

Cap. Quod ſuper his VIII.

1 VOtum Terræ ſanctæ vovens ſi eſt pauper, infirmus, vel alia juſta cauſa temporanea impeditus, obtinebit dilationem voti; ſi verò cauſa ſit perpetua, expenſæ quæ aliàs erunt faciendæ, mitti debent in ſubſidium Terræ ſanctæ, & pro labore injungi aliæ pœnitentiæ. Si verò ſua præſentia eſſet ibi utilis, ipſe ire tenetur. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Imol. Anan. Butr. Hoſt. Henric. Anchar. Panorm. Vivian. *in ration. lib.* 3. *Iuris Pontif. pag.* 492. Alagona *in compend. Iuris Canon. pag.* 321. remiſſivè Ximen. *in concord. part.* 1. & 2. refertur ab Ant. Auguſt. *collect.* 2. *Decretal. lib.* 3. *tit.* 26. *cap.* 4.

2 Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſumunt Soar. *de Relig. tom.* 2. *tract. de voto*, *lib.* 4. *cap.* 11. *num.* 16. *cum ſeqq.* Sanch. *in præcepta Decalogi*, *tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 2. *à num.* 25. Azor. *inſtit. moral. part.* 1. *lib.* 11. *cap.* 15. *q.* 12. inde inferentes ad alios caſus.

3 *Qui de laboribus ſuis ſibi poſſunt acquirere neceſſaria.*] Notatur ad hoc, quod dicitur inops, qui ex operis, vel artificio debet victum quærere, ut per D. Barboſ. *in l.* 1. *ff. ſoluto matrim. part.* 4. *n.* 62.

4 *Viros ſuos ſequantur.*] Ergo vir tenetur ſecum deferre uxorem illum comitari volentem, de quo an verum ſit, vide Doctores citatos *ad cap.* 1. *n.* 5. *de conjug. lepr. pag.* 56. & præcipuè Sanch. *de Matrim. lib.* 9. *diſp.* 4. *num.* 14. ubi intelligit ſi alicubi ſit diu habitaturus, ſuppetantque illi neceſſariæ expenſæ ad transferendam uxorem: ſi tamen vir proficiſcatur ſtatim rediturus, aut nullibi notabilem moram facturus, ſed ad varia negotia peragenda diverſis in locis tendat, ſecum deferre non tenetur uxorem.

5 In gloſſ. *Potens.* Notatur ad hoc, quod regulariter pœnitentia poteſt ex cauſa commutari ab eo Sacerdote, qui eam injunxit, ut per Tiraq. *de pœnis temper. in præfat. num.* 28.

SVMMARIVM.

1 *Votum ultramarinum non poteſt redimi, & commutari per alium, quàm per Papam,* & n.2.

3 *Votum eundi in ſubſidium Terræ ſanctæ emiſſum à filiofamilias, an poſſit à patre irritari, oſtenditur.*

4 *Religioſi quanvis ſint parùm literati, poſſunt promoveri, quia in eis magis attenditur vita, quàm ſcientia.*

5 *Mens ex præfatione colligitur.*

6 *Proœmium declarat deciſionem.*

7 *Clerici poſſunt intereſſe bello juſto, ut dent conſilium.*

8 *Votum eundi in ſubſidium Terræ ſanctæ emittere poteſt vir renitente uxore, quod exequi tenetur, & ab ea irritari non poteſt.*

9 *Vxor votum eundi in ſubſidium Terræ ſanctæ non poteſt emittere, nec exequi viro contradicente,* & n.10.

11 *Clerici non poſſunt eſſe in bello, & pugnare, qualiter autem intereſſe poſſint abſque irregularitatis incurſu, remiſſivè.*

Cap. Ex multa IX.

1 COmmutatio voti Terræ ſanctæ ſpectat ad ſolum
Papam, vel ad illos, quibus ſpecialiter committir.
Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar.
Joan. Andr. Burr. Imol. Anan. Hoſt. Henric. Anch.
Panorm. Viv. *in ration. lib.3. juris Pontif. pag.322.*
Alagona *in compend. jur. Canon. pag.493.* remiſſivè
Ximen. *in concord. p.1. & 2.* refertur ab Ant. Auguſt.
collect. 2. Decret. lib.3. tit.26. cap.5.

De materia hujus text. vide Soar. *de Relig. tom.2.*
2 *tract. de voto, lib.4. c.11. n.17. & ſeqq.* Hinc probari
3 ſolet votum eundi in ſubſidium Terræ ſanctæ emiſ-
ſum à filiofamilias, non poſſe à patre irritari, quod
deduci videtur *ex §. in tanta, infr. eod. text.* ubi datur
licentia viro exequendi hujuſmodi votum invita uxo-
re; at majus eſt præjudicium uxoris, quàm patris:
ergo à fortiori poterit filiusfam. id votum invito pa-
tre exequi. Ita docent Sylveſt. *verbo votum 3. q.6.* Nav.
in man. c.12. n.70. Greg. *l.3. verbo edad, tit.8. p.1.* Jacob.
de Graff. *in aureis deciſ. p.1. lib.2. cap.29. n.6.* Fr. Emman.
in ſum. tom.2. c.91. n.9. concl.8. in fin. Sed quamvis hæc
opinio ſit communis, nullo jure probatur, quia cùm
text. *in præſenti, in d. §. in tanta,* id viro concedens in
uxoris præjudicium, ſit à jure exorbitans, non eſt ex-
tendendus, ſicut nec extenditur ad ſervum, nec ad
Religioſum; eo maximè quòd diſpar ſit ratio, filius
enim eſt propriè ſubjectus patri, non ſic autem vir
uxori, imò eſt ejus caput: item vir habet adminiſtra-
tionem familiæ, & magis ei fidit jus in eo voto exe-
quendo cum fructu. Quare jure optimo Soar. *d. tract.
de voto, lib.6. c.1. n.11.* & Sanch. *in præcepta Decalogi,
tom.1. lib.4. c.35. n.26.* dicunt prædictam Doctorum re-
ſolutionem dubiam eſſe, & ideò meritò tria advertunt.
Primum eſt, ſi id votum ſit peregrinationis cauſa ſo-
lius devotionis, poteſt irritari à patre: quia etiam vir
id votum exequi poteſt abſque uxoris conſenſu. Se-
cundum eſt, ſi id votum ſit in Terræ ſanctæ ſubſidium,
idque expenſis parentis ſit faciendum, nullatenus po-
teſt abſque patris licentia impleri, quia nullo jure
conceditur filio diſponere de bonis paternis. Ultimum
eſt, ſi ſubſidium illud eſſet tantùm perſonale, tunc
forſan procederet ſupradicta reſolutio, non tam ex
jure humano, quàm ex naturali, quia ratio boni com-
munis præponderaret juri paterno.

Quorum plures idiotæ ſunt.] Notatur ad hoc, quod 4
Religioſi, & Abbates, etiamſi ſint parùm literati,
poſſunt promoveri, quia in eis magis attenditur vi-
ta, quàm ſcientia, ut per Crot. *in memorab. verbo
Abbates, pag.1.*

§. Secundò quæſiviſti.

Votum ultramontanum non debet commutari, ſi vovens eſt habilis ad eundum, inhabilis ad pugnandum, ſi ſuo conſilio poteſt prodeſſe exercitui, vel ſecum ducere bellatores, aut ſi ſit dives. Colligunt Doctores in principio text. citati.

Verùm ſi ad ſuperiora, &c. Notatur ad hoc, quod ex
præfatione colligitur mens, ut per Tiraq. *ceſſante cauſ.* 5
limit.1. n.65. Maſcard. *de prob. concl.1284. n.6.* Guttier.
pract. lib.1. q.89. à n.3. Proœmium enim declarat de-
ciſionem, *l. cùm pater, §. dulciſſimi, ff. de legatis 2. l. ult.* 6
ff. de hæred. inſt. Molin. *de primog. lib.1. c.5. n.7.*

Maturitate tamen conſilii, &c.] Notatur ad hoc,
quod Clerici poſſunt intereſſe bello juſto, ut dent 7
conſilium, ſicut docent plures, quos citavi *ad cap. pe-
titio 24. infr. de homicid.* quibus adde Rebuff. *in auth.
habita, C. ne filius pro patre, verbo Epiſcoporum.*

§. In tanta.

Probat hic §. virum, renitente uxore, poſſe votum 8
in ſubſidium Terræ ſanctæ eundi emittere, & exequi
teneri, nec ab uxore poſſe irritari, ut per Greg. *l.9.
verbo ire Hieruſalem, tit.8. p.1.* Jacob. Gretſer. *de ſan-
cta Cruce, tom.3. lib.2. cap.3. pag.10.* Sanch. *de Matr.
lib.9. diſp.4. n.16. & in præcepta Decalogi, lib.4. c.34.* Fr.
Emman. *in ſum. p.2. c.90. concl.8.* Barth. à S. Fauſto *in
theſauro Religioſorum, lib.1. q.283.* Sayr. *in clavi Regia,
lib.6. c.5. n.9.* Soar. *de Relig. tom.2. tract. de voto, lib.6. c.4.
n.14.* ubi benè addit cum D. Thom. *quodlib.4. art.11.*
& D. Anton. *p.2. tit.1. c.22. §.1.* virum non poſſe im-
plere perſonaliter tale votum, ſi uxor nolit eum comi- 9
tari, & ſit juvenis, relinquaturque in periculo inconti-
nentiæ, nec uxorem teneri illum comitari, eo quòd
ſit res valde oneroſa, quia ex jure naturæ tenetur vir
cavere id uxoris periculum; & ideò ſatisfaciet tunc
redimendo votum. Uxor tamen non poteſt ſimile vo-
tum emittere, & exequi, viro contradicente. Sanch.
d. diſp.4. n.17. Soar. *d. lib.6. c.4. n.15.* Barth. à S. Fauſto
d. lib.1. q.284. Fr. Emman. *d. concl.8.* Sayr. *d. c.5. n.10.*
ubi reſpondet ad text. *in cap. quod ſuper his, ſup. hoc
tit. in fin.* ubi dicit quod vadat per ſe, aut per alium, &
cùm ibi non exprimatur, an de licentia juris, vel ſine
votum emiſſum fuerit, intelligendum eo modo, quo
minùs huic communi opinioni contradicat.

In gloſſ. *Viri,* ibi, *ſpecialiſſimus caſus,* &c. Favore Ter- 10
ræ ſanctæ continet hic text. caſum ſpecialiſſimum, &
ideò non habet locum quando peregrinatio eſſet non
in ſubſidium, ſed causâ devotionis, ut per Sanch. *d.
diſp.4. n.15.* Sayr. *in clavi Regia, lib.6. c.5. n.9.* Barthol. à
S. Fauſto *d. lib.1. q.183. verſ. alii verò.*

§. De Clericis.

Clerici tanquam inhabiles ad pugnandum redimunt votum ultramarinum, niſi in certis caſibus. Colligunt Doctores in princip. text. citati.

Reddat inhabiles ad pugnandum.] Notatur ad hoc,
quod Clerici non poſſunt eſſe in bello, & pugnare, ut 11
per Menoch. *conſ.54. n.19.* Jacob. Gretſerum *de ſancta
Cruce, tom.3. lib.2. cap.3.* Miles enim Chriſti non debet
ſe præliis immiſcere, etiam contra infideles, Perez *l.1.
ol.11. verſ. ad unum, tit.1. lib.4 Ordin. pag.766.*

12 *Niſi vel conſilio ſtrenui*, &c.] Qualiter autem Clerici in bello juſto abſque irregularitatis incurſu intereſſe poſſint, vide Bernard. & Salzed. *pract. c.* 104. *in nova impreſſ.* Rota apud Farin. *deciſ.* 3. *in fine*, 2. *p. rec.* Bellet. *diſquiſit. cleric. p.* 1. *tit. de diſciplina cleric.* §. 5. *n.* 140. *cum ſeqq.* Ugolin. *de irregul. c.* 12. §. 2. Sayr. *de cenſ. lib.* 7. *c.* 19. Bonac. *eod. tr. diſp.* 7. *q.* 4. *punct.* 4. latiſſimè Illuſtr. D. Roder. à Cunha *in comment. ad princ. diſt.* 21. *ex n.* 5.

SUMMARIUM.

1 *Religionem ingredi vovens non ſatisfacit Epiſcopatum ſuſcipiendo, ſed priùs debet Religionem intrare*, & n. 2.

3 *Declaratur text. in præſenti*, & n. 4.

5 *Papa licentia an deſideretur ad admittendum Epiſcopatum jam ſemel acceptatum, tranſeundumque ad Religionem gratiâ prioris voti adimplendi, remiſſivè.*

Cap. Per tuas X.

1 Religionis ingreſſum vovens non ſatisfacit voto Epiſcopatum ſuſcipiendo, ſed priùs debet Religionem intrare, quàm Epiſcopus fieri. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Imol. Anan. Butr. Hoſt. Anch. Henric. Panorm. Viv. *in ration. lib.* 3. *juris Pontif. pag.* 324. Alagona *in compend. juris Canon. pag.* 493. remiſſivè Ximen. *in concord. part.* 2.

2 Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſumunt Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib.* 18. *n.* 382. Barthol. à S. Fauſto *in theſauro Religioſorum, lib.* 1. *c.* 16. *&* 334. *& lib.* 5. *q.* 41. Azor. *inſt. mor. p.* 1. *lib.* 1. *c.* 16. *q.* 2. *& c.* 22. *q. ult.* latè Barthol. de Vecchis *in praxi obſervanda in admittendis ad Religionis ſtatum novit. diſp.* 2. *dub.* 3. *ex n.* 3. ubi ſubdit cum Angel. *verbo votum* 2. *n.* 12. & Sylveſt. *eod. verbo* 3. *q.* 9. eſſe mortale acceptare Epiſcopatum, nondum impleto eo Religionis voto, Soar. *tom.* 3. *de Relig. lib.* 1. *c.* 19. *à n.* 3. noviſſimè poſt primam impreſſionem viſus Hieron. Roder. *in compend. qq. Regul. reſol.* 111. *n.* 14.

3 Sed obſtat maximè, quod ſtatus Epiſcopi eſt perfectior ſtatu Regulari, *cap. veniens, de jurejur. c. licèt, de Regular.* & votum non infringit, qui commutat in melius, *cap. pervenit, il* 2. *illo tit. de jurejur.* In primis Abb. *in præſenti, n.* 6. dicit deciſionem hujus text. ex eo procedere, quia vovens ille ex ambitione conſenſerat electioni ſuæ in Epiſcopum; ſi enim zelo bono ductus conſenſiſſet, nullius culpæ reus foret: ſed hæc expoſitio placere non poteſt, quia de illa ambitione ex text. non conſtat, immò cùm poſt electionem conſulat Pontificem, quid efficere debeat, potiùs præſumenda eſt bona intentio. Alii explicant procedere, eo quòd electus ille Epiſcopus erat in lethali, utpote qui votum Religionis tempore præſtituto non impleverat: at electio Epiſcopi in mortali exiſtentis eſt caſſanda, cùm eligatur ad miniſtranda Sacramenta, quæ in miniſtraturo gratiam exigunt: ita Hoſtienſ. *hic*, *n.* 2. Joan. Andr. *n.* 6. Butr. *num.* 7. & Henric. *num.* 3. Sed nec hæc expoſitio placet, quia ſi huic rationi inniteretur deciſio Pontif. obligaret ſolùm ad agendam præteritæ culpæ pœnitentiam, qua redderetur ille Sacramentorum miniſterio aptus, nec verè dixiſſet text. opus eſſe Epiſcopatus renuntiatione. Quare Henriq. *in ſumma*, *lib.* 10. *de Sacramento Ordinis, c.* 32. *n. ult. in commento, lit.* I, & Fr. Emman. *in ſumma, tom.* 2. *cap.* 6. *num.* 6. dicunt Summum Pontificem *in præſenti* loqui de conſilio, ibi, *conſulimus*, cùm nulla ſit culpa acceptare Epiſcopatum, & ob id non adimplere Religionis votum. Sed quanvis videatur Pontificem loqui de conſilio, cùm utatur verbo *conſulimus*, tamen reverà præcipit, ut conſtat ex illis verbis: *Si tuam deſideras ſanare conſcientiam*; quia obſervare conſilium non pertinet ad ſanitatem conſcientiæ tuendam; & ideò dixit Pontifex, *conſulimus*, non quia non ſit præceptum, ſed quia non procedat in forma judicii; ſi enim ſic procederet, cogeret.

Verùm his non obſtantibus, ſecurè dicendum eſt, 4 hunc teneri dimiſſo Epiſcopatu ad Religionem tranſire, quia acceptans Epiſcopatum, admittit impedimentum Religionis promiſſæ, & ſic erit voti reus; quanvis enim non repugnet, ut Religioſus fiat Epiſcopus, repugnat tamen, ut Epiſcopus fiat Religioſus, quia oportet illum priùs fieri novitium, & in operibus humilibus verſari, quæ dignitatem Epiſcopi dedecent: ita meritò poſt Sylveſt. Abulenſ. Angel. Tabien. Cajet. & alios, docent Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 17. *num.* 5. noviſſimè Bartholom. à S. Fauſto *in theſauro Religioſorum, lib.* 1. *de voto ſimplici in communi*, *q.* 101. Azor. *inſt. moral. p.* 1. *lib.* 11. *cap.* 16. *quæſt.* 2. *& cap.* 22. *quæſt. ult. & p.* 2. *lib.* 3. *c.* 32. *quæſt. ult.* ubi reſpondet ad objectionem illam de ſtatu Epiſcopali, quod ſit perfectior ſtatu Religioſorum, nihil impedire, quia votum ſub præcepto cadit; Epiſcopatus verò conſilii, non præcepti opus eſt: & ad illud, quod licitus eſt tranſitus à Religione ad Epiſcopatum, reſpondet tranſitum hujuſmodi fieri auctoritate Summi Pontificis, non propria voluntate Religioſi.

Utrùm autem deſideretur licentia Pontificis ad 5 dimittendum Epiſcopatum illum ſemel acceptatum, tranſeundumque ad Religionem gratiâ prioris voti implendi? Vide Cajet. 2. 2. *q. ult. art.* 3. *circa ſolutionem ad* 1. *dub.* 2. Sanchez *d. c.* 17. *n.* 6. Azor. *d. lib.* 11. *c.* 16. *q.* 2. Soar. *d. tract. de voto, lib.* 3. *c.* 4. *n.* 8. *& tom.* 3. *de Relig. lib.* 1. *cap.* 20. *n.* 1. Barthol. de Vecchis *in praxi obſervanda in admittendis ad Religionis ſtatum novit. diſp.* 2. *dub.* 3. *num.* 5. ubi reſolvit licentiam in hoc caſu deſiderari, niſi Epiſcopus eſſet tantummodò electus, ſed non confirmatus. Barthol. à S. Fauſto *d. lib.* 1. *q.* 335. ubi *q.* 338. quærit an Epiſcopus, cui talis licentia à Pontifice denegatur, ad aliquid faciendum ex vi voti teneatur?

Si verò Epiſcopus poſt Epiſcopatum emittat votum adeundi Religionem, certum eſt hoc caſu votum includere conditionem affirmativam, ſi Pontifex licentiam conceſſerit, quia inconſulto Romano Pontif. non poteſt renuntiare Epiſcopatui, ac Religionem ingredi; & ideò cùm id votum non ſit omninò irritum, tenetur Epiſcopus conſenſum Papæ petere, eoque obtento, votum adimplere, & è converſo, eo denegato, liber erit: ita Sylveſt. *verbo votum* 3. *quæſt.* 1. Azor. *inſt. mor. p.* 1. *lib.* 11. *c.* 16. *q.* 2. Sayr. *in clavi Reg. lib.* 6. *c.* 5. *n.* 24. *in fine*, Sanch. *d. lib.* 4. *c.* 25. *n.* 36. Barth. de Vecchis *ubi ſuprà, ex n.* 7. An & quando votum non acceptandi Epiſcopatum obliget, latè, & eleganter agit Illuſtriſſ. D. meus Roder. à Cunha *in comment. ad c.* 1. *ex n.* 8. *diſt.* 85.

SUMMARIUM.

1 *Prælatus etiam profeſſus poteſt votum ultramarinum emittere, & in ſuos uſus vigeſimam proventuum Eccleſiæ convertere.*

2 *Prælati*

2 *Prælati & Clerici habentes qualiacunque beneficia exigentia reſidentiam, nequeunt longæ peregrinationis in ſuarum Eccleſiarum præjudicium vergentis voto ſe adſtringere.*

3 *Prælatis licitum olim erat cùm omnibus generaliter concedebatur aditus in Terram ſanctam, emittere votum eundi in ſubſidium Terræ Sanctæ, illudque exequi etiam inconſulto Pontifice tenebantur: hodie verò cùm is aditus non pateat, neceſſaria eſt Pontificis licentia.*

4 *Prælatis Regularibus officio prædicandi fungentibus, non autem ſimplicibus Religioſis, integrum fuit olim votum eundi in ſubſidium Hieroſolymitanum emittere, ac exequi ſine ſuperioris licentia.*

Cap. Poſtulaſtis XI. & ult.

Honor. III.

1 Regulares ſuperiores Cruce ſignati poterunt ex voto dimiſſis idoneis procuratoribus adire Terram ſanctam, & ſecum ferre vigeſimam debitam, ſi tamen erant utiles verbo, exemplo, & conſilio, & eorum abſentia Eccleſiæ non enormiter læderentur. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Butr. Imol. Anan. Hoſt. Henric. Anchar. Panorm. Viv. *in ration. lib. 3. juris Pontif. pag.* 325. Alagona *in compend. juris Canon. pag.* 493. remiſſivè Ximen. *in concord. p.* 2.

2 *Per abſentiam veſtram enormiter non lædantur.*] Ergo Prælati, & Clerici habentes qualiacunque beneficia exigentia reſidentiam, nequeunt longæ peregrinationis in ſuarum Eccleſiarum præjudicium vergentis voto ſe adſtringere, ut per Azor. *inſtit. moral. p.* 1. *lib.* 11. *cap.* 26. *quæſt.* 3. Sanchez *in præcepta Decalogi, tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 25. *num.* 44. & 49. Fr. Emman. *in ſum. p.* 2. *cap.* 90. *num.* 3. Sayr. *in clavi Regia, lib.* 6. *cap.* 5. *num.* 25. Soar. *de Relig. tom.* 2. *tract. de voto, lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 10. novè Barth. à S. Fauſto *in theſauro Religioſorum, lib.* 1. *quæſt.* 342.

3 *Poteſtis, & tenemini votum peregrinationis implere.*] Olim quando omnibus generaliter concedebatur aditus in Terram ſanctam, licitum erat Prælatis emittere votum eundi in ſubſidium Hieroſolymitanum, illudque exequi inconſulto Romano Pontif. tenebantur, ut tenet Richard. *in* 4. *diſt.* 38. *art.* 4. *quæſt.* 2. Roſel. *in ſum. verb. votum* 2. *num.* 16. At cùm hodie is aditus non pateat, neceſſaria eſt Pontificis licentia, Angel. *verb. votum* 2. *num.* 2. Sylveſt. *eod. verbo* 3. *quæſt.* 2. Azor. *d. quæſt.* 3. Soar. *de Relig. tom.* 2. *tract. de voto, lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 12. Sanch. *d. cap.* 25. *num.* 45.

4 Et ita olim integrum fuiſſe ſolis Prælatis Regularibus officio prædicandi fugentibus votum eundi in ſubſidium Hieroſolymitanum emittere, ac exequi ſine ſuperioris licentia, ac ſubinde ab illo non poſſe irritari, reſolvunt Abb. *in præſenti, num.* 2. Roſell. *dicto verb. votum* 2. *num. ult.* Sylveſt. *eod. verb.* 3. *quæſt.* 4. hinc inferentes, id non eſſe licitum ſimplicibus Religioſis; quamvis illos id votum emittere, atque exequi abſque Abbatis licentia poſſe, nec Abbatem illud irritare valere teneant *in præſenti* Joan. Andr. *num.* 2. Hoſt. *num.* 1. Anchar. *num.* 5. & Anan. *num.* 2. & *in cap. ex multa, hoc tit.* Hoſt. *num. ult.* Butr. *num.* 11. Anchar. *in fine*, & Joan. Andr. *num.* 6. *in fine.*

De ſtatu Monachorum, & Canonicorum Regularium.

Tit. XXXV.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur ſuper hanc rubr. ſcribentes.*
2 *S. Baſilii,*
3 *S. Benedicti,*
4 *Cluniacenſium,*
5 *Camaldulenſium,*
6 *Fontis Coryli,*
7 *Vallis Vmbroſæ,*
8 *Grandimontenſium,*
9 *Carthuſianorum,*
10 *Ciſtercienſium,* *Monachi.*
11 *Montis Virginis,*
12 *Sylveſtrinorum,*
13 *Cæleſtinorum,*
14 *S. Ambroſii ad nemus,*
15 *Olivetanorum,*
16 *S. Hironymi per Hiſpaniam,*
17 *S. Hieronymi in Piſis,*
18 *S. Hieronymi in Feſſulanis,*
19 *Doctores referuntur de Canonicis Regularibus.*
20 *Canonici Regulares inſtituti ab Apoſtolis.*
21 *Lateranenſes,*
22 *S. Fridiani,*
23 *S. Ruffi,*
24 *Aroaſiæ,*
25 *S. Victoris,*
26 *Præmonſtratenſes,*
27 *Mantuani,*
28 *Spiritus ſancti apud Venetos,* *Canonici Regulares.*
29 *S. Sepulcri,*
30 *S. Crucis Conimbricenſis,*
31 *Vallis viridis,*
32 *Vindeſemenſes,*
33 *S. Salvatoris,*
34 *S. Georgii in Alga,*
35 *S. Petri de Monte Corbulo.*

Super hanc rubr. ſcripſerunt Zabarel. Joan. Andr. Imol. Anan. Butr. Anch. Panorm. Guillelm. Durand. *in Breviario aureo, fol.* 109. Joan. de Londris *in Breviario ſanctorum Canonum, fol.* 176. *verſo*, Petr. de Ravenna *in compend. Iuris Canon.* Martin. Meſnart. *in epitome Decretal. fol.* 134. *verſo*, Dan. Venator *in analyſi method. Iuris Pontif. à pag.* 481. Goffred. & Hoſt. *in ſum. hujus tit.* Alex. Caſan. & Anaſtaſ. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decretal. ſub hoc tit.* novè Barthol. Carthagena *in expoſit. titulorum Iuris Canon. ſub eod.* 1

Monachorum.] Monachales congregationes hodie plures numerantur in Eccleſia Catholica, & inter omnes primum locum obtinet Religio Sancti Baſilii ab eodem Sancto Baſilio Magno inſtituta *anno* 369. Pontifice Felice II. Imperatore Juliano Apoſtata: crevit maximè hæc familia per Orientem, tranſlata eſt etiam ad Occidentem, ubi adhuc durat. Veſtiuntur Monachi nigro colore, habent Monaſterium prope Romam in loco, qui appellatur Grotta Ferrata. De hac Religione agunt S. Antoninus 2. *part. hiſtor. tit.* 15. *cap.* 12. Chaſſaneus *in Catalogo gloriæ mundi, part.* 4. *conſider.* 54. 2

Paul. Morigia *de origine Relig. lib.* 1. *cap.* 16. Hieron. Roman. *de Republ. Chriſtiana*, *lib.*6. *cap.* 6. Plato *de bono ſtatu Religioſi*, *lib.*2. *cap.* 22. Sylveſt. Marul. *in Oceano Religionum*, *lib.* 1. Azor. *inſtit. moral. part.*1. *lib.*12. *cap.*21. *quæſt.*2. Fr. Ludovic. Miranda *in manuali Prel.tom.*1. *quæſt.*4. *art.*1. Soar. *tom.*4. *de Relig. tract.*9. *lib.*2. *cap.*1.

3 Sancti Benedicti Religio ab eodem Sancto inſtituta fuit *anno* 500. Pontifice Symmacho, Imperatore Occidentis Theodorico, Orientis Anaſtaſio. Monachorum illius habitus notus eſt, tunica, ſcapulare, cuculla, ſive chlamys, omnia ex nigro colore cum corrigia fibulata. De hac Religione agunt latè Barnabas de Montalvo, & Bernard. de Britto *in chronic. Ciſterc.* Anton. Yepes *in chronic. Sancti Benedicti*, S. Antonin.2.*part.hiſtor.tit.*15.*cap.*12. Chaſſan. *in catalog.p.*4. *conſid.*50. Virgil. Polyd. *de invent. rerum*, *lib.*7. *cap.*2. Plato *de ſtatu Relig.lib.*2.*cap.*22. Marquez *de vera origine Erem. Sancti Auguſtini*, *cap.*11.§.1.*cum ſeq.* Fr. Emman. *quæſt. Regular. tom.*1. *quæſt.*3. *art.*2. Azor. *inſtit. moral.p.*1. *lib.*12. *cap.*21. *quæſt.*2. Carol. Tapia *in auth. ingreſſi, C. de ſacroſ. Eccleſ. verbo Monaſteria*, Fr. Ludov. Miranda *in manuali Prælatorum*, *tom.*1. *quæſt.*4. *art.*2. Soar. *tom.*4. *de Relig. tract.*9. *cap.*2. *per totum.* Hodie Religio S. Benedicti diviſa eſt in quinque celebriores Congregationes à ſe invicem independentes. Prima eſt Itala, quæ nunc dicitur Montis Caſſini, antea dicebatur Sanctæ Juſtinæ de Padua, incepit *anno* 1408. habet per Italiam pluſquam 66. Monaſteria. Secunda Germanica appellatur Burſfeldenſis, à Monaſterio Sancti Thomæ Apoſtoli, & ſancti Nicolai Epiſcopi in Burſfelda, diœceſis Moguntinæ, cœpit *anno* 1420. floret per utramque Germaniam, habet pluſquam 150. Monaſteria. Tertia Gallica dicitur Caſalis Benedicti, à Monaſterio in eo pago fundato, incepit *anno* 1516. habet ad decem Monaſteria Religioſorum, quinque totidem fœminarum. Quarta Hiſpana dicitur Valliſoletana à Monaſterio in civitate Valliſoleti erecto Congregationis capite, incepit *anno* 1520. habet pluſquam 40. Monaſteria. Quinta Luſitana, reformationis caput eſt Monaſterium S. Martini de Tibaës in Interamnenſi regione, non longè à Brachara Occidentem verſùs, incepit *anno* 1549. continet plus minuſve viginti virorum Monaſteria, nam Monialium plura ſunt, ſed Ordinariis ſubjecta. Militant ſub regula S. Benedicti ultra Militares Religiones, frequentes familiæ omnes à Monachis ipſius inſtitutæ, Cluniacenſis, Camaldulenſis, Valliſumbroſæ, Ciſtercienſis, Fontis Ebraldi, S. Guillelmi Vercellenſis, S. Guillelmi Ducis Aquitaniæ, licèt à principio habuerit regulam S. Auguſtini, Gelbertina, Humiliatorum, Floriacenſis, Vallis Caeelium, Sylveſtrina, Cæleſtinorum, Olivetana. Habet Religio S. Benedicti Romæ celebre Monaſterium S. Pauli extra muros, & feſtum ejuſdem S. Benedicti celebrat 21. Martii.

4 Cluniacenſium Religio ſic dicta à primo ejus monaſterio Cluni in diœceſi Matiſconenſi in Gallia inſtituta fuit à Sancto Odone Monacho Benedictino *anno* 910. Pontifice Anaſtaſio, Imperatoribus Occidentis Conrado, Orientis Leone VI. veſtiuntur Monachi eodem habitu, quo Benedictini. Agunt de hoc ordine S. Antonin. *p.*2.*tit.*15. *cap.*13.§.2. Hieron. Roman. *lib.*6. *cap.*9. Sylveſt. Marul. *d.lib.*1. Fr. Emman. *d.tom.*1. *quæſt.* 4. Miranda *d. quæſt.*4. *art.*2. Soar. *dicto tract.*9.*lib.*2. *cap.*3. *num.*1. Feſtum Sancti Odonis 18. Novembris.

5 Camaldulenſium Ordo, ſic dictus à Valle Camaldula in Tuſcia, non longè à Florentia inter Apennini juga, inſtitutus fuit à S. Romualdo, Monacho Benedictino ſub regula Sancti Benedicti *anno* 967. Pontifice Joanne XIII. Imperatoribus Occidentis Othone, Orientis Nicephoro Phoca. Veſtiuntur Monachi albo colore, tunica, ſcapulario, & pallio, item galero albo. Habent Romæ Monaſterium ad Sanctum Gregorium in monte Celio, ad Sanctum Antonium Abbatem. Eſt & alia familia Camaldulenſis reformata, quam appellant *Montis coronæ*, inſtituta à nobili quodam Veneto, monacho Camaldulenſi, Paulo Iuſtiniano, anno 1520. Pontifice Leone X. Imperatore Carolo V. Solimano Orientis tyranno. Utuntur eodem ferè habitu, ſed viliori: habent Romæ monaſterium ad S. Leonardum. De familia Camaldulenſi ex profeſſo agunt Auguſtinus Florentinus Camaldulenſis *per tot. lib. hiſtoria Camaldul.* Sylvan. Roizius *de ſacra Eremo Camaldul.* Joan. de Caſtavilla *in hiſtoria Sancti Romualdi*, S. Antoninus *part.* 2. *tit.*1. *cap.* 15. Chaſſan. *in Catal.part.*4.*conſider.*54. Sylveſt. Marul. *in Oceano*, *lib.*2. *pag.* 101. Morigia *lib.* 2. *cap.*15. Illeſc. *lib.*4. *hiſtoria Pontif. pag.*75. Hieron. Roman. *de Republ. Chriſt.lib.*6.*cap.*9. Plato *de bono ſtatu Relig.lib.*2.*cap.*22. Fr. Emman. *qq.Regul.tom.*1. *quæſt.*3.*art.*9. Azor. *part.*1. *lib.*12. *cap.*21. Fr. Ludov. Miranda *tom.*1. *quæſt.*4.*art.*2. Soar. *tom.*4. *de Relig. tract.* 9. *lib.*2. *cap.* 3. *ex num.*7. Feſtum S. Romualdi 7. Februarii.

Fontis Coryli congregatio à loco nomen ſortita, qui extat in monte Apennino in radicibus Montis Catriæ Orientem verſus, quatuordecim millibus paſſuum diſtans à Lugubio propter civitatem Calienſem Ducatus Urbini, inſtituta à Landolfo monacho Benedictino, & ſub regula S. Benedicti *anno* 1008. Pontifice Joan. XVIII. Imperatoribus Occidentis Henrico II. Orientis Baſilio & Conſtantino: incepit habitare hanc ſolitudinem venerabilis Monachus Petrus Damaſcenus Benedicto IX. Pontifice, nec deſunt aliqui, qui illum hujus Congregationis faciant auctorem. Hi Monachi, qui hodie ferè non extant, utebantur eiſdem veſtibus, quibus Benedictini, mutato colore nigro in album. De hac familia meminerunt agentes de vita B. Petri Damiani, & præcipuè Conſtantinus Cajetanus *in initio primi tomi operum ejuſdem*, Arnold. *de ligno vitæ*, *lib.*2. *cap.*9. Petrarch. *tract.*3.*lib.*2. *cap.*17. *de vita ſolitar.* Morigia *lib.*2.*c.*58. Sylveſt. Marul. *in Oceano*, *lib.*2. 6

Vallis Umbroſæ Religio nomen ſortita eſt à Valle denſiſſimis arboribus conſita prope Florentiam, inſtituta à Sancto Joanne Gualberto monacho Benedictino, & ſub regula Sancti Benedicti *anno* 1080. Pontifice Gregorio VII. Imperatoribus Occidentis Henrico IV. Orientis Alexio Comneno. Utuntur monachi nigris veſtibus ejuſdem artificii atque Benedictini. Italiam non egrediuntur, & habent Romæ monaſterium ad S. Praxedem. De hac familia agunt Chaſſan. *in Catal.part.*4.*conſider.*5-. Polyd. *de invent. lib.*7.*cap.*2. Illeſc. *in hiſtoria Pontif.lib.*5. *cap.*12. Hieronym. Roman. *de Republ.Chriſt. lib.*6.*cap.*12. Morig. *lib.*1. *cap.*27. Sylveſt. Marul. *in Oceano*, *lib.*2. *pag.*120. Tamburin. *de jure Abbat. tom.* 1. *diſp.* 2. *quæſt.* 15. *n.*4. Plato *de bono ſtatu Relig. lib.*2.*cap.*22. Fr. Emman. *tom.*1. *q.*3. *art.*4. Azor. *part.*1. *lib.*12. *cap.*21. *quæſt.*2. Fr. Ludov. Miranda *tom.*1. *quæſt.*4. *art.*2. Soar. *tom.*4. *de Relig. tract.*9.*lib.*2. *cap.*3. Feſtum S. Joannis Gualberti 13. Februarii. 7

Grandimontenſium Ordo, ſic dictus à monte quodam prægrandi in diœceſi Limovicenſi in Gallia, fuit inſtitutus à S. Stephano Albanenſi *anno* 1080. Pontifice Gregorio VII. Imperatoribus Occidentis Henrico IV. Orientis Nicephoro Botto: habitus vilis eſt, & totus ad pœnitentiam compoſitus, cùm aliquando ex loricis ferreis conſtaret. Galliam non egreditur, de eo agunt S. Antonin. 2. *part. hiſt. tit.* 15. *c.* 21. Chaſſan. *in Catal.* 8

*Catal.p.4.conſid.*70. Polyd. *de invent.lib.*7.*c.*1. Sylveſt. Marul. *in Oceano*, *lib.*2. *pag.*155. Marquez *de origine Eremit. S. Auguſtini*, *c.*20.*n.*7. Tamburin. *d.q.*15.*n.*8. Renat.Chopin. *monaſticon lib.*2.*tit.*1.*n.*22. Azor. *inſtit. moral. p.*1. *lib.*12. *c.*21. *q.*2. *verſ. ordo Grandimontenſis*, Plato *de bono ſtatu Relig. lib.*2. *c.*22. Soar. *d. tract.*9. *lib.*2. *cap.*5. *num.*4. *&* 5. vbi ſubdit quod militant ſub regula propria, licèt aliqui eos faciant regulæ ſancti Benedicti. Feſtum S. Stephani Albanenſis 13. Februarii.

9 Carthuſianorum Ordo dictus à Valle Carthuſia vulgò *Certoſa*, in diœceſi Gratianopolitana in Gallia, inſtitutus fuit à S. Brunone ſub regula propria *anno* 1084. Pontifice Gregorio VII. Imperatoribus Occidentis Henrico IV. Orientis Alexio Comneno. Veſtiuntur Monachi vt Religioſi Dominicani, ferunt tum capuccium aſſutum tunicæ, & ſcapularis vtramque alam connexam intra ſe ligula ejuſdem panni, & coloris infra vtrumque latus, ferunt Conuerſi ſcapulare nigrum. Tota Religio ab vno Generali eodemque perpetuo adminiſtratur, Capitulum cuiuſque domus Priorem ſuum eligit, confirmat Generalis, durant ad arbitrium Religionis. Agunt de his S. Antonin.2.*part.hiſtor.tit.*13.*c.*22.§.2. Chaſſan.*in catalogo, p.*4.*conſid.*61. Polyd. *de invent.lib.*7.*c.*3. Hieron. Rom. *de Republ. Chriſt. lib.*6.*c.*13. Illeſc. *in hiſt. Pontif. lib.*5. *c.*9.Morig. *de ordine Relig.lib.*1.*c.*27.Sylueſt. Marul. *in Ocean. lib.*2. *pag.*14. Miræ. *de origine Relig. lib.*2. *c.*45. *& ſpeciali lib.orig. omnium per Orbem Carthuſiarum domorum*, Claud. Robert. *in Gallia Chriſtiana*, *tit. de Generalibus*, Azor. *p.*1. *lib.*12. *c.*21. *q.*2. Fr. Emman. *tom.*1.*q.*3.*art.*8. Plato *d.lib.*2.*c.*22. Fr.Ludou. Miranda *tom.*1.*q.*4.*p.*3.Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.*2. *lib.*6. *c.*7.*n.*21. Tamburin. *d. tom.*1. *diſp.*2. *q.*16. *n.*1. Soar. *tom.*4. *de Relig.tract.*9.*lib.*2.*c.*4. Feſtum S. Brunonis 6. Octobris.

10 Ciſtercienſium Ordo ſic dictus à Valle Ciſtercio in diœceſi Cabilonenſi in Burgundia apud Gallos, inſtitutus à S. Roberto monacho Benedictino, & ſub regula S.Benedicti *anno* 1099. Pontifice Vrbano II. Imperatoribus Occidentis Henrico IV. Orientis Alexio Comneno. Induuntur Monachi tunica alba, ſcapulari nigro, corrigia fibulata, percingunt ſcapulare funiculo holoſerico, vtuntur etiam cuculla, ſive chlamyde vndulata, pallio nigro cum equites incedunt. Habent Romæ duo monaſteria, vnum ad S. Crucem in Hieruſalem, alterum ad SS. Vincentium & Anaſtaſium extra muros. Extat & ordo Ciſtercienſium diſcalceatorum, quem appellant Folienſem ab imagine ſanctiſſimæ Virginis inter folia depicta, quam in capite ſuæ familiæ colunt; vtuntur albis veſtibus, & capuccio nimis ad humeros demiſſo, omnia ex panno vili. Habent Romæ tria monaſteria, vnum ad S.Pudentianam Virg. & Mart.alterum ad S. Bernardum in Thermis Diocletiani, tertium ad S. Sebaſtianum in regione Ripæ. Agunt de Ciſtercienſibus Barnab. de Montaluo, & Bernardus de Britto *in chron. Ciſtercien.* S. Anton.*p.*2. *tit.*15. *c.*12.§.18. Chaſſan. *in catal. p.*4. *conſid.*58.Polyd. *de inuent.lib.*7. *c.*2. Morig.*lib.*1. *c.*28. Sylueſt. Marul. *in Oceano*, *lib.*2. *pag.*153. Hieronym. Roman. *de Republ. Chriſtiana*, *lib.*6.*c.*12. Plato *lib.*2. *c.*22. Fr.Emman. *d.tom.*1.*q.*3. *art.*5. Tamburin. *de jure Abbatum, tom.*1. *diſp.*2.*q.*15.*n.*5. Fr. Ludou. Miranda *d.tom.*1.*q.*4. *art.*2. Soar. *tom.*4. *de Relig. tract.*9. *lib.*2. *cap.* 3. *ex num.*3. Feſtum S. Roberti celebratur 29. Aprilis.

11 Montis Virginis Ordo ſic dictus à Monte Virgiliano Regni Neapol. ubi primum monaſterium ædificavit S. Guillelmus Vercellenſis monachus Benedictinus, à quo Guillelmitarum Ordo ex aliquibus dicitur, fuit inſtitutus ab eodem S.Guillelmo ſub regula S. Benedicti *anno* 1124. Pontifice Calixto II. Imperatoribus Occidentis Henrico V. Orientis Emman. Comneno. Veſtiuntur monachi albo amictu ex vili panno, & habent Romæ monaſterium ad S. Agatham in Suburra. De illis Felix Renda in vita S.Guillelmi, Paul. Rheg. *de ſanctis Neapol. in vita ejuſdem ſancti*, Sylveſt. Marul. *in Oceano, lib.*2. *pag.*161. Bzou. *tom.*2. *hiſt. Eccleſ.anno* 1142.*n.*3.Cavaler.*dec.*594.*n.*1. Feſtum S. Guillelmi 25. Iunii.

Sylueſtrinorum Ordo inſtitutus fuit à S. Syluestro 12
Canonico Oſimano in agro Piceno ſub regula S. Benedicti *anno* 1231. Pontifice Gregorio IX. Imperatoribus Occidentis Federico II. Orientis Balduino II. Induuntur monachi eodem habitu quo Benedictini, mutato colore nigro in canuſinum. Italiam non egrediuntur, vbi dicuntur habere per Marchiam Anconitanam, Vmbriam, & Tuſciam 25. monaſteria. Habent monaſterium ad ſanctum Stephanum in Cacco. De hac familia agunt S.Antonin. *p.*2. *tit.*15.*c.*25. §.2. Chaſſan. *in catal.p.*4.*conſid.*57.Sylueſt.Marul.*in Oceano, lib.*3.*pag.*185. Tamburin. *d.tom.*1. *diſp.*2.*q.*15.*n.*11. Feſtum S. Syluestri celebratur 26. Nouembris, quo die Clemens VIII. illum in martyrologio Romano inſeruit, teſte Bzou. *tom.* 13. *annal. anno* 1267. *num.* 20.

Cœleſtinorum Ordo inſtitutus fuit à S. Petro Mo- 13
rono monacho Benedictino (dictus eſt Moronus à monte Morono in Regno Neapolitano, quem Religioſus incoluit) & ſub regula S. Benedicti *anno* 1274. Pontifice Gregorio X. Imperatoribus Occidentis Rodolfo I. Orientis Michaele Paleologo. Cœleſtinus dictus fuit, eo quòd ejus fundator dictus S.Petrus, Summus Pontifex electus, Cœleſtinus V. vocari voluit, ac Pontificio honore, ſeu potius onere abjecto ad nomen priſtinum rediit, licèt cum nomine honoris familia remanſerit. Induuntur monachi alba tunica, nigro capuccio, & ſcapulari, nigra etiam cuculla, ſiue chlamyde, Benedictinis per omnia ſimili. Creuit hæc familia per Germaniam, per Vngariam, & Galliam, vbi nunc habet 21. monaſteria ſatis ampla, creuit per Italiam, vbi ad 96. domicilia numerantur, habet Romæ monaſterium ad S. Euſebium in regione Montium. De Cœleſtinis agunt S.Antonin. 2.*p.tit.*16. *c.*1.§.18.Chaſſan.*in catal.p.*4.*conſid.*61.Polyd.*de invent. lib.*7.*c.*1.Morig. *lib.*1.*c.*36. Bzou. *tom.*13.*anno* 1294. *ex n.*2. Fr.Emman. *d.tom.*1.*q.*3.*art.*3. Fr. Ludov Miranda *tom.*1.*quæſt.*4.*art.*2. Feſtum S.Petri Moroni celebratur 19. Maij.

Sancti Ambroſii ad nemus Ordo, ſic dictus quòd 14
ſub invocatione S. Ambroſij erectum Mediolani primum ejus domicilium in loco extra muros, vbi tempore S. Ambroſii nemus erat, in quo ipſe aliquando ſe recipere ſolebat, vt negotia fugeret, & contemplationi diuinæ vacaret, inſtitutus fuit à tribus nobilibus Mediolanenſibus ſub regula S. Auguſtini, Alexandro Criuello, Albergo Cetolo, Antonio Peſſundante, aliter Antonio Petra ſancta, *anno* 1431. Pontifice Eugenio IV. Imperatoribus Occidentis Sigiſmundo, Orientis Ioanne Paleologo. Vtuntur monachi tunica, ſcapulari, & pallio canuſino cum corrigia cornu fibulata. Habent nonnulla domicilia per Italiam, extra illam non effunduntur, Romæ ſunt ad S. Clementem in regione Montium. De his vide Morig. *lib.*1.*cap.*45. Sylueſt. Marul. *in Oceano*, *lib.*1. *pag.*70.

Oliuetanorum Ordo ſic dictus à monte Oliuarum 15
in comitatu Ileienſi, non longè à Senis, vbi primum eius monaſterium erectum, inſtitutus fuit ſub reg. S. Benedicti à tribus nobilibus Senenſibus Bernardo

Ptolomeo Philoſophiæ profeſſore, Ambroſio Piccolomineo Patricio de Patriciis *anno* 1519. Pontifice Ioanne XXII. qui *anno* 1324. Ordinem confirmauit, Imperatoribus Occidentis Ludouico IV. Orientis Andronico I. Induuntur Monachi veſtibus albis, ſunt Romæ ad S. Mariam nouam in regione Montium. Agunt de illis S. Antonin. *p.2. tit.16.c.1.§.2.* Chaſſan. *in catal. p.4. conſid.*58. Polyd. *de inuent. lib.7. cap.*1. Plato *lib.2.c.22.* Tamburin. *d.q.15. n.13.* Fr. Emman. *tom.1. q.3. art.3.* Fr. Ludou. Miranda *d.tom.1. q.4. art.2.* Caualer. *deciſ.*594.*n.*1.

16 S. Hieronymi per Hiſpaniam ordo inſtitutus fuit ſub regula S. Auguſtini, & patrocinio S. Hieronymi à D. Petro Fernandez Nobili Caſtellano, Petri Regis Caſtellæ, quem Crudelem appellant, intimo quondam, & majori cubiculario *anno* 1370. Pontifice Vrbano V. Caput huius familiæ eſt Monaſterium S. Bartholomæi de Lupiana in Toletana Diœceſi. Vtuntur Monachi tunica alba, ſcapulari, & capuccio canuſino, pallium item canuſinum criſpatur, & vndulatur ad collum, eo vtuntur cùm foras exeunt. Habent plura & pulchra Monaſteria per Hiſpaniam, & Luſitaniam. De his agunt Hieron. Roman. *de Republ. Chriſt. lib.6. c.29.* Sylueſt. Marul. *lib.3. pag.*198. Fr. Emman. *d. tom.1. q.4. art.1.* Fr. Ludou. Mirand. *d. tom.1. q.4. art.1.* Soar. *d. tract.9. lib.2. c.5.*

17 S. Hieronymi in Piſis Ordo inſtitutus fuit à Nobili viro Piſano Petro Gambacurta, ſub regula S. Auguſtini, & patrocinio S. Hieronymi *anno* 1380. Pontifice Vrbano VI. Imperatoribus Occidentis Venceſlao, Orientis Andronico III. Primum huius Congregat. Monaſterium caputque familiæ eſt apud Ceſanam in territorio Vrbini, quod appellant Montem bellum ob loci amœnitatem, Monachi à Pio V. profeſſionem faciunt, vtuntur tunica, ſcapulari, capuccio, pallio canuſino, reiiciunt ab humeris vittam, ſiue ligulam ejuſdem coloris, quam ſubtus pallium gerunt cùm foras procedunt, ferè nullum habent Monaſterium extra Marchiam Anconitanam, & Triuiſanam. De his vide Sylueſt. Marul. *in Oceano, lib.5. pag.*345. Morig. *lib.1. c.41.* Azor. *p.1. lib.13. c.11.* Fr. Emman. *d. tom.1. quæſt.3. art.9.*

18 Sancti Hieronymi in Feſſulanis Ordo, ſic dictus, quòd Feſſulis nobili quondam Tuſciæ vrbe, cuius nunc veſtigia vix extant, non longè à Florentia, inceperit, inſtitutus fuit à Carolo Romano montis Garnelli (oppidum eſt ad radices Apennini, quinque leucis diſtans à Celena) Comite, ſub reg. S. Auguſtini *anno* 1405. Pontifice Gregorio XII. Imperatoribus Occidentis Roberto, Orientis Andronico III. Vtuntur ejus Monachi habitu canuſino, pallio ad collum rugato. Sunt Romæ ad ſanctum Vincentium & Anaſtatium in regione Triuii. De his vide Sylueſt. Marul. *in Oceano, lib.4. pag.*327. Morig. *lib.1. c.42.* Polyd. *de inuentorib. lib.7. c.5.* Azor. *p.1. lib.13. c.11.*

19 *Canonicorum Regularium.* Plura de Canonicis Regularibus Richard. Anglic. Theolog. Pariſienſis in Chron. Canonicorum Regularium, Ioannes Trullus *in lib. quem inſcripſit, Ordo Canonicorum Regularium,* Gabriel Pennot. *de origine Canon. Regular.* S. Antonin. *p.2. tit.15. c.16. §. fin.* Chaſſan. *in catal p.4. conſid.*56. Polydor *de inuent. lib.7. c.3.* Hieron. Roman. *de Republ. Chriſt. lib.6. c.4. & 16.* Plato *de bono ſtatu Relig. lib.2. c.23.* Navar. *comment.1. de Regular.* Conrad. *in templo omnium judicum, lib.2. c.9.* Cened. *ad Decret. collect.* 165. Fr. Emman. *qq. Regul. tom.1. q.3. art.1.* Azor. *inſtit. moral. p.1. lib.12. c.22.* Fr. Ludou. Miranda *in man. Prælat. tom.1. q.4. art.13.* Soar. *de Relig. tract.8. cap.7. ex num.2.*

20 Religio Canonicorum Regularium in varias familias diviſa eſt, de quarum præcipuis inferiùs aliquid dicemus, fuit inſtituta ab Apoſtolis ſtatim poſt Chriſti Domini Aſcenſionem, recepta à S. Jacobo minore Apoſtolo, & Hieroſolymæ Epiſcopo in Eccleſia ſua Hieroſolymitana, à S. Marco Evangeliſta in Alexandrina, & ab aliis alibi ſuſcitata, & quaſi denuò erecta à S. Auguſtino in civitate Hipponenſi *anno* 397. Pontifice Cyriaco, Imperatoribus Occidentis Honorio, Orientis Arcadio.

Canonici Regulares Lateranenſes dicuntur ab Eccleſia S. Joannis Lateranenſis de Urbe, quam per 800. annos inhabitarunt uſque ad Pontificatum Bonifacii VIII. qui ſublatis Canonicis Regularibus S. Auguſtini, ſæculares introduxit *anno* 1300. Reformata hæc Lateranenſis congregatio à congregatione Frigionaria, ſic dicta à Monaſterio S. Mariæ in ſylva Frigionaria, cui multitudo frigionum illac ſe recipientium nomen indidit, inſtituta à P. D. Bartholomæo ex nobiliſſima Columnenſium familia, & à P. Jacobo de Anogrado Bononienſi Doctore emerito familiæ Prædicatorum quondam Religioſo laico *anno* 1406. ſed relicto nomine Frigionariæ juſſa eſt dici Lateranenſis, cùm Lateranenſium Canonicorum fuerit reformatrix, eodémque habitu utatur. Sunt Romæ ad S. Mariam de Pace in regione Pontis. De his agunt Morig. *lib.1. c.8.* Sylveſt. Marul. *in Ocean. lib.1. pag.1. cum ſeqq.* Habent multa & præclara per Italiam monaſteria, de quibus Pennot. *in hiſtor. tripart. lib.3. cap.*8. 21

Canonici Regulares S. Fridiani inſtituti fuerunt, ſeu potiùs reformati ab eodem S. Fridiano Epiſcopo Lucenſi, intra *annum* 460. & 588. quo durauit ejus Epiſcopatus, ferè eundem habitum gerunt atque Lateranenſes. De his Cæſ. Franciottus *in hiſtoria ſacra Lucenſi*, vbi de vita S. Fridiani, Sylueſt. Marul. *in Oceano Relig. lib.1. part.4.* Azor. *part.1. lib.12. cap.22. quæſt.1.* 22

Canonici Regulares S. Rufi ſecundùm aliquos inſtituti dicuntur à S. Rufo, S. Pauli Apoſt. diſcipulo, de quo ipſe ad Roman. *c.16. n.13.* ſed probabilius eſt hunc ordinem ſic appellatum, non quòd S. Rufus eum inſtituerit, ſed quia præcipuum ejus domicilium & familiæ caput erectum ſit ſub inuocatione S. Rufi in ciuitate Valentina in Gallia, cuius etiam nobilis Prioratus eſt Lugduni, à quo mirum in modum hæc familia nobilitata eſt, ut atteſtatur Chopin. *lib.2. Monaſt. tit.1. n.20.* Claud. Robert. *in Gallia Chriſtiana, tit. de Abbatiis, lit. R, verbo S. Rufus.* De his Canonicis agunt Sylueſt. Marul. *in Oceano Relig. lib.1. pag.5.* Aymar. Falco *in hiſtoria Antoniana, part.2. tit.22. c.3.* Petrus Griſſeus *in hiſtoria Canon. ſect.13. n.16. & 17.* Feſtum S. Rufi celebratur 21. Nouembr, eſt & alius S. Rufus primus Epiſcopus Auenionenſis 12. Nouembris. Huius Congregationis leges & ſtatuta accepiſſe congregationem S. Crucis Conimbricenſis in Luſitania refert Marques *de vera origine Eremit. S. Auguſtini, c.18. §.4. & 5.* 23

Canonici Regulares Aroaſiæ fuerunt inſtituti à duobus piis Sacerdotibus Connone, & Holdemaro, ſecundo ferè lapide à Bapalma Arteſiæ oppido versùs fines Regni Galliæ in diœceſi Attrebatenſi *anno* 1097. Pontifice Vrbano II. Imperatoribus Occidentis Henrico IV. Orientis Alexio Comneno. Ab hoc Monaſterio Aroaſiæ familiæ Aroaſianæ capite exordium, & nomen ſumpſit hic Ordo, habuit frequentiſſima per Belgium & Galliam Monaſteria, ſed hodie non perſiſtit. De his Canonicis agunt Aubert. Miræ. *de orig. Canon. Regul. c.10.* Cruſſen. *monaſt. Auguſt. p.2. c.17.* 24

Canonici Regulares S. Victoris nomen ſortiti ſunt 25

à

à Monaſterio S. Victoris prope muros Pariſienſes Abbatiali titulo illuſtri, quod ædificatum eſt à Ludovico Groſſo Galliæ Rege *anno* 1113. ſed jam deſierunt: vide Cruſen. *in Monaſtico Auguſtiniano, p.2. c.19.* Aubert. Miræ. *in origine Canonicorum Regul. c.12.*

26 Canonici Regulares Præmonſtratenſes, ſic dicti à monte Præmonſtrato in Diœceſi Lugdunenſi ſuffraganea Rhemenſi in Gallia, inſtituti fuerunt à Nortberto Archiepiſcopo, poſteà Magdeburgenſi Germaniæ Primate, ſub regula S. Auguſtini, & Inſtituto Canonicorum Regularium, *anno* 1120. Pontifice Calixto II. Imperatoribus Occidentis Henrico V. Orientis Joanne Comneno. Utuntur hi Canonici albis veſtibus, vigent maximè per Galliam, Germaniam, Flandriam, & Hiſpaniam, apud Italos ferè nulla eorum ſunt Monaſteria: Romæ verò hoc anno 1630. vivebant in locato domicilio in via Crucis. De his latè Aubert. Miræ. chronicon ſcripſit, S. Anton. *2.p. tit.15. c.19. & tit.17. c.2.* §.2. Morigia *lib.1. cap.57.* Sylveſt. Marul. *in Oceano Relig. lib.12. pag.172.* Fr. Emman. *d. tom.1. q.3. art.16.* Azor. *d. p.1. lib.12. c.21. q.2.* Claud. Robert. *in Gallia Chriſtiana, tit. de Abbatiis, lit. P, verbo Præmonſtratum,* Soar. *tom.4. de Relig. tract.9. lib.2. cap.5. n.6.* Feſtum S. Nortberti celebratur 6. Junii.

27 Canonici Regulares Mantuani referunt inſtitutionem ſuam ad S. Marcum Evangeliſtam, ſed Monaſterium Mantuanum fundavit ejus Urbis Epiſcopus Henricus *anno* 1150. Pontifice Eugenio III. Imperatoribus Occidentis Conrado III. Orientis Emmanuele Comneno. Præter hoc Mantuanum, atque alterum in oppido Neſi prope Patavium, Mantuano annexum, nullum aliud eſt in tota Congregatione Monaſterium. Vide Morig. *lib.1. cap.9.* Sylveſt. Marul. *in Oceano Relig. lib.1. pag.36.*

28 Canonici Regulares Spiritus ſancti apud Venetos, duo tantùm poſſident Monaſteria, Venetiis alterum, alterum Patavii, quod appellant S. Michaëlis, ſed utrumque magnis redditibus abundans: nullus ad hunc Ordinem admittitur niſi Venetus ſit, & nobilis: ferunt eundem habitum atque Canonici Regulares Lateranenſes, cum pileis quadratis, & panno albo, item pallia alba, cùm exeunt domum. De his vide Morig. *lib.1. c.61.* Joan. Andr. *in Clem.1. de elect.*

29 Canonici Regulares S. Sepulchri fuerunt inſtituti Hieroſolymis, de quibus exſtat Conſtitutio Cœleſtini II. *anno Chriſti* 1153. 10. *Ianuarii*, qua continetur honorifica Canonicorum S. Sepulchri in Hieroſolymis commendatio. Induebantur nigro colore, ferebant pallium ſuper Rochetum, in quo aſſutæ erant ad latus ſiniſtrum quinque Cruces ex purpura, grandis media, quatuor aliæ exiguæ, itaut brachia grandis, & ſupra ſe, & infra ſe ad angulos ſuos parvulas ſuſtinerent. De his Sylveſt. Marul. *in Oceano Relig. lib.1. pag.30.*

30 Canonici Regulares S. Crucis Conimbricenſis apud Luſitanos, ſic dicti à celebri Monaſterio S. Crucis Conimbricenſis, quod ampliſſimis redditibus ædificavit Alphonſus Henriquez primus Rex Luſitaniæ *anno* 1131. Innocentio II. Pontifice, Imperatoribus Occidentis Lothario II. Orientis Joanne Comneno, ibique ſepultus jacet in Sacello maximo à læva parte Altaris, unà cum filio Sanctio Regni ſucceſſore, qui in eadem Capella è regione patris ad dextrum latus æquali mauſolæo quieſcit. Fuerunt primi hujus Congregationis inſtitutores D. Tello Archidiaconus Conimbricenſis, D. Michaël ejuſdem Eccleſiæ Conimbricenſis Prior, D. Joannes Canonicus, & Magiſter ſcholæ, D. Theoronius primus Prior Monaſterii S. Crucis, D. Odorius S. Jacobi Preſbyter, & ejuſdem S. Crucis Prior clauſtralis, D. Siſnandus S. Mariæ montis majoris Præpoſitus, D. Petrus Preſbyter, & alii quinque. Confirmavit Innocent. III. *anno* 1135. Habuit multa Monaſteria, quæ nunc poſſidet undeviginti, & non ſe extendit extra Luſitaniam. Induuntur Canonici albâ tunicâ, ſuperpelliceo lineo, almutia, ſive capuccio, & pallio nigro. De his Gabr. Pennot. *in hiſt. tripart. lib.2. c.59.* Feſtum S. Theoronii primi Prioris celebratur 18. Februarii.

Canonici Regulares Gronodaël, ſive Vallis viridis, 31 quando, & ubi fuerint inſtituti, agit Gabr. Pennot. *in hiſt. tripart. lib.2. c.66. n.2.* & Sylv. Marul. *in Oceano Relig. lib.1. pag.38.*

Canonici Regulares Vvindeſemenſes, ſic dicuntur 32 à prædio Vvindesheim tertio à Daventria Germaniæ inferioris Urbe lapide, ad Iſulam fluvium ſita, collocato prope Zuvollam Trajectenſis diœceſis oppidum. Hîc erectum apparet Monaſterium ejuſdem nominis ſub invocatione B. Virginis Mariæ, à Gerando Magno, & Joanne Buſebrove ædificatum *anno* 1387. Pontifice Urbano VI. Imperatoribus Occidentis Venceſlao, Orientis Andronico III. De his Gabr. Pennot. *in hiſtor. tripart. lib.2. cap.62. cum tribus ſeqq.* Aubert. Miræ. *de Orig. Canon. Regul. cap.13.* ubi refert hanc Congregationem in ſola Germania inferiori, ac tractu Rhenano, brevi temporis ſpatio habuiſſe centum & viginti virorum Monaſteria, fœminarum triginta, Cruſen. *in monaſtico Auguſtiniano, p.3. c.21.* atteſtatur ſe de anno 1622. interfuiſſe Capitulo generali hujus familiæ Tangris Congregato, ac ibi vix numeraſſe viginti Priores, ex quibus nonnulli ſolum titulum gerebant; ſubdit tamen hos diſciplinæ Regularis valdè eſſe obſervantes.

Canonici Regulares S. Salvatoris, ſic dicti à primo 33 Monaſterio, quod habuerunt ſub oraculo Salvatoris in ſylva lacus, non longè à Senis, inſtituti fuerunt à Fratre Stephano Eremita S. Auguſtini *anno* 1408. Pontifice Gregorio XII. Imperatoribus Occidentis Roberto, Orientis Andronico III. Appellantur nonnunquam Scoperini, à Monaſterio, quod initio ſuæ inſtitutionis habuerunt prope muros Florentiæ ſub nomine S. Donati Epiſcopi Feſſulani. Utuntur eiſdem veſtibus, atque Canonici Lateranenſes, præterquam quod pallium nigrum deferunt, cùm foras procedunt: poſſident ad quadraginta Monaſteria per Italiam, ſunt Romæ ad ſanctum Petrum ad vincula. De illis agunt Morig. *lib.1. cap.40.* Sylveſt. Marul. *in Oceano Relig. lib.5. pag.322.* Cæſ. Franciot. *de Sanctis Vrbis Lucæ, in Eccleſia S. Mariæ foris porta, pag.565. & pag.590.* Fr. Emman. *d. tom.1. q.3. art.3.* Azor. *d. p.1. lib.12. c.22.*

Canonici Regulares S. Georgii in Alga, ſic dicti 34 ab Alga parva Inſula diſtante duobus milliaribus à Venetiis, ubi ſitum eſt primum hujus Congregationis Monaſterium, ſub nomine S. Georgii, inſtituti fuerunt à D. Antonio Corario Bononienſi, & Epiſcopo Hoſtienſi *anno* 1408. Pontifice Gregorio XII. Imperatoribus Occidentis Roberto, Orientis Andronico III. Profeſſionem emittunt à Pontificatu Pii V. & habitum cæruleum gerunt, habent tredecim principalia per Italiam domicilia, aliqua per Siciliam: ſunt Romæ ad Salvatorem in Lauro. De illis agunt ſcribentes vitam S. Laurentii Juſtiniani Patriarchæ Veneti, hujus Congregationis alumni, & ex primoribus fundationis, Morig. *lib.1. cap.44.* Sylveſt. Marul. *in Oceano Relig. lib.5. pag.337.* Hieron. Roman. *de Republ. Chriſt. lib.6. cap.30.* Fr. Emman. *d. tom.1. q.3. art.1.* Azor. *d. p.1. lib.12. cap.22. quæſt.3.* Eaſdem ferè cum his profitentur leges Canonici noſtri cærulei (quos vulgus appellat S. Eligii Fratres) Congregationis

nis S. Joannis Evangeliſtæ, ſed profeſſionem non emittunt: habent multa & ampliſſima Monaſteria per Luſitaniam, ſed quæ independentia ſunt ab Italis. Vide Fr. Emman. *loco proximè citato*, Soar. *de Relig. tom.4. tract.9. lib.2. c.9. n.4.*

35 Canonici Regulares S.Petri de monte Corbulo, ſic dicti à primo ejus Monaſterio ſub patrocinio S.Petri in monte Corbulo in Archiepiſcopatu Florentino, duodecimo à Senis lapide ædificato, ſub Pontificatu Julii II. intra *annum* 1503. & 1512. quo ipſe duravit, inſtituti fuerunt à quodam Petro Regurifi, vel Mediolanenſi Monacho Carthuſiano: habuerunt à principio habitum canuſini coloris, nimirum tunicam, Rochetum, & capuccium, ſive almutiam; ſed *anno* 1521. mutatus fuit in nigrum. Amant hi maximè ſolitudinem, ſectantur hoſpitalitatem, rigidè ſecum agunt, ac de labore manuum vivunt. De his agunt Azor. *d.p.1. lib.12. cap.22. q.3.* Gabr.Pennot. *in tripart. hiſtor. lib.2. c.54. n.5.*

SVMMARIVM.

1 *Diœceſanus non debet moleſtare Monaſteria, niſi pro cauſa correctionis, nec eis oblata ſibi vendicare.*

2 *Oblationes, quæ fiunt in aliquo loco Regularium, acquiruntur Religioſis illius loci.*

3 *Promittens aliquem non moleſtare, non prohibetur eum moleſtare de jure.*

4 *Clauſula,* Contradictores, &c. *ſolùm habet locum contra contradicentes de facto, non contra contradicentes de jure.*

Cap. Theodoſius I. *Gregor.*

1 Epiſcopus non debet moleſtare Monaſteria, niſi cauſâ diſciplinæ, ſeu correctionis, nec debet ſibi vel Clericis ſuis accipere ea, quæ oblata ſunt Monachis à Fidelibus. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Butr. Imol. Anan. Hoſt. Anch. Henric. Panorm. Viv. *in ration. lib.3. juris Pontif. pag.329.* Alagona *in compendio juris Canon. pag.495.* deſumitur ex B.Gregor. *lib.7. indict.2. c.35.* remiſſivè Ximen. *in concord. p.2.* & refertur ab Ant.Aug. *collect.1. Decret. lib.3. tit.30. c.1.*

2 *Cùm Monachis ibi deſervientibus, &c.*] Notatur ad hoc, quod oblationes, quæ fiunt in aliquo loco Regularium, acquiruntur Religioſis illius loci, ut per Abb. *hic, notab. ult. & in cap. Dilectus, n.4. verſ. ſed in Monaſteriis, de officio Ordin.* Dec. *conſ.148. n.2. volum.2.* Bellet. *diſquiſit. clerical. p.1. tit. de bonis Clericorum, §.3. num.2.* ubi *n.50.* explicat quæ veniant oblationis nomine.

3 In gloſſ. *Inferatis.* Notatur ad hoc, quod promittens aliquem non moleſtare, non prohibetur eum moleſtare de jure, ut per Hyppol. *conſ.85. n.30.* Unde clau-
4 ſula, *Contradictores appellatione poſtpoſitâ compeſcendo,* ſolùm habet locum contra contradicentes de facto, non contra contradicentes de jure, ad quod plures citavi Doctores *ad cap. pro illorum 22. num.3. infr. de præbend. pag.749.*

SUMMARIUM.

1 *Monachi non debent recipi in Monaſterio pro pretio, aliàs receptus ad ſacros Ordines promoveri non poteſt, & recipiens ab officio ſuſpenditur, & Monachi habentes peculium abſque licentia Abbatis ab Altaris communione removentur, & ſic decedens ſepulturâ, & fratrum communione privatur.*

2 *Peculium an licitum fuerit Religionum Prælatis concedere Religioſis ad nutum revocabile, ad ſolos uſus honeſtos, & pios oſtenditur, & quid attento* Concil. Trid. n.3.

4 *Monachus Eccleſiæ præfectus ſocium Monachum habere debet, quando Eccleſia eſt Monaſterio plenè ſubjecta.*

5 *Superior bona Monaſterii diſſipans ab adminiſtratione removetur.*

6 *Regulares non poſſunt abſque legitima cauſa à beneficiis electivis removeri.*

8 *Profeſſio facta cum conditione, pacto, ſeu modo de retinendo, ſeu habendo proprio, non valet.*

Cap. Monachi II.

Ex Concil. Lateran.

Monachi non ponantur ſinguli per villas, vel 1
oppida, vel quaſcunque Parochiales Eccleſias, ſed maneant cum aliquibus Fratribus. In Monaſterio non recipiantur pro pretio, aliàs receptus à ſacris Ordinibus arcetur, & recipiens ab officio ſuſpenditur; nec permittantur habere peculium, niſi pro adminiſtratione eis injuncta, & ſit ab Abbate permiſſum, & qui ſecus fecerit, ab Altaris communione removetur, & ſic decedens ſepulturâ & Fratrum communione privatur. Prior nullus fiat, vel cuſtos mediante pretio, ſi ſecus, dans, & accipiens fiunt alieni ab Eccleſiaſtico miniſterio. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Butr. Imol. Anan. Hoſt. Anch. Henric. Panorm. Vivian. *in ration. lib.3. juris Pontif. pag.330.* Alagona *in compend. juris Canon. pag.495.* remiſſivè Ximen. *in concord. p.1. & 2.* deſumitur ex Concil. Later. ſub Alex. III. c.10. & refertur ab Ant. Auguſt. *collect.1. Decret. lib.30. tit.2.*

Monachi nec peculium permittantur habere.] Ex his 2
verbis colligunt aliqui Doctores, attento jure harum Decretalium integrum non eſſe Religionum Prælatis concedere Religioſis peculium ad nutum ſuperiorum revocabile, ad ſolos uſus honeſtos, & pios, idque ex cauſa legitima, ut per Joan. Mohed. *in compend. Theologiæ practicæ, p.5. c.20. concl.3. & 4.* Felin. *in cap. cùm M. n.26. verſ. eadem reaſſumit, ſup. de conſtit.* Tap. *in auth. ingreſſi, C. de Sacroſ. Eccleſ. verbo ipſo ingreſſu, c.3. n.54.* adducentes etiam pro hac parte *cap. cùm ad Monaſterium, infr. hoc tit.* ibi: *Prohibemus ne quis Monachorum proprium aliquo modo poſſideat.* Verùm multò probabilius eſt peculium ſupradicto modo permiſſum eſſe ex licentia ſuperioris, ut docent Nav. *comment.2. de Regular. n.14. & com.3. n.27. & conſ.20. n.5. ſub tit. de Regular.* aliàs *conſ.14. n.5. ſub hoc tit.* Gregor. *l.14. verbo proprio, tit.1. p.1.* Cordub. *in ſum. q.54. opinion.2.* Lud.Lopez *in inſtruct. conſcient. c.154. col.3. verſ. ideò licèt,* Fr.Emman. *quæſt. Regul. tom.3. q.29. art.8. & in ſum. tom.2. c.31. n.3. in initio,* Ludov. Beja *reſponſ. caſuum conſcient. p.3. q.36. in fine, & p.4. caſu 17.* Azor. *inſt. moral. p.1. lib.12. c.12. q.1.* Fr. Ludov. Miranda *in man. Prælat. tom.1. q.28. art.8.* poſt Abb. Sylveſt. Dec. Angel. Joan. Turrecr. & alios, hanc partem tuetur Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.2. lib.7. c.22. n.5.* ubi ponderat pro ſe text. *in præſenti, verſ. qui verò,* dum permittit Monachis pro adminiſtratione injuncta peculium habere, hinc inferens licitum eſſe peculium ex cauſa legitima: & *n.6.* dicit hunc text. *in princ.* & *d.cap. cùm ad Monaſterium,* interdicere regulariter, & univer

vniverſaliter concedi Religioſis peculium propter eorum importunitatem, & leves cauſas, ſecus quando ex cauſis gravibus, & iuſtis.

3 * Hæc ſubſiſtunt de jure communi Decretalium, ſed dubium eſt an illud ſit correctum per Concil. Trident. ſeſſ. 23. de Regul. c. 2. duplex eſt ſententia, una affirmat, atque ideo hujuſmodi peculium, quod attento jure antiquo diximus Religioſo poſſe concedi, jam non eſſe licitum, ita ſuſtinent Navar. de reſtit. lib. 3. cap. 1. part. 3. dub. 1. num. 163. in nova edit. Paſſarel. in privileg. Fratrum Minorum, poſt cap. 43. ſub tit. de proprietate abdicanda, paulò ante fin. in verſ. vbi eſt prius aduertendum, Veg. in ſum. tom. 2. c. 32. caſu 19. Azor. d. lib. 12. c. 9. q. 2. Vaſq. in opuſc. de redditib. Eccleſ. c. 3. dub. 11. n. 14. Soar. de Relig. tom. 3. lib. 8. c. 14. n. 18. Valent. 2. 2. diſp. 1. q. 4. punct. 3. col. 2. corol. 4. Fr. Emman. in ſum. tom. 2. c. 31. num. 3. verſ. lo tercero digo, & quæſt. Regul. tom. 2. q. 47. art. 15. in fine, & tom. 3. q. 29. art. 12. Zerol. in praxi Epiſcop. p. 1. verbo moniales, §. 2. Tap. in d. auth. ingreſſi, verbo ipſo ingreſſu, c. 3. n. 55. Molin. de juſtit. tract. 2 tom. 3. diſp. 276. col. pen. verſ. vtrum autem, Leſſ. de iuſtit. lib. 2. c. 4. dub. 5. n. 30. Verùm quicquid hi Doctores limitent, & temperent hanc ſuam opinionem, ſecunda quæ ſuſtinet in eo Concilii Trid. decreto nihil noui juris induci, ſed ſolùm confirmari ſtatuta jure antiquo huius text. & d. c. cùm ad Monaſterium, verior eſt, quia verba Concil. Trid. non habent majorem vim contra peculium, quàm verba Concil. Later. relata in hoc text. niſi quod expreſſiùs prohibeant hoc peculium, & ideò meritò hanc tuentur Nauar. d. comm. 2. n. 15. & 18. & d. conſ. 14. num. 6. Iacob. de Graffiis in aureis deciſ. p. 1. lib. 3. c. 5. num. 53. Fulv. Pacian. conſ. 36. à n. 99. tom. 1. Joan. à Cruce de ſtatu Relig. lib. 1. c. 3. dub. 2. Emman. Sà verbo Relig. n. 48. Fab. de reſtit. in 4. ſent. lib. 4. diſt. 15. q. 2. diſp. 45. c. 5. n. 125. Tanner. in 2. 2. diſp. 6. q. 3. dub. 4. num. 108. Barthol. à S. Fauſto in theſauro Relig. lib. 8 q. 30. Villalob. in ſum. p. 2. tract. 35. dub. 30. n. 2. Ludou. Miranda in man. Prælat. tom. 1. q. 28. art. 8. Aloyſ. Ricc. in deciſ. Curiæ Archiep. Neapol. p. 4. deciſ. 340. n. 12. Laurent. de Peyrinis de Relig. ſubdito, tom. 1. c. 2. q. 2. §. 1. & 2. Fagundez in quinque Eccleſiæ præcepta, tract. 2. lib. 8. c. 6. n. 13. Hieron. Cened. de paupert. Relig. dub. 9. n. 4. & ſeq. Sanch. c. 22. n. 11. vbi num. 13. reſoluit hodie licere ex juſta cauſa concedere cuicunque Religioſo, licèt non ſit officialis Ordinis, adminiſtrationem aliquorum bonorum ſtabilium nutu ſuperioris amouibilem, & n. 14. ait licitam eſſe aliquarum Religionum conſuetudinem, in quibus ex Superiorum licentia certi annui redditus cuilibet Religioſo aſſignantur ad victum & veſtitum, itavt ſi deeſt aliquid, ipſi quærant; ſi autem ſupereſt, applicent piis, & religioſis vſibus, dummodo Religioſi non excedant limites licentiæ, & parati ſint reformationi legitimæ faciendæ obtemperare.

Niſi ab Abbate, &c.] Notatur ad hoc, quod Regulares de licentia ſuperioris poſſunt habere bona ſaltem ad vſumfructum, vt per Rot. deciſ. 772. n. 12. p. 2. diverſ. & deciſ. 216. n. 12. p. 2. etiam diuerſ. Caualer. deciſ. 606. n. 6. & de illis poſſunt ad opera pia diſponere, Nauar. conſ. 13. n. 2. & 3. hoc tit. Rot. d. deciſ. 772. n. 4. p. 1. diuerſ. & deciſ. 241. n. 4. & deciſ. 306. n. 1. & 2. p. 2. recent.

4 *Aut cum aliquibus Fratribus maneant.*] Notatur ad hoc, quod Monachus Eccleſiæ præfectus ſocium Monachum habere debet, quando Eccleſia eſt Monaſterio plenè ſubiecta, vt per Azor. inſtit. moral. p. 1. lib. 12. c. 19. q. 14. Sanch. d. tom. 2. lib. 6. c. 6. n. 39. vide latiùs ad cap. quod Dei timorem, hoc tit. in gloſſ. n. 7.

5 *Alioquin dantes*, &c.] Notatur ad hoc, quod ſuperior bona Monaſterii diſſipans ab adminiſtratione removetur, ut per Fr. Emman. quæſt. Regul. tom. 2. q. 74. art. 1. Aldrete de religioſa diſciplina tuenda, lib. 2. c. 16. §. 3. num. 30.

Priore autem, &c.] Notatur ad hoc, quod Regulares non poſſunt abſque legitima cauſa à beneficiis electivis removeri, ut per Mil. in repert. verbo Religioſus, n. 4. verſ. Religioſus autem, Caſſad. deciſ. 4. n. 3. 4. & 5. de præbend. Anaſt. Germon. de indultis Cardin. §. Regularia beneficia, n. 51. & 52. Azor. d. lib 12. cap. 22. q. 10. & part. 1. lib. 3. c. 26. q. 15. quos refert & ſequitur Sanch. d. lib. 7. c. 19. n. 118. 6

In gloſſ. *Adminiſtratione*, ibi, *conditio frangitur*, & *remanebit Monachus*. Notatur ad hoc, quod profeſſio facta cum conditione, pacto, ſeu modo retinendo, ſeu habendo proprio, non valet, ſed vitiatur ex tali adjectione, utpote contra ſubſtantiam illius, ut per Fr. Emman. quæſt. Regul. tom. 3. q. 17. art. 6. in fine, Fr. Ludov. Miranda in man. Prælatorum, tom. 1. q. 28. art. 2. & alios citatos ad cap. ult. n. 2. & 3. qui Clerici, vel voventes, adde novè Barthol. à S. Fauſto in theſauro Religioſorum, lib. 8. q. 21. Aloyſ. Ricc. in deciſ. Curiæ Archiep. Neapol. deciſ. 340. n. 19. p. 4. Barthol. de Vecchis in praxi novit. diſp. 13. dub. 1. n. 11. 7

In gloſſ. *Non mutentur*. Hæc gloſſ. declarat quæ intelligantur officia manualia in Religione, & dicit quod talia non dicuntur illa, quæ fiunt in Capitulis per Canonicam electionem, & ſuperioris confirmationem, quia nequeunt ad ſuperioris nutum amoveri; reliqua verò, quæ hoc modo, & forma non fiunt, manualia non eſſe reſoluit, ita Sanch. in præcepta Decalogi, tom. 2. lib. 5. c. 5. n. 16. Laurent. de Peyrinis tom. 2. privileg. ſui Ordinis, in annot. ad conſtit. 2. Iulij I I. §. 29. n. 91. Tamburin. de jure Abbatum, tom. 1. diſp. 5. q. 15. num. 6. 8

SUMMARIUM.

1 *Ciſtercienſes, qui declinarunt ab inſtituto, debent redire ad priſtinum, & qui illis adhæſerunt, eorum modo vivere tenentur.*

2 *Ciſtercienſes Monachi ex privilegiis Summorum Pontificum poſſunt habere caſtra, poſſeſſiones, &c.*

3 *Monachi non ſuccedunt in bonis vnitis dignitati, ſiue juriſdictioni.*

4 *Eccleſia, vel Monaſterium quando vnitur alteri, aſſumit naturam, & privilegia illius, cui vnitur.*

5 *Vitam ſimilem qui cum aliis ſuſcipit, ſimilem debet ſentire in legibus diſciplinam.*

6 *Domus tota poteſt ſe ad ſtrictiorem Religionem transferre.*

Cap. Recolentes III.

Alex. III.

Ciſtercienſes qui declinarunt à primæva inſtitutione, debent ad illam redire, & domus Religioſa illis aggregata eorum mores ſervare tenetur. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Imol. Anan. Hoſt. Butr. Henric. Anchar. Panorm. V. v. in ration. lib. 3. juris Pontif. pag. 332. Alagona in compend. juris Canon. pag. 496. remiſſivè Ximen. in concord. p. 1. refertur ab Ant. Aug. collect. 2. Decretal. lib. 3. tit. 22. c. 2. 1

Contra Ordinis veſtri Regulam villas, &c.] Hodie ex privilegiis Summorum Pontificum Ciſtercienſes monachi 2

nachi poſſunt habere caſtra, villas, molendina, poſ-
ſeſſiones, cenſus, juriſdictiones, & jura, vt refert Fr.
Emman. *queſt. Regul. tom. 3. q. 75. art. 1.*

3 *Si enim relictis,* &c.] Notatur ad hoc, quod Mona-
chi non ſuccedunt in bonis vnitis dignitati, ſiue iu-
riſdictioni, vt per Molin. *de primog. lib. 5. c. 13. n. 81.*
Mattienſ. *l. 1. gloſſ. 1. n. 16. tit. 7. lib. 5. noua recop.* D. Bar-
boſ. *l. cùm prætor, §. vlt. n. 22. ff. de iudic.* Et ita pro-
bat text. monachos non poſſe ſuccedere in majoratu
dignitatem, ſeu juriſdictionem annexam habente, vt
docent Molin. *de primog. lib. 1. c. 13. à n. 81.* Ioan. Lece-
rier *lib. 1. de primog. q. 4. n. 15.* Ant. Gom. *l. 40. Tauri,*
n. 66. vbi Cornejo, Ludov. de Caſſanate *conſ. 26. n. 8.*
& 9. vol. 1. Spin. *in ſpeculo teſtam. gloſſ. 12. princ. n. 33.*
Matienſ. *l. 1. gloſſ. 1. n. 16. tit. 7. lib. 5. noua recop.* Carol.
Tap. *in auth. ingreſſi, C. de ſacroſ. Eccleſ. verbo ſua, c. 16.*
n. 8. Surd. *conſ. 557. n. 13.* Iacob. de Graff. *in aureis deciſ.*
p. 2. lib. 3. c. 19. num. pen. Cald. Pereira *de nomin. emphyt.*
q. 6. n. 14. Cabed. *Luſit. deciſ. 135. à n. 7. p. 1.* Molin. *de*
juſtit. tom. 3. diſp. 623. n. 4. Flores de Mena *in addit. ad*
Gam. deciſ. 6. n. 2. concl. 5. & var. lib. 1. q. 16. §. 2. n. 2. Si-
cut nec in Regno, Comitatu, vel Ducatu, vt tradunt
gloſſ. *verbo dignitate, in cap. ſcripſit nobis, 27. q. 2.* com-
muniter recepta ab Archid. & cæteris ſcribentibus
ibi, Molin. *d. c. 13. n. 81.* Greg. *l. 2. verbo ſiendo home,*
tit. 13. p. 2. Gam. *deciſ. 6. n. 3.* Ciſuentes *l. 40. Tauri, q. 6.*
vbi Ant. Gom. *n. 66.* Ita etiam nec in feudo quando
ſeruitium in eo petitum eſt perſonale, & tale quale
non poteſt decenter à Religione exhiberi, nec ſufficit
per ſubſtituum illud præſtari; tunc enim Religio
non ſuccedit in feudum, ſed religioſi profeſſione ceſ-
ſat, ita poſt DD. ſcribentes *ad cap. in præſentia, de pro-*
bat. docent Molin. *in c. 13. n. 66.* alt. Molin. *tract. 2. de iu-*
ſtit. diſp. 140. col. 6. verſ. regulam. Auend. iun. *l. 40. Tauri,*
gloſſ. 4. n. 16. & 48. Menoch. *conſ. 519. n. 23.* Tap. *d. ver-*
bo ſua, c. 14. n. 8. & 9. Azor. *inſtit. moral. p. 1. lib. 12. c. 8.*
q. 5. Fr. Emman. *queſt. Regul. tom. 2. q. 38. art. 3. & tom. 1.*
q. 62. art. 10. & q. 78. art. 22. verſ. tertiò probatur.

4 *Communi iure cenſeri.*] Notatur ad hoc, quod ſi vna
Eccleſia, vel Monaſterium vnitur alteri, aſſumit na-
turam, priuilegia, & conſuetudines Eccleſiæ, cui
unitur, vt per Greg. Lopez *l. 7. verbo de termino, in*
princ. tit. 20. p. 3.

5 *Vt qui ſimilem cum aliis vitam,* &c.] Notatur ad hoc,
quod qui ſimilem vitam cum aliis ſuſcipiunt, ſimi-
lem debent ſentire in legibus diſciplinam, vt per Ti-
raq. *de retractu lig. §. 1. gloſſ. 8. n. 25.* Fr. Emman. *d. tom. 3.*
q. 52. art. 25. Quilibet enim debet ſe conformare
moribus Eccleſiæ in qua conuerſatur, Zabar. *in Clem.*
fin. de celebrat. Miſſar. n. 1. verſ. quartò, vbi Vital. *n. 52.*
Albert. de Ferrariis *de horis Canon. n. 36.* Rot. apud Fa-
rin. *deciſ. 79. n. 2. p. 2. recent.*

6 *Cæterùm domus illæ,* &c.] Notatur ad hoc, quod tota
domus poteſt ſe ad ſtrictiorem Religionem transfer-
re, de quo vide Tap. *in auth. ingreſſi, C. de Sacroſ. Eccleſ.*
verbo ingreſſu, c. 9. n. 37. Fr. Emman. *d. tom. 3. q. 52. art. 6.*
latè Sanch. *in præcepta Decalogi, tom. 2. lib. 6. c. 7. n. 7.*
Ant. Ricc. *de iure perſonarum extra gremium Eccleſiæ*
exiſtent. lib. 8. c. 4. à n. 25. nouiſſimè Bonacin. *de clau-*
ſura Religioſorum, q. 2. punct. 9. §. 2. n. 5.

SUMMARIUM.

1 *Regularis Canonicus, qui non reſignauit proprium in morte, non debet in cæmeterio ſepeliri, & ſi de facto ſepultus fuit, inde debet exhumari, ſi ſine ſcandalo fieri poteſt.*

2 *Religioſus proprium habens tempore mortis inuentus, non debet in loco ſacro ſepeliri.*

3 *Religioſus ſi inventus ſit in morte cum burſa denariorum, non propterea præcipitanter debet Eccleſiaſtica ſepultura privari, niſi contra ipſum prius opponatur.*

CAP. Super IV. *Clem. III.*

CAnonicus Regularis, qui proprietarius moritur ſi- 1
ne pœnitentia, non eſt ſepeliendus in cœmeterio,
& ſi ſepeliatur, eſt exhumandus ſi fieri poteſt ſine ma-
ximo ſcandalo. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc.
Collect. Zabar. Joan. Andr. Butr. Imol. Abb. Hoſt. Hen-
ric. Anchar. Panorm. Vivian. *in ration. lib. 3. juris Pontif.*
pag. 333. Alagona *in compend. juris Canon. pag. 406.* re-
miſſivè Ximen. *in concord. p. 2.* refertur ab Ant. Auguſt.
collect. 3. Decret. lib. 3. tit. 22. c. 6.

Probat hic text. quod Religioſus proprium habens 2
tempore mortis inventus, non debet in loco ſacro ſe-
peliri, & ſi de facto ſepultus fuerit, inde extrahendus
eſt, ſi abſque magno ſcandalo fieri poteſt, ut per Nav.
commento 2. de Regularib. n. 2. Jul. Lauor. *de Indulg. p. 2.*
c. 30. n. 129. Surd. *de aliment. tit. 8. priuileg. 79. n. 2.* Fr.
Emman. *queſt. Regul. tom. 3. q. 1. art. 1. verſ. 13.* Sanch. *in*
præcepta Decalogi, tom. 2. lib. 7. c. 20. n. 11. Fr. Ludov.
Miranda *in manuali Prælat. tom. 1. q. 28. art. 18.* & rectè
advertit Fr. Emman. *d. loco,* quod ſi Religioſus inven- 3
tus ſit in morte cum burſa denariorum, non propter-
ea præcipitanter debet Eccleſiaſtica ſepultura priva-
ri, niſi contra ipſum priùs opponatur talis burſæ de-
nariorum retentio, delictum propoſitum, & de ipſo
convincatur.

SUMMARIUM.

1 *Canonici Regulares poſſunt præfici in Eccleſiis Parochialibus, ſeu curatis ſæcularibus,* & n. 2.

3 *Monachi poſſunt de jure promoueri ad Eccleſias parochiales ſæculares, quod hodie non procedit.*

4 *Parochiæ prouidendus eſt, qui ſit gratus Eccleſiæ cui præficitur, & parochianis ejus.*

5 *Monachus ineptus officio prædicandi an poſſit tuta conſcientia præfici Eccleſiæ ſæculari curatæ, oſtenditur.*

6 *Regulares de jure poſſunt promoueri ad Eccleſias parochiales ſæculares, dummodo illarum concurrat neceſſitas, aut vtilitas, quibus Regulares præficiendi ſunt.*

7 *Monachi non ſunt promouendi ad aliquas præfecturas parochialium ſine ſocio ſui Ordinis.*

CAP. Quod Dei V.

Innoc. III.

CAnonicus Regularis poteſt præfici in Eccleſiis 1
parochialibus, ſeu curatis. Colligunt ex Ordin.
Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. And. Butr. Imo-
la. Anan. Hoſt. Henric. Anchar. Panorm. Viv. *in ration.*
lib. 3. juris Pontif. pag. 333. Alagona *in compend. juris*
Canon. pag. 496. remiſſivè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.*
refertur ab Ant. Aug. *collect. 3. Decret. lib. 3. tit. 27. c. 1.*

Hanc eandem concl. ex hoc text. deſumunt Capu- 2
taq. *deciſ. 85. part. 1.* Mandoſ. *de ſignatura gratiæ, tit.*
de prouiſionibus, verſ. Regularem, Navar. *conſ. 11. & 12.*
ſub hoc tit. Nicol. Garc. *de benefic. part. 7. c. 10. n. 25.*
Leſſ. *de juſtit. lib. 2. c. 41. num. 98.* Layman. *in Theologia*
moral. lib. 4. tit. 2. c. 4. n. 1. quamvis Rebuff. *in praxi, tit.*
de diſpenſat. cum Regularibus, n. 40. dicat Canonicum

Regula

Regularem non poſſe Parochialem obtinere regulariter, ſed ſolùm ubi præficiatur cauſa prædicationis, aut in ſubſidium, aliis deficientibus ſæcularibus. Amplia, etiamſi Parochia, ſeu beneficium Curatum ſit ſæculare, ut per Card. Alexand. & alios *in cap. Parochialis* 16. *q.*1. Selv. *de benef. p.*3.*q.*70. Roch. *de jurepatron. in verbo honorificum, n.*8. *& ſeq.* & ſentire videtur Concil. Trid. *ſeſſ.*14. *de reform. cap.*11. dum vult Canonicum Regularem tranſlatum ad alium Ordinem non eſſe capacem beneficii ſæcularis Curati, tacitè enim innuere videtur, non tranſlatum eſſe capacem, ut cenſuit *ibi* Sacra Congreg. *anno* 1602. Rot. *in Papien. juriſpatronatus,* 6. *Martii* 1598. coram Card. Seraphino: ſed quanvis hoc viderim in Curia ad inſtantiam Canonicorum Regularium Lateranenſium ita per aliquos advocatos reſolutum; tamen non minimum mihi ſcrupulum intulit alia Doctorum reſolutio aſſerentium diſpoſitioni hujus text. fuiſſe derogatum per concordata Concilii Lateranenſis cum Leone Papa, & ſic etiam non licere Canonicis Regularibus ſæcularia beneficia Curata obtinere, prout ſignificarunt plures Summi Pontif. apud Sanch. *inſt. mor. tom.*2. *lib.*7. *cap.*29. *n.*71. Nicol. Garc. *d. c.*10. *n.*31. Paul. Layman. *d. c.*4. *num.*1. *in fine,* ubi *n.*2. poſt Fr. Ludov. Miranda *in man. Prælat. tom.*1. *q.*32. *art.*5. ſubdit hodie abſque Papæ diſpenſatione non eſſe Canonicum Regularem ad Parochialem Eccleſiam promovendum.

In Lateranenſi Concilio.] Sub Alexandro III. *cap.*10.

3 *Etiam Monachi poſſunt ad Eccleſiarum Parochial.* &c.] Notatur ad hoc, quod Monachi poſſunt de jure promoveri ad Eccleſias parochiales ſæculares, ut per gloſſ. *hîc, verbo Regimen,* Hoſtienſ. *num.*8. Joan. Andr. *n.*14. Butr. *n.*11. Anchar. *n.*6. *&* 11. Abb. *n.*7. *&* 8. Zabar. *n.*5. *q.*2. *& n.*7. *q.*5. Anan. *n.*6.8. *&* 9. Henric. *n.*15. Roch. *de jurepatron. verbo honorificum, q.*4. *n.*13. Lambert. *eod. tract. lib.*2. *p.*1. *q.*7. *art.*19. *à num.*13. Quintanad. *lib.*1. *Eccleſiaſt. cap.*4. *n.*16. Gregor. *l.*25. *per text. ibi, verbo Igleſias, tit.*7. *p.*1. Selv. *de benefic. p.*3. *q.*11. *n.*133. *& q.*70. *n.*6. *&* 7. Covarr. *in c.*1. *n.*3. *de teſtam.* Navar. *conſ.*12. *ſub hoc tit. in novis,* Zerol. *in praxi Epiſcop. p.*2. *verbo Beneficium,* §.5. *in fine, & p.*2. *verbo Regulares,* §.4. Jacob. de Graff. *in aureis dec. p.*2. *lib.*3. *cap.*20. *n.*6. Gonzal. *ad reg.*8. *Cancel. gloſſ.*7. *n.*49. Monald. *conſ.*69. *n.*4. *vol.*2. Leſſ. *de juſt. lib.*2. *c.*34. *n.*6. *& cap.*41. *dub.*12. *n.*98. Card. Tuſch. *lit. B, concl.*67. *n.*4. Sylveſt. *verbo Religio* 7. *quæſt.*3. *&* 4. Fr. Emman. *quæſt. Regul. tom.*1. *quæſt.*34. *art.*4. *& tom.*3. *quæſt.*28. *art. ult. & quæſt.*53. *art.*2. Azor. *inſt. moral. part.*1. *lib.*12. *cap.*19. *quæſt.*13. *& part.*2. *lib.*3. *cap.*2. *quæſt.*8. latè, & eleganter Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.*2. *lib.*7. *cap.*29. *n.*35. Nicol. Garc. *de benefic. p.*7. *cap.*10. *num.*17. Illuſtriſſimus D. Rodericus à Cunha *in commentar. ad cap.*1. *num.*1. *diſt.*55. Quanvis Regulares incapaces eſſe beneficiorum curatorum ſæcularium, teneant Innoc. *in præſenti, paulò poſt princ.* Rebuff. *in praxi benefic. tit. de diſpenſat. cum Regular. num.*5. *& de pacificis poſſeſſ. num.*259. *verſ.*27. Mandoſ. *de ſignatura gratiæ, verbo diſpenſatio Monachorum pro obtinendis beneficiis,* Ludov. Gomez *de expectativis, n.*70. Mench. *de ſucceſſ. creat. lib.*3. §.21. *num.*170. *in fine,* Tap. *in auth. ingreſſi, C. de Sacroſanct. Eccleſ. verb. ſua, cap.*6. *n.*58. Flamin. *de reſignat. benefic. lib.*4. *q.*5. *n.*4. *&* 5. Cevall. *commun. contra commun. quæſt.*28. Hæc autem dicta ſunt attento jure antiquo harum Decretalium; nam hodie nullus Regularis eſt capax beneficii curati abſque Pontificis diſpenſatione, quia ita obſervari videmus, & inſuper emanavit quædam declaratio Sacræ Congregat. Concil. Trident. per quam jam nulli Regulares poſſunt ſine diſpenſatione Apoſtolica beneficia curata, nec in perpetuum, nec ad tempus habere: quam declarationem referunt Gonzal. *d. gloſſ.*7. *num.*53. Sanch. *d. cap.*29. *n.*71. Quaranta *in ſumma Bullarii, verbo Canonicus Regularis,* agnoſcit Mar. Antonin. *variar. reſolut. lib.*1. *reſol.*20. *num.*13.

Sed Parochiani plebis ejuſdem, &c.] Ergo in Parochia providendus eſt, qui ſit gratus Eccleſiæ, cui præficitur, & Parochianis ejus, ut per Gonzal. *ad reg.*8. *Cancel. gloſſ.*4. *n.*164. 4

Ex quo debent prædicationis officio, &c.] Ergo Monachus ineptus officio prædicandi, non poteſt tutâ conſcientiâ præfici Eccleſiæ ſæculari curatæ, ut tenent *in præſenti* Butr. *n.*12. & Anan. *n.*9. & alii copulativè petentes, ut Regularis ille ſit aptus officio prædicandi, & curæ. Sed verius eſt, ſi Regularis ille ad alia Parochorum miniſteria aptus ſit, quanvis ad prædicandum ineptus, nil obſtare, quominus licitè poſſit ei Eccleſiæ curatæ præfici, ut tenent expreſsè Lambert. *d. art.*9. *num.*22. & Sanch. *d. c.*29. *num.*40. ubi dicit non obſtare text. *in præſenti,* quia intelligitur id eſſe privilegium prædicationis, id eſt, animarum curæ, & doctrinæ, cui Parochi incumbunt, etſi non concionentur. 5

In gloſſ. *Regimen,* ibi, *licitè poſſunt eligi ad regimen Eccleſiarum utilitatis cauſa.* Notatur ad hoc, quod Regulares de jure poſſunt promoveri ad Eccleſias parochiales ſæculares, dummodò illarum concurrat neceſſitas, aut utilitas, quibus Regulares præficiendi ſunt, ut per Roch. *d. quæſt.*4. *num.*13. Fr. Emman. *d. tom.*1. *quæſt.*34. *art.*5. *in initio,* Leſſ. *d. cap.*41. *n.*99. & juxta hoc temperandi ſunt Lambertin. *d. art.*19. *num.*23. & Azor. *d. part.*1. *lib.*12. *cap.*19. *quæſt.*10. *ad finem.* 6

In ead. gloſſ. ibi, *Sed in hoc differunt,* &c. Hæc gloſſa dicit Monachos non eſſe promovendos ad aliquas præfecturas parochialium ſine ſocio ſui Ordinis, ſecus de Canonicis Regularibus, niſi hi quoque commodè illum habere potuerint, ut per Abb. *hîc, n.*9. Gregor. *per text. ibi, in l.*30. *in fine, tit.*7. *part.*1. Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.*2. *lib.*6. *cap.*6. *in fin.* refert alios Illuſtriſſimus D. meus *in comment. ad c.*1. *num.*14. *diſt.*55. Quanvis gloſſ. *verbo ad clauſtrum, in Clem.*1. §. *ad hæc, hoc tit.* & *ibi* Zabar. *n.*1. *oppoſit.*4. & Anchar. *n.*32. *q.*26. *& in præſenti, n.*9. & *ibi* idem Zabar. *num.*6. *q.*4. & Joan. Andr. *num.*17. ac Anton. Cucch. *lib.*3. *inſt. tit.*6. *n.*150. Azor. *p.*1. *lib.*12. *c.*19. *q.*14. ſic diſtinguant. Aut Eccleſia eſt Monaſterio plenè ſubjecta, ita ut Parochus illius poſſit ad nutum Abbatis revocari ad Monaſterium, & tunc neceſſariò habere debet ſocium ſui Ordinis, & procedunt text. *in præſenti, & in c.*2. *hoc tit.* aut non eſt ſubjecta, & tunc non eſt neceſſarius ſui Ordinis ſocius. Religioſus autem factus Epiſcopus non obligatur ad tenendum ſocium ſui Ordinis, niſi ex quadam decentia, & honeſtate: ita Azor. *d. lib.*12. *cap.*7. *q.*4. Sanch. *d. cap.*6. *num.*21. 7

SUMMARIUM.

1 *Monachi quibus veſtibus & cibis uti debeant, & de abdicatione proprietatis, & de officiis in genere, & in ſpecie oſtenditur.*

2 *Regulares lineis camiſiis non veſtiantur.*

5 *Religioſus proprium habens tempore mortis inventus, in ſterquilinio cum illo proprio eſt ſepeliendus.*

6 *Monachus habens proprium à Monaſterio expellitur.*

7 *Beneficia Regularia ſuapte natura, & regulariter ſunt manualia.*

8 *Præſentati ad beneficia Regularia poſſunt ad libitum Prælati revocari.*

9 *Monachus Abbati contradicere non poteſt, ſi velit eum ab officiis removere.*

10 *Prior clauſtralis poſt Abbatem præ cæteris debet eſſe potens opere, & ſermone.*

11 *Papa non poteſt diſpenſare cum Religioſis in particulari in hoc, quod ſtante Monachatu, ſimul etiam habeant proprium proprio, & ſtricto modo ſumptum.*

12 *Papa an poſſit diſpenſare in voto ſolemni caſtitatis profeſſi, oſtenditur.*

14 *Declaratur text. in præſenti.*

15 *Proprietatis vitium eſt peccatum mortale in monacho, niſi ex materiæ parvitate veniale reddatur.*

Cap. Cùm ad Monaſterium VI.

1 Monachi non debent uti lineis camiſiis, nec poſſidere proprium aliquò modo, & ſi monitus non reſtituit, de Monaſterio expellatur, nec recipiatur niſi pœniteat; & ſi cum proprietate moritur, proprietas cum ipſo ſepeliatur in ſterquilinio, & ſi aliquid alicui mittitur, non ſibi accipiat, ſed reſignet ſuperiori. In oratorio, refectorio, & dormitorio ſemper ſilentium ſervetur, in clauſtro verò certis horis, & locis ſervetur ſecundùm conſuetudinem. In refectorio nullus veſcatur carne, ſed nec extra, niſi in infirmaria. Abbas in ſolennitatibus non egrediatur cum multis ad edendas carnes, & in camera ſua poteſt Abbas modò hos, modò illos vocare, & dare carnes. Debiles, & infirmi non in cubiculis, ſed in infirmaria edant. Poteſt etiam Abbas in refectorio providere alicui delicato, vel infirmo, de aliquo cibo particulari. Ad officia deputentur fideles, diſcreti, & amovibiles. Prior poſt Abbatem valeat verbo, & exemplis. Abbas quanto frequentiùs poteſt, ſit cum Fratribus in conventu, & ſi non ſervat, vel eſt negligens, puniatur. Abbas non poteſt ſuper proprietate, nec in caſtitate diſpenſare, immò nec Summus Pontif. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Butr. Imol. Anan. Hoſt. Anch. Henric. Panorm. Cened. *collect.* 124. Vivian. *in ration. lib.* 3. *juris Pontif. pag.* 334. Alagona *in compend. juris Canon. pag.* 496. remiſſivè Ximen. *in concord. part.* 1. & 2. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 3. *Decretal. lib.* 3. *tit.* 27. *cap.* 2.

2 *Ne quis de cætero Monachorum lineis camiſiis*, &c.] Notatur ad hoc, quod Regulares lineis camiſiis non veſtiuntur, ut per Fr. Emman. *quæſt. Regul. tom.* 2. *q.* 72. *art.* 1. *in princ.*

3 *Ne quis Monachorum proprium aliquo modo poſſideat.*] Vide dicta *ad c.* 2. *n.* 2. *ſup. hoc tit.*

4 *Beatus Gregorius.*] *Lib.* 4. *Dialog. c.* 55. ex Covarr. *var. lib.* 2. *c.* 1. *n.* 11. *pag.* 2. *in fine.*

5 *Ipſa cum eo in ſignum perditionis*, &c.] Notatur ad hoc, quod Religioſus proprium habens tempore mortis inventus, in ſterquilinio cum illo proprio, ſive tota pecunia eſt ſepeliendus, ut per Zabar. *hic, n.* 1. *notab.* 2. Jacob. de Graff. *in aureis deciſ. part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 19. *num.* 5. Surd. *de alimentis, tit.* 8. *privil.* 79. *n.* 2. Fr. Emman. *quæſt. Regular. tom.* 3. *q.* 61. *art.* 1. *verſ.* 13. Verùm æquitas ſolam proprii, ſeu pecuniæ partem ſepeliendam ſuadet, ne tota perdatur, ut citati advertunt, ultra quos tradunt etiam *in præſenti* Hoſtienſ. *num.* 7. Joan. Andr. *num.* 4. Anchar. *num.* 10. *notab.* 5. & Abb. *num.* 15. Gregor. *l.* 14. *gloſſ.* 3. *tit.* 7. *part.* 1. Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 20. *n.* 11. ubi advertit, quod licèt citati Doctores dicant hanc quantitatem debere eſſe triginta nummos, quòd totidem Chriſtus Salvator noſter, & Joſeph venditi ſint, in eo tamen ſe non inveniſſe fundamentum profitetur, ac proinde ſatis eſſe aliquam illius pecuniæ partem cum eo ſepeliri in ſignum perditionis, & aliorum terrorem; additque hanc pœnam non incurri à dantibus ſine licentia ſuperioris, ſed à poſſidentibus proprium, quia de his clarè loquitur textus.

De Monaſterio expellitur.] Notatur ad hoc, quod 6
Monachus habens proprium à Monaſterio expellitur, ut per Sanch. *d. cap.* 20. *num.* 12. ubi cum Abb. *in præſenti, n.* 13. rectè advertit, eam expulſionem correctam eſſe per *cap. fin. ſupr. de Regular.* quod expulſionem interdicit, jubetque eum Religioſum aliàs expellendum, deputandum in Monaſterii ergaſtulo, quo pœnitentiam agat. Sic etiam attento Concil. Trident. *ſeſſ.* 25. *de Regular. cap.* 2. *in fine*, ſi Religioſus proprium habens deprehenſus fuerit, aut convictus, privatus eſt biennio voce activa, & paſſiva, atque juxta ſui Ordinis conſtitutiones puniendus.

Nec alicui committatur obedientia aliqua, &c.] Notatur ad hoc, quod beneficia Regularia ſuapte natura, 7
& regulariter manualia ſunt, ut per Rebuff. *de pacificis poſſeſſ. num.* 274. Campan. *in diverſorio juris Canonici, rubr.* 12. *cap.* 7. *num.* 21. Navar. *comm.* 4. *de Regular. n.* 25. *verſ.* 3. Flamin. *de reſignat. lib.* 11. *quæſt.* 3. *num.* 81. & 91. Nicol. Garc. *de benefic. part.* 1. *cap.* 2. *num.* 66. Azor. *inſt. moral. part.* 2. *lib.* 3. *c.* 26. *quæſt.* 15. & 16. Gonzal. *ad reg.* 8. *gloſſ.* 5. §. 6. *num.* 6. & *gloſſ.* 8. *num.* 7. Sanchez *d. lib.* 7. *cap.* 29. *num.* 104. noviſſimè Monet. *de commut. ultim. volunt. cap.* 11. *num.* 100. Caſſad. *deciſ.* 4. *num.* 2. & 3. *de præbend.* Rot. *in Sorana beneficii*, 26. *Iunii* 1624. coram Reverendiſſ. P. D. Merlino, *in verſ. alterum autem*, ubi *in verſ. ſequenti*, ponit aliqua, quæ conveniunt manualitati, & *in Eugubina capellania*, 4. *Iulii* 1618. coram bonæ mem. Buratto, inter ejus impreſſas *deciſ.* 346. ubi bona & lata annotatio D. Ferentilii. Unde ad libitum Prælati 8
poſſe revocari, tenent Navar. *tom.* 3. *de Regular. n.* 22. *verſ. ex quibus*, & *num.* 23. *verſ.* 4. & *conſil.* 20. *n.* 12. *ſub tit. de Regular. in antiq.* aliàs *conſil.* 14. *n.* 12. *ſub hoc tit. in novis*, Fr. Emman. *quæſt. Regular. tom.* 2. *quæſt.* 34. *art.* 2. Azor. *d. cap.* 26. *quæſt.* 2. *n.* 13. & 14. & *part.* 1. *lib.* 12. *cap.* 9. *q.* 8. & *cap.* 22. *quæſt.* 10. Leſſ. *de juſtit. lib.* 2. *cap.* 41. *dub.* 12. *num.* 98. Sanch. *d. cap.* 29. *num.* 111. ubi *num.* 114. adducit Regularem non poſſe juvari pacifica poſſeſſione triennali talis beneficii, ne moleſtari poſſit: & *num.* 115. pariter deducit ſpoliatum Regularem hujuſmodi beneficiis ab Abbate, abſque juſta cauſa, non poſſe agere de poſſeſſorio contra illum, petendo ſe ad priſtinam poſſeſſionem reſtitui: & *num.* 125. quærit quid ſi Abbas promiſit Regulari ſe non revocaturum, an ſit integrum ei revocare?

Ordinarii non poſſunt beneficium de manuali perpetuum conſtituere, Rot. *deciſ.* 163. *num.* 4. & *deciſ.* 308. *num.* 4. *in fine*, *p.* 1. *recent.* & *in Lucana Iuriſpatronatus de Podiis*, 23. *Martii* 1620. coram Reverendiſſ. Seleucien. & *in Nicien. Prioratus*, 13. *Iunii* 1622. coram bonæ mem. Buratto, & *in Sorana beneficii*, 28. *Februarii* 1625. coram Reverendiſſ. P. D. Merlino.

Sine contradictione aliqua.] Notatur ad hoc, quod 9
Monachus Abbati contradicere non poteſt, ſi velit eum ab officiis removere, & privare, ut per Fr. Emman. *quæſt. Regul. tom.* 2. *q.* 18. *art.* 1.

Prior

10 *Prior autem præ cæteris,*&c.] Notatur ad hoc, quod Prior clauſtralis, hoc eſt, ſecunda perſona in Monaſterio ubi Abbas præeſt, præ cæteris poſt Abbatem potens eſſe debet opere, & ſermone, ut per Gonzal. *ad reg.*8. *Cancel. gloſſ.*8. *n.*118.

Nec æſtimet Abbas, quod ſuper habenda proprietate poſſit cum aliquo Monacho diſpenſare.] Adverte quod licèt Regulares poſſint de licentia Prælati habere adminiſtrationem temporalem, & uſum quorundam bonorum, non tamen poſſunt habere dominium,& proprietatem, Calder. *conſ.*2. *in princ. verſ.& ratio,de Regul.* Carol.Tapia *in auth. ingreſſi, C.de Sacroſ.Eccleſ. verbo ipſo ingreſſu, c.*3.*n.*35.Jacob. de Graff. *in aureis deciſ. p.*2. *lib.*5.*c.*18.*n.*13. & ideò *in c.*2. *hoc tit.* Butr. *n.*10. Abb. *n.*4. & communiter DD. notant, quod Abbas non poteſt diſpenſare cum Monacho, ut teneat peculium tanquam proprium, ſed quoad adminiſtrationem, & idem in penſione tradunt Panorm. *in cap. niſi eſſent, n.*12. *de præbend.* Carol.Tap. *ubi ſup. n.*43. Jacob. de Graff. *d.c.*18.*n.*47. Rot. *in nullius, ſeu Caputaq. penſionis,* 18. *Aprilis* 1606. coram bonæ memor. Andrea, ubi poſt Fr. Emman. *qq. Regul. tom.*1. *q.*1. *art.*4. *poſt princ. verſ. differt tamen,* obſervat in hoc differre Religioſos Societatis Jesu ab aliis Regularibus, quòd iſti, qui emiſerunt tria vota, poſſunt ad tempus arbitrio ſuperioris retinere dominium bonorum, ſed ſine uſu, & adminiſtratione; cæteri verò poſſunt tenere adminiſtrationem, & uſum, non tamen dominium.

Negari igitur non poteſt, quin illa facultas retinendi jus, & dominium bonorum ſuorum in perſona Regulari, attento jure communi, quodammodo afficiat, & limitet votum paupertatis,etiamſi de illis non poſſit ad libitum diſponere, & ſit etiam parata arbitrio ſuperioris illud dominium à ſe abdicare. Leſſ. *de juſtit. lib.*2. *cap.*41. *dub.*8. *n.*70. *ad med. verſ. nihilominus, & num.*71. *verſ. ſecunda eſt*: unde neceſſaria fuit auctoritas Romani Pontif. quia ex cauſa poteſt ſuper hujuſmodi voto paupertatis cum monacho, etiam remanente monacho, diſpenſare, ut poſt Innoc. *in præſenti, n.*2. eſt communis opinio Canoniſtarum *hîc*, *& in cap. non dicatis,* 12. *quæſt.*1. ubi Præpoſ. *num.*12. *in* 1.*concluſ. & num.*13. dicit communem, prout etiam Navar. *ibid. in commento* 2. *de Regular. num.*17. fatetur communem, licèt ab ea diſcedat, Covar. *cap.*2. *num.*10. *& ſeq. de teſtam.* Gregor. Lop. *l.*2. *verbo no puede, tit.*6. *part.*1. Nicol. Garc. *de benef. part.*7. *cap.*10. *num.*60. *&* 91. Fr.Emman. *ubi ſuprà, in verſ. cui objectioni,*qui omnes ita reſpondent ad text. *in præſenti, in fine,* ubi dicitur, quod abdicatio proprietatis, ſicut & cuſtodia caſtitatis adeò eſt annexa regulæ monachali, ut contra eam nec Summus Pontifex poſſit licentiam indulgere, ut ſcilicet intelligatur ſine cauſa, non autem cum cauſa. Et ratio eſt, quia voto paupertatis, & illius ſubſtantiæ non tam repugnat dominium, quàm uſus, & ſola Eccleſiaſtica conſtitutione Monachus eſt incapax dominii, quo fit ut Papa, qui eſt ſupra jus, & Eccleſiaſticas conſtitutiones, rectè poſſit illum facere habilem & capacem dominii, etiam manente monacho, modò quoad uſum religioſam paupertatem ſervet,& ſit paratus arbitrio ſuperioris quandocunque dimittere, ut in puncto declarat Vaſq. 1. 2. *tom.*2. *diſput.*165. *cap.*6. *per tot.* Leſſ. *de juſtit. lib.*3. *cap.*4. *dub.*5.*num.*26.*verſ. ubi notandum,* Ludov. Miranda *in man. Prælat. tom.*1. *quæſt.*10. *art.*3. *in concluſ.* latiſſimè Ribaden. *de rat. inſtitut. Societ. cap.*18. Covar. *d. c.*2. *num.*12. Nicol. Garc. *ubi ſuprà, num.*64. *&* 87. Unde Gregor. XIII. *in ſua conſt. incip. Quantò fructuoſius,in verſ. quod verò ad paupertatem, ſub dat. Romæ Kalend. Februarii* 1582. & in alia incip. *Aſcendente Domino, in verſ. & licèt, ſub dat.* 8. *Kalend. Iunii* 1584. expreſsè concedit, ut qui emiſerunt tria vota ſimplicia in Societate Jesu (quæ verè, & propriè faciunt Religioſum, ut diffinitum eſt in dictis conſtitutionibus) poſſint retinere jus, & dominium bonorum ſuorum ad effectum ea diſtribuendi in pios uſus; & ſecundùm ſtatuta dictæ Religionis auctoritate Apoſtolicâ confirmata, ante ſolennem profeſſionem poſſunt Religioſi Societatis Jesu retinere beneficia, quæ ante ingreſſum habebant: ex quo Rota *in d. nullius, ſeu Caputaq. penſionis*, extendit per plura fundamenta ad penſiones, itaut ſicut non vacant beneficia per tria vota ſimplicia in Societate Jesu emiſſa, ita etiam non extinguantur penſiones.

Quia abdicatio proprietatis, &c. Notatur ad hoc, 11
quod Summus Pontifex diſpenſare non poteſt cum Religioſis in particulari, in hoc, quod ſtante Monachatu, ſimul etiam habeant proprium, proprio & ſtricto modo ſumptum,& quoad dominium, ad inſtar quod illud habent cæteri ſæculares: ita docent, ac in his terminis hunc text. procedere aiunt Navar. *in cap. non dicatis* 12. *quæſt.*1. *num.*17. D. Thom. ſibi contrarius *in* 4. *diſt.*38. *quæſt.*1. *art.*4. *quæſtiunc.*1. *ad* 3. Cajet. 2.2. *quæſt.*88. *art.*11. Sot. *de juſtit. lib.*10. *q.*5. *art.*10. Cordub. *in ſuo quæſt. lib.*1. *q.*24. Covar. *ad cap.*1. *de teſtam. num.*10. Azor. *d. part.*1. *lib.*12. *cap.*7. *quæſt.*4. Barthol. à S.Fauſto *in theſauro Religioſorum, lib.*8. *quæſt.*25. Fr. Ludov. Miranda *in manuali Prælatorum, tom.*1. *quæſt.*28. *art.*3. Advertendum eſt abdicatione proprietatis non intelligi abdicationem dominii, cùm etiam retento dominio poſſit eſſe vera Religio, ſed abdicationem uſus ſine licentia Prælati, ut docent Fr. Baſil. Pont. *part.*1. *var. diſput. q.*3. *ſcholaſtica, & de impedimentis matrim. c.*1. §.3. *verſ. addendum.*

Sicut & cuſtodia caſtitatis, &c.] Notatur ad hoc, 12
quod Papa diſpenſare non poteſt in voto ſolenni caſtitatis profeſſi, ut docent, & multis tuentur gloſſ. *hîc, verbo abdicatio, & in cap. ſunt quidam, verbo Apoſtoli,* 25.*q.*1. S.Thom.2.2.*quæſt.*88.*art.*11. Sylveſt. *verbo votum* 4. *quæſt.* 5. Abulenſ. *cap.* 30. *Numer. quæſt.*109. Aragon.2.2. *q.*88.*art.*11.*col.*9. *verſ. propter hæc argumenta*, Sot. *de juſtit. lib.*7. *q.*4. *art.*2. *& in* 4. *diſt.*39.*quæſt.*2.*art.*2. Mandoſ. *de ſignatura gratiæ, verbo voti commutatio, col. pen.verſ. verùm opinio negativa,* Barthol. de Ledeſma *de Matrim.dub.*33. *in fine*, Petr. de Ledeſma *in ſum. part.*2. *tract.*10. *cap.*8. *pag.*549. *cum ſeqq.*

Contrariam verò opinionem, imò id poſſe Sum- 13
mum Pontif. jure optimo tuentur *in præſenti* Innoc. *num.*1. *&* 4. Joan.Andr. *num. ultim.* Hoſtienſ. *n.*30. *cum ſeqq.* Butr. *num.*28. Abb. *num.* 21. Zabarell. *num. ult.* Anchar.*n.*24. & Henric. *num.*9. *&* 19.Cov. *in cap.*2. *num.*10. *&* 11. *de teſtam.* Gregor. *l.*4. *verbo caſtidad, tit.*8. Navar. *in man. cap.*12. *num.*77. *in fine, & commento* 2. *de Regular. num.*57. *& de reddit. Eccleſiaſt. q.*1. *monitu* 55. *n.*9. *& ſub tit. de converſ. conjug. conſ.*1, *num.*3. *in antiq.* aliàs *conſ.*2.*num.*3. *in novis, & ſub tit. de ſponſ. conſ.*3. *num.*8. *in antiq.* aliàs *conſ.*12. *num.*8. *in novis,* Anton.Gom. *l.*40. *Tauri, n.*66. Tiraq. *de pœnis temper. in præfat. num.*46. & *de nobilit. c.*20. *num.*186. Menoch. *de arbitr. caſu* 421. *num.*10. *& de præſumpt. lib.*2. *præſ.*10.*n.*35. Mench. *de ſucceſſ. creat. lib.*3. §.3. *num.*303. Mozz. *de contract. tit. de Matrim.* §. *fin. n.*12. Bonacoſ. *commun. crim. p.*2. *verbo Papa, fol.*58. Crot. *in mem. verbo filius* 7. Mathienſ. *l.*1. *gl.*1. *n.*20. *tit.*7. *lib.*5. *novæ recop.* Mich.Mench. *de ſacrorum hominum continent. lib.*5.*cap.*7. *cum ſeqq.* Henriq. *in ſum. lib.*11. *cap.*8. §.11. *& lib.*12. *cap.*5. §.4. Guttier. *can. lib.*1.

lib.1.c.17.n.5. & de Matr.c.23. à princ. Brunor.à Sole *in locis communibus, verbo Papa diſpenſare cum Monacho,* Cabed. de Vaſconcellos *diverſ. juris arg. lib.3. c.5.* Ceval. *commun. contra comm. q.343.* Nicol.Garc. *de beneſ. p.7. c.10. n.83.* Ant.Gom. *in expoſit.Cruciatæ, clauſ.10. à n.105.* Spin. *in ſpeculo teſtam. gloſſ.2. princ. n.62. & gl.12.n.7.* Jacob.de Graff. *in aureis deciſ. p.1. lib.2.c.31.n.22.& 23.* Gam. *Luſit. deciſ.379.n.1.* Joan. Ramirez *de confirmat. Ordinis D. Iacobi, c.5.num.25.* Motta *cod.tract.lib.2.c.1. §.12. à n.7.& c.2. §.8. à n.7.* Valenr. *tom.3.diſp.6.q.6. punct.7.* Cald.Pereira *de nomin.emphyt. q.20.n.29. & 32.* Sayr. *in clavi Reg.lib.6. c.11. num.26. cum ſeqq.* Fr.Emman. *qq. Regul. tom.1. q.25. art.1.& 2. & q.26. art.1.& tom.3.q.1.art.5.& 8. & q.29. art.6.* Vaſq.1.2. *tom.2.diſp.165.n.104.* Azor. *inſt. mor. p.1. lib.12. c.7. q.1. & ſeq.* Sanch. *de Matrim. lib.8. diſp.8. n.6. & in præcepta Decalogi, tom.2. lib.5. c.2. n.9.* novè Joan. Valer. *de differentiis inter utrumque forum, verbo diſpenſatio, differ.6.n.5.* Barth. à S.Fauſto *in theſauro Religioſorum, lib.3.q.36.* Ribadeneira *in libro pro defenſione Societatis IESV, c.15. 17.& 18.* Leſſ. *de juſtit. lib.2. c.40. dub.14.* Rebel. *de oblig. juſtit. p.2. lib.3. q.4. n.8.* Fr. Baſil. Pont. *d.§.3.* remiſſivè Farin. *fragment. crim. p.1. c.1. lit. C, n.334.* plures alios Doctores ex antiquioribus refert Cened. *d. collect.124. n.4.* Et juxta hanc communem, & veram ſententiam, diſpenſatum fuiſſe cum Ramiro Rege Aragonum, ut relictâ Religione, & Epiſcopatu, Regnum ſuſciperet, & uxorem, atteſtantur Palud. *in 4. diſt.38. q.4. art.4.* Lucius Marinæus Siculus *lib.8. de memorab. Hiſpaniæ, cap. ult.* Joan. Vaſæ. *in chronic. c.18.* Barthol. à S.Fauſto *d.q.36.n.6.* & cum Conſtantia filia Rogerii Regis Siciliæ, & Neapolis, profeſſa in Monaſterio Panormitano, ut Religione desertâ, nuberet Henrico VI. Federici Imper. filio, diſpenſaſſe Cæleſtinum III. referunt Cened. *d. collect.125. num.5.* Pined. *in vita D. Ioannis Baptiſtæ, lib.1.art.1.cap.6. pag. mihi 87.* Barthol. à S.Fauſto *d. q.36. num.6. in fine,* Franc.Molin. *de ritu nupt. lib.1. comp.19. n.124.* Et ſimiliter per Alex. III. diſpenſatum fuiſſe cum Nicolao Juſtiniano Sacerdote monacho in Monaſterio S. Nicolai Ordinis S.Benedicti ad inſtantiam Vitalis Venetorum Ducis, dicunt Barthol. à S. Fauſto *d.q.36.n.5.* & Pineda *in Monarchia Eccleſ. p.4.lib.25.c.7.§.1. pag. mihi 84.* Et etiam Alexandrum VI. diſpenſaſſe cum Cæſare Diacono Cardinali, ut uxorem duceret filiam Ducis Valentiniani, refert idem Cened. *d. n.5.* & novè diſpenſaſſe Gregor. XIII. cum fratre Illuſtriſſimi Card. Joyoſæ Galli Sacerdote profeſſo, & Provinciali Ordinis Capuccinorum, refert Barthol. à S. Fauſto *d. quæſt.56. à num.8.*

14 Hujus tamen textus difficultatem variè reſolvunt Doctores. In primis Ferdinand. de Mendoſa *lib.2. de confirmando Concilio Illiberitano, c.30.* in hoc text. Summi Pontif. nomine cenſet intelligi Epiſcopum, atque ideò illi non licere in votis ſolennibus Religioſorum diſpenſare, ex eo quia in Europa, & Aſia Epiſcopos olim Summos Sacerdotes, Summoſque Pontif. apud antiquos Patres fuiſſe appellatos, tradit Iſid. *lib.7.etymol.c.12.* & colligitur ex Anacleto Papa *ep.2. ad Epiſcopos Italiæ,* & Melchiade *in epiſt. ad Hiſpanos Epiſcopos.* Sed hanc novam interpretationem meritò refellunt recentiores. Quare legitima, & genuina hujus cap. interpretatio eſt, quæ & communis, ſcilicet in ſenſu compoſito, idest, cum Monacho manente Monacho, quaſi diceret non poſſe Pontificem iſta duo componere, ſcilicet proprium retinere, caſtitatem non ſervare cum ſtatu Religioſi, idest, indulgere licentiam, ut cum proprio, & ſine caſtitate vivens Monachus ſit, non tamen negat, quin poſſit cum eo diſpenſare in ſenſu diviſo, idest, faciendo de Monacho non Monachum, & extrahendo eum à Religione: ita interpretantur præ ceteris Palud. *in 4.diſt.38.q.4.art.3. concl.11.* Leſſ. *d.lib.2.c.40.dub.19.* Fr.Baſil.Pont. *d.§.3. verſ. ſed quanvis.* Nicol.Garc. *d.c.19. n.92.& 93.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit.lib.18.num.398.verſ. neque,* breviter Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.2. lib.5. c.1.n.16.* Barth. à S.Fauſto *d. q.36. n.12.& lib.7. q.48.* Nam Pontifex obligationem voti in Religioſo remittit nomine Dei, ſicut aliorum votorum obligationem, cùm eadem ſit in voto ſolenni & ſimplici, *cap. rurſus, qui Clerici, vel voventes;* ſolennitas autem cùm ſit introducta jure poſitivo, *cap.un. de voto, lib.6.* tollitur etiam poteſtate Eccleſiaſtica, & præterea, cùm materia voti obedientiæ ſit promiſſio facta homini, hoc eſt, Prælato, & ipſi Pontifici, quæ promiſſio confirmatur voto, non acceptatâ, aut rejectâ promiſſione, ceſſat obligatio voti obedientiæ; eâ autem ceſſante, ceſſat etiam obligatio paupertatis, & caſtitatis, quæ tantùm in eo ſtatu promiſſa ſunt: hujus enim text. ſenſus eſt, Religioſum ſtatum conſtare eſſentialiter tribus votis, paupertatis, caſtitatis, & obedientiæ, ex inſtitutione Chriſti, & ita non poſſe Pontificem facere, ut permaneat ille ſtatus, aliquo ablato voto paupertatis, caſtitatis, aut obedientiæ: ita noviſſimè Baſil. Pont. *in ſuo tract. de Sacram.Matr. lib.8. cap.2. num.13.*

In gloſſ. *In ſterquilinio,* ibi, *quia in mortali peccato deceſſit.* Vide Navar. *in cap. ſi quis, il 1. n.3. de pœnit. diſt.7.* Anton.Gom. *var. tom.3. cap.1.num.78.* Vitium 15
enim proprietatis eſt peccatum mortale, niſi ex materiæ parvitate veniale reddatur. Navar. *ſub tit. de Regular.conſ.75.n.18. in 1. edit.* aliàs *conſ.3. n.18. ſub hoc tit. in 2.* Fr. Emman. *qq.Regul. tom.3.q.29.art.10. concl.8.* Azor. *d.lib.12. c.16.* Rebel. *de obligat. juſtit. p.1. lib.3. q.15. ſect.3. n.22.*

SUMMARIUM.

1 *Multa ſtatuuntur circa Concilia Regularium provincialia celebranda ſingulis trienniis, & viſitatores eligendos, & ipſorum officium.*

2 *Condemnari ſi quis mandetur, non obſtante excuſatione, non intelligitur excluſa legitima.*

3 *Verba,* penitus amovendum, *latam ſententiam continent.*

4 *Collegium totum recuſari poteſt propter Caput ſuſpectum.*

5 *Superior alicujus tribunalis ubi eſt ſuſpectus, omnes ejus officiales ſunt pariter ſuſpecti.*

CAP. In ſingulis VIII.

Ex Concil. gen. Later.

CApitulum Provinciale Regularium ſingulis trienniis fieri debet in uno monaſterio ad hoc apto, 1
Abbates, & Priores, qui Abbatem non habent, nec conſueverunt celebrare, tale Capitulum convenire debent, & ſinguli non ducant ſecum pluſquam ſex equitaturas, & octo perſonas, ſalvo jure diœceſanorum Pontificum, & qui non conſueverunt facere Capitulum, vocent duos Abbates Ciſtercienſes pro conſilio, & auxilio. Capitulum duret aliquot certis diebus ſecundùm morem Ciſtercienſium, in quo agatur de reformatione, & obſervantia Regularis, & quæ determinantur ſerventur, & provideant de loco pro ſeq. Capitulo,

pitulo. Item convenientes vivant communiter cum omnibus expenſis proportionabiliter, & commorentur ſimul, vel plures ſimul in diverſis domibus. Item eligant Religioſas perſonas, quæ viſitent ſingulas Abbatias Regni, etiam Monialia; & auctoritate Apoſtol. viſitent, corrigant, reforment, & ſi rector eſſet amovendus, moneant Epiſcopum, qui ſi non amovet, moneant Papam. Item idem ſervent Canonici Regulares. Item diœceſani reforment Monaſteria ſibi ſubjecta, nec ſinant ea gravari à viſitatoribus. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabar. Joan. Andr. Imol. Butr. Anan. Hoſtienſ. Henric. Anchar. Panorm. Vivian. *in ration. lib. 3. juris Pontif. pag. 337.* Alagona *in compend. juris Canon. pag. 497.* remiſſivè Ximen. *in concord. part. 1. & 2.* refertur ab Anton. Auguſt. *collect. 2. Decretal. lib. 3. ſub tit. 12. de ſtatu Religioſorum, cap. 2.*

2 *Omni executione*, &c.] Notatur ad hoc, quod ſi non obſtante excuſatione mandetur quis condemnari, non intelligitur excluſa legitima, ut per Rebuff. *in compend. alienat. num. 48.*

3 *Penitus amovendum.*] Hæc verba latam ſententiam continent, ut per Tiraq. *in l. ſi unquam, verbo revertatur, num. 172.* Sayr. *in clavi Regia, lib. 8. cap. 8. num. 26. in med.*

4 In gloſſ. *Appellatione*, ibi, *niſi ex nova cauſa.* Notatur ad hoc, quod propter caput ſuſpectum poteſt totum Collegium recuſari, ut per Felin. *in cap. cauſam quæ, n. 1. verſ. benè fatetur, de offic. deleg.* Boër. *deciſ. 269.* Perez *l. 1. tit. 5. lib. 3. Ordin. pag. 570.* Menoch. *conſ. 94. num. 11.* Joſeph. Ludov. *deciſ. 108.* Proſp. de Auguſtino *in addit. ad Quarantam in ſum. Bullarii, verbo Concilium provinciale, num. 12.* Sigiſm. Scac. *de appellat. quæſt. 17.* aliàs *16. n. 16.* Caraſc. *in explicat. ad aliquas leges nova recop. cap. 9. num. 22.* Roland. *conſ. 19. num. 5. & à num. 12. lib. 3.* Caravita *ſuper ritib. Magnæ Curiæ, ritu 265. num. 27.* Lancel. *de attent. cap. 6. n. 37.* Card. Tuſch. *verb. Suſpicio, concl. 907. num. 8.* Jacob. de Laurent. *de Iudice ſuſpecto, cap. 3. num. 17. & 19.* Farinac. *fragm. crimin. part. 2. verb. Iudex, num. 711.* quod quidem procedere, quando verè Collegii caput propter ſuam præeminentiam juſtam produceret ſuſpicionem, utpote quia eſſet Epiſcopus Capituli, ſeu Prælatus Collegii, ſine quo Capitulum non eſſet, docent Vivian. *opin. 867. num. 3.* Jacob. de Laurent. *d. cap. 3.*
5 *num. 20.* Sic etiam ubi ſuperior alicujus Tribunalis eſt ſuſpectus, quod omnes ejus officiales ſint pariter ſuſpecti, tenent Menoch. *conſ. 94. num. 11.* Jacob. de Laurent. *d. cap. 3. num. 18. & 19.* Farinac. *d. verbo Iudex, num. 714.*

SUMMARIUM.

1 *De correctione Monachorum, Abbatum, & Viſitatorum hic tractatur.*

3 *Abbates, & aliorum Regularium præfecti viſitandi jus habent Monaſteria, aliaque ſibi ſubjecta loca.*

5 *Iuriſdictio, ſive correctio in gravioribus criminibus Regularium ad ſolum Abbatem, paucis quibuſdam exceptis, pertinet.*

6 *Religioſorum delinquentium multitudini non parcitur facientium contra votum, aut obſervantiam Monachalem.*

7 *Prælati expurgare debent ſuam Congregationem à malis, eos extrudendo, ne alios inficiant.*

8 *Declaratur Concil. Trident.* ſeſſ. 25. de Regularibus, cap. 14.

9 *Diſpenſatio loquens de Monachis habet locum in Monialibus.*

10 *Clerici ſæculares tenentur intereſſe divinis Officiis Cathedralium Regularium, & Monachis ejuſdem ſe conformare.*

11 *Epiſcopus de jure communi exceptis iis, quæ concernunt Regularia inſtituta, habet omnimodam juriſdictionem in Monachos Cathedralis Regularis.*

Cap. Ea quæ VIII. & ult.

Honor. III.

Viſitatores inquirant, & Monachos delinquentes faciant per Abbatem corrigi, & contumaces ac rebelles juxta modum culpæ puniant, & ovem morbidam ejiciant ab ovili. Si Abbates in corrigendo ſecundùm mandatum viſitatorum in ſe ipſis, ſeu Monachis inveniantur negligentes, in Capitulo generali publicè puniantur, ita ut pœna ſit exemplum aliis. Si Abbas non exemptus inveniatur negligens nimis, & remiſſus, deferatur diœceſano loci, qui dabit coadjutorem uſque ad Capitulum generale, & ſi erat lapidator, amoveat illum ſine ſtrepitu judicii, & ponat adminiſtratorem idoneum uſque ad Capitulum generale. Si Epiſcopus in hoc eſt negligens, viſitatores, vel præſidentes Capituli generalis de hac negligentia Epiſcopi Sedem Apoſt. moneant. Item quod faciunt Epiſcopi in non exemptos, faciant viſitatores, & præſidentes Capituli generalis in exemptos, ſolùm diſpoſitio reſervatur Papæ, ſed interim ſuſpendantur appoſitis adminiſtratoribus. Item ſubſequentes viſitatores, & Abbates inquirant de præcedentibus, & nuntient Capitulo generali. Item in Monaſteriis Monachi, vel Abbates non recipiant Clericos ſæculares ad Præbendas, & qui habent, non ſe immiſceant in ſpiritualibus, & ſi ſint criminoſi, puniantur à viſitatoribus, exempti ab Epiſcopis, non exempti priventur beneficiis. Denique hæc omnia ſerventur in Monaſteriis non habentibus Abbates, ſed Priores, & in Monialibus, quæ eis congruunt. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Imol. Anan. Butr. Hoſt. Henric. Anchar. Panorm. Vivian. *in ration. lib. 3. Iuris Pontif. pag. 359.* Alagona *in compend. Iuris Canon. pag. 498.* remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. part. 1. & 2.* 1

Secundùm ſtatutum generalis Concil.] Scilicet Lateranenſ. ſub Innoc. III. *cap. 12.* quod eſt relatum *ſuprà, cap. prox.* 2

Ad viſitationis officium, &c.] Notatur ad hoc, 3
quod Abbates, Priores, & alii Regularium præfecti viſitandi jus habent Monaſteria, aliaque ſibi ſubjecta loca, ut per Azor. *inſtit. moral. part. 2. lib. 3. cap. 40. q. 9.* ubi etiam refert quod ſolent in Regularium annuis, vel triennalibus Conventibus, quæ Capitula generalia vocant, aliqui ex Conventu Religioſi, probique viri eligi, tanquam idonei ad viſitationem obeundam, qui non virorum ſolùm, ſed etiam Monialium cœnobia viſitare queant.

Diligenter inquirant.] Etiam ſine infamia, ut per 4
Duen. *reg. 298. verſ. limita 18.*

Et tam in ſpiritualibus, &c.] Notatur ad hoc, quod 5
juriſdictio, ſive correctio etiam in gravioribus criminibus ad ſolum Abbatem, paucis quibuſdam exceptis, pertinet, non ſolùm ſi agatur ad correctionem juxta Regularia inſtituta, ſed etiam ſi agatur ad pœnam juris, & via ordinaria, ut per Bened. Capr. *tom. 1. commun. opin. lib. 1. tit. 11. num. 26. pag. 194.*

Non parcendo, &c.] Notatur ad hoc, quod multitu- 6
dini Religioſorum delinquentium facientium contra

votum, aut obſervantiam Monachalem non parcitur, ut per Tiraq. *de pœnis temper. cauſa* 45. *num. ult.*

7 *Quin ovem morbidam ejiciant*, &c.] Notatur ad hoc, quod debent Prælati expurgare ſuam Congregationem à malis, eos extrudendo, ne alios inficiant, ut per Fr. Emman. *quæſt. Regul. tom.* 3. *quæſt.* 34. *art.* 9. refert Illuſtriſſ. D. meus Roder. à Cunha *in comment. ad cap.* 1. *num.* 3. *diſt.* 86.

8 *Si verò Abbates in corrigendis*, &c.] Hodie attenta nova diſpoſitione Concil. Trident. *ſeſſ.* 25. *de Regular. cap.* 14. Regularis non ſubditus Epiſcopo, qui intra clauſtra Monaſterii degit, & extra ea ita notoriè deliquerit, ut populo ſcandalo ſit, debet Epiſcopo inſtante à ſuo Superiore intra tempus ab Epiſcopo præfigendum ſeverè puniri, qui ſuperior de punitione Epiſcopum certiorem faciat, ſin minus, à ſuo Superiore officio privari, & delinquens ab Epiſcopo puniri poterit. Deinde emanavit Bulla S. D. Clement. VIII. contra Superiores non punientes ſuos ſubditos juxta formam illius Decreti, ſub pœna privationis ipſo facto dignitatum, & officiorum, & incipiens *Suſcepti muneris*, Romæ publicata die 18. Martii 1595. cujus tenorem refert Quarant. *in ſum. Bullar. verb. Exemptio*, & de ea teſtatur Aloyſ. Ricc. *in praxi rer. fori Eccleſ. deciſ.* 950. *in* 1. *edit. & reſol.* 546. *in princip. in* 2. *edit.* Prax. nova Epiſcop. Piaſec. *part.* 2. *cap.* 3. *num.* 44. ubi *num.* 43. ex Marc. Anton. Genuenſi reſolvit poſſe Regularem in caſu illius Decreti comprehenſum in delicto deduci ad carcerem Epiſcopi, & ſumpta informatione ſuper delicto, dummodo ſine mora ſumatur, remitti cum copia proceſſus ad ſuum ſuperiorem puniendum cum præfinitione termini. Multa, quæ circa intellectum, & materiam illius Decreti deſiderari poſſunt, dixi *in meo tract. de offic. & poteſt. Epiſc. part.* 3. *alleg.* 105. *à num.* 18. & *ibi* dictis addendum duxi me vidiſſe propria, & originalia reſponſa ſacræ Congreg. Cardinal. Concil. Trid. interpretum, edita *ſub die* 19. *Septemb. hujus anni* 1625. ad quædam dubia propoſita per D. Joan. Cebicos Theſaurarium Cathedralis Eccleſiæ Manilæ, Metropolitanæ Philippinarum, inter quæ, quod attinet ad *d. cap.* 14. *Concil. Trid.* ita habetur. Cùm *cap.* 14. *de Regular. ſeſſ.* 25. det normam Epiſcopo procedendi in caſtigando delicta Regularium, qui degunt intra clauſtra, & extra ea notoriè cum ſcandalo delinquunt; dubitatur an Epiſcopus ſtatim habita notitia delicti poſſit capere informationem, & illam ad Superiorem Regularis mittere, ut nequeat de eodem delicto ignorantiam præſumere? Congreg. reſpondit, poſſe. Dubitatur etiam an ſufficiat, quod Epiſcopus unica vice Superiorem Regularem moneat, eique terminum præfigat ad caſtigandum ſubditi delictum? nam Religioſi aliqui in libris ab eis editis explicando verbum, *inſtante*, afferunt neceſſe eſſe Epiſcopum monere, ac requirere dictum Superiorem duabus, vel tribus vicibus. Congregat. reſpondit ſatis eſſe, ut Epiſcopus ſemel inſtet Superiori Regulari, eique tempus præfigat ad ejuſdem Concilii præſcriptum. Deinde dubitatur eo quòd *eod. cap.* 14. Superiori Regulari præcipitur, quod Epiſcopum certiorem faciat de punitione intra tempus ab eodem Epiſcopo præfixum, an ſufficiat, quod Superior Regularis ad Epiſcopum mittat copiam tantùm ſententiæ, ut Religioſi dicunt, vel debeat remittere acta omnia ſuper delicto actitata ad effectum, ut Epiſcopus videre poſſit ſi in hoc adimpleta fuerint verba Concilii *in d. cap.* 14. *Severè puniatur*, necne? Congreg. reſpondit non ſufficere, ut Superior Regularis ſententiam, aut etiam acta ad Epiſcopum tranſmittat, ſed opus eſſe, ut de punitione ipſa, & ſententiæ executione Epiſcopum certiorem faciat. Denique dubitatur, an quod conceditur Epiſcopo *in præfato cap. ſuper Regulari*, qui intra clauſtra Monaſterii degit, & extra ea notoriè cum ſcandalo deliquerit, intelligatur etiam cùm delictum commiſſum fuerit intra Eccleſiam, vel clauſtra? Congreg. reſpondit facultatem Epiſcopo attributam in Regulares notoriè, & cum ſcandalo extra clauſtra delinquentes vendicare ſibi locum etiam cùm Regulares notoriè, & cum ſcandalo intra Eccleſiam delinquunt, non ita ſi intra clauſtra. Hactenus declarationes ſacræ Congregat. quas quidem originales & authenticas vidi, nec in earum comprobatione amplius immorandum duxi, quia etiam Rota illis ſemper plurimùm detulit, & nunquam eas in dubium revocare ſolet, ut ipſamet atteſtatur *in Averſana beneficiorum*, 3. *Iulii* 1606. coram Card. Sacrato, quæ loquitur in declarationibus ſacri Concil. Trid. *& in Nicien. Parochialis*, 20. *Maii* 1624. coram bonæ mem. Ubaldo ſen. & *in Tiburtina Parochialis*, 27. *Iunii* 1629. coram R. P. D. meo Pirovano, & *in Meten. Abbatiæ*, 19. *Iunii* 1628. coram R. P. D. Dunozetto, quæ ait idem procedere in declarationibus aliarum Congregationum.

Necnon in Monaſteriis Monialium, &c.] Notatur ad hoc, quod diſpoſitio loquens de Monachis habet locum in Monialibus, ut per Menoch. *de arbitr. caſu* 421. *num. ult.* Zabar. *in Clem.* 1. *quæſt.* 7. *de Regul.* Mandoſ. *de ſignatura gratiæ, tit. de licentiis, verſ. quæ verò*, Natt. *conſ.* 432. *num.* 9. Dec. *reſp.* 20. *num.* 13. *vol.* 1. Ant. Ricc. *de jure perſonarum extra gremium Eccleſiæ exiſtent. lib.* 8. *cap.* 5. *num.* 2. 9

Opportuna obſequia in Monaſteriis, &c.] Notatur ad hoc, quod Clerici ſæculares tenentur intereſſe divinis Officiis Cathedralium, & Monachis ejuſdem Eccleſiæ ſe conformare, ut per Rot. apud Farin. *deciſ.* 79. *num.* 2. *p.* 1. *recent.* ubi *num.* 3. quòd Monachi Cathedralis Eccleſiæ debent celebrare officium ſecundùm ritum ſuæ Regulæ, & juxta voluntatem Epiſcopi; ſed non poteſt Epiſcopus mutare formam, quam Canonici ſervare debent. Illud tamen certum eſt, Epiſcopum de jure communi, exceptis iis, quæ concernunt Regularia inſtituta, habere omnimodam juriſdictionem in Monachos Cathedralis Regularis, *cap.* 1. *ne ſede vac. gloſſ. fin. in cap. nullus, verſ. ut Epiſcopus, de elect. in* 6. ubi Anchar. *num.* 3. Joan. Andr. etiam *num.* 3. Franc. *num.* 3. & Gemin. *n.* 7. Rot. apud Farin. *deciſ.* 69. *num.* 2. *part.* 1. *recent.* 10 11

D Religioſis domibus, ut Epiſcopo ſint ſubjectæ.

Tit. XXXVI.

SUper hanc rubr. ſcripſerunt Zabarel. Joan. Andr. Butr. Imol. Anan. Anch. Panorm. Guillelm. Durand. *in Breviario aureo, fol.* 109. *verſo*, Martin. Meſnart. *in epitome Decretal. fol.* 138. Petr. de Ravenna *in compendio Iuris Canon.* Dan. Venator *in analyſi method. Iuris Pontif. à pag.* 485. Goffred. & Hoſt. *in ſum. hujus tit.* Alex. Caſan. & Anaſtaſ. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decretal.* Barthol. Carthagena *in expoſit. titulor. Iuris Canon.* Lancel. *in Inſtit. Canon.* Zypæ. *in analytica poſtremi Iuris Eccleſ. enarrat. pag.* 281. Caniſ. *in ſum. Iuris Canon.* Caſarel. *in erothem. ejuſd. Iuris*, noviſſimè Joan. Honor. *lib.* 3. *ſum. in Decretal.* omnes *ſub hoc tit.*

SUMMA

SVMMARIVM.

1 *Baſilica conſecranda, ſi dubitatur in cujus diœceſi ſit, ille Epiſcopus conſecrabit, qui prius in illo loco Epiſcopalia exercebat.*
2 *Territorii, ſeu juriſdictionis ex limitibus non infertur ad limites decimatorios Parochialium.*
3 *Dominium & juriſdictio temporalis nihil commune habet cum territorio, & juriſdictione ſpirituali.*
4 *Res ad eos pertinere videtur, quorum ſumptibus fuit ædificata.*
5 *Profeſſio unius actus juriſdictionis inducit idem in omnibus.*
6 *Prælatus vt dicatur in quaſi poſſeſſione jurium, in quibus habet intentionem de jure fundatam, requiritur actus poſſeſſionis poſitiuus in quocunque actu, poſſeſſio verò vnius actus trahitur ad omnes alios, in quibus alter non reperitur in poſſeſſione.*
7 *Conſignatio pro confirmatione Chriſmatis aliquando accipitur.*
7 *Epiſcopus non dicitur propriè electus ante conſecrationem.*

Cap. Nunc autem I. *Greg.*

1 Eccleſia aliqua poſita inter duos Epiſcopatus quando eſt conſecranda, & dubitatur quis Epiſcopus debeat eam conſecrare, ille Epiſcopus conſecrabit ad quem antequam Eccleſia ædificaretur, incolæ loci concurrebant pro Baptiſmo, & conſignatione annuatim, quia diœceſes non definiuntur terminis, aut proprietate locorum, ſed collatione horum duorum Sacramentorum. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Imol. Butr. Anan. Hoſt. Anchar. Henric. Panorm. Viu. *in ration. lib. 3. iuris Pontif. pag.* 350. Alagona *in compend. jur. Canon. pag.* 500. remiſſiuè Caſal. *in annot.* Ximen. *in concord. p.* 2. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 1. *Decret. lib.* 3. *tit.* 31. *c.* 1.

2 *Non enim terminis*, &c.] Notatur ad hoc, quod ex limitibus territorii ſeu juriſdictionis non infertur ad limites decimatorios parochialium. Rot. *in Conchen. limitum*, 3. *Nouemb.* 1598. coram D. Litta, *in Bracharen. Decimarum*, 19. *Ianuarii* 1601. coram Illuſtriſſimo
3 Cardinali Pamphilio; dominium enim, & juriſdictio temporalis nihil commune habet cum territorio, & juriſdictione ſpirituali, Rota apud Farinac. *deciſ.* 324. *num.* 10. *part.* 1. *recent.* vbi citatur alia *in Burgen. juriſdictionis S. Ioannis*, 4. *Decembris* 1596. coram Orano, & Hoſt. *in cap. ſuper eo, n.* 3. *de Paroch. & in cap. querimoniam, n.* 2. & ibi Butr. *in fin. de jurepatronat.* ac Felin. *in cap. cum cauſam n.* 12. *verſ. ſecundò ſuas, de probat.*

4 *Debet diſquiri*, &c.] Notatur ad hoc, quod res ad eos pertinere videtur, quorum ſumptibus fuit ædificata, vt per Aym. *conſ.* 74. *n.* 4. quem refert Sebaſt. Næui. *in remiſſ. ad l. pecuniam* 7. *num.* 5. *ff. de operibus publicis.*

5 Notatur etiam ad hoc, quod poſſeſſio vnius actus juriſdictionis inducit idem in omnibus, vt per Tiraq. *de retract. lign.* §. 36. *gloſ.* 3. *num.* 13. Gutier. *conſil.* 4. *n.* 33. & per adeptionem poſſeſſionis Eccleſiæ acquiritur poſſeſſio omnium, & quorumcunque bonorum ad Eccleſiam ſpectantium, & annexorum, ad not. *in l. cum hæres, ff. de acquir. poſſeſſ.* Abb. *in cap. cum ſuper, n.* 29. *in fine, de cauſa poſſeſſ.* Bertach. *in tract. de Epiſcopo, lib.* 3. *p.* 1. *q.* 56. Rot. *deciſ.* 462. *num.* 1. *p.* 1. *recent.* & *in Mediolanen. beneficij*, 27. *Maij* 1611. coram bonæ memoriæ Vbaldo, & *in Leodien. Parochialis*, 4. *Iulij* 1625. coram R. P. D. Merlino. Non enim ut Prælatus dicatur in 6
quaſi poſſeſſione jurium, in quibus habet intentionem de jure fundatam, requiritur actus poſſeſſionis poſitivus in quocumque actu, ſed poſſeſſio unius actus trahitur ad omnes alios, in quibus alter non reperitur in poſſeſſione, ut per Innocent. *in cap. dilectus, n.* 3. *verſ. poſſeſſionem, de capellis monach.* ubi Hoſtienſ. *n.* 1. *verſ. ex prædictis*, Joan. Andr. *n.* 8. Butr. *n.* 15. Henriq. *n.* 11. Abb. *conſ.* 71. *col. fin. verſ. tertiò ad idem.* Rebuff. *de decimis, quæſt.* 9. *n.* 4. Menoch. *remed.* 3. *retin. num.* 158. Cephal. *conſil.* 369. *n.* 15. *& ſeq.* Veral. *deciſ.* 306. *part.* 1. *& deciſ.* 17. *n.* 2. *& ſeq. p.* 2. Rot. *in Aſſiſien. Canonicatus*, 14. *Iunii* 1606. coram illuſtriſſimo Card. Sacrato, & *in Sipontina juriſdictionis*, 24. *Maii* 1613. coram eod. quæ eſt 491. *n.* 6. apud Farin. *p.* 1. *recent.* & *in Tiraſonen. iuris votandi*, 4. *Februarii* 1615. coram Illuſtriſſimo Patriarcha Manzanedo.

Conſignationem.] Pro confirmatione Chriſmatis hic 7
accipi, tenet Tiraq. *de retract. lign.* §. 7. *gloſſ.* 3. *n.* 8.

In gloſſ. *Dedicanda*, 1. ibi, *ſicut electus in conſecratione nomen aſſumit Epiſcopi.* Notatur ad hoc, quod 8
electus propriè non dicitur Epiſcopus ante conſecrationem, vt per Perez *l.* 2. *tit.* 6. *lib.* 1. *Ordin. pag.* 155. Farin. *in praxi crimin. p.* 5. *q.* 137. *n.* 55. Soar. *de cenſur. lib.* 3. *c.* 15. *n.* 4. Sayr. *eod tract. diſp.* 21. *ſect.* 2. *n.* 69. *ad fin.* Filliuc. *tract.* 16. *c.* 9. *q.* 5. *n.* 240.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopo nihil juris deperit quando Papa vnit Eccleſiam ſitam in ſua diœceſi Eccleſiæ alterius diœceſis.*
2 *Eccleſia ſi eſt vnita alteri, videntur vnita omnia iura ipſi Eccleſiæ competentia, etiamſi nihil exprimatur, niſi Eccleſia, cui vnio fit, ſit incapax juris alicuius Eccleſiæ vnitæ.*
3 *Vnio intelligitur facta ſine præjudicio tertij.*

Cap. Quia II.

Papa quando vnit vnam Eccleſiam, quæ eſt in vna 1
diœceſi, monaſterio, quod eſt in altera, juriſdictio illius Eccleſiæ remanet penes Epiſcopum primæ diœceſis, quia vult jura ſua ſingulis Epiſcopis inuiolata ſeruari ſine præjudicio. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Imol. Butr. Anan. Anchar. Hoſt. Henric. Panorm. Viu. *in ration. lib.* 3. *juris Pontif. pag.* 350. Alagona *in compend. juris Canon. pag.* 500. remiſſiuè Ximen. *in concord. p.* 1. deſumitur ex D. Greg *in regeſto, lib.* 9. *epiſt.* 67. & refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 1. *Decret. lib.* 3. *tit.* 31 *c.* 3.

Cum omnibus rebus ſuis, &c.] Notatur ad hoc, quod 2
ſi Eccleſia eſt vnita alteri, videntur vnita omnia jura ipſi Eccleſiæ competentia, etiamſi nihil exprimatur, vt per Greg. *l.* 7. *verbo determino, tit.* 20. *p.* 3. Niſi Eccleſia, cui vnio fit, ſit incapax juris alicuius Eccleſiæ vnitæ, Gregor. *l.* 27. *verbo viviesen, tit.* 7. *p.* 1. quem refert Sanchez *in præcepta Decalogi, tom.* 1. *lib.* 2. *c.* 30. *num.* 6.

Vt tamen jura ſua, &c.] Notatur ad hoc, quod vnio 3
intelligitur facta ſine præjudicio tertii, vt per Card. *conſil* 96. *num.* 3. Rebuff. *in praxi benefic. tit. de erect. in Colleg. verſ. & in hac erectione, circa med. ibi, & hac erectione*, Pute. *deciſ.* 264. *n.* 3. *lib.* 2. Rot. *in Montis Regalis iuriſdictionis*, 8. *Maij* 1604. coram Reverendiſſimo D. Coccino Decano, relata per Farinac. *deciſ.* 69. *num.* 7. *part.* 1. *recent.* Garc. *de benefic. part.* 2. *cap.* 2. *n.* 117. & ex *num.* 206. Rot. *in Sorana beneficij*, 28. *Iunij* 1628. coram

R.P.D. Merlino, & ſic Capituli habentis iura ſuper præſtimoniis vnitis. Federic. de Senis *conſil.295. n.4.* Et quod in ſpecie vnio non tollat ius percipiendi partem fructuum ex beneficio, docent Ioan. Andr. *in cap. penult. n.3. verſ. nec puta*, vbi Cardinal. *in 2. oppoſit. verſ. quaro an hac indulgentia*, Butr. *n.15. verſ. quarunt Doctores, de verb. ſignif cat.* Rot. *deciſ. vnic. verſ. in contrarium facit, de ſepult. in antiq.* Seraphin. *deciſ.1410. n.9. & ſeq.* Rot. *deciſ.659. n.11. p.2. recent* & *in Turgen. expenſarum, 31. Ianuarij 1625.* coram Reuerendiſſimo P.D. Merlino.

SUMMARIUM.

1 *Epiſcopo ſubſunt omnia loca pia, & ad eius ſollicitudinem debent ordinari ad vſum deſtinatum, & num.2.*

3 *Eccleſia quælibet alicubi conſtituta ad Epiſcopum loci pertinent, niſi probetur eas eſſe exemptas.*

4 *Hoſpitalia pertinent ad ſollicitudinem Epiſcoporum, in quorum diœceſi exiſtunt, etiam nolente fundatore, niſi hoſpitale ſit merè ſæculare, quia tunc teſtatore nolente, Epiſcopo non ſubiicietur.*

Cap. De Xenodochiis III.

Ex Decret. Eugen. Papæ.

1 XEnodochia, & alia pia loca ordinari debent ab Epiſcopo loci, in quo ſunt, ad finem in quem ſunt inſtituta. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Butr. Imol. Anan. Hoſt. Anch. Henric. Panorm. Vivian. *in ration. lib.3. iuris Pontif. pag.351.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag.5*[illegible]*0.* remiſſivè Ximen. *in concord. p.2.* refertur ab Ant. Aug. *collect.1 Decret. lib.3. tit.31. c.2.*

2 Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſumit Valaſc. *conſult.105. n.25.* vbi *n.8.* intelligit de Xenodochiis auctoritate Epiſcopi inſtitutis. Sic & quaſlibet

3 Eccleſias alicubi conſtitutas ad Epiſcopum loci pertinere, niſi probetur eas eſſe exemptas, per hunc text. tenet Azor. *inſtit. moral. p.1. lib.12. c.19. q.19.* Cavaler. *deciſ.306.* Alia ad hunc text. conducentia tractat Carolus Epiſcopus Nouarienſis *in Commentariis ad illum*, quæ habentur inter allegationes varias pro Eccleſia S. Carolo dicata.

4 Amplia etiam nolente fundatore, vt per Calderin. *conſil.1. & 4. ſub hoc tit.* Eraſm. à Cochier. *de iuriſdict. Ordinarij in exemptos, p.4. q.57.* faciunt quæ Mandoſ. *in ſignatura gratiæ, tit. exemptiones, col.2. verſ. amplio etiam, & col.5. verſ. exemptio ab Ordinario*, vbi dicit Epiſcopum hoc non poſſe concedere patrono in fundatione. Limita tamen ſi hoſpitale ſit merè ſæculare, tunc enim teſtatore nolente Epiſcopo non ſubiicietur. Lap. *alleg.42. incip. quæritur de tribus*, Cardin. *conſil.11. incip. Quædam ſocietas pro hoſpitali.*

SUMMARIUM.

1 *Locus auctoritate Epiſcopi ad vſum hoſpitalitatis deputatus, eſt religioſus, & ad mundanos vſus redire non debet.*

2 *Hoſpitalia erecta auctoritate Epiſcopi ſunt loca pia, & religioſa, gaudéntque omnibus piæ cauſæ privilegiis.*

3 *Hoſpitale, etiamſi non ſit erectum, & approbatum auctoritate Epiſcopi, ac proinde locus religioſus, & ſacer non ſit, adhuc tamen eſt locus pius de iuriſdictione Eccleſiaſtica.*

4 *Religioſus non dicitur locus, niſi Epiſcopi accedat auctoritas.*

5 *Mortui illatio facit locum religioſum quando ſit auctoritate Epiſcopi.*

6 *Auctoritas Epiſcopi in Eccleſiis ædificandis quando præſumatur, oſtenditur.*

Cap. Ad hæc IV.

Vrbanus III.

LOcus deſtinatus auctoritate Epiſcopi ad uſum 1 hoſpitalitatis, & pauperum, non debet deputari mundanis uſibus, quia eſt Religioſus, ſicut nec veſtes, & alia utenſilia ad cultum Religionis per Pontificem deputata. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Butr. Imol. Anan. Hoſtienſ. Henric. Anchar. Panorm. Vivian. *in ration. lib.3. iuris Pontif. pag.351.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag.592.* remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.1. & 2.* refertur ab Ant. Auguſt. *collect.2. Decretal. lib.3. tit.31. c.4.*

Auctoritate Pontificis deſtinatus.] Notatur ad hoc, 2 quod hoſpitalia erecta auctoritate Epiſcopi, ſunt loca pia, & religioſa, gaudentque omnibus piæ cauſæ privilegiis, ut per Tiraquel. *in tract. de privilegiis piæ cauſæ, in præfat. verſ. item relictum hoſpitalibus.* Lambertin. *de iurepatron. lib.1. p.1. q.11. princ. art.11. n.2. cum ſeqq.* Paris. *conſil.36. n.15. & 17. & conſil.44. n.5. vol.4.* Gabr. *commun. tit. de pia cauſa, concluſ.2. n.1. & 4.* Paul. Fuſch. *de viſit. lib.2. c.13. num.10.* Mar. Antonin. *variar. reſol. lib.1. reſol.14. n.1.* Ioſeph. Ludoviſ. *Peruſ. deciſ.30. n.6. & 7. & deciſ.93. n.36. & 45.* Gutier. *canon. lib.1. cap.35. n.29.* Azeved. *l.1. n.26. tit.1. lib.4. noua recop. & l.1. n.4. tit.18. lib.9.* Maſcard. *de probat. concluſ.869.* Solis *de cenſibus, lib.2. c.3. n.11.* Anton. Roch. *de viſitat. verbo hoſpitalia.* Zerol. *in praxi Epiſcop. p.1. verbo hoſpitale, §.3. dul.2.* Card. Mantic. *de tacitis, & ambig. conuent. lib.25. tit.6. n.69.* Flamin. *de reſignat. benefic. lib.11. q.3. n.43.* Flores de Mena *variar. lib.2. q.21. n.179. cum ſeqq.* Marc. Anton. Genuenſ. *in praxi Archiep. Neapol. c.17.* Bened. Ægid. *in repet. l.1. C. de Sacroſanct. Eccleſ. part.1. in initio, n.54.* Herc. Mareſcot. *variar. reſol. lib.2. cap.3 à n.12.* Anton. Fabric. *in praxi theorica benefic. tit. de Xenodochiis & aliis locis piis, à princ.* & ex *n.36.* Sebaſt. Cæſ. *in relect. de Eccleſiaſt. hierarch. p.4. diſput.14. §.4. à princ.* & præcipuè *n.3.* Quinimò licèt hoſpitale quod 3 non eſt erectum, & approbatum auctoritate Epiſcopi, locus religioſus, & ſacer non ſit, Zabar. *conſ.13. num.6.* Abb. *conſil.3. num.2. part.3.* Rot. apud Farinac. *deciſ.30. num.8. part.2. recent.* adhuc tamen videtur eſſe locus pius de iuriſdictione Eccleſiaſtica, & gaudere privilegiis Eccleſiæ, cùm cauſa pietatis ſit inſtitutum: ita ex text. *in cap. de Xenodochiis, ſupr. hoc tit.* docent *ibi* Abb. *num.3.* Paul. de Caſtro *conſil.167. ad fin. lib.2.* Roman. *conſil.477. num.2.* Gabr. *commun. tit. de pia cauſa, concl.2. num.2. verſ. contrarium*, Menoch. *remed.15. recup. n.22. 23. 36. & 37. & de præſumpt. lib.4. præſumpt.116. n.4.* Steph. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.34. n.1.* Soar. *tom.1. de Relig. tract.4. de ſimon. lib.4. cap.27. num.11.* Sebaſt. Cæſ. *d. §.4. num.7.* Bobadil. *in ſua politica, lib.1. cap.18. num.228. iuncta lit. C.* Card. Tuſch. *tom.4. litera H, concluſ.558. & concluſ.163. num.2 & 4. & tom.6. litera O, concluſ.338.* Caſtil. *de vſufructu, lib.1. c.54. n.24.* Nicol. Garc. *de benefic. part.3. cap.1. num.602.* ex quibus planè colligitur, quod licèt plures, quos refert Gabr. *d. concluſ.2. in fine, & concluſ.1. num.17.* reſoluant relicta piis cauſis

cauſis ſolvi non poſſe hoſpitalibus,& confratriis inſtitutis ſine Epiſcopi auctoritate,longè verius eſt contrarium, ut præ aliis meliùs reſolvunt Tiraq. & Bened. Ægid. *loc. cit.* Valaſc. *conſ.*105.*n.*38. Quomodo autem dividatur hoſpitale, & quando veniat appellatione beneficii Eccleſiaſtici, vel datum cenſeatur in regimen, & in titulum: vide Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. p.*4.*collect.*1299.*& p.*5. *collect.*1886. latè Sebaſt. Cæſ.*d.*§.4.*ex n.*2. Et quod appellatione beneficiorum veniant hoſpitalia, quæ non dantur in regimen, ſeu adminiſtrationem, reſolvunt Rebuff. *in reg. de devol. n.*73. *& in tract. de nomin. q.*15.*n.*13. Sarnen. *in reg. de triennali poſſeſſ. q.*7.*n.*4. Joan. Franc. Pavin. *de poteſt. Capituli Sede vacante, in* 1.*q. p.*2.*n.*5. Rot. *deciſ.*739.*n.*9. *p.*1. *recent.* & fuit dictum *in Alexandrina beneficii*, 18. *Aprilis* 1625. coram R.P.D. Merlino. Et hoſpitalarii, an & quando dicantur habere beneficium, vel officium, vide eundem *collect.*1655. Et an & quando privilegia conceſſa Eccleſiis extendantur etiam ad hoſpitalia, vide eundem *p.*4. *collect.*1097.

4 *Cùm ſit Religioſus.*] Ergo locus non dicitur religioſus, niſi Epiſcopi accedat auctoritas, ut per Joan. Garc. *de expenſis, cap.*8. *n.*51. *verſ. hodie*, Rot. apud Farin.
5 *deciſ.*30. *num.*8. *p.*2. *recent.* Unde illationem mortui facere locum religioſum, quando fit auctoritate Epiſcopi, reſolvit Steph. Gratian. *diſcept. forenſ. c.*110. *à princ.*

6 *Auctoritate Pontificis.*] Quæ præſumitur, ſi locus ab antiquo ſit in forma Eccleſiæ, & in eo fuerit erectum campanile, & ibi per Sacerdotem celebretur. Vide Rot. *deciſ.*13.*n.*4. Guttier. *can. lib.*1. *c.*36.*n.*18. Crot. *in memor. verbo facta*, Franc. Marc. *Delphin. deciſ.*1017. *n.*2. Menoch. *de præſumpt. lib.*4. *præſ.*132. *n.*50. *& præſ.*76. *n.*3. Tiraq. *de præſcript. verſ.*19. Maſcard. *de probat. concl.*583.623. *&* 869. Mar. Anton. *d. reſol.*14. *num.*4. ubi *n.*5. addit plures alias præſumptiones, ex quibus dignoſci poſſit, quando hoſpitale fuerit erectum auctoritate Epiſcopi, & licentia Epiſcopi in inſtitutione beneficii ab initio præſumitur, ſi Eccleſia ædificata reperiatur in forma debita, habeat dotem, & Rectorem. Cardin. *conſ.*11. *ſub n.*6. *verſ. item caveat*, Barbat. *conſ.*33. *n.*1. *lib.*1. Rot. *in Hipporeg. capellæ*, 3. *Iunii* 1613. coram R.P.D. Pirovano. In dubio verò hoſpitale præſumitur erectum ſine auctoritate Epiſcopi, ut poſt Magon. dicit Aloyſ. Ric. *in collect. deciſ. p.*5. *collect.*1886. *in princ.*

SUMMARIUM.

1 *Religioſus locus debet de Religioſis duntaxat reformari, non de ſæcularibus, niſi in defectum Religioſorum.*

2 *Beneficia Regularia in defectum Regularium, aut ſi urgeat neceſſitas, ſæcularibus conferri poſſunt, & è contra.*

3 *Epiſcopus poteſt aliquando mutare ſtatum Eccleſiæ ſæcularis in Regularem.*

Cap. Inter quatuor V.

1 MOnaſteria ſunt ordinanda per Regulares, nec poſſunt transferri ad Clericos ſæculares, niſi Regularibus deficientibus. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Burr. Imol. Anan. Hoſt. Anch. Henric. Panorm. Viv. *in ration. lib.*3. *juris Pontif. pag.*352. Alagona *in compendio juris Canon. pag.*501. remiſſivè Ximen. *in concord. p.*2. refertur ab Ant. Auguſt. *collect.*1. *Decret. lib.*3. *tit.*28. *c.*1. & reliquæ partes quærendæ ſub variis titulis *in cap. incip. Inter quatuor.*

Probat hic text. beneficia Regularia in defectum Regularium, aut ſi urgeat neceſſitas, putà quia idonei non reperiuntur, ſæcularibus conferri poſſe, & è converſo, ut per Rebuff. *concord. tit. de collat.* §. *volumus, verſ. conformitatem, & in praxi, tit. de diſpenſ. cum Regular. n.*10. *& in tract. nomin. q.*5. *n.*13. *verſ. fallit, niſi idonei non reperiantur*, Corraſ. *de benef. p.*1. *c.*5. *n.*7. *& p.*3. *c.*5. *n.*13. benè Gonzal. *ad reg.*8. *Cancel. gloſſ.*8. *n.*43. Nicol. Garc. *de benef. p.*7. *c.*10. *n.*16. Azor. *inſt. mor. p.*2. *lib.*3. *c.*26. *q.*5. Valer. Regin. *in praxi fori pœnit. lib.*30. *tract.*3. *n.*158. Paul. Comitol. *in Theolog. Moral. lib.*4. *tract.*4. *c.*4. *n.*2. *verſ. excipe* 4. 2

Et quod Sacerdos Regularis in ſubſidium, videlicet in defectum ſæcularis, admittatur ad ſæculare beneficium Curatum, probat Abb. *in c.*1. *de capell. Monach.* quem referunt, & ſequuntur Ceph. *conſ.*358. *n.*25. Joan. Bapt. Coſta *de remed. ſubſid. remed.*71. *n.*2. ubi intelligit ſive ſit liberum, ſive juriſpatronatus laicorum. 3

In gloſſ. *Per Regulares.* Notatur ad hoc, quod poteſt Epiſcopus aliquando mutare ſtatum Eccleſiæ ſæcularis in Regularem, ut per Petr. de Peruſ. *in tract. de mutatione ſtatus Eccleſiarum, in princ. n.*2. noviſſimè Monet. *in tract. de commutat. ultim. volunt. cap.*11. *num.*330.

SUMMARIUM.

1 *Eccleſia ſita in diœceſi Epiſcopi, tenetur ſibi in Epiſcopalibus reſpondere, niſi appareant remiſſa legitimè, & poteſt Epiſcopus remittendo Epiſcopalia cenſum ſibi retinere.*

2 *Baſilica præſumitur illius Epiſcopi, in cujus diœceſi ſita eſt.*

3 *Verba impropria aſſumunt ſignificationem ex ſubjecta materia.*

5 *Iudex poteſt pronuntiare ſuper ſucceſſivo ejus, quod principaliter petitur.*

6 *Epiſcopus eximere poteſt in totum, ſi accedat confirmatio.*

7 *Epiſcopus an poſſit aliquam Eccleſiam eximere in totum à jure Epiſcopali, remiſſivè.*

8 *Eccleſia cadit à jure ſuo, non ſolvendo penſionem, ſicut quilibet privatus; poteſt tamen reſtitui adverſus ſolutionem omiſſam.*

9 *Cenſuali in contractu transfertur in recipientem omne dominium, tam directum, quàm utile.*

10 *Cenſus creatur quando quis tradit rem ſuam alicui, & in eum transfert omne dominium directum, vel utile cum onere, quod accipiens rem teneatur ſolvere certam annuam penſionem.*

11 *Cenſuarius poteſt irrequiſito domino alienare, nec tenetur eum, cui cenſum ſolvit, requirere.*

12 *Contractus in dubio magis præſumitur cenſualis, quàm emphyteuticus.*

13 *Cenſum non ſolvens etiam per mille annos, non cadit à jure ſuo, vel à re cenſuali.*

Cap. Conſtitutus VI.

EPiſcopus concedens alicui Monaſterio jura Epiſcopalia alicujus Eccleſiæ, & etiam omne temporale, retinens ſibi aliquam penſionem, ideſt cenſum, non eſt ſimoniacus, & Eccleſia ſita in diœceſi Epiſcopi debet ſolvere cenſum Epiſcopo. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Imol. 1

Imol. Anan. Butr. Hoſt. Hentic. Anch. Panorm. Vivian. *in ration. lib.* 3. *juris Pontif. pag.* 352. Alagona *in compend. juris Canon. pag.* 501. remiſſivè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Ant. Auguſt. *collect.* 3. *Decret. lib.* 3. *tit.* 28. *c.* 2.

2 *Quoniam ſita erat*, &c.] Notatur ad hoc, quod Baſilica præſumitur illius Epiſcopi, in cujus diœceſi ſita eſt, ut per Maſcard. *de probat. concl.* 167. *à princ.* Et ideò habet de jure communi fundatam intentionem exercendi juriſdictionem in locis in ſua diœceſi exiſtentibus, & ex ſola juris aſſiſtentia eſt in ſua Epiſcopali juriſdictione manutenendus, ut per hæc & alia jura firmat Rot. *in nullius, ſeu in Sulmon. vel Valven. juriſdictionis*, 4. *Decembris* 1615. coram bonæ mem. Buratto, inter ejus impreſſas *deciſ.* 140. ubi Ferent. *in annot.* plura eleganter cumulat, & limitat, quando inferiores Prælati ſunt in poſſeſſione exercendi juriſdictionem ſpiritualem in iiſdem locis, ſuper quibus Epiſcopus petit manutentionem ex ſola juris communis aſſiſtentia; tunc enim Epiſcopus tenetur clarè, & concludenter probare illa loca ſita eſſe intra fines ſuæ diœceſis, nec ſufficiunt præſumptiones, Surd. *conſ.* 429. *n.* 61. Seraph. *deciſ.* 1278. *n.* 4. cum aliis adductis *in Conſtant. juriſdictionis*, 16. *Novemb.* 1607. coram Ottembergo, & *in Andrien. juriſdictionis*, 28. *Maii* 1612. coram bonæ mem. Ubaldo, *in nullius, ſeu Aprutina juriſdictionis*, 29. *Martii* 1624. coram Dunozetto, & *in Lun. Sarzan. oblatorum*, 24. *Maii* 1624. coram eodem; nam in hoc caſu interim manutentio datur Prælatis inferioribus, non autem Epiſcopo, Rot. *in Aquilana juriſdictionis*, 30. *Martii* 1617. coram Card. Pamphilio jun. & *in Pennen. juriſdictionis*, 22. *Aprilis* 1624. coram Dunozetto.

3 *Nomine penſionis*, &c.] Notatur ad hoc, quod verba impropria aſſumunt ſignificationem ex ſubjecta materia, ut per Tiraq. *in l. ſi unquam, verbo revertatur, num.* 37. Maſcard. *de probat. concl.* 1131. *n.* 20. Menoch. *de præſumpt. lib.* 3. *præſ.* 104. *num.* 28. Surd. *deciſ.* 2. *n.* 13. *& deciſ.* 43. *n.* 16. *& de aliment. tit.* 1. *q.* 42. *n.* 24. *& tit.* 5. *quæſt.* 1. *n.* 26. Brunor. à Sole *in locis commun. verbo verbum, n.* 19. Cardoſ. *in praxi judicum, eodem verbo, n.* 4. Cald. Pereira *de reſol. emphyt. cap.* 2. *n.* 35. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloſſ.* 48. *num.* 53. 54. *&* 58. Rot. *deciſ.* 62. apud Farin. *in collect.* 1. *noviſſ.* aliàs *p.* 4. *diverſ.*

4 *Sub annua octo denariorum*, &c.] Intellige cum Soar. *de Relig. tract. de ſimonia, c.* 24. *n.* 36. *& ſeq.*

5 *In ſolutione penſionis*, &c.] Ergo judex poteſt pronuntiare ſuper ſucceſſivo ejus, quod principaliter petitur, ut per Boër. *deciſ.* 32. *n.* 3.

6 *Quod ab eo factum fuerat confirmavit.*] Ergo Epiſcopus eximere poteſt in totum, ſi accedat confirmatio Papæ, ut per text. *cap. cùm venerabilis, n.* 4. *de cenſib.* Eraſm. à Cochier. *de juriſd. Ordinarii in exemptos, p.* 1. *q.* 3. *n.* 8. quæ præſumitur, tranſacto curſu decenii, Tiraq. *de præſcript.* §. 1. *gloſſ.* 4. Menoch. *de præſ. lib.* 3. *præſ.* 132. *n.* 53.

7 In gloſſ. *A quocunque*, ibi, *quod Epiſcopus poſſit aliquam Eccleſiam eximere in totum à jure Epiſcopali.* De hoc vide Eraſm. à Cochier. *de juriſd. Ordin. in exemptos, p.* 1. *q.* 3. *à n.* 3. & quæ dixi ego ipſe *de officio, & poteſtate Epiſcopi, p.* 3. *alleg.* 89. *à princ.*

8 In gloſſ. *Iuxta ratam*, ibi, *vel dic, quod verè privari debuit*, &c. Notatur ad hoc, quod Eccleſia cadit à jure ſuo non ſolvendo penſionem, ſicut quilibet privatus, ut per Surd. *de aliment. tit.* 8. *privil.* 61. *num.* 14. Poteſt tamen reſtitui adversùs ſolutionem omiſſam, Marta *de juriſdictione, part.* 4. *caſu* 17. *num.* 29. *&* 30. Leſſius *de juſtitia, lib.* 2. *cap.* 24. *dub.* 9. *num.* 48. Cardinalis Mantica *de tacitis, & ambig. convent. lib.* 22. *tit.* 27. *n.* 69. Cald. Pereira *quæſt. forenſ. lib.* 1. *quæſt.* 11. *num.* 13.

In ead. gloſſ. ibi, *ſed revera hic non fuit contractus* 9
emphyteuticus, &c. Nota differentiam inter emphyteuſim, & contractum cenſualem, quia in cenſuali transfertur in recipientem omne dominium, tam directum, quàm utile; in emphyteuſi verò transfertur tantùm utile, ex eo, quia qui poſſidet ex cenſuali contractu, civiliter & naturaliter poſſidet: emphyteuta verò ſolùm poſſidet naturaliter, & proprietarius civiliter. Colliguntur hæc ex Ant. Gom. *l.* 68. *Tauri, n.* 2. Valaſc. *de jure emphyt. q.* 32. *n.* 27. Perez *ad rub. tit.* 2. *lib.* 8. *Ordin. col. antepen.* Molin. *de juſtit. tr.* 2. *diſp.* 381. *n.* 3. Bened. Ægid. *ad l. ex hoc jure, ff. de juſt. c.* 11. *n.* 62. Card. Mantic. *d. lib.* 22. *tit.* 3. *à n.* 9. Cald. Periera *de empt. & vendit. c.* 2. *n.* 2. Ovid. de Amicis *de jure emphyt. in prælud. num.* 25. plures alios refert Cened. *ad Decret.*
collect. 144. *n.* 2. Cenſus enim creatur, quando quis 10
tradit rem ſuam alicui, & in eum transfert omne dominium directum, & utile cum onere, quod accipiens rem teneatur ſolvere certam annuam penſionem, ut per Menoch. *de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 107. *num.* 4. Molin. *d. diſp.* 381. *n.* 2. Valaſc. *d. quæſt.* 32. *n.* 7. Cencium *de cenſibus, part.* 1. *c.* 11. *art.* 1. *n.* 5. Cardoſ. *in praxi judicum, verbo cenſus* 1. Alia eſt differentia, quia emphyteuta non poteſt irrequiſito domino alienare, & ſi alienat cum conſenſu domini, debetur laudemium, *cap. potuit, de locato, l.* 2. *C. de jure emphyt.* Cen-
ſuarius verò poteſt irrequiſito domino alienare, nec 11
tenetur eum, cui cenſum ſolvit, requirere, ut per Greg. *l.* 29. *verbo recibio, tit.* 8. *p.* 5. Valaſc. *de jure emph. q.* 32. *num.* 32. Surd. *de aliment. tit.* 9. *q.* 25. *num.* 75. Cald. Pereira *de extinct. emphyt. c.* 4. *n.* 37. Ovid. de Amicis *loco citato, verſ. tertiò.* Hinc etiam cenſum ſolvimus de re noſtra, penſionem verò emphyteuticam pro re aliena, ut per Menoch. *de præſumpt. lib.* 3. *præſ.* 106. *num.* 2.

At in dubio, quando ſcilicet ex clauſulis, & verbis 12
non colligitur, nec diſcernitur, nec ſit contractus cenſualis, ſive emphyteuticus, ſi in regione, in qua celebrantur dicti contractus, ſit ſòlitus celebrari tam contractus emphyteuticus, quàm cenſualis, in eo caſu magis præſumitur cenſualis, quàm emphyteuticus, & hoc tam in emphyteuſi privata, quàm Eccleſiæ, ut per Covar. *lib.* 2. *var. cap.* 7. *n.* 1. Natt. *conſ.* 3. *lib.* 1. Corbul. *de emphyteuſi, ſub tit. de cauſ. privat. ob non ſolut. can. limit.* 34. Bened. Ægid. *ad l. ex hoc jure, ff. de juſt. & jure, c.* 11. *n.* 63. *in fine*, Valaſc. *de jure emphyt. q.* 51. *à princ. & q.* 32. *n.* 95. *& conſult.* 82. *n.* 6. Menoch. *conſ.* 372. *num.* 10. Maſcard. *de probat. concluſ.* 281. *& concl.* 601. *num.* 5. *&* 8. Valaſc. de Avendaño *de cenſ. cap.* 22. Molin. *de juſtitia, tract.* 2. *diſp.* 381. *à num.* 6. Quarant. *in ſumma Bullarii, verbo alienatio rerum Eccleſiæ, n.* 16. Rot. *deciſ.* 40. *&* 721. apud Farin. *in* 1. *collect. noviſſimarum, & deciſ.* 400. *n.* 7. *& deciſ.* 307. *n.* 2. apud eundem Farin., *p.* 1. *recent.* Steph. Gratian. *diſcept. for. cap.* 188. *n.* 28. Cardin. Mantic. *d. lib.* 22. *tit.* 3. *n.* 11. Card. Tuſch. *tom.* 3. *concl.* 152. Cald. Pereira *quæſt. forenſ. lib.* 1. *quæſt.* 11. *num.* 8. Camil. Borrell. *in ſum. omnium deciſ. tit.* 33. *n.* 113. Ovid. de Amicis *loco cit. n.* 25. *verſ. At in dubio*, plures per Cened. *collect.* 144. *num.* 3.

In ead. gloſſ. ibi, *Vnde quantocumque tempore ſteterit*, 13
&c. Notatur ad hoc, quod non ſolvens cenſum, etiam per centum annos, non cadit à jure ſuo, vel à re cenſuali, ut per Hyppol. *ſing.* 95. Covar. *d. lib.* 3. *c.* 7. *n.* 1. Valaſc. *d. quæſt.* 32. *num.* 30. Gutrier. *de juram. confirm. part.* 1. *cap.* 31. *num.* 9. Perez *ad rub. tit.* 2. *prope finem, lib.* 8. *Ordin. pag.* 36. Menoch. *d. lib.* 3. *præſ.* 107. *n.* 11. Card. Mantic. *d. lib.* 22. *tit.* 3. *n.* 10. Ovid. de Amicis

cis

cis *d.n.*25. Gaſp. Roder. *de annuis redditib.lib.*2.*q.*22. *n.*9. Bened. Bon. *de cenſibus, art.*46.*n.*76. Cenc.*eodem tract. p.*1.*q.*1. *art.*1. *n.*18.

SUMMARIUM.

1 *Epiſcopus petens Eccleſiam quoad temporalia, & ſpiritualia, obtinet in ſpiritualibus, ſi eo ipſo probat eſſe in ſua diœceſi, ſi non appareat eſſe exempta; ſed in temporalibus ſuccumbit, niſi aliter doceat de jure ſuo.*

2 *Poſſeſſio per locationem probatur, ſi locator percipiat penſionem, quæ eſt loco fructuum.*

3 *Abraſio quando inducat falſitatis præſumptionem, remiſſivè.*

4 *Expreſſum dicitur quod ad alind quippiam aliàs expreſſum refertur.*

5 *Scripturas falſas producens debet perdere cauſam.*

6 *Scriptura, in qua quid abraſum reperitur, nihil penitus probat.*

7 *Raſura, vel cancellatio, ſi ſtat ſecundùm quod colligitur ex ſequentibus, vel præcedentibus, non vitiatur in aliquo inſtrumentum.*

CAP. Cùm Venerabilis VII.

1 EPiſcopus petens aliquam Eccleſiam in ſpiritualibus, & temporalibus ad ſe pertinere, ſi probat illam eſſe in diœceſi, eo ipſo obtinet ſpiritualia, ſi non appareat exempta: ſi non probat pro temporalibus, vel probat per inſtrumentum corroſum, & ſuſpectum, ſuccumbit pro temporalibus. Colligunt ex Ordin. Abb.antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Imol. Anan.Butt.Hoſt.Henric.Anch.Panorm.Viv. *in ration. lib.*3. *juris Pontif. pag.*353. Alagona *in compend. jur. Canon. pag.*501. remiſſivè Ximen. *in concord. p.*1.*&* 2. refertur ab Ant.Aug.*collect.*4. *Decret.lib.*3.*tit.*13. *c.*1.

2 *Locaviſſe pro annua*, &c.] Notatur ad hoc, quod poſſeſſio per locationem probatur, ſi locator percipiat penſionem, ſeu mercedem, quæ eſt loco fructuum, ut per Xuar. *in l.poſt rem judicatam, ſuper leges Regni, limit.*2. *n.*3. & alios plures, quos citavi *ad cap. cùm veniſſet* 9. *n.*3. *de reſtit.ſpoliat.*

3 *Et raſuram loco ſuſpecto factam*, &c.] An & quando abraſio inducat falſitatis præſumptionem, vide Socin. *reg.*2. Farin. *in praxi crim. p.*6. *de falſitate, & ſimulat. q.*151. *à n.*46. & quæ dixi *ad cap. ex literis* 3. *ſup. de fide inſtrum.pag.*535.ubi *n.*2.dum dicitur non inducere falſitatem, delendum eſt illud, *non*, quod typographi incuria additum fuit.

4 *In quo continebatur*,&c.] Notatur ad hoc, quod expreſſum dicitur, quod ad aliud quippiam aliàs expreſſum refertur, ut per Tiraq.*de jure mariti,gloſſ.*7.*n.*182. Joſeph. Seſſe *Aragonia deciſ.*202.*n.*31. Ant.Monach. *Lucenſi deciſ.*33.*num.*10. relatos *in libello de principiis utriuſque juris, lit.E, n.*32. *in fine.*

5 *Vos ab impetitione illius*, &c.] Notatur ad hoc, quod producens falſas ſcripturas debet perdere cauſam, ut per Hyppol. *conſ.*70.*n.*21. Aviles *ad c.*1. *Pretor. verbo donat, n.*32. ubi ait, quod qui conatus fuit adverſario ſubtrahere probationes, non perdit cauſam, & reprobat *gloſſ.ult. in præſenti, in fine.*

6 In gloſſ.*Propter prædicta*, ult.ibi, *ad hoc enim ut credatur inſtrumento*,&c.Notatur ad hoc, quod ſcriptura, in qua quid abraſum reperitur, nihil penitus probat, præſertim quando eſt abraſa ab eo, qui illa uti vult, ut per Maſcard. *de probat. concl.*1254. *n.*2.

In ead. gloſſ. ibi, *Item quid ſi raſura ſit in uno loco*, &c. Notatur ad hoc, quod ſi raſura, vel cancellatio ſtet ſecundùm quod colligitur ex ſequentibus, vel præcedentibus, non vitiatur in aliquo inſtrumentum, ut per Ant.Gom. *l.*45. *Tauri, n.*146. *in fine.*

SUMMARIUM.

1 *Monaſterium ſubjectum eſt Epiſcopo in cujus diœceſi eſt, niſi probetur exemptum.*

2 *Appellatio præcedens excommunicationem annullat.*

4 *Eccleſiæ eo ipſo, quod ſunt in diœceſi conſtitutæ, Epiſcopo illius ſunt ſubjectæ, niſi probetur eas eſſe exemptas.*

5 *Juriſdictio Ordinarii per totam diœceſim juris præſumptione extenditur.*

CAP. Cùm dilectus VIII.

MOnaſterium eſt ſubjectum Epiſcopo, in cujus diœceſi eſt ſitum, niſi probetur exemptum ſaltem per legitimam præſcriptionem. Item excommunicatio, ſuſpenſio, & interdictum lata in exemptos, vel poſt appellationem, non ligant. Item ſi Abbas circumventus præſtat obedientiam Epiſcopo ſine conſenſu fratrum, non tenet, ſi erant exempti, & poteſt appellare. Colligunt ex Ord. Abb.antiq. Innoc. Collect. Zabar. Butr. Joan. Andr. Imol. Anan. Hoſt. Anch. Henric. Panorm. Viv. *in ration. lib.*3. *juris Pontif. pag.*353. Alagona *in compendio juris Canon. pag.*502. remiſſivè Ximen. *in concord. p.*1. refertur ab Ant. Aug. *collect.*4. *Decret. lib.*3. *tit.*13. *c.*2. 1

Antequam Epiſcopus in eum ſuſpenſionis, vel excommunicationis, &c. Notatur ad hoc, quod appellatio præcedens excommunicationem annullat, ut docent Rot. *deciſ.*20.*verſ. in quibus apparet, ſub tit.de appellat.* Franch. *in cap. bonæ memoriæ, n.*26. *illo tit.* Pariſ. *in cap. Apoſtolicæ, n.*30. *de exempt. & conſ.*28.*lib.*4. Ant.Ricc. *de jure perſonarum extra gremium Eccleſiæ exiſt. lib.*4. *c.*64. *n.*37. ubi *n.*38. ampliat ſive appellatio ſit judicialis, ſive extrajudicialis. 2

Nec legitima ſe poterit præſcriptione tueri.] Non tamen in unico, ut per Tiraq. *de jure primog. q.*39.*n.*3. 3

In cujus eſt diœceſi fundatum.] Notatur ad hoc, quod quælibet Eccleſiæ, eo ipſo quod ſunt in diœceſi conſtitutæ, Epiſcopo illius ſunt ſubjectæ, niſi probetur eas eſſe exemptas, ut per Azor. *inſt. moral. p.*1.*lib.*12. *c.*19.*q.*19. cùm juriſdictio Ordinarii per totam diœceſim juris præſumptione extendatur, Gail. *lib.*2. *obſerv.*62.*n.*9. Eraſm. à Cochier. *de juriſd. Ordinarii in exemptos, p.*1. *q.*8. *n.*2. 4 5

SUMMARIUM.

1 *Religionem novam non licet conſtituere ſine auctoritate Romani Pontif. nec in diverſis monaſteriis poteſt quis eſſe Abbas, vel monachus*, & n.2.

3 *Status cum votis ſimplicibus inſtitutus, non eſt Religio, ſed modus videndi honeſtus.*

4 *Vota ſolemnia an ſint de ſtatus religioſi eſſentia, remiſſivè.*

5 *Abbas non poteſt præfici duobus monaſteriis, niſi unum monaſterium dependeat ab alio, vel invicem ſint annexa.*

6 *Collegium novũ non poteſt cõſtitui inconſulto Principe.*

CAP. Ne nimia IX. & ult.
Ex Concil. Gener.

REligionem novam nullus inveniat, ne inducatur confuſio in Eccleſia Dei; ſed ſi vult eſſe Religioſus 1

ſus ingrediatur unam de approbatis. Item unus Abbas præſidere non debet duobus Monaſteriis, nec unus Monachus locum habeat in diverſis. Item qui vult fundare novam domum Religionis, regulam, & inſtitutionem de approbatis ſumere tenetur. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Butr. Imol. Anan. Hoſt. Anch. Henric. Panorm. Viv. *in ration. lib. 3. juris Pontif. pag. 353.* Alagona *in compend. juris Canonici*, *pag. 502.* remiſſivè Ximen. *in concord. p. 1.* deſumitur ex Concil. generali Later. ſub Innoc. III. *c. 13.* & refertur ab Ant. Aug. *collect. 4. Decret. lib. 3. tit. 13. c. 3.*

2 Hanc eandem concluſionem quoad primam ejus partem ex hoc text. deſumunt Card. Bellarm. *lib. 3. de Monachis, c. 4.* Leſſ. *de juſt. lib. 2. c. 41. n. 13.* Soar. *de Relig. tom. 3. lib. 2. c. 15. ex n. 1.* Fr. Emman. *qq. Regul. tom. 3. q. 48. art. 3.* Menoch. *de arbitr. caſu 421. n. 18. cent. 5.* Azor. *inſt. mor. p. 1. lib. 11. c. 23. q. 5. & c. 24. q. 4. in fine, & p. 2. lib. 5. c. 7. q. 1.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 18. n. 364. verſ. accedit*, Vaſq. 1. 2. *q. 96. art. 4. diſp. 165. c. 4. n. 38. & 39.* Sanch. *de Matrim. lib. 7. diſp. 25. n. 10.* & novè *in præcepta Decalogi, tom. 2. lib. 5. c. 1. n. 15. in fine*, Fr. Ludov. Miranda *in manuali Prælatorum, tom. 1. q. 3. art. 6.* ubi advertit olim approbare, & confirmare Regulas Monachorum, & Religioſorum omnium pertinuiſſe ad Epiſcopos, & alios Ordinarios Prælatos, poſteà verò à tempore Concilii Lateran. de quo *in hoc text.* ad ſolum Romanum Pontificem ſpectare.

Ne quis de cætero novam Religionem inveniat.] Non
3 comprehendit eos, qui ſtatum cum votis ſimplicibus inſtituerint; tunc enim hujuſmodi ſtatus non eſt Religio, ſed modus vivendi honeſtus, ut per Fr. Emman. *d. q. 48. art. 4.* An autem vota ſolennia ſint de ſtatus Religioſi eſſentia, vide Petr. Ribaden. *in lib. de inſtit. Societatis, c. 25, cum ſeqq.* Vaſq. 1. 2. *q. 96. art. 4.*
4 *diſp. 165. c. 2. 3. & 9.* latè Sanch. *d. tom. 2. lib. 5. c. 1. n. 22. cum ſeqq.*

Ne quis in diverſis monaſteriis, &c.] Notatur ad
5 hoc, quod Abbas non poteſt præfici duobus monaſteriis, niſi unum monaſterium dependeat ab alio, vel invicem ſint annexa, ut per Flamin. *de reſign. benef. lib. 3. q. 18. n. 41.*

In gloſſ. *Novam Religionem*, ibi, *Nam novum col-*
6 *legium non poteſt conſtitui inconſulto Principe.* Unde Briſſon. *antiq. lib. 1. c. 14.* Cujac. *lib. 7. obſerv. 5.* Petr. Greg. *ſyntagm. juris lib. 15. c. 32. n. 10.* Dec. *tract. crim. lib. 7. c. 20. à n. 3.* Mynſing. *cent. 6. obſerv. 2. n. 2.* Avil. *ad c. 2. prætorum, verbo confederation, princ. & n. 10.* Menoch. *de arbitr. cent. 6. caſu 697. à princ.* Navar. *ſub tit. de foro competenti, conſ. 3. à n. 3.*

De Capellis Monachorum, & aliorum Religioſorum.

TIT. XXXVII.

SUPER hanc rubr. ſcripſerunt Zabarel. Joan. Andr. Butr. Imol. Anan. Anch. Panorm. Guillelm. Durand. *in breviario aureo, fol. 110. verſo*, Martin. Meſnart. *in epitome Decret. fol. 139.* Petr. de Ravenna *in compendio juris Canon.* Dan. Venator *in analyſi method. juris Pontif. à pag. 485.* Goffred. & Hoſt. *in ſum. hujus tit.* Alex. Caſan. & Anaſtaſ. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decretal.* Lancel. *in inſtitut. Canon.* Barthol. Carthag. *in expoſitione titulorum juris Canon.* Caniſ. *in ſum. ejuſdem juris*, Caſarel. *in erotem ejuſdem juris*, noviſſimè Joan. Honor. *lib. 3. ſum. in Decretal.* omnes *ſub hac rubr.*

De materia tituli, vide Paul. Fuſch. *de viſit. & regimin. Eccleſ. lib. 2. c. 16.* Capellam à caprarum pellibus dici putat gloſſ. *in cap. concedimus, de conſecrat. diſt. 1.* Vel potiùs dicendum, quod Capella eſt Francicum nomen, quo ſignificatur tegumen, quod veluti tentorium ſibi Reges Francorum exſtruebant in caſtris militaribus, in quibus Sacrum audire ſoliti erant, Azor. *inſt. mor. p. 2. lib. 3. c. 8. q. 1. & 2.* Vel dicitur capella quaſi capiens laicos, vel populum, ſeu capiens laudem, vel à cappa B. Martini, quæ alios capit, & cooperit, de quibus Guillelm. Durand. *in ration. Divin. Offic. lib. 2. c. 19.* Cornel. Kiliarch. *in dictionario Teutonico-Latino, verbo Kapelle*, Fr. Hieron. Roman. *lib. 5. de Republ. Chriſtiana, c. 31. pag. mihi 218.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloſſ. 5. n. 70. & 72.* addit, quod dicitur capella, quælibet Eccleſia, etiam parochialis, de per ſe conſiſtens, dummodò non fuerit collegiata. Et Rebuff. *ſuper concordata, in forma mandati Apoſtolici, verbo Capella*, dicit quod Capella ſolet dici illa, quæ non eſt per ſe, ſed eſt intra Eccleſiam fundata, & conſtructa.

SUMMARIUM.

1 *Monaſterium quando habet in loco populum ſibi ſubjectum, cura animarum per Monachos exerceri non poteſt, ſed illi debet præfici Clericus ſæcularis*, & n. 2.
3 *Rector Eccleſiæ dicitur populum regere.*
4 *Pendere à libero arbitrio dicitur illud, in quo eſt petendum alterius conſilium.*
5 *Declaratur Conſil. Trident.* ſeſſ. 15. de Regularibus, cap. 11.
6 *Inſtituere qui poteſt, poteſt deſtituere.*
7 *Solemnitas minor requiritur in deſtruendo, quàm in conſtruendo.*

CAP. In Eccleſiis I.

Urbanus III.

MOnachi qui habent populum, ſive Eccleſiam 1
cum populo, non habent curam animarum, ſed capellanus ſæcularis inſtitui debet ab Epiſcopo de conſenſu monachorum, qui populum regat, cujus tamen ordinatio, depoſitio, & totius vitæ converſatio pendeat à ſolo Epiſcopi arbitrio. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Imol. Anan. Butr. Hoſt. Anch. Henric. Panorm. Viv. *in ration. lib. 3. juris Pontif. pag. 364.* Alagona *in compend. juris Canon. pag. 504.* remiſſivè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Ant. Aug. *collect. 1. Decret. lib. 3. tit. 32. c. 1.*

Collige ex text. quando monaſterium in loco ha- 2
bet populum ſibi ſubjectum, curam per Monachos exerceri non poſſe, ſed illi debere præfici Clericum ſæcularem, ut per Angel. *verbo Monachus, n. 5.* Atmil. *eod. verbo, n. 6.* Tabien. *n. 4. quæſt. 3. in fine*, Sylveſt. *verbo Religio 7. q. 7.* Fuſch. *de viſitat. lib. 2. c. 16. n. 1.* Greg. Lopez *l. 25. verbo Ygleſias, tit. 7. p. 1.* Fr. Emman. *qq. Reg. tom. 1. q. 34. art. 4.* Sed Abb. *in præſenti*, rem latè diſputat ad hujus text. rationem reddendam; videtur enim rationi diſſonare, ut cùm monaſterium non habet populum, poſſit Regularis eſſe Parochus, non autem cùm illum habet, quia magis repugnat inſtituto Regulari in priori caſu, quàm in poſteriori; quippe in priori oportet egredi monaſterium, in poſteriori autem

autem non, & concurrit favor animarum, & major monaſterii obligatio ad proſpiciendum illi: & ita concludit *hic*, *num.5.* dicens idem ſignificare *ibi* gloſ. *verbo Monachorum*, hunc text. loqui ſecundum jura antiqua, & conſiderato mero Regularium ſtatu, nam regulariter non debent præfici curæ Eccleſiæ ſæcularis, ſed ratione neceſſitatis inſtitutum fuit, ut illi præfici valeant, & ſic text. intelligitur, quando ea neceſſitas non concurrit; vel ſecundò dicitur poſſe intelligi ne monachus inſtituatur ab Abbate, quippe cùm cura animarum non ſit illi monaſterio collata, ſed Epiſcopo incumbat, Epiſcopi eſt Parochum illi præficere, conceſſa tamen licentia per Abbatem Regulari præficiendo.

3 *Sed Capellanus qui populum regat.*] Ergo Rector Eccleſiæ dicitur populum regere, ut per Gonzal. *ad reg.8.Cancel. gloſſ.6. num.38.* unde ex Abb. *cap.1. n.2. de ſecund. nupt.* dicit Fuſch. *d.cap.16. num.13.* quod Capellanus in Capellis monachorum per Abbatem præſentatus, & ab Epiſcopo inſtitutus reſpectu curæ animarum poteſt non ſolùm Capellanus denominari, ſed etiam Rector parochiæ, cum omnia adminiſtret ſicut & alius Parochus, & omnium ſuæ capellæ curam habere dicatur.

Per conſilium Monachorum.] Ergo in Eccleſia Regulari jus nominandi vicarium ad Regulares ſpectat, ut fuit tentum in Rota *in Ianuenſi Parochialis S. Andreæ, 19. Aprilis* 1627. coram R.P.D.Duran. impreſſa per Viv. poſt praxim juriſpatr. *deciſ. 86. num. 2.* ubi *n. 17.* quod in Eccleſia Regulari deputatur Vicarius temporalis, & ſubdit hoc ipſum ſtatuere Bullam Pii V. ſuper vicariis editam, & reſolvit Gonzal. *ad reg.8.Cancel. gloſſ.5. §.6.n.7.*

4 *Ex ſolius Epiſcopi arbitrio.*] Dicitur ergo pendere à libero arbitrio illud in quo eſt petendum alterius conſilium, cùm illud ſequi non teneatur, ut per Gonzal. *ad reg.8.Cancel. gloſſ.46.n.23. & 24.*

5 Hodie diſponente Concil. Trident. *ſeſſ.24. de Regul. cap.11.* in monaſteriis, & domibus virorum, ſeu mulierum, quibus imminet cura animarum, præter eas, quæ ſunt de illorum Monaſteriorum, ſeu locorum familia, perſonæ tam Regulares, quàm ſæculares hujuſmodi curam exercentes ſubſint immediatè in his, quæ ad dictam curam, & Sacramentorum adminiſtrationem pertinent juriſdictioni, viſitationi, & correctioni Epiſcoporum, in quorum diœceſi ſita ſunt, nec ibi aliqui etiam ad nutum amovibiles poſſint deputari, niſi de eorundem Ordinariorum conſenſu, & prævio examine per eum, & ejus Vicarium, & examinatores ſynodales faciendo, exceptis aliquibus monaſteriis, & capitibus Ordinum, de quo decreto multa tradunt Fr.Emman. *d.tom.1. q.36.art.4.* Franc.Leo *in theſauro fori Eccleſ. part.1. cap.3.n.20.* Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſ. deciſ.738. in 1. edit. & reſol.513.in 2. edit.* atque etiam *deciſ.608. in 1. edit. & reſol.533.in 2.* latè Campan. *in diverſorio Iuris Canon. rubr.12.cap.13.à n.51.& à n.155.* Seraphin.*deciſ.*1067. ubi deciſum profitetur Epiſcopum perſonas tam Regulares, quàm ſæculares & locum viſitare poſſe in iis, quæ curam reſpiciunt, niſi in iis locis, in quibus Abbates, & alii ſuperiores Regularium juriſdictionem etiam temporalem in parochianos habent, tunc enim non poſſet Epiſcopus viſitare, cùm juriſdictio cenſeatur attributa Epiſcopo cumulativè cum Abbate.

6 *Tam ordinatio ejus, quàm depoſitio.*] Quia qui poteſt inſtituere, poteſt deſtituere, ut per Flamin. *de reſign. benef. lib.7. q.10.n.11. & q.14.n.5.* imò in deſtruendo minor ſolemnitas requiritur, quàm in conſtruendo, Gonzal. *ad reg.8.Cancel.gloſſ.7.n.12.*

SUMMARIUM.

1 *Eccleſia non Cathedralis ſi vendicat ſibi jus in alia Eccleſia, obtinebit ſolum quoad ea, quæ probabit ſibi deberi præſcriptione, vel alio legitimo modo.*

2 *Eccleſia qualibet eo ipſo quod eſt in aliqua diœceſi, Epiſcopo illius ſubjecta debet eſſe, niſi exempta probetur.*

3 *Præſcriptio velut odioſa, non extenditur, ſed eſt ſtricti juris.*

4 *Confeſſio exempti coram competente præjudicat ei plenè confitenti, Eccleſiæque exemptæ, cujus eſt Rector, ſed non Papæ, ſeu Superiori ſubjectionem poſſidenti.*

5 *Teſtis non repellitur ob id, quia coram parte dixit id, quod in judicio dicturus erat.*

6 *Exiſtens in poſſeſſione, per uſum partis non conſervat jus totius.*

Cap. Dilectus II. *Innoc. III.*

Eccleſia una non Cathedralis, quando petit, & vendicat ſibi plura jura in alia Eccleſia, ſolùm obtinebit quoad ea, quæ probabit ſibi deberi, vel præſcriptione, vel alio legitimo modo, non quoad alia. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Butr. Imol. Anan. Hoſt. Henric. Anchar. Panorm. Viv. *in ration. lib. 3. Iuris Pontific. pag.365.* Alagona *in compend.Iuris Canon.pag.505.* remiſſivè Ximen. *in concord.p.2.* refertur ab Ant. Auguſt. *collect.3.Decret. lib.3.tit.29.cap.unic.* 1

Sit in Parochia veſtra ſita, &c.] Notatur ad hoc, quod quælibet Eccleſia eo ipſo, quod eſt in aliqua diœceſi conſtituta, Epiſcopo illius ſubjecta debet eſſe, niſi exempta probetur, ut per Azor. *inſtit.moral. part.1. lib.12. cap.19.quæſt.19.* 2

Nec præſcriptionem pro ſe, &c. Notatur ad hoc, quod præſcriptio veluti odioſa non extenditur ultra quam quis reperitur poſſediſſe, ut per Tiraq. *de jure primog. quæſt.39. in princ.* & eſt ſtricti juris, Joan. Garc. *de expenſis, cap.9.num.38.* 3

Fuit ſponte confeſſus, &c.] Notatur ad hoc, quod confeſſio exempti coram competente præjudicat plenè exempto confitenti, Eccleſiæque exemptæ, cujus Rector eſt, ſed non Papæ, ſeu ſuperiori ſubjectionem poſſidenti, ut per Abb. *in præſenti, n.4. & 18. verſ. nam vides*, Eraſm. à Cochiet *de juriſd. Ordin. in Exemptos, p.2.q.41.n.2.* ubi *n.5.* cum Felin. *in cap. auditis, n.25. de præſcr.* tenet quod ideo exemptus poteſt, ſi non ex proprio capite, tamen ex perſona, & capite domini, ſeu Superioris hujuſmodi præjudicialem confeſſionem irritare. Illud certum eſt, exemptum ſine licentia Summi Pontificis non poſſe renuntiare exemptioni, ut probat *cap. cùm tempore, de arbitr.* Armill. *in ſum. verbo Exemptio, n.8.* Galerat. *de renuntiat. tom.1. cent.2. renunt.150. n.19.* Caſtr. *conſ.432. incip. Videtur dicendum, n.3. lib.1.* & noviſſimè cenſuit Rota *in Vlyſbon. Monaſterii, 19. Novembris* 1625. coram Reverend. D. meo Coccino, ubi reprobata opinione gloſſ. *verb. libertatis, in d. cap. cùm tempore*, pariter cenſuit exemptioni non poſſe exemptum, nec quoad ſe renuntiare, quia jus libertatis eſt ita conjunctum inter exemptum, & ſuperiorem, ut commodè ſeparatio fieri non poſſit. 4

Cumque pars veſtra teſtes, &c.] Notatur ad hoc, quod non repellitur teſtis ob id quia coram parte id dixit, quod in judicio dicturus erat, ut per Felin. *in cap. venerabilis, n.3. de teſtib. cogendis*, ſecus ſi revelavit poſt depoſitionem ſe ita depoſuiſſe, vel ſi dicat parti ante depoſi- 5

depoſitionem ſe ſcire multa, quæ ei proderunt, tunc enim poſſe reprobari reſolvit Rebuff. *de reprobat. teſtium, num.* 475.

6 *Scrutinium, & Baptiſma debebat, &c.*] Notatur ad hoc, quod exiſtens in poſſeſſione per uſum partis, non conſervat jus totius, ut per Girond. *de privilegiorum, ſeu exempt. explicat. num.* 1304. Non tamen ut Prælatus dicatur in quaſi poſſeſſione jurium, in quibus habet intentionem de jure fundatam, requiritur actus profeſſionis poſitivus in quocunque actu, ſed poſſeſſio unius actus trahitur ad omnes alios, in quibus alter non reperitur in poſſeſſione, ut per Innoc. *in præſenti, n.* 3. *verſ. poſſeſſorium,* ubi etiam Hoſt. *n.* 1. *verſ. ex prædictis.* Joan. Andr. *n.* 8. Butr. *n.* 15. & Henric. *n.* 11. Felin. *in d. cap. auditis, n.* 19. *in* 3. *declarat.* Rebuff. *de decimis, quæſt.* 9. *n.* 4. Menoch. *de retinenda, remed.* 3. *n.* 158. Cephal. *conſ.* 369. *n.* 15. *& ſeq.* Rot. *in Aſſiſien. Canonicatus,* 14. *Iunii* 1606. coram Illuſtr. Card. Sacrato, & *in Sipontina jurisdictionis,* 24. *Maii* 1613. coram eodem, quæ eſt *deciſ.* 491. *n.* 6. apud Farinac. *p.* 1. *recent.* & *in Tiraſonen. juris votandi,* 4. *Februarii* 1615. coram Illuſtriſſimo Patriarcha Manzanedo.

In gloſſ. *Generaliter.* Notatur ad hoc, quod licèt reſpectu exempti poſſit exemptio præſcribi, tamen reſpectu Papæ eximentis nulla datur præſcriptio, hincque exemptum ſemper poſſe ſe tueri contra objectam præſcriptionem, dicendo non eſſe completam contra Papam, & ſic allegando jus tertii, poſt longam diſputationem concludit Abb. *in cap. ad audientiam, ſub num.* 12. *verſic. in contrarium tamen, de præſcript.* & eum ſequitur Felin. *ſub n.* 12. & notat benè Cened. *pract. & Canon. lib.* 1. *quæſt.* 26. *num.* 9. *ad fin.* optimè Eraſm. à Cochier *de juriſdict. Ordin. in exemptos, p.* 3. *quæſt.* 12. *num.* 4. *cum ſeqq.*

SVMMARIVM.

1 *Monachi ſinguli non poſſunt commorari in Prioratibus monachorum, etiamſi ſuper hoc habeant reſcriptum Apoſt. niſi in illo fiat mentio de Lateranenſi Concilio.*

2 *Privilegium ſi ſit contra jus commune, eidem non derogatur, ſi de eo mentio non habeatur.*

3 *Diſpenſatio adverſus Concilii decreta, & Canones ſufficiens non cenſetur, niſi in ſpecie fiat eorum derogatio.*

4 *Literæ impetratæ præter ſtylum Curiæ, ſunt de falſitate ſuſpectæ.*

5 *Clauſulas inſolitas apponens poteſt de falſo puniri.*

6 *Privilegia valent non facta mentione de jure contrario, cùm ſemper contra illud emanent.*

Cap. Ex parte III.

Honor. III.

1 Monachi non poſſunt ſinguli commorari in Prioratibus, etiam de privilegio Sedis Apoſtol. niſi in eo fiat mentio de Concil. Lateran. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Butr. Imol. Anan. Hoſt. Henric. Anch. Panorm. Viv. *in ration. lib.* 3. *Iuris Pontif. pag.* 365. Alagona *in compend. Iuris Canon. pag.* 505. remiſſivè Ximen. *in concord. p.* 1.

Volumus per hoc derogare Concilio.] Collige ex text. ſpeciale privilegium contra jus commune eidem non derogare, ſi de eo mentio non habeatur, tradit gloſſ. Abb. *n.* 2. & reliqui DD. *in præſenti,* gloſſ. *verb. noſcatur,* ubi Domin. *n.* 26. & alii *in cap.* 1. *de conſtit. lib.* 6. gloſ. *verb. mentione, in cap.* 1. *de exceſſ. Prælat. eod. lib.* gloſſ. *verb. non permittitur, in l. quominus, ff. de fluminib.* Bart. *in l. ult. n.* 4. *C. ſi contra jus,* Abb. *in cap. nonnulli,* per text. *ibi, n.* 10. *de reſcript.* Rip. *in c.* 1. *à n.* 36. *illo tit.* reſolvunt Xuar. *alleg.* 12. *n.* 44. *& alleg.* 28. *à n.* 15. Gom. *in reg. de impetrantib. q.* 1. Covar. *var. lib.* 4. *cap.* 16. *n.* 6. Padil. *in l. ult. num.* 17. *C. de diverſis reſcr.* Sarmient. *lib.* 3. *ſelect. cap.* 14. *n.* 3. Roland. *conſ.* 5. *à num.* 54. *lib.* 1. Intellige tunc ſufficere clauſulam generalem, ſi jus non habuerit clauſulam derogativam, contrà verò ſi prædictæ clauſula in eo reperiatur, tunc enim ſpecialis mentio deſideratur: patet ſi expendas Papam non intendere inadvertenter facere aliquid contra jus, quod facere videtur ſi in privilegio mentio ſupradicta non reperiatur, juxta ſupradicta, idque inſinuare videtur Pontifex *in præſenti,* ibi, *non credimus emanaſſe,* quæ verba denotant defectum intentionis.

Non obſtat, quod in privilegio major ratio reperitur, quàm in lege poſteriori; cùm lex poſterior in totum contrariam præcedentem ſoleat abrogare, licèt de illa mentio non habeatur, juxta text. *in d. c.* 3. *de conſtit. lib.* 6. Reſpondetur enim magnam eſſe differentiam inter legem, & privilegium; nam lex ſumma cum deliberatione, conſultatione, & evidenti utilitate promulgari, ac proinde in illius conſtitutione Princeps facilè circumveniri non poteſt, *l.* 2. *de conſtit. Princip.* non ſic dicendum in privilegiis, quæ quidem cùm facillimo negotio concedantur propter ſupplicantium importunas preces, facilè Princeps poterit circumveniri, advertit poſt alios Sarmient. *d. cap.* 14. *n.* 11. qua de cauſa in privilegio mentio juris eſt facienda, alias enim per ignorantiam privilegium præſumitur concedi. 2

Obviet Lateran. Concilio.] ſub Alex. III. *cap.* 10. quod refertur *in cap. Monachi, ſup. de ſtatu Monachorum.*

De quo nulla mentio eſt.] Notatur ad hoc, quod diſpenſatio adverſus Concilii decreta, & Canones ſufficiens non cenſetur, niſi in ſpecie fiat eorum derogatio, ut per Covar. *lib.* 4. *var. c.* 16. *num.* 6. *col.* 3. & alios plures relatos per me *de offic. & poteſt. Epiſcop. part.* 2. *allegat.* 33. *n.* 24. quibus adde Ant. Ricc. *de jure perſonarum extra gremium Eccleſiæ exiſtent. lib.* 5. *cap.* 14. *n.* 10. *& lib.* 8. *cap.* 4. *n.* 6. ubi citat Rot. apud Cæſ. de Graſſis *deciſ.* 3. *n.* 12. *de reſcript.* & apud Veral. *deciſ.* 368. *n.* 3. *part.* 1. & apud Mohed. *deciſ.* 7. *de locato,* & plenè *in Valentina decimarum,* 9. *Decembris* 1602. coram bon. mem. Penia. Vide ad intellectum, quæ tradunt Cened. *ad Decret. collect.* 123. *num.* 3. *verſ. ego tamen,* Jul. Lavor. *var. lucubr. tit.* 4. *cap.* 19. *num.* 22. 3

Quod hujuſmodi literas ab Apoſt. Sede non credimus emanaſſe.] Notatur ad hoc, quod literæ impetratæ præter ſtylum Curiæ, ſunt de facultate ſuſpectæ, ut per Xuar. *alleg.* 27. *n.* 6. & ideo clauſulas inſolitas apponens poteſt de falſo puniri, ut per Gerard. *ſing.* 77. Privilegia tamen valent non facta mentione de jure contrario, cùm ſemper contra illud emanent, Xuar. *alleg.* 12. *num.* 44. *&* 46. *& alleg.* 28. *n.* 18. 4 5 6

Cap. Audientiam IV. & ult.

Ordinarius debet compellere cenſuris Abbates, ut Monachos à Prioratibus revocent ad clauſtrum, ponendo in eis Clericos ſæculares, vel eis ſocios adjungant Monachos, cum quibus poſſint regulariter vivere. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Joan. Andr. Imol. Ananias, Hoſt. Butr. Anchar. Henric. Panorm. Viv. *in ration. lib.* 3. *Iuris Pontificii, pag.* 365. Alagona *in compendio Iuris Canonici, pag.* 505. remiſſivè Ximen. *in concordant. part.* 1. *&* 2. 1

De Jurepatronatus.

Tit. XXXVIII.

SUPER hanc rubr. ſcripſerunt Zabar. Joan. Andr. Imol. Anan. Butr. Anch. Panorm. Henric. Caniſ. Guillelm. Durand. *in breviario aureo, fol.* 110. Joan. de Londris *in breviario ſanctorum Canonum, fol.* 176. Martin. Meſnarr. *in epitome Decret. fol.* 139. *verſo,* Perr. de Raven. *in compend. jur. Canon.* Dan. Venator *in analyſi method. juris Pontif. à pag.* 486. Goffred. & Hoſt. *in ſum. hujus tit.* Alex. Caſan. & Anaſt. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decret.* Barthol. Carthag. *in expoſitione titulorum juris Canon.* Zipæ. *in analytica poſtremi juris Eccleſiaſtici enarr. pag.* 290. noviſſimè Joan. Honor. *lib.* 3. *ſum. in Decret.* omnes *ſub hac rub. & vol.* 4. *repetit. de jure Canonico, ad lib.* 3. *Decretalium,* Roch. de Curte.

De materia tit. tractatus integros in lucem ediderunt Cæſ. Lambert. Paulus de Cittadinis, Joan. Nicol. Delphinatis, Joan. Nicol. Himontecus, Claudius Tutius, ac Andr. Dalnerus, & praxim Juriſpatronatus acquirendi, conſervandique illud, ac amittendi modos, breviter continentem edidit Julianus Vivianus, qui in ſecunda impreſſione eam multis Sacræ Rotæ deciſionibus in calce operis inſertis locupletavit, plura per Villalob. & alios *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 1. *tit.* 4. *pag.* 167. *cum ſeqq.* Joſeph. Ludov. *tom.* 3. *ſub hoc tit. concl. un. pag.* 529. Perez *tit.* 6. *lib.* 1. *Ordin. à pag.* 135. Spin. *in ſpeculo teſtam. gloſſ.* 4. *princ.* Joan. Franc. Leo *in theſauro fori Eccleſ. p.* 2. *c.* 6. Valer. Regin. *in praxi fori pœnit. lib.* 30. *tract.* 3. *n.* 208. *cum multis ſeqq.* Vaſq. *de benef. c.* 2. *de jurepatr.* Zerol. *in praxi Epiſc. verbo Iuſpatronatus,* Zecch. *de benefic. & penſionibus Eccleſ. c.* 12. Nicol. Garc. *eod. tract. p.* 5. *c.* 9. Camiſ. Borrel. *in ſumma omnium deciſ. tit.* 32. Azor. *inſt. mor. p.* 2. *lib.* 6. *à c.* 19. *uſque ad c.* 24. & per me *de officio, & poteſt. Epiſcopi, p.* 3. *alleg.* 70. 71. & 72. Joan. Ant. Maſſobr. *in praxi habendi concurſum ad Parochiales Eccleſias, præl. ud.* 7.

SUMMARIUM.

1 *Epiſcopus poteſt compellere Patronos Eccleſiarum diſcordantes per ſubtractionem divinorum, ut ad concordiam redeant.*

2 *Iuſpatronatus eſt individuum.*

3 *Hæredes plures in jurepatronatus, omnes ſunt patroni in ſolidum, itaut prædictum jus non dividatur inter illos pro portionibus hæreditariis, ſed in ſolidum, & æqualiter ad eos pertineat.*

4 *Computatio diverſarum vocum deſcendentium à patronis; quomodò facienda, oſtenditur.*

5 *Iuripatronatus gentilitio, & familiari, ſuccedunt deſcendentes, licèt non hæredes, in capita, & non in ſtirpes.*

6 *Iuſpatronatus gentilitium dicitur, quando fundator in fundatione expreſſit, ratione conſervandæ agnationis; & quando dubitatur, an ſit gentilitium, leviores ſufficiunt probationes.*

7 *Iuſpatronatus potiùs præſumitur hæreditarium, quàm gentilitium.*

8 *Iuſpatronatus quando in ſtirpes, & non in capita ſpectet ad ſucceſſores, oſtenditur.*

9 *Iuſpatronatus Eccleſiaſticum tranſit ad quoſcunque hæredes, etiam extraneos.*

10 *Iuſpatronatus non venit in reſtitutione fideicommiſſi.*

11 *Iuſpatronatus non tranſit cum ea univerſali tranſlatione, quæ fit in fideicommiſſarium.*

12 *Mutatione perſonæ dicitur alia diſpoſitio, & alius contractus.*

13 *Iuſpatronatus dividuum eſt quoad commoditatem, & exercitium, ſecus quoad ſubſtantiam ipſius juris.*

14 *Hæredes ſua auctoritate, abſque ſuperioris conſenſu, poſſunt facere concordiam de alternis vicibus præſentando Rectorem.*

15 *Ius conferendi quando competit cuilibet in ſolidum, ſi unus non confert, cenſetur conſentire collationi per alterum factæ.*

Cap. Relatum I.

Ex Concil. Mediomatr

QUando inter patronos fuerit talis diſcordia, ut 1
non poſſit Sacerdos fungi officio ſuo, ſi aliter
provideri non poteſt, Epiſcopus præcipiat, ut in ea
non celebrentur Miſſarum ſolennia; donec patroni
concordent, & Eccleſia habeat ſuum Sacerdotem liberum, quia illa dividi non debet. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Butr. Imol. Anan. Hoſt. Henric. Anch. Panorm. Viv. *in ration. lib.* 3. *juris Pontif. pag.* 366. Alagona *in compendio juris Canon. pag.* 506. remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. & 2. referunt Burchard. *lib.* 3. *Decret. c.* 42. Ivo *p.* 3. *c.* 46. & Ant. Aug. *collect.* 4. *Decret. lib.* 3. *tit.* 33. *c.* 1. qui tribuunt Concil. Mediomatricen. *c.* 10. extat tamen hoc Decretum in Conciliis vulgatis in Synod. Cabilon. II. habita ſub Imper. Carolo Magno, *c.* 26.

Inter hæredes patroni dividi non debeat.] Notatur ad 2
hoc, quod juſpatronatus eſt individuum, ut per Covar. *var. lib.* 3. *c.* 19. *num.* 5. *in princ.* Maranta *in repet. l. is poteſt, n.* 33. & 34. *ff. de acquir. hæred.* Roch. *in tract. hujus tit. verbo & dotavit, quæſt.* 22. *num.* 22.
Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloſſ.* 45. §. 1. *n.* 6. Et ideò, ſi 3
plures ſint hæredes, omnes ſunt patroni in ſolidum. Vivian. *in praxi juriſpatr. part.* 1. *lib.* 4. *c.* 1. *n.* 29. itaut prædictum jus non dividatur inter illos pro portionibus hæreditariis, ſed in ſolidum; & æqualiter ad eos pertineat, gloſſ. *hic, verbo non debeat,* communiter recepta ex Panorm. *num.* 7. *gloſſ.* 1. *poſt princ. in Clem. ſi plures, hoc tit.* Vincent. de Franch. *deciſ.* 85. Peregr. *conſ.* 34. *n.* 2. *vol.* 1. ubi *n.* 19. ſubdit iſtud jus devolvi ad hæredes, non uti hæredes, ſed quia hæredes, refert Campan. *in diverſ. juris Canon. rub.* 11. *c.* 13. *n.* 379. ubi etiam cum Peregr. *conſ.* 87. *n.* 4. *volum.* 3. reſolvit non licerere in diviſionibus illud dare uni ex hæredibus, & remitti ! & *n.* 380. hinc colligit, quod ubicunque alter ex fratribus obierit, admittitur nepos ad præſentandum ſimul cum patrono, & citat Franc. Marc. *deciſ.* 1133. *num.* 6. *p.* 1. Steph. Gratian.
cap. 521. *num.* 16. De computatione verò diverſarum 4
vocum deſcendentium à patronis, latè Lambertin. *de jurepatronat. in* 2. *quæſt. princ. lib.* 1. *part.* 2. *art.* 25. & Campan. *d. cap.* 13. *à num.* 384. Et quod in jurepatronatus, quod ad aliquos pertinet uti ſingulos, non uti univerſos, ſucceditur in ſtirpes, & non in capita; per *d. Clem. ſi plures,* docent Tiraq. *de jure primog. q.* 36. *num.* 3. Rot. *deciſ.* 251. *num.* 5. apud Farin. *p.* 1. *recent.* ubi intelligit de jurepatronatus hæreditario, Menoch. *conſil.* 316. *n.* 16. Perez *l.* 1. *verſ. monere juvat; tit.* 6. *lib.* 1. *Ordin. pag.* 140. Roch. *verbo ipſe, vel is à quo, num.* 2. Spin. *in ſpeculo teſtam. gloſſ.* 4. *princ. num.* 61. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancellar. gloſſ.* 45. *num.* 61. Aloyſ. Ricci *in collect. deciſ. part.* 5. *collect.* 1733. & *in deciſ.*

*Curiæ Archiep. Neapol. deciſ.*120.*n.*1.*p.*2.Viv. *in praxi*
*juriſpatron. p.*1.*lib.*1.*c.*1.*n.*160. & ita hæredes plures
unius patroni,unam tantùm habere vocem,reſolvunt
Azeved. *l.*9.*n.*9.*tit.*6.*lib.*1. *nova recop.*Viv. *d.c.*1.*n.*60.
5 In jurepatronatus verò gentilitio, & familiari ſucce-
dunt deſcendentes, licèt non hæredes, in capita, &
6 non in ſtirpes, Rota *d.deciſ.*251.*n.*5. Et juſpatronatus
dicitur gentilitium,itaut in eo non veniant illegitimi,
quando fundator in fundatione expreſſit rationem
conſervandæ agnationis, Rot. apud Farin. *deciſ.*395.
*n.*2.*p.*1.*recent.* Et quando dubitatur an ſit gentilitium,
leviores ſufficiunt probationes, cùm agitur non de
illius ſubſtantia, ſed de pertinentia, ead.Rot.*d.p.*1.*de-*
7 *ciſ.*675.*n.*3.*in fin.* In dubio tamen præſumitur potiùs
hæreditarium, quàm gentilitium, ead.Rot.*d.p.*1. *deciſ.*
675.*n.*1. & quod juſpatronatus in dubio præſumatur
hæreditarium, & tranſitorium ad quoſcunque hære-
des, etiam extraneos, ubi ex fundatione,vel aliunde de
contrario non docetur,Rot. *deciſ.*707.*n.*8.*p.*1.*& deciſ.*
756.*n.*1.*p.*2.*recent.* & *in Vrbevet. beneficii,* 29. *Ianva-*
rii 1623. coram bonæ mem.Ubaldo, & *in Lucana ju-*
*riſpatronatus,*16.*Iunii* 1623. coram eodem,& *in Piſto-*
rien.Parochialis, 9.*Februarii* 1624. coram R.P.D.Mer-
lino.Præſumitur autem gentilitium,non hæreditarium
quãdo in ejus proviſionibus ſemper fuit habita men-
tio familiæ,& deſcendentiæ,nunquam verò hæredita-
riæ qualitatis, vel quando per ſpatium centum anno-
rum nullus extraneus, aut fœmina in eo præſentavit,
Rot. *in Florentina Canonicatus,* 25.*Maii* 1616. coram
bonæ mem. Buratto, inter ejus deciſiones impreſſas
8 *deciſ.*183.*n.*22.*&* 23.Juſpatronatus quando in ſtirpes,
& quando in capita ſpectet ad ſucceſſores, vide Rot.
*d.p.*1.*deciſ.*308. Intellige ſupradictam reſolutionem,
quod ſcilicet in jurepatronatus ſucceditur in ſtirpes,
&non in capita,ut non procedat quando cõpetit alicui
Collegio,ſeu familiæ, uti ad univerſos; tunc enim
præſentatio fit per capita,non autem per ſtirpes.Lam-
bert.1.*quæſt. ſecunda primi libri, art.*25.*n.*17.& nullam
habet difficultatem, quando ad unum tantùm Colle-
gium,ſeu familiam ſpectat, vel ad plures, qui tamen
ſimul conveniunt ad præſentandum, non ut diverſa
corpora, ſed tantùm ut unum corpus, Abbas *in cap.*
*ſcriptum, n.*6. *de elect. & in cap.Paſtoralis, in fin. princ.*
& Felin. *n.*9. *verſ. ubi duo corpora, de reſcript.* benè
Caccial. *in l.omnes populi, n.*141. *cum ſeqq. ff.de juſtit.*
& jure, ubi etiam dicunt, hoc ſcilicet, an ut diverſa
corpora, vel tanquam unum conveniant, dignoſci ex
circumſtantiis facti,quæ in hoc caſu multùm ſuadent
hujuſmodi juſpatronatus competere certis familiis,
non tanquam diverſis corporibus,ſed tanquam unum
corpus ſub nomine familiæ, & albergui conſtituent.
quæ omnia habentur apud Rotalem deciſionem *in*
*una Taurinen. juriſpatronatus,*11.*Ianvar.*1595. coram
Illuſtriſſim.Pamphilio.Patroni abſentes an, & quan-
do debeant citari,vide Mantic. *deciſ.*268. *per tot.* ubi
tres caſus diſtinguit.Primus eſt,quando plures patroni
præſentant ut ſinguli, & tunc ait non requiri, quod
abſentes vocentur, quia non eſt neceſſarius ſimulta-
neus conſenſus: ſecundus, quando juſpatronatus per-
tinet ad plures ut univerſos: & tunc quidem, cùm
non præſentant ut ſinguli, ſed tanquam univerſi, in
hoc caſu abſentes vocari debere tenet, quia ſimulta-
neus requiritur conſenſus: tertius quando juſpatro-
natus ad plures pertinet ut ſingulos, & conſequenter
patroni præſentant ut ſinguli, non autem ut univerſi:
ſed vigore ſtatuti,aut conſuetudinis ad præſentandum
ſoliti ſunt ſimul convenire,& tunc quidem ait abſen-
tes vocari debere, qui vocandi ſunt, quando præſen-
tatio fit à pluribus tanquam univerſis, quia ſimulta-
neus conſenſus requiritur, & citat Lambert. *lib.*2.*p.*2.
*q.*2.*princ.art.*8.*n.*8. *verſ. limitat tamen,* Roch. *verbo*
*honorificum, q.*60.*n.*93.

Notatur etiam ad hoc, quod juſpatronatus Eccle- 9
ſiaſticum tranſit ad quoſcunque hæredes,etiam extra-
neos, ut per Covar.*lib.*2.*var. c.*18.*n.*6.Bonacoſ.*tom.*1.
*commun. opin. lib.*1. *tit.*5. *n.*36.*pag.*170. Aloyſ.Ricc.
*in collect. deciſ. p.*4.*collect.*1025. Cald.Pereira *de empt.*
*c.*12.*n.*16. & alios citatos per me *de officio, & poteſt.*
*Epiſc. p.*3. *alleg.*71. *n.*3. niſi in fundatione fuerit ex-
preſſum,quod tranſiret tantùm ad hæredes ſanguinis
de conſenſu Epiſcopi, Roch. *verbo ipſe, vel is, n.*19.
Vivian. *lib.*1.*c.*1.*n.*61. nam in dubio juſpatronatus eſt
præſumendum hæreditarium,& tranſitorium ad quoſ-
cunque hæredes, etiam extraneos,ubi ex fundatione,
vel aliunde de contrario non doceatur. Cardinal. *in*
*Clem. plures, hoc tit. q.*6. & Anchar. *n.*7. *&* 11. Lam-
bert. *de jurepatron.* 2. *p.* 1.*lib. q.*2.*n.*15. Hieron.Gabr.
*conſ.*196.*n.*5. *lib.*2.Rot. *deciſ.*707.*n.*8.*p.*1.*& deciſ.*756.
*num... p.*2. *recent.* & fuit etiam dictum *in Florentina*
Canonicatus, 25. *Maii* 1616. coram bonæ mem. Bu-
ratto, & *in Piſtorien. Parochialis,* 9.*Februarii* 1614.
coram R.P.D.Merlino. Unde cùm juſpatronatus per- 10
tineat ad hæredes, quia hæredes, rectè fit non venire
in reſtitutione fideicomiſſi, ut per Dec. *in l. precibus,*
*n.*22. *C. de impub. & aliis,* Covar. *in cap. Raynutius, de*
teſtam. §.9. *n.*8. Padil. *in rub. C. de fideicom. num.*25.
Chaſſan. *in catalogo, p.*1. *conſider.*38.*q.*34. Ant.Gom.
*var. tom.*1. *c.*5. *n.*28. Coſt. *in c. ſi pater,* 2. *part. verbo*
*Trebellianica, num.*4. Perez *l.*1. *col.*10. *verſ. eſt & alia*
*quæſtio, tit.*6. *lib.*1. *Ordinament. pag.*139. Peregrin. *de*
*fideicommiſſ. art.*6. *num.*37. Molin. *de primog. lib.*1.
*c.*24. *à n.*5. alt. Molin. *de juſt.tract.*2.*diſp.*188. *ad fin.*
Ceval. *communium contra communes, q.*717. Cened. *ad*
*Decret.collect.*5. *n.*4. Cald. Pereira *de renovat. emphyt.*
*q.*19. *n.*12. Mantic. *de tacitis, & ambig. convent. lib.*4.
*tit.*12.*n.*6. *&* 15. Nicol.Garc. *de benefic. p.*5. *c.*9.*n.*17.
Vivian. *d.lib.*4.*c.*2.*n.*26. Licèt enim juſpatronatus an- 11
nexum alicui rei tranſeat cum univerſali alienatione,
juxta *cap. ex literis, infrà hoc tit.* non tamen tranſit
cum ea univerſali tranſlatione, quæ fit in fideicom-
miſſarium, prout jura ſepulchrorum veniunt in uni-
verſali alienatione, *l. ſi modicis* 24. *ff. de contrah.empt.*
l. quædam 62. *ff. de acquirend.rerum dominio,* & tamen
non veniunt in tranſlatione univerſali, quæ fit in fi-
deicommiſſarium, *l. quia perinde,* §. *fin. ff. ad Tre-*
bellian.

Notatur etiam hic text. ad hoc, quod mutatione 12
perſonæ, dicitur alia diſpoſitio, & alius contractus,
ut per Surd. *deciſ.* 201. *num.* 6. Menoch. *conſ.*160.
*num.*15.

In gloſſ. *Non debeat,* 1. ibi, *& nota, quod juſpatro-* 13
natus, &c.] Notatur ad hoc, quod juſpatronatus di-
viduum eſt quoad commoditatem, & exercitium,
ſecus quoad ſubſtantiam ipſius juris, quoad quam
individuum jus eſt; ut per Roman. *ſing.*559. Roch.
*verbo Ius, quæſt.*6.*num.*11. Azeved. *l.*9.*n.*1. *tit.*6.*lib.*1.
nova recop.

In ead. gloſſ. ibi, *qui ſi non conveniant,* &c.] Hanc 14
concordiam de alternis vicibus præſentando Recto-
rem, poſſunt hæredes ſua auctoritate, abſque ſupe-
rioris conſenſu, & interim facere, ut docent Tiraq.
*de jure primog. q.*27. *opin.*5.*n.*1. Azeved. *d. l.*9.*n.*2.
Cened. *ad Sextum, collect.*7.*n.*2. Et quando jus confe- 15
rendi competit cuilibet in ſolidum, ſi unus non con-
fert, cenſetur conſentire collationi per alterum fa-
ctæ, Gonzal. *ad reg.*8.*Cancel. gloſſ.*45. *n.*70.

Cap.

Cap. Quæcumque II.

Ex Concil. Tribur.

1 EPiſcopus quando fuerit diſcordia inter patronos, ut non poſſit Sacerdos fungi officio ſuo, debet præcipere ut in Eccleſia non celebrentur Miſſarum ſolemnia, & inde tollere reliquias, & claudere oſtium, donec eligant unum idoneum. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Butr. Joan. Andr. Imol. Anan. Hoſt. Anchar. Henric. Panorm. Beroi. Viv. *in ration. lib. 3. Iuris Pontif. pag.* 366. Alagona *in compend. Iuris Can. pag. 506. & vol. 4. repet. in Iure Canon. ad lib. 3. Decret.* Joan. Crot. remiſſivè Ximen. *in concord. part. 1.* deſumitur ex Concil. Tribur. *cap. 32.* refertur à Burchard. *lib. 5. Decret. cap. 224.* Ivo. *p. 3. c. 285.* & ab Ant. Auguſt. *collect. 1. Decretal. lib. 3. tit. 33. cap. 2.*

2 Dicit hic text. quod ſi inter patronos ſit diſcordia in præſentando ad beneficium vacans, poteſt Epiſcopus jubere, ut claudantur Eccleſiæ oſtia, de eaque reliquiæ extrahantur, ut per Lambert. *de jurepatr. lib. 2. part. 2. quæſt. 1. art. 31.* Julian. Vivian. *in praxi juriſpatr. part. 2. lib. 7. cap. 9.*

SUMMARIUM.

1 *Patroni ſi præſentando diſcordant, præfertur præſentatus à majori parte, ſi eſt idoneus, & ſi hoc ſine ſcandalo fieri non poteſt, vel patroni infra tempus debitum non præſentant, Epiſcopus ordinabit Eccleſiam.*
2 *Iuſpatronatus tranſit ad hæredes quoſcumque.*
3 *Eligentium vota ſi in duas partes ſe diviſerint in Metropolitani judicio, præfertur qui majoribus juvatur ſtudiis, & meritis.*
4 *Præſentati quando fuerunt plures à diverſis patronis, ille debet inſtitui, qui à majori parte, quamvis ſanior non ſit, fuit præſentatus.*
6 *Lite pendente inter patronos ſuper jurepatronatus, vel inter ipſos patronos non concordantes in præſentato, ſi cauſa non finiatur intra quadrimeſtre, elapſo termino poteſt Epiſcopus providere invitis ipſis patronis.*
7 *Iuſpatronatus acquiritur ex reædificatione, ſeu refectione Eccleſiæ penitus dirutæ.*
8 *Eccleſia penitus diruta, ut illius reædificatione acquiratur Iuſpatronatus, quæ dicatur, oſtenditur.*
9 *Iuſpatronatus non acquiritur ex augmento dotis.*
10 *Dignus præſentatus à majori parte patronorum eſt confirmandus, omiſſo digniore.*

Cap. Quoniam III.

Ex Concil. Lateran.

1 PAtroni quando diſſentiunt, & diverſi diverſos præſentant, qui habet majora merita & vota plura, præferatur, & ſi hoc non poteſt fieri ſine ſcandalo, Epiſcopus ordinet prout melius judicaverit. Idem faciet ubi inter alios naſcitur quæſtio de jurepatronatus, quæ intra quatuor menſes non definitur. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Joan. Andr. Butr. Imol. Anan. Hoſt. Anchar. Henric. Panorm. Beroi. Viv. *in ration. lib. 3. Iuris Pontif. pag. 367.* Alagona *in compend. Iuris Canon. pag. 506. & vol. 4. repetit. in Iure Canon. ad lib. 3. Decretal.* Joan. Crot. remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. part. 1. & 2.* deſumitur ex Concil. Lateran. ſub Alex. III. *c. 17.* & refertur ab Anton. Auguſt. *collect. 1. Decretal. lib. 3. tit. 33. cap. 4.*

Aut hæredes eorum.] Ergo juſpatronatus tranſit ad hæredes quoſcumque, ut per Perez *l. 1. gloſſ. devan ſuceder, tit. 6. lib. 1. Ordin. pag. 149.* & alios citatos *ad cap. 1. num. 9. ſup. hoc tit.* 2

Qui majoribus juvatur meritis.] Notatur ad hoc, quod ſi vota eligentium in duas ſe partes diviſerint, is Metropolitani judicio præfertur, qui majoribus juvatur ſtudiis, & meritis, ut per Tiraq. *de jure primog. q. 17. opin. 3. n. 2. & 3.* Covar. *in reg. peccatum, part. 2. §. 7. num. 3. & 4.* qui nobiliorem tenetur præficere, Tiraq. *de nobilit. cap. 20. n. 11.* 3

Et plurimorum eligatur, & approbetur aſſenſu.] Notatur ad hoc, quod quando plures à diverſis patronis fuerunt præſentati, ille debet inſtitui, qui à majori parte fuit præſentatus, ut per Paul. de Cittadinis *in tract. hujus tit. part. 6. q. 27.* Mantic. *deciſ. 86.* Seraphin. *deciſ. 875.* Rot. *deciſ. 202. & deciſ. 625. num. 2. & 3.* apud Farin. *p. 1. recent.* Aloyſ. Ricc. *in praxi, reſol. 173.* Mar. Antonin. *variar. reſolut. lib. 1. reſolut. 104. num. 1.* quos refero *de offic. & poteſt. Epiſc. p. 3. alleg. 72. num. 197.* & me citato *in hoc loco*, Maſſobr. *in praxi habendi concurſum, prælud. 7. dub. 22. num. 12.* ſecundùm Roman. impreſſ. nec eſt neceſſe inſtitutionem fieri à ſaniori. Roch. *in tract. hujus tit. verbo honorificum, q. 59.* Lambert. *eod. tract. lib. 2. cap. 3. q. 4. art. 9.* Si vero à majori parte electus fuerit indignus, à majori verò præſentatus dignus ſit, is ultimus admitti debet ad beneficium. Rot. *d. deciſ. 625. num. 3.* quia præſentatione indigni ſcienter facta à majori parte patronorum, totum jus devolvitur ad præſentatum à minori parte, eadem Rot. *deciſ. 568. num. 2.* ubi declarat procedere ubi præſentatio fit à pluribus patronis uti ſingulis, non autem à collegio, vel univerſitate, ut eſt apud Farin. *p. 1. recent.* Et facienda eſt comparatio numeri ad numerum, ad hoc ut præſentatus à majori parte poſſit inſtitui, dummodo ſit idoneus. Roch. *d. verb. honorificum, q. 58.* Lambert. *q. 4. art. 2.* cùm dicatur præſentatus à majori parte patronorum, qui plures habet voces, Abb. *hic, num. 13.* Lambert. *lib. 1. part. 1. art. 26.* Roch. *verb. ipſe, vel is, n. 26.* Rot. apud Farin. *deciſ. 146. n. 3. part. 1. recent.* Non autem facienda eſt comparatio zeli ad zelum, ſeu meriti ad meritum. Roch. *d. verb. honorificum, q. 15.* Lambert. *d. q. 4. art. 3.* 4

Notatur ad hoc, quod in pluribus patronis præſentantibus ad beneficia, omnes debent in tali præſentatione reſolvenda convocari, & congregari, ad hoc ut plurimorum voluntas pauciorum voluntati præferatur, ut per Farin. *in praxi crimin. part. 1. q. 14. n. 8.* 5

Infra quatuor menſes non fuerit diffinitum.] Notatur ad hoc, quod pendente lite inter patronos ſuper jurepatronatus, ſi cauſa non finiatur intra quadrimeſtre, elapſo termino poteſt Epiſcopus providere invitis ipſis patronis, ut per Tiraq. *de retractu lign. §. 11. gloſſ. 10. num. 37.* Cald. Pereira *de renovat. emphyt. quæſt. 7. n. 13.* optimè Zerol. *in praxi Epiſc. part. 1. verb. juſpatronatus, §. 5.* Campanil. *in diverſorio Iuris Canon. rubr. 11. cap. 13. n. 486.* cum quo declaravi *ad cap. cùm propter 27. num. 2. infra, hoc tit.* ubi ſedet hæc materia. Idem pariter dicendum videtur, quando lis eſt inter ipſos patronos non concordantes in præſentato, quia tunc ex devolutione Epiſcopus confert. Jul. Vivian. *in praxi juriſpatr. part. 2. lib. 7. cap. 3. n. 7.* Zerol. *in praxi Epiſcop. d. §. 5.* ubi etiam reſolvit, quod ſi controvertatur inter fiſcum Epiſcopi prætendentis Eccleſiam vacantem pertinere ad meram collationem Epiſcopi, & eſſe liberam, & ipſos patronos prætendentes 6

jus præſentandi, vel juſpatronatus ad eos pertinere, tunc durante lite Epiſcopus non poteſt providere invitis patronis, ſed ponet œconomum in d. Eccleſia quouſque ſit terminatum negotium: refero ego ipſe *de offic. & poteſt. Epiſc. part. 3. alleg. 72. n. 148.* Et textum *in præſenti*, inducentem devolutionem quando eſt lis inter patronos, tanquam exorbitantem, & rigoroſum non extendi ad litem inter præſentatos cenſuit Rot. *deciſ.* 586. *n. 7.* apud Farin. *in collect.* 1. *noviſſimar.* Nec etiam extenditur ſtante lite inter patronos, & inter præſentatos, Joan. Andr. *in cap. cum vos, num. 2. verſ. Jura, de offic. Ordin.* ubi etiam Butr. *n. 7. verſ. jura ergo*, & Imol. *n. 7. verſ. nec obſtat*, Lap. *alleg.* 78. *n.* 15. Rot. apud Farin. *deciſ.* 81 *in fine, part. 1. recent.*

7 In gloſſ. *Fundatores*, ibi, *quod intellige cùm omninò non eſt deſtructum*, &c. Notatur ad hoc, quod juſpatronatus acquiritur ex reædificatione, ſeu refectione Eccleſiæ penitus deſtructæ, ſeu dirutæ, itaut nova conſecratione indigeat, minimè autem patronus efficitur reficiens Eccleſiam non penitus deſtructam, ut per Abb. *hic, num. 1. &* 11. & Beroi. *n.* 56. Roch. *de jurepatr. in verbo conſtruxit, num.* 12. Jaſ. *in l. 1. §. ſi quis ædificium, n. 4. de novi oper. nuntiat.* Burſat. *conſil.* 310. *à n. 3. vol. 3.* Staphil. *de liter. gratiæ, tit. de modo & forma impetrandi, §. ſequitur videre, n. 6.* Lambertin. *in tract. hujus tit. lib. 1. part. 1. q. 6. princ. art. 3.* Menoch. *conſil.* 90. *n. 27. & conſil.* 336. *n. 5. cum ſeqq.* Zerol. *in praxi Epiſc. part. 1. verb. Iuſpatronatus, §. 2. ad fin.* Spin. *in ſpeculo teſtam. gloſſ. 4. princ. num.* 28. Rot. *deciſ.* 306. *à n. 3. vol. 3. diverſ.* Azor. *inſtit. moral. part. 2. lib. 6. cap. 19. q.* 10. Seraphin. *deciſ.* 518. & 907. Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. part. 5. collect.* 1559. Nicol. Garc. *d. cap. 9. n.* 51. & plures per me citatos *alleg.* 70. *n.* 6. Campanil. *in diverſorio Iuris Canon. rubr. 11. cap. 13. n.* 337. me citato *in hoc loco*, Maſſobr. *d. prælud. 7. dub. 22. n. 6.* Vivian. *in praxi juriſpatr. lib. 2. cap. 4. num. 6. in noviſſ. impreſſ.* Rot. *in Mutinenſi plebis, ſeu juriſpatronatus, 21. Febr.* 1625. coram Reverendiſſ. D. meo Coccino Decano, benè Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 177. num.* 26. ubi dicit quod ad acquirendum juſpatronatus ex reparatione, requiritur totalis reſtauratio ipſius Eccleſiæ funditus dirutæ, unde Rot. *d. deciſ.* 306. & Burſat. *d.*
8 *conſil.* 310. *n.* 6. ac Campan. *d. cap. 13. num.* 339. dicunt Eccleſiam adeò dirutam judicari, ut reædificata dicatur, & juxta prædicta acquiſitum juſpatronatus, ſi nova indigeat conſecratione, per *cap. de fabrica, de conſecrat. diſt.* 1. Ubi verò ſacra ædes penitus collapſa reædificata fuerit ab alio ex eadem materia, qua fuerat confecta, licèt nullum ſibi quærat patronum, nihilominus prior patronus amiſit jus ſuum, ex hac gloſſ. & Azor. *citato loco*, quia pereunte re perit uſuſfructus, & quodvis aliud jus ſuper ea re exiſtens, & obligatio ſemel extincta non reviviſcit, *l. res, §. aream,*
9 *ff. de ſolut.* Sic etiam ex augmento dotis non acquiritur juſpatronatus, cùm neceſſe ſit Eccleſiam totam ſuam dotem amiſiſſe, & ſic fuiſſe reductam de eſſe ad non eſſe, ut ex conſtitutione alterius novæ dotis illud acquiratur. Gonz. *ad reg. 8. Cancel. gloſ.* 18. *n.* 53. Steph. Gratian. *d. cap.* 177. *n. 24. &* 25. Campanil. *d. cap.* 13. *n.* 340. novè Joan. Anton. Maſſobr. *in praxi habendi concurſum ad Parochiales, prælud. 7. dub.* 13.

10 In gloſſ. *Qui majoribus*, ibi, *ſed videtur ſufficere ſi ſit idoneus, dum tamen habeat majorem partem.* Notatur ad hoc, quod dignus præſentatus à majori parte patronorum eſt confirmandus, omiſſo digniore, ut per Perez *l. 2. verſ. hoc tamen, tit. 6. lib. 1. Ordin. pag.* 151. Molin. *de primog. lib. 2. cap. 5. num.* 46. Rot. *deciſ.* 202. apud Farin. *part. 2. recent.*

SUMMARIUM.

1 *Patroni laici, qui Clericos inſtituunt, & deſtituunt in Eccleſiis etiam patronatis, vel bona ipſarum aliter adminiſtrant, excommunicantur, & Clerici qui inſtitutionem laicorum recipiunt, communione privari debent.*
2 *Inſtituendi jus acquiri poteſt laico privilegio Papæ, ſeu conſuetudine, aut præſcriptione temporis immemorialis, ſi fuerit per Papam approbata.*
3 *Inſtituere habens ſi fiat patronus, vel ex jure devoluto debeat beneficium conferre, numquid hæc unico actu expediri poſſunt, remiſſivè.*
4 *Verbum* privetur, *an importet latam ſententiam, vel ferendam, remiſſivè.*

Cap. Præterea j. IV.

Patroni laici, qui ſine auctoritate Epiſcopi inſtituunt clericos, vel removent, vel bona Eccleſiaſtica pro ſua voluntate diſtribuunt, ſunt excommunicandi. Item clericus, qui recipit Eccleſiam per laicos ſine auctoritate Epiſcopi, eſt privandus communione, & à miniſterio Eccleſiaſtico, & ab ordine deponi debet. 1
Colligunt ex Ordin. ab antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Imol. Anan. Butr. Hoſt. Henric. Anchar. Panorm. Vivian. *in ration. libri 3. Iuris Pontif. pag.* 368. Alagona *in compend. Iuris Canon. pag.* 507. remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. part.* 1. deſumitur ex Concil. Lateran. ſub Alex. III. *cap. 14. §. præterea*, refertur ab Ant. Aug. *collect. 1. Decretal. lib. 3. tit. 33. cap.* 5.

Quia in tantum quorumdam laicorum, &c.] Adverte jus inſtituendi acquiri poſſe laico privilegio Papæ, ſeu conſuetudine, aut præſcriptione temporis immemorialis, ſi fuerit per Papam approbata, Lambert. *in tract. hujus tit. lib. 2. p. 3. q. 1. art. 11. &* 12. Julian. Vivian. *in praxi juriſpatr. part. 2. lib. 12. cap. 3. n. 7. &* 8. Utrùm autem habens inſtituere, ſi fiat patronus, vel ex jure devoluto habeat beneficium conferre, nunquid hæc unico actu expedire poſſint? vide per me dicta *de offic. & poteſt. Epiſc. part. 3. alleg. 72. n.* 196. 2

In gloſſ. *Communione privetur*, ibi, *& ita non eſt ipſo jure ſuſpenſus*, &c. Vide tamen quæ circa verbum illud *privetur*, tradunt Tiraq. *in l. ſi unquam, verbo Revertatur, n.* 176. Melch. Phœbos *Luſit. deciſ.* 88. *n.* 12. Cardoſ. *in praxi judicum, verbo Verbum, n.* 23. Sayr. *in Clavi Regia, lib. 3. cap. 8. num.* 22. & alii citati *ad cap. Clericis 5. ne clerici, vel monachi.* 4

SUMMARIUM.

1 *Patronus laicus ſi ſucceſſivè præſentat duos, & ſecundus inſtituitur ab Epiſcopo, valet inſtitutio. Patronus non poteſt Clerico, vel alteri Eccleſiæ conferre Eccleſiam patronatam, vel alteri donare.*
2 *Patronus laicus poteſt variare, & qualiter hujuſmodi variatio fieri poſſit oſtenditur.*
3 *Ius in re per præſentationem non acquiritur, ſed ad rem.*
4 *Ius ad rem ut acquiratur, præſentatio debet fieri coram habente inſtituere.*
5 *Præſentati quando ſunt plures, per hanc præſentationem nullus acquirit jus ad rem.*
6 *Iuſpatronatus donari non poteſt ab eo ad quem illud non ſpectat.*
7 *Nemo dat quod non habet.*

Cap.

Cap. Quod autem V.

Adrian. III.

1 PAtronus ſi præſentat idoneum pro Eccleſia, & Epiſcopus illum non admittit, ſi deinde præſentat alium idoneum, & Epiſcopus admittit, primus præſentatus, minimè tamen admiſſus, non poteſt agere, nec eſt præferendus, quia ante approbationem Epiſcopi non eſt rata præſentatio, & melior eſt conditio poſſidentis. Item laicus patronus ſine conſenſu Epiſcopi non poteſt Eccleſiam donare alicui Clerico, vel collegio, & ſi daret, donatio non teneret. Colligunt ex Ordin. Abb.antiq.Innoc.Collect.Zabar.Ioan. Andr.Butr.Imol.Anan.Hoſt.Henric.Anchar.Panorm. Bero. Viu. *in ration.lib.3. juris Pontif. pag.507.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag.369.* remiſſiuè Ximen. *in concord.p.1. & 2.* refertur ab Ant. Auguſt. *collect.1. Decret.lib.3.tit.33.c.7.*& eſt poſt Concil. Lateran.ſub Alex. III. *p.15.c.1.§.quia autem.*

2 *Et poſtmodum alius idoneus præſentatus*, &c.] Ergo patronus laicus poteſt variare, vt per citatos *in meo tract.de officio, & poteſtate Epiſcop.p.3. alleg.72.n.151.* Quæ quidem variatio fieri poteſt duobus modis, primo vnico contextu plures præſentando, vt is inſtituatur quem Epiſcopus elegerit, *Clem. ſi plures*, vbi gloſ. & Doctores, *hoc tit.* Secundo modo poteſt fieri plures ordine ſucceſſiuo præſentando, & ſic diuerſis temporibus, vt *in hoc text.* ita Lambertin. *in tract. huius tit.lib.2. p.2.q.7. art.21.* & ſic variando patronus non recedit, ſed accumulat, ac in dubio præſumitur cumulatiuè præſentaſſe, ſi ſecundo præſentet; nam ſi priuatiuè abſque cauſa promiſſa præſentaret, non audiretur, Roch. de Curte *in tract.huius tit.verbo honorificum, q.13.* Lambertin. *vbi ſuprà, art.22.* Ego ipſe *de officio, & poteſt.Epiſcopi,p.3. alleg.72. à n.158.* Vnde notari ſolet hic text. ad hoc, quod poſtquam res non eſt integra, & ſic poſt acceptationem, & quando jam eſt jus quæſitum nominato, non eſt licita variatio, vt per Girond. *de priuilegiorum, & exempt.explic. n.712. & ſeq.*

3 *Quoniam antequam præſentatio*, &c.] Notatur ad hoc, quod per præſentationem non acquiritur jus in re, ſed ad rem, vt per Roch. *in rubr. huius tit. in princ. n.8.& in verbo jus, q.4.* Flamin. *de reſignat. lib.2.q.23. n.12.& lib.7. q.1. n.79. cum ſeqq.* Prax. Epiſcop. *verbo jus ad rem, §.2.p.1.* Seraphin. *deciſ.1238.n.4.* Rot. *deciſ.546. num.2.* apud Farin. *in collect. 1. nouiſſimarum*, Gonzal.*ad reg.8.Cancel.gloſſ.15.§.2.n.1.*Iulian.Viuian. *in praxi juriſpatron. p.2. lib.8. c.8. in princ.* quod qui-
4 dem jus ad rem vt acquiratur præſentato, debet fieri coram habente inſtituere, gloſſ. *verbo præſentari, in Clem.dudum, de ſepult.* & poſt Mil. Lap. Roch. Lambert.& alios Rota *in vna Oſtorien. Capella, 17.Nouembris* 1600. coram D. Iuſto, vbi etiam dictum fuit non requiri admiſſionem ſuperioris, Aloyſ. Ricc *p.5. col-*
5 *lect.*1661. Quando autem plures ſunt præſentati, per dictam præſentationem nullus acquirit jus ad rem, Mohedan. *deciſ.1.n.2.de præbend.* quem refert Mar. Antonin.*var.reſol.lib.1.reſol.104. n.16.* Aloyſ. Ricc.*d. collect.1661.verſ. intellige ſecundò, & in verſ. ſeq.* dicit quod quando qui eſt præſentatus à quibuſdam patronis, alius ab aliis in æquali, & pari numero, vt vnus iſtorum dicatur habere jus ad rem, requiritur major pars votorum.

6 *Quia non pro dato habetur*, &c.] Notatur ad hoc, quod iuſpatronatus donari non poteſt ab eo, ad quem illud non ſpectat, Rota apud Farin. *deciſ.102. n.2. p.1. recent.* nemo enim dat, quod non habet, vt per Surd. *conſ.194. n.17. & conſ.247. n.10. & conſ.265. n.6.* Cæſar. Argel. *de contradictore legitimo, q.8. n.28.* Anton. Monach. *Bonon. deciſ.19.n.4.* Franc.Molin. *de ritu nupt.lib.3.quæſt.10. num.10.* Cardin. Tuſch. *tom.2. litera D, concluſ.10.* Ceuall. *commun. contra commun. quæſt.390.*

SVMMARIVM.

1 *Patronus de per ſe vendens juſpatronatus in pœnam excommunicationis incurrit, & illo cum emptore priuari debet*, & n. 2.

3 *Spiritualium in reſtitutione ſi conſtet quem iniuſtè poſſidere, poterit judex ex officio eum ſpoliare.*

4 *Iudex in notoriis poteſt inauditam partem ſpoliare.*

Cap. Quia Clerici VI.

IUſpatronatus emens, vel alio modo acquirens, vt præſentet ſuos filios, vel nepotes, illo jure ſpoliari debet. Colligunt ex Ordin. Abb.antiq.Innoc.Collect. Zabar.Joan.Andr.Butr.Imol.Anan.Hoſt.Henric. Anchar. Panorm. Viv.*in ration.lib.3.juris Pontif.pag.370.* Alagona *in compend. juris Canon. pag.508.* remiſſiuè Ximen. *in concord.p.1. & 2.* refertur ab Ant. Auguſt. *collect.1.Decret.lib.3.tit.33.c.8.* & eſt poſt Concil.Lateran. *p.16.c.4.* 1

Hanc eandem concl.ex hoc text. deſumunt Spin. *in ſpeculo teſtam.gloſſ.4.princ.n.109.* Viu. *in praxi juriſpatron.p.1. lib.4.c.5. n.5.* Rot. apud Farin. *deciſ.303. n.4. & 5.p.2. recent.* faciunt quæ Soar. *de Relig.tom.1.tr.3. lib.4.de ſimonia, c.18.n.5.* & alia *ad cap. de jure 16. hoc tit.* Hodie ex nouo jure Concil.Trid. *ſeſſ.25 de reformat.c.9. verſ.hoc edictum*, excommunicari debent ſi perſonæ ſingulares vendiderint; ſi verò vniuerſitates ſint, interdicto ſubjici, ac proinde dicto jurepatronatus ipſo jure priuari, vt referunt Vgolin. *de offic. Epiſcopi, c.15. §.1. n.3.* & ego ipſe in ſimili *tract. part... alleg.71.n.35.* Campan. *in diuerſ. juris Canon. rubr.11. c.13.n.510.* Quæ quidem procedunt vbicunque vnus eſſet patronus, & is ob dictam venditionem ſpoliatus fuiſſet jurepatronatus; nam ſi plures fuiſſent patroni, non remanet beneficium liberum, ſed loco illorum ſpoliati aſſumeret Epiſcopus, qui illius partes fungens, præſentaret coram ſe ipſo, vt tenet Lambertin. *in tract. huius tit. lib.3. q.8. art. vlt.* Verùm Cantera *in ſuis quæſt.crimin.c.1.n.50.* Socin. jun. *conſ.51.n.6.vol.2.* Peregrin. *de jure fiſci, lib.5. tit.1. n.72.* Baiard. *ad Clar. lib. 5. q. 78. n.26.* Sanch. *in præcepta Decalogi, lib.2. c. 19. n.17.* ſimpliciter loquentes aiunt præſentandi jus eo caſu compatronis ipſis competere, ſi patronatus ſit ad hæredes tranſiturus; ſecus verò ſi virtute inſtitutionis ad aliquem deuolveretur, ſiquidem tunc viuente tantùm condemnato, ſi vacaret, Ordinarius conferret, vel nominatus ab inſtituente, vel ipſius hæredes. 2

Comparant, &c.] Notatur ad hoc, quod iuſpatronatus per Clericos comparari, ſeu aliter acquiri non poteſt, vt comparantium, ſeu acquirentium filii, vel nepotes in Eccleſiis patronatus præſententur, vt per gloſſ. *verbo comparant*, Innoc. *in princ.* Butr. & Abb. *n.3.* Anchar. *num.1.* & alii *in præſenti*, Lambertin. *in tract.huius tit. lib.1. part. 1. q.5. art.1. & 2.* Hippol. *ſing.195.* Syluest. *verbo iuſpatron. num.6.* Roland. *conſ. 47.n.61. lib.1.* Cùm enim in comparatione juriſpatronatus ad effectum vt acquirentes filios, vel nepo- 3

tes ſuos in Eccleſiis patronatis poſſit præſentare, vitium ambitionis notabiliter appareat, & prædictum vitium, maximè in perſonis Eccleſiaſticis reprobetur, juxta reg. text. *in Clem. 1. in princ. de renuntiat.* propterea text. hic tali ratione fundatus in præſenti deciſione quamcunque prædicti juris acquiſitionem etiam aliàs licitam ad prædictum effectum factam reprobauit: quod quidem apertè colligitur ex verbis huius text. ibi, *vt poſtmodum eorum filij*, &c. quæ verba apertè denotant illam acquiſitionem jurispatronatus *in hoc text.* reprobatam eſſe, quæ principaliter facta eſt ad prædictum effectum; aliàs enim non erat cur à Romano Pontif. referrentur, ac ſubinde ſiue licita, ſiue illicita, aliàs propter vitium ambitionis reprobata eſt, per text. *in præſenti.*

3 *Appellatione poſtpoſita ſpoliando.*] Notatur ad hoc, quod in reſtitutione ſpiritualium, ſi conſtet quem injuſtè poſſidere, poterit judex ex officio eum ſpoliare, vt per D. Barboſ. qui ita hunc text. intelligit *in l. ſi de vi, n. 138. cum ſeq. ff. de judic.*

4 Notatur etiam ad hoc, quod judex in notoriis partem inauditam poteſt ſpoliare, vt per Hippol. *ſingul.* 195. Rebuff. *in l. quod juſſit, not. 1. n. 62. ff. de re judic.* D. Barboſ. *in d. l. ſi de vi, n. 126. & 140.*

Spoliando.] Collige ex text. Clericos ementes, vel etiam juſto aliàs titulo acquirentes iuſpatronatus cum intentione, & ad effectum vt illorum filii, ſeu nepotes in Eccleſiis præſententur ab eodem, jurepatronatus eſſe ſpoliandos, vt per Abb. *hìc, n. 3.* Paul. de Cittadin. *in tract. de iurepatr. p. 1. q. 4. ante fin.* Lambertin. *in ſimili tract. lib. 1. p. 2. q. 5. art. 2.* vbi *n. 3.* poſt gloſſ. *hìc, verbo ſpoliando*, & Abb. *n. 4.* intelligit verbum, *ſpoliando*, in hac deciſione ſtare in ſua proprietate, eo quòd acquirentes iuſparonatus actum à iure interdictum feciſſe reputantur; & ita nulliter, vnde ſicut de facto processerunt, ita conueniens eſt, vt etiam de facto per Epiſcopum ſpoliari poſſint, quaſi velint non eſſe opus judicium intentare, provt etiam in actibus notoriè injuſtis judex extrajudicialiter procedere poteſt. Verùm prædictus intellectus nequaquam ſuſtineri poteſt, conuincitur enim manifeſtè, quia ſupponit omnes taliter acquirentes iuſpatronatus in hoc text. nulliter, & de facto aliàs proceſſiſſe, quod planè falſum eſt. Quare videtur dicendum verbum hoc, *ſpoliando*, importare priuationem mediante actu judiciali, itavt lata ſententia aliquando declaratoria, provt in emptore, aliquando condemnatoria, provt in aliter acquirente per titulum aliàs juſtum, iuſpatronatus cum effectu amittatur, aduertit eleganter Lambert. *d. q. 5. art. 21.* arg. text. *in cap. quod à te 3. de Clericis conjug.*

5 In gloſſ. *Filij*, ibi, *filios autem ſatis credo quod poſſit præſentare.* De hoc dixi *ad cap. conſuluit 15. infr. hoc tit.*

In gloſſ. *Spoliando*, vlt. ibi, *ſed cui applicabitur? poteſt dici quod Eccleſiæ*, &c. Notatur ad hoc, quod facta venditione jurispatronatus, Eccleſia patronata libera remanet, vt per Roch. *verbo ipſe, vel is, q. 25. n. 5.* Lambertin. *lib. 1. p. 2. q. 5. art. 1. n. 3.* Nec refragatur, quia donatio jurispatronatus ſimiliter ipſo jure nulla eſt, ſi ſine Epiſcopi conſenſu laico per patronum facta ſit, iuxta text. *in cap. illud, hoc tit.* ſicut & venditio, vt tenet *gloſſ. vltim. in cap. de jure, infr. hoc tit.* vbi addidi; & tamen conſtat Eccleſiam ſtatim liberam non remanere, ſed potius patronum adhuc poſſe cum ejuſdem Epiſcopi requiſito conſenſu iterum juſpatronatus donare; ſatisfit enim ſi dicas in prædicta donatione ſimoniam non dari, quemadmodum reperitur in venditione jurispatronatus, qua ſtante propter injuriam factam Eccleſiæ patronatæ iuſpatronatus amittitur, quo amiſſo Eccleſia conſequitur libertatem.

SUMMARIUM.

1 *Iuſpatronatus conſiſtens in aliqua vniuerſitate bonorum, etiam temporalium, tranſit bonis venditis, permutatis, vel aliter alienatis in acquiſitorem abſque Epiſcopi approbatione*, & n. 2.

3 *Iuſpatronatus conſiſtens in aliqua villa, vel caſtro dato in dotem cum ea villa, ſeu caſtro, tranſit in maritum.*

4 *Iuſpatronatus an tranſeat in conductorem caſtri, vel villa, vbi illud eſt, oſtenditur.*

5 *Hæreditate vendita, in qua conſiſtit iuſpatronatus, in emptorem illud tranſit.*

6 *Curator hæreditatis iacentis poteſt præſentare ad beneficium iuriſpatronatus dictæ hæreditatis.*

7 *Iuſpatronatus in vſufructuarium vniuerſitatis bonorum tranſit.*

8 *Sequeſtrata villa vel caſtro, in quibus conſiſtat iuſpatronatus, ſi durante ſequeſtro vacauerit beneficium, ſequeſter ad illud præſentari poteſt.*

9 *Publicato caſtro, ſeu villa ob delictum patroni delinquentis, cui conſiſtebat juſpatronatus annexum, illud acceſſoriè publicatur.*

10 *Iuſpatronatus perſonale, & de per ſe principale, & diſtinctum, non includitur in confiſcatione bonorum.*

11 *Præſentatio juriſpatronatus, ſi lite mota ſit facta, differri debet inſtitutio.*

12 *Fœmina poteſt habere iuſpatronatus.*

13 *Præſentatus ab eo, qui erat in quaſi poſſeſſione præſentandi, cum bona fide, amoueri non debet, etiamſi deinde conſtet patronum illum non eſſe verum patronum.*

Cap. Ex literis VII.

IUſpatronatus tranſit cum vniuerſitate, niſi ſpecialiter excipiatur, etiamſi vniuerſitas detur conductori ſolùm ad formam, id eſt, quoad vtile dominium, vnde ſi conductor præſentat ante motam litem ſuper iurepatronatus, præſentatio tenet, & poſt motam litem nihil innouandum. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Butr. Imol. Anan. Hoſt. Anchar. Henric. Panorm. Bero. Cened. *collect. 5.* Vit. *in ration. lib. 3. iuris Pontif. pag. 370.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 508.* remiſſiuè Caſal. *in ann.* & Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Ant. Aug. *collect. 3. Decret. lib. 3. tit. 33. c. 9.* & eſt poſt Concil. Later *p. 5. c. 4.* 1

Hanc eand. concl. ex hoc text. deſumunt Lambertin. *de iurepatr. lib. 1. p. 2 art. 1. in fine, & art. 2. in fin. q. 5. princ.* Couar. *var. lib. 2. c. 18. n. 8.* Caualcan. *deciſ. 31. à n. 16. p. 5.* Gregor. *l. 86. verbo tal villa, tit. 18. p. 3.* Menoch. *conſ. 90. n. 118. & 125.* Cened. *ad Decret. collect. 5.* Mantic. *deciſ. 140. n. 2.* Molin. *de inſtit. tract. 2. diſp. 620. n. 6.* Card. Tuſch. *lit. I, concl. 612. in fin.* Iulian. Viuian. *in praxi iuriſpatron. p. 1. lib. 4. c. 1. n. 2.* Nicol. Garc. *de benefic. part. 3. cap. 9. num. 11.* Azor. *inſtit. moral. p. 2. lib. 6. c. 20. q. 8.* Mar. Antonin. *var. reſol. lib. 1. reſol. 40. num. 5. reſol. 50. num. 13. & reſol. 103. num. 22.* Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. p. 5. collect. 1679.* Campanil. *in diuerſorio iuris Canon. rubr. 11. cap. 13. num. 343.* Lambertin. *in tract. huius tit. lib. 1. p. 2. q. 5. art. 11. cum ſeqq. & art. 5. & 6. q. 8. art. 1.* Menoch. *de arbitr. q. 54. à n. 49.* D. Barboſ. *in l. diuortio, §. ſi vir, n. 56. ff. ſolut. matrim.* Intellige ſiue res principalis, cui annexum eſt iuſpatronatus, ſit vniuerſitas bonorum, ſiue ſit res particularis, dummodo tamen ita inſeparabi- 2

liter

liter adhæreat, ut rem illam quaſi ſuum principale ſequi dicatur, qui quidem intellectus apertè colligitur ex hoc text. ibi, *villa, in qua Eccleſia ſita eſt*: quibus verbis apparet juſpatronatus, de quo hîc, annexum, & acceſſorium fuiſſe fundo, in quo Eccleſia fuerat ædificata; nam cùm in hoc text. partium intentio ſit villam transferre in totum per illam conceſſionem factam ad firmam, veluti tranſlato principali, dicit Pontifex juſpatronatus, veluti acceſſorium transferri, quod neceſſariò ſequi debebat naturam ſui principalis, cui inſeparabiliter adhærebat, ex reg. *acceſſorium, lib.6.* Unde convincitur ſententia communis Doctorum facientium diſtinctionem inter univerſitatem bonorum, in qua juſpatronatus exiſtit, & inter rem aliquam particularem, cui adhæret, itaut in priori caſu tranſlatâ prædictâ bonorum univerſitate, tranſeat juſpatronatus; minimè verò in poſteriori, prout in ſpecie tenent DD. communiter *in præſenti*, & Roch. *verb. ipſe, vel is, q.23. à n.41.* plures, quos refert, & ſequitur Lambert. *lib.1. p.2. q.5. art.11. n.5. & art.17.* Covar. dicens communem ſententiam *lib.1. var. c.13. n.3.* Intellige etiam ubi bona, & juſpatronatus habent quidem connexionem inter ſe; non tamen juſpatronatus cohæret bonis, ſed potiùs bona cohærent ipſi juripatronatus, ut dum quis inſtituit juſpatronatus hoc pacto, ut ipſe poſſideat bona, cum hoc tamen onere, ut conſulat neceſſitati, & egeſtati Eccleſiæ, cùm opus fuerit, quia tunc bona jurisſpatronatus vendi, & in alium transferri poſſunt, dum poſſidens illa bona poteſt aliquos fructus in ſui utilitatem convertere, ſeu dum ſuperſunt aliqui fructus præter illos, qui in utilitatem Eccleſiæ convertendi ſunt: ita Soar. *d. lib.4. cap.28. num.22.* Filliuc. *tract.45. cap.6. q.6. num.15.*

Illud tamen obſervari oportet, bona jurisſpatronatus cariùs vendi non poſſe, ob juſpatronatus ipſi annexum; quia ipſum jus eſt ſpirituale, ac proinde non eſt pretio æſtimabile, ſed ipſa bona ſunt pretio æſtimabilia, quæ exinde vendi poſſunt quantum ex ſe æſtimentur, non habita ratione jurisſpatronatus, alioquin ipſum jus vendi cenſeretur: ita Ugolin. *de ſimon. tab.1. cap.49. §.2. num.15.* Soar. *de Relig. tom.1. lib.4. de ſimon. cap.28. num.13.* Bonacin. *de ſimon. q.4. §.11. num.5.*

3 Unde ex deſumpta concluſione hujus text. jam primò infertur juſpatronatus conſiſtens in aliqua villa, vel caſtro dato in dotem, cum ea villa, ſeu caſtro tranſire in maritum, ut per Palat. *in repet. c. per veſtras, de donat. inter virum, §.43. à princ.* Baëz. *de decima tutorum, cap.23. num.19. & in tract. de non meliorandis filiabus, c.26. num.1.* Tiraquel. *poſt leges connub. gloſſ.9. num.7.* Molin. *de primog. lib.1. c.24. num.3.* Menoch. *conſ.66. num.27.* D. Barboſ. *in l. divortio, §. ſi vir, num.55. cum ſeqq. ff. ſoluto matrim.* Mantic. *deciſ.140. n.2. & 13.* Vivian. *d. lib.4. c.7. n.6.* quos refero ego ipſe *de officio, & poteſt. Epiſc. p.3. alleg.71. n.38.* latè Nicol. Garc. *d. c.9. n.147. cum multis ſeqq.* præcipuè ad illam quæſt. nempe villa in dotem data, in qua eſt juſpatronatus, quod cum ipſa tranſit, ad quem ſpectet jus præſentandi, maritóne, an verò uxori? Et multis per eum citatis addo Cardin. Mantic. *de tacitis, & ambig. convent. lib.12. tit.30. à n.20.* & Campanil. *d. c.12. num.362.* Hujus quidem illationis principale fundamentum eſt, quia negari non poteſt juſpatronatus annexum rei tranſire in illum, in quem ejuſdem rei dominium, vel ſaltem poſſeſſio transfertur, ut fatentur ſcribentes in hoc text. & DD. ſuprà citati; conſtat autem dominium rei dotalis, ſicut illius poſſeſſionem, per matrimonium in maritum tranſire, *l. doce ancillam, C. de rei vendicat.* & docent Lara *in l. ſi quis à liberis, §. ſi quis ex his, à num.259. ff. de liberis agnoſc.* Gom. *l.50. Tauri, num.33.* D. Barboſ. *in l. dotalem, ff. ſoluto matrim. à num.1. & 4.* Si ergo juſpatronatus, & illius dominium, ſeu poſſeſſio tranſit in maritum, neceſſariò dicendum eſt, quod virtute illius poterit maritus præſentare, ne aliàs dicamus, manente Eccleſia patronatâ, deficere præſentationem ad illam, ut in terminis concludit D. Barboſ. *in d. §. ſi vir, num.57.* Accedit quia dato matrimonio, fructus dotis ad maritum ſpectant, juxta reg. text. *in d. §. ſi vir,* à qua regula poteſtas præſentandi excepta non reperitur, cùm fructus jurisſpatronatus eſſe dicatur, gloſſ. ult. *in cap. cùm Bertoldus, de re judic.* Et hæc eſt communis, & verior ſententia, quidquid dicant Abb. *in cap. ultim. num.8. de conceſſ. prabend.* Jaſ. *in d. §. ſi vir, n.7.* Felin. *in cap. cùm olim, de major. & obed. & in cap. cauſam quæ, num.8. de præſcript.* Guillelm. *in cap. Raynutius, verbo cætera bona, num.37.* Unde jam apparet, quàm fruſtratoria ſit dubitatio, in qua torquentur DD. utrùm concurrente viro, & uxore ad præſentandum, quæ præſentatio ſit præferenda? De qua agit Abb. *in dict. num.8.* Lambert. *d. lib.2. part.2. quæſt.10. art.2. & 3.* Tiraquel. *poſt leges connub. gloſſ.9. num.6.* Siquidem ex prædictis ſoli marito jus præſentandi competere conſtat: unde non ſolùm præſentatio illius præferenda eſt, ſed & alia per uxorem facta, nequaquam admittenda.

Secundò infertur in conductorem caſtri, aut villæ, 4 ubi eſt juſpatronatus, illud tranſire, quod & clarè annuere videtur hic text. dum ait juſpatronatus tranſire in conductorem villæ datæ ad firmam; verùm in explicando an hoc ſolùm procedat in conductione ad longum tempus, an etiam in illa, quæ ad modicum fit, mirè variant Doctores. Nam Abb. *in præſenti, n.5.* ſub diſtinctione rem componit, dicens illationem procedere, ubi locatio facta ad longum tempus cernitur, ex adverſo verò adducta per Doctores contrarium tenentes, ſi ad modicum, ſequuntur Caballin. *milleloq.245. incip Ius præſentandi, num.3. part.1.* Spin. *in ſpeculo teſtam. gloſſ.4. num.119.* Cened. *ad Decret. collect.5. num.10.* Palat. *in repet. cap. per veſtras, §.43. col.3* Roch. *verbo ipſe, vel is, q.36. n.54.* Lambert. *lib.1. part.2. quæſt.8. art.2. in princ.* Molin. *de primog. lib.1. c.24. à num.2.* latè Menoch. *conſ.90.* fatetur D. Barboſ. *in l. divortio, §. ſi vir, n.58. ff. ſoluto matr.* Pro quibus facit efficaciter, quia locatio ad modicum tempus, nullum dominium, nullamve poſſeſſionem transferre ſolet. Docet Juriſconſ. *in l. non ſolet, ff. locati,* juncta *l. genere 3. ff. de acquir. poſſeſſ.* ſicut transfert locatio ad longum tempus, ut probat text. *in l.1. §. quod autem, ff. de ſuperficieb.* conſtat manifeſtè iſtum text. agere de locatione ad longum tempus; id enim importat conceſſio ad firmam, ut tradit Bart. *in l.1. n.8. C. de jure emphyt.* eo quòd inſpecta lingua Anglicana, talis conventio ſic appellata ſignificat annuum cenſum, & uti talis cenſetur facta ad decennium, & importat alienationem: quod quidem mihi videtur probare text. *in c.2. de loc.* dum *in fine* inquit ad firmam concedi poſſe decimas, de quibus *ibi* agebatur, itaut ad alienationem non videatur extendi, ſic planè innuit contractum illum ad firmam in ſe alienationem importare: deinde faciunt hujus text. verba, ibi, *vel antequam*, &c. quibus vult text. quod ſi præſentatus à milite præſentatur antequam eſſet ſuborta controverſia inter militem & Abbatiſſam, ille prævaleat in Eccleſia, etiamſi prædicta Abbatiſſa obtineat, quod quidem non poterat fieri caſu, quo per ſolam locationem: de qua hîc, reſultet ſola detentio, qualis reſultat ex locatione ad modicum tempus, ſed quia poſſeſſio in eundem militem tranſlata fuit, juxta text.

in

in c.conſultationibus, infr. hoc tit. & in cap.querelam, de elect. Ideò neceſſariò text. *hic* ſupponit prædictum militem non conduxiſſe villam ad modicum tempus, ſed ad longum, aliàs non eſſet poſſeſſor, ut text. ſupponit, ſed ſolùm detentator, ut probat text. *in l.malè agitur, C.de præſcript.*30. cujus præſentatio prævalere non poterat, juxta text. *in d.cap.conſultationibus.* Non defuère tamen, qui abſolutè tenuerint juſpatronatus annexum villæ, vel caſtro in his terminis tranſire ſolummodò, cùm datur in emphyteuſim, vel in feudum, cujus opinionis auctor eſt Paul. de Caſtro *conſ.*262. *incip.Venerabilis vir, vol.*1. ubi *num.*2. aſſerit text. *in præſenti* procedere, ubi tranſlatum eſt utile dominium, ſcilicet cùm datur in emphyteuſim, vel in feudum, explicans illud verbum, *ad firmam*, de emphyteuſi, & hæc Pauli de Caſtro opinio judicatur communis, teſte Roch. *in tract. hujus tit. verbo ipſe, vel is à quo, in* 26. *quæſt. propè n.*58.& Lambert. *in ſimili tract. art.*2. *q.*8. *princ. p.*1. *lib.*1. Joſeph.Ludov. *tom.*3. *commun. opin. ſub hoc tit. concl. unic. verſ. acquiritur etiam, pag.*534. *col.*2. Ego tamen nec uni, nec alteri aſſentior opinioni, ſed in eam fortaſſe ſententiam deflecti poſſe ſentio, ut contractus iſte ad firmam de quacunque locatione, & affictu conceſſo, quanvis brevi, intelligatur, cùm diſpoſitio hujus text. militet etiam ubi caſtrum, ſeu villa locata fuit ad modicum tempus, atque ideò illius conductor tanquam patronus beneficii exiſtentis in eodem caſtro, valeat præſentare, ſi illius vacatio contingat in tempore conductionis, per ea, quæ in hoc propoſitum tradit Campan. *d. cap.*13.*num.*358. & ante illum videtur ſentire gloſſ. *hic, verbo ad firmam*, ibi, *dicunt quidam, &c.* ſequitur Hoſt. *col.ult.* & apertiùs Zabar.*quæſt.*1. *in fin.* Pro quibus urget, quia per locationem ad modicum tempus tranſit commoditas ipſius rei locatæ in ipſum conductorem, itaut illi liceat uti frui re conducta, probat text.*in l.ex conducto* 16.*in princ. ff.locati*, tradit Bart. *in l.*1.§.1.*ff.illo tit.& in l.*1.*n.*3.*C.de jure emphyt.* unde dicendum videtur tranſire jus præſentandi, ſeu præſentationem, quæ eſt commoditas, vel quidam fructus juriſpatronatus, juxta doctrinam gloſſ.receptæ, *verbo Capitulo, ad fin. in c. cùm olim, de major. & obedient.* gloſſ.ult. *in cap. cùm Bertoldus, de re judic.* Facit etiam, quod quemadmodum juſpatronatus eſt ſpiritualibus annexum: ita etiam jus decimandi ſpiritualibus conjungitur, uſque adeò ut laici reſpectu illius dicantur habere incapacitatem, probat text. ubi omnes *in c. cauſam quæ, de præſcr.* & conſtat per locationem beneficii, etiam ad modicum tempus factam, jus decimandi tranſire, & poſſe conductorem decimas percipere, ut probat text. ubi Abb.*n.*3. *in d. c.*2. *de locato, & in cap.ult. ne Prælati vices ſuas*, Tiraq. *de retractu, tit.*1.§.1. *gloſſ.*7.*n.*51.Duen.*reg.*249.Rebuff. *de decimis, q.*10.*n.*34. unde ſimiliter non inconvenit, quod conductor, etiamſi laicus ſit, mediante locatione rei temporalis principalis, juſpatronatus eidem rei annexum retineat, & illius fructus, hoc eſt, præſentationes percipiat, ex quibus hæc ſententia defendi poteſt: prima tamen receptior eſt, & forſan melioribus nititur fundamentis.

5 Tertiò infertur, hæreditate vendita, in qua conſiſtit juſpatronatus, in emptorem illud tranſire, ut per Cov. *lib.*2.*var. c.*18.*n.*8. Roch. *in tract. hujus tit.verbo ipſe, vel is, quæſt.*22. *num.*40. Lambert. *in ſimili tract. p.*2. *lib.*1. *q.*5. *art.*15. Molin. *de primog. lib.*1. *c.*24. *n.*25. Gregor. & Humad. *l.*8. *tit.*15.*p.*1. Bernard.*reg.*401. Joan. Garc. *reg.*341. Emman.Coſta *in cap.ſi pater, de teſtam.lib.*6.*p.*2. *verbo Trebellianica, n.*7.Mozz. *de contract. tit.de empt. & vendit.* §. *de natur. empt. vendit. n.*41. *verſ.ſed quæro*, Joſeph.Lud.*comm. tit.de jurepatr. concl.un. verſ.declaratur ſecundò, cum ſeqq.* Aloyſ.Ricc. *d.collect.*1679.*verſ. infero*, Salazar. *de uſu, & conſuet. c.*12. *n.*7. Mar. Ant. Genuenſ. *in praxi Archiep. Neapol. c.*61. *n.*26. Sic etiam fundo vendito, in quo exiſtit juſpatronatus in capella intus illum ædificata, tranſlatum, & venditum quoque cenſetur ipſum juſpatronatus, ut per Bero. *hic, in ult.concl. & in c.*1. *n.*39.*ſup. hoc tit.* Roman. Bart. Lambert. & Joſeph. Ludov. quos refert, & ſequitur Campan. *d. cap.*13. *num.*355. Idem in Palatio vendito, maximè ſi aditus ad Capellam non pateat aliunde, quàm per illud, ut per Zabar. *hic, & in c.cùm ſecundùm, verſ.idem dico in palatio vendito, hoc tit.* Boër. *deciſ.*322. *in fine*, Bertaz. *in tract. de clauſul. inſtr. clauſ.*16. *gloſſ.*13. *ſub num.*3. Lambert. *in tract. hujus tit. lib.*1. *part.*2. *q.*5. *in princ. art.*18. Campan. *d. cap.*13.*num.*356. quicquid contrarium teneant Innocent. Joan. Andr. & Hoſtienſ. *in præſenti*, & Joſeph. Ludov. *concl.*42. *verſ.declaratur ſeptimò.*

Quartò infertur; curatorem hæreditatis jacentis poſſe præſentare ad beneficium juriſpatronatus dictæ hæreditatis, ut per Aloyſ. Ricc. *in deciſionibus Curiæ Archiep.Neapol. p.*1. *deciſ.*11. Campan. *d.c.*13.*n.*360. *in med.* Sic etiam tutor poteſt validè præſentare, Feder. de Senis *conſ.*212. *in* 1. *dub.* Lambert. *de jurepatr. lib.*2. *part.*2. *q.*2. *art.*10. & fuit dictum *in cauſa Forolivien. juriſpatr.*25.*Octobris* 1599. *&* 15. *Maii* 1600. coram bonæ mem. Cardin. Lancellotto, & ſufficit, quod communiter reputaretur tutor, etiamſi eſſet minùs legitimus, Socin. *conſ.*153. *num.*3. *lib.*2. Caputaq. *deciſ.*323. *in fin. p.*3. & fuit reſolutum *in dictis deciſionibus*, coram Cardin. Lancellotto, & *in Segovien. capellaniæ*, 13. *Ianuarii* 1623. coram bonæ memor. Ubaldo. 6

Quintò infertur juſpatronatus in fructuarium univerſitatis bonorum tranſire, ut per Roch. *d.verb.ipſe, vel is à quo, in q.*28. *à num.*62. Molin. *de primog. d. cap.*34. *num.*3. Spin. *d.gloſſ.*4. *n.*13. Menoch. *conſ.*66. *num.*26. Cened. *d.collect.*5. *num.*4. Aloyſ. Ricc. *d.p.*1. *deciſ.*25. Campan. *d. c.*23. *num.*362. Non tranſit in fideicommiſſarium, ſed remanet penes hæredem, Bart. *in l.quia proinde*, §.1. & *ibi* Nicol. de Neapol.& Alex. *ff. ad Trebell.* Covar. *var. lib.*2. *cap.*10. *ſub n.*8. *verſ. quibus & alia*, Roch. *de jurepatr. in verbo ipſe, n.*20. *& ſeqq.* Emman. à Coſta *in cap.ſi pater, verbo Trebellianicæ, n.*4.*de teſtam. lib.*6. communem fatetur Molin. *de primog. lib.*1. *cap.*24. *n.*4. *in fine*, licèt ipſe teneat contrariam ſententiam, & fuit dictum *in Vicen. beneficii*, 11. *Decembris* 1619. coram Reverend. P. D. Ubaldo ſen. 7

Sextò infertur villa, caſtro, vel bonis ſequeſtratis, 8 in quibus conſiſtit juſpatronatus, ſi durante ſequeſtro vacaverit beneficium, cujus electio, vel præſentatio ad ſequeſtratam villam, vel caſtrum pertinebat, ſequeſtrem ad illud beneficium vacans eligere, vel præſentare poſſe, ut per multos, quos ſuprà retuli *ad cap.*1. *num.*5. *de ſequeſtr. poſſeſſ. pag.*453. quibus adde Azor. *inſt. moral. p.*2. *lib.*6. *c.*25. *q.*17. Valer. Regin. *in praxi fori pœnit. lib.*30. *tract.*3. *num.*245. Campan. *d. cap.*13. *n.*360. quorum plures retuli *d. tract.de officio, & poteſt. Epiſcopi, part.*3. *alleg.*71. *num.*30. ea ratione, quia poſſeſſionem regulariter habet ſequeſter cum declaratione, quam adduxi *ad cap. examinata, n.*10. *ſup. de judic. & ad cap. cùm Bertholdus, de ſent. & re jud.* maximè quando cauſa, & finis ſequeſtrationis ſuadet dari partium intentionem, ut illa tranſeat, probat text. ſic intelligendus *in l. licèt* 17. *verſ. rei depoſitæ, ff. depoſiti*, text. opt. *in l. intereſſe* 39. *ff.de acquir. poſſeſſ. & in l. ſequeſter* 103. *ff. de verb. ſign.* tradit gloſſ. *verbo beneficium, in Clem.*1. *de ſequeſt. poſſeſſ.* neceſſa

neceſſariò dicendum eſt juſpatronatus annexum tranſire, ex ſupradictà ratione. Secus dicendum in depoſitario, in quem nec dominium, nec poſſeſſio transfertur, probat text. *in d.l.licèt*, tradit gloſſ. 2. *in fin. in cap.bona fides, de depoſito*, Gom. *l.*48.*Tauri*, *num.*8. *& tom.*2. *variar. cap.*7. *num.* 2. Coſta *in l. ſi ex cautione, fallent.*1. *num.*7.

9 Septimò infertur, publicato caſtro, ſeu villa ob delictum patroni delinquentis, cui conſiſtebat juſpatronatus annexum, indirectè, & acceſſoriè ipſum juſpatronatus publicari, de quo vide Doctores per
10 me relatos *d.alleg.* 71. *n.*45. Juſpatronatus verò perſonale, & de per ſe principale, & diſtinctum, non includi in confiſcatione bonorum, nec de per ſe judicem laicum ex defectu juriſdictionis poſſe illud confiſcare, ſed remanere penes delinquentem donec per judicem Eccleſiaſticum privetur tanquam indignus, reſolvunt plures Doctores, quos citavi *ad cap.vergentis* 10. *num.*21.*inf.de hæretic.pag.*108. quo caſu Eccleſiam libertatem acquirere tenet Rota apud Farinac. *deciſ.*53.*n.*5.*part.*2.*recent.*

Poſtmodùm Abbatiſſa, &c.] Collige ex text. in jurepatronatus pertinente ad Conventum poſſe Abbatem, vel Abbatiſſam ſolum abſque conſenſu Conventus præſentationem facere, ita in effectu gloſſ. *verb. præſentavit*, Abb. *num.*4. Zabarel. & alii *in præſenti.* Pro quibus facit, quia attento jure omnia illa fieri poſſunt per ſolum Abbatem, vel Abbatiſſam, quæ ſpectant ad cultum divinum, ſeu ad utilitatem Monaſterii, ita ut reſpectu illorum penes illum, ſeu illam tota Monaſterii poteſtas reſidere dicatur, probat text. *in cap.nullum, verſ. ut de cætero*, 18. *q.*2. facit text. *in cap.licèt, de Regular.& in cap. ſtatuimus*, 19.*q.*3. conſtat autem juſpatronatus ad cultum divinum pertinere, illo enim exiſtente per præſentationem datur miniſter in Eccleſia Dei, qui Sacramenta exhibeat, reliquaque faciat divina myſteria: ergo, &c. Contrariam tamen ſententiam tenuit apertè Abb. ſibi contrarius *in cap. ea noſcitur, num.*4. ubi Innocent. & DD. communiter, *de his quæ fiunt à Prælat.* Roch. *verb.competens, quæſt.*11.*num.*25. Lambert. *lib* 2. *part.*1. *q.*2. *art.*12. *n.*5. quæ ſententia verior eſt, & neceſſariò tenenda, pro qua apertè facit text. *in d.cap. ea noſcitur*, *& in cap. illud* 8. *ad fin.* ibi: *Sine præſentatione fratrum, inf.hoc tit.* Non obſtat text. *in præſenti*, quia reſp. in illis verbis continere facti narrationem, quæ quidem narratio diſpoſitionem non facit. Vel meliùs intelligitur ſi advertas text. in illis verbis ſupponere terminos habiles, de quibus ibidem non fuit dubitatum, imò præſumitur interveniſſe requiſitum conſenſum, eo quòd ex originali conſtat præſentationem factam per Abbatiſſam, de qua *hîc*, fuiſſe receptam ab Archiepiſcopo Cantuarien. cujus ſententiam non ex illo defectu, ſed ex fundamentis, de quibus ibi, Alexand.III. *in præſenti* reprobavit, unde neceſſariò text. intelligendus eſt, quod in præſentatione per Abbatiſſam facta conſenſus Monialium, prout de jure requirebatur, intervenit, juxta text. *in d.cap.ea noſcitur*, advertit in ſpecie Roch. *d.num.*25. Vel ſaltem quod eadem Abbatiſſa ſola potuit facere talem electionem mediante aliquo privilegio, vel conſuetudine, quæ illud potuiſſent operari, prout fatetur text. *in d.cap.ea noſcitur*, ibi, *niſi ex antiqua & approbata conſuetudine*, &c. reſolvit Felin. *in tract. quando literæ Apoſtolicæ, col. pen.* Pariſ. *num.*4. *in cap. cauſam quæ, de præſcr.* Nec etiam obſtat text. *in d.cap.nullam*, ſatisfit enim ſi dicas text. illum procedere ſecundùm regulas illas antiquas originarias, ſecundum quas Monachi nullum ſuffragium, nec vocem habent in Capitulo; non tamen procedit ſecundùm alias recentiores, juxta quas Prælati tenentur regere cum conſenſu, vel conſilio ſui Conventus, vel conſiliatorum, vel diſcretorum, aliorumve officialium, ſicut diverſimodè diverſis temporibus ſtatutum eſt, prout eleganter explicat Nav. *conſ.*76.*num.*4.*de Regul. in antiq.* aliàs *conſ.*20.*de privileg.in novis.*

Intellige conſenſum Conventus explicandum eſſe per majorem partem Capituli, ut in ſpecie docent Roch. & Lambertin. *citatis locis.* Nec refragatur text. *in cap.licèt, verſ.præterea, de elect.* ubi major pars non ſufficit; ſatisfit enim ſi dicas in eo text. particulariter à jure cautum eſſe, ut major pars non ſufficiat propter negotii gravitatem, quo pacto etiam procedunt text. *in cap.unic. verſ.ſi verò, de clerico ægrot.lib.*6. *cap.indemnitatibus*, §.1.*de elect.illo lib.auth.de defenſoribus civitatum*, §.*ult. collat.*3. Intellige etiam prædictam majorem partem debere eſſe ſaniorem, hoc eſt, digniorem, & excellentiorem in gradu, ſeſſione, ſede, vel aliis circumſtantiis, juxta reg.text. *in cap.*1. ibi, *à majori, & ſaniori parte*, & *c.*1.*de his, quæ fiunt à majori parte Capit. & in cap. quia propter* 42. ibi: *Major, & ſanior, de elect.* & ita in ſpecie probat text. *in d.c.ea noſcitur*, ibi: *Vel majoris, & ſanioris partis*, advertit Lambertin. *d.art.*12.*num.*2. nec oppoſitum probat text. *in cap.* 3. *ſupr.hoc tit.* ibi, *plurimorum*, &c. ſiquidem text. non agit de jurepatronatus pertinente collegialiter ad collegium, de quo nos agimus; ſed agit quando præſentatio ſpectat ad ſingulares perſonas, tradit Abb. *in cap. Eccleſia*, *num.*5.*de elect.* in qua ſpecie qualitas illa ſanior non eſt neceſſaria. In dubio autem major pars ſemper præſumitur ſanior, tradit gloſſ. *verbo rationabiliter*, *in cap.* 1. *de his quæ fiunt à majori parte Capit.* Abb. *num.*6.*in d.cap. Eccleſia*, Felin. *num.*29. *in cap. omnes*, *de conſtitut.*

Vel antequam, &c.] Ergo ſi lite mota ſit præſenta- 11
tio facta juriſpatronatus, deferri debet inſtitutio, ut per Menoch. *conſ.*90.*num.*131.

In Abbatiſſam.] Ergo fœmina poteſt habere juſpa- 12
tronatus, & jus præſentandi, ut per Roch. *in tract. hujus tit. verbo competens*, *quæſt.* 1. Lambert. *in ſimili tract. p.*1.*lib.*1. *quæſt.*7. *art.*2.*à num.*30. Jul. Vivian. *in praxi juriſpatron. part.*1.*lib.*1. *cap.*1.*n.*14. Mar. Anton. *var. reſolut. lib.*1. *reſol.*60.*à num.*1. Azor. *inſtit. moral. part.*2.*lib.*6.*cap.*21. Aloyſ. Ricc. *in collect.deciſ. part.*5. *collect.* 1682. ubi etiam cum Vivian. *deciſ.* 140. tenet concubinam, ſive meretricem eſſe capacem creandi patronatum, Nicol. Garc. *de benefic. part.* 5. *cap.* 9. *à num.*142. ubi *num.* 144. reſolvit contra Gutier. quod juſpatronatus relictum conſanguineis, ſeu qui ſunt de genere, parentela, ſeu familia, competit fœminis etiam nuptis, & deſcendentibus ex illis: & *num.*145. quod fœmina ſuccedit in jurepatronatus, etiam in modum majoratus inſtituto, niſi ſit excluſa, de quo etiam Avendan. *ad l.*40. *Tauri, gloſ.*2.*num.*67. Molin. *de juſtit.tract.*2. *diſp.*627.*num.*13.

De temporalibus debet reſpondere.] Notatur ad hoc, quod patronus poteſt obligare beneficiarium, ut ſaltem in genere ſibi reddat rationem circa adminiſtrationem redditum Eccleſiæ patronatæ, tradunt Innoc. *num.*1. ubi Abb.& alii *in cap. cùm & plantare*, *de privileg.* idem Abb. *in præſenti*, *num.*3. Lambertin. *lib.*.. *quæſt.*2. *art.*5. Roch. *verbo honorificum*, *quæſt.* 67. ubi videtur ſentire hanc exactionem competere non ratione oneris, ſed honoris, benè intelligentes hoc procedere in patrono Eccleſiaſtico, non verò in ſæculari. Sic ſanè patronus poteſt impedire ne redditus Eccleſiæ in alios uſus convertantur, quàm in illos, ad quos fuerunt deputati tempore fundationis, advertit Lambertin. *ubi ſupr. num.*3.

In gloſſ. *Vel antequam.* Notatur ad hoc, quod præ- 13
ſentatus ab eo, qui erat in quaſi poſſeſſione præſen-

tandi cum bona fide, amoveri non debet, etiamſi deinde conſtet patronum illum non eſſe verum patronum, vt per Menoch. *conſ.90. n.125.*

SUMMARIUM.

1 *Laicus ſi Clerico, vel religioſo loco concedit Eccleſiam ſine conſenſu Epiſcopi, non obſtante tali conceſſione, quæ non valet, ad ipſam Eccleſiam cùm vacauerit, poterit præſentare, & eam alteri Eccleſiæ de conſenſu Epiſcopi concedere.*

2 *Iuſpatronatus à laico in laicum ſine conſenſu Epiſcopi transferri, vel donari non poteſt.*

3 *Ordinarij conſenſum in donatione iurispatronatus præſumitur interueniſſe, ſtante effectuatione donationis, vel tranſactis quadraginta annis.*

4 *Iurispatronatus tranſlatio ab vno patrono alteri compatrono poteſt fieri ſine Epiſcopi conſenſu.*

5 *Iuſpatronatus quando ex antiqua inſtitutione delatum eſt filiis, & nepotibus etiam non hæredibus, non poteſt per patrem aſſignari vni ex filiis in alterius præjudicium, etiam cum conſenſu Epiſcopi.*

6 *Iuſpatronatus per laicum patronum religioſis locis ſine conſenſu Epiſcopi donari poteſt.*

7 *Vicarius generalis non poteſt ſine ſpeciali facultate auctoritatem præſtare donationi iurispatronatus.*

8 *Iuſpatronatus permutari, aut cedi non poteſt ſine conſenſu Epiſcopi.*

9 *Epiſcopus ſi intra tempus præſentandi conſcius iuris adhuc non deuoluti beneficium contulerit patronis adhuc non præſentantibus, an firma ſit collatio, oſtenditur.*

CAP. Illud VIII.

1 LAicus non poteſt concedere Eccleſiam non vacantem inconſulto Epiſcopo alicui loco Religioſo, vnde ſi poſt talem conceſſionem Eccleſia vacet, & laicus nominet Clericum, quem Epiſcopus inſtituit, ſecunda electio & inſtitutio eſt valida, & firma: nam prima fuit nulla, tum quia fuit de Eccleſia non vacante, tum quia laicus ſine conſenſu Epiſcopi non poteſt Eccleſiam alicui dare. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Butr. Imol. Anan. Hoſt. Henric. Anchar. Panorm. Beroi. Viu. *in rationali lib.3. juris Pontif. pag.371.* Alagona *in compend. juris Canon. pag.508.* remiſſiuè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.1. & 2.* refertur ab Anton. Auguſt. *collect. 1. Decret. lib.3. tit.33. cap.10.* & eſt poſt Concil. Lateran. *p.13. c.6.*

Inconſulto Epiſcopo, &c.] Notatur ad hoc, quod laicus patronus poteſt cum Epiſcopi auctoritate Eccleſiã religioſæ domui concedere, hoc idem probat text. *in c. quod autem 5. verſ. de cætero, & in c. nullus 17. & in c. ſuggeſtum 20. hoc tit. & in cap. conſultationibus, verſ. ſi religioſis, de donation. gloſſ. verbo de re non vacante.* Innoc. Abb. *n.3. in præſenti*, idem Abb. *in d. c. quod autem, & in c. paſtoralis, n.8. de donation.* reſoluunt Lambert. *in tract. huius tit. lib.1. p.2. q.1. art.9. à princ.* Corraſ. *de Sacerdot. p.1. c.7. n.3.* Rebuff. *in praxi, tit. de reprobata beneficij vacantis impetr. n.50.* Intellige procedere in patrono retinente reddiuis, & prouentus Eccleſiæ, qui & ſimpliciter fecit donationẽ Eccleſiæ; facta enim per illum huiuſmodi donatione, & deficiente Epiſcopi conſenſu, nec etiam iuſpatronatus in locum religioſum transferri dicendum eſt, interueniente verò omnia tranſire cenſentur, arg. text. *in d. c. paſtoralis*, idque manifeſtè colligitur ex hoc text. *in verſ. licet*, ibi, *liberam*, quod quidem verbum eſt intelligendum reſpectu proximi impedimenti, juxta doctrinam gloſſ. receptæ *in Clem. dudum, de ſepultur.* & ſic reſpectu Epiſcopi conſenſus, de quo agebatur, ac ſubinde cùm Pontifex *in d. verſ. licèt*, fateatur poſſe patronum laicum ſine Epiſcopi conſenſu iuſpatronatus expreſsè declaratum in locum religioſum transferre, neceſſariò fatendum eſt conceſſionem Eccleſiæ, de qua in principio, factã etiam ſimpliciter, deficiente eiuſdem Epiſcopi conſenſu vſque adeò non valere, vt etiam virtute illius ſic ſimpliciter factæ iuſpatronatus non tranſeat. Ad eundem modum intelligendus eſt text. *in d. c. quod autem, verſ. de cætero, & in d. cap. nullus*, prout aduertit Abb. *ibid. notab.2.* quicquid dicat *gloſſ. 1. ibi.* Quare autem requiratur huiuſmodi conſenſus Epiſcopi in donatione facta per laicum patronum detinentem ipſius Eccleſiæ fructus, & prouentus temporales, ſolet à DD. inquiri, & inter varias rationes, quas aſſignant, illa mihi vera videtur, quam tradit Lambertin. *lib.1. p.2. q.1. art.9. n.38.* nempe quia nec donans, nec donataria Eccleſia, ſeu locus religioſus aliquod ius habent in Eccleſia donata, in donante probat text. *in cap. nouerint 10. q.7. & in cap. cauſam quæ, de præſcript.* in donataria fatetur text. *in præſenti.* Vnde jus illud ad Epiſcopum dicitur ſpectare, juxta reg. text. *in cap. omnes, 16. q.57.* ac ſubinde requiritur conſenſus illius, qui tanquam dominus Eccleſiæ donatæ facit donationem valere, arg. text. *in d. c. paſtoralis*, & ita colligitur ex text. *in d. verſ. de cætero*, in ratione quam reddit, explicat Lambert. *vbi ſuprà.*

Laicus ſine auctoritate Epiſc. &c.] Notatur ad hoc quod juſpatronatus à laico in laicum ſine conſenſu Epiſcopi transferri, vel donari non poteſt, Campan. *in diuerſorio juris Canon. rubr.11. cap.13. à num.365.* Card. Mantic. *deciſ.85. n.5.* Seraphin. *deciſ.884. n.1.* Rota apud Farin. *deciſ.337. n.4. p.1. recent. & deciſ.257. n.1. ead. p.1.* quod donatio jurispatronatus, ſeu juris præſentandi facta laico abſque conſenſu Ordinarii nulla eſt, eadem Rot. *deciſ.576. p.2. recent.* Et in omnem euentum ſtante donationis effectuatione, præſumitur Ordinarii conſenſum interueniſſe, Lambertin. *p.2. prima, lib.19. princip. artic.8.* Than. *deciſ.20.* Franc. Marc. *deciſ.373. n.3. p.1.* Dec. *conſ.639. n.1. & ſeq.* quos refert Rot. apud Farin. *deciſ.707. n.5. p.1. recent.* Et quod conſenſus Epiſcopi, vel ratihabitio ex 40. annis præteritus præſumatur, Mantic. *d. deciſ.86. num. 10.* Limita ſuprapoſitam reſolutionem ſi tranſlatio fiat ab vno patrono alteri patrono ſocio, quia tunc neceſſarius non eſt Epiſcopi conſenſus, Peregr. *conſil. 87. n.6. volum.3.* Azor. *inſtit. moral. p.2. lib.6. c.20. q.6.* Campan. *d. c.13. n.369.* Ego ipſe *de offic. & poteſt Epiſc. p.3. alleg.72. n.28.* Capuraq. *deciſ.284. n.1. & deciſ.131. n.4. p.2.* Quando verò ex antiqua inſtitutione iuſpatronatus delatum eſt filiis, & nepotibus etiam non hæredibus, non poteſt per patrem aſſignari vni ex filiis in aliorum præiudicium, etiam cum conſenſu Epiſcopi, vt per Molin. *de primog. lib.1. c.23. n.30. & 31.* Couar. *lib.2. var. c.18. n.9. & 10.* quos refert, & ſequitur Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. c.178. n.18.* Vtrùm autem juſpatronatus Eccleſiæ competens poſſit in alium transferri abſque beneplacito Papæ, negatiuè cenſuit Rota apud Farin. *deciſ.146. n.6. p.1. recent.*

2 3 4 5

Licèt religioſo loco, &c.] Notatur ad hoc, quod iuſpatronatus per laicum patronum Religioſis locis ſine conſenſu Epiſcopi donari, & concedi poteſt. Viuian. *tom.1. commun. opinion. lib.1. titul.4. num.9. pag. 167.* Azor. *d. c. 20. quæſt.5.* Stephan. Gratian. *d. cap.177. num.3.* Soar. *de Relig. tom.1. tract. de ſimonia, lib.4. cap.28. num.15.* Roch. *de jurepatron. verbo pro eo quod, q.2.* 6

quæſt.2.à num.3.& quæſt.3.à num.6. Lambert. *eod. tract. lib.2.p.2. quæſt.6.art.4.num.5.& quæſt.1.num.3.*

7 *Epiſcopi.*] Ergo non ſufficit auctoritas Vicarii generalis, niſi doceatur de ſpeciali facultate, ut per Calder. *conſ.1. de officio Vicarii*, Ferret. *conſil.347. num.7. lib.2.* Than. *deciſ.20.* benè Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ.cap.303.n.10.& ſeqq.* Rot.apud Farin. *deciſ.337. num. 5.* ubi ampliat etiamſi abſens ſit Epiſcopus, ubi *num.7.* an donatio juriſpatronatus facta ſine conſenſu Epiſcopi poſt mortem donantis poſſit ab Epiſcopo confirmari: eadem Rot. *deciſ.257. num.1. ead.part.1.* ad hoc quod non ſufficit confirmatio Vicarii niſi doceatur de ſpeciali facultate illi ad hoc conceſſâ, & *deciſ.576. part.2.recent.* quod Vicarius non poteſt acquirere jus approbandi per conſuetudinem.

8 *Dare.*] Sive permutare, ut per Roch. *in tract.hujus tit. verbo Ipſe, vel is à quo, q.16.n.28.* Azor. *d.cap.20. q. 7.* Viv. *in praxi juriſpatr. part.1. lib.4. cap.3.* Nec etiam cedi abſque conſenſu Epiſcopi poteſt, Put. *deciſ.16. lib.2.* Dec. *conſil.541. num.2.* Rot. apud Farin. *deciſ.736. num.6. part.1.recent.*

9 *Eſt inſtitutio irritanda.*] Notatur ad hoc, quod ſi Epiſcopus intra tempus præſentandi conſcius juris adhuc non devoluti, beneficium contulerit, patronis adhuc non præſentantibus, firma eſt collatio, quamvis poſſit irritari ex patronorum diſſenſu, illis tamen præſentantibus, ſeu expreſſim contradicentibus, cùm videatur ſperni, ex tunc collatio à jure reputatur irrita, juxta *cap.decernimus, 26. quæſt.7.* quia ita accipienda eſt Doctorum opinio aſſerentium collationem ab Ordinario factam, ſpreto patrono infra tempus datum ad præſentandum eſſe ipſo jure nullam, ut per Greg. *l.5.gloſſ.2.tit.15.part.1.* Roch. *verbo Honorificum, n.2.* Lambertin. *1.part.2.libri, q.2.art.2.* Put. *p.3.deciſ.312.* Spin. *d. gloſſ.4. princ. num.69.* Flamin. *de reſign. benef. lib.2.q.4. num.15.& 19.* Kirchou. *tom.1. commun. opin. lib.1.tit.4. num.23.pag.170.* Gonzal. *ad reg.8. Cancel. gloſſ.56. num.78. cum ſeqq.* Nicol. Garc. *de benef. p.5. cap.9. num.231.* Si verò non reclamante patrono, & contradicente fuerit elapſus terminus, manet omninò firma collatio, ut per Rebuff. *in praxi, part.3. ſignaturæ, verbo Necnon juriſpatronatus, num.52, & de nominat. q.17. num.11.* Spin. *d.gloſſ.4. num. 99.* Flamin. *lib.8. q.10.num.10.* Zerol. *in praxi Epiſc. part.1.verbo Juſpatronatus, §.8.dub.8.* Cald. Pereira *de poteſt. elig. cap.10.n.24.* Nicol.Garc. *cap.9.n.32.*

SUMMARIUM.

1 *Inſtituti in Eccleſiis patronatis per novos patronos mutari non poſſunt, nec viciſſitudines Eccleſiarum per eos fieri.*

2 *Præſentatione à patrono ſemel facta, non poteſt illa poſt ejus mortem à ſequenti ſucceſſore revocari, niſi facta præſentatione moriatur poſſeſſor ante factam inſtitutionem eo tempore, quo ipſe variare poſſet.*

3 *Viciſſitudines idem importent in præſenti quod permutationes.*

4 *Hæredes poſſunt ſua auctoritate abſque ſuperioris conſenſu alternis vicibus Rectorem præſentare.*

Cap. Querimoniam IX.

1 PAtroni qui ſuccedunt, vel variantur, non poſſunt mutare ordinem Eccleſiarum. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Butr. Imol. Anan. Hoſt. Henric. Anch. Panorm. Viv. *in ration. lib.3. Juris Pontif. pag. 366.* Alagona *in compend. Juris Canon. pag.519.* remiſſivè Ximen. *in concord. p.1. & 2.* refertur ab Ant. Auguſt. *collect.1.Decretal.lib.3. tit.33. cap.1.* & eſt poſt Concil. Lateran. *part.15. cap.17.*

Abſurdum videtur omninò, &c.] Notatur ad hoc, 2
quod facta ſemel à patrono præſentatione, non poteſt illa poſt ejus mortem à ſequenti ſucceſſore revocari, niſi facta præſentatione moriatur poſſeſſor ante factam inſtitutionem eo tempore, quo ipſe variare poſſet, ut per Molin. *de primog.lib.1.cap.24.n.ult.* Maſſobr. *in praxi habendi concurſum, prælud.7. dub.21. n.145.*

Et viciſſitudines Eccleſiarum, &c.] Verbum, *viciſſi-* 3
tudines, in præſenti importat idem, quod permutationes, ut docet Azeved. *l.9.n.3.tit.6.lib.1.novæ recop.*
& ita non obſtat hic text. reſolutioni, quæ habet 4
poſſe hæredes ſua auctoritate abſque ſuperioris conſenſu alternis vicibus Rectorem præſentare, ut per Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloſſ.45. §.1. à num.57. cum multis ſeqq.* Azeved. *d.num.3.*

SUMMARIUM.

1 *Patronus Eccleſiam Clerico conferre non poteſt, & ſi contulerit, poteſt hoc non obſtante ad Eccleſiam præſentare Rectorem.*

2 *Præſentatio debet fieri Epiſcopo habenti inſtituere.*

3 *Patronus poteſt per literas nominare Clericum ad beneficium ſui juriſpatronatus, ſed cautiùs aget ſi per manus notarii conficiat inſtrumentum continens mandatum procuratorium, quo aliquis conſtituatur procurator ad præſentandum coram Epiſcopo, aut ejus Vicario.*

4 *Præſentatus an debeat perſonaliter ſe exhibere Epiſcopo.*

Cap. Cùm Laici X.

LAici non poſſunt propria auctoritate ordinare cle- 1
ricos in Eccleſiis juriſpatronatus: unde ſi concedunt Eccleſiam alicui ſine licentia Epiſcopi, deinde præſentant alium Epiſcopo, quem Epiſcopus inſtituit, valet ejus inſtitutio, quia prima conceſſio eſt nulla. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Butr. Imol. Anan. Hoſt. Henric. Anch. Panorm. Viv. *in ration. lib.3. Juris Pontif. pag.372.* Alagona *in compend. Juris Canon. pag.509.* remiſſivè Ximen. *in concord. part.1.* refertur ab Ant. Aug. *collect.1.Decretal. lib.3.tit.33.cap.12.* & eſt poſt Concil. Later. *p.15.c.3.*

Epiſcopi repræſentant.] Ergo Epiſcopo habenti in- 2
ſtituere debet fieri præſentatio, ut per Roch. *in tract. hujus tit. princ. num.7.* Concil. Trid. *ſeſſ. 14. de reform. cap.13.* cujus verba aſſerit Campan. *in diverſorio Juris Canon. rubr.11. cap.13. n.395.* non utique reſtringenda eſſe ad illum tantùm caſum, in quo præſentatio fuit facta coram ipſomet Epiſcopo, id eſt, ut patronus, & Clericus nominatus adeant conſpectum Epiſcopi, vel ſaltem, ut comparitio, ſeu inſtrumentum, & ſcriptura, qua explicatur intentio patroni, ſive illius procuratoris, exhibeatur, & producatur eidem Antiſtiti, alioquin ſit nulla præſentatio, juxta verba Concil. Trid. *loco cit.* ſed tantùm, ut debeat fieri Epiſcopo, ſcilicet in ejus Curia, aut illius Vicario, uno ex dictis modis, quos mox reſcribam. Hæc Campan. *d. n.395.* qui *n.396. & 397.* doctè circa hanc materiam ita loquitur. Modus autem in primis eſt, quem ponit Lap. *alleg.75.* & *ibi* Mandoſ. *n.6.* alios cumulans, & communem eſſe opinionem adjungens, ſcilicet ut patronus per literas nominet Clericum ad beneficium, neque alius deeſt modus præter recenſitum à Lapo,

quandoquidem ſi patronus adeat Præſulem, ejuſve Vicarium, & illi inſtituendum præſentet, & comparitionem, ſeu libellum offerat quo iſta palàm fiant, nempe aſſeratur vacare beneficium tale de menſe tali, per obitum talis illius ultimi, & immediati poſſeſſoris, & cùm dictum beneficium ſit de jurepatronatus ex dotatione, ſive fundatione, aut conſtructione ipſius comparentis, ne Eccleſia careat ſuo Rectore, & beneficiato, præſentat, & nominat talem inſtituendum, & confirmandum à Reverendiſſimo talis loci Ordinario, quem propterea petit admitti, & inſtitui in dicto beneficio, & ejus juribus, actionibus, & emolumentis, in ejuſque realem, & actualem poſſeſſionem immitti, utique valida eſt ſine ulla difficultate. Verùm quia contingere poſſet ut patronus longè abſit, & literas ſcribendo Epiſcopo datas, aut illius Vicario, illi ſit incognitus ſcribentis character, ideo ſecurior erit modus, cautiuſque aget, ſi manu Notarii conficiatur inſtrumentum continens mandatum procuratorium, quo aliquis conſtituatur procurator ad præſentandum coram Epiſcopo, aut ejus Vicario, idque ſatis apertè liquet ex Doctoribus mox adducendis. Sed dubium non exiguum vertitur, cùm patronus ignarus, & peritiores non conſulens, advocavit notarium (cujus ex culpa multoties contingit talis error) & coram illo ac teſtibus præſentet aliquem ad tale beneficium, cujus præſentationis conficiatur inſtrumentum à Notario iſtam continens aſſertionem, ſitne valida poſt lapſum tempus? & Lap. proponit hujuſmodi quæſtionem, qui multa pro utraque parte recenſet *in alleg.* 75. ubi concludit præmiſſa diſtinctione, & ait quod ſi tale inſtrumentum fuerit ſuperiori, vel apud ipſius Curiæ acta formiter productum infra quadrimeſtre conceſſum patronis laicis, ſit proculdubio valida, & omninò admittenda præſentatio; quod ſi poſtquam præteriit conceſſum tempus, nullius momenti exiſtimetur, quam eandem concluſionem amplexatur Mandoſ. inibi *in annot. poſtrema*, ubi alios complures adducit ſcriptores ad illam corroborandam, & ipſe non ſemel vidi ſervari, licèt ab adverſariis fuerit oppoſitum de illius nullitate, ac demùm reperi Ant. de Amatis *Marchiæ deciſ.* 4. *ſub n.* 21. Et quod præſentatio poſſit fieri coram Vicario, cenſuit Rot. coram Cavalerio inter ejus deciſiones impreſſas *deciſ.* 28. *num. ultim.*
4 Utrùm autem præſentatus Epiſcopo perſonaliter ſe exhibere debeat, vide per me dicta *de offic. & poteſt. Epiſc. p.* 3. *alleg.* 72. *n.* 110. *cum ſeqq.*

SUMMARIUM.

1 *Religioſi vendicare, vel retinere non poſſunt Eccleſias ſibi conceſſas à laicis ſine diœceſani conſenſu, niſi legitimè præſcripſerint, vel poſtea diœceſanus conſenſerit.*
2 *Donatio juriſpatronatus niſi ſit facta conſentiente Epiſcopo, non eſt valida.*
3 *Actus cùm non poteſt fieri ſine conſenſu talis perſonæ, tunc requiritur ille conſenſus per modum ſolemnitatis.*
4 *Iuſpatronatus poteſt adversùs primum, & verum patronum Eccleſiæ non liberæ præſcribi.*
5 *Iuſpatronatus inter patronos laicos præſcribitur ſpatio quadraginta annorum.*
6 *Conſenſus Epiſcopi in tranſlatione, ac donatione juriſpatronatus poteſt intervenire ex poſtfacto.*
7 *Conſenſus ubi requiritur in aliquo actu, ſufficit quod quandocunque præſtetur.*
8 *Titulus illegitimus, qui ex errore juris legitimus putabatur, conſtituit præſcribentem in mala fide.*

Cap. Cura XI.

Religioſus nullus poteſt acquirere, vel retinere Eccleſias conceſſas laicis ſine conſenſu diœceſani, niſi propter legitimam præſcriptionem, vel ſubſequentem conſenſum Epiſcopi, quia laici non poſſunt transferre niſi jus quod habent. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Anan. Butr. Hoſt. Henric. Anchar. Bero. Panorm. Vivian. *in ration. lib.* 3. *juris Pontif. pag.* 373. Alagona *in compendio juris Canon. pag.* 509. remiſſivè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 1. *Decret. lib.* 3. *tit.* 33. *cap.* 13. & eſt poſt Concil. Lateran. *p.* 15. *cap.* 9. 1

Quatenus ex donatione laicorum, &c.] Notatur ad hoc, quod donatio juriſpatronatus, niſi ſit facta conſentiente Epiſcopo, non eſt valida, ut per Tiraq. *in l. ſi unquam, verbo donatione largitus, n.* 353. nam cùm actus non poteſt fieri ſine conſenſu talis perſonæ, tunc requiritur conſenſus per modum ſolemnitatis, ut per Rebuff. *in compend. alienat. num.* 15. 2

Aliquas ſibi Eccleſias, &c.] Valde controverſum eſt quomodo text. iſte intelligatur in hoc verbo, *Eccleſias*: quidam enim exiſtimant text. agere de jurepatronatus, & ſic verbum *Eccleſias*, interpretandum refert gloſſ. *hîc, verbo legitima*, ſequitur Bero. *in præſenti, n.* 8. Cov. *in reg. poſſeſſor, part.* 2. §. 10. *num.* 8. Sed ex mente Abbat. *hîc, num.* 1. mihi videtur meliùs text. eſſe intelligendum de Eccleſiis in proprietatem conceſſis: pro quo intellectu facit, quia text. hic agit de donatione Eccleſiarum, patet ibi: *ex donatione laicorum*, junctis verbis ſeqq. ibi, *Eccleſias vindicare*, &c. & conſtat quod donatio Eccleſiarum facta loco Religioſo intelligitur de Eccleſiis in proprietatem conceſſis, probat apertè text. *in cap. conſultationibus* 4. *de donat.* Deinde facit quia Eccleſiæ, de quibus *hîc*, monaſteriis, & aliis Eccleſiis collegiatis concedebantur, ut patet ex ſuperſcriptione text. ſicut & in Clericis, de quibus *ibi*: & licèt Clericis prædictæ Eccleſiæ concedi poſſent in titulum, monaſteriis tamen, & Eccleſiis collegiatis non aliter quàm in proprietatem, juxta *ſuprà* reſoluta; unde cùm text. *in præſenti*, non ſe fundet in monaſteriorum, ſeu Conventuum incapacitate, ſed potiùs in defectu poteſtatis, qui in donatore inveniebatur, apertè demonſtrat quod Eccleſiæ, de quibus *hîc*, non in titulum, ſed in proprietatem donatariis concedebantur; aliàs enim ſi in titulum concederentur, propter illorum incapacitatem tales donationes reprobarentur quantumcunque Epiſcopi conſenſus interveniſſet, ſiquidem efficere non poteſt ut monaſterium ſeu Eccleſiæ collegiatæ, vel ſimiles aliæ communitates habeant Eccleſias in titulum, eo quòd à jure reprobatum eſt. 3

In text. ibi, *Niſi legitima præſcriptione*, &c. Collige ex text. Eccleſiam in proprietatem ſine Epiſcopi conſenſu donatam præſcribi poſſe, ita Abb. *notab.* 1. & alii *in præſenti*, idem Abb. *in cap. dudum, n.* 4. *de decim. & in cap. dilectis, num.* 3. *de offic. legati*, in effectu Felin. *in cap. ad aures, num.* 1. *de præſcript.*

Niſi legitima fuerit præſcriptione munitus.] Notatur ad hoc, quod juſpatronatus poteſt adversùs primum verum patronum Eccleſiæ non liberæ præſcribi, ut per Lambert. *in tract. hujus tit. part.* 2. *lib.* 1. *q.* 11. *art.* 1. Perez *l.* 1. *verſ. ulterius etiam, tit.* 6. *lib.* 1. *Ordin. pag.* 143. Cov. *in reg. poſſeſſor, p.* 2. §. 10. *n.* 1. *&* 8. Bonacoſ. & Turzan. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 1. *tit.* 4. *n.* 38. *&* 39. *pag.* 170. Azor. *inſtit. moral. p.* 2. *lib.* 6. *c.* 19. *q.* 11. *verſ. quoad ſecundum*, Rot. *deciſ.* 520. apud Farin. *in collect.* 1. *noviſſimar.* & ideò juſpatronatus inter patronos laicos præſcribi ſpatio 4

ſpatio 40. annorum, tenent Gemin. *conſ.* 123. Bald. *de praſcr. p.* 5. *q.* 5. Covar. *d. n.* 8. Lambert. quem refert, & ſequitur Rot. *deciſ.* 229. *&* 405. *p.* 1. *diverſ.* & iterum apud Farin. *dec.* 251. *n.* 3. *in recent.* Quare autem conceſſio jurispatronatus ſine diœceſani Epiſcopi conſenſu, ac proinde ipſo jure nulla præſtet hic titulum præſcribendi, vide Tiraq. *in l. ſi unquam, C. de revocandis donat. verbo revertatur, n.* 417. Balb. *de praſcript.* 1. *p.* 5. *princ. q.* 10. *n.* 8. *& in repet. l. Celſus, n.* 20. *verſ.* 4. *ff. de uſucap.*

6 *Habuerit poſtea conſenſum.*] Notatur ad hoc, quod conſenſus Epiſcopi in tranſlatione, vel donatione jurispatronatus poteſt intervenire ex poſtfacto, ut per Mandoſ. *ad reg. de impetr. benefic. vac. per obitum, q.* 31. *n.* 2. Flamin. *de reſign. lib.* 8. *q.* 10. *n.* 7. *&* 8. Menoch. *de præſumpt. lib.* 6. *præſumpt.* 34. *n.* 14. *cum ſeqq.* Mantic. *deciſ.* 84. *n.* 7. ſubdentem id adeò verum, etiamſi medio tempore alia interceſſiſſet ejuſdem patronatus donatio: & *n.* 8. tunc validam eſſe poſteriorem donationem reſolvit, ſi eidem, & non primæ impartitus fuerit aſſenſus à Præſule, cùm ante petitionem aſſenſus ſecundæ donationis, & illius conceſſionem haud fuerit petitum concedi anteriori, refert Campan. *in diverſorio juris Can. rub.* 11. *c.* 13. *n.* 371. ubi *n. ſeq.* curioſè quærit, an etiam poſt mortem donantis concedi valeat, & præjudicet hæredibus? Ubi enim conſenſus requiritur in aliquo actu, ſufficit quod quadocunque præſtetur, ac proinde ſive præcedat, ſive ſequatur; actus eſt validus, ut per Ant. Gomez *l.* 53. *Tauri, n.* 6. Tiraq. *de jure mariti, gloſſ.* 6. *n.* 1. *cum ſeqq.* Flamin. *d. lib.* 8. *q.* 8. *n.* 105. Cald. Pereira *de extinct. emphyt. c.* 11. *n.* 7. Sarnen. *in reg. de infirmis reſign. q.* 26. *n.* 3. Simili modo in reſervatione, ſeu creatione jurispatronatus Ordinarii aſſenſus, & auctoritas requiritur, Roch. *de jurepatr. verbo pro eo, in princ. & q.* 1. Calder. *conſ.* 20. *verſ. nam auctoritas, hoc tit.* Lambert. *lib.* 1. *p.* 1. *q.* 2. *art.* 3. Rot. *in Gerunden. beneficii,* 5. *Maii* 1610. coram Ortembergo, & tamen poteſt intervenire ante creationem, & poſtea quandocunque, Calder. *conſ.* 6. *de jurepatr.* Roch. *d. verbo pro eo, q.* 4. *n.* 9. Lambert. *d. lib.* 1. *p.* 2. *q.* 1. *art.* 16. *& q.* 11. *art.* 16. *n.* 5. Rot. *in Placentina juriſpatr.* 13. *Martii* 1609. coram R. P. D. meo Coccino, *& in Tuden. Parochialis,* 9. *Aprilis* 1612. *& in Brittonor. juriſpatronatus,* 7. *Maii* 1612. coram bonæ mem. Ubaldo, Beltramin. *in addit. ad deciſ.* 420. *Gregor. XV. n.* 7. & ſufficit etiam tacitus, qui colligitur ex inſtitutionibus ipſius factis ad præſentationes patronorum, Roch. *ubi ſupr. q.* 8. *n.* 20. Rot. *in Aquen. juriſpatronatus,* 7. *Novembris* 1601. coram Card. Lancel. impreſſa per Marcheſan. *de commiſſion. p.* 1. *pag.* 454. Beltram. *d. n.* 7.

8 In gloſſ. *Legitima,* ibi, *ſed eorum ſucceſſores præſcribere poſſunt.*] Notatur ad hoc, quod titulus illegitimus, qui ex errore juris legitimus reputabatur, conſtituit præſcribentem in mala fide, deſtruitque longiſſimi temporis præſcriptionem: vide Covar. *in reg. poſſeſſor, p.* 2. *§.* 9. *n.* 5. *verſ. ſeptimò,* Balb. *de præſcript.* 2. *p.* 3. *princ. q.* 12. *num.* 60. Rebuff. *de decimis, q.* 13. *n.* 93. Molin. *de primog. lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 68. Mench. *illuſtr. cap.* 73. *num.* 21.

SUMMARIUM.

1 *Patroni Eccleſiæ vacantis, ſi infra tempus à Jure conceſſum non præſentant, Epiſcopus ordinabit Eccleſias.*

2 *Ordinarius Eccleſiam conferre debet quando eſſet quæſtio inter patronos, & lis non ſit terminata intra ſex, vel quatuor menſes.*

3 *Patronus ſi intra terminum præfixum non ſe præſentaverit, poteſt Epiſcopus eo tranſacto, liberè de Rectore Eccleſiæ in Eccleſia providere.*

4 *Epiſcopus elapſo tempore poteſt facere rem gratam patrono, eumque ad præſentandum admittere, dummodò intra ſuum ſemeſtre hoc faciat.*

5 *Anni lapſus ad petendam renovationem non nocet, quando controverſia eſt inter duos, quorum uterque ſe dominum aſſerit, & ad ſe emphyteuſim pertinere contendit.*

6 *Vaſſallus ubi duo domini contendunt de Baronia, poteſt differre poſt annum petitionem inveſtituræ, dummodò intra annum offerat ſe velle illam recipere ab eo, qui eſt verus dominus, & proteſtetur quod per eum non ſtat.*

7 *Incorporalium quaſi poſſeſſio acquiritur per unicum actum.*

Cap. Si verò XII.

PAtroni diſſentientes de jurepatronatus, ſi intra quatuor menſes non præſentant, Epiſcopus inſtituere poteſt aliquem idoneum, ut poſt litem, qui vicerit, præſentet jam inſtitutum. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Anan. Butr. Hoſt. Henric. Anch. Panorm. Vivian. *in ration. lib.* 3. *juris Pontif. pag.* 374. Alagona *in compend. juris Canonici, pag.* 509. remiſſivè Ximen. *in concord. p.* 1. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 1. *Decret. lib.* 3. *tit.* 33. *cap.* 15. & eſt poſt Concil. Lateran. *part.* 14. *cap.* 12. 1

Unde quando eſſet quæſtio inter patronos, putà quia unus negat alium eſſe patronum, ex eo quod juſpatronatus amiſit, vel eo fuit privatus, ac proinde ad ſe tantùm pertinere, tunc ſi lis non ſit terminata intra ſex, vel quatuor menſes, Ordinarium Eccleſiam conferre debere, tenent Lambert. *in tract. hujus tit. lib.* 2. *p.* 2. *q.* 1. *art.* 9. Vivian. *in praxi juriſpatron. p.* 2. *lib.* 7. *c.* 3. *n.* 10. & hinc text. iſte ſolet allegari ad hoc, quod ſi intra terminum præfixum patronus non præſentaverit, poteſt Epiſcopus eo tranſacto, liberè de Rectore Eccleſiæ in Eccleſia providere, ut per Spin. *in ſpeculo teſtam. gloſſ.* 4. *princ. n.* 18. Poteſt tamen Epiſcopus elapſo tempore facere rem gratam patrono, eumque ad præſentandum admittere, Lambert. *d. q.* 1. *art.* 27. *num.* 3. Vivian. *d. lib.* 7. *cap.* 6. *num.* 8. ubi *n.* 9. declarat hoc non procedere, ſi Epiſcopus, vel alius ſuperior infra ſuum ſemeſtre non contulerit, cùm tunc devolvatur ad alium ſuperiorem, *cap.* 2. *de conceſſ. præbend.* 2 3 4

Argumento hujus text. tenet Cald. Pereira *de renovat. emphyt. q.* 7. *n.* 8. quod anni lapſus ad petendam renovationem non nocet quando controverſia eſt inter duos, quorum uterque ſe dominum aſſerit, & ad ſe emphyteuſim pertinere contendit; differtur enim tunc renovationis petitio quouſque aliquis dominorum contendentium obtinuerit. Pariter etiam argumento hujus text. reſolvunt Boër. *deciſ.* 106. *poſt princ.* & Rebuff. *ad leges Galliæ, tom.* 1. *tit. de liter. oblig. gloſſ.* 2. *n.* 8. quod ſi duo domini contendunt de Baronia, vaſſallus poteſt differre poſt annum petitionem inveſtituræ, dummodò intra annum offerat ſe velle illam recipere ab eo, qui eſt verus dominus, & proteſtetur, quod per eum non ſtat. 5 6

In gloſſ. *Repræſentetur,* ult. ibi, *per hoc ſit in quaſi poſſeſſione,* &c. Notatur ad hoc, quod quaſi poſſeſſio incorporalium, veluti juris eligendi, præſentandi 7

tandi, vel conferendi, acquiritur per unicum actum, ut per Covar. *pract. c.14. num.2. verſ. tertium, in princ. & in reg. poſſeſſor, p.2. in initio, n.6.* & plures alios, quos latè refero *ad cap. querelam 24. num.10. ſup. de elect.*

SUMMARIUM.

1 *Iuſpatronatus Eccleſiæ ſi deveniat ad exemptos, non per hoc in ullo debet lædi jus Epiſcopale.*
2 *Iuſpatronatus tranſit cum bonorum poſſeſſione, quibus inſeparabiliter inhæret.*
3 *Iuſpatronatus poteſt vendi, ſeu alienari ſub bonorum generalitate.*
4 *Iuſpatronatus poteſt tranſire in feudatarium, ſeu emphyteutam, ſi villa, aut caſtrum, cui ineſt, infeudetur, vel in emphyteuſim detur.*
5 *Iuſpatronatus prohibetur infeudari.*
6 *Alienatio, ſeu venditio rei univerſalis, habitâ mentione juriſpatronatus illi adhærentis, an & quando ſit invalida, oſtenditur.*
7 *Iuſpatronatus transfertur ad hæredes, ſive ſint ſui, ſive extranei, ſive ſuccedant ex teſtamento, ſive ab inteſtato.*

Cap. Cùm ſæculum XIII.

1 JUſpatronatus quando in exemptos, & Religioſos transfertur, non minuitur jus Epiſcopale in illa Eccleſia, v.g. Parochiali. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Butr. Anan. Hoſt. Henric. Anch. Panorm. Viv. *in ration. lib.3. juris Pontif. pag.374.* Alagona *in compend. juris Canon. pag.509.* remiſſivè Ximen. *in concord. p.1. & 2.* refertur ab Ant. Auguſt. *collect.1. Decret. lib.3. tit.33. c.16.* & eſt poſt Concil. Lateran. *p.55. c.13.*

Emptorum.] Collige ex text. juſpatronatus acquiri poſſe quando res venditur, cui idem jus inſeparabiliter adhæret: ita gloſſ. *in præſenti, verbo emptorum,* Innoc. & alii, Abb. *in d.c. jure, n.2. infr. hoc tit.* Lambert. *in tract. hujus tit. lib.1. p.2. q.7. art.1. cum ſeqq.* Sylveſt. *verbo juſpatronatus, n.7. verſ. quintum,* Coſt. *in c. ſi pater, p.2. verbo Trebellanica, n.4.* Intellige text. procedere, etiamſi in venditione rei temporalis juſpatronatus exprimatur, dũmodò in nulla expreſſione interveniat conjectura pravi animi in contrahentibus, ſi verò talis appareat, ſecundùm illam contractus ſimoniacus judicabitur: quando autem dicetur prædicta conjectura apparere, non ſibi conſtant DD. inter quos quidam exiſtimant abſque ulla diſtinctione dari prædictam conjecturã, eo ipſo ſolùm quod juſpatronatus in venditione exprimitur, cujus expreſſionem tantùm abſque alio adminiculo, quocũque modo facta ſit, exiſtimant ſimoniam efficere, prout Joan. Andr. *in c. un. hoc tit. lib.2.* ſequitur Felin. ſibi contrarius *in c. querelam, n.3. de ſimon.* multis confirmat Lambert. *lib.1. p.2. q.5. art.20. à n.18.* Sed meliùs ex mente Anan. *in d. c. querelam,* dicendum puto, ſupradictam expreſſionem de ſe conjecturam non facere ad inducendam ſimoniã; ſed altera erit conjectura, ſi pretium rei principalis, quæ venditur, fuerit exceſſivum; tunc enim illius reſiduo juſpatronatus, quod exprimitur, æſtimatum eſſe judicabitur. Si verò pretium, aut nihil, aut parum excedat valorem rei temporalis, abſque vitio ſimoniæ procedet venditio, non obſtante expreſſione quocunque modo facta, ſiquidem tunc temporis videtur inter partes actum eſſe, ſcilicet quod venditor noluerit ſibi retinere juſpatronatus, quod poterat excipere, & ſibi reſervare, juxta text. *in c. ex literis, ſup. hoc tit.* imò potiùs quod voluerit, ut tanquam acceſſorium cum re vendita transferatur, qua datâ conjecturâ intentionis interpretatio illa facienda eſt, ut actus ſuſtineatur, juxta reg. text. *l. quoties, ff. de rebus dub.* & ut peccatum non præſumatur, juxta reg. text. *in l. meritò, ff. pro ſocio, & in c.2. de reg. jur.* ſic aliàs facta venditione abſque ſupradicta expreſſione, ſi pretium fuerit exceſſivum, magis læſio, & injuſtitia circa ipſam venditionem commiſſa judicabitur, quàm ſimonia, eo quòd in illa judicanda & minus peccatum, & unius tantùm reperitur; in iſta verò gravius, & utriuſque cernitur: unde neceſſariò interpretabimur læſionem, & injuſtitiam, quàm ſimoniam dari in prædicta veditione.

Ne cum ratione feudorum, &c.] Notatur ad hoc, quod juſpatronatus tranſit cum bonorum poſſeſſione, quibus inſeparabiliter inhæret, ut per Spin. *in ſpeculo teſtam. gl.4. princ. n.111.* Soar. *de Relig. tom.1. tract.3. de ſimon. lib.4. c.28. n.12. cum ſeqq. & à n.18.* Surd. *de aliment. tit.9. q.22. n.27. & 28.* Ac proinde vendi, ſeu alienari poteſt ſub bonorum generalitate, Cald. Pereira *de renovat. emphyt. q.21. n.53.* Ceval. *commun. contr. com. tom.4. q.896. à n.559.* Soar. *d.c.28. n.12. & 17.* Et in feudatarium, vel emphyteutam tranſit, ſi villa, aut caſtrum, cui ineſt, infeudetur, vel in emphyteuſim detur, reſolvunt Azor. *inſt. mor. p.1. lib.6. c.20. q.12.* Campan. *in diverſorio juris Canon. rub.11. c.13. n.361.* licèt ſpeciatim infeudari juſpatronatus interdicatur, Ludov. Roman. *conſ.368.* Lambert. *in tract. hujus tit. art.29. n.35. q.2. p.2. lib.1.* ita quod ſi alienetur univerſitas, in qua adeſt juſpatronatus, & nominatim in illius diſtractione mentio fiat patronatus, ſit prorſus invalida venditio juriſpatronatus, ut advertit Roman. *d. conſ.368. poſt n.1.* Verùm Sanch. *in præcept. Decal. lib.2. c.19. ſub n.12.* diſtinctione utitur, quod ſcilicet vel ſit alienatio rei univerſalis, addita mentione juriſpatronatus, dicendo, *& juſpatronatus,* vel dicendo, *& cum jurepatronatus*: & in priori caſu non tranſire in emptorem, utique verò in poſteriori dicit.

In gloſſ. *Emptorum,* ibi, *transfertur etiam,* &c. Notatur ad hoc, quod juſpatronatus transfertur ad hæredes, ſive ſint ſui, ſive extranei, ſive ſuccedant ex teſtamento, ſive ab inteſtato, ut per Spin. *in ſpeculo teſtam. gloſſ.4. princ. n.46.* Marant. *in repet. l. is poteſt, n.33. ff. de acquir. hæred.* ubi etiam reſolvit, quod non poteſt filius renuntiare hæreditati paternæ, & retinere juſpatronatus Eccleſiæ, immò renuntiando hæreditati, perdit illud, quia tranſit cum univerſitate bonorum.

SUMMARIUM.

1 *Patroni ſine conſenſu non poteſt quis Eccleſiam occupare.*
2 *Donatio juris præſentandi facta à patrono valet.*
3 *Præſentatio à malæ fidei poſſeſſoribus eſt nulla.*
4 *Patronus poteſt alteri compatrono ſine Epiſcopi conſenſu juſpatronatus renuntiare.*
5 *Compatroni poſſunt inter ſe conventiones, permutationes, donationes, & ceſſiones abſque Epiſcopi conſenſu facere.*
6 *Compatronus non reputatur filius in vita parentis, qui eſt patronus.*

Cap. Ex inſinuatione XIV.

PAtroni ſine conſenſu nullus poteſt Eccleſiam occupare. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. 1

Collect.

Colleƈt. Zabar. Joan. Andr. Butr. Anan. Anchar. Hoſt. Henric. Panot. Viv. *in ration. lib. 3. juris Pontif. pag. 375.* Alagona *in compend. juris Canon. pag. 510.* remiſſivè Ximen. *in concord. p. 1.* refertur ab Ant. Auguſt. *collect. 1. Decret. lib. 3. tit. 33. cap. 17.* & eſt poſt Concil. Lateran. *p. 15. cap. 14.*

2 *Liberaliter contuliſſet.*] Ergo donatio juris præſentandi facta à patrono valet, de quo vide Kirchou. & Viv. *tom. 1. commun. opin. lib. 1. tit. 4. n. 8. & 9. pag. 267.* & alios citatos *ad cap. illud 8. ſupr. hoc tit.*

3 In text. ibi, *Earum detentatores.* Quales ſunt etiam præſentati à malæ fidei poſſeſſoribus, quorum præſentatio nulla eſt, prout in ſpecie tenuit *gloſſ. penult.* ubi Innoc. & omnes *in cap. conſultationibus, infr. hoc tit. & in cap. 2. de in integ. reſtit. & in cap. cùm Eccleſia*, ubi Abb. & R. p. *de cauſa poſſeſſ.* idem Abb. & communiter ſcribentes *in cap. cùm olim, illo tit. & conſ. 54. col. 2. vol. 1.* Anchar. *conſ. 20.* Roch. *de jurepatron. verbo competens, quæſt. 14. & 22.* Lambertin. *lib. 2. p. 2. q. 3. art. 1. & 20.* Duen. *reg. 82.* exiſtimantes cum primùm conſtiterit de mala fide præſentantis, præſentatum & inſtitutum repellendum eſſe, & admittendum de novo præſentatum à vero patrono. Pro quibus efficaciter facit, quia ſi talis præſentatio admittatur, jam poſſeſſor malæ fidei gaudet fructu præſentationis, & cum effectu illum percipit ſine illius reſtitutione, quæ fieri non poteſt, quod quidem eſt maximum inconveniens, eo quòd conſtat fructus aliquos ex re poſſeſſa habere non poſſe, ut notant omnes *in l. bona fidei, ff. de acquir. rerum domin. & in cap. gravis, de reſtit. ſpoliat.* Nec obſtat text. *in d. cap. conſultationibus*, quia licèt ſimpliciter requirat poſſeſſionem, intelligendus eſt bona fide interveniente, ſiquidem Jus Canonicum ab eodem Alex. III. ſtatutum in dubio non cenſetur malæ fidei poſſeſſoribus favere, imò illos maximè abhorret, ut patet ex *cap. vigilanti, & cap. ult. de præſcript.* Unde colliges præſentatum à poſſeſſore juriſpatronatus, quamvis nihil de ejus bona fide, ſed de ſola poſſeſſione doceat, ſi modò abundè de ejus mala fide non conſtet, Eccleſiam debere obtinere, prout in ſpecie reſolvunt Innoc. *in d. cap. conſultationibus*, Roch. *d. quæſt. 22. n. 24.*

4 In gloſſ. *Contuliſſet*, ibi, *verius videtur*, &c. Notatur ad hoc, quod patronus poteſt alteri compatrono ſine Epiſcopi conſenſu juſpatronatus renunciare, quia hoc non eſt propriè alienatio, ut per Jaſ. *in l. qui Romæ, §. duo fratres, num. 76.* ubi Rip. *n. 87. verſ. quartò facit, ff. de verb. oblig.* Lambert. *in tract. hujus tit. lib. 1. p. 2. prima quæſt. princ. art. 12.* Achil. *deciſ. 10. ſub hoc tit.* Flamin. *de confident. quæſt. 28. n. 184.* refert quos & ſequitur Rot. apud Farin. *deciſ. 707. num. 4. p. 2. recent.* Peregr. *conſ. 87. n. 6. vol. 3.* Mar. Anton. *var. reſolut. lib. 1. reſol. 87. num. 24. verſ. & licèt*, Azor. *inſtit. moral. p. 2. lib. 6. c. 20. quæſt. 6.* Caputaq. *deciſ. 282. p. 1. & deciſ. 131. verſ. pro eo, quod diœceſani, p. 2.* Cald. Pereira *de extinct. emphyt. cap. 8. num. 3. & de poteſtate elig. cap. 1. n. 24.* Campanil.

5 *in diverſorio juris Canon. rubr. 11. cap. 13. n. 368.* Quinimò, etiam poſſe compatronos inter ſe conventiones, permutationes, nedum donationes, & ceſſiones facere abſque tali conſenſu, ſcripſit Gail. *in repet. cap. fin. col. 37. de elect. in 6.* & eum ſequutus Peregr. *conſ. 87.*

6 *num. 6. vol. 3.* Filio verò compatroni ſi donetur, oporteret concurrere conſenſum, ut cenſuit Rot. apud Caputaq. *citatis deciſionibus*, & tenet praxis Epiſcop. *p. 1. verbo juſpatronatus, §. 2. verſ. ſecundum dubium*, quia filius in vita parentis, qui eſt patronus, non reputatur compatronus, Roch. *verbo competens, quæſt. 7. prope num. 19.* Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. tom. 4. cap. 577. num. 38. & cap. 521. num. 24.*

SUMMARIUM.

1 *Patronus non poteſt ſibi Eccleſiam retinere, vel etiam alteri concedere propria auctoritate.*

2 *Succeſſio hæreditaria in Eccleſiaſticis beneficiis non datur.*

3 *Patronus licèt non poſſit ſeipſum præſentare, poteſt tamen filium.*

4 *Patroni plures quando ſunt, videlicet Clerici, aut unus laicus, & alter Clericus, poſſunt ex ſe ipſis unum nominare, & præſentare.*

5 *Præſentare ſe ipſum ſimul cum compatronis nullus poteſt, ſed præſentationi à ſolis compatronis intra tempus debitum de ſeipſo factæ conſentire.*

Cap. Conſuluit XX.

Patroni non poſſunt vel ſibi retinere, vel aliis concedere Eccleſias ſine conſenſu Epiſcopi. Colligunt ex ordin. Abb. antiq. Innoc. Colleƈt. Zabar. Joan. Andr. Butr. Anan. Hoſt. Anchar. Henric. Panorm. Viv. *in ration. lib. 3. Iur. Pontif. pag. 375.* Alagona *in compend. Iuris Canon. pag. 510.* remiſſivè Ximen. *in concord. part. 1. & 2.* refertur ab Ant. Auguſt. *collect. 1. Decretal. lib. 3. tit. 33. cap. 18.* & eſt poſt Concil. Lateran. *p. 15. c. 15.* 1

Iure hæreditario tueri non poſſit.] Notatur ad hoc, quod ſucceſſio hæreditaria in Eccleſiaſticis beneficiis non datur, ut per Flamin. *de reſign. benefic. lib. 6. q. ult. num. 99. & de confident. q. 8. num. 9.* & alios citatos per me *ad cap. 1. num. 9. de præbend.* 2

In gloſſ. *Concedant*, ibi, *præſentare poteſt patronus filium.* Notatur ad hoc, quod licèt patronus non poſſit ſe ipſum præſentare, poteſt tamen filium, ut per Paul. de Citadin. *in tract. hujus tit. part. 6. num. 3.* Lambert. *eod. tract. lib. 2. part. 1. q. 8. art. 12.* Tiraq. *de jure primog. q. 33. num. 1.* Fichard. & Kirchou. *tom. 1. commun. opin. lib. 1. tit. 4. num. 5. & 6. pag. 167.* Spin. *in ſpeculo teſtam. gloſſ. 4. princ. n. 80.* Azor. *inſtit. moral. p. 2. lib. 6. cap. 21. q. 1. & 2.* Flamin. *de reſign. benef. lib. 9. q. 17. num. 122.* Aloyſ. Ricc. *in deciſ. Curiæ Archiep. Neapol. deciſ. 36. à n. 1.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 30. tract. 3. num. 222. verſ. notandum*, Viv. *in praxi juriſpatr. part. 2. lib. 6. cap. 8. n. 11. & 12.* quorum plures refero ego ipſe *de offic. & poteſt. Epiſc. part. 3. alleg. 72. n. 93.* Pro quibus facit, quia patronus tantummodò prohibetur præſentari ad Eccleſiam vacantem, in qua ipſe habet juſpatronatus, & tamen conſtat illius filium non eſſe patronum, nec in eadem Eccleſia juſpatronatus habere, unde ſuccedit reg. text. *in l. 4. §. toties, ff. ſol. matrim.* Facit inſuper quia rationes propter quas prohibetur patrono ſe ipſum præſentare, ceſſant in filio ejus, ſiquidem alia perſona eſt diverſa, quia data apparet ratio diſcriminis inter dantem & accipientem, quod requirit text. *in cap. ult. de inſtitut.* deinde ceſſat vitium ambitionis, text. *in cap. per noſtras 26. infrà hoc tit.* eo quòd licèt in patre dante exiſtere poſſit, nihilominus tamen in filio ex ipſius acceptatione non præſumitur, prout in aliis præſentatis non judicatur. Facit denique, quia filius patroni non debet eſſe deterioris conditionis, quàm reliqui omnes extranei, qui per patronum parentem præſentari poſſunt, aliàs enim favor, quem Jus Canonicum in remunerationem beneficii patronis facere intendit, in illorum odium retorqueretur, contra reg. text. *in l. quod favore, ff. de legat. & reg. quod ob gratiam, lib. 6.* Non obſtat text. *in præſenti*, quia reſpondetur tantummodò prohibere patronum filio ſuo Eccleſiam patronatam conferre, ſicut

ſicut ſimiliter unicuique extraneo conferre non poteſt, ut addidi *ad cap. preterea 4. ſupr. hoc tit.* non verò prohiberi in eadem Eccleſia patronata filium patroni per patrem præſentari prælato, qui eidem inſtitutionem exhibere tenetur, idque manifeſtè colligitur ex verbis hujus text. ibi, *propria auctoritate detineatur*, & ibi, *concedant*, quæ quidem verba bene in collatione, minimè verò in præſentatione verificantur.

4 In ead. gloſſ. ibi, *Sed ſi plures*, &c. Notatur ad hoc, quod quando plures patroni ſunt, videlicet Clerici, aut unus laicus, & alter Clericus, poſſunt ex ſe ipſis unum nominare, & præſentare, ut docent Azor. *d. cap. 21. quæſt. 3.* Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſ. reſol. 179. num. 3. in 2. edit.* Ugolin. *de offic. Epiſc. c. 51. §. 2. num. 1.* Mar. Anton. *var. reſol. 51. num. 5.* Ego ipſe *d. alleg. 72. num. 91.* Roch. *in tract. hujus tit. verbo honorificum, quæſt. 4. princ. num. 20.* Lambert. *lib. 2. p. 1. q. 8. art. 5.* Viv. *d. cap. 8. n. 7.* ubi *num. 8.* cum Abb. *conſ. 25. vol. 2.* dicit nullo modo poſſe Clericum ſimul cum compatronis ſe ipſum præſentare, ſeu præſentationi à ſolis compatronis intra tempus debitum de ſe ipſo factæ conſentire.

SVMMARIVM.

1 *Iuſpatronatus per ſe vendi non poteſt*, & n. 2.

3 *Iuſpatronatus annexum oppido an in venditione talis oppidi facta cum expreſſione illius eidem annexi tranſeat in venditorem, remiſſivè.*

4 *Iuriſpatronatus controverſia judicis Eccleſiaſtici cognitionem requirit.*

5 *Pretium datum pro emendo jurepatronatus, nec emptor, nec venditor habere debet, ſed Eccleſia tribuitur, cui ob ſimoniam illata fuit injuria.*

Cap. De jure XVI.

1 IUſpatronatus per ſe vendi non poteſt, cùm ſit ſpirituali annexum, & ſi vendatur], contractus non tenet. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Butr. Imol. Anan. Hoſt. Anchar. Henric. Panorm. Viv. *in ration. lib. 3. juris Pontif. pag. 375.* Alagona *in compend. Iuris Canon. pag. 510.* remiſſivè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Ant. Auguſt. *collect. 1. Decret. lib. 3. tit. 33. cap. 20.* & eſt poſt Concil. Lateran. *p. 15. cap. 17.*

2 Hanc eandem concl. ex hoc text. deſumunt Roch. *in tract. hujus tit. verbo utile, quæſt. 3. à num. 8.* Lambert. *eod. tract. lib. 1. p. 2. quæſt. 1. art. 12. num. 17.* Redoan. *de ſimon. p. 3. cap. 13. num. 22.* Rebuff. *in comment. ad l. conjunctionem 29. verſ. item ſi vendatur, ff. de verbor. ſignif. pag. 169. in princ.* Azor. *inſtit. moral. p. 2. lib. 6. c. 10. q. 8.* Soar. *de Relig. tom. 1. tract. de ſimonia, lib. 4. cap. 28. n. 27. cum ſeqq.* Viv. *in praxi juriſpatron. lib. 4. cap. 5. num. 5.* Bonacin. *de ſimon. quæſt. 4. §. 11. n. 3.* & alios per me *de offic. & poteſt. Epiſcop. p. 2. alleg. 71.* Et hodie per Concil. Trid. *ſeſſ. 25. de reform. cap. 9.* contra patronos vendentes juſpatronatus, ita ſtatuitur: *Nec dictum juſpatronatus venditione, aut alio quocunque titulo in alios contra Canonicas ſanctiones transferre præſumant: ſi ſecus fecerint, excommunicationis, & interdicti pœnis ſubjiciantur, & dicto jurepatronatus ipſo jure privati exiſtant*, quem refert Campan. *in diverſorio Iuris Canon. rub. 11. cap. 13. n. 510.* ubi *n. 511.* id intelligit ubicumque unus eſſet patronus, vide tamen dicta *ad cap. quia clerici 6. ſup. hoc tit.* Ratio autem quare juſpatronatus nullo modo pretio vendi poſſit, ea eſt, quia cùm illud ſpiritualibus annexum ſit, pretii æſtimationem non recipit, prout in effectu reſolvunt D. Thom. *2. 2. q. 100. art. 4. & in 4. ſent. diſt. 25. quæſt. 15.* Sylv. *verb. ſimonia, q. 12.* Nav. *in Man. cap. 23. n. 180.* Lambert. *d. n. 17.* Sot. *de juſtit. lib. 9. q. 7. art. 1.* Non obſtat *cap. ex literis, ſub hoc tit.* juncta *reg. cùm quid prohibetur, lib. 6.* quia hæc reg. procedit, quando illud, quod prohibetur, idem, licèt alio modo, factum eſt, quod non contingit in ſpecie *cap. ex literis*, in quo licèt res temporalis principalis vendatur, jus tamen patronatus nequaquam venditur, neque ſuper illo fit aliqua conventio, ſed ſolùm fit ſuper re merè temporali, licèt illa tranſlata tranſeat juſpatronatus, propter inſeparabilem conjunctionem ipſius rei, quæ venditur.

Utrùm autem in venditione oppidi facta cum expreſſione juriſpatronatus eidem annexi, tranſeat ipſum juſpatronatus cum univerſitate vendita? Vide Joan. Andr. & Calderin. *in cap. unic. hoc tit. lib. 6.* diſtinguentes inter expreſſionem factam declarativè, ut tunc tranſeat juſpatronatus, & expreſſionem factam conjunctivè, & tunc non tranſeat, Covar. *lib. 2. var. c. 18. n. 8. verſ. his verò rationibus*, Roch. *in tract. hujus tit. verbo ipſe, vel is, q. 25. n. 46.* Lambert. *in ſimili tract. lib. 1. p. 2. q. 5. art. 10.* Viv. *d. cap. 5. n. 6.* Rot. *deciſ. 399. num. 4. & 5.* apud Farin. *part. 2. recent.* ubi amplecti videtur ſupradictam Joan. Andr. & Calderini diſtinctionem. Illud advertere oportet cum Rebuff. *loco prox. cit.* quod quando venditur oppidum, & juſpatronatus, conjunctivè ſcilicet, licèt non valeat venditio quoad juſpatronatus, valebit tamen quoad oppidum, cum utrumque æquè principaliter vendatur, & uno deficiente alterum non diſtinguitur. 3

Quod eſt ſpirituali annexum.] Ergo juriſpatronatus controverſia judicis Eccleſiaſtici cognitionem requirit, ut per Andr. Dalner. *in tract. de jurepatr. cap. 147.* Bernard. Grævæ. *ad pract. Cam. Imper. lib. 1. concl. 38. conſid. 1. num. 1.* Lambert. *in tract. hujus tit. lib. 2. part. 2. art. 7. quæſt. 3. princ. num. 4. & 5.* novè Sigiſm. Scacc. *de ſent. & re judic. gloſſ. 7. quæſt. 2. limit. 5. num. 34. & 45.* Quid in determinatione juriſpatronatus Regii, & ad Coronam Regiam pertinentis, vide Cardoſ. *in praxi judic. verb. Cauſa, à num. 8.* Cabed. *de patron. Regiæ Cor. cap. 5. num. 3. & cap. 49. à num. 1. & part. 2. Luſit. deciſionum, deciſ. 120. num. 3. & Areſto 91.* Cald. Pereira *qq. forenſ. conſ. 5. num. 6. & ſeqq.* Cur. Philip. *p. 1. §. 5. num. 4.* Ceval. *commun. contra commun. q. 897. num. 560.* Azeved. *l. 2. num. 4. tit. 1. lib. 4. novæ recop.* 4

In gloſſ. *Irritum*, ibi, *ſed quis habebit*, &c. Notatur ad hoc, quod pretium datum pro emendo jurepatronatus, nec emptor, nec venditor habere debet, ſed Eccleſiæ tribuitur, cui ob ſimoniam illata fuit injuria, ut per Zabar. & Panorm. *in præſenti*, Lambert. *lib. 1. part. 2. q. 5. art. 6.* Viv. *d. lib. 4. cap. 5. n. 9.* 5

In ead. gloſſ. ibi, *Ipſo jure.* Apertè vult gloſſ. venditionem juriſpatronatus ipſo jure non valere, ſequuntur Roch. *verb. ipſe, vel is, q. 25. n. 51.* Lambert. *lib. 1. p. 2. q. 7. art. 1. n. 4.* Non obſtant verba hujus text. ibi, *irritum decernimus*, quæ verba hominis miniſterium ſignificare videntur, requirentia ſcilicet contractum eſſe potiùs annullandum, quàm ſit nullus ipſo jure, quia reſpondetur miniſterium hominis hic non requiri, ut contractus de novo annulletur, ſed ut nullus, nulliterque geſtus, de facto proceſſiſſe declaretur, quod quidem eſt obſervandum in reliquis contractibus, qui nullitatem ipſo jure incurſam in ſe continent, prout in ſpecie declarant Butr. *in l. eleganter, num. 7. ff. de dolo, & in l. ſi id quod, ff. de verb. oblig.* Padil. *in l. 2. n. 4. C. de reſcind. vend.*

SVMMA

SVMMARIVM.

1 *Patronus non poteſt ſine Epiſcopi, vel Papæ conſenſu etiam loco religioſo conferre Eccleſiæ decimas, vel aliud ſpirituale.*

2 *Ordinarius vbi recuſat, vel differt inſtituere, adiri poteſt ſuperior proximus.*

3 *Declaratur text. in præſenti.*

4 *Iudex requiſitus ſi nolit exequi decretum judicis requirentis, nec ejus precibus conſentire, eius ſuperior eſt omninò interpellandus.*

5 *Epiſcopus ſi ſuum conſenſum præſtare noluerit, poteſt ad eum præſtandum compelli auctoritate ſuperioris.*

6 *Diœceſanus ſi nolit conſentire reſeruationi juriſpatronatus, poteſt compelli per ſuperiorem, imò ſuperior poterit conſentire, ſi diœceſanus renuat ſine cauſa.*

7 *Maritus qui bona immobilia de jure Luſitaniæ, & Caſtellæ alienare non poteſt ſine vxoris conſenſu, ſi ipſa vxor conſentire renuat, quid faciendum, oſtenditur.*

Cap. Nullus XVII.

1 PAtronus non poteſt dare Canonicis, vel Monaſteriis decimas, vel Eccleſias, vel aliud pertinens ad jus ſpirituale ſine conſenſu Epiſcopi, & ſi quis Epiſcopus conſentit cauſa auaritiæ, vel improbitatis, denuntiari debet Papæ, & quod offerendum eſt, tunc ejus licentia offeratur. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Anan. Hoſt Henric. Anchar. Butr. Panorm. Viu. *in ration. lib.3. juris Pontif. pag.376.* Alagona *in compend. juris Canon. pag.510.* remiſſiuè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.1. & 2.* refertur ab Ant. Auguſt. *collect.3. Decret. lib.3. tit.33.*
2 *c.22.* & eſt poſt Concil. Lateran. *p.15. c.18.*

Romano Pontifici nuntietur.] Notatur ad hoc, quod vbi Præſul recuſat, vel differt inſtituere, adiri poteſt ſuperior proximus, vt per Roch. *in tract. huius tit. verbo pro eo quod de diœceſani conſenſu, q.5. n.12.* Lambert. *lib.1. p.1. q.2. art.17. & p.2. q.1. art.20. à princip.* Palat. *in repet. rubr. de donat. inter virum, & vxor. §.22. à n.4.* Franc. Marc. *deciſ.491. n.4. p.1.* Mandoſ. *conſ.7. ſub n.13.* Campanil. *in diuerſorio juris Canonici, rubr.11. cap.13. n.475.*

3 Aduertere tamen oportet, quod ideo Epiſcopi Adonen. de quo *in præſenti*, negligentia Papæ nuntiatur, quia non recognoſcebat alium ſuperiorem, niſi Papam, ac proinde cùm fuerit exemptus, eius negligentiam Metropolitanus ſupplere non poterat, vt per Lambert. *in tract. huius tit. lib.1. p.20. n.9.* Steph. Quarant. *in ſumma Bullarij, verbo Archiepiſc. auctoritas, verſ. decima nona, n.21. in fine.* Et propterea ab Epiſcopo exempto ad Papam fit deuolutio, Campanil. *d. cap.13. n.484.* Sed dubium facit quod etiamſi Decretalis hæc miſſa eſſet illi Epiſcopo Adonen. qui non recognoſcebat Superiorem, nihilominus tamen cum Gregor. IX. in hoc volumine hanc deciſionem poſuiſſet non reſpectu Epiſcopi particularis, ſed reſpectu omnium Epiſcoporum, veluti legem vniuerſalem conſtituere cenſetur, & ideo forſan melius tentari poteſt text. *in præſenti* procedere caſu, quo ſolùm agitur de ſupplendo conſenſu Epiſcopi ſine cauſa legitima illum recuſantis in conceſſionibus, de quibus agit, per laicos faciendis, quæ prædictum conſenſum attento jure per modum auctoritatis requirunt, itavt per illum forma inducatur, ita in ſpecie intendit Palat. *in d. rubr. §.22. n.3.* Pro quo intellectu facit quod conſenſus, qui ſupplendus eſt, dupliciter conſiderari poteſt, vel enim requiritur per modum auctoritatis ad ſolemnizandum actum, itavt formam illius conſtituat, vel rurſus ſolùm ad majorem deliberationem, ſeu ad colligendam voluntatem ipſius Epiſcopi: meminit huius diuiſionis Dec. *in cap. auaritiæ, n.13. de præbend.* Inter vtrumque modum illud eſt diſcrimen, quod in priori caſu non Archiepiſcopus, ſed ſolùm Romanus Pontifex requiſitum conſenſum ſupplere poteſt. Probatur ratione, etenim cùm talis conſenſus ſic conſideratus ad actus validitatem requiſitus cenſeatur, & vt talis præciſè in ſpecifica forma debeat exhiberi, ex text. *in l. obligari, §. tutor, ff. de auctorit. tutor. & in cap. pen. juncta gloſſ. verbo mandantibus, de re judic. lib.6.* rectè fit vt talis conſenſus, quantumcunque ſine cauſa ab Epiſcopo denegatus, per Archiepiſcopum minimè ſuppleri poſſit, ſed recurrendum eſt ad Summum Pont. qui omnes juris defectus ſupplere poteſt, ex reg. text. *in c. propoſuit, de conceſſ. præbendæ,* in hoc priori caſu loquitur, & procedit *hic text.* non tamen ſic dicendum in poſteriori, in quo per Archiepiſcopum aliquando conſenſus ſuppletur, provt in multis caſibus, quos refert Lambert. *d. art.20. n.6.* aliquando item conſenſus habetur pro obtento, provt reſoluit Coſt. *in l. cùm tale, §. ſi arbitratu, ampliat. vlt. n.6.* Qui quidem intellectus manifeſtè colligitur ex verbis huius text. *in fine*, ibi: *Et quod offerendum eſt, tunc eius licentia offeratur.* quæ verba apertè denotant text. agere ſolummodo reſpectu habendi licentiam; quæ ab Epiſcopo iniuſtè denegata à Romano Pontif. eſt obtinenda, non verò agit reſpectu compulſionis, de qua *in præſenti* nulla fit mentio, & ideo regulanda eſt ſecundùm alias deciſiones, quæ dicunt negligentias, vel culpas Epiſcoporum per ſuos immediatè ſuperiores regulariter poſſe coërceri, reſoluunt DD. communiter per text. ibi, *in c. paſtoralis,* vbi Felin. *n.6. de offic. ordin.*

Dicit Couarru. *pract. c.10. num.7. in med.* hunc text. 4
optimum ad hoc, quod ſi judex requiſitus nolit exequi decretum judicis requirentis, nec eius precibus conſentire, ejus ſuperior eſt omninò interpellandus; ab eoque petendum, quod cogat judicem requiſitum exequi ea decreta, quæ illi iudex requirens deſtinauerit.

Notatur ad hoc, quod ſi Epiſcopus ſuum conſen- 5
ſum præſtare noluerit, poteſt ad eum præſtandum compelli auctoritate Superioris Antiſtitis, videlicet Archiepiſcopi, vel Primatis, vt per Azor. *inſtit. moral. part.2. lib.9. c.3. quæſt.10.* vbi cum Panorm. reſoluit, quod quando requiritur conſenſus vnius in fauorem, & gratiam alterius, ſi renuerit conſentire abſque legitima cauſa, poteſt adiri ſuperior, vt cogat eum ad conſentiendum, de quo etiam nouiſſimè Ioan. Anton. Maſſobr. *in ſua praxi habendi concurſum, prælud.7. dub.7. ſecundùm Roman. impreſſ.* vbi cum Lambert. *lib.7.*
part.3. quæſt.1. art.16. reſoluit diœceſanum, vbi nolit 6
conſentire reſeruationi juriſpatronatus, poſſe compelli per ſuperiorem, imò poſſe ipſummet Superiorem conſentire, ſi diœceſanus renuat ſine cauſa, & *dub.8.* pariter reſoluit diœceſanum poſſe compelli ad conſentiendum fundationi, in qua apponitur conditio contra jus commune, qui quidem reducendi ſunt ad terminos ſupradictæ diſtinctionis. Hinc etiamſi maritus, qui bona immobilia ſine vxoris conſenſu alienare non poteſt, etiam de iure Regnorum Luſitaniæ, & Caſtellæ, ea bona alienare intendat, & vxor alienationi contradicat, poterit ipſe maritus iudicem adire, qui cauſam contradictionis diligenter examinet, quam ſi injuſtam judicauerit, ſuo arbitrio

contrahendi poteſtatem concedere poterit, vt per Menoch. *de arbitr. caſu* 211. *n.*6. *cum ſeqq.* Azeued. *l.* 4. *à n.*1. *tit.*3. *lib.*5. *noua recopilat.* Gonzal. *ad reg.*8. *Cancell. gloſſ.*47. *num.*37. Cald. Pereira. *de extinct. emphyt. c.*12. *num.*11. Tiraquel. *de iure mariti, gloſſ.* 8. *num.*127. *cum ſeqq.*

7 In gloſſ. *Conferat*, ibi, *ſi tamen contulerit, & ſubſequatur poſtea conſenſus Epiſcopi, bene valet talis donatio.* Notatur ad hoc, quod conſenſus Ordinarii in tranſlatione, ſeu reſeruatione jurispatronatus poteſt interuenire ex poſtfacto, vt per Lambert. *de jurepatronat.* 2. *p. lib.*1. *q.*11. *art.*16. *n.*5. Roch. *eod. tract. in verbo pro eo, n*9. Campan. *in diuerſ. juris Canon. rubr.* 11. *c.*13. *n.*361. & plures à me citatos *de officio, & poteſtate Epiſcopi, part.*3. *alleg.* 70. *num.*21. *&* *alleg.*71. *num.*18. & fuit dictum *in Tuden. Parochialis*, 9. *Aprilis* 1612. *& in Segouien. Capellania*, 13. *Januar.* 1623. coram bonæ mem. Vbaldo.

SUMMARIUM.

1 *Epiſcopus ſi in Eccleſia alterius diœceſis eſt patronus, præſentatus ab eo debet admitti, ſi eſt idoneus.*

2 *Jurispatronatus conceſſio facta Epiſcopo ſub nomine appellatiuo, non ipſius perſonæ, ſed Eccleſiæ contemplatione facta cenſetur.*

3 *Declaratur text.* in l. quod principi 56. ff. de leg. 2.

4 *Patronus idoneam & dignam perſonam debet ſub peccato mortali nominare & præſentare.*

5 *Ordinarius tenetur idoneiorem admittere, vbi à patronis duo fuerint validè nominati.*

6 *Idoneior & propterea præferendus, qui altero cum quo concurrit, fuerit ſenior, ſeu originarius, alter verò externus, ſeu Doctor, aut Sacerdos, vel habuerit majorem dignitatem, aut diſpenſatione non indigeat.*

7 *Idoneus an quis ſit arbitrio Epiſcopi relinquitur.*

8 *Idoneitas tempore præſentationis requiritur, non alio ſubſequenti.*

9 *Laicus vti incapax non poteſt ad beneficia præſentari, niſi breui interiecto tempore Clericali Ordine inſigniretur.*

10 *Epiſcopus acquirens juſpatronatus poteſt, & debet in Eccleſia vacante præſentare.*

CAP. Significaſti XVIII.

1 EPiſcopus ſi habet jus præſentandi in aliena Eccleſia, & præſentat idoneum, eſt admittendus. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Butr. Joan. Andr. Imol. Anan. Hoſt. Anchar. Henric. Panorm. Viv. *in ration. lib.*2. *juris Pontif. pag.*376. Alagona *in compend. juris Canon. pag.*510. remiſſiuè Ximen. *in concord. p.*2. refertur ab Ant. Auguſt. *collect.*1. *Decret. lib.*3. *tit.*33. *c.*22. & eſt poſt Concil. Lateran. *p.*15. *c.*19.

2 *Pro Eccleſiis ſibi commiſſis.*] Collige ex text. conceſſionem jurispatronatus factam Epiſcopo, non ipſius perſonæ, ſed Eccleſiæ contemplatione factam cenſeri, ita Innoc. *n.*2. Abb. & alii *in præſenti*, idem Abb. *n.*2. *&* 4. & alii, præſertim Couar. *n.*1. per text. *ibi, in c. requiſiſti, de teſtament.* Lambert. *lib.*1. *p.*2. *q.*1. *art.*13. *n.*3. *&* 4. Menoch. *de arbitr. q.*68. *à n.*21. Intellige vt procedat quando donatio jurispatronatus facta eſt Epiſcopo ſub nomine appellatiuo, etenim cùm non data aliqua conjectura, per quam inducatur conceſſio perſonalis, quæ fit Epiſcopo, non eidem perſonæ, ſed Eccleſiæ ſuæ facta cenſeatur, & donatio jurispatronatus facta ſub nomine appellatiuo, niſi aliud appareat, realis ſit, vt probat *d. c. requiſiſti*, rectè fit vt talis donatio facta Epiſcopo ſub nomine appellatiuo, non perſonæ, ſed Eccleſiæ ſuæ facta eſſe dicatur, vt text. habet: pro quo intellectu expendi poteſt verbum illud, *Epiſcopi*, de quo *in text.* quod quidem non proprium eſt, ſed appellatiuum ex ſua natura aptum ad comprehendendum quoſcunque in illa dignitate poſitos, tam præſentes, quàm futuros, gloſſ. magna, & Abb. *notab.*3. *in c. quoniam Abbas, de officio deleg.* niſi ex materia ſubiecta aliud deprehendatur, provt *in text.* ſic intelligendo *in c. aduersùs, de immunit. Eccleſ.* propter excommunicationem, de qua agit, vel ex intentione concedentis, per text. pariter ſic intelligendum *in l. ſi quid earum* 45. *§. vlt. in fine, ff. de legat.*3. Faciunt ſecundò pro eodem intellectu alia verba huius text. ibi, *poſt promotionem ſuam*, quæ quidem verba non erant neceſſaria, ſi perſonalis eſſet conceſſio, de qua *in hoc text.* eo quòd ante promotionem fieri poterat. Tertiò expendi poſſunt alia verba, ibi, *pro Eccleſiis ſibi commiſſis*, quæ quidem denotant conceſſionem
jurispatronatus, de qua *ibi*, fuiſſe realem. Non obſtat 3
text. *in l. quod Principi* 56. *de legat.*2. quem expendunt Couar. *vbi ſupr. à n.*4. *& pract. c.*11. *verſ. poſtremò*, Xuar. *alleg.* 50. *num.*3. quia reſpondetur quod licèt verum ſit textum illum jus ſingulare conſtituere, & ſpecialiter procedere in Principe, vt ſignificant ejus verba, ex conſtitutione D. Antonini, nihilominus tamen jus illud ſingulare, quod conſtituit, in eo verificatur, quod legatum indiſtinctè cenſeatur relictum contemplatione dignitatis, ſiue appellativo, ſiue proprio nomine relinquatur, & reſpectu iſtius nominis proprii fuit inducta prædicta conſtitutio, provt colligitur ex mente communi *ibid.* & ſi replicatur de verbo, *illi Principi*, in text. poſito, quod quidem dignitatis nomen importat, ſatisfit ſi dicas Juriſconſult. *ibid.* non referre verba illa, quibus teſtator legans vſus eſt, ſed vim, & effectum legati, quod licèt proprio nomine Principis relinquatur, ex ſingulari D. Antonini conſtitutione cenſetur relictum contemplatione dignitatis ad effectum vt ſucceſſori debeatur.

Perſonæ idoneæ.] Idoneam ergo, & dignam perſonam 4
debet patronus ſub peccato mortali nominare & præſentare, vt per Azor. *inſtit. moral. p.*2. *lib.*6. *c.*21. *q.*4. vbi *q.*5. reſoluit quod patronus digniorem debet nominare ex duobus, qui ex loco, Eccleſia, vel familia, aut gente occurrũt, de quo vide Joan. Valer. *de differentiis inter vtrumque forum, verbo electio, different.*2. Sic
eodem modo, vbi à patronis duo fuerint validè nomi- 5
nati, idoneiorem ſuperior admittere tenetur, cùm in hoc caſu nulla ei detur facultas eligendi, Abb. *in c. cùm autem, n.*2. *infr. hoc tit.* Roch. *in tract. huius tit. verbo ho-*
*norificum, poſt n.*40. Idoneior & propterea præferendus 6
eſt, qui altero, cum quo concurrit, fuerit ſenior, Barbat. *conſil.*23. *poſt n.*13. *vol.*1. Roland. *conſil.*38. *n.*70. *lib.*1. Mari. Antonin. *var. reſol. lib.*1. *reſol.*104. *n.*2. Lambert. *in tract. huius tit. p.*2. *lib.*2. *quæſt. princip. art.*26. *n.*4. Item ſi originarius, alter verò exterus, Dec. *conſil.*142. *n.*13. Maſtril. *Siciliæ deciſ.*2. *n.*147. Roch. *verbo honorificum, à n.*45. Couar. *pract. c.*35. *verſ. ſecundò annotandum eſt, ſub n.*5. Lambert. *lib.*2. *p.*3. *q.*7. *princ. part.*4. *n.*5. *& art.*5. Put. *deciſ.*254. *p.*1. Fuſc. *de viſitat. lib.*2. *c.*5. *n.*13. *&* 14. *& c.*21. *n.*25. Rot. *deciſ.*299. *p.*1. *diuerſ.* Mari. Antonin. *loc. cit.* Mandoſ. *conſil.*55. *n.*4. *cum ſeqq.* Item ſi Doctoratus laurea decoratus, cùm propterea magis idoneus ſaltem credendus ſit, Roland. à Valle *conſil.*47. *n.*76. *vol.*1. Chaſſan. *in catalogo, part.*10. *conſid.*33. Maſtril. *d. deciſ.*2. *num.*15. Doctoratus enim qualitas magna eſt, & ideo Doctor in beneficio præfertur non Doctori,

Rot.

Rot. apud Farin. *deciſ.36.n.2. p.2. recent.* Præterea ſi Sacerdos, alter verò aliquo inferiori Ordine inſignitus, Roland.*d.conſ.47. n.75.* Dec. *conſ.542.n.13.* Item ſi priùs aſſequutus fuit ſuos Ordines, & gradus, Joan. de Platea *in l.2.n.1. C.de primic.lib.12.* Natt.*conſ.638. n.18.* Item ſi habebat majorem nobilitatem, Lambert. *in tract. hujus tit. lib.2. p.3. q.2. art.9.* Item ſi diſpenſatione non indiguit, alter verò ſic, ut per Seraphin. *deciſ.767.n.2. p.1.* quas omnes qualitates ponderavit Rot. *in Tuden. Parochialis*, 18.*Aprilis* 1603. coram Illuſtr.Card.Sacrato, ubi firmavit concluſionem, in beneficiis curatis ex idoneis magis idoneum eſſe eligendum, per ſacrum Conc.Trid.*ſeſſ.24.de reform.c.18.* & Conſtit. Pii V. 15. Kalend.Aprilis Pontificatus ſui anno 2. prout anteà fuerat reſolutum *in cauſa Dertu-*
7 *ſen. Parochialis*, 18.*Decembris* 1581. coram Gipſio. An quis ſit idoneus, arbitrio Epiſcopi relinquitur, quatenus ille rectè judicaverit, Abb. *in cap. cùm autem, n.6.hoc tit.* Alex. *conſ.33.n.3. lib.1.* Mareſcot.*var.reſol. p.1. c.52. n.24. & 25.* D. Joan. Anton. Maſſobr. *in ſua praxi habendi concurſum ad Parochiales Eccleſias, requiſito 5. dub.2.n.30.* & ſatis denotat d.conſt. Pii V. quæ aliàs facta admitteret appellationem ab electione Epiſcopi; multùm autem præſumitur pro judicio Ordinarii, itaut irrationabilitas debeat eſſe manifeſta, ut fuit dictum *in cauſa Ravennaten. Parochialis*, coram Illuſtriſſimo Arigonio, & *in Pampilonen. Parochialis*, 12.*Decembris* 1597. coram Litta: ex familiaritate tamen multùm tollitur de præſumptione, quæ aliàs eſſet pro Epiſcopo, juxta notata *in cap. ſunt nonnulli, 1. quæſt.1.* & fuit conſideratum *in d. Ravennat. & in d. Tuden.*

8 Idoneitas tempore præſentationis requiritur, non alio ſubſequenti, ut per Rot.*deciſ.69. p.1. diverſ.* Mar.
9 Anton. *var. reſol. lib.1. reſol.9. n.1.* dum aiunt capacitatem Clerici, & requiſitam in eo qualitatem tempore præſentationis extare debere: unde evenit ut laicus uti incapax non poſſit ad beneficia præſentari, quia præſentatio hujuſmodi operatur jus ad rem quod in beneficialibus competere laicis non videtur poſſe: ita Joan. Selva *de benefic.lib.2.q.23.n.24.* Lambert. *in tract. hujus tit. lib.2. p.1.q.7. art.2. n.15. verſ. dicere, & art.7.n.7. & art.29. col. fin. verſ. adverte ad aliud*, ubi quod ſicut laicus non eſt capax collationis, ita nec præſentationis, licèt velit ſe promovere, & ſicut debet quis eſſe Clericus tempore datæ collationis, ita tempore datæ præſentationis: & ſequuta eſt Rot. *in Burg. Abbatiæ*, 19. *Decembris* 1588. coram D. Peña, ubi diſtinguit inter nominationem, & præſentationem coram Ordinario, ut tempore nominationis non requiratur, ſed omninò tempore præſentationis coram Ordinario, refert & ſequitur eadem Rot. apud Farin. *deciſ.530.n.13.p.2. recent.* & faciunt quæ Gonzal. *ad reg.8. Cancel. gloſſ.2. n.66.* Quanvis ipſa Rota *in una Imolen. juriſpatronatus*, 19. *Novembris* 1594. coram Orano hoc limitet, ſi laicus præſentatus, brevi interjecto tempore, Clericali Ordine inſigniretur, quaſi tunc minimè dicenda eſſet facta præſentatio de perſona penitus inhabili, cùm ſatis ſit ante inſtitutionem fuiſſe promotum: ſequitur Flamin. *de reſign. lib.4. q.1. n.5. & 6.*

10 *Præſentaverunt.*] Collige ex text. Epiſcopum acquirentem juſpatronatus, poſſe & debere in Eccleſia vacante præſentare, idem probat text. *in cap. ſi quis Epiſcoporum 16. q.5. & in cap. ult. infr. hoc tit.* tradunt gloſſ.*verbo præſentaverint*, Abb.*n.3.* & alii *in præſenti*, Lambertin. *lib.2. p.1. q.1. art.7.* Intellige procedere quando conceſſio facta eſt de jurepatronatus exiſtente in alio teritorio, prout in ſpecie tradunt Abb. Anan. *in princ.* & alii *in præſenti*, vel licèt in eodem ſit territorio; alius tamen proponitur inferior Prælatus, ad quem pertinet inſtitutio, pro quo intellectu urgenter faciunt finalia verba hujus text. ibi † *Sunt admittendæ perſonæ*, quæ verba neceſſariò convincunt in hoc text. non tractari de receptione facienda per ipſum Epiſcopum præſentantem, ſed de alia facienda per illum Epiſcopum, qui factam præſentationem recuſare poteſt: quod idem dicendum eſt ſi alii compatroni in eodem jurepatronatus reperiantur, cùm in eo caſu ſupradicta ratio locum habeat.

SUMMARIUM.

1 *Inſtitutus ad præſentationem ejus, qui tunc juſpatronatus Eccleſiæ poſſidebat, removeri non debet, licèt illud jus ab eo poſtmodùm evincatur, ſecus ſi non poſſidebat, ſed tantùm credebatur eſſe patronus.*

2 *Patronus putativus debet præſentare, & non alius qui caret poſſeſſione, licèt bonum jus habeat in proprietate.*

3 *Præſentati cùm duo ſunt, alter ab exiſtente in poſſeſſione nominandi, alter verò ab habente proprietatem juriſpatronatus, ille inſtituendus eſt, qui à poſſeſſore præſentatus fuit, niſi de tempore præſentationis conſtaret de defectu proprietatis poſſeſſoris.*

4 *Error communis cum poſſeſſione ſufficit abſque titulo collato à ſuperiore.*

5 *Iuriſpatronatus, ſeu præſentandi in quaſi poſſeſſione exiſtens validè præſentat, & ejus præſentatio admittenda eſt, ac inſtitutio ſequi debet.*

6 *Iuriſpatronatus poſſeſſio acquiritur etiam ex unica præſentatione, ſequuta inſtitutione.*

7 *Status ultimus in beneficialibus ad effectum validitatis collationis conſideratur, declara ut ibi.*

8 *Præſentatus à malæ fidei poſſeſſore amoveri debet.*

9 *Proviſus à poſſeſſore bonæ fidei præfertur proviſo à proprietario, illove, cui jus conferendi competit.*

CAP. Conſultationibus XIX.

IUſpatronatus quando quis poſſidet, & præſentat idoneum, quem Epiſcopus inſtituit, ſi deinde in lite patronus perdit juſpatronatus, & alius vincit, præſentatus, & inſtitutus non eſt removendus ab Eccleſia. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Butr. Imol. Anan. Hoſt. Henric. Anchar. Panorm. Viv. *in ration.lib.3. juris Pontif.pag.376.* Alagona *in compend. juris Canon. pag.511.* remiſſivè Ximen. *in concord. part.1.& 2.* refertur ab Ant. Aug. *collect.1. Decret. lib.3. tit.33.c.23.* & eſt poſt Concil. Lateran. ſub Alex. III. *p.15. c.20.* 1

Credebatur eſſe patronus.] Notatur ad hoc, quod patronus putativus debet præſentare, & non alius, qui caret poſſeſſione, licèt bonum jus habeat in proprietate, ut per Gonzal.*ad reg.8.Cancel. gloſſ.45. §.2. n.6.* Roch. de Curte *de jurepatron. verbo competens, q.19. n.39. cum ſeqq.* Lambert. *eod. tr. lib.2. p.1. q.3. art.1. & p.6.* Greg.Lop. per text. *ibi, in l.9. verb. tuvieſſe, tit.15. p.1.* Guttier. *conſ.4. n.34.* Salgado *de protect. Reg. tom.1. c.10.n.3.cum ſeqq.* Rot. *deciſ.167.n.7. p.2. diverſ.* Intellige quando à lege pro tali habetur, prout contingit in ſententia, quæ in rem judicatam tranſivit, conſtat à lege haberi pro veritate, ut docet Juriſconſ. *in l.res judicata 207. ff. de regulis juris*, non verò procedere, quando non à lege, ſed ab hominibus pro tali reputatur, prout habet text. *in præſenti*, ex quo in hoc ſenſu jam apertè colligitur non valere præſentationem 2

factam

factam ab illo, qui tantùm credebatur patronus: ita in ſpecie gloſſ. ult. Innoc. *in finalibus verbis*, Butr. *n.*4. Abb. *n.*3. & alii *in præſenti*, tradunt Roch. *in tract. hujus tit. verbo competens*, *q.*21. *n.*43. Lambert. *eod. tit. lib.*2. *p.*1. *q.*3. *art.*9. *n.*4. Padil. *in l.*2. *n.*56. *C. de ſervitut.* Ratio eſt, quia fundamentum præſentationis conſiſtit in poſſeſſione juris præſentandi; quæ quidem poſſeſſio tanquam conditio requiritur ad validitatem ipſius, ut colligitur ex verbis hujus text. ibi, *ſi tempore præſentationis poſſidebat*, juncto text. *in l. ſi mihi & Titio, ff. quando dies legati cedat*, text. melior *in l. eas cauſas* 79. *ff. de condit.* ac ſubinde ſi præſentans non poſſidet, conditio deficere cenſetur, qua deficiente, veluti deficiente eſſentiali fundamento, deficit validitas præſentationis, arg. text. *in l.*3. *verſ. aut enim, ff. de bonis libert.*

Non obſtat reg. text. *in l. Barbarius, ff. de officio Prætoris*, quia communis ſententia reſpondet conſtituendum eſſe diſcrimen inter geſta ratione publici officii, & inter illa, quæ geruntur privata ratione, ſeu auctoritate, itaut in priori caſu propter communem errorem ſuſtineantur, minimè verò in poſteriori, in quo deficit publica utilitas, propter quam ex quadam æquitate conſtitutum eſt, ut valeant geſta per illum, qui aliàs non habet poteſtatem: ita in ſpecie tradit Innoc. *n.*4. *in fine, cap. cùm dilectus, de conſuet.* refert, & ſequitur alios Felin. *in cap. ad probandum, de re jud.* communis ex Vant. *de nullit. tit. quomodo nullitas reparetur, n.*55. Roland. *conſ.*46. *n.*34. *lib.*2. expendentes text. *in l.*2. *de ſent. & interloc.* Unde cùm præſentatio non ex publico officio, ſed privatâ ratione, auctoritate patroni procedat, nil mirum, ſi deciſio illius text. in eadem limitetur. Sed licèt hæc reſponſio defendi poſſit, nobis tamen non arridet, prout jam de illa dubitavit Jaſ. *in d. l. Barbarius, n.*67. ſiquidem eadem utilitas publica datur in ſuſtinendis actibus privatis communi errore celebratis, ac in illis, qui ratione publicæ poteſtatis fiunt; aliàs enim maximum humani commercii detrimentum daretur, cùm homines propter timorem nullitatis nollent contrahere, vel ſimiles actus privatos facere, quod quidem inconveniens neceſſariò dicendum eſt leges auferre voluiſſe, eo quòd non ad præteritos actus, ſed ad futuros ſuſtinẽdos latæ ſunt, juxta text. *in cap. ult. de conſtit.* inſuper text. *in l.*1. *C. de teſtam. & in l.*3. *ff. ad Macedon.* apertè agunt de actibus privatis, qui propter communem errorem, & exiſtimationem ſuſtinentur. Unde verior videtur ſententia, regulam de qua ſuprà, etiam in actibus privatis procedere, dummodò ſcientia impedimenti ex parte adverſa non detur, ſic procedit text. *in d. cap. dilectus, de conſuet.* ibi, *& de ſuſpenſo*, & *in cap. innotuit* 20. ibi, *qui ſponte ac humiliter, de elect.* nec aliquod teſtis præjudicium conſiderabile reſultet, quoniam communis exiſtimatio hujuſmodi actus, non confirmat in præjudicium alicujus tertii conſiderabile, juxta reg. text. *in l. id quod noſtrum, ff. de reg. jur.* juxta quam reſolutionem difficultas, de qua ſuprà, facilè tollitur, ſi dicas præſentationem, licèt non ſit actus geſtus ratione officii publici, de quo loquitur text. *in d. l. Barbarius*; ex illius tamen ſuſtentatione reſultare grave veri patroni præjudicium: quod quidem licèt non detur in defectum præſentationis ab illo faciendæ, apparet tamen maximum in eo, quod ſuſtentata prædicta præſentatione, de qua agitur, præſentans, qui tantùm credebatur, jam per illum actum remanet verus poſſeſſor juris præſentandi.

3 Unde cùm duo ſint præſentati, alter ab exiſtente in poſſeſſione nominandi, alter verò ab habente proprietatem juriſpatronatus, ille inſtituendus eſt, qui à poſſeſſore præſentatus fuit, ut per Mandoſ. *conſ.*41. *incip. in cauſa Aſculana, n.*4. per Dec. *conſ.*117. *ſub n.*2. *verſ. & tali præſentatione*, *& conſ.*134. *in dubio*, Federic. de Senis *conſ.*234. Oldrad. *conſ.*312. Abb. *conſil.*54. *vol.*1. Zabar. *conſ.*69. *ſub n.*4. niſi de tempore electionis, præſentationis, vel collationis conſtaret de defectu proprietatis poſſeſſoris, Gonzal. *d.* §.2. *n.*43. tunc enim, ſi liquidò conſtaret de proprietate, patronus præferendus ſine dubio eſſet, qui ab ipſo proprietario eſſet præſentatus, ex reſolutis per Abb. *in præſenti, n.*5. & Dec. *conſ.*126. *poſt n.*3. *& conſ.*149. *ſub n.*2. *verſ. & retenta*, Roch. *in tract. hujus tit. verbo competens, n.*45. *&* 46. Paul. de Citadin. *in ſimili tract. q.*7. *art.*3. *n.*16. *p.*6. Rot. *deciſ.*167. *ſub n.*9. *p.*2. *diverſ.* Unde etiam benè infertur, inſtitutum vigore præſentationis factæ ab exiſtente in poſſeſſione præſentandi non eſſe removendum, quando poſteà conſtaret præſentantem non eſſe patronum, ut declarant multi citati à Menoch. *conſ.*90. *n.*115. & ſubſiſtit ubicunque præſentans erat in poſſeſſione ipſa præſentandi, alioquin ſi credens ſe eſſe patronum, nominaret inſtituendum, ac ſubſequeretur inſtitutio, ſine dubio removeretur talis inſtitutus, quoties ſuccumberet in patronatu, ut ex hoc text. colligitur, cujus prima pars vendicat ſibi locum, quanvis poſt inſtitutionem appareat non eſſe patronum, ſed ad meram Epiſcopi collationem, quia inſtitutus continuaret, hoc non obſtante, ſuam poſſeſſionem vita durante, ex eodem Menoch. *d. conſ.*90. *n.*128. ſicuti & in caſu contrario, ſi per collationem fuerit proviſus de beneficio, quod deinde de jurepatronatus eſſe appareat, Rot. *deciſ.*14. *ſub hoc tit. in antiq.* de quibus omnibus, aliiſque multis, quæ circa intellectum, & materiam hujus text. conſiderari poſſunt: vide latè Guttier. *pract. lib.*3. *q.*42. *n.*49. *cum multis ſeqq.* & Cabed. *de patronatibus Regiæ coronæ, c.*8. *per tot.* ubi *n.*3. limitat concluſionem hujus text. ne procedat quando lis ſuper patronatu eſt cum Epiſcopo, qui Eccleſiam patronatam contulit abſque patroni conſenſu, intra tempus ei à jure datum; nam evicto patronatu à vero patrono, Rector, cui Epiſcopus Eccleſiam contulit, removeri debet, & ab illo inſtitui præſentatus de novo à vero patrono: & *n.*7. pariter limitat, quando ex parte præſentantis datur mala fides. Quando verò cùm præſentatus à patronis putativis, videlicet exiſtentibus in poſſeſſione præſentandi, concurrit alius præſentatus à vero patrono, de cujus jurepatronatus legitimè conſtat, vel per confeſſionem adverſarii, vel per rem judicatam, vel per publicum inſtrumentum, tunc in concurſu præferendus eſt præſentatus à vero patrono, ut per Panorm. *in præſenti, n.*9. Butr. *in cap. ex literis, n.*8. *hoc tit.* Dec. *conſ.*127. *incip. plura dubia, n.*1. *& conſ.*149. *incip. In cauſa, n.*2. Lambert. *lib.*2. *part.*1. *quæſt.*3. *art.*6. *n.*4. *& ſeq. & art.*9. *n.*2. Roch. *verbo competens, quæſt.*19. *num.*45. Paul. de Citadin. *p.*6. *art.*3. *n.*16. refert, & ſequitur Rot. apud Farin. *deciſ.*376. *num.*9. *part.*2. *recent.* ubi plures alias deciſiones concordantes refert.

4 Notari etiam ſolet text. hic ad hoc, quod communis error cum poſſeſſione ſufficit abſque titulo collato à Superiore, de quo vide Rebuff. *in l. Barbarius, n.*8. *ff. de offic. Prætor.* Sanch. *de Matrim. lib.*3. *diſp.*22. *num.*48.

5 *Iuſpatronatus Eccleſiæ poſſidebat.*] Notatur ad hoc, quod exiſtens in quaſi poſſeſſione juriſpatronatus, ſeu præſentandi, validè præſentat, & ejus præſentatio admittenda eſt, ac proinde inſtitutio ſequi debet, de quo vide *gloſſ.*1. Innoc. & Butr. *num.*1. Anchar. *n.*1. *&* 5. & alios *in præſenti*, Roch. *verbo competens, q.*14. *n.*28. *& quæſt.*22. *n.*44. Rip. *in cap. cùm Eccleſia, n.*130. *de cauſa poſſeſſ.* Lambert. *lib.*1. *p.*1. *q.*3. *art.*1. *ex num.*1.

Veral.

Verall. *deciſ.*69. *p.*1. Seraphin. *deciſ.*1381.*num.*4. Viv. *in praxi juriſpatron. lib.* 5. *cap.* 4. *à princ.* in noviſſ. impreſſ. Oldrad. *conſil.* 312. incipit, *Thema quæſtionis, num.*2. Duen. *reg.* 282. Covar. *pract. cap.* 14. *num.* 2. *verſ. tertium*, *& cap.* 36. *verſ. quintò*, *col.* 2. Navar. *conſ.* 19. *ſub tit. de prabend. in antiq.* Mantic. *deciſ.* 86. *num.*1. Maſcard. *de probat. concl.*173. *num.*5. Spin. *in ſpeculo teſtam. gloſſ.* 2. *num.* 25. Rot. apud Farin. *deciſ.*224. *num.*1. *part.* 1. *recent.* Zerol. *in praxi Epiſc. part.* 1. *verb. Iuſpatronatus*, §. 16. & in hoc Rot. *deciſ.*376.*num.*3. apud Farin. *part.*2.*recent.* concluſionem firmat, quod quando juſpatronatus non revocatur in dubium ad validitatem præſentationis, & ad effectum ut præſentatus inſtituatur, attenditur quaſi poſſeſſio, itaut præſentatus ab exiſtente in quaſi poſſeſſione præſentandi debeat inſtitui, nec ſemel canonicè inſtitutus eſt amovendus; quando verò conſtat de proprietate, non attenditur quaſi poſſeſſio, quæ aliàs ſemper inſpicitur ad effectum validitatis præſentationis, ead. Rot. apud eundem *deciſ.* 187. *num.* 1. *prope fin. part.* 1. *recent.*

Præſentatus ab exiſtente in poſſeſſione præſentandi, etiam quod nullum denegatur jus poſſeſſoris, non debet amoveri, Rot. *deciſ.*374.*num.*3. *part.*1.*recent.*& *in Ferrarienſi Archipresbyteratus*, 16. *Iunii* 1618. coram R.D. meo Coccino Decano. Ad acquirendam verò poſſeſſionem juriſpatronatus plura requiruntur, & primò quod ille qui vult præſentare, præſentaverit bona fide. Secundò quod præſentatio fuerit admiſſa. Tertiò quod inſtitutus fuerit habitus tanquam Rector in poſſeſſione Rectoriæ. Quartò quod præſentans credat uti jure ſuo. Quintò quod ille in cujus præjudicium poſſeſſio quæritur, hoc ſciat & patiatur, colliguntur hæc ex Calder. *conſ.*12.*de jurepatr.* Roch. *in tract.de Iurepatr. verbo Competens*, *quæſt.*14. *à n.*35. Lambert. *in ſimili tract. lib.*2.*part.*1. *q.*3.*art.*10.*in verſ. aut verò*, Rot. *in d. Ferrarienſi Archipresbyteratus.* Illud advertere oportet, quod hæc quaſi poſſeſſio præſentandi non tranſit in hæredes præſentantium ſine nova apprehenſione, Achil. *deciſ.*5.*de cauſa poſſeſſ.* Caputaq. *deciſ.*135. & 420.*part.*2. Rot. *deciſ.* 150. *num.*2. & *deciſ.*260.*n.*4. & *deciſ.*337.*n.*3. *part.*2.*rec.* Mantic. *deciſ.*88.*num.*5. Rot. *in Lucana Parochialis*, *Febr.*1620. coram bonæ mem. Ubaldo.

Intellige ſupradictam concluſionem, quæ habet præſentationem factam à poſſeſſore tantùm juriſpatronatus validam eſſe, ut procedat in quaſi poſſeſſore bonæ fidei; nam cùm ſtante præſentatione valida, & ſequuta inſtitutione præſentatus non ſit removendus, & præſentatio facta per quaſi poſſeſſorem bonæ fidei valeat, eſt enim fructus juris præſentandi, qualem bonæ fidei poſſeſſor percipere poteſt, ut probat text. *in l.bona fidei*, *ff.de acquir. rerum domin.* quia interim dum contrarium non conſtat, talis poſſeſſor ipſius rei dominus à lege præſumitur, *l.ult.C.de rei vendic.* non ſic dicendum in poſſeſſore malæ fidei, *l. ſi fundum*, *C.de rei vendic. l.ſi navis*, *ff. illo tit. l.qui ſcit*, *ff.de uſur.* rectè fit ut text. procedat in quaſi poſſeſſore bonæ fidei juris præſentandi. Sic ſanè ſi aliquis incontinenti probare velit ſe eſſe verum patronum, adhuc præſentatus à poſſeſſore bonæ fidei revocandus non eſt, ut tradit Felin. *in tract. quando litera Apoſtolica, limit.*9. Sic ſimiliter prævalet præſentatus ab illo, qui ultimo loco antea præſentavit, etiamſi alius probet ſe eſſe verum patronum, & excepta illa ultima præſentatione ſemper præſentaſſe, prout in ſpecie tradunt Abb. *in cap.*2.*de Relig.domib.* Lambertin. *lib.*2. *part.*1. *quæſt.*3. *art.* 1. teſtatur communem, & receptam ſententiam Rip. *in d.cap.cùm Eccleſia*, *num.*52. *de cauſ.poſſeſſ.* Cov. *in reg.poſſeſſor*, *part.*2. *in princ. num.*6.

Non obſtat *cap.cùm olim*, *de cauſa poſſeſſ.* quia reſpondetur cauſam Epiſcopi conferentis, de qua *ibi*, juris præſumptione fuiſſe deſtitutam, ſiquidem attento jure communi collatio digni non ad ſolum Epiſcopum, prout ipſe inibi intendebat, ſed inſimul ad Canonicos ſpectat, juxta text. *in cap. novit*, *de iis quæ fiunt à Prælat.* communis ut per Abb. per text. *ibi*, *in cap.cùm Eccleſia Vulterana*, *num.*9. *de elect.* Selv. *de benef.part.*2.*q.*22.*num.*11. Ac ſubinde cùm Epiſcopus, de quo *ibi*, haberet cauſam ſic odioſam, & à jure communi exorbitantem, oportuit in illo text. oſtendere non nudam poſſeſſionem, prout in noſtro text. ſufficit, ſed corroboratam debitis circumſtantiis ad validitatem collationis per ipſum factæ, prout ille text. requirit, ne aliàs mala fides præſumeretur, juxta *reg. qui contra* 82. *lib.*6. Nec etiam obſtat text. *in c. ea noſcitur* 6. *de iis quæ fiunt à Prælat.* ſatisfit enim ſi dicas in illo text. requiri conſuetudinem antiquam, non quidem ad validitatem præſentationis factæ per Abbatem jus præſentandi poſſidentem, ſed ut jus præſentandi eidem legitimè competeret, excluſo capitulo Monaſterii, de quo *ibi*, ne ad judicium proprietatis circa idem juſpatronatus ampliùs admitteretur, prout etiam requiritur *in cap. querelam*, *de elect.* ut in ſpecie advertit Rip. *in rubr. de judic. num.* 64. ut autem ſemel facta præſentatio teneat in illis juribus, ſatis ſufficiebat poſſeſſio cum bona fide, juxta *ſuprà* reſoluta. Vel rurſus dicendum eſt propterea ibi non valere præſentationem, quia attento jure non præſumebatur facta cum bona fide, propter reſiſtentiam juris communis dicentis negotia Monaſterii cum conſilio, & aſſenſu monachorum eſſe tractanda, juxta text. *in cap.*2. *de his quæ fiunt à Prælatis*, reſolvunt Mench. *de ſucceſſ.reſolut.* §.6. Sarmient. *de redditib. part.*1.*c.*3. ac proinde dum prædicta præſentatio alio adminiculo non juvatur, valere non poterat niſi ex antiqua conſuetudine, vel privilegio Abbas ſolus id haberet, ad quod alludunt verba text. ibi, *ſine quo non obtinet firmitatem.* Nec denique refragatur text. *in l.fructus* 55.*ff. de uſur.* ubi videtur probari bonæ fidei poſſeſſorem cum effectu non poſſe percipere fructus naturales: ſiquidem reſpondetur præſentationem de qua agimus, non eſſe fructum naturalem juris præſentandi, ſed reduci ad fructum induſtrialem, eo quòd cùm idoneus debeat præſentari, omnis induſtria in præſentando requiritur, advertit in ſpecie Butr. *num.*8. Innoc. *num.*1.& alii *in præſenti*, Lambertin. *lib.*2.*part.*1.*q.*3.*art.*3.*n.*5.

Notatur etiam ad hoc, quod juriſpatronatus poſ- 6
ſeſſio acquiritur etiam ex unica præſentatione ſequuta inſtitutione, itaut ille patronus, qui ultimo loco præſentavit, dicatur eſſe in poſſeſſione præſentandi, ut per Gabr. *conſ.*196. *num.*7. *vol.* 2. Caputaq. *deciſ.* 69. *part.*1. & *deciſ.*132. & 137. *part.* 2. Fichar. *tom.*1. *commun.opin. tit.*4.*n.*3.*pag.*167. Pute. *deciſ.*189. & 192. *part.*1.*in antiq.*& *deciſ.*120.*num.*3.& *deciſ.*251. *part.*2.& *deciſ.*136. *num.*3. *lib.*3. Verall. *deciſ.*337.*n.*3. & *deciſ.*338.& 339. *num.*1. *part.*2. Stephan.Gratian. *diſcept.forenſ. cap.*577.*n.*20. Gonzal. *ad regul.*8.*Cancel. gloſſ.*18. *n.*86. & *gloſſ.*45. §.2.*num.*29. Nicol. Garc. *de benef.part.*5. *cap.*5. *num.*56. Vivian. *in praxi juriſpatr. lib.*5.*cap.*4. *num.*29. *in noviſſ.impreſſ.* Thom.Triviſ. *Venetia deciſ.*54.*n.*1. *cum ſeqq. lib.*4. Lambertin. *in tract. hujus tit.lib.*2.*part.*1.*q.*1. *princ.art.*4.*num.*10. Maſcard. *de probationibus*, *concluſ.*173. *num.*8.& 9. & *concl.*956. *num.*1.*cum ſeqq.* Joan.Andr. *de expenſis*, *cap.*9.*num.*47. Mar. Antonin. *var.reſolut. lib.*1. *reſol.*55.*n.*10. Gutier. *conſ.*3. *num.* 1. & *conſ.*4. *num.* 32. Flamin. *de reſignat. benefic. lib.* 7. *quæſt.*29. *num.* 8. Zerol. *in praxi Epiſc. d.verb. juſpatronatus*, *pag.mihi* 180. Menoch. *conſ.*90. *num.*117.Rot. *deciſ.*174.*num.*1. apud Farin. *p.*2.*recent.* ubi

vbi *n.*2. quod requiritur ſcientia, & patientia adverſarii. Gonzal. *d. gloſſ.*47. §. 1. *n.*6. *& à n.*30. refert ſeptem requiſita neceſſaria, vt hæc quaſi poſſeſſio vnico actu acquiratur, de quibus egi ſuprà *ad cap. querelam* 24. *n.*14. *cum ſeqq. de electione.* Et quaſi poſſeſſio conferendi beneficium per vnicam collationem effectuatam acquiritur. Rota *deciſ.*423. *num.*1. *p.*2. *recent.*

7 Notatur denique ad hoc, quod vltimus ſtatus in beneficialibus conſideratur ad effectum validitatis collationis, Ferret. *conſ.*132. *n.*10. *& ſeq.* Bald. *conſ.*437. *n.*1. *lib.*1. Gonzal. *ad reg.*8. *Cancel. gloſſ.*5. §. 2. *n.*14. *&* §. 3. *n.*18. *& gloſſ.*45. §. 2. *n.*14. Rot. apud. Farin. *dec.*315. *n.*2. *p.*2. *recent.* vbi quod vltimus ſtatus beneficii non prodeſt ex prouiſione, quæ non habuit effectum, ead. Rot. apud Farin. *deciſ.*474. *n.*9. *p.*1. *recent.* niſi conſtet de contrario ſtatu legitimo præcedente; tunc enim non attenditur vltimus ſtatus, niſi probetur legitimè præſcriptus, ead. Rot. apud eund. *deciſ.*188. *n.*1. *p.*1. *recent.* ead. Rot. *deciſ.*229. *n.*1. ſuprapoſitam reſolutionem intelligit cùm agitur de pertinentia collationis; quando verò agitur de ſtatu beneficii, tunc vltimus ſtatus attenditur, niſi conſtet de contrario, aut diuerſo ſtatu anteriori: & generaliter in quacunque materia vltimum rei ſtatum eſſe conſiderandum tenet Grammat. *deciſ.*67. *n.*6. Maſcard. *de probat. concl.*173. *num.*8. Menoch. *de præſumpt. lib.*3. *præſumpt.*6. *n.*39. Parlad. *lib.*2. *rerum quotid. c.*5. *n.*19. Amplia quod licèt text. *in præſenti* loquatur in præſentatione, tamen habet etiam locum in quaſi poſſeſſione conferendi, Bald. *conſ.*437. *n.*1. *lib.*2. Rot. apud Farin. *deciſ.*308. *n.*6. *p.*1. *recent.* Et beneficium an ſit de jurepatronatus, an verò ejus collatio ſpectet ad Papam, vel ad Epiſcopum attenditur vltimus ſtatus, ead. Rot. *apud eund. dec.*523. *p.*2. *recent.* Et denique vltimus ſtatus beneficii quando attenditur in beneficialibus eleganter explicatur *in deciſ.*737. *d. p.*2. *recent.*

8 In gloſſ. *Poſſidebat*, ibi, *bona fide.* Notatur ad hoc, quod præſentatus à malæ fidei poſſeſſore amoveri debet, vt per Greg. *l.*9. *verbo tuvieſſe, tit.*15. *p.*1. Menoch. *conſ.*80. *n.*116. Et prouiſus à poſſeſſore bonæ fidei præfertur prouiſo à proprietario, illove, cui jus conferendi competit, Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.*30. *tract.*3. *n.*344.

Cap. Suggeſtum XX.

1 CONceſſio ſecunda facta alteri Eccleſiæ per Epiſcopum & patronum, valet non obſtante priori facta per patronum ſolum. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Anan. Butr. Hoſt. Anch. Panorm. Henric. Caniſ. Viu. *in ration. lib.*3. *juris Pontif. pag.*377. Alagona *in compend. juris Canon. pag.*511. remiſſiuè Ximen. *in concord. p.*1. refertur ab Ant. Aug. *collect.*4. *Decret. lib.*3. *tit.*33. *c.*25. & eſt poſt Concil. Lateran. *p.*15. *c.*23.

2 Collige ex text. conſenſum patroni exigi vt Eccleſiam, quæ juriſpatronatus eſt, valeat Epiſcopus vnire, vt per Anch. *in cap. ſicut vnire, de exceſſib. Prælat. n.*5. vbi Mrrian. Socin. *art.*9. *concl.*8. *n.*98. Dec. *conſ.*173. *n.*5. Stephan. Bertrand. *conſ.*73. *col.*4. Boër. *deciſ.*345. *n.*4. Lambert. *in tract. huius tit. lib.*3. *q.*6. *art.*2. Roch. *in ſimili tract. verbo honorificum, n.*8. Conar. *pract. c.*36. *n.*11. Rebuff. *in praxi benef. reg.*21. *Cancel. de vnion. gloſſ.*11. *n.*6. Nauar. *conſ.*3. *n.*2. *ſub hoc tit. in antiq.* Hojed. *de incompatib. benef. p.*2. *c.*3. *n.*9. Flamin. *de reſignat. lib.*2. *q.*4. *n.*11. Azor. *inſtit. moral. p.*2. *lib.*6. *c.*28. *q.*12. Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.*2. *lib.*7. *c.*29. *n.*168. Campan. *in diuerſorio juris Canon. rubr.*11. *c.*13. *n.*477.

Aut ejus aſſenſus fuerit poſtea ſubſecutus.] Ergo conſenſus Epiſcopi in tranſlatione, vel donatione iuriſpatronatus poteſt interuenire ex poſtfacto, de quo plures citaui Doctores *ad cap. cura* 11. *num.*.. *ſupr. hoc tit.* 3

In gloſſ. *Quamvis poſterius.* Notatur ad hoc, quod quando priores literæ ſunt irritæ, non eſt neceſſaria illarum mentio in poſterioribus, vt per Rebuff. *tom.*2. *ad leges Galliæ, in præfat. n.*95. Maſcard. *de probat. concluſ.*846. *n.*20. *cum ſeqq.* Sanch. *de Matrim. lib.*8. *diſput.*22. *n.*21. Cened. *ad Decret. collect.*53. *n.*4. *in fine.* 4

SUMMARIUM.

1 *Suſpenſus eſt ab officio, & beneficio, qui monitus non dimittit Eccleſiam ſine conſenſu Epiſcopi ſibi conceſſam.*

2 *Patrono non licet aliquem cuiuſvis priuilegij prætextu ad beneficia juriſpatronatus præſentare, niſi coram Ordinario loci ad quem prouiſio, ſeu inſtitutio de jure pertineret, alias præſentatio, & inſtitutio forſan ſequuta nullæ ſunt.*

3 *Excommunicationis pœna ipſo facto eſt impoſita contra quoſcunque indebitè vſurpantes bona Eccleſiarum.*

4 *Verba*, ſub anathematis interminatione prohibere curetis, *ſententiam ferendam continent.*

5 *Sacrilegium committentes ſunt per Eccleſiam judicandi.*

6 *Delicti ratione in ſe, vel bona commiſſi ſi quis aliquem conueniat ciuiliter, non tamen poterit per eum reconueniri, nec ciuiliter, nec criminaliter.*

Cap. Relatum XXI.

CLericus, qui obtinuit beneficium, vel Eccleſiam ſine conſenſu Epiſcopi, ſi monitus illud non reſignat, ab officio, & beneficio per Ordinarium ſuſpendi poteſt. Item prohibetur ſub pœna excommunicationis ne laici ſpolient Eccleſias ſuis bonis, & ſi contemnunt, excommunicari debent. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Butr. Anan. Hoſt. Henric. Anchar. Panorm. Viu. *in rationali lib.*3. *juris Pontif. pag.*377. Alagona *in compend. juris Canon. pag.*511. remiſſiuè Ximen. *in concord. p.*1. *&* 2. refertur ab Ant. Auguſt. *collect.* 1. *Decretal. lib.*3. *tit.*33. *c.*27. & eſt poſt Concil. Lateran. *p.*50. *cap.*33. 1

Deciſio huius text. innouatur per Concil. Trid. *ſeſſ.*14. *de reformat. c.*13. vbi ſic habetur: Non liceat propterea patrono cuiuſvis priuilegii prætextu aliquem ad beneficia ſui juriſpatronatus, niſi Epiſcopo loci Ordinario, ad quem prouiſio, ſeu inſtitutio ipſius beneficii, ceſſante priuilegio, jure pertineret, quoquomodo præſentare, aliàs præſentatio, ac inſtitutio forſan ſequutæ nullæ ſint, & eſſe intelligantur, de quo vide Armend. *in addit. ad recop. legum Nauarræ, fol.*178. *n.*63. 2

Laici Eccleſias poſſeſſionibus ſpoliant, &c.] Contra quoſcunque indebitè vſurpantes Eccleſiarum bona, excommunicationis pœna ipſo facto eſt impoſita per Concil. Trident. *ſeſſ.*22. *de reformat. c.*11. de quo vide Villagut. *de rebus Eccleſiæ reſtit. lib.*2. *cap.*2. *num.*5. *cum ſeqq.* Azor. *inſtit. moral. p.*1. *lib.*9. *c.*27. *quæſt.*7. *in med.* Zerol. *in praxi Epiſcop. p.*1. *verbo bona*, Soar. *tom.*5. *de cenſur. diſp.*22. *ſect.*6. *n.*22. Sayr. *in ſimili tract. lib.*3. *c.*31. *n.*16. Paul. Comitol. *reſponſ. moral. lib.*6. *q.*23. *n.*2. 3

&

& prædicta Conciliarem diſpoſitionem *in d. cap.* 11. comprehendere etiam Rectores piorum locorum cædentes arbores frugiferas, ſi in proprios uſus illas convertant, aſſerit per S. Cardinalium Congreg. deciſum Galet. *in margarita caſuum conſcientiæ, verbo bona, pag.* 27.

4 *Sub anathematis interminatione prohibere curetis.*] Hæc verba ſententiam ferendam continere referunt Tiraquel. *in l. ſi unquam, verbo revertatur, à n.* 254. Sayrus *in clavi Regia, lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 39. *in princip.* vide alios Doctores citatos *ad cap. cùm eſſes* 10. *n. ult. de teſtament.*

5 In gloſſ. *Coram ſeculari*, ibi, *ſed nonne committunt illi ſacrilegium, qui taliter ſpoliant Eccleſias, ergo ſunt per Eccleſiam judicandi.* Vide quæ dixi *ad cap.* 2. *n.* 11. *cum ſeqq. infra de privileg.*

6 In ead. gloſſ. ibi, *eſt ergo*, &c.] Notatur ad hoc, quod ſi quis ratione delicti in ſe, vel bona commiſſi aliquem conveniat civiliter, non tamen poterit per eum reconveniri, nec civiliter, nec criminaliter, ut per D. Barboſ. *in l.* 2. *§ legatis, num.* 231. *ff. de judic.*

SVMMARIVM.

1 *Iuriſpatronatus quæſtio ſi inter patronos exiſtit, & vacante Eccleſia lis intra ſex menſes non terminatur, Epiſcopus de perſona idonea ordinare debet.*
2 *Tempus datum à jure patronis ad præſentandum currit à die ſcientiæ notæ vacationis.*
3 *Patronus non poteſt præſentare lite pendente ſuper jurepatronatus.*
4 *Patronus non poteſt durante lite inter duos præſentatos alium tertium præſentare ſine vitio attentati.*
5 *Patroni non poſſunt pendente lite inter alios præſentatos alium in locum unius præſentati mortui præſentare.*
6 *Epiſcopus œconomum conſtituere debet in Eccleſia, ſi lis fuerit inter patronum, & Epiſcopum, niſi Epiſcopus eſſet in quaſi poſſeſſione providendi, quia tunc poſſet ac deberet ſtatim providere.*

Cap. Eam te XXII.

1 SI inter patronos eſt lis de patronatu, & intra ſex menſes à tempore vacationis non terminatur, liberè poteſt Epiſcopus ſine præſentatione ibidem inſtituere Rectorem. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Anan. Butr. Hoſt. Henric. Anchar. Panorm. Henric. Caniſ. Viv. *in ration. lib.* 3. *Iuris Pontif. pag.* 378. Alagona *in compend. Iuris Canon. pag.* 511. remiſſivè Ximen. *in concord. part.* 1. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 1. *Decret. lib.* 1. *ſub tit. de ætate, & qualit. cap.* 5.

2 *Poſtquam vacaverit.*] Ergo à die vacationis etiam ignoratæ currit tempus datum à jure patronis ad præſentandum, ut tenaciter per hunc text. defendere nititur Flores de Mena *var. quæſt. lib.* 1. *q.* 3. *n.* 23. Sed in contrarium eſt communis Doctorum reſolutio, quos citavi *de offi. io, & poteſt. Epiſcopi, p.* 3. *alleg.* 72. *n...* & cenſuit Rota *deciſ.* 173. *n.* 1. apud Farin. *p.* 2. *recent.* ubi etiam quod probatio ſcientiæ debet eſſe vera, & concludens, itaut præſumptiva non ſufficiat.

3 *Non fuerit controverſia terminata*, &c. Notatur ad hoc, quod dum pendet lis ſuper jurepatronatus, patronus ipſa lite pendente non poteſt præſentare, ut per Gregor. *l.* 9. *verbo ſiendo, tit.* 15. *p.* 1. Flamin. *de*
reſignat. benefic. lib. 2. *q.* 3. *n.* 11. Zerol. *in praxi Epiſcop. p.* 1. *verbo juſpatronatus*, §. 5. intellige cum Campanil.
in diverſorio Iuris Canonici, rubr. 11. *c.* 13. *n.* 486. & vide
dicta *infrà ad c. cùm propter* 27. *hoc tit.* Unde non poſſe 4
patronos durante lite inter duos præſentatos alium
tertium præſentare ſine vitio attentati, ait Garc. *de benefic. p.* 5. *c.* 9. *n.* 217. Covarr. *pract. qq. c.* 37. *n.* 7. *verſ. quam rationem*, Lancellot. *de attent. cap.* 4. *in præfat. num.* 668.
Seraphin. *deciſ.* 990. *num.* 6. *cum ſeqq.* & cenſuit Rot.
apud Farin. *deciſ.* 504. *n.* 2. *p.* 1. *recent.* ubi citat Samen.
ſuper reg. de ſubrogandis, quæſt. 13. & Lap. *alleg.* 22. Sic 5
eodem modo patroni non poſſunt pendente lite inter alios præſentatos alium in locum unius præſentati
mortui præſentare, Calder. *conſ.* 1. *ſub hoc tit.* Lap. *d. alleg.* 22. *n.* 3. Caſſad. *deciſ.* 3. *n.* 5. *ut lite pendente*, Rot.
apud Farin. *deciſ.* 306. *num.* 2. *p.* 2. *recent.*
In gloſſ. *Sex menſes*, ult. ibi, *ſi verò contentio ſit in-* 6
ter Epiſcopum, & patronum, &c.] Notatur ad hoc,
quod ſi inter patronum, & Epiſcopum ſit lis, tunc Epiſcopus ipſe œconomum conſtituere debet, ut per Zabar. *in Clement. plures*, §. *fin. ſub n.* 1 *hoc tit.* Campan. *d. num.* 486. ubi cum Spin. *in ſpeculo teſtament. gloſſ.* 4. *princ. ſub num.* 24. declarat niſi notoriè conſtaret non eſſe beneficium de jurepatronatus, & Epiſcopus reperiretur in quaſi poſſeſſione providendi, quia tunc poſſet, ac deberet ſtatim providere.

SVMMARIVM.

1 *Patronus juſpatronatus propria auctoritate alienare non poteſt, nec ab Eccleſia aliquid temporale exigere, niſi tempore fundationis à Diœceſano illud fuerit ſibi reſervatum.*
2 *Concilii Tridentini decreta referuntur.*
3 *Patronus capiens aliquid de bonis Eccleſiæ ſui juriſpatronatus, ſive per ſe, ſive per ſuppoſitas perſonas, jurepatronatus ipſo jure privatus eſt, & incurrit excommunicationem cum reſervatione.*
4 *Patronus non prohibetur de bonis Eccleſiæ ſui juriſpatronatus jus aliquod in fundatione accedente Epiſcopi placito adjectum exigere.*
5 *Patronus non vetatur Eccleſiam, illiuſque jura tueri.*
6 *Patroni an & quando poſſint bona beneficiorum ſui juriſpatronatus locare, oſtenditur.*
7 *Excommunicationis & interdicti pœna, ac privationis ipſo jure, comminata in Conc. Trid.* ſeſſ. 25. de reform. cap. 9. *an comprehendat tam vendentes, & transferentes juſpatronatus, quàm etiam ſe ingerentes in illius fructuum perceptione, oſtenditur.*
8 *Donatio eſt contractus.*

Cap. Præterea ij. XXIII.

PAtroni, vicedomini, cuſtodes, guardiani non 1
poſſunt propria auctoritate alienare juſpatronatus, nec gravare Eccleſiam, aut aliquid exigere, niſi antiquos redditus moderatos, quos Epiſcopi in fundatione inſtituerunt, & hoc ſub pœna excommunicationis, & contractus alienationis factus eſt nullus. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Anan. Hoſt. Butr. Henric. Anchar. Panorm. Viv. *in ration. lib.* 3. *Iuris Pontif.* 378. Alagona *in compend. juris Canon. pag.* 512. remiſſivè Ximen. *in concord. part.* 1. *&* 2. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 3. *Decret. lib.* 3. *tit.* 33. *cap.* 29. & extat integra clauſula *collect.* 1. *lib.* 4. *ſub tit. de hæretic. cap.* 11. *& eſt pars cap. ad abolendam, illo tit.*
Agitur in præſenti de patronis, ſeu vicedominis 2

contractus ſuper rebus ſui juriſpatronatus facientibus, ab Eccleſiiſque ipſis albelgarias, regium, & ſimilia extorquentibus, ac aliqua exigentibus ab inſtitutis à locorum Ordinariis, ita ut ſic exigentes excommunicationi ſubdantur, & contractus ab eis facti, vel in futurum faciendi nullius ſint roboris, & momenti. Super qua re Concil. Trident. tribus in locis agit, & in primis *ſeſſ.* 22. *de reform. cap.* 11. poſtquam generalem prohibitionem fecit, ne quis bona Eccleſiæ in proprios uſus converteret, illaque uſurpare præſumeret ſub pœna excommunicationis, cui tandiu illum ſubjacere declarat, quandiu juriſdictiones, bona, res, jura, fructus, & redditus, quos occupaverit, vel qui ad eum quomodocunque, etiam ex donatione ſuppoſitæ perſonæ pervenerint, Eccleſiæ, ejuſque adminiſtratori, ſeu beneficiato integrè reſtituerit, ac deinde à Romano Pontif. abſolutionem obtinuerit, ita ſubjungit. Quod ſi ejuſdem Eccleſiæ patronus fuerit, etiam jurepatronatus, ultra prædictas pœnas, eo ipſo privatus exiſtat. Secundo verò loco *ſeſſ.* 24. *de reform. cap.* 3. ſic fatur: *Patroni verò in iis quæ ad Sacramentorum adminiſtrationem ſpectant, nullatenus ſe præſumant ingerere, atque viſitationi ornamentorum Eccleſiæ, aut bonorum ſtabilium, ſeu fabricarum proventibus immiſceant, niſi quatenus id eis ex inſtitutione, ac fundatione competat.* Tertio denique loco *ſeſſ.* 25. *de reform. cap.* 9. ſequentibus utitur verbis: *Patroni autem Beneficiorum cujuſcumque ordinis, & dignitatis, etiamſi Communitates, Vniverſitates, Collegia quæcumque Clericorum, vel aliorum exiſtant, in perceptione fructuum, proventuum, obventionum quorumcunque Beneficiorum, etiamſi verè de jurepatronatus ipſorum ex fundatione & dotatione eſſent, nullatenus, nullave cauſa vel occaſione ſe ingerant, ſed illos liberos Rectori, ſeu Beneficiato, non obſtante etiam quacumque conſuetudine, diſtribuendos dimittant. Nec dictum juſpatronatus vendere, aut alio quocumque titulo in alios contra Canonicas Sanctiones transferre præſumant: ſi ſecus fecerint, excommunicationis, & interdicti pœnis ſubjiciantur, & jurepatronatus ipſo jure privati exiſtant.*

Super primo Concil. Trid. decreto *in d. cap.* 11. refert
3 Galet. *in margar. caſuum conſc. verb. Iuſpatronatus, pen.* patronum ipſo jure capientem aliquid de bonis Eccleſiæ ſui juriſpatronatus, ſive per ſe, ſive per ſuppoſitas perſonas, jurepatronatus privatum eſſe, & incurrere excommunicationem cum reſervatione.

Super ſecundo Concil. Trid. decreto *d. cap.* 3. in illis
4 verbis, ibi, *niſi quatenus id eis*, &c. advertendum duxi per hanc conciliarem diſpoſitionem non vetari jus aliquod in fundatione Epiſcopi accedente placito adjectum exigere, quod text. *in præſenti* probat, ibi, *præter antiquos & moderatos redditus*, ubi gloſ. *verb. à locorum*, uſuſque paſſim obtentum vidimus in cereo præſtando in die Purificationis, aut altero quovis ſubſidio juxta deciſionem Rotalem 1245. *lib.* 3. *part.* 3. *diverſ.* quamvis illius vigore minimè cenſeri verificatum patronum probat eadem deciſio; nobilioris item loci, & ſedis præeminentiarum tum in Eccleſia, tum in proceſſionibus, quin & anterioritatis in habenda pace, aliiſque conſimilibus actibus competere illi, aut alteri cuicunque poſſe, decidit Rot. apud Mantic. *deciſ.* 244. *n.* 1.

5 Circa tertium Conc. Trid. decretum *in d. cap.* 9. pro declaratione relatorum verborum vide Franc. Leo *in theſauro fori Eccleſ. p.* 2. *cap.* 21. *num.* 31. Spin. *in ſpeculo teſtam. gloſſ.* 4. *princ. n.* 91. Vivian. *in praxi juriſpatr. p.* 3. *lib.* 1. *cap.* 3. cujus decreti intuitu non vetatur patronus ipſe Eccleſiam, illiuſque jura tueri, ut tenent Hoſtienſ. Abb. & alii *in cap. cum vos, de offic. Ordin.* & perſcrutari ne à beneficiato dilapidentur, quia & ad id jure compellitur, Roch. *in tract. hujus tit. verb. oneroſum, num.* 3. Lambert. *in ſimili tract. lib.* 3. *p.* 2. *princ. art.* 5. immò & jus habere illum accuſandi in hoc delinquentem iidem ſcribunt memorati Auctores, necnon revocandi alienationem perperam, & indebitè factam, opinatur idem Roch. *verb. honorificum, ſub n.* 10.

Utrùm autem prohibitio prædicti decreti Concilii 6
extendatur ad locationem, ac proinde valeant iidem patroni bona beneficiorum ſui juriſpatronatus locare? quæſtio dubia eſt, in qua hoc caſu procedere adductum Concilii locum *in d. cap.* 9. defendit Cavalcan. Fiviz. *deciſ.* 27. *n.* 60. *part.* 2. quin & locatio ſi præceſſerit acquiſitionem, quod illa finita confirmari nequeat, addit idem Cavalcan. *deciſ.* 76. *ſive* 32. *n.* 31. *part.* 2. ita quod non procuratores, ac Syndici deputandi ſint ex illiuſmet ſententia *deciſ.* 87. *vol.* 11. *n.* 106. *part.* 3. ubi citat Hugon. Celſ. *conſ.* 27. *n.* 10. & Majol. *de irregul. lib.* 5. *cap.* 28. *n.* 3. Sed contrarium non eſt improbabile, quod & inſinuare videbatur quædam Congregationis ejuſdem Concil. declaratio, quam typis datam vidi, quia Concil. utitur verbo, *ingerant*, quod illegitimum ſupponit modum, titulus verò locationis legitimum inſinuat.

Inquirendum in præſenti non abs re videbatur, an 7
pœna excommunicationis, & interdicti, & privationis ipſo jure, comminata in Concil. *d. cap.* 9. comprehendat tam vendentes, & transferentes juſpatronatus, quàm etiam ſe ingerentes in illius fructuum perceptione, &c. Ratio dubitandi eſt, quia cùm Concil. diſtinguat duos caſus, unum de ingerentibus ſe in perceptione fructuum, &c. in quo jubet ut illos liberos Rectori dimittant, cujus ob cauſam jus commune non ſtatuerat privationem juriſpatronatus, alterum de vendentibus, & transferentibus ipſum juſpatronatus, in quo pœnam excommunicationis, & interdicti, ac amiſſionis juriſpatronatus imponit; ideo dubitatum fuit apud Illuſtriſſ. Patres Concil. Trid. interpretes, an pœnæ appoſitæ *in d. cap.* 9. comprehendant tam ingerentes ſe in perceptione fructuum juriſpatronatus, quàm illud vendentes, & transferentes, & Sacra Congregatio cenſuit *ſub die* 4. *Auguſti* 1588. pœnam hanc comprehendere nedum caſum immediatè præcedentem, verùm etiam ſuperiorem, videlicet ingerentes ſe in fructibus beneficiorum.

Contractus quoque hujuſmodi, &c.] Ergo donatio eſt 8
contractus, de quo vide Tiraq. *de jure mariti, gl.* 5. *n.* 48. Cardoſ. *in praxi judicum, verbo donatio, n.* 2. Card. Mant. *de tacitis, & ambig. convent. lib.* 1. *tit.* 8. *n.* 3.

SUMMARIUM.

1 *Epiſcopo datur gratificatio in pluribus ſucceſſivè præſentatis à Patrono laico, ſed in præſentatis à perſona Eccleſiaſtica prior eſt primò inſtituendus.*

2 *Patronus laicus qui ſemel præſentavit, poteſt variare ante inſtitutionem Epiſcopi, & alium ſucceſſivè cumulando ſemel tantùm præſentare, ſecus verò in Eccleſiaſtico.*

3 *Lite pendente inter præſentatos non poteſt patronus laicus variare.*

4 *Iurans patronus non variare, nec cumulare in præſentatione beneficii juriſpatronatus, tunc non poteſt per viam cumulationis, vel variationis alium præſentare.*

5 *Patrono laico variare non licet, ſi à priori præſentatione prorſus recedendo alterum nominaret.*

7 *Prior qui eſt tempore, prior eſt jure.*

8 *Gratificationi locus eſt ubicumque inter plures cumulativè præſentatos ad idem beneficium omnia paria eſſe conſtat.*

Cap.

Cap. Cùm autem XXIV.

1 PAtronus laicus ſi præſenter plures ſucceſſivè idoneos, non excludens primum, Epiſcopus poteſt eligere quem vult ex præſentatis, & ſic datur locus gratificationi. Si verò præſentatus ſucceſſivè eſt perſona Eccleſiaſtica, & collegium, tunc primus eſt inſtituendus, quia in hoc caſu, qui prior eſt tempore, potior eſt jure. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Anan. Butr. Hoſt. Henric. Anch. Panorm. Viv. *in ration. lib. 3. juris Pontif. pag.* 379. Alagona *in compendio juris Canon. pag.* 512. *& vol.* 4. *repet. de jure Canon. ad lib.* 3. *Decret.* Joan. Crot. remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 1. *Decret. lib.* 3. *tit.* 33. *c.* 30. & eſt poſt Concil. Lateran. *p.* 15. *c.* 8.

2 Collige ex text. laicum patronum, qui ſemel præſentavit, poſſe variare ante inſtitutionem Epiſcopi, & alium ſucceſſivè accumulando præſentare, non verò Eccleſiaſticum, ut per Roch. *in tract. hujus tit. verbo honorificum, q.* 9. *cum ſeq.* Gregor. *l.* 6. *tit.* 15. *p.* 1. Lambert. *p.* 2. *lib.* 2. *q.* 7. *art.* 22. Guttier. *de juram. confirm. p.* 3. *c.* 13. Flamin. *de reſign. benef. lib.* 1. *q.* 23. *n.* 13. Spin. *in ſpeculo teſtam. gl.* 4. *princ. à n.* 73. Ceval. *commun. contra commun. q.* 265. *& q.* 695. Nicol. Garc. *de benef. p.* 5. *c.* 9. *n.* 211. *cum ſeq.* Cavalcan. *deciſ.* 10. *n.* 61. *p.* 3. Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſ. reſol.* 156. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 30. *tract.* 3. *n.* 223. Viv. *in praxi jurispatr. p.* 2. *lib.* 10. *c.* 2. quorum plures refero ego ipſe *de offic. & poteſt. Epiſcop. p.* 3. *alleg.* 72. *n.* 151. Campan. *in diverſ. juris Canon. rub.* 11. *c.* 13. *n.* 440. Quæ quidem variatio patronis laicis ſemel tantùm, & cumulativè, non autem privativè cenſetur permiſſa, Roch. *d. verbo honorificum, q.* 10. Franc. Marc. *deciſ.* 478. *poſt n.* 6. *p.* 1. Lambert. *d. q.* 7. *art.* 22. *poſt n.* 6. Navar. *in c. placuit, de pœnit. diſt.* 6. *n.* 16. *&* 17. Tiraq. *in l. boves, §. hoc ſermone, in reg. n.* 25. *ff. de verb. ſignif.* Cald. Pereira *de poteſtate eligend. c.* 3. *n.* 10. Nicol. Garc. *d. c.* 9. *n.* 215. Campan. *d. n.* 440. ubi *n. ſeqq.* reſolvit, quod ſi nihil addatur de variatione, aut cumulatione, & alter ſimpliciter præſentetur, tunc præſumendum eſt cumulativè, præſertim cùm cenſeri debeat uti voluiſſe facultate à jure ſibi conceſſa variandi; & citat Lambert. *d. art.* 22. *n.* 7. & Guttier. *d. c.* 13. *n.* 5.

3 Limita ſupradictam reſolutionem, lite pendente inter præſentatos; tunc enim non poſſe patronum laicum variare, reſolvunt Roch. *d. verbo honorificum, q.* 23. Covar. *pract. c.* 36. *num.* 7. *verſ. tertiò quandoque,* Lancel. *de attent. c.* 4. *in præfat. à n.* 560. *ſeu* 659. Nic. Garc. *d. c.* 9. *n.* 217. nam quicquid dicat Lambert. *p.* 1. *lib.* 2. *q.* 6. *art.* 12. *c.* 1. *ut lite pendente, lib.* 6. habet locum in præſentatione, ut ponderant Garc. *loco proximè citato,* & Campan. *d. c.* 13. *n.* 456. & cenſuit Rot. *in Bracharen. Parochialis de Moreira,* 13. *Iunii* 1605. coram Ortembergo, ubi citantur Calderin. *conſ.* 1. *ut lite pendente,* Caſſad. *deciſ.* 6. *n.* 2. *ſub eod. tit.* Creſcent. *deciſ.* 10. *ſub hoc tit.* Aym. *conſ.* 63. *n.* 3. *verſ. ex quibus.*
4 Unde non poſſe patronum, lite pendente ſuper titulo beneficii, etiam cumulando collitigantem præſentare, quando per illam præſentationem datur occaſio litigandi, & aperitur via ne lis finiatur, cenſuit Rot. apud Farin. *deciſ.* 216. *n.* 7. *p.* 1. *recent.* Limita etiam ſi dictus patronus prima vice præſentando, juravit non variare, nec cumulare; tunc enim non licet ei etiam per viam cumulationis, vel variationis alium nominare, ut multis probat Guttier. *d. c.* 13. *ſub n.* 13. *verſ. his tamen:* ita quod nominandus rejiciendus eſſet à ſuperiore, qui ſecundò eſſet nominatus, & ſine difficultate inſtituendus eſſet primus, per ea, quæ Lambert. *lib.* 2. *c.* 2. *q.* 7. *art.* 16. *ſub n.* 4. quos refert Campan. *d. c.* 23. *n.* 451. ubi *n.* 456. diſputat, ſi præſentatum mori contingat, utrumne præſentans valeat alium nominare?

5 Utrùm autem patronus, qui nominavit indignum, poſſit alium poſteà loco illius nominare, non abs re erit inquirendum? Et in primis reſpectu patroni Eccleſiaſtici, non eſt dubium, minimè poſſe; privatus eſt enim pro illa vice jure præſentandi, & ad proximum ſuperiorem devolvitur proviſio, ut tenent DD. citati *ad c. cùm vos* 4. *n.* 5. *de officio Ordin.* Quo verò ad patronum laicum diverſæ ſunt Doctorum ſententiæ; nam aliqui tenent patronum laicum indignum nominantem, pro illa vice jure præſentandi eſſe privatum, ac proinde etiam hoc caſu proviſionem ad proximum ſuperiorem devolvi, ex quorum numero ſunt Hoſt. *in d. cap. cùm vos, ſub num.* 2. Barbat. *conſil.* 33. *ſub num.* 12. *volum.* 1. Guttier. *dict. c.* 13. *num.* 10. & alii relati à Ceval. *commun. contra communes, quæſt.* 659. *verſ. ſed contrarium, ſub num.* 4. Alii verò rectiùs exiſtimant non privari, ſed licere patrono infra quatuor menſes variare, taliquè elapſo tempore, non amplius poſſe, cujus ſententiæ fuerunt *in d. c. cùm vos,* Joan. Andr. *ſub n.* 12. Butr. *n.* 4. Imol. *n.* 3. Abb. *n.* 1. *&* 5. ſequitur etiam Franc. Marc. *Delph. deciſ.* 1157. *p.* 1. & Perez, quem refero *in d. c. cùm vos, n.* 2.

6 *Eo non refutato.*] Ergo patrono laico variare non licet, ſi à priori præſentatione prorsùs recedendo, alterum nominaret; eſſet enim ſine dubio nullius validitatis hic ſecundus actus, ut per Rip. *in rub. de judic. num.* 69. Lap. *alleg.* 78. *poſt num.* 6. Lambert. *p.* 2. *lib.* 2. *q.* 7. *princ. art.* 22. *poſt num.* 6. Guttier. *d. c.* 12. *num.* 4.

7 *Qui prior eſt tempore, jure potior eſſe videtur.*] De hoc juris principio vide Doctores citatos *ad reg. qui prior* 54. *de regulis juris, lib.* 6. *& in tract. Axiomatum juris uſufreq. Axiom.* 188. *n.* 1. *cum ſeqq.*

8 In gloſſ. *Iudicio Epiſcopi* 2. ibi, *& ſic eſt locus gratificationi,* &c.] Notatur ad hoc, quod ubicunque inter plures cumulativè præſentatos ad idem beneficium omnia paria eſſe conſtat, locus eſt gratificationi, ut per Roch. *verbo honorificum, q.* 15. *n.* 4. Lambert. *art.* 1. *q.* 15. *princ. p.* 3. *lib.* 2. *n.* 8. Cæſ. de Graſſis *deciſ.* 1. *n.* 9. *ſub hoc tit.* Cavalcan. *deciſ.* 32. *num.* 6. *p.* 5. Mar. Antonin. *variar. reſol. lib.* 1. *reſol.* 104. *n.* 1. *in fin,* Cald. Pereira *de renovat. emphyt. q.* 17. *n.* 33. *cum ſeqq. & q.* 18. *num.* 27. Sayr. *in floribus deciſ. ſub hoc tit. deciſ.* 3. Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſiaſt. reſolut.* 173. *num.* 2. Campan. *d. c.* 13. *num.* 44. quorum plures refero ego ipſe *de officio, & poteſtate Epiſcopi, p.* 3. *alleg.* 72. *num.* 199. ubi etiam, quod quando duo æqualiter præſentati fuerint, unus à duobus patronis, & alius ab aliis duobus, ſi æqualia ſint merita præſentatorum, habens inſtituere poterit optare, & quem voluerit inſtituere, & ſic eſt locus gratificationi, etiam in hoc caſu, de quo etiam Mar. Anton. *var. reſol. lib.* 1. *reſ.* 104. *n.* 2. Si verò reliqua non eſſent paria, gratificatio ceſſaret, non obſtante æqualitate vocum, quod ex Imola *in Clement. plures, n.* 6. *hoc tit.* Lambert. *d. n.* 8. Roch. *d. verbo honorificum, ſub n.* 40. *verſ. ſed bonus,* tenet Campan. *d. c.* 14. *num.* 446.

SUMMARIUM.

1 *Iuſpatronatus ex conſtructione Eccleſiæ facta de conſenſu Epiſcopi acquiritur : patronus non eligit Prælatum in Conventuali Eccleſia, ſed in capella ſic ; patrono debetur proceſſionis honor, & alimentatur ab Eccleſia, ſi vergat ad inopiam.*

2 *Iuſpatronatus acquiritur ex conſtructione Eccleſiæ facta de aſſenſu Epiſcopi abſque alia reſervatione.*

3 *Iuſpatronatus in Eccleſia Conventuali fundari non poteſt cum conſenſu Epiſcopi.*

4 *Iuſpatronatus non poteſt habere laicus in Eccleſia Collegiata.*

5 *Collegiata Eccleſia quibus ſignis cognoſcatur, remiſſivè.*

6 *Patronus Eccleſiæ debet præferri in præeminentiis honorabilioris ſedis, & dignioris loci.*

7 *Eccleſia alit patronum ſuum, ſi extrema laboret egeſtate, & an, quando, & quomodo hæc alimenta præſtari debeant, oſtenditur.*

8 *Patronus ingratus non alitur ab Eccleſia.*

9 *Conſenſus Papæ non præſumitur interveniſſe, etiam per longum tempus, in facultate Eccleſiæ ſuper conditionibus appoſitis in ipſa fundatione.*

10 *Iuſpatronatus in Eccleſia Regulari, vel beneficio regulari ex ſola fundatione, & dotatione ſine particulari privilegio Apoſtolico non acquiritur.*

11 *Alimenta patrono præſtantur ſecundùm illius qualitatem.*

12 *Eccleſias conſtruere dicitur opus pium, & religioſum.*

Cap. Nobis XXV.

Clem. III.

1 PAtronus efficitur ſolus ille, qui de conſenſu Epiſcopi exſtruxit Eccleſiam. Et non poteſt intereſſe electioni faciendæ de Prælato Eccleſiæ, ſed poſt electionem poſtulatur ejus aſſenſus, niſi habeat ſpecialem facultatem intereſſendi electioni, ſecus eſt in capella, quam tantùm patronus eligit, & præſentat Epiſcopo. Item patrono datur honor proceſſionis, & ſi patronus vergat ad inopiam, Eccleſia ſuccurrere debet illi modeſtè ſecundùm jura. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Anan. Hoſt. Butr. Henric. Boich. Anch. Henric. Caniſ. Panorm. Vivian. *in ration. lib.* 3. *juris Pontif. pag.* 380. Alagona *in compend. juris Canon. pag.* 512. remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. & 2. refertur ab Ant. Auguſt. *collect.* 2. *Decret. lib.* 3. *tit.* 24. *c.* 2.

2 *Cum conſenſu Diœceſani conſtruxit*, &c.] Probat hic text. ex conſtructione Eccleſiæ facta de aſſenſu Epiſcopi acquiri juſpatronatus abſque alia reſervatione, ut per Roch. *in tract. hujus tit. verbo, & Eccleſiam fundavit, q.* 8. *n.* 22. Lambert. *in ſimili tract. p.* 1. *lib.* 1. *q.* 2. *art.* 3. & *eod. lib.* 1. *p.* 5. *art. ſecunda quæſt. princ. n.* 12. Rot. *deciſ.* 167. *n.* 4. *p.* 2. *diverſ.* & *deciſ.* 421. *n.* 2. apud Farin. *p.* 2. *recent.* Zerol. *in praxi Epiſcop. p.* 1. *verb. Iuſpatronatus*, §. 2. Azor. *inſt. mor. p.* 2. *lib.* 6. *c.* 19. *q.* 7. Viv. *in praxi juriſpatr. p.* 1. *lib.* 1. *c.* 1. *n.* 24. Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſ. reſol.* 123. *n.* 2. & *in collect. deciſ. p.* 5. *collect.* 1646. Campan. *in diverſorio juris Canon. rub.* 11. *c.* 13. *n.* 335. Nicol. Garc. *de benef. p.* 5. *c.* 9. *n.* 62. & *à n.* 71. D. Ferent. *in annot. ad deciſ.* 1. *Buratti, n.* 24. *lit. B*, quorum plures refero ego ipſe *de offic. & poteſtate Epiſcopi, p.* 3. *alleg.* 70. *n.* 20. ubi *n.* 21. quod conſenſus ſufficit, ſi interveniat ex poſtfacto: & *n.* 23. quod præſtandus eſt Ordinario illius loci, in quo fundatur Eccleſia : & *n.* 30. quod Ordinarii nomine in hac materia venit quilibet Prælatus, etiam inferior, dummodò habeat Epiſcopalem juriſdictionem: & *n.* 32. amplio ad Capitulum Sede vacante. Maſſobr. *in praxi habendi concurſum, prælud.* 7. *dub.* 6. ſecundùm Rom. impr. ubi *dub.* 7. ſubdit quod diœceſanus poteſt compelli per ſuperiorem, ſi nolit conſentire reſervationi juriſpatronatus, immò quod poteſt ipſe ſuperior conſentire, ſi diœceſanus renuat ſine cauſa. Adverte, quod juſpatronatus non acquiritur ex conſtructione, ſeu dotatione neceſſariò, non voluntariè facta, Lamb. *in tract. hujus tit. p.* 1. *lib.* 1. *q.* 4. *princ. art.* 7. Rot. *deciſ.* 167. *n.* 5. & 6. *p.* 2. *diverſ.* & *dec.* 758. *n.* 2. *p.* 2. *recent.* & *in Camerin. penſionis*, 10. *Decembris* 1625. coram R. P. D. meo Pirovano. Utrùm autem ex reædificatione acquiratur juſpatronatus, vide quæ dixi *ad c.* 3. *in gloſſ. verbo fundatores, ſuprà hoc tit.* An in altari jam conſtructo poſſit in abſtracto fundari nova capellania, & in ea reſervari juſpatronatus? Affirmativè reſpondent Roch. *de jurepatr. in verbo & dotavit, q.* 1. Lambert. *eod. tract. lib.* 1. *p.* .. *q.* 5. *art.* 15. *in princ. verſ. nota tamen, & q.* 6. *art.* 1. *n.* 30. *verſ. tu circa*, & fuit dictum *in Gerunden. juriſpatron.* 22. *Aprilis* 1622. coram Reverendiſſimo D. meo Decano.

Utrùm autem conſenſus Ordinarii ex lapſu temporis præſumatur, ſolet ab aliquibus in dubium revocari, in quo communis obtinuit, ex diuturnitate temporis, ædificatione capellæ cum inſignibus, & armis, ac viſitatione ſuperioris, hujuſmodi conſenſum præſumi, ut ex multis S. Rotæ deciſionibus comprobavi *de officio, & poteſt. Epiſcopi, part.* 3. *alleg.* 70. *num.* 22. quibus addo Cavaler. *deciſ.* 265. *num.* 5. & regulariter tempus triginta annorum neceſſarium eſſe ad præſentandum talem conſenſum, firmavit Beltramin. *ad Gregor. XV. deciſ.* 42. *num.* 7. Verùm hac in re optimè conſideravit Rot. *in Segobien. Capellaniæ*, 13. *Ianuarii* 1623. coram bonæ mem. Ubaldo, quod licèt ſupradicta procedant in donatione juriſpatronatus, in qua nullus poteſt conſiderari favor Eccleſiæ, acproinde requiratur ſpatium tanti temporis ad præſumendum talem conſenſum ; tamen ubi agitur de præſumendo conſenſu in electione alicujus beneficii cum reſervatione juriſpatronatus, cùm ſit in favorem Eccleſiæ, qui in eo verſatur, ne beneficium jam erectum ſupprimatur ob defectum talis conſenſus, non videtur requiri ſpatium tanti temporis, ac proinde videbatur ſufficere decennium, ex quo agitur de modico præjudicio, ex Menoch. *de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 132. *num.* 54. eo maximè, quia conſenſus Ordinarii poteſt intervenire ex poſtfacto, ut dixi *ad c. nullus, n. fin. hoc tit.* & quia Eccleſia reperitur ædificata, interveniſſe præſumitur, Menoch. *lib.* 6. *præſumpt.* 79. *num.* 3. Nicol. Garc. *de benefic. p.* 5. *c.* 9. *num.* 73.

Cæterùm in Conventuali Eccleſia, &c.] Notatur ad 3 hoc, quod juſpatronatus in Eccleſia Conventuali fundari non poteſt cum ſolo conſenſu Epiſcopi ; ſed eſt neceſſarium privilegium Apoſtolicum in limine fundationis, etiam ad effectum præſentationis, ut docent *in præſenti* Hoſtienſ. *col.* 2. Roch. *num.* 16. & Abb. *num.* 9. Put. *deciſ.* 366. & 379. *part.* 2. Seraph. *deciſ.* 1305. *n.* 5. & *deciſ.* 1353. *n.* 5. & *deciſ.* 1395. *n.* 2. Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. part.* 5. *collect.* 1486. Rot. *in Albanen. Prioratus*, coram Orano, & apud Farin. *deciſ.* 33. *num.* 1. *part.* 2. *recentior.* ubi *num.* 3. pariter cenſuit juſpatronatus præſumi fundatum ex privilegio Apoſtolico, quando ultra temporis antiquitatem

concurrit

concurrit obſervantia præſentationum, cum declaratione, de qua *ibi*, vide *infr. num.* 10.

Intellige ſi juſpatronatus eſſet reſervatum in tota Eccleſia, ſecus verò ſi fuit reſervatum in Altari conſtructo, vel conſtruendo de Ordine teſtatoris in dicta Eccleſia Regulari, quia tunc ſufficit ſolùm conſenſus Regularium, ut citato Pariſ. *conſil.* 35. *num.* 10. *lib.* 4. cenſuit Rota *in Segobien. capellaniæ,* 26. *Februarii* 1625. coram bonæ mem. Ubaldo, *in verſ. non obſtat* 2. refert Ferentil. *ubi ſuprà, num.* 17. ubi *num.* 16. poſt Seraph. *deciſ.* 1395. *num.* 3. ampliat deciſionem text. etiamſi Eccleſia eſſet conventualis habitu, non actu. Privilegium autem prædictum ex curſu temporis, & obſervantia præſumitur interveniſſe in limine fundationis, licèt non ſit enuntiatum, Abb. *in cap. cura paſtorali, num.* 4. *hoc tit.* Rot. *deciſ.* 363. *num.* 1. *& deciſ.* 573. *n.* 2. *part.* 4. *diverſ.* Niſi ex facie inſtrumenti fundationis conſtaret adhibitum fuiſſe ſolum conſenſum Epiſcopi, vel alterius Prælati Papa inferioris, Anton. Gabr. *commun. tit. de præſumpt. concl.* 1. *num.* 57. Rot. *deciſ.* 53. *num.* 2. *part.* 1. *recent.*

4 Notatur etiam hic text. ad hoc, quod in Eccleſia Collegiata non poteſt laicus habere juſpatronatus, ut per Perez *l.* 1. *col.* 15. *verſ. in Eccleſia, tit.* 6. *lib.* 1. *Ordinam. pag.* 142. ubi etiam refert, quod poterit habere quoad honores & ſimilia alia beneficia ejuſdem Eccleſiæ Collegialis, additque *pag.* 146. *col.* 1. hunc textum eſſe intelligendum in præſentatione Prælati, non autem in aliis de collegio, quorum præſentationem non poteſt habere laïcus, quod etiam tenet Menochius *conſil.* 90. *à num.* 37. & deinde infert idem Perez, quod ſi Eccleſia patronata in Collegiatam erigatur, patronus amittit juſpatronatus, & ampliùs præſentare non poteſt, ſed tantùm conſenſum electioni factæ præſtare. Et quod juſpatronatus in Eccleſia conventuali ex conſtructione acquiratur ad effectum præeminentiarum, & ad omnes effectus, excepto jure præſentandi, & nominandi, ex Lambertino *lib.* 1. *part.* 1. *art.* 7. 11. *quæſt. principalis, num.* 5. tradit Rota coram
5 Card. Cavaler. *deciſ.* 265. *num.* 6. *&* 7. Quibus autem ſignis cognoſcatur Eccleſia Collegiata, vide Maſcardum *de probationib. concluſ.* 584. *per totam,* Card. Mantic. *deciſ.* 107. *num.* 9. *& deciſ.* 175. *num.* 1. *& deciſ.* 215. *à num.* 1. Rota *deciſ.* 673. apud Farinacium *part.* 1. *recent. & deciſ.* 315. *à num.* 3. *&* 4. *& deciſ.* 482. *n.* 4. *part.* 2. *recent.* vide latè *infrà ad cap. poſtulaſti* 30. *hoc tit. num.* 5.

Patroni poſtulatur aſſenſus.] Collige ex text. in electione Prælati Eccleſiæ Conventualis poſtulandum eſſe patroni conſenſum, ita gloſſ. *verb. honeſtius,* Abb. *num.* 8. Zabarel. & alii *in præſenti,* idem Abb. *num.* 2. *in cap. cùm terra, de elect.* Roch. *in tract. hujus tit. verbo in Eccleſia, quæſt.* 2. *num.* 2. *& quæſt.* 3. *num.* 8. Paul. de Citadinis *part.* 3. *quæſt.* 32. *num.* 41. Lambertin. *lib.* 2. *part.* 1. *quæſt.* 5. *art.* 1. *à num.* 19. *& art.* 2. *à princip.* Intellige ſecundùm ſuprà citatos, ut poſtulet in poſtulatione conſenſum ad effectum ut patronus electionem approbet, & laudet, manente ipſius validitate, quantumcunque illam recuſaverit; nam cùm hujuſmodi conſenſus tantummodò in obſequium, & remunerationem beneficii accepti poſtuletur, & tale obſequium, ſeu remuneratio non dicat prædictum conſenſum præcisè eſſe obtinendum, rectè fit, ut talis conſenſus ita requiratur, ut velit, nolitve, validitas electionis permaneat, prout explicant Abb. *in cap. Sacroſanctæ, num.* 6. *de elect.* Paul. de Citadinis *dict. num.* 41. Roch. *d. quæſt.* 2. *num.* 2. Cavaler. *d. deciſ.* 321. *num.* 5. *& deciſ.* 445. pro quo intellectu facit verbum illud, *honeſtius,* de quo *in hoc text.* quod quidem ſupponit honeſtè fieri, ſi patroni conſenſus non requiratur, prout in ſimili probat text. *in cap. commiſſum* 16. *de ſponſalibus,* ibi, *tutius,* &c. juncta communi interpretatione, de qua *ibi.* Nec huic intellectui refragatur text. *in cap. Abbatem, il* 2. 18. *quæſt.* 2. ſiquidem omiſſis multis declarationibus, de quibus DD. ſatisfit ſi dicas text. illum ſolùm evincere habendam eſſe rationem ipſius patroni, & certiorem eſſe faciendum de electione Prælati in Monaſterio, cujus patronus exiſtit, non verò conſtituere conſenſum patroni præcisè eſſe requirendum, ut aliquid impediat, vel officiat electioni jam factæ, prout voluit gloſſ. 1. *in cap. principali,* 63. *diſtinct.* Abb. *hîc, in finalibus verbis.* Unde jam colliges non videri veram ſententiam gloſſ. *verb. honeſtius, in præſenti,* dum videtur velle, de neceſſitate præciſa fore poſtulandum aſſenſum patroni, itaut ſine illo non confirmetur electio: idem dicit apertius gloſſ. *verbo Princeps, in cap. de hoc, de ſimon.* ſequitur Hoſtienſ. relatus à Zabarel. *in præſenti, quæſt.* 3. advertere namque debuiſſent ſolùm poſtulari conſenſum in obſequium, & reverentiam patroni ad illum tantùm effectum, ut coram diœceſano, ſi aliqua ſciat, opponat, quæ de jure debeant impedire confirmationem, prout reſolvunt ſuprà citati, aliàs data confirmatione ſine requiſito conſenſu, vel illo non dato, permanet ipſa in ſua firmitate, ut advertit Lambert. *lib.* 2. *part.* 1. *quæſt.* 5. *art.* 2. *num.* 9.

Limita ſupradictam concluſionem, quæ habet in electione Prælati Eccleſiæ Conventualis poſtulandum eſſe patroni conſenſum, explicatam ut *ſuprà,* non procedere data conditione in contrarium in eadem Eccleſia Conventuali appoſita de conſenſu Epiſcopi in fundatione, conſtructione, vel dotatione ipſius, ſiquidem illa prædicto modo apponi poteſt, per quam patronus in eadem Eccleſia Conventuali Prælatum præſentare poſſit, advertit in ſpecie Paulus de Citadinis *d. loco,* Roch. *d. quæſt.* 2. *num.* 3. Lambertin. *lib.* 2. *part.* 1. *quæſt.* 5. *art.* 1. *num.* 23. Deinde limita non procedere reſpectu Præbendarum, Capellarum, ſeu aliorum beneficiorum, quæ extiterint in eadem Eccleſia Conventuali; in his enim non datur inconveniens, quominus patronus præſentare poſſit, & ita probat text. *in verſ. ſecus tamen,* Concil. Trident. *ſeſſ.* 25. *de reformat. cap.* 9. *verſ. reliquæ,* notat Abb. *num.* 6. *in fine,* & alii *in præſenti,* idem Abb. *in cap. ſuggeſtum, num.* 3. *ſuprà eodem, & in cap. fin. de conceſſ. præbend.* Roch. *d. quæſt.* 2. *num.* 3. Paul. de Citadinis *ubi ſuprà,* communis ex Imol. *in d. cap. fin.* Lambertin. qui plures refert *d. quæſt.* 5. *art.* 3.

Honor proceſſionis fundatori ſervatur.] Collige ex text. deberi patrono honorem proceſſionis, ita gloſſ. 6
verb. modeſtè, Butr. *num.* 2. Abb. *num.* 5. Anan. *num.* 9. & alii *in præſenti,* Innocent. *num.* 3. ubi Abb. *num.* 4. *in rubr. ſuprà hoc tit.* Roch. *verbo honorificum, quæſt.* 63. *num.* 98. latè Lambert. *lib.* 3. *quæſt.* 1. *art.* 1. *à princ.* Intellige in honore continuo proceſſionis reſpectu ultimi loci illius, in quo patronus retro præcedere debet juxta Prælatum in ſolemni proceſſione, ſi in illa provincia major honor ſit ſequi, quàm præcedere, prout in ſpecie reſolvunt Angel. *in ſumma, verbo Iuſpatronatus;* Paul. de Citadinis *part.* 6. *quæſt.* 1. Intellige verò proxima verba text. de honore, quo patronus excipitur cùm ad Eccleſiam venit, Abb. *in præſenti, num.* 5. Azon *d. part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 20. *quæſt.* 2. Nam patronus Eccleſiæ aliis debet præferri in præeminentiis honorabilioris ſedis, & dignioris loci, in proceſſionibus, ac anterioritate in ſuſcipienda pace, thurificatione & aliis conſimilibus actibus, Mantic. *deciſ.* 244. *num.* 1. Franc. Leo *in theſauro*

*fori Eccleſ. part.*2. *cap.*16. *num.*72. Bellet. *diſquiſit. clerical. part.*1. *tit. de clerico debitore*, §.14. *num.*10. *verſ. ratio*, Roch. *de jurepatronat. verbo honorificum*, *num.*99. Lambertin. *in ſimili tract. lib.* 3. *quæſt.*1. *princip. n.*11. Cardinal. Cavaler. *deciſ.*321. *num.* 2. ubi *num.*4. ſubdit pariter præeminentiam habere ut poſſit defendere Eccleſiam, & denuntiare perſonas dilapidantes ejus bona.

7 *Et ad inopiam vergat.*] Notatur ad hoc, quod Eccleſia alit patronum ſuum ad inopiam vergentem. Idem probat text. *in cap. quicumque, il* 2. 16. *q.*7. ibi: *Suffragium vitæ*, &c. tradunt gloſſ. *verb. modeſtè*, Butr. *num.*22. Abb. *num.*6. Anan. *num.*9. *in præſenti*, Roch. *verb. utile*, *quæſt.*1. *n.*1. Lambert. dicens eſſe omnium Doctorum ſententiam *lib.*3. *q.*3. *art.*1. Gig. *de penſionib. quæſt.*23. *n.*1. Molin. *de primog. lib.*1. *cap.*24. *n.*21. Lar. *in l. ſi quis à liberis*, §. *ſolent*, *n.*20. *cum ſeqq. ff. de liberis agnoſcend.* latè Surd. *de alim. tit.*1. *quæſt.*54. *per totam*, Vivian. *in praxi juriſpatr. lib.*1. *cap.*1. *à n.*11. Campanil. *d. rubr.* 11. *cap.*27. *ſub num.*22. Declara tamen non eſſe neceſſarium quod patronus in ſumma egeſtate poſitus ſit, ſed ſufficere quod jamjam ad paupertatem deveniat, ita ut verum ſit dicere, quod jam ſecundùm qualitatem ſuæ perſonæ ſuſtentari non poteſt ex ſuis bonis, vel aliunde, putà ex aliquo opere ſuo, quod licitè & honeſtè exercere poſſit, attenta qualitate ſuæ perſonæ, propter text. *in l. ſi quis à liberis*, §. *ſed ſi filius*, *ff. de liber. agnoſc.* patet ſi expendas id importare venire ad inopiam, ut probat text. *in cap.*1. §. *ſanè*, *de ſtatu Monach. lib.*6. juncta deciſione text. *in l. nepos Proculo* 125. *in fin. verſ. poteſt*, *ff. de verb. ſignif.* & ita in ſpecie Lambert. *lib.*3. *q.*3. *art.*3. *num.*6. quicquid gloſſ. *verb. ad inopiam*, *in cap. quicumque*, 16. *q.*7. contrarium velit, exiſtimans oportere in ſummam egeſtatem eſſe deductum patronum; contra quam ultra prædictam rationem urget text. *in præſenti*, ibi, *ad inopiam vergat*, & *in d. cap. quicumque*, ibi, *redacti fuerint ad inopiam*, quæ quidem verba non requirunt, niſi tantùm illum caſum, in quo jam ex his bonis commodè, vel aliunde ſuſtentari nequeat, ut eleganter probat Juriſconſult. *in l. ſi conſtante* 24. *in princ. ff. ſol. matrim.* ubi agens de illo, qui vergit ad inopiam ad effectum ut repetitio dotis contra illum intentetur, dicit talem eſſe qualem conſtat jam aliquid minus habere ex illis bonis, quibus antea dos poterat præſtari, patet ibi, *ex quo evidentiſſimè apparuerit matris facultates ad dotis exactionem non ſufficere*, prout tradit in ſpecie Novell. *de dote*, *part.*6. *quæſt.*70. Campeg. *eod. tract. part.*3. *quæſt.*19. Palat. *in repet. cap. per veſtras*, *de donat. inter virum*, §.17. & 18. Anton. Gom. *l.*50. *Tauri*, *num.* 33. imò tenetur Eccleſia ex gratitudine patronum inopem alere, Rot. *deciſ.*594. *num.*5. apud Farin. *collect.* 1. *noviſſimarum*, aliàs *part.*4. *diverſ.* ubi cenſuit ad hoc ipſum patronum ſummam egeſtatem probare teneri. An autem ab alimentis hujuſmodi excludatur, ſi poteſt artem aliquam exercere proprio ſtatui non contradicentem? vide eandem Rot. *deciſ.* 594. *p.* 4. *diverſ.* Eccleſia patronum pauperem in domo propria, & non in ipſa Eccleſia tenetur alere, Rebuff. *in tract. congruæ portionis*, *num.* 97. Lat. *in d.* §. *ſolent*, *num.*28. Surd. *tit.*4. *quæſt.*14. *num.*21. de integris ſcilicet alimentis, id eſt, de cibo, potu, veſte, lecto, & aliis omnibus, quæ ſub alimentorum vocabulo continentur, ſi ei ſuppetant facultates: idem Surd. *tit.*4. *quæſt.*23. *à num.*12. itaut ex fructibus ſint deducenda, non verò ad ea vendenda proprietas. Surd. *d. tit.*4. *quæſt.*9. *num.*11. præſtando ampliora, & pinguiora alimenta patrono nobili, quàm ignobili; idem Surd. *d. tit.*3. *quæſt.*28. *num.*15. & non ſolùm ipſummet patronum, ſed etiam uxorem, & filios, & familiam Eccleſia alere tenetur, Surd. *tit.* 4. *num.*18. & *tit.*7. *quæſt.*32. *num.*30.

8 Limitatur tamen in patrono ingrato, qui non alitur ab Eccleſia, Surd. *eod. tit.*7. *quæſt.*32. *à num.*6. ubi à principio illius quæſtionis probare intendit, non eſſe alendum patronum, quando deductis alimentis Curati nihil ſupereſt; nam Eccleſia tunc debet dare alimenta patrono pauperi, ſi ſupereſt ultra id quod neceſſarium eſt ad Dei cultum, ac miniſtrorum alimenta, Abb. *in præſenti*, *num.*6. & Burr. *n.*22. Lambert. *in tract. hujus tit. lib.*3. *art.* 2. *tertia quæſt. princ. num.*2. Roch. *in ſimili tract. verb. utile*, *num.* 1. & 2. Roland. *conſil.*2. *num.*33. *lib.*3. Caſſad. *deciſ.*3. *num.*2. *ſub hoc tit.* quos refert, & ſequitur Rot. apud Farin. *deciſ.*454. *part.*1. *recent.*

Ex eo juſpatronatus acquiri.] Ergo probata conſtructione cum aſſenſu Epiſcopi ſaltem præſumpto, non eſt neceſſe probare alium aſſenſum quoad acquiſitionem juriſpatronatus, ut latè deducitur apud Card. Cavaler. *deciſ.*336. *ex n.*4.

In gloſſ. *Niſi aliter*, ibi, *ſpecialiter conceſſa in ſua fundatione.* Notatur ad hoc, quod conſenſus Summi Pontificis non præſumitur interveniſſe etiam per longum tempus in fundatione Eccleſiæ ſuper conditionibus appoſitis in ipſa fundatione, ut per Maſcard. *de probat. concl.*416. *num.*3. & 5. Rot. *deciſ.*563. apud Farin. *in* 1. *collect. noviſſimar.* 9

In ead. gloſſ. ibi, *Ubi datum fuit tale privilegium*, &c. Notatur ad hoc, quod licèt ex eo quod quis fundat, & dotat aliquam Eccleſiam, acquirat juſpatronatus, & exinde titulus probetur, tamen ſecus eſt in Eccleſia Regulari, quia ultra dotationem, & conſtructionem requiritur expreſſa conceſſio, & privilegium Apoſtolicum in limine fundationis, ut per Rot. *deciſ.*564. *n.*3. & *deciſ.* 573. *n.*1. apud Farin. *in collect.* 1. *noviſſimar.* ubi *n.*2. cenſuit quod confirmatio Apoſtolica ex lapſu diuturni temporis etiam non enuntiata præſumitur. Item etiam quod in beneficio Regulari non acquiritur juſpatronatus ex ſola fundatione, & dotatione ſine particulari privilegio Apoſtolico, Mohedan. *deciſ.*340. aliàs 10. *num.*5. *hoc tit.* Covar. *in reg. poſſeſſor*, *part.*2. §.10. *n.*3. *verſ. alter caſus*, Lambert. *de jurepatr. lib.*2. *q.*5. *part.*1. *art.*1. *num.*10. & 11. Paul. de Citadinis *eod. tract. part.*3. *conſ.*1. *num.*71. & *conſ.*2. *n.*13. *verſ. ſed ex reſervatione ſpeciali*, Rota *deciſ.*563. *verſ. non obſtat*, & *deciſ.*564. *n.*2. & 3. & *deciſ.*572. *n.*1. & *deciſ.*574. *n.*1. *part.*4. *diverſ.* & *deciſ.*53. *n.*1. *part.*1. *recent.* Seraphin. *deciſ.*1305. *n.*5. & *deciſ.*1353. *n.*5. & *deciſ.* 1395. *n.*2. Rot. *deciſ.*421. *n.*2. apud Farin. *part.*2. *recent.* & vide *ſuprà*, *num.*3. 10

In gloſſ. *Modeſtè*, ibi, *& ad qualitatem perſonæ.* Notatur ad hoc, quod alimenta patrono præſtantur ſecundùm illius qualitatem, ut per Tiraquel. *de nobilit. cap.*20. *num.*143. D. Barboſ. *in l. maritum*, *n.*5. *ff. ſolut. matrim.* Azor. *d. cap.*20. *quæſt.*2. ſentit gloſſ. *verb. ad inopiam*, *in cap. quicumque*, 16. *quæſt.*7. dum dicit magis providendum eſſe illi, qui fuit dives, quàm illi, qui ſemper ſuſtinuit aliquam paupertatem: reſolvunt Roch. *verb. utile*, *quæſt.*1. *num.*2. Lambert. *d. quæſt.*3. & *art.* 6. *in princip.* & *num.*13. & *à num.* 25. quærit an alimenta debeant eſſe in quantitate, quæ nutriant uxorem, filios, & ſervos domeſticos, qui qualitati patroni conveniant. Quorum alimentorum nomine non tantùm eſus, & potus, ſed etiam veſtiarium, quinimò & habitatio veniunt, & patrono tribuenda ſunt, juxta text. *in l. legatis*, *ff. de aliment. & cibar. legat.* & *in l. verbo victus* 43. *ff. de verbor. ſignificat.* tradunt Palat. *in rubr. de donatione inter virum & uxorem*, §.11. *num.*3. Covar. *de ſponſal. part.*2. *cap.*3. §.1. *num.*9. D. Barboſ. *in l. qua dotis*, *à num.*64. *ff. ſol. matrim.* 11

& inſuper alia præſtanda ſunt, de quibus Lambertin. *d.q.3.art.9.à princ.*

In ead. gloſſ. ibi, *Onus.* Videtur gloſſ. ſentire ad patronum pertinere ſollicitudinem, & ſolertiam circa Eccleſiæ patronatæ, & ipſius rerum defenſionem, id enim importat onus, idem probant text. *in cap. filiis 16.q.7.& in cap. conſtitutum,*16 q.1. Roch. *verbo onero-ſum,q.1. & ſeq.* Lambert. *lib.3. q.1. art.1.* Ex quibus colliges poſſe patronum obligare beneficiarium, vt ſaltem in genere ſibi reddat rationem circa adminiſtrationem reddituum Eccleſiæ patronatæ, vt dixi *in addit.ad cap.ex literis, ſuprà hoc tit. propè fin.* Colliges etiam cuſtodiam Eccleſiæ vacantis ad patronum pertinere, vt probat text. opt. *in cap. cùm vos, de officio Ordin.* vbi Abb. & communiter DD. poſt Lambertin.*d.loco, art.6.*

12 In gloſſ. *In capella.* Notatur ad hoc,quod conſtruere Eccleſias dicitur opus pium, & religioſum, vt per Spin. *in ſpeculo teſtam.gloſſ.3.princ.n.5.*

In ead.gloſſ.ibi, *Sed his non obſtantibus videtur quod inuito patrono Capella in præiudicium patroni, & ita eo inuito collegiata fieri non poteſt.* Ita Maſſobr. *in praxi habendi concurſum,præl.7.dub.5.n.5.* ſecundùm Roman. impreſſ. vbi ſubdit eo caſu iuſpatronatus amitti per erectionem in collegiatam, quando patronus pariter Eccleſiam erigi in collegiatam abſque aliqua reſeruatione ſui iuris.

SUMMARIUM.

1 *Patronus Eccleſiæ vacantis,quamvis ſit Clericus, ad eam præſentare non poteſt,* & n.2.

3 *Patronus non valet procuratorem deputare, qui eundem conſtituentem ad Eccleſiam vacantem nominet.*

4 *Procurator deputatus à multis patronis ad præſentandum, poteſt vnum ex dictis conſtituentibus præſentare, modò comparuerit nomine omnium.*

5 *Patronus vt poſſit ſuum de iurepatronatus adipiſci beneficium, duo modi referuntur.*

6 *Procurator conſtitutus à patrono ad præſentandum, non poteſt ſeipſum præſentare.*

7 *Patronus etiam ad beneficium ſimplex ſe præſentare non poteſt.*

Cap. Per noſtras XXVI.

Innoc. III.

1 NVllus etiam Clericus idoneus, doctus, & benemeritus,habens juſpatronatus in aliqua Eccleſia,poteſt ſe præſentare, quia nemo debet ſe ingerere officiis Eccleſiaſticæ prælationis. Colligunt ex Ordin. Abb.antiq.Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Butr. Imol.Anan.Hoſt.Henric. Anch.Panorm.Viu.*in ration. lib.3. juris Pontif. pag.*381. Alagona *in compend.iuris Canon.pag.*513. remiſſiuè Ximen. *in concord. p.1. & 2.* refertur ab Ant. Aug. *collect.3.Decret.lib.3. tit.30. c.1.*

2 Hanc eandem concluſ. ex hoc text. deſumunt Paul. de Citadin.*p.6.q.48.art.3. n.89. cum ſeqq.* Lambertin. *lib.2.p.1.q.8.art.1.n.6.*Mant. *dialog.4.*Rot. *in Spoletana capellaniæ,16.Maij* 1623.coram bon.mem. Buratto, & *in Regien. iuriſpatronatus,* 15.*Januar.*1624. coram R.P. D. meo Pirouano, & *in eadem 5.Martij* 1625. coram bon.mem.Vbaldo, Flamin.*de reſign. lib.9.q.17. n.222.* Viu.*in praxi juriſpatr.p.2.lib.6.c.8.* Campan. *in diuerſorio iuris Canon.rubr.11.c.13.n.398.* Mar. Antonin. *var. reſol.lib.1.reſol.51.n.1.*quos refero ego ipſe *de offic. & poteſt.Epiſc.p.3. alleg.72.n.85.* quod adeò verum exiſtimat Campanil. *d. loco,* vt procedat etiam reſpectu beneficii ſimplicis, quicquid contrarium velit Lambertin. *in tract.huius tit.p.1. lib.2.q.8. art.2.* Ratio eſt, quia in præſentatione patroni de ſe ipſo facta virium ambitionis reperiri cenſetur; nam cùm non ſolùm prohibeantur illa, quæ per ſe mala ſunt, verùm etiam illa quæ ſpeciem mali repræſentant, & præſentatio de ſe facta propter prædictum vitium in illo præſumptum mali ſpeciem habere cenſeatur, argum. text. *in cap.quia in tantum, & in cap. cùm jam dudum, de præbend.* meritò text. dicit patronum ſeipſum ad Eccleſiam patronatam vacantem non poſſe præſentare, pro qua ratione, ſeu potiùs declaratione faciunt verba huius text. ibi, *cum igitur nullus ſe ingerere debeat,* &c. quæ quidem verba important affectare, & ambire, iuxta text. *in l. ſi quenquam, C. de Epiſcopis, & Clericis,* in qua ratione naturali ſuaſoriam tamen dat hic text. ad conſtituendam talem prohibitionem, quemadmodum multoties Pontifices aliàs ſimilibus rationibus naturalibus ſolent ſuas deciſiones probabiliter confirmare, vt videre eſt *in cap. quoniam, de officio,& in cap.cùm omnes, de conſtit.* Amplia procedere etiam in inſtitutione, ita vt Epiſcopus ſimiliter ſe ipſum inſtituere non poſſit, provt dixi *in addit. ad c. vlt. de inſtit.* Limita quando patronus præſentat filium ſuum ad Eccleſiam vacantem, de quo dixi ad *c. quia Clerici, in gloſſ. ſupr. hoc tit. & c.conſuluit* 15. *n.3. ſupr. eod.*

An autem patronus valeat procuratorem deputare, 3
qui eundem conſtituentem ad Eccleſiam vacantem nominet? Reſpondeo quod non poteſt, quamvis valeat etiam, nulla ſpecifica præhabita conditione illum eligere, ita Flamin. *d.q.17.n.113.* Rota apud Caputaquenſ. *deciſ.397.part.1.* ead. Rot. *deciſ.185.part.2. diuerſ.* vbi etiam tentum fuit, quod ſi procurator de- 4
putatus fuerit à multis patronis ad præſentandum, & vnum ex dictis conſtituentibus præſentet, dummodo comparuerit nomine omnium, valet actus: refert Campan. *d. c.13. num.399.* Si autem patronus, qui 5
vnicus eſt, vellet ſuum de jurepatronatus adipiſci beneficium, qua medela ad illud aſſequendum vti poſſit, non abs re quæret aliquis, & vno ex duobus modis ſibi ſuccurrere poſſe tradunt Doctores, quorum vnus eſt, vt emittat preces coram Epiſcopo, vt ſibi prouideatur de beneficio, refert Abb. *in præſenti,* & videtur inſequi Caualcan. Fiuiz. *deciſ.18.num.42.p.3.* Ioſeph.Ludou. *concl.42.verſ. ampliatur 6.* Lambert. *d. q.8.art.3.*Ioan.de Selua *de benefic.p.1.q.6.n.19.* Zerol. *in praxi Epiſc. p.1. verbo iuſpatronatus,* §.21. & quod patronus huiuſmodi poteſt procedere per viam deprecationis, & ſupplicationis factæ Epiſcopo, vt ſibi conferat beneficium, & illo caſu poſſit Ordinarius illum gratificando admittere, cenſuit Rot. *in d.Regienſi juriſpatronatus, 15.Ianuarij* 1625. coram R. P. D. meo Pirouano, & *in eadem 5. Martij* 1624. coram bonæ mem. Ubaldo,& *in Barcinonen.beneficij,2.Maij* 1625. coram eodem D. meo Pirouano, cum aliis citatis per Ferentil. *in annot.ad deciſ.316. Buratti, n. 19.* Alter verò eſt, quod Epiſcopus poſſit dictum beneficium conferre eidem patrono, qui inhæreat, atque aſſentiat collationi prædictæ, quod longa ſerie poſt alios tutatur Lambert. *d.q.8.art.4.*

Intellige ſupradicta adeò vera eſſe, vt nec procu- 6
rator conſtitutus à patrono ad præſentandum poſſit ſe ipſum præſentare, vt per Viu. *d.c.8.num.8.*Gonzal. *ad reg.8. Cancel.gloſſ.2. n.57. & ſeq.* quos refero ego ipſe *d.alleg.72.n.88.*

Eccleſiaſticæ prælationis officiis.] Dum hic text.ſe re- 7
ſtringit ad Prælaturam, jam probare videtur ad bene-

ficium ſimplex ſe patronum præſentare poſſe, & ita hanc ſententiam probant Lambertin. *lib. 2. p. 1. q. 8. art. 2. à n. 6.* Peregr. *conſ. 18. n. 15. lib. 5.* Ioſeph. Ludou. *concl. 42. col. 16. verſ. ampliatur quintò*, Rot. *in d. Regien. juriſpatronatus, 16. Ianuarij 1624.* coram R.P.D. meo Pironano. Sed contrariam ſententiam tenuit Joan. Andr. & communis *in præſenti*, pro qua facit, quia text. *in præſenti*, agit de perſonatu, ad quem dicit patronum ſe ipſum non poſſe præſentare, & tamen conſtat perſonatum eſſe beneficium ſimplex, probat text. *in cap. ſuper eo 6. de præbend. lib. 6.* facit rurſus, quia ratio in qua text. iſte fundatur, & in eadem deciſione exprimitur, etiam in ſimplicibus beneficiis reperitur, fatetur Concil. Trid. *ſeſſ. 24. de reform. c. 27.* ibi: *Improba cupiditatis effectu*, & ibi, *vnum tantum beneficium*, &c. proinde dicendum eſt in illis etiam prohibitionem hujus text. locum habere, licèt enim aliqua deciſio exorbitans etiam contra juris regulas ſit, non eſt inconueniens quod accommodetur ad caſus, de quibus non loquitur, ſi in illis verificetur ratio ipſius diſpoſitionis, dummodo tamen in eadem diſpoſitione exprimatur, prout notatur *in reg. odia, lib. 6.* & ideo Rot. re maturiùs diſcuſſa adhærere noluit opinioni Lambertini, & ſequacium, vt videre eſt *in Regien. juriſpatronatus, 5. Martij 1615.* coram bonæ memor. Vbaldo, & *in Barcinonen. beneficii, 2. Maij 1625.* coram R.P.D. Pirouano, Ferenuil. *in annot. ad deciſ. 306. Buratti, lit. A.*

SUMMARIUM.

1 *Iuriſpatronatus quæſtio ſi inter patronos non diffinitur infra quatuor menſes, Epiſcopus ordinabit Eccleſiam ſine præjudicio eorundem*, & n. 2.

3 *Præſentatio à patronis laicis, vel Clericis ratione patrimonii facienda eſt infra quadrimeſtre, à patronis verò Eccleſiaſticis intra ſemeſtre.*

4 *Epiſcopus tranſacto termino dato à iure patronis ad præſentandum, poteſt liberè de Rectore Eccleſiæ in Eccleſia prouidere.*

5 *Negligentia Prælati & Canonicorum non præjudicat Eccleſiæ, & ſucceſſoribus.*

Cap. Cùm propter XXVIII.

1 IVriſpatronatus quæſtio ſi inter patronos non diffinitur intra quatuor menſes, perſonam idoneam inſtituere poteſt Epiſcopus, & ex hoc nullum præjudicium in poſterum præſentationi generatur. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Anan. Butr. Hoſt. Henric. Anchar. Panorm. Henric. Caniſ. Viuian. *in rationali lib. 3. juris Pontif. pag. 382.* Alagona *in compend. juris Canon. pag. 513. & vol. 4. repet. in jure Canon. ad lib. 3. Decret.* Ioan. Cret. remiſſiuè Ximen. *in concord. p. 1.* refertur ab Anton. Auguſt. *collect. 3. Decretal. lib. 3. tit. 30. c. 2.*

2 Hanc eandem concl. ex hoc text. deſumunt Cald. Pereira *de renouat. emphyt. q. 7. num. 13.* Prax. Epiſcop. *p. 1. verbo juſpatronatus*, §. 5. Rot. *deciſ. 586. n. 2.* apud Farin. *in 1. collect. nouiſſimarum*, nouiſſimè D. Ioan. Ant. Maſſobr. *in ſua praxi habendi concurſum ad parochiales Eccleſias, requiſ. 1. dub. 10. à n. 14.* Campanil. *in diuerſorio juris Canon. rubr. 11. c. 13. n. 486.* vbi cum Lap. *allegat. 78. n. 15. & 17.* ac Ioan. de Selua *de benef. p. 3. q. 59. in fine*, aſſerit text. *in præſenti*, vendicare ſibi locum vbi non apparet quis ſit patronus. Vide quæ dixi *ad c. 3. n. 9. ſupr. hoc tit.*

3 *Infra quatuor menſes.*] Notatur ad hoc, quod præſentatio à patronis laicis, vel Clericis ratione patrimonii facienda eſt infra quadrimeſtre, vt probatur *in hoc text.* à patronis verò Eccleſiaſticis facienda eſt intra ſemeſtre, *cap. vnic. hoc tit. lib. 6.* Vgolin *de offic. Epiſcopi, c. 51. in princ. n. 5.* Aloyſ. Ricc. *in deciſ. Curiæ Archiep. Neapol. p. 2. deciſ. 228. n. 14. & 15.* Franc. Leo *in theſauro fori Eccleſ. p. 2. c. 6. n. 23.* Viu. *in praxi juriſpatron p. 2. lib. 7. c. 1.* Nicol. Garc. *de benef. p. 5. c. 9. n. 209.* quos refero ego ipſe *de offic. & poteſt. Epiſc. p. 3. alleg. 72. n. 126.* vbi *n. 127.* quod huiuſmodi tempus currit dictus feriatis, cùm ſit continuum: & à *n. 128.* quod dicatur iuſpatronatus Eccleſiaſticum: & *n. 133.* quod in dubio vbi fit mentio, intelligitur de Eccleſiaſtico, adde nouiſſimè Ioan. Anton. Maſſobr. *d. praxi, requiſ. 2. dub. 1. à n. 6.*

Vtrùm autem juſpatronatus ex bonis Eccleſiaſticis fundatum, ſed cauſa permutationis, vel alio titulo oneroſo in laicum tranſlatum auctoritate Apoſt. remaneat Eccleſiaſticum, vel efficiatur laicale, quæſtio eſt ad præſens inſtitutum non contemnenda, in qua illa eſt verior opinio quæ dictat huiuſmodi juſpatronatus eſſe laicale, quemadmodum enim quando à principio juſpatronatus eſt laicale, & deinde tranſit in Eccleſiaſticas perſonas, efficitur Eccleſiaſticum, & illius naturam aſſumit, Abb. *in cap. de Monachis, n. 14. de præbat. & in c. 1. hoc tit. lib. 6.* vbi Ioan. Monach. *num. 4.* Prob. *in addit. num. 17.* Rebuff. *de nomin. q. 8. num. 22.* Cret. *conſ. 291. num. 25. lib. 3.* Card. Saraphin. *deciſ. 1420.* ita etiam è conuerſo dicendum videtur, vt juſpatronatus exuat primordialem ſuam naturam, & dum tranſit in laicum, identidem efficiatur laicale, vt in puncto arguit Borgnin. *deciſ. 22. num. 6. part. 1.* attenditur enim perſona quæ præſentat, & quæ poſſidet jus præſentandi, & prout illa eſt, ita etiam determinatur natura ipſius juriſpatronatus, Mohed. *deciſ. 9. in fin. de jurep.* Creſcent. *deciſ. 9. eod. tit.* Achil. *deciſ. 5. etiam eod. tit.* Put. *deciſ. 90. lib. 3.* & vulgatum eſt quod ſi laicus ex juſto titulo, & cum ſolemnitate efficiatur dominus, & acquirat bona Eccleſiaſtica, hæc bona non dicuntur amplius Eccleſiaſtica, ſed aſſumunt naturam, & qualitatem perſonarum, quibus ipſa bona cohærent, & ideo efficiuntur in totum laicalia, & patrimonialia. Mench. *de ſucceſ. creat. lib. 2. §. 20. n. 684.* Surd. *conſ. 358. ex num. 9.* Nec obſtat quod qualitas juriſpatron. ſit ex bonis Eccleſiaſticis fundata, quia videtur inſeparabilis, etiamſi tranſeat ad laicos, ac proinde efficit vt tanquam Eccleſiaſticum ſit reputandum: quia reſpondetur quod licèt illa qualitas vim aliquam habere videatur ad talem reputationem, faciendam, & ſuam originalem naturam ſuſtentandam, quando juſpatronatus titulo lucratiuo acquiritur; tamen cùm illud laicus adeptus eſt titulo oneroſo, mediante permutatione, & cum auctoritate Apoſtol. videtur effici penè laicale, & illud, quod à laico in permutatione datum fuit monaſterio, videtur ſuccedere loco illius juſpatronatus Eccleſiaſticum, alioquin in valde exorbitanti lucro verſarètur Eccleſia, ſi vtrumque, nempe & quod illa dat, & quod recipit, Eccleſiaſticum remaneret.

Non differas, &c.] Notatur ad hoc, quod Epiſcopus tranſacto termino dato à jure patronis ad præſentandum liberè de Rectore Eccleſiæ, in Eccleſia prouidere poteſt, vt per Spin. *in ſpeculo teſtam. gloſſ. 4. princ. n. 18.* dummodo priùs conſtet de lapſu temporis à die ſcientiæ patronorum. Caputaq. *deciſ. 248. n. 3. part. 3.* Seraphin. *deciſ. 380. num. 1.* Rot. *deciſ. 173. ſub num. 1. & deciſ. 186. ſub n. 1. p. 2. recent.* Beltramin. *ad dec. 177. Gregorii XV. num. 9.* & fuit dictum *in Praten. beneficii, 14. Februarii 1620.* coram bon. mem. Buratto. Quæ quidem ſcientia patronorum ut devolutioni ſit locus, 4

debet

debet eſſe certa, nec ſufficit interpretativa, & veriſimilis, Seraph. *deciſ.*1173.*n.*3.Rot.*d.deciſ.*173.*ſub n.*1. *& deciſ.*186. *ſub n.*2.*p.*2. *recent.* Gabr. *conſ.*185.*n.*6. *lib.*2. Nicol.Garc. *de benef.p.*10. *c.*3.*n.*34. & jus præſentandi conſervatur in uno ex patronis, qui ſcientiam hujuſmodi vacationis non habuit, aliis propter ſcientiam excluſis, Rot. *in Spoletana*, 28. *Maii* 1590. coram Card. Blanchetto, relata per Nicol. Garc. *d. p.*10. *c.*2. *n.*41.

5 *Ita quod illi*,&c.] Notatur ad hoc, quod negligentia Prælati,& Canonicorum non præjudicat Eccleſiæ, & ſucceſſoribus, ut per Nat. *conſ.*501.*n.*44.Caputaq. *deciſ.*128. *n.*3. *p.*2. Mar.Anton. *var.reſol. lib.*1.*reſ.*55. *num.*9.

SUMMARIUM.

1 *Legatus de latere Eccleſiam, cujus alia Eccleſia eſt patrona, collationi ſuæ reſervare poteſt, licèt non vacet, & conferre cùm vacat. Ex duobus præſentatis à patrono laico, poteſt ſuperior ſecundum inſtituere.*

2 *Collatores præter Papam ſunt Legati de latere in ſua provincia.*

3 *Legatus à latere poteſt derogare juripatronatus Eccleſiaſtico, non autem ſæculari.*

4 *Derogatio beneficiorum juriſpatronatus à Papa facta comprehendit tantùm beneficia, quæ ſunt juriſpatronatus Clericorum, non autem laicorum, quæ expreſſam requirunt derogationem.*

5 *Proviſio, & collatio facta per Ordinarium de beneficio juriſpatronatus, durante quadrimeſtri, an ſit nulla, oſtenditur.*

6 *Juſpatronatus Clerici illi obveniens, ratione ſui patrimonii æquiparatur laicali.*

7 *Patronus Clericus ratione ſui patrimonii, poteſt variare, & alterum præſentare ſicut patronus laicus.*

8 *Patrono laico invito, avo inconſulto, non poteſt Epiſcopus, aut alius Ordinarius, nec etiam Legatus Papæ Eccleſiam patronatam conferre.*

Cap. Cùm dilectus XXVIII.

1 Patronus quando præſentat unum, & non inſtituitur ab Epiſcopo, ſi præſentat alium,& inſtituitur, tunc primus non habet jus ad Eccleſiam, licèt præſentans fuerit Clericus,ſi tamen præſentavit ut laicus, ideſt ratione patrimonii. Item quando una Eccleſia eſt patrona alterius, tunc Legatus à latere poteſt ſibi reſervare illam Eccleſiam non vacantem, & cùm vacat, eam conferre, inconſulto patrono,ſecus ſi patronus eſt laicus, vel Clericus, dummodò præſentet ratione patrimonii. Item qui non poſſidet Eccleſiam Canonicam, tenetur eam relinquere, & fructus reſtituere. Colligunt ex Ordin.Abb.antiq. Innoc.Collect. Zabar. Joan.Andr.Butr.Anan.Hoſt.Henric.Anch. Panorm.Cened.*collect.*76.Viv. *in ration.lib.*3. *juris Pont. pag.*382. Alagona *in compend. juris Canon. pag.*513.*& vol.*4. *repet. in jure Canon. ad lib.*3.*Decret.*Joan.Crot. remiſſivè Ximen. *in concord.p.*1.*&* 2. refertur ab Ant. Auguſt. *collect.*3.*Decret.lib.*3. *tit.*30.*c.*3.

2 *Vt Eccleſiam*, &c.] Notatur ad hoc, quod Legatus Sedis Apoſt.(etiamſi de latere non ſit) poteſt beneficia antequam vacent ſuæ proviſioni reſervare: idem probat text. *in cap.dilectus,de officio Legati,& in c.præſenti* 63. *& in cap.deliberatione* 4. *de officio Legati,lib.*6. Innoc. *in princ.* Butr.*n.*1. Abb. *n.*2. & alii *in præſenti*, plures, quos refert,& ſequitur Coſm. *in pragm.ſanct. tit. de collat.* §. *item circa*, *verbo Legatorum*, *ad fin.* Selv. *de benef.p.*3. *q.*66.*n.*4. Rebuff. *in praxi, tit. de devol. n.*37.Corraſ. *de Sacerd. p.*2. *c.*3.*n.*15.Gig.*de penſ. q.*6.*n.*18. Lambert. *lib.*1.*p.*1. *art.*6. *n.*4. Simonet. *de reſerv. q.*2. Non obſtat *cap. conſtitutus* 31. *de conceſſ. præb.* quia reſp.reſervationem, de qua *ibi*, ſeu poteſtatem conferendi beneficium vacaturum, non fuiſſe factam à Legato,de quo text.agit, ſed ab Epiſcopo,Legato confirmante,quam text. *ibi*, ex poſtfacto faciendam propter Concil. Later. reprobavit, licèt factam retineret propter ejuſdem Legati confirmationem, quaſi Legati confirmatio daret validitatem reſervationi: unde jam text. ille videtur probare, poſſe Legatum facere reſervationem, ſiquidem illam potuit confirmare; aliàs enim text.non ſuſtineret confirmationem per illum reſervatam. Illud tamen advertendum duxi,hodie ex Decreto Concil.Trid. *ſeſſ.*24.*de reform.c.*19. prohiberi hujuſmodi reſervationes,etiamſi fiant per Legatos de latere.

Amplia primò text.procedere, etiam in reſervatione penſionis, quam Legatus in beneficio poteſt conſtituere, de quo vide addita *ad c.prohibemus,de cenſib.* Secundò amplia text.procedere,etiam in reſervatione facta in favorem certæ perſonæ, adhuc enim Legatus illam facere poteſt (dummodò ſit ſine expectativa ad beneficium vacaturum,per ea,quæ Lambert.*lib.*2.*p.*3. *q.*81.*art.*1.*n.*3.) ut probat text. *in præſenti*, *& in c. ſi Apoſtolicæ* 22. *de præb. lib.*6. ubi gloſſ. *verbo Legatus*, Domin. *n.*3. Franch. *à n.*1. & Anch. *in princ.* Abb. *in præſenti, num.*3. Gig. *de penſ. q.*6. *n.*18. Mandoſ. *in reg.*13.*Cancel. p.*5. *à n.*2. Gom.*in reg.de non judicando, n.*3. Rebuff. *in praxi, tit.de collat. n.*3. Amplia tertiò text. procedere reſpectu plurium beneficiorum, quæ Legatus reſervare ſimul poteſt, ut probat text. *in cap. præſenti,de offic.Legati,lib.*6.ubi gloſſ.*verb.illa pendente*, Domin. *n.*1. & Franch. *n.*3. Hoſtienſ. & Calderin. *in c. mandatum, de reſcript.* declarando, ut ſcilicet ſortita priori reſervatione effectum, facta de illa mentione, poſſit Legatus aliam facere, minimè verò ſi pendeat; quam quidem, etiamſi de illa mentio fiat, efficere nequit.

Limita primò text. non procedere in beneficiis, quorum collatio Epiſcopis auctoritate Apoſtol. commiſſa eſt,juxta addita *ad cap.*2.*de officio Legati.*Limita ſecundò textum non procedere finita legatione, ut probat *cap.præſenti, de offic.Legati,lib.*6.ubi gloſſ.*verbo finitur*, Anch. *num.*1. Domin.*n.*4. & Franch.*n.*3. Rot. antiq. *deciſ.*206. Selv. *de benef. p.*3. *q.*66. Simon. *de reſervat.q.*2.

Apoſtolicæ Sedis Legatus,&c.]Ergo Collatores præter Papam ſunt Legati de latere in ſua provincia, de quo Gonzal. *ad reg.*8.*Cancel. gloſſ.*23. *n.*2. 3

Nos igitur, &c.] Notatur ad hoc, quod Legatus à latere poteſt derogare juripatronatus Eccleſiaſtico, non autem ſæculari; ita ut in unione facienda,ſi juſpatronatus ſit ſæculare, teneatur conſenſum patroni perquirere, non ita ſi ſit Eccleſiaſticum, Gamb.*de officio, & auctoritate Legati, lib.*5. *tit.de poteſtate illius,qui ad unionem benefic.* Rebuff. *in praxi benef. tit.de unionib. num.*28. Lambert. *in tract. hujus tit. lib.*3.*quæſt.*6. *art.*1. *n.*4. *verſ. & idem dicerem*, *& art.*2. *num.penult.* Azor. *inſt. moral. p.*2. *lib.*6. *cap.*28.*q.*12. quos refert, & ſequitur Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.*2. *lib.*7. *cap.*29. *n.*169. ubi etiam cum Gabr. & Azor. *citatis locis*, aſſerit derogari etiam non poſſe juripatronatus, cùm illud eſt mixtum, partim ſæculare, & partim Eccleſiaſticum, ob favorem, & gratiam laici patroni, ne laici à fundandis, vel dotandis Eccleſiis facilè evocentur, additque cùm patronus eſt laicus 4

non

non jure fundationis,vel donationis Eccleſiæ,ſed ſola conſuetudine,vel præſcriptione, aut privilegio, poſſe
4 huic patronatui derogari per Legatum de latere.Hinc evenit ut conceſſio, reſervatio, vel derogatio beneficiorum juriſpatronatus à Summo Pontif. facta comprehendat tantùm beneficia, quæ ſunt juriſpatronatus Clericorum,non autem laicorum,quæ expreſſam requirunt derogationem, ut per Joſeph.Ludov. *tom.3. commun. opin. ſub hoc tit. concl. unica, ampl.19.verſ.declaratur 2. pag.*531. Rebuff. *in tract. nomin.q.8.n.22. verſ.ſecundò probatur,* D.Sahagun *in cap. fin. n.71. de ſequeſt. poſſeſſ. & fructuum,* Perez *l.2. col.4. verſ. dubitatur tamen, tit.6. lib.1.Ordin. pag.*149. Cabed. *de patronat. Regiæ Coronæ, c.*35. *n.*2. *&* 4. Gonzal. *ad reg.*8. *Cancel. gloſſ.*18. *à n.*1. plures, quos refert Cened. *ad Decret. collect.*79. *n.*1. ubi *n.*3. an & quando Legatus à latere poſſit ſibi reſervare beneficia juriſpatronatus laicorum, vel Eccleſiaſticorum, aut ea, quæ ſimul competunt laicis, & Eccleſiaſticis? Et de vi, & efficacia clauſulæ, pro medietate, qua utitur Summus Pontif. in derogatione juriſpatronatus, quod ex fundatione, vel dotatione exiſtit, vide Campan. *in diverſorio juris Canon. rub.*11. *c.*13. *n.*490.

5 *Se dicebat ademptum.*] Notatur ad hoc, quod proviſio,& collatio facta per Ordinarium de beneficio juriſpatronat.durante quadrimeſtri eſt nulla,ut per Bald. *conſ.*17. *in* 2.*dub. vol.*5.Corn. *conſ.*47.*n.*9.*vol.*3.Guid. Papæ *deciſ.*374.*n.*2.Roland. *conſ.*47. *n.*22.*vol...* quos refert Campan. *d. c.*13. *n.*478. ubi quod vel ſaltem irritari debet per *cap. illud, ſup. hoc tit.* ubi Abb. *n.*2. *&* 8. Pariſ. *conſ.*144. *n.*5. *vol.*4. itaut hujuſmodi collatio validata cenſeri debeat poſtquam ſciverit patronus, & non reclamaverit intra tempus quatuor menſium, & citat Franc.Marc. *deciſ.*493. *n.*3. *p.*4. & Rot. *deciſ.*77. *n.*4. *p.*1.*diverſ.* ac Spin. *in ſpeculo teſtam.gloſſ. princ.n.*101. *verſ.ſic etiam,* & reſolutum per Rotam fuiſſe aſſerit, valere ſcilicet ab initio proviſionem ſuperioris,ſed irritandam ſuperveniente contradictione patroni, ut videre eſt apud Put. *deciſ.*412. *lib.*1. *&* *deciſ.*181. *n.*4. *lib.*3. necnon colligitur *ex deciſ.*369. *n.*5. *lib.*3. *p.*3. *diverſ.*

6 *In eo, quod tanquam Clericus,*&c.] Ergo juſpatronatus Clerici ei obveniens ratione ſui patrimonii,æquiparatur laicali, ut per Perez *d.l.*2. *col.*5.*verſ.quod procedit, in fine,* Cabed. *d.c.*35.*n.*5. Aloyſ.Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſiaſt. reſol.*152. *n.*2. quos refero ego ipſe *d. alleg.*152. *n.*153.

7 *Non primus, ſed ſecundus.*] Ergo patronus Clericus ratione ſui patrimonii poteſt variare, & alterum præſentare,ſicut patronus laicus, ut per Guttier.*de juram. confirm. p.*3. *c.*13. *n.*12.

Suberat juriſdictioni Legati, &c.] Collige ex text. Legatum poſſe conferre, ſeu reſervare beneficium cum derogatione juriſpatronatus Eccleſiaſtici,ut probat text. *in c.dilectus* 6. *de offic. Legati*, tradunt gloſſ. *verbo præſentare,* Butr.*n.*1. Anan. *n.*8. Abb.*n.*3.& alii *in præſenti, gloſſ. ult. in c. un.* §.1. *hoc tit. lib.*6. Abb. *n.*8. *in c. illud, & in c. cùm propter, n.*5. *hoc eod. tit.* Felin. *in tract.quando literæ Apoſt.noceant patronis,verſ. limitatur* 3. Selv. *de benefic.p.*3. *q.*11.*n.*19.Gom.*in reg. de impetrant. per obitum Cardinalium, q.*8. Caſſador. *deciſ.*4. *hoc tit. n.*1. Roch. *de jurepatr. verbo honorificum, q.*3. *à n.*4. Lambert. *lib.*2.*p.*3. *q.*8. *art.*1. *à n.*1. refert alios, & ſequitur Covarruv. *practic. cap.*36. *num.*2.

Cum fructibus medio tempore perceptis.] Collige ex text. poſſidentem beneficium patronatum ſine inſtitutione Epiſcopi, teneri reſtituere fructus ex eodem beneficio perceptos: ita gloſſ. *verbo perceptis,* Abb. *n.*7. & alii *hic,*Covar. *de ſponſ. p.*2.*c.*6.§.8.*n.*8.Mench. *uſufreq. c.*16. Hojed. *de incomp. benef. part.*1. *cap.*13. *à princ.*

In gloſſ. *Laicus.* Collige ex gloſſ. Legatum non poſſe beneficium conferre, ſeu reſervare cum derogatione juriſpatronatus laici,in idem eſt gloſſ. *verbo in conceſſione, in c.dilectus, de officio Legati,* tradunt Domin. *in c.*2. *de elect.lib.*6. Felin. *in tract.quando literæ Apoſt. noceant patronis, col.*3. Pariſ. *conſ.*128.*vol.*4.Lambert. *lib.*2. *p.*3.*q.*8.*art.*1.*n.*4.*&* 8.*& art.*2. *à n.*1. Cov. *pract. c.*36. *n.*2. *in fine.* Facit apertè text. *in præſenti,* quatenus diſtinguit inter laicum, & Clericum patronum: patet ibi, *tanquam laicus,* & ibi,*tanquam Clericus,*quæ non erant neceſſaria,ſi Legatus poſſet conferre beneficium, ſeu reſervare in præjudicium patroni laici. Accedit,quod Pont.conſtituendo officium legationis, non cenſetur illud creare cum præjudicio laicorum patronorum,ex reg. *in l.*2.§.*ſi quis à Principe,ff.ne quid in loco publ.* ac ſubinde cùm per collationem, ſeu reſervationem maximum fiat præjudicium laicis patronis, neceſſariò dicendum eſt ex defectu poteſtatis Legatum talem collationem, ſeu reſervationem facere non poſſe.

In gloſſ. *Quenquam præſentare,* ibi, *ſed nunquid Le-* 8
gatus,&c. Notatur ad hoc,quod patrono laico invito, aut inconſulto, non poteſt Epiſcopus, aut alius Ordinarius, nec etiam Legatus Papæ Eccleſiam patronatam conferre, ut per Cabed. *d.c.*35.*n.*1.*&* 2. aut ſuper illam penſiones imponere,Ant.de Oliban.*in comment. ad uſaticum Alium namque, de jure fiſci, c.*13. *n.*35.

SUMMARIUM.

1 *Patronus laicus ſi duos ſucceſſivè præſentat, valet inſtitutio de ſecundo, non obſtante appellatione priùs facta per primum. Epiſcopus tamen qui malitioſè primum repulit, eidem de competenti beneficio providere compellitur.*

3 *Præſentationem ſpernente ſuperiore, poterit ſic rejectus ab eo appellare.*

4 *Ordinario renuente inſtituere adeundus eſt Papa, qui ſupplet, ac providet, ſeu inſtituit.*

5 *Duobus à patrono laico præſentatis, melior eſt conditio poſſidentis.*

6 *Appellare licet ab Epiſcopo, qui primum præſentatum non admiſit, uſque ad præſentationem ſecundi.*

Cap. Paſtoralis XXIX.

Præſentatus à patrono laico, ſi rejicitur ab Epi- 1
ſcopo, & appellat ad Papam, ſi interim patronus alium præſentat, & inſtituitur, iſte ſecundus obtinebit,quia inter præſentatos à laico eſt melior conditio poſſidentis. Item Epiſcopus, qui malitioſè præſentatum idoneum recuſavit, compellitur providere illi de beneficio competenti.Colligunt ex Ordin. Abb.antiq. Innoc.Collect. Zabar. Joan.Andr. Butr.Anan.Hoſt. Anch.Henric.Panorm.Viv. *in ration.lib.*3. *juris Pontif. pag.*383. Alagona *in compendio juris Canon. pag.*513. remiſſivè Ximen. *in concord. p.*1.*&* 2.refertur ab Ant. Auguſt. *collect.*3. *Decret. lib.*3. *tit.*30. *c.*4.

Ex hujuſmodi præſentatione aliquid juris, &c.] Vide 2
dicta *ad c. quod autem* 5. *n.*3. *ſup. hoc tit.*

Ad Sedem Apoſtolicam appellaverit.]Notatur ad hoc, 3
quod Superiore præſentationem ſpernente, poterit ſic rejectus ab eo appellare, ut per Lambert. *in tract. hujus tit. lib.*2. *p.*2. *q.*8. *art.*18. Roch. *in ſimili tract. verb.pro eo quod de diœceſani conſenſu,q.*5.*n.*12. Franc. Marc.

Marc. *deciſ.* 491. *incip. Quæritur quando Epiſcopus, n.* 4. *part.* 1. Perez *l.* 1. *col. antepen. verſ. quæro etiam ulterius, tit.* 6. *lib.* 1. *Ordin. pag.* 146. Julian. Viv. *in praxi jurispatron. lib.* 11. *c.* 3. Campan. *in diverſorio juris Canon. rub.* 11. *c.* 13. *n.* 475. ubi etiam cum Mandoſ. *ad reg. Cancel.* 31.
4 *q.* 6. *num.* 10. advertit ut renuente Ordinario inſtituere adeatur Summus Pontif. qui ſupplet, ac providet, ſeu inſtituit, dictaque proviſio vulgò appellatur nova proviſio, quamvis regulariter nova proviſio ſupponat aliam præcedentem proviſionem, quæ in hoc caſu minimè adeſt, cùm ſola extet præſentatio.

5 *Conditionem poſſidentis cenſuit meliorem.*] Notatur ad hoc, quod duobus à patrono laico præſentatis, melior eſt conditio poſſidentis, ut per Tiraquel. *de jure primog. q.* 17. *opin.* 11. *n.* 4. ubi *n.* 5. dicit quod imò ille potior eſt in beneficio, qui primò titulum conſequutus eſt, nec contra facere text. *in præſenti*, quia præfert ſecundum habentem titulum, & poſſeſſionem, quia primus, de quo hìc, non habebat titulum efficacem ex ſola patroni præſentatione non admiſſa, & poſtea ab ipſo Patrono laico, cui variare licebat, tacitam revocari; quod ſi ille primus admiſſus fuiſſet, tunc præferetur ſecundo etiam admiſſo, & poſſeſſionem prius adepto, ut ſatis declarat text. hic, & reſolvit idem Tiraquel. *d. q.* 17. *opin.* 12. *n.* 3.

6 In gloſſ. *Appellaverit*, ibi, *ſed numquid tali appellationi erit deferendum*, &c. Notatur ad hoc, quod appellare licet ab Epiſcopo, qui primum præſentatum non admiſit, & valet hæc appellatio uſque ad præſentationem ſecundi; ſi tamen Epiſcopus ſecundo loco præſentatum inſtituit, expirat jus primi præſentati, & appellatio ab illo interpoſita evaneſcit, & extinguitur, ut per Spin. *in ſpeculo teſtament. gloſſ.* 4. *princ. num.* 94. Perez *d. verſ. quæro etiam ulterius, pag.* 146. *col.* 2.

7 In ead. gloſſ. ibi, *Quia ex ſolâ præſentatione facta à vero patrono acquiritur jus præſentato.* Vide dicta *ad cap. quod autem* 5. *n.* 3. *ſup. hoc tit.*

SUMMARIUM.

1 *Ordinatus quamvis aliquis fuerit ad titulum Eccleſiæ ad præſentationem Rectoris, Patronus qui non conſenſit, ad ipſam cùm vacabit, poterit præſentare.*

2 *Rector Eccleſiæ patronatæ licèt poſſit abſque Patroni conſenſu Vicarium temporalem, vel ad vitam ipſius Rectoris conſtituere, non poterit tamen abſque conſenſu Patroni, etiam cum auctoritate Epiſcopi, perpetuum Vicarium ad Eccleſiæ miniſterium eligere.*

3 *Clericus poteſt ordinari ad titulum alterius Eccleſiæ, in qua aliquis patronus eſt.*

4 *Rector Eccleſiæ patronatæ poteſt ſibi eligere quos voluerit ad inſerviendum Eccleſiæ, & illi miniſtrandum, ſine Patroni conſenſu.*

5 *Collegiata Eccleſia quibus ſignis cognoſcatur, oſtenditur*, & n. 6. & 7.

Cap. Poſtulaſti XXX.

1 Rector Eccleſiæ Parochialis ſi præſentat aliquos ordinandos ad titulum ſuæ Eccleſiæ, non requiſito patrono, & ordinentur, non præjudicat patrono, quia ipſe cùm vacat beneficium, poteſt alios præſentare, relictis iſtis ordinatis, & titulatis, ſi non conſenſerat eorum præſentationi, & inſtitutioni, ſecus ſi conſenſit. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabar. Joan. Andr. Anan. Butr. Hoſt. Anchar. Henric. Panorm. Vivian. *in ration. lib.* 3. *Iuris Pontif. pag.* 384. Alagona *in compend. Iuris Canon. pag.* 514. remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. part.* 1. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 3. *Decretal. lib.* 3. *tit.* 30. *cap.* 5.

Hanc eandem concluſ. ex hoc text. deſumit Covar. *pract. cap.* 36. *n.* 1. *in princ.* ubi etiam reſolvit, quod licèt 2
Rector Eccleſiæ poſſit abſque patroni conſenſu Vicarium temporalem, vel ad vitam ipſius Rectoris conſtituere, non poterit tamen abſque conſenſu patroni, etiam auctoritate Epiſcopi perpetuum Vicarium ad Eccleſiæ miniſterium eligere.

Per intitulationem hujuſmodi, &c.] Collige ex text. 3
Clericum poſſe ordinari ad titulum alterius Eccleſiæ, in qua aliquis patronus eſt: idem probat text. *in cap. per tuas* 37. *de ſimon.* tradunt *gloſſ.* 1. Innoc. & Abb. *num.* 3. & alii *in præſenti*, Zabarel. *in Clem. plures, in fin. hoc tit.* Paul. de Citadin. *in tract. hujus tit. part.* 6. *quæſt.* 14. Lambert. *lib.* 2. *p.* 1. *q.* 5. *art.* 7. *& lib.* 3. *q.* 5. *art.* 6. Gig. *de penſionib. q.* 23. *n.* 10. Covar. *pract. cap.* 36. *n.* 10. Intellige non ſolùm in patronis laicis, ſed etiam in Eccleſiaſticis, ſine quorum conſenſu ordinatio facta ad intitulationem beneficiarii in nihilo præjudicabit quocumque tempore, niſi ſoli beneficiario intitulanti, vel Epiſcopo ordinanti; cui intellectui non refragantur verba hujus text. *in fine*, ibi: *Niſi de patronorum proceſſiſſet aſſenſu*, quibus verbis text. videtur innuere quod dato conſenſu patroni, eidem præjudicabitur in præſentatione poſt mortem Rectoris Eccleſiæ, de quo præjudicio in litera præcedenti dubitatur, patet ibi: *Ne præjudicaretur patrono*, &c. ac proinde in illa exceptione, quam facit, videtur text. neceſſariò intelligendus de ipſa præſentatione, aliàs enim exceptio non erit de eo, de quo Pontifex dubitabat: ſiquidem quicquid aliter involvat Lambert. *d. art.* 6. *à num.* 12. reſpondendum eſt in præcedenti litera textum non ſolùm de præſentatione dubitaſſe, ſed etiam de aliis in quibus poterat patrono fieri præjudicium reſpectu ejuſdem beneficii patronati, unde nil mirum ſi reſpectu illorum prædictam exceptionem text. conſtituiſſet, non verò reſpectu juris præſentandi, ne aliàs abſurdum videatur ſequi, nempe dato prædicto conſenſu habere ordinatum jus quæſitum circa beneficium patronatum vacaturum, contra reg. text. *in cap. fin.* juncto *cap.* 2. *de conceſſ. præbend.* prout in ſpecie colligitur ex mente Innoc. *hic, in finalibus verbis*, Abb. *n.* 6. *&* 7. *in præſenti.*

Notari ſolet ad hoc, quod Rector Eccleſiæ patro- 4
natæ poteſt ſibi eligere, quos voluerit, ad ſerviendum Eccleſiæ, & illi miniſtrandum ſine patroni conſenſu, ut per Gig. *de penſion. q.* 23. *num.* 10. Cabed. *de patronatibus Regiæ Coronæ.*

In gloſſ. *Utrùm electio*, ibi, *cùm Eccleſia non dicatur* 5
Collegiata, &c. Collegiata, ubi non conſtat de fundationis initio, ex conjecturis, & indiciis probatur, Innocent. *in cap. poſtulaſti, de jurepatron.* Joan. Andr. & alii *in cap. nobis, eod. tit.* Alexand. *d. conſ.* 75. *num.* 2. *lib.* 4. Roman. *conſ.* 436. *num.* 6. Decian. *conſ.* 6. *num.* 1. *&* 2. *lib.* 2. Rot. *deciſ.* 584. *num.* 2. *& deciſ.* 585. *num.* 2. *part.* 4. *diverſ.* & apud Card. Mantic. *deciſ.* 215. *num.* 1. & inter recent. *deciſ.* 637. *ſub num.* 2. *part.* 1. *& in Aſculana Parochialis S. Laurentii*, 20. *Maii* 1585. coram Orano, *& in Cremon. Præpoſituræ*, 24. *Maii* 1621. coram R.P.D. Remboldo, *& in Placentina Archipresbyteratus*, 17. *Martii* 1621. coram R.P.D. meo Pirovano, *& in Aſculana Plebaniæ*, 12. *Ianuarii* 1624. coram R.P.D. Merlino.

Conjecturæ autem & indicia collegialitatis potiſ- 6
ſima ſunt, quod Canonici conſueverunt congregari ad libitum principalis dignitatis, illorum capitis, ſeu illius

illius ad quem de jure, vel conſuetudine ſpectat congregare Capitulum, & ad ſonum campanæ, & quod haberent ſigillum commune, ac eſſet quoque communis arca, ita vt fructus communiter diuiderentur, vt colligitur ex text. *in c. tertio loco, de probat. & in cap. cùm Eccleſia Surrina, de cauſa poſſeſſ. & propr.* & de communi ſigillo *in c. ſignificavit, de appellat. & in cap. dilecta, de exceſſ. Prælat.* de arca, & maſſa communi *in l. 1. §. quibus autem, ff. quod cuiuſque vniu. nom.* & demùm quod ex huiuſmodi indiciis, vniuerſali ſcilicet Congregatione, ſeu tractatu in forma Capituli, ac ſigillo, & arca communi plenè & concludenter deſumatur probatio collegialitatis Eccleſiaſticæ, tradunt DD. *in cap. nobis, hoc tit. de jurepatron.* vbi Abb. *num.* 28. Felin. *in cap. accedentes, num. 2. de præſcript.* Roman. *conſ.* 436. *n.* 7. Dec. *conſ.* 6. *n.* 1. *&* 2. *lib.* 2. Aym. *conſ.* 134. *n.* 5. Barbat. *conſ.* 17. *n.* 3. *&* 4. *lib.* 1. Card. *in Clem. ſtatutum, q.* 4. *de elect. & in Clem.* 2. *num.* 10. *de ætat. & qualit.* Alex. *conſ.* 75. *num.* 2. *lib.* 4. Maſcard. *de probat. concl.* 584. *num.* 3. Rebuff. *in concord. tit. de collat. in §. volumus, verſ. collegialitatis,* & paſſim ſequitur Rot. *deciſ.* 584. *n.* 2. *& deciſ.* 585. *n.* 2. *p.* 4. *diuerſ.* Verall. *deciſ.* 141. *num.* 1. Card. Mantic. *deciſ.* 175. *n.* 1. *& deciſ.* 215. *n.* 1. & coram ſanctæ mem. Gregor. XV. *deciſ.* 482. *n.* 4. & fuit reſolutum *in Placentina Præpoſituræ*, 4. *Decembris* 1628. coram R.P.D. Pirovano, *& in dictis Aſculana Parochialis, & Cremonenſi Præpoſituræ, & in d. Placentina Archipreſbyteratus,* in qua fuit dictum, qualitatem collegialitatis probatam eſſe ſufficienter etiam ex collationibus Canonicatuum, & aſſignatione ſtalli in Choro, & loci in Capitulo, factis per Canonicos capitulariter congregatos prouiſis de Canonicatibus, quippe quæ fieri non poſſunt abſque collegiali nomine.

7 Numerus autem trium Canonicorum congruus eſt ad collegiatam conſtituendam. Innoc. *in c. poſtulaſti, n.* 1. *in princ. hoc tit. de jurepatron.* Felin. *in c. accedentes, n.* 1. *verſ. & nota, de præſcript.* Roman. *conſ.* 436. *num.* 6. Lambert. *de jurepatron. p.* 1. *lib.* 2. *q.* 6. *princ. n.* 3. Caualer. *deciſ.* 649. *n.* 6. Socin. *deciſ.* 296. *n.* 4. Rot. *in d. Aſculana Plebania,* coram Merlino, qui ſi receſſerint, vel ſaltem de præſenti non exiſtat collegiata, adhuc tamen ſufficit illam habitu eſſe, ad hoc vt cenſeri debeat Collegiata, Felin. *in cap. accedentes, n.* 1. *verſ. poſſit etiam, de præſcript.* Innoc. *in c. poſtulaſti, n.* 1. *de jurepatron.* Archid. *in c. licèt canon, ſub n.* 2. *de elect. lib.* 6. Maſcard. *de probat. concl.* 584. *n.* 5. cum aliis, quos refert & ſequitur Rot. *in Cremonen. Præpoſituræ,* 26. *Februarij* 1622. coram bonæ mem. Remboldo. Item potiſſima Collegialitatis conjectura eſt, ſi in Eccleſia adſit aliquis vti caput, & Clerici, vel Canonici vti membra. Alex. *conſ.* 74. *n.* 4. *lib.* 4. Mantic. *deciſ.* 215. *ſub n.* 1. *verſ. vnde,* Rot. *in d. Cremon. Præpoſituræ, coram Remboldo, & in d. Aſculana Plebaniæ, coram Merlino.* Item manifeſtum eſt ſignum Collegiatæ quando Canonici, ſeu Clerici in Eccleſia faciunt propria ſtatuta, Mantic. *deciſ.* 175. *ſub n.* 1. *verſ. item quia habent, & deciſ.* 215. *ſub num. etiam* 1. Aduertas tamen quod non eſt neceſſarium, vt omnes hæ coniecturæ ſimul concurrant, ſed ſufficit aliquas adeſſe, ex quibus id argui poſſit, & veroſimile credatur, Rot. *d. dec.* 584. *ſub n.* 2. *p.* 4. *diuerſorum,* Mantic. *d. deciſ.* 215. *ſub num.* 5. *verſ. nec etiam.* Non eſt tamen ſufficiens collegialitatis indiciũ actus congregandi ſe ad ſonum campanæ, niſi alia ſigna concurrant ad faciendum Collegium neceſſaria, Caputaq. *deciſ.* 295. *n.* 2. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloſſ.* 19. *n.* 14. *&* 15. Beltram. *in annot. ad Gregor. XV. deciſ.* 482. *lit. C.*

SUMMARIUM.

1. *Patronus etiam Clericus Eccleſiam vacantem conferre non poteſt, & ſi contulit, poteſt nihilominus ad illam præſentare.*
2. *Inſtituere habens ſi fiat patronus, vel ex jure deuoluto debeat beneficium conferre, an & quando vnico, vel duplici actu expedire teneatur, remiſſiuè.*
3. *Priuationis pœna non imponitur, niſi in caſibus à iure expreſſis.*
4. *Priuationis pœna à lege impoſita non intelligitur ipſo iure.*

Cap. Tranſmiſſæ XXXI. & vlt.

Gregor. III.

PAtronus non poteſt conferre, ſeu concedere, & inſtituere Eccleſiam, ſed ſolùm præſentare: quare ſi 1
vni confert Eccleſiam, & mox præſentat alium Epiſcopo, licèt primus appellauerit ad Papam, tamen Epiſcopus poteſt inſtituere hunc præſentatum. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Anan. Butr. Hoſt. Anchar. Henric. Panorm. Viuian. *in ration. lib.* 3. *juris Pontif. pag.* 344. Alagona *in compend. juris Canon. pag.* 514. remiſſivè Xuncn. *in concord. p.* 1. *&* 2.

Habens inſtituere ſi fiat patronus, vel ex jure deuo- 2
luto debeat beneficium conferre, & quando vnico, vel duplici actu expedire teneatur, vide Lambert. *in tract. huius tit. lib.* 2. *p.* 3. *art.* 19. Iul. Viu. *in praxi jurispatron. p.* 2. *lib.* 12. *c.* 10. quos refero ego ipſe *de offic. & poteſt. Epiſc. alleg.* 72. *n.* 196. Mar. Antonin. *var. reſol. lib.* 1. *reſol.* 55. *n.* 12.

In gloſſ. *Ex vi Jurispatronatus,* ibi, *non debet imponi,* 3
niſi exprimatur, quod ſit imponenda. Notatur ad hoc, quod priuationis pœna non imponitur niſi in caſibus à jure expreſſis, vt per Tiraq. *in l. ſi vnquam, verbo reuertatur, à n.* 249. Nauar. *conſil.* 13. *n.* 3. *ſub tit. de præbend. in antiq.* Latam *in l. ſi quis à liberis, §. ſed ſi filius n.* 91. *ff. de liberis agnoſc.* Cot. *in memorab. verbo Pœna, pag.* 673. Dec. *conſ.* 464. *n.* 2. *& conſ.* 557. *n.* 5. Corbul. *de jure emphyt. tit. de priuat. ob alienat. ampl.* 35. *num.* 5. Glorit. *reſp.* 6. *n.* 76. Aym. *conſ.* 205. *num.* 31. *& conſ.* 725. *num.* 3. *& conſ.* 734. *num.* 5. *& conſ.* 970. *n.* 6. Curt. iun. *conſ.* 288. *n.* 27. *& conſ.* 337. *n.* 27. *volum.* 3. Bero. *conſ.* 54. *n.* 20. *volum.* 3. Syluan. *conſ.* 25. *num.* 11. Roland. *conſ.* 86. *num.* 22. *volum.* 2. Burſat. *conſil.* 20. *n.* 52. *volum.* 2. Dec. *conſil.* 13. *n.* 15. *& conſ.* 14. *n.* 88. *& conſ.* 72. *n.* 8. *vol.* 3. Ozaſc. *deciſ.* 77. *n.* 3. Menoch. *conſ.* 107. *n.* 97. *vol.* 1. *&* 2. *& de arbitrar. caſu* 275. Mar. Ant. *variar. reſol. lib.* 3. *reſol.* 39. *n.* 11. *&* 32. Guttier. *de juram. confirmat. p.* 1. *c.* 1. *n.* 63. Henriq. *in ſum. lib.* 13. *c.* 56. §. 4. *lit. D,* Perez *ad tit.* 1. *lib.* 5. *Ordin. pag.* 32. Guttier. *pract. lib.* 2. *q.* 65. *n.* 11. Cald. Pereira *de reſol. emphyt. c.* 1. *n.* 25. *& c.* 6. *num.* 28. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloſſ.* 15. *n.* 136. Valaſc. *de partitionib. c.* 9. *num. vlt.* Surd. *de aliment. tit.* 8. *priuil.* 64. *n.* 9. Bobadil. *in ſua politica, lib.* 3. *c.* 4. *n.* 44. Mantic. *deciſ.* 108. *in fine,* Caputaq. *deciſ.* 98. *num.* 3. *p.* 3. Rota apud Farin. *deciſ.* 489. *n.* 2. *in fin. p.* 2. *recent.* Et ſi à lege imponatur, 4
non intelligitur ipſo jure, Anchar. *conſ.* 145. *n.* 3. Rot. apud Farin. *deciſ.* 8. *n.* 2. *p.* 1. *recent.*

De

De Cenſibus, & Exactionibus, & Procurationibus.

Tit. XXXIX.

SUMMARIUM.

1 *Doctores referuntur ſuper hanc rubr. ſcribentes.*
2 *Cenſuum materiam qui tractent, citantur.*
3 *Cenſus nomen æquivocum eſt, & varias habet ſignificationes*, & n. 4.
5 *Cenſus multipliciter dividitur.*
6 *Cenſus publicus eſt onus ſecundùm debitum ſubditorum, aut patrimonii commenſurationem à legitimo magiſtratu ex juſta cauſa indictum.*
7 *Cenſus privatus eſt certus annuus redditus in re immobili, quæ ad alterum abſolutè ſpectat reſervatus, vel aliàs legitimè conſignatus, annuatim, vel aliter ſolvendus ex privata partium diſpoſitione ſecundùm rectam commenſurationem.*

1 SUPER hanc rubr. ſcripſerunt Zabarell. Joan. Andr. Butr. Imol. Anan. Anchar. Panorm. Guillelm. Dutand. *in breviario aureo, fol.* 113. Joan. de Londris *in breviario ſanctorum Canonum, fol.* 176. Martin. Meſnart. *in epitome Decret. fol.* 143. *verſo*, Petr. de Ravenna *in compendio juris Canon.* Dan. Venator *in analyſi methodica juris Pontif. à pag.* 490. Goffred. & Hoſt. *in ſum. hujus tit.* Alex. Caſan. & Anaſt. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decret.* Lancel. *in inſtit. Canon.* Barthol. Carthagena *in expoſit. tit. juris Canon.* Zypæ. *in analyt. poſtremi juris Eccleſ. enarrat. pag.* 294. Caniſ. *in ſum. ejuſdem tit.* Cafarel. *in erothem. ejuſdem juris*, noviſſimè Joan. Honor. *lib.* 3. *ſum. in Decret.* omnes *ſub hoc tit.*

2 De cenſibus peculiares edidere tractatus Virgin. Boccac. Benedict. Bon. Thom. Boninſign. Frideric. Martin. Felician. de Solis, Ludovic. Velaſquez de Avendaño, Gaſp. Anton. Theſaur. Joannes Baptiſta Madius, Henric. Caniſ. Joan. de Salas, Romualdus Colus, Petr. de Gregorio, Ludovic. Cencius, & incidenter egerunt Covar. *lib.* 3. *var. cap.* 7. Gemin. *de uſur. comment.* 2. §. 2. *num.* 54. *cum ſeqq.* Valaſc. *de jure emphyt. q.* 32. Gaſp. Roderic. *de annuis redditib. lib.* 2. *quæſt.* 22. Foller. *in practica cenſuali*, Brunor. à Sole *in ſuis qq. legalibus, quæſt.* 5. Valent. *tom.* 3. *diſp.* 5. *q.* 22. *de cenſibus*, Mich. Salon. *de contractib. & commerc. ſub tit. de cenſibus*, Franc. Leo *in theſauro fori Eccleſ. p.* 2. *c.* 15. Molin. *de juſtit. tract.* 2. *diſp.* 381. *cum ſeqq.* Guttier. *de gabellis, quæſt.* 1. Rebell. *de obligat. juſtitiæ, part.* 2. *lib.* 10. Guid. Pancirola *in theſauro variarum lectionum, lib.* 2. *cap.* 151. Leon. Leſſ. *de juſtitia, lib.* 2. *cap.* 22. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 25. *à num.* 410. Azor. *inſtit. moral. part.* 3, *lib.* 10. Nicol. Intrigl. *ſuper Bulla de cenſib.* Bonacin. *de contractib. diſp.* 3. *quæſt.* 4. *punct. unic.* Vincent. Filliuc. *tom.* 2. *tract.* 31. *part.* 2. Paul. Layman. *in Theologia morali, lib.* 3. *tract.* 4. *cap.* 18.

3 *Cenſibus.*] Cenſus nomen æquivocum eſt, & varias habet ſignificationes, ut poſt alios ad pleraſque quæſtiones tradunt Gallet. *de annuis redditib. lib.* 2. *quæſt.* 22. *num.* 66. Balb. *de praeſcript.* 2. *part.* 5. *principalis, quæſt.* 1. Bertachin. *de gabell. in prælud. num.* 8. Rebuff. *tom.* 3. *ad leges Galliæ, tit. de conſtit. reddit. art.* 1. *gloſſ.* 17. *à princ.* Sot. *de juſtit. lib.* 3. *quæſt.* 6. *art.* 7. *colum.* 1. *& lib.* 6. *quæſt.* 5. *art.* 1. *col.* 2. *verſic. quæſtio præſens*, Medin. *in C. de reſtitut. cap. de cenſibus*, Covar. *lib.* 3. *variar. cap.* 7. *num.* 1. Valaſc. *de jure emphyteut. quæſt.* 32. *à princip. & num.* 6. Anton. Gom. *l.* 68. *Tauri, ex num.* 2. Aviles *ad edicta Prætorum, cap.* 34. *in gloſſ. verbo pobres*, Felician. *de cenſib. in proœm. ex num.* 3. & plures ex *ſuprà* relatis. Dicitur à cenſendo, quia ad juſtitiam cenſus, prout tributum importat, debent priùs facultates æſtimari, ſeu cenſeri, ut ſecundùm rectam æſtimationem cenſus inducatur, *l. forma* 4. *in princip.* ubi gloſſ. *verbo æſtimat, ff. hoc tit.* & in hac ſignificatione deducta à verbi etymologia, à Theologiæ Profeſſoribus intelligitur locus ille *Matth.* 22. ubi rogatus Chriſtus an liceret cenſum dare Cæſari, reſpondit, *reddite ergo*, &c. & *Matth.* 17. Reges terræ à quibus accipiunt tributum, vel cenſum: & *Eccleſ.* 30. *non eſt cenſus*, &c. ut explicant Sot. Covar. Valaſc. & Felician. *citatis locis.*

Secundo modo cenſus accipitur prout importat perſonarum diſtinctionem, ut ita pro capite tributum imponatur, *l. ultim.* ibi, *tributum his remiſit capitis, ff. hoc tit.* Tertio modo accipitur pro annua penſione, quæ ſolvitur alicui inferiori à Principe in recognitionem alicujus ſubjectionis, ad quod habemus exemplum in cenſu, qui auctoritate Epiſcopi inſtituitur, & ſolvitur patrono in ſignum ſubjectionis, de quo *in cap. præterea* 23. *ubi gloſſ. verbo inſtitutos, de jurepatronat. cap. prohibemus* 7. *cap. præterea* 8. *infr. hoc tit. cap. conſtitutus* 6. *verſic. cùm autem*, ubi gloſſ. *verbo penſionis, de Relig. domib. cap. de cætero* 5. *ad fin. de tranſact.* Quarto modo accipitur cenſus frequenter pro illa penſione, quæ ſolvitur ex contractu, quo res alicui conceditur pleno jure, ita ut in accipientem transferatur directum, & utile dominium, reſervata tamen veteri domino penſione aliqua annuatim ſolvenda in recognitionem priſtini dominii, in hac ſignificatione agitur de cenſu *in d. cap. conſtitutus, in princip.* ubi gloſſ. *verbo juxta ratam*, ſi intelligas Epiſcopum ibidem ſub annuo cenſu conceſſiſſe monaſterio omne jus, quod in Eccleſiis habebat, quæ requiruntur, & ſufficiunt ad contractum cenſualem, bonus text. *in cap.* 1. *de in integr. reſtitut.* ibi, *ſub modico cenſu*, & ibi, *ad ipſius jus & proprietatem redire*, gloſſam in hoc ſequuntur omnes *ibidem*, Bart. *in l.* 1. §. 1. *ff. de publican.* Jaſon *in l.* 1. *num.* 28. *C. de jure emphyt.* Abb. *num.* 3. *in d. cap. prohibemus*, Felician. *in dicto proœmio, num.* 9. Valaſc. *d. quæſt.* 32. *num.* 7. Quinto modo accipitur cenſus pro annuis redditibus, qui ſuper re immobili conſtituuntur, vel in perpetuum, vel ad tempus, cum pacto de retro, certo pretio conſtituto, quos tamen impropriè, & contra nominis etymologiam cenſus appellari contendit Covarr. *d. cap.* 7. *num.* 1. *in fine*, quem ſequitur Valaſc. *d. quæſt.* 32, *num.* 8. Tandem cenſus accipitur pro reddit, quem colonus ſolvit quando rem accepit cum onere ſolvendi annuatim certum cenſum, ſicut in contractu locationis penſio aliquando cenſus nuncupatur, & coloni, ſeu inquilini cenſuarii appellantur, *l. forma* 4. *verſ. inquilinum, ff. hoc tit.* ibi gloſſ. *verbo colonum, cap. ult. ne Prælati vices ſuas.* 4

Cenſus multipliciter dividitur, ut per noviores modò citatos, & præſertim per Felician. *lib.* 1. *cap.* 4. *numero ult.* aliquando in reſervativum & conſignativum, aliquando in realem, & perſonalem, tertium in pecuniarium & fructuarium, inſuper in temporalem, & perpetuum, tandem in redimibilem & irredimibilem: ſingula membra explicat Felician. *d. numero ult.* Ego verò cenſus omnes in duas ſpe- 5

SUMMARIUM.

1 *Iuſpatronatus ex conſtructione Eccleſiæ facta de conſenſu Epiſcopi acquiritur : patronus non eligit Prælatum in Conventuali Eccleſia, ſed in capella ſic; patrono debetur proceſſionis honor, & alimentatur ab Eccleſia, ſi vergat ad inopiam.*
2 *Iuſpatronatus acquiritur ex conſtructione Eccleſiæ facta de aſſenſu Epiſcopi abſque alia reſervatione.*
3 *Iuſpatronatus in Eccleſia Conventuali fundari non poteſt cum conſenſu Epiſcopi.*
4 *Iuſpatronatus non poteſt habere laicus in Eccleſia Collegiata.*
5 *Collegiata Eccleſia quibus ſignis cognoſcatur, remiſſivè.*
6 *Patronus Eccleſiæ debet præferri in præeminentiis honorabilioris ſedis, & dignioris loci.*
7 *Eccleſia alit patronum ſuum, ſi extrema laboret egeſtate, & an, quando, & quomodo hæc alimenta præſtari debeant, oſtenditur.*
8 *Patronus ingratus non alitur ab Eccleſia.*
9 *Conſenſus Papæ non præſumitur interveniſſe, etiam per longum tempus, in facultate Eccleſiæ ſuper conditionibus appoſitis in ipſa fundatione.*
10 *Iuſpatronatus in Eccleſia Regulari, vel beneficio regulari ex ſola fundatione, & dotatione ſine particulari privilegio Apoſtolico non acquiritur.*
11 *Alimenta patrono præſtantur ſecundùm illius qualitatem.*
12 *Eccleſias conſtruere dicitur opus pium, & religioſum.*

Cap. Nobis XXV.

Clem. III.

1 PAtronus efficitur ſolus ille, qui de conſenſu Epiſcopi exſtruxit Eccleſiam. Et non poteſt intereſſe electioni faciendæ de Prælato Eccleſiæ, ſed poſt electionem poſtulatur ejus aſſenſus, niſi habeat ſpecialem facultatem intereſſendi electioni, ſecus eſt in capella, quam tantùm patronus eligit, & præſentat Epiſcopo. Item patrono datur honor proceſſionis, & ſi patronus vergat ad inopiam, Eccleſia ſuccurrere debet illi modeſtè ſecundùm jura. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Anan. Hoſt. Butr. Henric. Boich. Anch. Henric. Caniſ. Panorm. Vivian. *in ration. lib.3. juris Pontif. pag.380.* Alagona *in compend. juris Canon. pag.512.* remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.1. & 2.* refertur ab Ant. Auguſt. *collect.2. Decret. lib.3. tit.24. c.2.*

2 *Cum conſenſu Diœceſani conſtruxit*, &c.] Probat hic text. ex conſtructione Eccleſiæ facta de aſſenſu Epiſcopi acquiri juſpatronatus abſque alia reſervatione, ut per Roch. *in tract. hujus tit. verbo, & Eccleſiam fundavit, q.8. n.22.* Lambert. *in ſimili tract. p.1. lib.1. q.2. art.3. & eod. lib.1. p.5. art. ſecunda quaſt. princ. n.12.* Rot. *deciſ.167. n.4. p.2. diverſ. & deciſ.421. n.2.* apud Farin. *p.2. recent.* Zerol. *in praxi Epiſcop. p.1. verb. Iuſpatronatus, §.2.* Azor. *inſt. mor. p.2. lib.6. c.19. q.7.* Viv. *in praxi juriſpatr. p.1. lib.1. c.1. n.24.* Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſ. reſol.223. n.2. & in collect. deciſ. p.5. collect.1646.* Campan. *in diverſorio juris Canon. rub.11. c.13. n.335.* Nicol. Garc. *de benef. p.5. c.9. n.62. & à n.71.* D. Ferent. *in annot. ad deciſ.1. Buratti, n.24. lit.B*, quorum plures refero ego ipſe *de offic. & poteſtate Epiſcopi, p.3. alleg.70. n.20.* ubi *n.21.* quod conſenſus ſufficit, ſi interveniat ex poſtfacto: & *n.23.* quod præſtandus eſt Ordinario illius loci, in quo fundatur Eccleſia: & *n.30.* quod Ordinarii nomine in hac materia venit quilibet Prælatus, etiam inferior, dummodò habeat Epiſcopalem juriſdictionem: & *n.32.* amplio ad Capitulum Sede vacante. Maſſobr. *in praxi habendi concurſum, prælud.7. dub.6.* ſecundùm Rom. impr. ubi *dub.7.* ſubdit quod diœceſanus poteſt compelli per ſuperiorem, ſi nolit conſentire reſervationi juriſpatronatus, immò quod poteſt ipſe ſuperior conſentire, ſi diœceſanus renuat ſine cauſa. Adverte, quod juſpatronatus non acquiritur ex conſtructione, ſeu dotatione neceſſariò, non voluntariè facta, Lamb. *in tract. hujus tit. p.1. lib.1. q.4. princ. art.7.* Rot. *deciſ.167. n.5. & 6. p.2. diverſ. & dec.758. n.2. p.2. recent.* & *in Camerin. penſionis*, 10. *Decembris* 1625. coram R.P.D. meo Pirovano. Utrùm autem ex reædificatione acquiratur juſpatronatus, vide quæ dixi *ad c.3. in gloſſ. verbo fundatores, ſuprà hoc tit.* An in altari jam conſtructo poſſit in abſtracto fundari nova capellania, & in ea reſervari juſpatronatus? Affirmativè reſpondent Roch. *de jurepatr. in verbo & dotavit, q.1.* Lambert. *eod. tract. lib.1. p... q.5. art.15. in princ. verſ. nota tamen, & q.6. art.1. n.30. verſ. tu circa*, & fuit dictum *in Gerunden. juriſpatron.* 22. *Aprilis* 1622. coram Reverendiſſimo D. meo Decano.

Utrùm autem conſenſus Ordinarii ex lapſu temporis præſumatur, ſolet ab aliquibus in dubium revocari, in quo communis obtinuit, ex diuturnitate temporis, ædificatione capellæ cum inſignibus, & armis, ac viſitatione ſuperioris, hujuſmodi conſenſum præſumi, ut ex multis S. Rotæ deciſionibus comprobavi *de officio, & poteſt. Epiſcopi, part.3. alleg.70. num.22.* quibus addo Cavaler. *deciſ.265. num.5.* & regulariter tempus triginta annorum neceſſarium eſſe ad præſentandum talem conſenſum, firmavit Beltramin. *ad Gregor. XV. deciſ.42. num.7.* Verùm hæc in re optimè conſideravit Rot. *in Segobien. Capellaniæ*, 13. *Ianuarii* 1623. coram bonæ mem. Ubaldo, quod licèt ſupradicta procedant in donatione juriſpatronatus, in qua nullus poteſt conſiderari favor Eccleſiæ, ac proinde requiratur ſpatium tanti temporis ad præſumendum talem conſenſum; tamen ubi agitur de præſumendo conſenſu in electione alicujus beneficii cum reſervatione juriſpatronatus, cùm ſit in favorem Eccleſiæ, qui in eo verſatur, ne beneficium jam erectum ſupprimatur ob defectum talis conſenſus, non videtur requiri ſpatium tanti temporis, ac proinde videbatur ſufficere decennium, ex quo agitur de modico præjudicio, ex Menoch. *de præſumpt. lib.3. præſumpt.132. num.54.* eo maximè, quia conſenſus Ordinarii poteſt intervenire ex poſtfacto, ut dixi *ad c. nullus, n. fin. hoc tit.* & quia Eccleſia repetitur ædificata, interveniſſe præſumitur, Menoch. *lib.6. præſumpt.79. num.3.* Nicol. Garc. *de benefic. p.5. c.9. num.73.*

Cæterùm in Conventuali Eccleſia, &c.] Notatur ad 3
hoc, quod juſpatronatus in Eccleſia Conventuali fundari non poteſt cum ſolo conſenſu Epiſcopi; ſed eſt neceſſarium privilegium Apoſtolicum in limine fundationis, etiam ad effectum præſentationis, ut docent *in præſenti* Hoſtienſ. *col.2.* Roch. *num.16.* & Abb. *num.9.* Put. *deciſ.366. & 379. part.2.* Seraph. *deciſ.1305. n.5. & deciſ.1353. n.5. & deciſ.1395. n.2.* Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. part.5. collect.1486.* Rot. *in Albanen. Prioratus*, coram Orano, & apud Farin. *deciſ.33. num.1. part.2. recentior.* ubi *num.3.* pariter cenſuit juſpatronatus præſumi fundatum ex privilegio Apoſtolico, quando ultra temporis antiquitatem concurrit

concurrit obſervantia præſentationum, cum declaratione, de qua *ibi*, vide *infr. num.* 10.

Intellige ſi juſpatronatus eſſet reſervatum in tota Eccleſia, ſecus verò ſi fuit reſervatum in Altari conſtructo, vel conſtruendo de Ordine teſtatoris in dicta Eccleſia Regulari, quia tunc ſufficit ſolùm conſenſus Regularium, ut citato Pariſ. *conſil.* 35. *num.* 10. *lib.* 4. cenſuit Rota *in Segobien. capellaniæ,* 26. *Februarii* 1625. coram bonæ mem. Ubaldo, *in verſ. non obſtat* 2. refert Ferentil. *ubi ſuprà, num.* 17. ubi *num.* 16. poſt Seraph. *deciſ.* 1395. *num.* 3. ampliat deciſionem text. etiamſi Eccleſia eſſet conventualis habitu, non actu. Privilegium autem prædictum ex curſu temporis, & obſervantia præſumitur interveniſſe in limine fundationis, licèt non ſit enuntiatum, Abb. *in cap. cura paſtorali, num.* 4. *hoc tit.* Rot. *deciſ.* 363. *num.* 1. *& deciſ.* 573. *n.* 2. *part.* 4. *diverſ.* Niſi ex facie inſtrumenti fundationis conſtaret adhibitum fuiſſe ſolum conſenſum Epiſcopi, vel alterius Prælati Papa inferioris, Anton. Gabr. *commun. tit. de præſumpt. concl.* 1. *num.* 57. Rot. *deciſ.* 53. *num.* 2. *part.* 1. *recent.*

4 Notatur etiam hic text. ad hoc, quod in Eccleſia Collegiata non poteſt laicus habere juſpatronatus, ut per Perez *l.* 1. *col.* 15. *verſ. in Eccleſia, tit.* 6. *lib.* 1. *Ordinam. pag.* 142. ubi etiam refert, quod poterit habere quoad honores & ſimilia alia beneficia ejuſdem Eccleſiæ Collegialis, addit que *pag.* 146. *col.* 1. hunc textum eſſe intelligendum in præſentatione Prælati, non autem in aliis de collegio, quorum præſentationem non poteſt habere laïcus, quod etiam tenet Menochius *conſil.* 90. *à num.* 37. & deinde infert idem Perez, quod ſi Eccleſia patronata in Collegiatam erigatur, patronus amittit juſpatronatus, & ampliùs præſentare non poteſt, ſed tantùm conſenſum electioni factæ præſtare. Et quod juſpatronatus in Eccleſia conventuali ex conſtructione acquiratur ad effectum præeminentiarum, & ad omnes effectus, excepto jure præſentandi, & nominandi, ex Lambertino *lib.* 1. *part.* 1. *art.* 7. 11. *quæſt. principalis, num.* 5. tradit Rota coram
5 Card. Cavaler. *deciſ.* 265. *num.* 6. *&* 7. Quibus autem ſignis cognoſcatur Eccleſia Collegiata, vide Maſcardum *de probationib. concluſ.* 584. *per totam,* Card. Mantic. *deciſ.* 107. *num.* 9. *& deciſ.* 175. *num.* 1. *& deciſ.* 215. *à num.* 1. Rota *deciſ.* 673. apud Farinacium *part.* 1. *recent. & deciſ.* 315. *à num.* 3. *&* 4. *& deciſ.* 482. *n.* 4. *part.* 2. *recent.* vide latè *infrà ad cap. poſtulaſti* 30. *hoc tit. num.* 5.

Patroni poſtulatur aſſenſus.] Collige ex text. in electione Prælati Eccleſiæ Conventualis poſtulandum eſſe patroni conſenſum, ita gloſſ. *verb. honeſtius,* Abb. *num.* 8. Zabarel. & alii *in præſenti,* idem Abb. *num.* 2. *in cap. cùm terra, de elect.* Roch. *in tract. hujus tit. verbo in Eccleſia, quæſt.* 2. *num.* 2. *& quæſt.* 3. *num.* 8. Paul. de Citadinis *part.* 3. *quæſt.* 32. *num.* 41. Lambertin. *lib.* 2. *part.* 1. *quæſt.* 5. *art.* 1. *à num.* 19. *& art.* 2. *à princip.* Intellige ſecundùm ſuprà citatos, ut poſtulet in poſtulatione conſenſum ad effectum ut patronus electionem approbet, & laudet, manente ipſius validitate, quantumcunque illam recuſaverit; nam cùm hujuſmodi conſenſus tantummodò in obſequium, & remunerationem beneficii accepti poſtuletur, & tale obſequium, ſeu remuneratio non dicat prædictum conſenſum præcisè eſſe obtinendum, rectè fit, ut talis conſenſus ita requiratur, ut velit, nolitve, validitas electionis permaneat, prout explicant Abb. *in cap. Sacroſancta, num.* 6. *de elect.* Paul. de Citadinis *dict. num.* 41. Roch. *d. quæſt.* 2. *num.* 2. Cavaler. *d. deciſ.* 321. *num.* 5. *& deciſ.* 445. pro quo intellectu facit verbum illud, *honeſtius,* de quo *in hoc text.* quod quidem ſupponit honeſtè fieri, ſi patroni conſenſus non requiratur, prout in ſimili probat text. *in cap. commiſſum* 16. *de ſponſalibus,* ibi, *tutius,* &c. juncta communi interpretatione, de qua *ibi.* Nec huic intellectui refragatur text. *in cap. Abbatem, il* 2. 18. *quæſt.* 2. ſiquidem omiſſis multis declarationibus, de quibus DD. ſatisfit ſi dicas text. illum ſolùm evincere habendam eſſe rationem ipſius patroni, & certiorem eſſe faciendum de electione Prælati in Monaſterio, cujus patronus exiſtit, non verò conſtituere conſenſum patroni præcisè eſſe requirendum, ut aliquid impediat, vel officiat electioni jam factæ, prout voluit gloſſ. 1. *in cap. principali,* 63. *diſtinct.* Abb. *hic, in finalibus verbis.* Unde jam colliges non videri veram ſententiam gloſſ. *verb. honeſtius, in præſenti,* dum videtur velle, de neceſſitate præciſa fore poſtulandum aſſenſum patroni, itaut ſine illo non confirmetur electio: idem dicit apertius gloſſ. *verbo Princeps, in cap. de hoc, de ſimon.* ſequitur Hoſtienſ. relatus à Zabarel. *in præſenti, quæſt.* 3. advertere namque debuiſſent ſolùm poſtulari conſenſum in obſequium, & reverentiam patroni ad illum tantùm effectum, ut coram diœceſano, ſi aliqua ſciat, opponat, quæ de jure debeant impedire confirmationem, prout reſolvunt ſuprà citati, aliàs data confirmatione ſine requiſito conſenſu, vel illo non dato, permanet ipſa in ſua firmitate, ut advertit Lambert. *lib.* 2. *part.* 1. *quæſt.* 5. *art.* 2. *num.* 9.

Limita ſupradictam concluſionem, quæ habet in electione Prælati Eccleſiæ Conventualis poſtulandum eſſe patroni conſenſum, explicatam ut *ſuprà,* non procedere data conditione in contrarium in eadem Eccleſia Conventuali appoſita de conſenſu Epiſcopi in fundatione, conſtructione, vel dotatione ipſius, ſiquidem illa prædicto modo apponi poteſt, per quam patronus in eadem Eccleſia Conventuali Prælatum præſentare poſſit, advertit in ſpecie Paulus de Citadinis *d. loco,* Roch. *d. quæſt.* 2. *num.* 3. Lambertin. *lib.* 2. *part.* 1. *quæſt.* 5. *art.* 1. *num.* 23. Deinde limita non procedere reſpectu Præbendarum, Capellarum, ſeu aliorum beneficiorum, quæ extiterint in eadem Eccleſia Conventuali; in his enim non datur inconveniens, quominus patronus præſentare poſſit, & ita probat text. *in verſ. ſecus tamen,* Concil. Trident. *ſeſſ.* 25. *de reformat. cap.* 9. *verſ. reliquæ,* notat Abb. *num.* 6. *in fine,* & alii *in præſenti,* idem Abb. *in cap. ſuggeſtum, num.* 3. *ſuprà eodem, & in cap. fin. de conceſſ. præbend.* Roch. *d. quæſt.* 2. *num.* 3. Paul. de Citadinis *ubi ſuprà,* communis ex Imol. *in d. cap. fin.* Lambertin. qui plures refert *d. quæſt.* 5. *art.* 3.

Honor proceſſionis fundatori ſervatur.] Collige ex 6
text. deberi patrono honorem proceſſionis, ita gloſſ. *verb. modeſtè,* Butr. *num.* 2. Abb. *num.* 5. Anan. *num.* 9. & alii *in præſenti,* Innocent. *num.* 3. ubi Abb. *num.* 4. *in rubr. ſuprà hoc tit.* Roch. *verbo honorificum, quæſt.* 63. *num.* 98. latè Lambert. *lib.* 3. *quæſt.* 1. *art.* 1. *à princ.* Intellige in honore continuo proceſſionis reſpectu ultimi loci illius, in quo patronus retro præcedere debet juxta Prælatum in ſolemni proceſſione, ſi in illa provincia major honor ſit ſequi, quàm præcedere, prout in ſpecie reſolvunt Angel. *in ſumma, verbo Iuſpatronatus;* Paul. de Citadinis *part.* 6. *quæſt.* 1. Intellige verò proxima verba text. de honore, quo patronus excipitur cùm ad Eccleſiam venit, Abb. *in præſenti, num.* 5. Azor. *d. part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 20. *quæſt.* 2. Nam patronus Eccleſiæ aliis debet præferri in præeminentiis honorabilioris ſedis, & dignioris loci, in proceſſionibus, ac anterioritate in ſuſcipienda pace, thurificatione & aliis conſimilibus actibus, Mantic. *deciſ.* 244. *num.* 1. Franc. Leo *in theſauro* fori,

fori Eccleſ. part. 2. cap. 16. num. 72. Bellet. diſquiſit. clericali part. 1. tit. de clerico debitore, §. 14. num. 10. verſ. ratio, Roch. de jurepatronat. verbo honorificum, num. 99. Lambertin. in ſimili tract. lib. 3. quæſt. 1. princip. n. 11. Cardinal. Cavaler. deciſ. 321. num. 2. ubi num. 4. ſubdit pariter præeminentiam habere ut poſſit defendere Eccleſiam, & denuntiare perſonas dilapidantes ejus bona.

7 *Et ad inopiam vergat.*] Notatur ad hoc, quod Eccleſia alit patronum ſuum ad inopiam vergentem. Idem probat text. in cap. quicumque, il 2. 16. q. 7. ibi: *Suffragium vitæ*, &c. tradunt gloſſ. verb. modeſtè, Butr. num. 22. Abb. num. 6. Anan. num. 9. in præſenti, Roch. verb. utile, quæſt. 1. n. 1. Lambert. dicens eſſe omnium Doctorum ſententiam lib. 3. q. 3. art. 1. Gig. de penſionib. quæſt. 23. n. 1. Molin. de primog. lib. 1. cap. 24. n. 21. Lar. in l. ſi quis à liberis, §. ſolent, n. 20. cum ſeqq. ff. de liberis agnoſcend. latè Surd. de alim. tit. 1. quæſt. 54. per totam, Vivian. in praxi jurispatr. lib. 1. cap. 1. à n. 11. Campanil. d. rubr. 11. cap. 27. ſub num. 22. Declara tamen non eſſe neceſſarium quod patronus in ſumma egeſtate poſitus ſit, ſed ſufficere quod jamjam ad paupertatem deveniat, ita ut verum ſit dicere, quod jam ſecundùm qualitatem ſuæ perſonæ ſuſtentari non poteſt ex ſuis bonis, vel aliunde, putà ex aliquo opere ſuo, quod licitè & honeſtè exercere poſſit, attenta qualitate ſuæ perſonæ, propter text. in l. ſi quis à liberis, §. ſed ſi filius, ff. de liber. agnoſc. patet ſi expendas id importare venire ad inopiam, ut probat text. in cap. 1. §. ſanè, de ſtatu Monach. lib. 6. juncta deciſione text. in l. nepos Proculo 125. in fin. verſ. poteſt, ff. de verb. ſignif. & ita in ſpecie Lambert. lib. 3. q. 3. art. 3. num. 6. quicquid gloſſ. verb. ad inopiam, in cap. quicumque, 16. q. 7. contrarium velit, exiſtimans oportere in ſummam egeſtatem eſſe deductum patronum; contra quam ultra prædictam rationem urget text. in præſenti, ibi, *ad inopiam vergat*, & in d. cap. quicumque, ibi, *redacti fuerint ad inopiam*, quæ quidem verba non requirunt, niſi tantùm illum caſum, in quo jam ex his bonis commodè, vel aliunde ſuſtentari nequeat, ut eleganter probat Juriſconſult. in l. ſi conſtante 24. in princ. ff. ſol. matrim. ubi agens de illo, qui vergit ad inopiam ad effectum ut repetitio dotis contra illum intentetur, dicit talem eſſe qualem conſtat jam aliquid minus habere ex illis bonis, quibus antea dos poterat præſtari, patet ibi, *ex quo evidentiſſimè apparuerit matris facultates ad dotis exactionem non ſufficere*, prout tradit in ſpecie Novell. de dote, part. 6. quæſt. 70. Campeg. eod. tract. part. 3. quæſt. 19. Palat. in repet. cap. per veſtras, de donat. inter virum, §. 17. & 18. Anton. Gom. l. 50. Tauri, num. 33. imò tenetur Eccleſia ex gratitudine patronum inopem alere, Rot. deciſ. 594. num. 5. apud Farin. collect. 1. noviſſimarum, aliàs part. 4. diverſ. ubi cenſuit ad hoc ipſum patronum ſummam egeſtatem probare teneri. An autem ab alimentis hujuſmodi excludatur, ſi poteſt artem aliquam exercere proprio ſtatui non contradicentem? vide eandem Rot. deciſ. 594. p. 4. diverſ. Eccleſia patronum pauperem in domo propria, & non in ipſa Eccleſia tenetur alere, Rebuff. in tract. congruæ portionis, num. 97. Lar. in d. §. ſolent, num. 28. Surd. tit. 4. quæſt. 14. num. 21. de integris ſcilicet alimentis, id eſt, de cibo, potu, veſte, lecto, & aliis omnibus, quæ ſub alimentorum vocabulo continentur, ſi ei ſuppetant facultates: idem Surd. tit. 4. quæſt. 23. à num. 12. itaut ex fructibus ſint deducenda, non verò ad ea vendenda proprietas. Surd. d. tit. 4. quæſt. 9. num. 11. præſtando ampliora, & pinguiora alimenta patrono nobili, quàm ignobili, idem Surd. d. tit. 3. quæſt. 28. num. 15. & non ſolùm ipſummet patronum, ſed etiam uxorem, & filios, & familiam Eccleſia alere tenetur, Surd. tit. 4. num. 18. & tit. 7. quæſt. 32. num. 30.

Limitatur tamen in patrono ingrato, qui non alitur ab Eccleſia, Surd. eod. tit. 7. quæſt. 32. à num. 6. ubi à principio illius quæſtionis probare intendit, non eſſe alendum patronum, quando deductis alimentis Curati nihil ſupereſt; nam Eccleſia tunc debet dare alimenta patrono pauperi, ſi ſupereſt ultra id quod neceſſarium eſt ad Dei cultum, ac miniſtrorum alimenta, Abb. in præſenti, num. 6. & Butr. n. 22. Lambert. in tract. hujus tit. lib. 3. art. 2. tertia quæſt. princ. num. 2. Roch. in ſimili tract. verb. utile, num. 1. & 2. Roland. conſil. 2. num. 33. lib. 3. Caſſad. deciſ. 3. num. 2. ſub hoc tit. quos refert, & ſequitur Rot. apud Farin. deciſ. 454. part. 1. recent. 8

Ex eo juſpatronatus acquiri.] Ergo probata conſtructione cum aſſenſu Epiſcopi ſaltem præſumpto, non eſt neceſſe probare alium aſſenſum quoad acquiſitionem juriſpatronatus, ut latè deducitur apud Card. Cavaler. deciſ. 336. ex n. 4.

In gloſſ. *Niſi aliter*, ibi, *ſpecialiter conceſſa in ſua fundatione.* Notatur ad hoc, quod conſenſus Summi Pontificis non præſumitur interveniſſe etiam per longum tempus in fundatione Eccleſiæ ſuper conditionibus appoſitis in ipſa fundatione, ut per Maſcard. de probat. concl. 416. num. 3. & 5. Rot. deciſ. 563. apud Farin. in 1. collect. noviſſimar. 9

In ead. gloſſ. ibi, *Ubi datum fuit tale privilegium*, &c. Notatur ad hoc, quod licèt ex eo quod quis fundat, & dotat aliquam Eccleſiam, acquirat juſpatronatus, & exinde titulus probetur, tamen ſecus eſt in Eccleſia Regulari, quia ultra dotationem, & conſtructionem requiritur expreſſa conceſſio, & privilegium Apoſtolicum in limine fundationis, ut per Rot. deciſ. 564. n. 3. & deciſ. 573. n. 1. apud Farin. in collect. 1. noviſſimar. ubi n. 2. cenſuit quod confirmatio Apoſtolica ex lapſu diuturni temporis etiam non enuntiata præſumitur. Item etiam quod in beneficio Regulari non acquiritur juſpatronatus ex ſola fundatione, & dotatione ſine particulari privilegio Apoſtolico, Mohedan. deciſ. 340. aliàs 10. num. 5. hoc tit. Covar. in reg. poſſeſſor, part. 2. §. 10. n. 3. verſ. alter caſus, Lambert. de jurepatr. lib. 2. q. 5. part. 1. art. 1. num. 10. & 11. Paul. de Citadinis eod. tract. part. 3. conſ. 1. num. 71. & conſ. 2. n. 13. verſ. ſed ex reſervatione ſpeciali, Rota deciſ. 563. verſ. non obſtat, & deciſ. 564. n. 2. & 3. & deciſ. 572. n. 1. & deciſ. 574. n. 1. part. 4. diverſ. & deciſ. 53. n. 1. part. 1. recent. Seraphin. deciſ. 1305. n. 5. & deciſ. 1353. n. 5. & deciſ. 1395. n. 2. Rot. deciſ. 421. n. 2. apud Farin. part. 2. recent. & vide ſuprà, num. 3. 10

In gloſſ. *Modeſtè*, ibi, *& ad qualitatem perſonæ.* Notatur ad hoc, quod alimenta patrono præſtantur ſecundùm illius qualitatem, ut per Tiraquel. de nobilit. cap. 20. num. 143. D. Barboſ. in l. maritum, n. 5. ff. ſolut. matrim. Azor. d. cap. 20. quæſt. 2. ſentit gloſſ. verb. ad inopiam, in cap. quicumque, 16. quæſt. 7. dum dicit magis providendum eſſe illi, qui fuit dives, quàm illi, qui ſemper ſuſtinuit aliquam paupertatem: reſolvunt Roch. verb. utile, quæſt. 1. num. 2. Lambert. d. quæſt. 3. & art. 6. in princip. & num. 13. & à num. 25. quærit an alimenta debeant eſſe in quantitate, quæ nutriant uxorem, filios, & ſervos domeſticos, qui qualitati patroni conveniant. Quorum alimentorum nomine non tantùm eſus, & potus, ſed etiam veſtiarium, quinimò & habitatio veniunt, & patrono tribuenda ſunt, juxta text. in l. legatis, ff. de aliment. & cibar. legat. & in l. verbo victus 43. ff. de verbor. ſignificat. tradunt Palat. in rubr. de donatione inter virum & uxorem, §. 11. num. 3. Covar. de ſponſal. part. 2. cap. 3. §. 1. num. 9. D. Barboſ. in l. qua doris, à num. 64. ff. ſol. matrim. 11

& inſuper alia præſtanda ſunt, de quibus Lambertin.
d.q.3.art.9.à princ.

In ead. gloſſ. ibi, *Onus*. Videtur gloſſ. ſentire ad pa-
tronum pertinere ſollicitudinem, & ſolertiam circa
Eccleſiæ patronatæ, & ipſius rerum defenſionem, id
enim importat onus, idem probant text. *in cap. filiis
16.q.7.& in cap. conſtitutum, 16 q.1.* Roch. *verbo onero-
ſum, q.1. & ſeq.* Lambert. *lib.3. q.1. art.1.* Ex quibus
colliges poſſe patronum obligare beneficiarium, vt
ſaltem in genere ſibi reddat rationem circa admini-
ſtrationem reddituum Eccleſiæ patronatæ, vt dixi *in
addit. ad cap. ex literis, ſuprà hoc tit. propè fin.* Colli-
ges etiam cuſtodiam Eccleſiæ vacantis ad patronum
pertinere, vt probat text. opt. *in cap. cùm vos, de of-
ficio Ordin.* vbi Abb. & communiter DD. poſt Lam-
bertin. *d. loco, art.6.*

12 In gloſſ. *In capella*. Notatur ad hoc, quod conſtrue-
re Eccleſias dicitur opus pium, & religioſum, vt per
Spin. *in ſpeculo teſtam. gloſſ.3. princ. n.5.*

In ead. gloſſ. ibi, *Sed his non obſtantibus videtur quod
inuito patrono Capella in præiudicium patroni, & ita eo
inuito collegiata fieri non poteſt.* Ita Maſſobr. *in praxi
habendi concurſum, prel.7. dub.5. n.5.* ſecundùm Roman.
impreſſ. vbi ſubdit eo caſu iuſpatronatus amitti per
erectionem in collegiatam, quando patronus patitur
Eccleſiam erigi in collegiatam abſque aliqua reſerua-
tione ſui iuris.

SUMMARIUM.

1 *Patronus Eccleſiæ vacantis, quamvis ſit Clericus, ad
eam præſentare non poteſt;* & n.2.

3 *Patronus non valet procuratorem deputare, qui
eundem conſtituentem ad Eccleſiam vacantem
nominet.*

4 *Procurator deputatus à multis patronis ad præſen-
tandum, poteſt vnum ex dictis conſtituentibus
præſentare, modò comparuerit nomine omnium.*

5 *Patronus vt poſſit ſuum de iurepatronatus adipiſci
beneficium, duo modi referuntur.*

6 *Procurator conſtitutus à patrono ad præſentandum,
non poteſt ſeipſum præſentare.*

7 *Patronus etiam ad beneficium ſimplex ſe præſentare
non poteſt.*

Cap. Per noſtras XXVI.

Innoc. III.

1 NVllus etiam Clericus idoneus, doctus, & be-
nemeritus, habens iuſpatronatus in aliqua Eccle-
ſia, poteſt ſe præſentare, quia nemo debet ſe ingerere
officiis Eccleſiaſticæ prælationis. Colligunt ex Ordin.
Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Butr.
Imol. Anan. Hoſt. Henric. Anch. Panorm. Viu. *in ration.
lib.3. iuris Pontif. pag.381.* Alagona *in compend. iuris
Canon. pag.513.* remiſſiuè Ximen. *in concord. p.1. & 2.*
refertur ab Ant. Aug. *collect.3. Decret. lib.3. tit.30. c.1.*

2 Hanc eandem concluſ. ex hoc text. deſumunt Paul.
de Citadin. *p.6. q.48. art.3. n.89. cum ſeqq.* Lambertin.
lib.2. p.1. q.8. art.1. n.6. Mant. *dialog.4.* Rot. *in Spoletana
capellaniæ, 16. Maij 1623.* coram bon. mem. Buratto, &
in Regien. iuriſpatronatus, 15. Januar. 1624. coram R.P.
D. meo Pirouano, & *in eadem 5. Martij 1625.* coram
bon. mem. Vbaldo, Flamin. *de reſign. lib.9. q.17. n.222.*
Viu. *in praxi iuriſpatr. p.2. lib.6. c.8.* Campan. *in diuerſo-
rio iuris Canon. rubr.11. c.13. n.398.* Mar. Antonin. *var.
reſol. lib.1. reſol.51. n.1.* quos refero ego ipſe *de offic. &
poteſt. Epiſc. p.3. alleg.72. n.85.* quod adeò verum exi-
ſtimat Campanil. *d. loco*, vt procedat etiam reſpectu
beneficii ſimplicis, quicquid contrarium velit Lam-
bertin. *in tract. huius tit. p.1. lib.2. q.8. art.2.* Ratio eſt,
quia in præſentatione patroni de ſe ipſo facta vitium
ambitionis reperiri cenſetur; nam cùm non ſolùm
prohibeantur illa, quæ per ſe mala ſunt, verùm etiam
illa quæ ſpeciem mali repræſentant, & præſentatio de
ſe facta propter prædictum vitium in illo præſum-
ptum mali ſpeciem habere cenſeatur, argum. text. *in
cap. quia in tantum, & in cap. cùm jam dudum, de præ-
bend.* meritò text. dicit patronum ſeipſum ad Eccle-
ſiam patronatam vacantem non poſſe præſentare,
pro qua ratione, ſeu potiùs declaratione faciunt ver-
ba huius text. ibi, *cum igitur nullus ſe ingerere debeat,*
&c. quæ quidem verba important affectare, & am-
bire, iuxta text. *in l. ſi quenquam, C. de Epiſcopis, &
Clericis,* in qua ratione naturali ſuaſoriam tamen dat
hic text. ad conſtituendam talem prohibitionem,
quemadmodum multoties Pontifices aliàs ſimilibus
rationibus naturalibus ſolent ſuas deciſiones proba-
biliter confirmare, vt videre eſt *in cap. quoniam, de
officio, & in cap. cùm omnes, de conſtit.* Amplia procede-
re etiam in inſtitutione, ita vt Epiſcopus ſimiliter ſe
ipſum inſtituere non poſſit, prout dixi *in addit. ad c.
vlt. de inſtit.* Limita quando patronus præſentat fi-
lium ſuum ad Eccleſiam vacantem, de quo dixi ad *c.
quia Clerici, in gloſſ. ſupr. hoc tit. & c. conſuluit 15. n.3.
ſupr. eod.*

An autem patronus valeat procuratorem deputare, 3
qui eundem conſtituentem ad Eccleſiam vacantem
nominet? Reſpondeo quod non poteſt, quamvis va-
leat etiam, nulla ſpecifica præhabita conditione illum
eligere, ita Flamin. *d. q.17. n.113.* Rota apud Caputa-
quenſ. *deciſ.397. part.2.* ead. Rot. *deciſ.185. part.2.
diuerſ.* vbi etiam tentum fuit, quod ſi procurator de- 4
putatus fuerit à multis patronis ad præſentandum, &
vnum ex dictis conſtituentibus præſentet, dummodo
comparuerit nomine omnium, valet actus: refert
Campan. *d. c.13. num.399.* Si autem patronus, qui 5
vnicus eſt, vellet ſuum de Iurepatronatus adipiſci be-
neficium, qua medela ad illud aſſequendum vti poſ-
ſit, non abs re quæret aliquis, & vno ex duobus mo-
dis ſibi ſuccurrere poſſe tradunt Doctores, quorum
vnus eſt, vt emittat preces coram Epiſcopo, vt ſibi
prouideatur de beneficio, refert Abb. *in præſenti*, &
videtur inſequi Caualcan. Fiuiz. *deciſ.18. num.42. p.3.*
Ioſeph. Ludou. *concl.42. verſ. ampliatur 6.* Lambert. *d.
q.8. art.3.* Ioan. de Selua *de beneſic. p.1. q.6. n.19.* Zerol.
in praxi Epiſc. p.1. verbo iuſpatronatus, §.21. & quod
patronus huiuſmodi poteſt procedere per viam de-
precationis, & ſupplicationis factæ Epiſcopo, vt ſibi
conferat beneficium, & illo caſu poſſit Ordinarius il-
lum gratificando admittere, cenſuit Rot. *in d. Regienſi
iuriſpatronatus, 15. Ianuarij 1625.* coram R. P. D. meo
Pirouano, & *in eadem 5. Martij 1624.* coram bonæ
mem. Ubaldo, & *in Barcinonen. beneficij, 2. Maij 1625.*
coram eodem D. meo Pirouano, cum aliis citatis per
Ferentil. *in annot. ad deciſ.316. Buratti, n.19.* Alter ve-
rò eſt, quod Epiſcopus poſſit dictum beneficium con-
ferre eidem patrono, qui inhæreat, atque aſſentiat
collationi prædictæ, quod longa ſerie poſt alios tu-
tatur Lambert. *d. q.8. art.4.*

Intellige ſupradicta adeò vera eſſe, vt nec procu- 6
rator conſtitutus à patrono ad præſentandum poſſit ſe
ipſum præſentare, vt per Viu. *d. c.8. num.8.* Gonzal. *ad
reg.8. Cancel. gloſſ.2. n.57. & ſeq.* quos refero ego ipſe
d. alleg.72. n.88.

Eccleſiaſticæ prælationis officiis.] Dum hic text. ſe re- 7
ſtringit ad Prælaturam, jam probare videtur ad bene-

ficium ſimplex ſe patronum præſentare poſſe, & ita hanc ſententiam probant Lambertin. *lib. 2. p. 1. q. 8. art. 2. à n. 6.* Peregr. *conſ. 18. n. 15. lib. 5.* Ioſeph. Ludou. *concl. 42. col. 16. verſ. ampliatur quintò,* Rot. *in d. Regien. juriſpatronatus, 16. Januarij* 1624. coram R.P.D. meo Pironano. Sed contrariam ſententiam tenuit Joan. Andr. & communis *in præſenti*, pro qua facit, quia text. *in præſenti*, egit de perſonatu, ad quem dicit patronum ſe ipſum non poſſe præſentare, & tamen conſtat perſonatum eſſe beneficium ſimplex, probat text. *in cap. ſuper eo 6. de præbend. lib. 6.* facit rurſus, quia ratio in qua text. iſte fundatur, & in eadem deciſione exprimitur, etiam in ſimplicibus beneficiis reperitur, fatetur Concil. Trid. *ſeſſ. 24. de reform c. 27.* ibi: *Improba cupiditatis effectu*, & ibi, *vnum tantum beneficium*, &c. proinde dicendum eſt in illis etiam prohibitionem hujus text. locum habere, licèt enim aliqua deciſio exorbitans etiam contra juris regulas ſit, non eſt inconueniens quod accommodetur ad caſus, de quibus non loquitur, ſi in illis verificetur ratio ipſius diſpoſitionis, dummodo tamen in eadem diſpoſitione exprimatur, prout notatur *in reg. odia, lib. 6.* & ideo Rot. re maturiùs diſcuſſa adhærere noluit opinioni Lambertini, & ſequacium, vt videre eſt *in Regien. juriſpatronatus, 5. Martij* 1615. coram bonæ memor. Vbaldo, & *in Barcinonen. beneficii, 2. Maij* 1625. coram R.P.D. Pirouano, Ferentil. *in annot. ad deciſ. 306. Buratti, lit. A.*

SUMMARIUM.

1 *Iuriſpatronatus quæſtio ſi inter patronos non diffinitur infra quatuor menſes, Epiſcopus ordinabit Eccleſiam ſine præjudicio eorundem,* & n. 2.

3 *Præſentatio à patronis laicis, vel Clericis ratione patrimonii facienda eſt infra quadrimeſtre, à patronis verò Eccleſiaſticis intra ſemeſtre.*

4 *Epiſcopus tranſacto termino dato à iure patronis ad præſentandum, poteſt liberè de Rectore Eccleſiæ in Eccleſia prouidere.*

5 *Negligentia Prælati & Canonicorum non præiudicat Eccleſiæ, & ſucceſſoribus.*

Cap. Cùm propter XXVIII.

1 IVriſpatronatus quæſtio ſi inter patronos non diffinitur intra quatuor menſes, perſonam idoneam inſtituere poteſt Epiſcopus, & ex hoc nullum præjudicium in poſterum præſentationi generatur. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Anan. Butr. Hoſt. Henric. Anchar. Panorm. Henric. Caniſ. Viuian. *in rationali lib. 3. juris Pontif. pag. 382.* Alagona *in compend. juris Canon. pag. 513. & vol. 4. repet. in jure Canon. ad lib. 3. Decret.* Joan. Cret. remiſſiuè Ximen. *in concord. p. 1.* refertur ab Anton. Auguſt. *collect. 3. Decretal. lib. 3. tit. 30. c. 2.*

2 Hanc eandem concl. ex hoc text. deſumunt Cald. Pereira *de renouat. emphyt. q. 7. num. 13.* Prax. Epiſcop. *p. 1. verbo juſpatronatus, §. 5.* Rot. *deciſ. 586. n. 2.* apud Farin. *in 1. collect. nouiſſimarum,* nouiſſimè D. Ioan. Ant. Maſſobr. *in ſua praxi habendi concurſum ad parochiales Eccleſias, requiſ. 1. dub. 10. à n. 14.* Campanil. *in diuerſorio juris Canon. rubr. 11. c. 13. n. 486.* vbi cum Lap. *allegat. 78. n. 15. & 17.* ac Ioan. de Selua *de benef. p. 3. q. 59. in fine,* aſſerit text. *in præſenti,* vendicare ſibi locum vbi non apparet quis ſit patronus. Vide quæ dixi *ad c. 3. n. 9. ſupr. hoc tit.*

3 *Infra quatuor menſes.*] Notatur ad hoc, quod præſentatio à patronis laicis, vel Clericis ratione patrimonii facienda eſt infra quadrimeſtre, vt probatur *in hoc text.* à patronis verò Eccleſiaſticis facienda eſt intra ſemeſtre, *cap. vnic. hoc tit. lib. 6.* Vgolin *de offic. Epiſcopi, c. 51. in princ. n. 5.* Aloyſ. Ricc. *in deciſ. Curiæ Archiep. Neapol. p. 2. deciſ. 228. n. 14. & 15.* Franc. Leo *in theſauro fori Eccleſ. p. 2. c. 6. n. 23.* Viu. *in praxi juriſpatron p. 2. lib. 7. c. 1.* Nicol. Garc. *de benef. p. 5. c. 9. n. 209.* quos refero ego ipſe *de offic. & poteſt. Epiſc. p. 3. alleg. 72. n. 126.* vbi *n. 127.* quod hujuſmodi tempus currit dictus feriatis, cùm ſit continuum: & à *n. 128.* quod dicatur iuſpatronatus Eccleſiaſticum: & *n. 133.* quod in dubio vbi fit mentio, intelligitur de Eccleſiaſtico, adde nouiſſimè Ioan. Anton. Maſſobr. *d. praxi, requiſ. 2. dub. 1. à n. 6.*

Vtrùm autem juſpatronatus ex bonis Eccleſiaſticis fundatum, ſed cauſa permutationis, vel alio titulo oneroſo in laicum translatum auctoritate Apoſt. remaneat Eccleſiaſticum, vel efficiatur laicale, quæſtio eſt ad præſens inſtitutum non contemnenda, in qua illa eſt verior opinio quæ dictat huiuſmodi juſpatronatus eſſe laicale, quemadmodum enim quando à principio juſpatronatus eſt laicale, & deinde tranſit in Eccleſiaſticas perſonas, efficitur Eccleſiaſticum, & illius naturam aſſumit, Abb. *in cap. de Monachis, n. 14. de probat. & in c. 1. hoc tit. lib. 6.* vbi Ioan. Monach. *num. 4.* Prob. *in addit. num. 17.* Rebuff. *de nomin. q. 8. num. 22.* Cret. *conſ. 291. num. 25. lib. 3.* Card. Saraphin. *deciſ. 1420.* ita etiam è conuerſo dicendum videtur, vt juſpatronatus exuat primordialem ſuam naturam, & dum tranſit in laicum, identidem efficiatur laicale, vt in puncto arguit Borgnin. *deciſ. 22. num. 6. part. 1.* attenditur enim perſona quæ præſentat, & quæ poſſidet jus præſentandi, & prout illa eſt, ita etiam determinatur natura ipſius juriſpatronatus, Mohed. *deciſ. 9. in fin. de jurep.* Creſcent. *deciſ. 9. eod. tit.* Achil. *deciſ. 5. etiam eod. tit.* Put. *deciſ. 90. lib. 3.* & vulgatum eſt quod ſi laicus ex juſto titulo, & cum ſolemnitate efficiatur dominus, & acquirat bona Eccleſiaſtica, hæc bona non dicuntur amplius Eccleſiaſtica, ſed aſſumunt naturam, & qualitatem perſonarum, quibus ipſa bona cohærent, & ideo efficiuntur in totum laicalia, & patrimonialia. Menoch. *de ſucceſ. creat. lib. 2. §. 20. n. 684.* Surd. *conſ. 358. ex num. 9.* Nec obſtat quod qualitas juriſpatron. ſit ex bonis Eccleſiaſticis fundata, quia videtur inſeparabilis, etiamſi tranſeat ad laicos, ac proinde efficit vt tanquam Eccleſiaſticum ſit reputandum: quia reſpondetur quod licèt illa qualitas vim aliquam habere videatur ad talem reputationem, faciendam, & ſuam originalem naturam ſuſtentandam, quando juſpatronatus titulo lucratiuo acquiritur; tamen cùm illud laicus adeptus eſt titulo oneroſo, mediante permutatione, & cum auctoritate Apoſtol. videtur effici penè laicale, & illud, quod à laico in permutatione datum fuit monaſterio, videtur ſuccedere loco illius juſpatronatus Eccleſiaſticum, alioquin in valde exorbitanti lucro verſaretur Eccleſia, ſi vtrumque, nempe & quod illa dat, & quod recipit, Eccleſiaſticum remaneret.

Non differas, &c.] Notatur ad hoc, quod Epiſco- 4
pus tranſacto termino dato à jure patronis ad præſentandum liberè de Rectore Eccleſiæ, in Eccleſia prouidere poteſt, vt per Spin. *in ſpeculo teſtam. gloſſ. 4. princ. n. 18.* dummodo priùs conſtet de lapſu temporis à die ſcientiæ patronorum. Caputaq. *deciſ. 248. n. 3. part. 3.* Seraphin. *deciſ. 380. num. 1.* Rot. *deciſ. 173. ſub num. 1. & deciſ. 186. ſub n. 1. p. 2. recent.* Beltramin. *ad dec. 177. Gregorii XV. num. 9.* & fuit dictum *in Praten. beneficii, 14. Februarii* 1620. coram bon. mem. Buratto. Quæ quidem ſcientia patronorum ut devolutioni ſit locus,

debet

debet eſſe certa, nec ſufficit interpretativa, & veriſimilis, Seraph. *deciſ.* 1173. *n.* 3. Rot. *d. deciſ.* 173. *ſub n.* 1. *& deciſ.* 186. *ſub n.* 2. *p.* 2. *recent.* Gabr. *conſ.* 185. *n.* 6. *lib.* 2. Nicol. Garc. *de benef. p.* 10. *c.* 3. *n.* 34. & jus præſentandi conſervatur in uno ex patronis, qui ſcientiam hujuſmodi vacationis non habuit, aliis propter ſcientiam excluſis, Rot. *in Spoletana,* 28. *Maii* 1590. coram Card. Blanchetto, relata per Nicol. Garc. *d. p.* 10. *c.* 2. *n.* 41.

5 *Ita quod illi,* &c.] Notatur ad hoc, quod negligentia Prælati, & Canonicorum non præjudicat Eccleſiæ, & ſucceſſoribus, ut per Nat. *conſ.* 501. *n.* 44. Caputaq. *deciſ.* 128. *n.* 3. *p.* 2. Mar. Anton. *var. reſol. lib.* 1. *reſ.* 55. *num.* 9.

SUMMARIUM.

1 *Legatus de latere Eccleſiam, cujus alia Eccleſia eſt patrona, collationi ſuæ reſervare poteſt, licèt non vacet, & conferre cùm vacat. Ex duobus præſentatis à patrono laico, poteſt ſuperior ſecundum inſtituere.*

2 *Collatores præter Papam ſunt Legati de latere in ſua provincia.*

3 *Legatus à latere poteſt derogare juripatronatus Eccleſiaſtico, non autem ſæculari.*

4 *Derogatio beneficiorum jurisſpatronatus à Papa facta comprehendit tantùm beneficia, quæ ſunt jurisſpatronatus Clericorum, non autem laicorum, quæ expreſſam requirunt derogationem.*

5 *Proviſio, & collatio facta per Ordinarium de beneficio juriſpatronatus, durante quadrimeſtri, an ſit nulla, oſtenditur.*

6 *Juſpatronatus Clerici illi obveniens, ratione ſui patrimonii æquiparatur laicali.*

7 *Patronus Clericus ratione ſui patrimonii, poteſt variare, & alterum præſentare ſicut patronus laicus.*

8 *Patrono laico invito, avo inconſulto, non poteſt Epiſcopus, aut alius Ordinarius, nec etiam Legatus Papæ Eccleſiam patronatam conferre.*

Cap. Cùm dilectus XXVIII.

1 PAtronus quando præſentat unum, & non inſtituitur ab Epiſcopo, ſi præſentat alium, & inſtituitur, tunc primus non habet jus ad Eccleſiam, licet præſentans fuerit Clericus, ſi tamen præſentavit ut laicus, ideſt ratione patrimonii. Item quando una Eccleſia eſt patrona alterius, tunc Legatus à latere poteſt ſibi reſervare illam Eccleſiam non vacantem, & cùm vacat, eam conferre, inconſulto patrono, ſecus ſi patronus eſt laicus, vel Clericus, dummodò præſentet ratione patrimonii. Item qui non poſſidet Eccleſiam Canonicam, tenetur eam relinquere, & fructus reſtituere. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Butr. Anan. Hoſt. Henric. Anch. Panorm. Cened. *collect.* 76. Viv. *in ration. lib.* 3. *juris Pont. pag.* 382. Alagona *in compend. juris Canon. pag.* 513. *& vol.* 4. *repet. in jure Canon. ad lib.* 3. *Decret.* Joan. Cror. remiſſivè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Ant. Auguſt. *collect.* 3. *Decret. lib.* 3. *tit.* 30. *c.* 3.

2 *Vt Eccleſiam,* &c.] Notatur ad hoc, quod Legatus Sedis Apoſt. (etiamſi de latere non ſit) poteſt beneficia anteqnam vacent ſuæ proviſioni reſervare: idem probat text. *in cap. dilectus, de officio Legati, & in c. præſenti* 63. *& in cap. deliberatione* 4. *de officio Legati, lib.* 6. Innoc. *in princ.* Butr. *n.* 1. Abb. *n.* 2. & alii *in præſenti,* plures, quos refert, & ſequitur Coſm. *in pragm. ſanct. tit. de collat.* §. *item circa, verbo Legatorum, ad fin.* Selv. *de benef. p.* 3. *q.* 66. *n.* 4. Rebuff. *in praxi, tit. de devol. n.* 37. Corraſ. *de Sacerd. p.* 2. *c.* 3. *n.* 15. Gig. *de penſ. q.* 6. *n.* 18. Lambert. *lib.* 1. *p.* 1. *art.* 6. *n.* 4. Simonet. *de reſerv. q.* 2. Non obſtat *cap. conſtitutus* 31. *de conceſſ. præb.* quia reſp. reſervationem, de qua *ibi,* ſeu poteſtatem conferendi beneficium vacaturum, non fuiſſe factam à Legato, de quo text. agit, ſed ab Epiſcopo, Legato confirmante, quam text. *ibi,* ex poſtfacto faciendam propter Concil. Later. reprobavit, licèt factam retineret propter ejuſdem Legati confirmationem, quaſi Legati confirmatio daret validitatem reſervationi: unde jam text. ille videtur probare, poſſe Legatum facere reſervationem, ſiquidem illam potuit confirmare; aliàs enim text. non ſuſtineret confirmationem per illum reſervatam. Illud tamen adverrendum duxi, hodie ex Decreto Concil. Trid. *ſeſſ.* 24. *de reform. c.* 19. prohiberi hujuſmodi reſervationes, etiamſi fiant per Legatos de latere.

Amplia primò text. procedere, etiam in reſervatione penſionis, quam Legatus in beneficio poteſt conſtituere, de quo vide addita *ad c. prohibemus, de cenſib.* Secundò amplia text. procedere, etiam in reſervatione facta in favorem certæ perſonæ, adhuc enim Legatus illam facere poteſt (dummodò ſit ſine expectativa ad beneficium vacaturum, per ea, quæ Lambert. *lib.* 2. *p.* 3. *q.* 81. *art.* 1. *n.* 3.) ut probat text. *in præſenti, & in c. ſi Apoſtolicæ* 22. *de præb. lib.* 6. ubi gloſſ. *verbo Legatus,* Domin. *n.* 3. Franch. *à n.* 1. & Anch. *in princ.* Abb. *in præſenti, num.* 3. Gig. *de penſ. q.* 6. *n.* 18. Mandoſ. *in reg.* 13. *Cancel. p.* 5. *à n.* 2. Gom. *in reg. de non judicando, n.* 3. Rebuff. *in praxi, tit. de collat. n.* 3. Amplia tertiò text. procedere reſpectu plurium beneficiorum, quæ Legatus reſervare ſimul poteſt, ut probat text. *in cap. præſenti, de offic. Legati, lib.* 6. ubi gloſſ. *verb. illa pendente,* Domin. *n.* 1. & Franch. *n.* 3. Hoſtienſ. & Calderin. *in c. mandatum, de reſcript.* declarando, ut ſcilicet ſortita priori reſervatione effectum, facta de illa mentione, poſſit Legatus aliam facere, minimè verò ſi pendeat; quam quidem, etiamſi de illa mentio fiat, efficere nequit.

Limita primò text. non procedere in beneficiis, quorum collatio Epiſcopis auctoritate Apoſtol. commiſſa eſt, juxta addita *ad cap.* 2. *de officio Legati.* Limita ſecundò textum non procedere finita legatione, ut probat *cap. præſenti, de offic. Legati, lib.* 6. ubi gloſſ. *verbo finitur,* Anch. *num.* 1. Domin. *n.* 4. & Franch. *n.* 3. Rot. antiq. *deciſ.* 206. Selv. *de benef. p.* 3. *q.* 66. Simon. *de reſervat. q.* 2.

Apoſtolicæ Sedis Legatus, &c.] Ergo Collatores præter Papam ſunt Legati de latere in ſua provincia, de quo Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloſſ.* 23. *n.* 2. 3

Nos igitur, &c.] Notatur ad hoc, quod Legatus à latere poteſt derogare juripatronatus Eccleſiaſtico, non autem ſæculari; ita ut in unione facienda, ſi juſpatronatus ſit ſæculare, teneatur conſenſum patroni perquirere, non ita ſi ſit Eccleſiaſticum, Gamb. *de officio, & auctoritate Legati, lib.* 5. *tit. de poteſtate illius, qui ad unionem benefic.* Rebuff. *in praxi benef. tit. de unionib. num.* 28. Lambert. *in tract. hujus tit. lib.* 3. *quæſt.* 6. *art.* 1. *n.* 4. *verſ. & idem dicerem, & art.* 2. *num. penult.* Azor. *inſt. moral. p.* 2. *lib.* 6. *cap.* 28. *q.* 12. quos refert, & ſequitur Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 29. *n.* 169. ubi etiam cum Gabr. & Azor. *citatis locis,* aſſerit derogari etiam non poſſe juripatronatus, cùm illud eſt mixtum, partim ſæculare, & partim Eccleſiaſticum, ob favorem, & gratiam laici patroni, ne laici à fundandis, vel dotandis Eccleſiis facilè evocentur, additque cùm patronus eſt laicus 4

non

non jure fundationis,vel donationis Eccleſiæ,ſed ſola conſuetudine,vel præſcriptione, aut privilegio, poſſe
4 huic patronatui derogari per Legatum de latere.Hinc evenit ut conceſſio, reſervatio, vel derogatio beneficiorum juriſpatronatus à Summo Pontif. facta comprehendat tantùm beneficia , quæ ſunt juriſpatronatus Clericorum,non autem laicorum,quæ expreſſam requirunt derogationem, ut per Joſeph.Ludov.*tom.*3. *commun. opin. ſub hoc tit. concl. unica, ampl.*19.*verſ.declaratur* 2. *pag.*531. Rebuff. *in tract. nomin.q.*8.*n.*22. *verſ.ſecundò probatur*, D.Sahagun *in cap. fin. n.*71. *de ſequeſt. poſſeſſ. & fructuum*, Perez *l.*2. *col.*4. *verſ. dubitatur tamen, tit.*6. *lib.*1.*Ordin. pag.*149. Cabed. *de patronat. Regiæ Coronæ, c.*35. *n.*2. *&* 4. Gonzal. *ad reg.*8. *Cancel. gloſſ.*18. *à n.*1. plures, quos refert Cened. *ad Decret. collect.*79. *n.*1. ubi *n.*3. an & quando Legatus à latere poſſit ſibi reſervare beneficia juriſpatronatus laicorum , vel Eccleſiaſticorum , aut ea , quæ ſimul competunt laicis , & Eccleſiaſticis ? Et de vi, & efficacia clauſulæ, pro medietate , qua utitur Summus Pontif. in derogatione juriſpatronatus, quod ex fundatione , vel dotatione exiſtit, vide Campan. *in diverſorio juris Canon. rub.*11.*c.*13. *n.*490.

5 *Se dicebat ademptum.*] Notatur ad hoc, quod proviſio,& collatio facta per Ordinarium de beneficio juriſpatronat.durante quadrimeſtri eſt nulla,ut per Bald. *conſ.*17. *in* 2.*dub. vol.*5.Corn. *conſ.*47.*n.*9. *vol.*3.Guid. Papæ *deciſ.*374.*n.*2.Roland. *conſ.*47. *n.*22.*vol...* quos refert Campan. *d. c.*13. *n.*478. ubi quod vel ſaltem irritari debet per *cap. illud, ſup. hoc tit.* ubi Abb. *n.*2. *&* 8. Pariſ. *conſ.*144. *n.*5. *vol.*4. itaut hujuſmodi collatio validata cenſeri debeat poſtquam ſciverit patronus, & non reclamaverit intra tempus quatuor menſium, & citat Franc.Marc. *deciſ.*493. *n.*3. *p.*4. & Rot. *deciſ.*77. *n.*4. *p.*1.*diverſ.* ac Spin. *in ſpeculo teſtam.gloſſ. princ.n.*101. *verſ.ſic etiam*, & reſolutum per Rotam fuiſſe aſſerit, valere ſcilicet ab initio proviſionem ſuperioris,ſed irritandam ſuperveniente contradictione patroni, ut videre eſt apud Put. *deciſ.*412. *lib.*1. *& deciſ.*181. *n.*4. *lib.*3. necnon colligitur *ex deciſ.*369. *n.*5. *lib.*3. *p.*3. *diverſ.*

6 *In eo, quod tanquam Clericus*,&c.] Ergo juſpatronatus Clerici ei obveniens ratione ſui patrimonii,æquiparatur laicali, ut per Perez *d.l.*2. *col.*5.*verſ.quod procedit, in fine*, Cabed. *d.c.*35.*n.*5. Aloyſ.Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſiaſt. reſol.*152. *n.*2. quos refero ego ipſe *d. alleg.*152.*n.*153.

7 *Non primus, ſed ſecundus.*] Ergo patronus Clericus ratione ſui patrimonii poteſt variare, & alterum præſentare,ſicut patronus laicus, ut per Guttier.*de juram. confirm. p.*3. *c.*13. *n.*12.

Suberat juriſdictioni Legati, &c.] Collige ex text. Legatum poſſe conferre , ſeu reſervare beneficium cum derogatione juriſpatronatus Eccleſiaſtici,ut probat text. *in c.dilectus* 6. *de offic. Legati* , tradunt gloſſ. *verbo præſentare*, Butr.*n.*1. Anan. *n.*8. Abb.*n.*3.& alii *in præſenti, gloſſ. ult. in c. un.* §.1. *hoc tit. lib.*6. Abb. *n.*8. *in c. illud , & in c. cùm propter , n.*5. *hoc eod. tit.* Felin. *in tract.quando literæ Apoſt.noceant patronis,verſ. limitatur* 3. Selv. *de benefic. p.*3. *q.*11 *n.*19.Gom.*in reg. de impetrant. per obitum Cardinalium, q.*8. Caſſador. *deciſ.*4. *hoc tit. n.*1. Roch. *de jurepatr. verbo honorificum, q.*3. *à n.*4. Lambert. *lib.*2.*p.*3. *q.*8. *art.*1. *à n.*1. refert alios , & ſequitur Covarruv. *practic. cap.*36. *num.*2.

Cum fructibus medio tempore perceptis.] Collige ex text. poſſidentem beneficium patronatum ſine inſtitutione Epiſcopi, teneri reſtituere fructus ex eodem beneficio perceptos : ita gloſſ. *verbo perceptis*, Abb. *n.*7. & alii *hic*,Covar. *de ſponſ. p.*2.*c.*6.§.8.*n.*8.Mench. *uſufruct. c.*16. Hojed. *de incomp. benef. part.*1. *cap.*13. *à princ.*

In gloſſ.*Laicus.*Collige ex gloſſ.Legatum non poſſe beneficium conferre, ſeu reſervare cum derogatione juriſpatronatus laici,in idem eſt gloſſ.*verbo in conceſſione, in c.dilectus, de officio Legati*, tradunt Domin. *in c.*2. *de elect.lib.*6. Felin. *in tract.quando literæ Apoſt. noceant patronis, col.*3. Pariſ. *conſ.*128.*vol.*4.Lambert. *lib.*2. *p.*3.*q.*8.*art.*1.*n.*4.*&* 8.*& art.*2.*à n.*1. Cov. *pract. c.*36. *n.*2. *in fine*. Facit apertè text. *in præſenti*, quatenus diſtinguit inter laicum , & Clericum patronum : patet ibi, *tanquam laicus*, & ibi,*tanquam Clericus*,quæ non erant neceſſaria,ſi Legatus poſſet conferre beneficium , ſeu reſervare in præjudicium patroni laici. Accedit,quod Pont.conſtituendo officium legationis, non cenſetur illud creare cum præjudicio laicorum patronorum,ex reg. *in l.*2.§.*ſi quis à Principe,ff.ne quid in loco publ.* ac ſubinde cùm per collationem , ſeu reſervationem maximum fiat præjudicium laicis patronis , neceſſariò dicendum eſt ex defectu poteſtatis Legatum talem collationem , ſeu reſervationem facere non poſſe.

In gloſſ. *Quenquam præſentare*, ibi,*ſed nunquid Le-* 8
gatus,&c. Notatur ad hoc,quod patrono laico invito, aut inconſulto, non poteſt Epiſcopus, aut alius Ordinarius, nec etiam Legatus Papæ Eccleſiam patronatam conferre, ut per Cabed. *d.c.*35.*n.*1.*&* 2. aut ſuper illam penſiones imponere,Ant.de Oliban.*in comment. ad uſaticum Alium namque, de jure fiſci, c.*13. *n.*35.

SUMMARIUM.

1 *Patronus laicus ſi duos ſucceſſivè præſentat , valet inſtitutio de ſecundo , non obſtante appellatione priùs facta per primum. Epiſcopus tamen qui malitiosè primum repulit, eidem de competenti beneficio providere compellitur.*

3 *Præſentationem ſpernente ſuperiore, poterit ſic rejectus ab eo appellare.*

4 *Ordinario renuente inſtituere adeundus eſt Papa, qui ſupplet, ac providet, ſeu inſtituit.*

5 *Duobus à patrono laico præſentatis , melior eſt conditio poſſidentis.*

6 *Appellare licet ab Epiſcopo , qui primum præſentatum non admiſit , uſque ad præſentationem ſecundi.*

Cap. Paſtoralis XXIX.

Præſentatus à patrono laico , ſi rejicitur ab Epi- 1
ſcopo, & appellat ad Papam, ſi interim patronus alium præſentat, & inſtituitur, iſte ſecundus obtinebit,quia inter præſentatos à laico eſt melior conditio poſſidentis. Item Epiſcopus, qui malitiosè præſentatum idoneum recuſavit, compellitur providere illi de beneficio competenti.Colligunt ex Ordin.Abb.antiq. Innoc.Collect.Zabar.Joan.Andr.Butr.Anan.Hoſt. Anch.Henric.Panorm.Viv. *in ration.lib.*3. *juris Pontif. pag.*383. Alagona *in compendio juris Canon. pag.*513. remiſſivè Ximen. *in concord. p.*1.*&* 2.refertur ab Ant. Auguſt. *collect.*3. *Decret. lib.*3. *tit.*30. *c.*4.

Ex hujuſmodi præſentatione aliquid juris, &c.] Vide 2
dicta *ad c. quod autem* 5. *n.*3. *ſup. hoc tit.*

Ad Sedem Apoſtolicam appellaverit.]Notatur ad hoc, 3
quod Superiore præſentationem ſpernente , poterit ſic rejectus ab eo appellare, ut per Lambert. *in tract. hujus tit. lib.*2. *p.*2. *q.*8. *art.*18. Roch. *in ſimili tract. verb. pro eo quod de diœceſani conſenſu,q.*5.*n.*12. Franc. Marc.

Marc. *deciſ.*491. *incip. Quæritur quando Epiſcopus, n.*4. *part.*1. Perez *l.*1.*col. antepen. verſ. quæro etiam ulterius, tit.*6.*lib.*1. *Ordin.pag.*146. Julian.Viv. *in praxi juriſpatron.lib.*11.*c.*3.Campan.*in diverſorio juris Canon.rub.*11. *c.*13.*n.*475. ubi etiam cum Mandoſ. *ad reg. Cancel.*31.
4 *q.*6.*num.*10. advertit ut renuente Ordinario inſtituere adeatur Summus Pontif. qui ſupplet, ac providet, ſeu inſtituit, dictaque proviſio vulgò appellatur nova proviſio, quamvis regulariter nova proviſio ſupponat aliam præcedentem proviſionem, quæ in hoc caſu minimè adeſt, cùm ſola extet præſentatio.

5 *Conditionem poſſidentis cenſuit meliorem.*] Notatur ad hoc, quod duobus à patrono laico præſentatis, melior eſt conditio poſſidentis, ut per Tiraquel. *de jure primog. q.*17. *opin.*11. *n.*4. ubi *n.*5. dicit quod imò ille potior eſt in beneficio, qui primò titulum conſequutus eſt, nec contra facere text. *in præſenti*, quia præfert ſecundum habentem titulum, & poſſeſſionem, quia primus, de quo hîc, non habebat titulum efficacem ex ſola patroni præſentatione non admiſſa, & poſtea ab ipſo Patrono laico, cui variare licebat, tacitam revocari; quod ſi ille primus admiſſus fuiſſet, tunc præferetur ſecundo etiam admiſſo, & poſſeſſionem priùs adepto, ut ſatis declarat text. hic, & reſolvit idem Tiraquel. *d.q.*17. *opin.*12.*n.*3.

6 In gloſſ. *Appellaverit*, ibi, *ſed numquid tali appellationi erit deferendum*, &c. Notatur ad hoc, quod appellare licet ab Epiſcopo, qui primum præſentatum non admiſit, & valet hæc appellatio uſque ad præſentationem ſecundi; ſi tamen Epiſcopus ſecundo loco præſentatum inſtituit, expirat jus primi præſentati, & appellatio ab illo interpoſita evaneſcit, & extinguitur, ut per Spin. *in ſpeculo teſtament. gloſſ.*4. *princ.num.*94. Perez *d.verſ.quæro etiam ulteriùs, pag.*146. *col.*2.

7 In ead. gloſſ. ibi, *Quia ex ſolà præſentatione factà à vero patrono acquiritur jus præſentato.* Vide dicta *ad cap.quod autem* 5. *n.*3.*ſup.hoc tit.*

SUMMARIUM.

1 *Ordinatus quamvis aliquis fuerit ad titulum Eccleſiæ ad præſentationem Rectoris, Patronus qui non conſenſit, ad ipſam cùm vacabit, poterit præſentare.*

2 *Rector Eccleſiæ patronatæ licèt poſſit abſque Patroni conſenſu Vicarium temporalem, vel ad vitam ipſius Rectoris conſtituere, non poterit tamen abſque conſenſu Patroni, etiam cum auctoritate Epiſcopi, perpetuum Vicarium ad Eccleſiæ miniſterium eligere.*

3 *Clericus poteſt ordinari ad titulum alterius Eccleſiæ, in qua aliquis patronus eſt.*

4 *Rector Eccleſiæ patronatæ poteſt ſibi eligere quos voluerit ad inſerviendum Eccleſiæ, & illi miniſtrandum, ſine Patroni conſenſu.*

5 *Collegiata Eccleſia quibus ſignis cognoſcatur, oſtenditur*, & n.6. & 7.

CAP. Poſtulaſti XXX.

1 RECtor Eccleſiæ Parochialis ſi præſentat aliquos ordinandos ad titulum ſuæ Eccleſiæ, non requiſito patrono, & ordinentur, non præjudicat patrono, quia ipſe cùm vacat beneficium, poteſt alios præſentare, relictis iſtis ordinatis, & titulatis, ſi non conſenſerat eorum præſentationi, & inſtitutioni, ſecus ſi conſenſit. Colligunt ex Ordin. Abb.antiq. Innocent. Collect.Zabar. Joan.Andr. Anan.Butr. Hoſt.Anchar. Henric. Panorm. Vivian. *in ration. lib.*3. *Iuris Pontif. pag.*384. Alagona *in compend. Iuris Canon. pag.*514. remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. part.*1. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.*3. *Decretal. lib.*3. *tit.*30. *cap.*5.

Hanc eandem concluſ. ex hoc text. deſumit Covar. 2
*pract.cap.*36.*n.*1.*in princ.* ubi etiam reſolvit, quod licèt Rector Eccleſiæ poſſit abſque patroni conſenſu Vicarium temporalem, vel ad vitam ipſius Rectoris conſtituere, non poterit tamen abſque conſenſu patroni, etiam auctoritate Epiſcopi perpetuum Vicarium ad Eccleſiæ miniſterium eligere.

Per intitulationem hujuſmodi, &c.] Collige ex text. 3
Clericum poſſe ordinari ad titulum alterius Eccleſiæ, in qua aliquis patronus eſt: idem probat text. *in cap. per tuas* 37. *de ſimon.* tradunt *gloſſ.* 1. Innoc. & Abb. *num.*3. & alii *in præſenti*, Zabarel. *in Clem. plures, in fin. hoc tit.* Paul. de Citadin. *in tract. hujus tit. part.*6. *quæſt.*14. Lambert. *lib.*2.*p.*1.*q.*5.*art.*7.*& lib.*3.*q.*5.*art.*6. Gig. *de penſionib.q.*23.*n.*10. Covar. *pract.cap.*36.*n.*10. Intellige non ſolùm in patronis laicis, ſed etiam in Eccleſiaſticis, ſine quorum conſenſu ordinatio facta ad intitulationem beneficiarii in nihilo præjudicabit quocumque tempore, niſi ſoli beneficiario intitulanti, vel Epiſcopo ordinanti; cui intellectui non refragantur verba hujus text. *in fine*, ibi: *Niſi de patronorum proceſſiſſet aſſenſu*, quibus verbis text. videtur innuere quod dato conſenſu patroni, eidem præjudicabitur in præſentatione poſt mortem Rectoris Eccleſiæ, de quo præjudicio in litera præcedenti dubitatur, patet ibi: *Ne præjudicaretur patrono*, &c. ac proinde in illa exceptione, quam facit, videtur text. neceſſariò intelligendus de ipſa præſentatione; aliàs enim exceptio non erit de eo, de quo Pontifex dubitabat: ſiquidem quicquid aliter involvat Lambert. *d. art.* 6. *à num.* 12. reſpondendum eſt in præcedenti litera textum non ſolùm de præſentatione dubitaſſe, ſed etiam de aliis in quibus poterat patrono fieri præjudicium reſpectu ejuſdem beneficii patronati, unde nil mirum ſi reſpectu illorum prædictam exceptionem text. conſtituiſſet, non verò reſpectu juris præſentandi, ne aliàs abſurdum videatur ſequi, nempe dato prædicto conſenſu habere ordinatum jus quæſitum circa beneficium patronatum vacaturum, contra reg. text. *in cap.fin.* juncto *cap.*2.*de conceſſ.præbend.* prout in ſpecie colligitur ex mente Innoc. *hic, in finalibus verbis*, Abb. *n.*6. *& 7. in præſenti.*

Notari ſolet ad hoc, quod Rector Eccleſiæ patro- 4
natæ poteſt ſibi eligere, quos voluerit, ad ſerviendum Eccleſiæ, & illi miniſtrandum ſine patroni conſenſu, ut per Gig. *de penſion. q.*23.*num.*10. Cabed. *de patronatibus Regiæ Coronæ.*

In gloſſ. *Vtrùm electio*, ibi, *cùm Eccleſia non dicatur* 5
Collegiata, &c. Collegiata, ubi non conſtat de fundationis initio, ex conjecturis, & indiciis probatur, Innocent. *in cap. poſtulaſti, de jurepatron.* Joan. Andr. & alii *in cap.nobis, eod. tit.* Alexand. *d.conſ.*75. *num.*2. *lib.*4. Roman. *conſ.*436.*num.*6. Decian. *conſ.*6. *num.*1. *&* 2. *lib.*2. Rot. *deciſ.*584. *num.*2. *& deciſ.*585. *num.*2. *part.*4. *diverſ.* & apud Card.Mantic. *deciſ.*215. *num.*1. & inter recent. *deciſ.*617. *ſub num.*2. *part.*1. *& in Aſculana Parochialis S.Laurentii,* 20. *Maii* 1585. coram Orano, *& in Cremon. Præpoſituræ,* 24. *Maii* 1621. coram R.P.D. Remboldo, *& in Placentina Archipresbyteratus,* 17. *Martii* 1621. coram R.P.D. meo Pirovano, *& in Aſculana Plebaniæ*, 12. *Ianuarii* 1624. coram R.P.D. Merlino.

Conjecturæ autem & indicia collegialitatis potiſ- 6
ſima ſunt, quod Canonici conſueverunt congregari ad libitum principalis dignitatis, illorum capitis, ſeu illius

illius ad quem de iure, vel conſuetudine ſpectat congregare Capitulum, & ad ſonum campanæ, & quod haberent ſigillum commune, ac eſſet quoque communis arca, ita vt fructus communiter diuiderentur, vt colligitur ex text. *in c.tertio loco, de probat.& in cap. cùm Eccleſia Sutrina, de cauſa poſſeſſ. & propr.* & de communi ſigillo *in c.ſignificavit, de appellat. & in cap. dilecta, de exceſſ. Prælat.* de arca, & maſſa communi *in l.1.§. quibus autem, ff. quod cuiuſque vniu. nom.* & demùm quod ex huiuſmodi indiciis, vniuerſali ſcilicet Congregatione, ſeu tractatu in forma Capituli, ac ſigillo, & arca communi plenè & concludenter deſumatur probatio collegialitatis Eccleſiaſticæ, tradunt DD. *in cap.nobis, hoc tit.de iurepatron.*vbi Abb. *num.*28. Felin. *in cap. accedentes, num.*2.*de præſcript.* Roman. *conſ.*436.*n.*7. Dec. *conſ.*6.*n.*1.*&* 2.*lib.*2.Aym.*conſ.*134. *n.*5.Barbat. *conſ.* 17.*n.*3.*&* 4.*lib.*1.Card. *in Clem. ſtatutum,q.*4.*de elect.& in Clem.*2.*num.*10.*de ætat.& qualit.* Alex.*conſ.*75.*num.*2.*lib.*4. Maſcard.*de probat. concl.*584. *num.*3.Rebuff. *in concord.tit. de collat.in §.volumus, verſ. collegialitatis,* & paſſim ſequitur Rot. *deciſ.*584. *n.*2.*& deciſ.*585.*n.*2.*p.*4.*diuerſ.* Verall.*deciſ.*141.*num.*1. Card. Mantic.*deciſ.*175. *n.*1. *& deciſ.*215. *n.*1.& coram ſanctæ mem. Gregor. XV. *deciſ.*482. *n.*4. & fuit reſolutum *in Placentina Præpoſituræ*, 4. *Decembris* 1628. coram R.P.D.Pirovano,*& in dictis Aſculana Parochialis, & Cremonenſi Præpoſituræ, & in d. Placentina Archipreſbyteratus,* in qua fuit dictum,qualitatem collegialitatis probatam eſſe ſufficienter etiam ex collationibus Canonicatuum, & aſſignatione ſtalli in Choro,& loci in Capitulo, factis per Canonicos capitulariter congregatos prouiſis de Canonicatibus, quippe quæ fieri non poſſunt abſque collegiali nomine.

7 Numerus autem trium Canonicorum congruus eſt ad collegiatam conſtituendam. Innoc. *in c. poſtulaſti, n.*1.*in princ.hoc tit. de iurepatron.*Felin. *in c. accedentes, n.*1.*verſ.& nota, de præſcript.* Roman. *conſ.*436.*num.*6. Lambert. *de iurepatron.p.*1.*lib.*2.*q.*6.*princ.n.*3.Caualer. *deciſ.*649. *n.*6. Socin. *deciſ.*296. *n.*4. Rot. *in d.Aſculana Plebania,*coram Merlino, qui ſi receſſerint, vel ſaltem de præſenti non exiſtat collegiata, adhuc tamen ſufficit illam habitu eſſe,ad hoc vt cenſeri debeat Collegiata,Felin.*in cap.accedentes, n.*1. *verſ. poſſit etiam, de præſcript.*Innoc. *in c.poſtulaſti,n.*1.*de iurepatron.* Archid. *in c.licèt canon,ſub n.*2.*de elect.lib.*6. Maſcard. *de probat. concl.*584.*n.*5.cum aliis, quos refert & ſequitur Rot. *in Cremonen. Præpoſituræ,* 26.*Februarij* 1621. coram bonæ mem. Remboldo. Item potiſſima Collegialitatis coniectura eſt,ſi in Eccleſia adſit aliquis vti caput,& Clerici,vel Canonici vti membra. Alex. *conſ.*74.*n.*4. *lib.*4. Mantic.*deciſ.*215.*ſub n.*1.*verſ.vnde*, Rot. *in d.Cremon. Præpoſituræ,coram Remboldo, & in d.Aſculana Plebaniæ, coram Merlino.* Item manifeſtum eſt ſignum Collegiatæ quando Canonici, ſeu Clerici in Eccleſia faciunt propria ſtatuta,Mantic.*deciſ.*175.*ſub n.*1.*verſ. item quia habent, & deciſ.*215.*ſub num. etiam* 1.Aduertas tamen quod non eſt neceſſarium, vt omnes hæ coniecturæ ſimul concurrant, ſed ſufficit aliquas adeſſe,ex quibus id argui poſſit, & veroſimile credatur, Rot.*d.dec.*584. *ſub n.*2.*p.*4.*diuerſorum*, Mantic. *d.deciſ.*215.*ſub num.*5. *verſ.nec etiam.* Non eſt tamen ſufficiens collegialitatis indiciũ actus congregandi ſe ad ſonum campanæ,niſi alia ſigna concurrant ad faciendum Collegium neceſſaria, Caputaq. *deciſ.*295.*n.*2.Gonzal.*ad reg.*8.*Cancel. gloſſ.*19.*n.*14.*&* 15. Beltram. *in annot.ad Gregor. XV. deciſ.*482.*lit.C.*

SUMMARIUM.

1 *Patronus etiam Clericus Eccleſiam vacantem conferre non poteſt, & ſi contulit, poteſt nihilominus ad illam præſentare.*

2 *Inſtituere habens ſi fiat patronus, vel ex iure deuoluto debeat beneficium conferre, an & quando vnico, vel duplici actu expedire teneatur, remiſſiuè.*

3 *Priuationis pœna non imponitur, niſi in caſibus à iure expreſſis.*

4 *Priuationis pœna à lege impoſita non intelligitur ipſo iure.*

Cap. Tranſmiſſæ XXXI. & vlt.

Gregor. III.

Patronus non poteſt conferre, ſeu concedere,& inſtituere Eccleſiam, ſed ſolùm præſentare: quare ſi 1 vni confert Eccleſiam, & mox præſentat alium Epiſcopo,licèt primus appellauerit ad Papam,tamen Epiſcopus poteſt inſtituere hunc præſentatum. Colligunt ex Ordin.Abb.antiq.Innoc.Collect.Zabar.Ioan.Andr. Anan. Butr.Hoſt. Anchar.Henric. Ponorm. Viuian.*in ration.lib.*3. *iuris Pontif. pag.*344. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 514. remiſſivè Ximen. *in concord. p.*1.*&* 2.

Habens inſtituere ſi fiat patronus, vel ex iure deuoluto debeat beneficium conferre, & quando vnico, 2 vel duplici actu expedire teneatur, vide Lambert. *in tract.huius tit.lib.*2.*p.*3. *art.*19.Iul.Viu.*in praxi iuriſpatron.p.*2.*lib.*12.*c.*10. quos refero ego ipſe *de offic. & poteſt.Epiſc.alleg.*72.*n.*196. Mar.Antonin. *var.reſol. lib.*1. *reſol.*55.*n.*12.

In gloſſ. *Ex vi iuriſpatronatus,* ibi, *non debet imponi,* 3 *niſi exprimatur, quod ſit imponenda.* Notatur ad hoc, quod priuationis pœna non imponitur niſi in caſibus à iure expreſſis, vt per Tiraq. *in l.ſi vnquam, verbo reuertatur,à n.*249. Nauar. *conſil.*13.*n.*3.*ſub tit. de præbend.in antiq.* Laram *in l.ſi quis à liberis*, *§.ſed ſi filius n.*91.*ff.de liberis agnoſc.* Cot. *in memorab.verbo Pœna, pag.*673. Dec. *conſ.*464.*n.*2. *& conſ.*557.*n.*5. Corbul. *de iure emphyt.tit. de priuat. ob alienat. ampl.*35.*num.*5. Glorit.*reſp.*6.*n.*76.Aym.*conſ.*205.*num.*31.*& conſ.*725. *num.*3. *& conſ.*734. *num.*5. *& conſ.*970. *n.*6.Curt. iun. *conſ.*288.*n.*27.*& conſ.*337.*n.*27.*volum.*3. Bero. *conſ.*54. *n.*20.*volum.*3.Syluan.*conſ.*25.*num.*11. Roland. *conſ.*86. *num.*22. *volum.*2. Burſat. *conſil.*20. *n.*52. *volum.*2. Dec. *conſil.*13. *n.*15.*& conſ.*14. *n.*88. *& conſ.*72. *n.*8. *vol.*3. Ozaſc. *deciſ.*77.*n.*3.Menoch.*conſ.*107.*n.*97.*vol.*1.*&* 2. *& de arbitrar. caſu* 275. Mar. Ant. *variar. reſol. lib.*3. *reſol.*39.*n.*11.*&* 32. Guttier. *de iuram.confirmat.p.*1.*c.*1. *n.*63. Henriq. *in ſum.lib.*13. *c.*56.*§.*4.*lit. D,* Perez *ad tit.*1.*lib.*5.*Ordin.pag.*32.Guttier.*pract.lib.*2. *q.*65. *n.*11. Cald.Pereira *de reſol.emphyt. c.*1.*n.*25.*& c.*6. *num.*28. Gonzal.*ad reg.*8.*Cancel.gloſſ.*15.*n.*136.Valaſc.*de partitionib.c.*9.*num.vlt.* Surd.*de aliment. tit.*8. *priuil.*64. *n.*9. Bobadil. *in ſua politica,lib.*3.*c.*4.*n.*44.Mantic.*deciſ.*108. *in fine,*Caputaq.*deciſ.*98.*num.*3. *p.*3. Rota apud Farin. *deciſ.*489.*n.*2.*in fin.p.*2.*recent.* Et ſi à lege imponatur, 4 non intelligitur ipſo iure, Anchar. *conſ.*145.*n.*3.Rot. apud Farin. *deciſ.*8.*n.*2.*p.*1.*recent.*

De Cenſibus, & Exactionibus, & Procurationibus.

Tit. XXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur ſuper hanc rubr. ſcribentes.*
2 *Cenſuum materiam qui tractent, citantur.*
3 *Cenſus nomen æquivocum eſt, & varias habet ſignificationes*, & n. 4.
5 *Cenſus multipliciter dividitur.*
6 *Cenſus publicus eſt onus ſecundùm debitum ſubditorum, aut patrimonii commenſurationem à legitimo magiſtratu ex juſta cauſa indictum.*
7 *Cenſus privatus eſt certus annuus redditus in re immobili, quæ ad alterum abſolutè ſpectat reſervatus, vel aliàs legitimè conſignatus, annuatim, vel aliter ſolvendus ex privata partium diſpoſitione ſecundùm rectam commenſurationem.*

1 SVPER hanc rubr. ſcripſerunt Zabarell. Joan. Andr. Butr. Imol. Anan. Anchar. Panorm. Guillelm. Durand. *in breviario aureo, fol.* 113. Joan. de Londris *in breviario ſanctorum Canonum, fol.* 176. Martin. Meſnart. *in epitome Decret. fol.* 143. *verſo*, Petr. de Ravenna *in compendio juris Canon.* Dan. Venator *in analyſi methodica juris Pontif. à pag.* 490. Goffred. & Hoſt. *in ſum. hujus tit.* Alex. Caſan. & Anaſt. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decret.* Lancel. *in inſtit. Canon.* Barthol. Carthagena *in expoſit. tit. juris Canon.* Zypæ. *in analyt. poſtremi juris Eccleſ. enarrat. pag.* 294. Caniſ. *in ſum. ejuſdem tit.* Caſarel. *in erothem. ejuſdem juris*, noviſſimè Joan. Honor. *lib.* 3. *ſum. in Decret.* omnes *ſub hoc tit.*

2 De cenſibus peculiares edidere tractatus Virgin. Boccac. Benedict. Bon. Thom. Boninſign. Frideric. Martin. Felician. de Solis, Ludovic. Velaſquez de Avendaño, Gaſp. Anton. Theſaur. Joannes Baptiſta Madius, Henric. Caniſ. Joan. de Salas, Romualdus Colus, Petr. de Gregorio, Ludovic. Cencius, & incidenter egerunt Covar. *lib.* 3. *var. cap.* 7. Gemin. *de uſur. comment.* 2. §. 2. *num.* 54. *cum ſeqq.* Valaſc. *de jure emphyt. q.* 32. Gaſp. Roderic. *de annuis redditib. lib.* 2. *quæſt.* 22. Foller. *in practica cenſuali*, Brunor. à Sole *in ſuis qq. legalibus, quæſt.* 5. Valent. *tom.* 3. *diſp.* 5. *q.* 22. *de cenſibus*, Mich. Salon. *de contractib. & commerc. ſub tit. de cenſibus*, Franc. Leo *in theſauro fori Eccleſ. p.* 2. *c.* 15. Molin. *de juſtit. tract.* 1. *diſp.* 381. *cum ſeqq.* Guttier. *de gabellis, quæſt.* 1. Rebell. *de obligat. juſtitiæ, part.* 2. *lib.* 10. Guid. Pancirola *in theſauro variarum lectionum, lib.* 2. *cap.* 151. Leon. Leſſ. *de juſtitia, lib.* 2. *cap.* 22. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 25. *à num.* 410. Azor. *inſtit. moral. part.* 3. *lib.* 10. Nicol. Intrigl. *ſuper Bulla de cenſib.* Bonacin. *de contractib. diſp.* 3. *quæſt.* 4. *punct. unic.* Vincent. Filliuc. *tom.* 2. *tract.* 31. *part.* 2. Paul. Layman. *in Theologia morali, lib.* 3. *tract.* 4. *cap.* 18.

3 *Cenſibus.*] Cenſus nomen æquivocum eſt, & varias habet ſignificationes, ut poſt alios ad pleraſque quæſtiones tradunt Gallet. *de annuis redditib. lib.* 2. *quæſt.* 22. *num.* 66. Balb. *de præſcript.* 2. *part.* 5. *principalis, quæſt.* 1. Bertachin. *de gabell. in prælud. num.* 8. Rebuff. *tom.* 3. *ad leges Galliæ, tit. de conſtit. reddit. art.* 1. *gloſſ.* 17. *à princ.* Sot. *de juſtit. lib.* 3. *quæſt.* 6. *art.* 7. *colum.* 1. & *lib.* 6. *quæſt.* 5. *art.* 1. *col.* 2. *verſic. quæſtio præſens*, Medin. *in C. de reſtitut. cap. de cenſibus*, Covar. *lib.* 3. *variar. cap.* 7. *num.* 1. Valaſc. *de jure emphyteut. quæſt.* 52. *à princip. & num.* 6. Anton. Gom. *l.* 68. *Tauri, ex num.* 2. Aviles *ad edicta Prætorum, cap.* 34. *in gloſſ. verbo pobres*, Felician. *de cenſib. in proœm. ex num.* 3. & plures ex *ſuprà* relatis. Dicitur à cenſendo, quia ad juſtitiam cenſus, prout tributum importat, debent priùs facultates æſtimari, ſeu cenſeri, ut ſecundùm rectam æſtimationem cenſus inducatur, *l. forma* 4. *in princip.* ubi gloſſ. *verbo æſtimat, ff. hoc tit.* & in hac ſignificatione deducta à verbi etymologia, à Theologiæ Profeſſoribus intelligitur locus ille *Matth.* 22. ubi rogatus Chriſtus an liceret cenſum dare Cæſari, reſpondit, *reddite ergo,* &c. & *Matth.* 17. Reges terræ à quibus accipiunt tributum, vel cenſum: & *Eccleſ.* 30. *non eſt cenſus,* &c. ut explicant Sot. Covar. Valaſc. & Felician. *citatis locis.*

Secundo modo cenſus accipitur prout importat 4
perſonarum diſtinctionem, ut ita pro capite tributum imponatur, *l. ultim.* ibi, *tributum his remiſit capitis, ff. hoc tit.* Tertio modo accipitur pro annua penſione, quæ ſolvitur alicui inferiori à Principe in recognitionem alicujus ſubjectionis, ad quod habemus exemplum in cenſu, qui auctoritate Epiſcopi inſtituitur, & ſolvitur patrono in ſignum ſubjectionis, de quo *in cap. præterea* 23. *ubi gloſſ. verbo inſtitutos, de jurepatronat. cap. prohibemus* 7. *cap. præterea* 8. *infr. hoc tit. cap. conſtitutus* 6. *verſic. cùm autem*, ubi gloſſ. *verbo penſionis, de Relig. domib. cap. de cætero* 5. *ad fin. de tranſact.* Quarto modo accipitur cenſus frequenter pro illa penſione, quæ ſolvitur ex contractu, quo res alicui conceditur pleno jure, ita ut in accipientem transferatur directum, & utile dominium, reſervata tamen veteri domino penſione aliqua annuatim ſolvenda in recognitionem priſtini dominii, in hac ſignificatione agitur de cenſu *in d. cap. conſtitutus, in princip.* ubi gloſſ. *verbo juxta ratam*, ſi intelligas Epiſcopum ibidem ſub annuo cenſu conceſſiſſe monaſterio omne jus, quod in Eccleſiis habebat, quæ requiruntur, & ſufficiunt ad contractum cenſualem, bonus text. *in cap.* 1. *de in integr. reſtitut.* ibi, *ſub modico cenſu*, & ibi, *ad ipſius jus & proprietatem redire*, gloſſam in hoc ſequuntur omnes *ibidem*, Bart. *in l.* 1. §. 1. *ff. de publican.* Jaſon *in l.* 1. *num.* 28. *C. de jure emphyt.* Abb. *num.* 3. *in d. cap. prohibemus*, Felician. *in dicto proœmio, num.* 9. Valaſc. *d. quæſt.* 32. *num.* 7. Quinto modo accipitur cenſus pro annuis redditibus, qui ſuper re immobili conſtituuntur, vel in perpetuum, vel ad tempus, cum pacto de retro, certo pretio conſtituto, quos tamen impropriè, & contra nominis etymologiam cenſus appellari contendit Covarr. *d. cap.* 7. *num.* 1. *in fine*, quem ſequitur Valaſc. *d. quæſt.* 32. *num.* 8. Tandem cenſus accipitur pro reddit u, quem colonus ſolvit quando rem accepit cum onere ſolvendi annuatim certum cenſum, ſicut in contractu locationis penſio aliquando cenſus nuncupatur, & coloni, ſeu inquilini cenſuarii appellantur, *l. forma* 4. *verſ. inquilinum, ff. hoc tit.* ubi gloſſ. *verbo colonum, cap. ult. ne Prælati vices ſuas.*

Cenſus multipliciter dividitur, ut per noviores 5
modò citatos, & præſertim per Felician. *lib.* 1. *cap.* 4. *numero ult.* aliquando in reſervativum & conſignativum, aliquando in realem, & perſonalem, tertium in pecuniarium & fructuarium, inſuper in temporalem, & perpetuum, tandem in redimibilem & irredimibilem: ſingula membra explicat Felician. *d. numero ult.* Ego verò cenſus omnes in duas ſpe-

cies dividendos eſſe probabilius duco, vel enim publica, vel privata auctoritate conſtituuntur; priores ſunt illi, qui ratione perſonæ in capita ſubditorum, vel ratione patrimonii æſtimantur, ſeu cenſentur à publico magiſtratu; poſteriores verò qui ex promiſſione, vel conventione auctoritate privata conſtituuntur: ad priorem claſſem pertinent tres illi modi conſtituendi cenſus, quos *ſuprà* enumeravi, ad poſteriorem verò tres alii, quos ultimò retuli: prior publicus
6 cenſus, poſterior privatus nuncupatur. Prior definitur quod ſit onus ſecundùm debitum ſubditorum, aut patrimonii commenſurationem à legitimo magiſtratu ex juſta cauſa indictum. Loco generis eſt onus, quod latiſſimè patet, & non publica ſolùm, ſed privata quoque, & alia id genus onera comprehendit. Dixi, *ſubditorum, aut patrimonii*, ut non perſonale ſolùm, ſed reale comprehenderem. Dixi, *ſecundùm debitam commenſurationem*, tum propter nominis etymologiam, tum quia ad juſtitiam cenſus omninò requiritur quod ſecundùm debitam æſtimationem inducatur, & quod ex juſta cauſa illud fiat. Dixi tandem, *à legitimo magiſtratu*, tum ut publicam auctoritatem includerem, tum ut miniſtrum imponendorum cenſuum deſignarem, de quo *in d. l. forma*: conſtant ſingula ex *l. 1. & per tot. C. de indictionib. lib. 10. l. indictiones, C. de annon. & tribut. eod. lib.* cum his quæ Covar. *lib. 1. var. cap. 12. num. 4.*
7 Poſterior verò deſcribitur, ut ſit certus annuus redditus in re immobili, quæ ad alterum abſolutè ſpectat, reſervatus, vel aliàs legitimè conſignatus, annuatim, vel aliter ſolvendus ex privata partium diſpoſitione ſecundùm rectam commenſurationem. Loco generis eſt *certus annuus redditus*, quia latiùs patet, & plures annuos redditus comprehendit, qui propriè cenſus non ſunt, ut videre eſt in annuis redditibus, qui ſolvuntur ratione emphyteuſis, feudi, locationis, Eccleſiaſticæ penſionis, & alia id genus. Dixi, *certus*, ut excluderem redditus incertos. Dixi, *in re quæ ad alterum abſolutè, &c.* ut rejicerem emphyteuſim, feudum, coloniam, & alia, quæ ad inquilinum abſolutè non ſpectant, quippe cùm dominium directum non transferatur, ſed utile tantùm, vel aliquando neutrum, prout in colono. Dixi, *annuatim ſolvendos*, ut oſtenderem in uno anno duplicatum cenſum neque poni, neque exigi poſſe: tum etiam, quia ſatis eſt quod ſaltem ſingulis annis antiquus dominus recognoſcatur. Denique adjeci, *ex privata partium diſpoſitione*, tum ut publicum rejicerem, tum etiam ut comprehenderem non ſolùm cenſus illos, qui ex privata partium conventione, ſed etiam ex alia diſpoſitione conſtituuntur. Ultimò adjeci, *ſecundùm debitam commenſurationem*, ut includerem omnia, quæ ad juſtitiam cenſus, fines deſignandos, & ad debitam proportionem deſiderantur: conſtant hæc ex iis, quæ ſuprà à quarta ſignificatione adduxi.

SVMMARIVM.

1 *Manſus liber à quolibet ſervitio temporali, non verò Eccleſiaſtico tribui debet pro dote Eccleſiæ fundandæ: de illo autem, quod confertur Eccleſiæ ultra manſum, tenetur illa onera conſueta ſolvere.*

2 *Cenſus non debetur excepto ſervitio Eccleſiaſtico, ex manſo Eccleſiæ, & ex cæteris bonis juxta Eccleſiam poſitis.*

3 *Declaratur text. in præſenti*, & n. 4.

5 *Manſus dicitur quantum quis cum uno pari boum laborare poteſt.*

6 *Decima non ſolvitur de dote Eccleſiæ, id eſt, de paſſalibus, & manſis, niſi hujuſmodi paſſalia fuiſſent prius tributaria.*

7 *Manſus in favorem Eccleſiæ à tributo liberatur.*

8 *Decimæ ex prædiis Eccleſiarum intra alterius Parochiæ limites ſitis eidem Parochiæ ſolvendæ ſunt.*

9 *Seniores nonnunquam pro dominis uſurpantur.*

Cap. Sancitum I.

Ex Concil. apud Guarmaciam.

Eccleſiæ fundandæ debet pro dote tribui manſus 1
liber ab omni ſervitio, & onere ſæculari, & Preſbyteri poſiti in ea non faciant aliquod ſervitium pro decimis, oblationibus, domibus, areis, hortis poſitis propè Eccleſiam, nec pro manſo integro poſito prope ſervitium Eccleſiaſticum, ſed ſi quod amplius habuerint, impendant debitum ſervitium ſenioribus. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Anan. Butr. Hoſt. Henric. Anchar. Panorm. Viv. *in ration. lib. 3. juris Pontif. pag.* 388. Alagona *in compend. juris Canon. pag.* 516. remiſſivè Ximen. *in concord. part. 1. & 2.* In Conciliis editis extat in Concil. Vvormacien. *cap.* 50. refertur à Burchard. *lib. 3. Decret. c.* 52. Ivo. *part. 3. cap.* 55. & ab Anton. Auguſt. *collect. 1. Decret. lib. 5. tit. 34. cap. 1.*

Probat hic text. ex manſo Eccleſiæ, & ex cæteris 2
bonis juxta Eccleſiam poſitis cenſum non deberi, excepto ſervitio Eccleſiaſtico; ſed obſtat quod à cenſu merè reali, neque Clericus, neque Eccleſia regulariter liberatur, quinimò res tranſit cum ſuo onere in quemcunque poſſeſſorem, quamvis maximè privilegiatum, *cap. ſi tributum, cap. magnum 11. quæſt. 1. cap. tributum 23. quæſt. 8. cap. paſtoralis 28. verſ. fructus autem*, cum concordantiis citatis à gloſſ. ibi, *verbo niſi cum onere, de decimis*, ſanè hìc non agitur de cenſu perſonali, ſed de merè reali, rebus ipſis impoſito: igitur hujuſmodi bona Eccleſiæ, ſicut & alia quæcunque libera judicari non debent. Deinde urget quod vel manſus, & cætera bona juxta Eccleſiam poſita ſunt libera à ſervitio temporali, vel ab Eccleſiaſtico: neutrum eſt dicendum: ergo nullo caſu verificari poteſt concluſio ſupradicta, major evidens à ſufficienti partium enumeratione, minor quoad ſervitium, ſeu tributum temporale oſtenditur ex *l. placet 5. C. de Sacroſanctis Eccleſ.* juncto ſummario, ubi habetur Eccleſiam teneri ad onera realia ordinaria, gloſſ. magna *propè fin. in cap. ſecundùm canonicam, 23. quæſt. 8.* juncta *reg. l. Imperatores 7. in princ. ff. de publican.* cum aliis citatis per Abb. *hìc, num.* 8. quoad ſervitium verò ſpirituale eſt text. *in præſenti*, ibi, *præter Eccleſiæ, cap. ſervitium, in princ. 18. quæſt. 2.* cum citatis à gloſſ. *hìc, verbo præter Eccleſiaſticum*: igitur, &c.

Propter aliqua ex his Hoſt. Innoc. Zabar. Butr. Abb. 3
& omnes communiter hic diſtinguendum putant inter cenſum de novo impoſitum, & inter antiquum, ut ad novum, neque manſus, neque bona juxta Eccleſiam poſita teneantur, & ita procedat text. hic: circa antiquum verò controverſiam dirimendam credunt juxta patroni, vel alterius domini temporalis conſenſum, ut illo, vel expreſsè, vel tacitè remittente, nulla maneat obligatio ad cenſus ſolutionem, ſecus dicendum nulla interveniente remiſſione: & ita intelligunt *d. cap. ſi tributum, cap. Eccleſia, 16. quæſt. 1.* cum *ſuprà* citatis. Ratio differentiæ eſt, quia Eccleſiaſticis bonis novum tributum temporale imponi non poteſt, *cap. non minus 4. de immun. Eccleſ. cap. quanquam, hoc tit. lib. 6.* cum aliis, antiquum verò tranſit

in

in Eccleſiam, vel quemcunque poſſeſſorem, *d. l. Imperatores*, cum ſuprà citatis, poſt alios Gutier. *canon. lib.* 1. *c.* 1. *n.* 111. Sed communis, quanvis in ſe vera, huic text. aptari non poteſt, quia illa ſtante, nihil foret ſpeciale in manſo, & bonis juxta Eccleſiam poſitis, & in aliis ab Eccleſia longè diſtantibus: nec eodem modo ſatisfacit Zabar. *hîc, poſt princ.* dum arbitratur text. *in præſenti*, in nihilo offendere regulam *d. c. Eccleſiæ, & d. c. ſi tributum*, ſed ſolummodò inſtruere Epiſcopum quid facere debeat, quando Eccleſia conſtruitur, ut manſus tribuatur Eccleſiæ pro dote, qui ſit liber ab omni ſervitio, cavebitque Epiſcopus, ne aliter conſtituatur, neve aliter primus lapis mittatur, arg. text. *in c. piæ mentis* 16. *p.* 7. *c. nemo, il* 1. *de conſecrat. diſt.* 1.

4 Quare his, & aliis exploſis intellectibus probabilius mihi viſum eſt nove hic ſanciri manſum Eccleſiæ, & bona juxta Eccleſiam poſita libera eſſe ab omni cenſu temporali, quanvis à principio antequam ad Eccleſiam pertinerent, tali oneri fuiſſent obnoxia; cujus rei ultra alia modò expreſſa, & verbum *ſancitum*, de quo hîc, non levis conjectura eſt exceptio, quam text. adjecit, ibi, *præter Eccleſiam*, per quam ſatis inſinuat, quod quanvis prædicta bona libera eſſe debeant à cenſu temporali, non tamen ab Eccleſiaſtico, in quo multò minor datur indecentia, & repugnantia. Retento hujuſmodi intellectu, reſpondeo ad primam objectionem, quam ſuprà adduxi, me libenter agnoſcere, neque Clericos, neque Eccleſiam à cenſu merè reali antea inhærenti immunes eſſe, imò regulariter tranſire cum ſuo onere, negare tamen in propoſito regulam locum habituram in manſo, & prædictis bonis, propter ſpecialem Concilii ſanctionem, juxta modò dicta; neque mirum videri debet, cùm lex data cauſa in ordine ad bonum commune, poſſit ſubditum re propria privare, & alteri tribuere, *l. item ſi verberatum* 15. §. 1. *verſ. item ſi fortè, ff. de rei vendic. l.* 1. *C. quibus ex cauſis ſervi pro præmio.* Ad alteram verò objectionem in forma, conceſſa majori, neganda eſt minor, ad illius verò probationem, quoad primam partem, ſimiliter reſpondetur regulam, ſecundùm quam onera realia Imperatori debita, vel alteri perſonæ, tranſeunt in Eccleſiam, & quemcunque poſſeſſorem, *d. l. Imperatores*, cum aliis, non habere locum in bonis, de quibus hîc, propter modò dicta. Ad text. verò *in d. l. placet*, reſpondetur correctum eſſe per conſtit. Federic. *incip. Item nulla, ſub l.* 2. *C. de Epiſcop. & Cleric.*

5 *Vnus manſus.*] Manſus dicitur quantum quis cum uno pari boum laborare poteſt, ut docent S. Anton. *p.* 3. *tit.* 12. *c.* 2. §. 2. Otalor. *de nobilit.* 2. *p. tertiæ partis, n.* 3. Chaſſan. *in conſuet. Burgund. rub.* 9. §. 4. *in princ. n.* 1. *pag.* 304. Azor. *inſt. moral. p.* 2. *lib.* 6. *c.* 1. *q.* 2. *prope finem*, ubi etiam aſſerit verius ſibi videri, manſum eſſe agrum certi modii, ac menſuræ, qui propterea metatus dicebatur, eo quòd quis illum dimetiebatur, & limitibus ſuis dividebat. Vide Perez de Lara *de anniverſ. & capell. lib.* 1. *c.* 18. *num...* & 13. Magis tamen propriè in hoc text. accipitur pro titulo, qui conſtituitur in præbendis, aut poſſeſſionibus, quibus dotata eſt Eccleſia, ut docent Lambert. *de jurepatron. p.* 1. *lib.* 1. *q.* 5. *art.* 21. *n.* 8. Cujac. *in lib.* 1. *feud. tit.* 1. *in princ.* Balſaran. *in c.* 1. §. *ſimiliter ſi quis, n.* 2. *ſi de inveſtit. feudi fuerit controverſ.* Petr. Gregor. *de benef. c.* 15. *n.* 4. *ante fin.*

6 *Non de decimis.*] Notatur ad hoc, quod de dote Eccleſiæ, ideſt, de paſſalibus, & manſis non ſolvitur decima, ut per Rebuff. *in tract. de decimis, q.* 5. *n.* 19. iſi hujuſmodi paſſalia fuiſſent priùs tributaria, ut nocent gloſſ. *in præſenti, verbo ulla*, quam eſſe communiter receptam teſtatur Abb. *n.* 4. Azor. *inſt. mor. p.* 1. *lib.* 7. *c.* 35. *q.* 5. Franc. Leo *in theſauro fori Eccleſ. p.* 2. *c.* 22. *n.* 55. Bellet. *diſquiſit. Cler. p.* 1. *tit. de clerico debitore*, § 12. *n.* 36.

In gloſſ. *Vllo ſervitio*, ibi *quod manſus iſte in favorem Eccleſiæ à tributo liberatur.* Vide Soar. *de Relig. lib.* 1. *c.* 17. *n.* 28. 7

In ead. gloſſ. ibi, *Non debet Eccleſia propter hoc jure ſuo privari*, &c.] Notatur ad hoc, quod ex prædiis Eccleſiarum intra alterius parochiæ limites ſitis, decimæ eidem parochiæ ſolvendæ ſunt, ut per Cov. *lib.* 1. *var. c.* 17. *n.* 8. *verſ. ſecundò.* 8

In gloſſ. *Senioribus*, ibi, *ideſt, dominis.* Notatur ad hoc, quod ſeniores nonnunquam pro dominis uſurpantur, ut per Tiraq. *in præfat. primog.* 9

SVMMARIVM.

1 *Tributi ſolutio arguit ſubjectionem.*
2 *Honor debetur conſtitutis in dignitatibus ratione excellentiæ, timor ratione poteſtatis, obedientia, & tributum ratione gubernationis.*
3 *Verbum, Tributa, cùm ſit generale, ad omnia tributa extenditur.*
4 *Cenſus ex ſolutione infertur ſubjectio.*
5 *Cenſus aliquando eſt ſignum perceptæ libertatis.*

Cap. Omnis anima II. *Auguſt.*

Tributi ſolutio eſt probatio ſubjectionis. Colligitur ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Anan. Hoſt. Butr. Henric. Anch. Panorm. Viv. *in ration. lib.* 3. *juris Pontif. pag.* 398. Alagona *in compendio juris Canon. pag.* 516. remiſſivè Ximen. *in concord. p.* 1. & 2. refertur ab Ant. Auguſt. *collect.* 1. *Decret. lib.* 3. *tit.* 34. *c.* 2. 1

Subdita ſit.] *Omnis creatura*, inquit Apoſtolus ad Romanos 12. *poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit, qui autem reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit*, & ad Timoth. 4. *Admone illius Principibus, & poteſtatibus ſubditos eſſe, dicto obedire, ad omne opus bonum paratos ſubditos*: refert Chaſſan. *in catalogo gloriæ mundi, p.* 5. *conſid.* 34. nam, ut ipſe benè inquit, *p.* 1. *conſid.* 8. honor debetur conſtitutis in dignitatibus ratione excellentiæ, timor autem ratione poteſtatis, obedientia verò, & tributum ratione gubernationis: alia plura in hoc propoſitum adducunt Sayr. *in clavi Regia, lib.* 3. *c.* 4. *n.* 1. Azor. *inſt. mor. p.* 2. *lib.* 4. *c.* 19. *q.* 1. Quod autem ſubditi teneantur obedire ſuis ſuperioribus, tradunt S. Thom. 2. 2. *quæſt.* 104. *art.* 1. Dyn. *in reg. quod quis, num.* 5. *de regul. jur. lib.* 6. Abb. *in c. cùm non liceat, n.* 5. *de præſcr.* Navar. *in man. c.* 14. *n.* 2. & 12. & *c.* 23. *n.* 36. Sed hoc intelligitur duobus concurrentibus, primò quod præceptum ſit de his, in quibus ſuperior habet ſuam ſuperioritatem, & ſubditus ei ſubeſt, v. g. judex juxta ſuam juriſdictionem, pater, dominus, maritus, in iis, quæ ſpectant ad patriam, dominicam, ſeu uxoriam poteſtatem, S. Thom. *d. q.* 104. *art.* 5. Navar. *d. num.* 36. Secundò, quod præcipitur ſit licitum, de quo vide Abb. *in cap. literas, num.* 25. *de reſtitut. ſpoliat. & in c. ad aures, n.* 1. *ad fin. de tempor. ordin.* 2

Tributa præſtatis.] Hoc nomen cùm ſit generale, ad omnia tributa extenditur, ut per Gregor. *l.* 25. *verbo Tributo, in fin. tit.* 13. *p.* 5. 3

Quia hæc eſt probatio ſubjectionis.] Notatur ad hoc, quod ex ſolutione cenſus infertur ſubjectio, ut per Paul. Fuſch. *lit. C, ſing.* 30. Menoch. *conſil.* 21. *num.* 9. 4

5 aliquando tamen eſt ſignum perceptæ libertatis, veluti quando Eccleſia aliqua dat Papæ piper, vel aliud pro cenſu, quo caſu videtur exempta à ſubjectione Epiſcopi: ita per *c. ſi Papa, §. eſt & idem, de privil. lib.6.* tenent Ferret. *in forma libel. ad præſtationem, & rei relaxationem, in gloſſ. factum dicti temporis præteriti, n.10.* Zabar. *in c. conſtitutus, n.12. de Relig. domibus,* Everard. *in loco ab emphyteuſi ad cenſum,* de quo vide tamen quæ latè dixi *ad c. recipimus* 8. *à n.4. de privil. pag.*358. *& ſeq.*

SUMMARIUM.

1 *Epiſcopus non poteſt novum cenſum monaſterio imponere.*

2 *Fundator beneficii cum conſenſu Ordinarii, non poteſt poſtea aliquid mutare, nec alterare ſine ipſius Ordinarii conſenſu in ipſo fundationis limine.*

3 *Dotis promiſſio non poteſt qualificari ejus actu abſoluto.*

4 *Fundatoris hæres poteſt declarare, & imponere conditionem, & immutare qualitatem beneficii cum conſenſu Epiſcopi in actu fundationis, & erectionis.*

Cap. Scientes III. *Gregor.*

1 Epiſcopus non debet imponere novas conſuetudines, vel cenſus monaſterio, niſi fuerit ab initio impoſitum. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Butr. Anan. Anch. Hoſt. Henric. Panorm. Vivian. *in ration. lib.3. juris Pontif. pag.*389. Alagona *in compend. juris Canon. pag.*517. remiſſivè Ximen. *in concord. p.2.* refertur ab Ant. Aug. *collect.1. Decret. lib.3. tit.34. c.4.*

2 *Si ab initio,* &c.] Notatur ad hoc, quod fundator beneficii cum conſenſu Ordinarii, non poteſt poſteà aliquid mutare, nec alterare ſine ipſius Ordinarii conſenſu, ut per gloſſ. *hic, verbo ab initio,* Roch. *de jurepatr. verbo pro eo quod de diæceſani, p.13. n.31. cum ſeqq.* Lambert. *eod. tract. lib.1. p.1. q.9. princ. in princ. n.49. & 50.* Gonzal. *ad reg.8. Cancel. gl.5. n.40.* poſt Abb. & Zabar. ita concludit Viv. *in praxi juriſpatr. p.1. lib.2. c.8. n.2.* Seraph. *deciſ.774.* latè, & eleganter Monet. *de commut. ult. volunt. c.11. n.268. cum multis ſeqq.* novè D. Joan. Ant. Maſſobr. *in praxi habendi concurſum ad Parochiales, præl.7. dub.8.* & vide quæ dixi *ad c. gravis* 15. *infr hoc tit.* Intellige in ipſo fundationis limine, nam poſt fundationem non poſſunt leges juri adverſantes, etiam de conſenſu ipſius Epiſcopi apponi, aut appoſitum alterari, ut advertit Lambert. *de jurepatron. lib.1. p.1. q.5. art.11. num.37.* gloſſ. *verbo conſtitutum, ad fin. in c. cùm dilectus,* & *ibi* Abb. *n.5.* & Imol. *n.22. de conſuet.* Rot. *deciſ.561. n.2. p.1. in recent.* ut in ſimili dicitur de promiſſione
3 dotis, quæ non poteſt qualificari ejus actu abſoluto, *l. ex more, §. ult. & ibi* gloſſ. *in verbo oblationis, C. de pactis conventis,* quo ſimili uſus eſt pro hac ſententia adſtruenda Joan. Andr. *in c. generali, n.6.* & *ibi* etiam
4 Gemin. *ſub n.2. verſ. ad fin. de elect. lib.6.* Et poſſe fundatoris hæredem non ſolùm declarare, ſed etiam imponere conditionem, & immutare qualitatem beneficii, cum conſenſu tamen Epiſcopi, tenet Lambert. *d. tract. lib.1. p.1. q.2. princ. art.12. n.7.* quem refert, & ſequitur Mar. Anton. *var. reſol. lib.1. reſol.3. n.14.* in ipſo ſcilicet actu fundationis, & erectionis, Caputaq. *deciſ.299. n.4. in fine, p.2.* & quando conditio eſt utilis Eccleſiæ, Roch. de Curte *de jurepatr. verbo pro eo quod de diæceſani conſenſu, n.*30. declarando ut per Maſſobr. *d. præl.7. dub.9.*

SUMMARIUM.

1 *Cæcus, & pauper ad collectas non tenentur,* & n.2.

3 *Declaratur text. in præſenti.*

4 *Privilegium patri, & poſteris conceſſum, ſimiliter competit filiabus, niſi materia refragetur, aut lex reſiſtat.*

Cap. Licèt IV.

Cæcus, & pauper non tenentur ad collectas, quia inhumanum eſt affligere gravatum. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Butr. Joan. Andr. Anan. Hoſt. Anch. Henric. Panorm. Viv. *in ration. lib.3. juris Pontif. pag.*389. Alagona *in compend. juris Canon. pag.*517. remiſſivè Ximen. *in concord. p.1. & 2.* refertur ab Ant. Auguſt. *collect.1. Decret. lib.2. ſub tit. de reſtit. ſpoliat. c.7.* & alia pars hujus Decretalis extat *in c.1. ſup. de reſtit. ſpoliat.* 1

Hanc eandem concl. ex hoc text. deſumunt Lazarte *de decima vendit. c.19. n.65.* Girond. *de privileg. & exemptionum explicat. n.462. & 465.* Azeved. *l.3. n.20. tit.14. lib.6. nova recop.* ubi de infirmis pauperibus, & *l.4. n.7. eod. tit. & lib.* ubi de cæco, Bertach. *de gabellis, p.7. n.50.* 2

Quo pacto autem potuit Gregor. *in præſenti,* cæcum alias laicum à tributis exonerare, & de temporali illius querimonia cognoſcere, controverſum eſt apud Doctores; nam gloſſ. 1. *hic,* cum qua tranſeunt ferè omnes, arbitratur propterea cauſam cæci aliàs laici ad Gregor. V. Pontif. fuiſſe delatam, quia cauſæ miſerabilium perſonarum ad Eccleſiaſticum ſpectant judicium, *c.1. n.2. 87. diſt.* ſic probat Cov. *pract. c.6. n.1. ad fin. princ.* Hoſt. verò, quem refert Zabar. *hic,* & ſequitur Butr. *in fin.* arbitratur cæcum fuiſſe de temporali juriſdictione Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ; & ideò Sum. Pont. de cauſa temporali laici cognoſcere potuiſſe, ſicut aliis ſpeciebus factum probavit gloſſ. *verbo Improbamus, in c. cùm eſſes* 10. *de teſtam.* Sed quia ſolutio hæc, quamvis in ſe vera divinat, ut Zabar. *n.1.* fatetur, periculoſa eſt, cùm ſuppleat ad text. in illo, quod principaliter venit, quod eſt abſurdum. Quare probabilius eſt intelligere cum eod. Zabar. quod cùm text. hic continuativè procedat *ad c.1. de reſt. ſpoliat.* ubi homines Eccleſiæ, qui Philogium cæcum ſpoliarunt, poſtea collectis affligebant, unde cùm cæcus adverſùs illos ageret, non mirum ſi tanquam actor litigare debuiſſet cum reis, qui fori Eccleſiaſtici privilegio potiebantur; & ideò ad Summum Pontificem confugiſſet, qui in his terminis potuit, ac debuit cognoſcere, quamvis cæcus non eſſet, de temporali Eccleſiæ juriſdictione, juxta reg. *c. cùm ſit generale* 8. *de foro compet.* 3

In gloſſ. *Miſeri,* ibi, *ſed privilegium illud non extenditur ad filios.* Notatur ad hoc, quod privilegium patri, & poſteris conceſſum, ſimiliter competit filiabus (niſi materia refragetur, aut lex reſiſtat) ut per Tiraquell. *de retractu, tit.1. §.1. gloſſ.9, num.239.* Dec. *conſ.223. in princ.* Crot. *in memorab. verbo Immunitates,* Jaſon, qui etiam in privilegiis affirmat maſculinum concipere fœmininum, *in l. Gallus, in princ. in 2. lect. n.33.* refert, & ſequitur Pinel. *in l.3. C. de bonis matern. num.30.* in effectu plures per D. Barboſ. *in l. quia tale, n.37. ff. ſolut. matrim.* quamvis oppoſitum, imò privilegia hujuſmodi, & immunitates poſteris conceſſas 4

conceſſas, ſolis maſculis communicari defendat *gloſſ. unic. in l.4. ff.de jure immun.*

SUMMARIUM.

1 *Cenſum petens debet rationem exprimere quare ſibi debeatur.*
2 *Cenſus, cujus cauſa ignoratur, omninò eſt indebitus.*
3 *Cenſus debetur illi, qui pro ſe emit, vel per ſemetipſum, vel mediante perſona ſui procuratoris.*
4 *Cenſus fructuarius ſolvendus eſt tempore recollectionis fructuum.*
5 *Conventio inter partes circa tempus faciendæ ſolutionis fructuum.*
6 *Cenſus pecuniarius nulla ſtante conſuetudine, vel conventione ſolvendus eſt in fine anni.*
7 *Cenſus in forma ſolemni, & legitimè præſumitur conſtitutus ex eo, quod dominus cenſus probat ſibi fuiſſe ſolutas annuas reſponſiones in præteritum.*
8 *Cenſus, vel ſimile ſervitium quomodo poſſit tempore acquiri, oſtenditur, & quid in acquiſitione jurium perſonalium*, ibid. n.9.
10 *Libertas à cenſu, & à ſervitio an propriè præſcribatur, remiſſivè.*
11 *Cenſus, vel alterius ſervitii obligatio an acquiratur ex diuturna præſtatione.*

Cap. Pervenit V.

Paſchal. II.

1 Cenſus, cujus cauſa ignoratur, non eſt ſolvendus, ſed ſciendum eſt quorſum, & quando debet ſolvi. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Butr. Anan. Hoſt. Henric. Anchar. Panorm. Viv. *in ration. lib.3. Iuris Pontif. pag.*390. Alagona *in compend. jur. Canon. pag.*517. remiſſivè Ximen. *in concord. p.*1. *&* 2. refertur ab Ant. Auguſt. *collect.*1. *Decret. lib.*3. *tit.*34. *cap.*5.

2 *Cenſus ignorantiæ.*] Notatur ad hoc, quod cenſus, cujus cauſa ignoratur, omninò eſt indebitus, cùm enim cenſus, de quo *hic*, per Abbatem Fraxionor. fuerit impoſitus, qui abſque juſta, & rationabili cauſa, & ſine Capituli conſenſu illud facere non poterat, *cap. unic. in fine, ut Eccleſiaſt. benef. cap. conſtitutus* 6. *ad med. de relig. domib.* meritò indebitus judicatur ex defectu cauſæ, quæ cùm omninò neceſſaria eſſet, prorſus ignoratur, ut text. habet, & ideo ſaltem indirectè cenſus in ſe dicitur ignoratus, & indebitus, ac ſubinde, qui exegerint, leges divinas, & humanas offendere dicuntur, contra §. *juris præcepta*, ibi, *neminem lædere*, *Inſtit. de juſtit.* in quo ſenſu verbum, de quo *in hoc text.* ibi, *divinis*, in ſua proprietate retinetur, quamvis gloſſ. *hic verbo Divinis*, & Zabar. *num.*1. per divina intelligant ſolas Canonicas conſtitutiones.

3 *Vt omnes cenſus ad quid.*] Notatur ad hoc, quod petens cenſum debet rationem exprimere quare ſibi debeatur; debetur autem illi, qui pro ſe emit, vel per ſemetipſum, vel mediante perſona ſui procuratoris legitimè conſtituti, Rot. *in una Romana cenſuum de Luraghis*, 12. *Iunii* 1601. coram D. Juſto, impreſſa poſt tract. *de cenſibus* Lud. Cencii *deciſ.*160. *n.*2. *&* 3. item illi, cui dominus cenſus illum ceſſit, & vendidit, Gaſp. Roder. *de annuis reddit. lib.*2. *quæſt.*17. *à num.*11. Cenc. *d. tr. p.*2. *quæſt.*2. *art.*1. *num.*3. ubi numeris ſeqq. alios modos acquirendi cenſum refert.

4 *Et quando perſolvi debeat.*] Adverte fructuarium cenſum ſolvendum eſſe tempore recollectionis fructuum, qui debentur, videlicet ſi cenſus ſit in frumento, illud erit ſolvendum in æſtate tempore triturationis in area, ſi verò fuerit conſtitutus in vino, ſolvendum eſt tempore vindemiarum in vaſe, ſeu canali; ſi autem in oleo, tempore recollectionis olei in piſtrino, ſeu molendino, ut docent Boccat. *in tract. de cenſibus, p.*2. *n.*53. Cenc. *eod. tract. p.*1. *c.*1. *q.*1. *art.*3. *n.*10. ubi *n.*11. dicit quod debitor non tenetur deferre ad domum ſui creditoris dictas quantitates fructuum debitas, etiam quod ſint ejuſdem fori, ſed creditor debet accedere, vel mittere, ut à debitore capiat, & tollat ſuo proprio ſumptu, & periculo. Quo verò ad cenſum pecuniarium, aſſerit Navar. *conſ.*18. *n.*4. *ſub tit. de empt. & vend.* nullo jure antiquo, nec in Extravag. Pii V. ſuper cenſibus præſcribi tempus, quo cenſus ſolvi debeat, & propterea ipſe exiſtimavit circa hanc ſolutionem eſſe diſtinguendum, prout diſtinguitur in penſionibus, inter quas eſt ſymbolum. Ego verò nulla ſtante conſuetudine, vel conventione inter partes circa tempus faciendæ ſolutionis annui cenſus, (quam conventionem illicitam non eſſe docuerunt Navar. *d. conſ.*18. Rebel. *de obligat. juſtitiæ, p.*2. *lib.*10. *q.*1. *n.*10. Frideric. Martin. *de jure cenſ. cap.*6. *n.*385. *& c. ult. n.*156. quicquid contrarium dicant Intrigl. *ſuper Bullam de cenſib. q.*45. *n.*10. Joan. Baptiſta Coſta *de ratione rata, q.*147. *n.*7.) credo tunc ſolutionem debere fieri in fine anni, cum Frider. Martin. *d. cap. ult. à num.*152. & Bonac. *de contract. lib. diſp.*3. *quæſt.*4. *puncto unico, num.*32. 5 6

7 In gloſſ. *Cenſus*, ibi, *ſed nunquid talis cenſus, ſive conſimile ſervitium poteſt acquiri tempore*, &c. Notatur ad hoc, quod cenſus in forma ſolemni, & legitimè præſumitur conſtitutus ex eo quod dominus cenſus probet ſibi fuiſſe ſolutas annuas reſponſiones in præteritum, de quo vide Cravet. *conſ.*217. *n.*10. *lib.*2. Covar. *in reg. poſſeſſor, p.*2. §.4. *num.*3. Maſcard. *de probat. concl.*101. Felician. *de cenſib. lib.*3. *cap.*1. *à n.*8. *& lib.*1. *cap.*9. *à num.*10. Ludov. Cenc. *eod. tract. p.*1. *cap.*4. *n.*33. Menoch. *de præſumpt. lib.*3. *præſ.*131. *à n.*59. Mar. Antonin. *variar. reſol. lib.*1. *reſol.*44. *num.*6. Monch. *illuſtr. cap.*64. *n.*6. Flores de Mena *variar. lib.*1. *q.*2.

8 Hæc gloſſ. quatenus aſſerit cenſum, vel ſimile ſervitium poſſe tempore acquiri, ex text. *in l. ſi quis diuturno* 10. *in princ. ff. ſi ſervitus vend. l.*1. *num. ult. prope fin. ff. de aqua pluvia*, magnam patitur difficultatem ex teſtibus, qui contrarium clarè ſuadere videntur *in l. ſervitutes* 14. *in princ. ff. de ſervit. & in l. ſi aliena* 10. §.1. *& in l. ſequitur* 4. §. *ult. ff. de uſucap.* Rejecta concordia hujus gloſſæ diſtinguentis inter illas ſervitutes, ſeu ſervitia, quæ poſſideri poſſunt; & inter illas, quæ poſſideri nequeunt, vel quia jus commune reſiſtit, vel ex alio capite; ut ſecundo caſu nullo tempore præſcribantur, & ita intelligantur jura pro ſecunda ſententia adducta: in primo verò caſu ſolo tempore acquirantur, & ita procedant jura primo loco pro opinione gloſſæ adducta. Rejecta etiam alia concordia gloſ. *verbo certum, poſt med. in d. l. ſervitutes, gloſſ.*4. *in l. apparet* 5. *in fin. ff. de itinere, actuque privato*, Paul. *in l. ſi ſic*, *n.*2. *ff. quemadmodum ſervit.* communis, ut per Padil. *in l.*2. *n.*26. *C. de ſervit. & aqua*, & plurium, ut per Cov. *lib.*1. *var. c.*17. *n.*11. Balb. *de præſcript.* 2. *p.*3. *princ. n.*3. Gom. *de contract. cap. ult. n.*26. diſtinguentium inter ſervitutes continuas, quæ abſque facto hominis continuam, vel quaſi continuam utilitatem afferunt; & inter diſcontinuas, quæ prædictum hominis factum requirunt: exemplum eſt *in l. foramen* 27. *ff. de ſervitut. urban.* ut continuæ tempore acquirantur, & ita procedant jura citata pro prima ſententia; diſcontinuæ verò non acquirantur, niſi tempore immemoriali, ut *in l.*3. §. *ductus aquæ, ff. de aqua quotid. & æſt.* Exploſa etiam altera concordia Longaval. *in l. Imperium*, *n.*241. *&* 251. *ff. de*

ff. de juriſd. omnium jud. & Mayni *lib. 1. actionum*, *c. 14.* ac noſtri Goveani *lib. 1. variar. cap. 14.* quia Jureconſultos notant de improprietate, quod eſt ab illorum ſtylo, & conſuetudine prorſus alienum, probabilius dici poteſt abſque ulla divinatione, vel improprietate, quinimò & literæ Juriſconſultorum conſonantius, ſervitutum realium uſucapionem non dari, propter jura modò expenſa pro ſecunda ſententia; dari tamen utilem actionem illi, qui longo tempore cum cæteris requiſitis uſus fuerit, bonus text. *in l. 1. §. ult. in fine*, ibi, *habemus*, *ff. de aqua pluvia arcenda*, text. à contrario ſenſu *in l. ult. ff. quemadmodum ſervitutes amit.* bonus text. *in d. l. ſi quis diuturno*, ibi, *ſed utilem habet actionem*, & in his terminis intelligenda ſunt jura citata pro prima gloſſæ opinione, quæ in hoc caſu accepta in nihilo pugnant cum aliis Jureconſultorum reſponſis, nec cum illo intelligendi modo, quem magis probabilem exiſtimamus.

9 Quid autem dicendum in acquiſitione jurium perſonalium, prout jus eligendi, præſentandi, uſusfructus, & ſimiles, de quibus *in cap. cùm Eccleſia, de cauſa poſſeſſionis?* vide poſt alios Cov. *in reg. poſſeſſor*, *p. 2. §. 3. n. 3. & lib. 1. var. cap. 17. n. 10.* Anton. Gom. *de contract. cap. ult. à n. 25.* Padil. *in d. l. 2. à n. 30.*

10 Utrùm libertas à cenſu, & à ſervitute propriè præſcribatur? vide *l. ſequitur 4. §. ult. ff. de uſucap.* Bart. *in l. ſi ædes 31. §. 1. in princ. ff. de ſervit. urb.* Abb. *in cap. de quarta, num. ult. de præſcr.* Robert. *lib. 4. ſentent. cap. 8.* Connan. *lib. 4. comment. cap. 12. n. 6. & 13.*

11 Utrùm etiam ex diuturna præſtatione cenſus, vel alterius ſervitii obligatio acquiratur, vide Abb. Zabar. & Butr. *à n. 19. in præſenti*, gloſſ. *verb. repellere*, *in fin. in l. 2. C. de jure emphyt.* gloſſ. *verb. longo*, per text. *ibi*, *in l. cùm de in rem verſo*, *ff. de uſur.* Bart. *in l. 1. in princ. ff. de verb. oblig.* Tiraq. *de præſcr. §. 1. gloſſ. verè dic, cum ſeq.* Cov. *in d. reg. poſſeſſor*, *p. 2. §. 4. à n. 1. & lib. 1. var. c. 17. num. 3. in princ.* Gutier. *in l. nemo poteſt*, *num. 199. ff. de legatis 1. & conſ. 47. num. 3.* Padil. *in l. 2. à num. 33. ff. de ſervit.* Gabr. *commun. ſub tit. de præſcript. concl. 1. à princ.* Gam. Luſit. *deciſ. 236. & 326.* Valaſc. *de jure emphyt. quæſt. 32. à num. 35.*

SUMMARIUM.

1 *Viſitantes Prælati quem equorum numerum ſecum ducere poſſint, oſtenditur, & prohibetur eis tunc uti venationibus, & ſumptuoſas epulas quærere*, & n. 2.

3 *Viſitatio quanto tempore durare debeat, boni viri arbitrio relinquitur judicandum.*

4 *Epiſcopus nullus erat uſquè ad tempus Bonifacii VIII. qui vellet fieri Presbyter Cardinalis.*

5 *Epiſcopi clericis taleas, & exactiones imponere nequeunt.*

6 *Epiſcopi poſſunt pro multis neceſſitatibus, quæ aliquoties obveniunt, ſi manifeſta, & rationabilis cauſa extiterit, cum charitate moderatum à Clericis auxilium poſtulare.*

7 *Cauſa rationabilis non ſufficit, niſi ſit manifeſta ad petendum charitativum ſubſidium.*

8 *Cauſa juſta, & rationabiles ad petendum charitativum ſubſidium quæ ſint, oſtenditur.*

CAP. Cùm Apoſtolus. VI.

Ex Concil. Lateran.

1 Viſitantes Prælati certum numerum equorum, & evectionum excedere non debent pro diverſitate provinciarum, & facultatibus Eccleſiarum; nec ſint oneroſi ſubditis, & Archiepiſcopi non excedant numerum 40. vel 50. Epiſcopi 20. vel 30. Cardinales 25. Archidiaconi 5. vel 7. Decani 2. nec ducant canes venatorios, nec ſumptuoſas epulas quærant, ſed accipiant quæ honeſtè, & competenter miniſtrantur, & in omnibus quærant Chriſtum. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Joan. Andr. Anan. Hoſt. Anchar. Henric. Butr. Panorm. Vivian. *in ration. lib. 3. Iuris Pontif. pag. 390.* Alagona *in compend. Iuris Canon. pag. 517.* remiſſivè Ximen. *in concord. part. 1. & 2.* Caſal. *in annot.* deſumitur ex Concil. Lateranenſi ſub Alex. III. *cap. 9.* & refertur ab Anton. Auguſt. *collect. 1. Decret. lib. 3. tit. 34. cap. 6.*

Determinat Concil. de quo *in hoc text.* numerum 2 equorum, quos ſecum ducere debent Prælati viſitantes, eoſque monet ne ſumptuoſas epulas quærant, ſed cum gratiarum actione recipiant, quod honeſtè, ac competenter illis fuerit miniſtratum. Quam quidem conſtitutionem innovat, & ampliat Concil. Trident. *ſeſſ. 14. de reformat. cap. 3.* his aureis verbis: Quæ ut faciliùs, feliciuſque ſuccedant, monentur prædicti omnes, & ſinguli, ad quos viſitatio ſpectat, ut paterna charitate, Chriſtianoque zelo omnes amplectantur, ideoque modeſto contenti equitatu, famulatuque ſtudeant quàm celerrimè, debita tamen cum diligentia, viſitationem ipſam abſolvere. Interimque caveant ne inutilibus ſumptibus cuiquam graves, oneroſive ſint, &c. De quo Concil. Trid. decreto vide Nav. *conſ. 1. ſub hoc tit.* Prax. Epiſcop. *part. 1. verbo viſitatio*, *§. 5. verſ. præterea, & n. 6.* Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 57. num. 16. cum ſeqq.* & quæ ego ipſe *de officio, & poteſt. Epiſc. p. 3. alleg. 73.* Unde videbis nullo jure præ- 3 ſcriptum eſſe tempus, intra quod viſitatio perfici poſſit, cùm una Eccleſia uno die viſitari queat, alia verò viſitari non poſſit tribus, quatuorve diebus, vel propter ipſius plebis latitudinem, vel propter negotiorum multitudinem, quare boni viri arbitrio relinquitur judicandum quanto tempore durare debeat viſitatio, ut docent Surd. *de aliment. tit. 4. quæſt. 22. n. 8.* Azor. *inſtit. moral. p. 2. lib. 3. c. 42. quæſt. 6.*

Cardinales vigintiquinque.] Quærunt Doctores qua- 4 re Cardinales debeant ducere pauciores equos, quàm Epiſcopi, & Archiepiſcopi? & reſpondet Gambar. *de offic. & poteſt. Legati de latere, lib. 7. num. 126.* Cardinales antiquitus per humiliora charitatis opera ſe exercuiſſe, & uſque ad tempus Bonifacii VIII. nullus erat Epiſcopus, qui vellet fieri Presbyter Cardinalis, quia putabant non licere deſcendere à majori dignitate ad minorem, & uſque ad Clem. III. qui floruit *anno Domini* 1190. ea dignitas non niſi Monachis, & Abbatibus, Decanis, aut Prioribus conferebatur, ut tradunt citati per Cened. *ad Decretal. collect. 115. n. 1.* & præcipuè Marſil. Columna *de Eccleſiaſt. reddit. origine, p. 2. cap. 13. à n. 33.* De illorum autem origine, poteſtate, & hodierna excellentia agunt Doctores per me relati *ad cap. per venerabilem, qui filii ſint legitimi, num. 47. pag. 112.* quibus adde Brunor. à Sole *in locis commun. verbo Cardinales*, Camil. Borrel. *in ſum. omnium deciſ. tit. 5. per tot.* ubi *num. 13.* refert quod Cardinales purpureo birreto, & galero inſigniti fuère ab Innocent. IV. *anno Domini* 1244.

§. Prohibemus.

Prælati non præſumant gravare ſubditos taleis & 5 exactionibus, ſed cum cauſa manifeſta & rationabili poſſunt petere moderatum auxilium. Colligunt Doctores *in princ. text.* citati.

5 *Ne ſubditos talliis,&c.*] Notatur ad hoc, quod Epiſcopi Clericis taleas, & exactiones imponere nequeunt, vt per Bellet. *diſquiſit.clerical.p.1.tit. de clerico debitore,§.12.n.1.*

6 *Cum charitate moderatum*, &c.] Probat hic §. poſſe Epiſcopos pro multis neceſſitatibus, quæ aliquoties obueniunt, ſi manifeſta, & rationabilis cauſa extiterit, cum charitate moderatum à Clericis auxilium poſtulare, vt per Duen. *reg.89.& 253.* Grammat. *deciſ.88.*Purpur.*conſ.329.n.2.vol.1.*Bellet.*d.§.12.n.2.* De charitatiuo ſubſidio latè ex profeſſo egerunt Remig. de Gouny,& Bellenc.& incidenter Menoch. *de arbitr. caſu 178.179.& 182.num.58.& conſ.75.n,87.* Nauar. *conſ.7.ſub hoc tit.* Stephan. Quarant. *in ſumma Bullarij, verbo Concilium Prouinciale, n.8.* Azor. *inſtit.p.2.lib.9.c.14.*Bellet.*d.§.12.per totum,*Paul.Layman. *in Theologia morali,lib.3.tract.1.p.1.c.5.§. vnico, de ſubſidio charitatiuo,n.10.*plures quos refert Cened. *ad Decretal. collect. 115. à n.6.* & ego ipſe *de officio, & poteſtate Epiſcopi, p.3.alleg.87.*

7 *Si manifeſta,ac rationabilis cauſa extiterit,*] Ergo debet ſubeſſe juſta, & rationabilis, & manifeſta cauſa petendi charitatiuum ſubſidium, & non ſufficit quod ſubſit cauſa rationabilis, niſi ſit manifeſta, Abb. *in præſenti,n.2.& in cap. conquerente, n.1. & 2. in fine, de officio Ordin.* Alexand.de Neuo *conſ.57. n.1.& conſ.58. num.3. & 4.*Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.20. n.67.*Azor.*d.c.14.q.3.*Bellet.*d.§.12.n.3.*Paul. Layman. *vbi ſuprà,n.9.*

8 Iuſtæ autem, & rationabiles cauſæ erunt ſolutio debitorum, quæ contraxit Epiſcopus pro ſolutione Bullarum, & annatæ, ac pro recuperatione ciuitatum, caſtrorum, & locorum, ac bonorum Eccleſiæ occupatorum, ac pro Eccleſiæ ſuæ jure tuendo,vel ſi Epiſcopus fecerit impenſas magnas in negotiis totius diœceſis communibus pertractandis. Vel ſi rem aliquam magni momenti emerit neceſſariam ad ſuam Eccleſiam conſeruandam, veluti ſi emerit aliquod caſtrum, vel oppidum ad expellendos, & procul arcendos hoſtes. Vel quando Eccleſias formaliter viſitat. Vel ſi iter facturus ſit ad Papam, vel Imperatorem, vel Regem ob ſuæ Eccleſiæ, vel diœceſis, vel etiam totius Eccleſiæ generalis commune bonum. Vel ſi viſitaturus ſit limina S. Petri, vt juſiurandum impleat. Vel ſi impenſas neceſſarias, & alicuius momenti fecerit in aduentu Imperatoris, Regis, ſeu Principis, præſertim ſi ab eo habet regalias. Vel denique ſi ad generale, vel prouinciale Concilium vocatus iter ſuſceperit, de quibus vide Bellencin. *de Charitatiuo ſubſidio, quæſt. 2.* Quarant. *d. num. 8.* Bellet. *dicto §.22. à num.4.* & plures quos refero *d. alleg.87.*

SUMMARIUM.

1 *Cenſus nouus Eccleſiis imponi non debet, nec antiquus augeri, intellige in perpetuum,vt* n.2.

3 *Epiſcopi ex cauſa poſſunt cenſus perſonales imponere ad vitam poſſeſſorum, aliudve tempus breuius.*

4 *Cenſus nouus vt Eccleſiæ imponi poſſit, tria requiruntur.*

5 *Beneficiatus Clericus non poteſt ſuper rebus ſuæ Eccleſiæ abſque legitima cauſa vtilitatis,vel neceſſitatis, & ſine debitis ſolemnitatibus cenſum imponere, & conſtituere.*

6 *Cenſus quando fuerit impoſitus à Prælato, vel Capitulo alicuius Monaſterij abſque debitis ſolemnitatibus, ſi Capitulum, & Monaſterium per aliquod tempus huiuſmodi cenſum ſoluerit, non poterit poſtea de illius nullitate opponere.*

7 *Cenſum ſubditis ſuis non poteſt dominus augere.*

CAP. Prohibemus VII.

Epiſcopi, Abbates, & alii Prælati Eccleſiaſtici nouos cenſus imponere non debent, nec veteres augere, nec præſumant appropriare ſuis vſibus partem reddituum, & ſi quid contra prædicta fit, eſt irritum. Coll gunt ex Ordin. Abb.antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Anan. Butr. Hoſt. Hentic. Anch. Panorm. Viu. *in ration.lib.3.juris Pontif.pag.392.* Alagona *in compendio juris Canon. pag. 518.* remiſſiuè Ximen. *in concord.p.1.& 2.* deſumitur ex Concil. Lateran. ſub Alexand. III. *c.7. verſ.prohibemus,* refertur ab Ant.Auguſt. *collect.4.Decret.lib.3.tit.34.c.7.* 1

Probat hic text. Epiſcopum non poſſe nouum cenſum Eccleſiis imponere, vel augere antiquum: conſonant text. *in cap.tua nos 11. de iurepatronat.& in cap. paſtoralis, penul. de iis, quæ fiunt à Prælatis*; intellige de cenſu in perpetuum,etiam poſt mortem poſſeſſoris, quod quidem ſolus Summus Pontifex imponere poteſt diſpenſando in ſua lege,*cap. ad quæſtiones 6. de rerum permutat.* quem text. in id refert Sot. *de iuſt.lib.9. quæſt.7.art.2.col.2.* vbi affirmat morem eſſe Romanum nullum Prælatum Papa inferiorem cenſum, aut permutationem in perpetuum imponere poſſe, neque in beneficiorum permutationibus, neque in ſimplicibus renuntiationibus, Abb. *n.22.* & DD. communiter *in præſenti, & in cap.præterea, num.3. infrà hoc tit.* Gig. *de penſionib.quæſt.6.num.1.& à n.6.* Rebuff. *de pacificis poſſeſſ.n.110.* At verò ſolummodò ad vitam poſſeſſorum, ad aliud verò tempus breuius licitè poſſunt Archiepiſcopi, & ſimiles Prælati ex cauſa cenſus perſonales imponere, *cap. cùm veniſſent 9.de reſt.ſpol. cap. niſi eſſent, de prabend.cap. de cætero 6.in fine, de tranſact. cap.vnic.prope fin. vt Eccleſ.beneficia,* poſt alios Gig.*vbi proximè,num.2.*Corraſ.*de Sacerdot. p.1.c.4.* Mandoſ. *de ſignatura gratiæ, tit. penſiones, verbo Papa.* Ratio differentiæ eſt, quia primo caſu Eccleſia perpetuò oneratur,& fit cenſualis, quod in Concil. Lateranen.de quo *in præſenti,* vetitum eſt; in ſecundo non Eccleſia, ſed perſona obligatur, in quibus terminis prohibitio illa non datur, obſeruant Abb. *n.2.* & DD. communiter *in d.cap. cùm veniſſent,* Zabar. *n.1.* & omnes *in præſenti,* vbi Butr.*n.4.*Felin. *in cap. ad audientiam,il 2.num.2. de reſcript.* Gig. *de penſion.q.6. à princ.* Rebuff. *de pacificis poſſeſſ. à n.106.*Couar.*in cap.quamvis, p.1.§.6.num. vlt.* Corraſ.*d.c.4.*Hodie tamen apud Gallos ab alio quàm à Summo Pontifice vix conſtituitur cenſus, vt poſt Gig. affirmant Rebuff. *vbi proximè,n.105.ad fin.*& Corraſ. *d.c.4. à n.9.* 2 3

4 *Noui cenſus imponantur Eccleſiis.*] Tria requiri vt nouus cenſus poſſit Eccleſiæ imponi, dicit Paul. Fuſc. *de viſitat. & regimine Eccleſiarum, lib.2.c.16. num.5.* primò vt interueniat auctoritas Epiſcopi, juxta *cap. ſignificauit, hoc tit.* Secundò quod ſubſit juſta, & legitima cauſa, *cap.cùm clerici, hoc eodem tit.* Tertiò quod Capitulum conſentiat, per notata *in cap. tua, & in cap. paſtoralis, de his, quæ fiunt à Prælat.* & citat Zabar. *in Clement.1. q.27. de reb. Eccleſ. non alienand.* ac Foller. *in tract.cenſ in verbo huiuſmodi, num.17.& 18.* Aduerte Clericum beneficiatum non poſſe ſuper rebus ſuæ Eccleſiæ abſque legitima cauſa vtilitatis, vel neceſſitatis, & ſine debitis ſolemnitatibus cenſum imponere & conſtituere, non ſolùm reſpectu eorum bonorum, quæ ſunt cultui, & miniſterio diuino dicata. Tiraq. *de retractu lig.§.1.gloſſ.1.num.5. verſ. nec qui non poteſt.* 5

Velaſquez de Auendaño *de cenſibus*, *c.*76. *ſub n.*1. ſed etiam reſpectu temporalium, & immobilium, vt ſunt domus, vineæ, prædia, & alia huiuſmodi, ita docent Redoan. *de rebus Eccleſ. non alienand. tit. de conſtit. ann. reddit. n.*30. & 31. Virgin. Boccac. *de cenſib. p.*2. *n.*75. & *p.*3. *n.*64. Ludouic. Cenc. *eod. tract. p.*1. *c.*2. *q.*2. *art.*2. *num.*4. Azor. *inſtit. moral. p.*3. *lib.*10. *c.*7. *q.*5. Bonacin. *de contractib. diſp.*3. *q.*4. *puncto vnic. n.*11. & fuit ſæpe in Rota reſolutum, vt in multis deciſionibus relatis per Cencium *poſt dictum tract. deciſ.*27. *num.*2. & *deciſ.*36. *n.*2. & *deciſ.*28. *n.*3. & *deciſ.*40. *n.*5. Intellige reſpectu præiudicii Eccleſiæ, ſecus autem reſpectu præiudicii ipſiuſmet Clerici imponentis, licèt enim Clericus imponendo cenſum ſuper bonis Eccleſiæ non poſſit, nec Eccleſiæ, nec ſuis in dicto beneficio ſucceſſoribus præiudicare, poteſt tamen ſibimet præjudicium inferre, & propterea poterit ſuper bonis ſuæ Eccleſiæ imponere cenſum duraturum eius vita durante, vt per Redoan. *d. loco à n.*19. Felician. *de cenſib. tom.*1. *lib.*2. *c.*3. *n.*10. Velazq. de Auendaño *eod. tract. c.*77. *n.*3. *verſ. ideo aliquantulum*, & *n.*4. Cenc. *d. art.*2. *n.*11. Sed ego cum Azor. *d. q.*5. ſentio hujuſmodi cenſum repugnare diſpoſitioni *Extrauag. ambitioſæ, de rebus Eccleſiæ non alienand.* ac proinde non ita ſecurè imponi poſſe probabilius judico, quicquid prædictæ Extrauag. reſpondere nitantur Velazq. de Auend. *d. c.*77. *n.*6. & Cenc. *d. art.*2. *n.*13. & 14.

6 Quando autem cenſus fuerit impoſitus non à ſimplici beneficiato, ſed à Prælato, vel Capitulo alicuius Monaſterii abſque debitis ſolemnitatibus, licèt poſſit Capitulum, & Monaſterium declarare nullam dictam impoſitionem, quia tamen habet in ſe implicitum ſtatum validitatis, cùm non ſit nulla, niſi Eccleſia velit, Put. *deciſ.*365. *n.*5. *lib.*2. Rota *deciſ.*133. *num.*12. *p.*2. *diuerſ.* Carol. de Graſſis *de exceptionibus, except.*20. *n.*22. ſi Capitulum, & Monaſterium per aliquod tempus hujuſmodi cenſum recognouerit, & illius fructus ſoluerit, non poterit poſteà de illius nullitate opponere, vt cenſuit Rota *in Romana cenſuum*, 23. *Iunij* 1600. coram Illuſtriſſimo D. meo Cardinale Millino. Nam ſoluendo fructus dicti cenſus cenſetur nullitatem remiſiſſe, quia obſeruantia ſubſequuta videtur animum præcedentem declarare, vt in ſimili dixit Rota *in Romana cenſus*, 13. *Maij* 1596. coram Cardinale Blanchetto. Vel ſaltem emptor talis cenſus liberatur ab onere reſtituendi fructus ex eo perceptos, antequam Eccleſia declaraverit velle habere pro nullo, per ea quæ Steph. Gratian. *diſcept. forenſ. tom.*3. *c.*559. *n.*64.

7 *Nec veteres augeantur.*] Notatur ad hoc, quod dominus non poteſt augere cenſum ſubditis ſuis, vt per Beër. *deciſ.*132. *n.*2.

SUMMARIUM.

1 *Prelatus, ſeu Rector Eccleſiæ non poteſt, præſertim poſt mortem, Eccleſiam ſuam propria auctoritate conſtituere cenſualem.*

2 *Cenſus conſtitutio ſuper rebus Eccleſiæ, accedente ſuperioris conſenſu, ſucceſſores obligat.*

3 *Cenſus impoſitio ſi fiat ex decreto executoris Apoſtolici in vim literarum Apoſtolicarum, ſi in euidentem expeditarum, omnia cenſebuntur ſolemniter, & legitimè geſta.*

Cap. Præterea VIII.

1 PEnſio ſine auctoritate Epiſcopi imponi non poteſt, & ſi moriatur ille qui eam ſolvebat, non eſt amplius ſoluenda, quia ſimplices Clerici non poſſunt Eccleſias, quibus præſunt, auctoritate ſua efficere cenſuales. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Anan. Hoſtienſ. Anchar. Henric. Panorm. Viuian. *in rationali lib.*3. *juris Pontificij, pag.*393. Alagona *in compendio juris Canonici, pag.*518. remiſſiuè Ximen. *in concord. p.*1. & 2. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.*1. *Decret. lib.*3. *tit.*34. *cap.*8. & eſt poſt Concil. Lateran. ſub Alexand. III. *p.*28. *cap.*9.

2 *Epiſcopo ignorante*, &c.] Ergo accedente ſuperioris conſenſu conſtitutio cenſus ſuper rebus Eccleſiæ ſucceſſores obligat, vt per Cald. Pereira *de empt. cap.*27. *n.*6. vbi intelligit quando decretum interponitur cum cauſæ cognitione, & Epiſcopus fuit motus ex cauſa rationabili.

3 *Si Pontificis, aut alterius*, &c.] Vnde ſi impoſitio cenſus fiat ex decreto executoris Apoſtolici in vim literarum Apoſtolicarum in forma, ſi in euidentem expeditarum, omnia cenſebuntur ſolemniter, & legitimè geſta, Abb. *conſ.*41. *n.*3. Gabr. *conſ.*71. *n.*10. & 13. *lib.*2. Nicol. Intrigl. *ſuper Bulla de cenſibus, quæſt.*27. *n.*3. & *ſeq.* Rot. *deciſ.*65. *n.*1. & *deciſ.*178. *n.*2. *p.*2. *diuerſ.* & apud Ludouic. Cenc. poſt ſuum tract. *de cenſibus, deciſ.*30.

Cap. Eccleſiis IX.

1 EPiſcopus majorem exactionem imponere non debet præter Cathedraticum & alia jura, quæ habet in antiquis Eccleſiis, quamvis eriperet, & liberaret Eccleſiam de manibus laicorum. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Ananias, Butr. Hoſtienſ. Anchar. Henric. Panorm. Viuian. *in rationali lib.*3. *iuris Pontificij, pag.*394. Alagona *in compend. jur. Canon. pag.*518. remiſſiuè Ximen. *in concord. p.*1. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.*1. *Decret. lib.*3. *tit.*34. *c.*10. & eſt poſt Concil. Lateranen. *p.*2. *c.*8.

2 *Præter cathedraticum.*] De cathedratico jure vide Zerol. *in praxi Epiſc. p.*1. *verbo jus cathedraticum.* Aloyſ. Ricc. *in praxi aurea, reſol.*281. & plures alios quos refero ego ipſe *de officio, & poteſt. Epiſc. p.*3. *alleg.*86. *à num.*40.

SUMMARIUM.

1 *Pedagia noua ſine conſenſu Principis ſtatuens communione priuatur, & n.*2.

3 *Facultas imponendi vectigalia inhæret perſonæ, & oſſibus ipſius Principis, vt abſque expreſſa & ſpecifica conceſſione non cenſeatur in alium tranſlata.*

4 *Papa, Imperator, Reges, aliique ſupremi Principes ſuperiorem non cognoſcentes, poſſunt in ſuis terris vectigalia imponere abſque incurſu in excommunicationem Bullæ Cœnæ.*

5 *Reſp. libera, & perfecta, quales ſunt Veneta, Ianuenſis, & aliæ ſimiles, poſſunt vectigalia imponere.*

6 *Collectæ imponi non debent, niſi de licentia Principis.*

7 *Ciuitas per modum mutui an vectigalia, ſeu collectas imponere poſſit, remiſſiuè.*

Cap. Innouamus X.

1 PEdagiorum novas exactiones qui ſtatuere præſumit ſine conſenſu Epiſcopi, & monitus non deſiſtit, carere debet Chriſtiana communione donec ſatisfaciat. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Ananias, Butr. Hoſtienſ.

Henric.

Henric. Anch. Panorm. Viv. *in ration. lib. 3. juris Pontif. pag.* 394. Alagona *in compend. juris Canon. pag.* 581. remiſſivè Ximen. *in concord. p.* 1. deſumitur ex Concil. Lateran. ſub Alex. III. *c.* 22. & refertur ab Ant. Auguſt. *collect.* 1. *Decret. lib.* 1. *ſub tit. de treuga, & pace, c.* 2.

2 Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſumunt Ozaſc. *deciſ.* 133. *circa fin.* Socin. *conſil.* 7. *num.* 1. *vol.* 7. Petr. Antiban. *de muner. in* 2. *part.* §. *reſtat, n.* 1. Scrad. *de feudis, part.* 3. *c.* 4. *num.* 38. *& ſeq.* Camil. Borrel. *de præſtantia Regis Cathol. c.* 11. Boſſ. *in practica, tit. vectigalia qui poſſint imponere, & tit. de Principe, n.* 95. Bellacomb. *tom.* 1. *communium opin. lib.* 4. *tit.* 40. *n.* 1. *pag.* 651. Menoch. *conſ.* 302. *n.* 27. *verſ. quintò,* Mench. *illuſtr. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 1. Gregor. per text. *ibi, in l. fin. tit.* 7. *part.* 5. Joſeph. Ludov. *tom.* 3. *commun. opin. tit. de gabellis, concl. un. pag. mihi* 474. Salon. *in* 2. 2. *D. Thomæ, tom.* 2. *tit. de vectigal. art.* 3. *controverſ.* 1. Avendan. *de exequendis mand. part.* 2. *c.* 4. Molin. *de juſtit. tract.* 2. *diſp.* 666. Card. Tuſch. *lit. G, concluſ.* 1. *n.* 7. *& lit. V, concl.* 22. Cabed. *Luſit. deciſ.* 44. *num.* 10. *& deciſ.* 49. *num.* 4. *p.* 2. Cald. Pereira *quæſt. forenſ. conſil.* 28. *n.* 34. noviſſimè Bonacina *de cenſuris in Bulla Cœnæ, quæſt.* 6. Alex. Trentacinq. *variar. reſol. lib.* 1. *tit. de jure fiſci, reſol.* 5. *num.* 1. Farin. *de furtis, quæſt.* 172. *n.* 69. *& ſeq.*
3 Ordin. Reg. Luſit. *lib.* 1. *tit.* 66. § 40. *& lib.* 2. *tit.* 26. §. 13. ubi parens meus, & adeò hæc facultas imponendi vectigalia inhæret perſonæ, & oſſibus ipſius Principis, ut abſque expreſſa, & ſpecifica conceſſione non cenſeatur in alium tranſlata, Valaſc. *in l. Imperium, n.* 50. *ff. de juriſd. omnium judic.* Covar. *pract. c.* 1. *n.* 10. *ſub verſ. nona concluſio,* Socin. jun. *conſil.* 126. *num.* 2. *vol.* 2. Ozaſc. *deciſ.* 201. *n.* 12. Roland. *conſil.* 42. *n.* 32. *vol.* 2. Vincent. de Franch. *deciſ.* 275. Petr. de Gregor. *de conceſſ. feud. part.* 7. *quæſt.* 5. *num.* 4. Menoch. *de præſumpt. lib.* 3. *præſ.* 97. *num.* 41. Surd. *conſil.* 152. *n.* 34. *& conſil.* 210. *ſub n.* 58. Pereg. *de jure fiſci, lib.* 1. *tit.* 2. *n.* 74. *&* 79. *& conſ.* 1. *n.* 11. *vol.* 1. Intrigl.
4 *in cent.* 2. *feud. art.* 80. *n.* 13. *cum ſeq.* Unde Summum Pontificem, Imperatorem, Reges, alioſque ſupremos Principes ſuperiorem non agnoſcentes, poſſe in ſuis terris vectigalia imponere abſque incurſu in excommunicationem Bullæ Cœnæ, reſolvunt Tolet. *lib.* 5. *c.* 73. *n.* 1. Duard. *in Bullam Cœnæ Domini, lib.* 2. *can.* 5. *quæſt.* 5. Sayr. *de cenſur. lib.* 3. *c.* 9. *à n.* 15. Soar. *tom.* 5. *diſp.* 21. *ſect.* 2. *n.* 36. & plures, quos refert, &
5 ſequitur Bonacina *d. q.* 6. *puncto* 3. *n.* 2. *verſ. ſecundò,* ubi *in verſ. tertiò,* idem dicit de Rebuſpublicis liberis, & perfectis, quales ſunt Veneta, Januenſis, & aliæ ſimiles, de quo etiam Camil. Borrel. *de præſtantia Regis Cathol. c.* 11. *num.* 39. ubi loquitur in qualibet Republ. ſeu civitate non recognoſcente ſuperiorem, jura Regalia habere, & cum ratione, quia de civitate, quæ ſuperiorem non recognoſcit, ſicut de Principe judicandum eſt, ut notat Bart. *in l.* 1. §. *de qua, ff. de poſtul. & in l. infamem, ff. de publ. jud.* cum concordantiis traditis per Dec. *conſ.* 534. *n.* 2. Et de inferioribus habentibus jura Regalia, quod poſſint hæc vectigalia indicere, voluit, loquens de Duce Sabaudiæ, Jaſon *conſ.* 227. *vol.* 2. Ozaſc. *d. deciſ.* 155. & de Dominis Ariminen. Raphal. *conſ.* 162. quem citat Borrel. *loco pro-*
6 *ximè citato.* Et de collectis non imponendis, niſi de licentia Principis, vide Rebuff. *ad l.* 27. *ff. de verbor. ſign. pag.* 157. Menoch. *conſ.* 28. *n.* 34. *& conſ.* 32. *n.* 30. Theſaur. *deciſ.* 57. *à princ.* Azeved. *l.* 1. *tit.* 6. *lib.* 7. *nova recop.* Joan. Garc. *de expenſis, c.* 12. *à n.* 63. Melch. Phœbos *Luſit. deciſ.* 34. *n.* 12. Rota apud Farin. *dec.* 72. *p.* 1. *recent.*

7 An civitas per modum mutui vectigalia imponere poſſit? Vide Boër. *deciſ.* 60. *n.* 4. *cum ſeqq.* Rebuff. *in l. eum qui, ff. de verborum ſignif. pag.* 108. Parlad. *rerum quotid. lib.* 1. *c.* 3. Joan. Garc. *de expenſis, c.* 52. *n.* 67. Guttier. *pract. lib.* 2. *q.* 180. *n.* 29. *& p.* 4. *q.* 48. *in fin.* Bobadil. *in ſua politica, lib.* 3. *c.* 3. *à n.* 18. Flores de Mena *var. lib.* 2. *q.* 21. *n.* 45. Et an poſſint facere collectas, vide Chaſſan. *in conſuet. Burgundiæ, rub.* 13. §. 6. *verbo de Poëte, n.* 8. *&* 9. Capel. Tholoſ. *deciſ.* 347. Sylvan. *conſ.* 9. *n.* 15. *& conſ.* 32. *n.* 15. ubi tenent Univerſitates, & Communitates, quæ non habent juriſdictionem, ſed ſunt ſubditæ, & ſubjectæ ſub alio domino, non poſſe facere collectas, nec tallias imponere, quod limitat Melch. Phœbos *d. deciſ.* 34. *n.* 13. ubi adeſſet neceſſitas ſaltem gravis.

SUMMARIUM.

1 *Clerici, qui per colluſionem conſtituunt Eccleſiam cenſualem, illa privari debent.*

2 *Cenſus conſtitutio ſuper rebus Eccleſiæ, legitima & juſta cenſetur, ſi fiat pro illius utilitate, veluti ſi imponatur pro extinguendo alio cenſu majoris reſponſionis.*

3 *Colluſio eſt inter reum, & actorem occulta, & illicita pactio.*

Cap. Cùm Clerici XI.

1 Clerici qui per colluſionem conſtituunt Eccleſias cenſuales Religioſis ſine licentia Epiſcopi, ut poſt mortem Eccleſia ad præſentationem Religioſorum tranſeat ad filios, vel nepotes ipſorum, removentur ab iis Eccleſiis, poſtpoſitâ appellatione. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Anan. Hoſt. Butr. Henric. Anch. Panorm. Viv. *in rationali lib.* 3. *juris Pontif. pag.* 394. Alagona *in compendio juris Canon. pag.* 518. remiſſivè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Ant. Auguſt. *collect.* 2. *Decret. lib.* 3. *tit. de ſimonia, c.* 17. & eſt poſt Concil. Lateran. *p.* 28. *c.* 8.

2 *Conſtituunt cenſuales,* &c.] Notatur ad hoc, quod conſtitutio cenſus ſuper rebus Eccleſiæ legitima, & juſta cenſetur, ſi fiat pro illius utilitate, veluti ſi imponatur pro extinguendo alio cenſu majoris reſponſionis, ut cenſuit Rota apud Seraph. *deciſ.* 1109. *n.* 1. *p.* 2. & *in Romana cenſus de Romulis,* 8. *Iunii* 1598. coram D. Peña, habetur apud Ludovicum Cencium *in fine ſui tractatus de cenſib. deciſ.* 28. *n.* 3. *verſ. ſupradictis,* & iterum *in Romana cenſuum,* 23. *Iunii* 1600. coram Illuſtriſſ. D. meo Card. Millino, apud eund. *dec.* 29. *n.* 2.

3 In gl. *Colluſione,* ibi, *colluſio eſt inter reum, & actorem occulta, & illicita pactio.* Vide dicta *ad c. audivimus* 3. *n.* 4. *de colluſione detegenda, pag.* 299.

SUMMARIUM.

1 *Collectores ſi gravant Eccleſias, privari debent officio.*

2 *Collectarum impoſitio eſt actus juriſdictionis.*

3 *Collecta per capita, an per facultates ſit imponenda, remiſſivè.*

4 *Immunitas uni conceſſa, an alii accreſcat, remiſſivè.*

Cap. Ea quæ XII.

1 Archidiaconi non debent facere collectas per ſuos Archidiaconatus, gravando Eccleſias, vel Parochias, alioquin auferatur ab eis id, quod habent. Colligunt

Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Butr. Anan. Hoſt. Anch. Henric. Panorm. Vivian. *in ration. lib. 3. juris Pontif. pag. 394.* Alagona *in compendio juris Canon. pag. 519.* remiſſivè Ximen. *in concord. p. 2.* refertur ab Ant. Auguſt. *collect. 1. Decret. lib. 3. ſub tit. de ſimonia, c. 5.* & eſt poſt Concil. Later. *p. 2. c. 4.*

2 *Collectam.*] Circa materiam impoſitionum collectarum, vide Capel. Tholoſ. *deciſ. 348.* Joſeph. Ludov. *Peruſ. deciſ. 43.* Bellet. *diſquiſit. Cleric. p. 1. tit. de exemptionibus Clericorum, & eorumdem bonorum à muneribus publicis, §. 1.* Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. c. 196. n. 31. cum ſeqq.* Rot. apud Farin. *deciſ. 72. p. 1. recent.* ubi *n. 3.* quod impoſitio collectarum eſt actus juriſdictionis, & citat Alex. *conſil. 78. n. 8. & in fin.*

3 *lib. 6.* Socin. *conſ. 129. n. 1. circa med.* Collecta per capita, an per facultates ſit imponenda, vide Bellac. *in tom. 1. com. opin. lib. 4. tit. 39. n. 9. pag. 647.* Azeved. *l. 3.*

4 *n. 1. & 11. tit. 14. lib. 6. nova recop.* Et an immunitas uni conceſſa aliis accreſcat? Vide Aufrer. *ad Capel. d. deciſ. 348.* Azeved. *l. 2. tit. 14. lib. 6. nova recop.*

SUMMARIUM.

1 *Iuramentum recipiens de novo cenſu impoſito Eccleſiæ perſolvendo, compellitur jurantem abſolvere.*

2 *Cenſus antiquus poteſt renovari.*

3 *Novum non cenſetur quod reficitur.*

4 *Cenſus novus ille dici poteſt, de cujus impoſitionis initio non extat memoria, ſeu quod nunquam fuit impoſitus.*

5 *Iuramentum poteſt relaxari à partibus in quorum utilitatem fuit juratum.*

6 *Suſpicio oritur ex eo, quod quis alium jurare faciat.*

Cap. Significavit XIII.

Luc. III.

1 CEnſum de novo poſitum ſolvere jurans, etiam cum auctoritate Epiſcopi, huic creditores cogendi ſunt relaxare juramentum; ſi verò cenſus non fuit de novo impoſitus, & cum auctoritate Epiſcopi, tunc jurans non eſt moleſtandus ab Ordinario. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Butr. Anan. Hoſt. Henric. Anch. Panorm. Vivian. *in ration. lib. 3. juris Pontif. pag. 395.* Alagona *in compend. juris Canon. pag. 519.* remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Ant. Auguſt. *collect. 2. Decret. lib. 3. tit. 25. c. 1.*

2 *Et non de novo.*] Notatur ad hoc, quod cenſus antiquus poteſt renovari, ut per Jaſ. *in l. jus civile, n. 13.*

3 *ff. de juſt.* Novum enim non cenſetur, quod reficitur,

4 Joſeph. Seſſe *Aragoniæ deciſ. 153. n. 23.* Novus autem cenſus ille dici poteſt, de cujus impoſitionis initio non extat memoria, ſeu quod nunquam fuit impoſitus, per ea quæ Duard. *in Bul. Cœnæ Domini, lib. 2. can. 5. q. 9.* noviſſimè Bonacina *de cenſuris in Bulla Cœnæ, quæſt. 6. puncto 2. n. 2.*

5 *Eoſdem Monachos, ut Clericum,* &c.] Ergo juramentum poteſt relaxari à partibus, in quorum utilitatem fuit juratum, ut per Abb. *in c. 2. n. 3. infr. de ſponſal.* Sanch. *in præcepta Decalogi, lib. 3. c. 20. n. 4.*

6 In gloſſ. *Interdixit,* ibi, *& quia præſumptio eſt contra eos, ex eo quod ipſum jurare fecerunt.* Notatur ad hoc, quod ſuſpicio oritur ex eo, quod quis alium jurare faciat, ut per Jaſ. *in l. nemo poteſt, lect. 1. n. 44. ff. de legatis 1.* Tiraq. *de retract. convent. in præfat. n. 16. cum ſeqq.*

SUMMARIUM.

1 *Archiepiſcopus viſitans provinciam, etiam à monaſteriis provinciæ procurari debet.*

2 *Epiſcopus habet jus circa viſitationem Regularium cum jure exigendi procurationes ab ipſis viſitatis, niſi ſint exempti.*

3 *Monaſteria Regularium à ſolutione procurationis poſſunt ſe juvare conſuetudine non ſolvendi tanti temporis, cujus initii memoria non exiſtat.*

Cap. Sopitæ XIV.

MOnaſteria de jure communi debent ſolvere procurationes Epiſcopo ſecundùm facultates, quas habent, & multò magis, ſi ſolviſſent prædeceſſoribus. 1
Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Anan. Butr. Hoſtienſ. Anch. Henric. Panorm. Vivian. *in rationali lib. 3. juris Pontif. pag. 395.* Alagona *in compendio juris Canon. pag. 519.* remiſſivè Ximen. *in concord. p. 1.* refertur ab Ant. Auguſt. *collect. 2. Decret. lib. 3. tit. 35. c. 2.*

Inde utique vidimus intentionem tuam jure, &c.] 2
Notatur ad hoc, quod Epiſcopus habet jus circa viſitationem Regularium, cum jure exigendi procurationes ab ipſis viſitatis, niſi ſint exempti, ut per Menoch. *conſil. 297. n. 12.* Fr. Emman. *quæſt. Regul. tom. 2. q. 63. art. 7. verſ. quartò,* Azor. *inſt. mor. p. 2. lib. 3. c. 42. q. 2.*
Poſſunt tamen Monaſteria Regularium à ſolutione 3
procurationis, quæ datur Legatis, ſeu Nuntiis Papæ, & Epiſcopis diœceſanis ſe juvare conſuetudine non ſolvendi tanti temporis, cujus initii memoria non exiſtit, ut per Abb. *conſil. 26. à n. 5.* quem refert, & ſequitur Bellet. *diſquiſit. cleric. p. 1. tit. de bonis clericorum, §. 11. n. 15.* Procuratio autem quæ dicatur, vide Carol. Epiſcopum Novarien. *in commentariis ad c. 10. ſup. de officio Archid. n. 1.* quæ habentur inter allegationes varias pro Eccleſia S. Carolo dicata. Et de procuratione in viſitatione ab Eccleſiis præſtanda Epiſcopis, multa dixi *de offic. & poteſt. Epiſc. p. 3. alleg. 73. à n. 44.*

SUMMARIUM.

1 *Patroni etiam clerici novum cenſum Eccleſiæ imponere non poſſunt, nec veterem augere, & ſi ſuper hoc juramenta, vel cautiones exegerunt, coguntur abſolvere.*

2 *Diſpoſitio, gravamen, vel conditio in Eccleſiarum fundatione, conſtructione, vel dotatione poſita de conſenſu diœceſani valet, quamvis juri communi contradicat, non autem poſt beneficii erectionem, ut n. 6.*

3 *Conditiones, & diſpoſitiones, quæ imponi poſſint à fundatore in limine fundationis juriſpatronatus, ne Epiſcopus, aut alius ſuperior eas valeat rejicere, oſtenditur.*

4 *Conditio in limine fundationis appoſita, ut prædeceſſor eligat ſibi ſucceſſorem in beneficio, etiam nulla ſequuta Ordinarii inſtitutione, valida eſt.*

5 *Conditio in limine fundationis appoſita, ut ad beneficium ſimplex minor quatuordecim annorum præſentari poſſit, valida eſt.*

7 *Diſpoſitio in limine fundationis appoſita, ut beneficium non cauſet incompatibilitatem, valet.*

Cap.

Cap. Grauis XV.

Clem. I I I.

1 PAttronos etiam Clericos nouum cenſum Eccleſiæ
imponere non poſſe, nec augere veterem, & ſi ſu-
per hoc juramentum, vel cautiones exegerunt, cogi
abſoluere. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc.
Collect.Zabar. Joan.Andr. Butr. Anan. Hoſt. Henric.
Anchar. Panorm. Viuian. *in ration. lib.3. juris Pontif.*
pag.395. Alagona *in compend. juris Canon. pag.519.* re-
miſſiuè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord.p.1.* refer-
tur ab Ant.Aug.*collect.2.Decret.lib.3.tit.25.c.4.*

2 *Cùm Eccleſias vacare contingit.*] Ergo non in earum
fundatione, conſtructione, vel dotatione, quia tunc
valet diſpoſitio, grauamen, vel conditio cum conſen-
ſu diœceſani, etiamſi juri communi contradicant,
Zabar. *in Clem.quia contingit, n.5.de Relig. domib.* Viu.
in praxi jurispatron.p.1.lib.2.c.8. n.1. Gonzal. *ad reg.8.*
Cancel.gloſſ.5.n.47. Steph.Gratian.*diſcept. forenſ.c.522.*
ſub n.47. Campanil. *in diuerſorio juris Canon. rubr.11.*
c.13.n.350. Ita vt diœceſanus compelli poſſit ad con-
ſentiendum fundationi, in qua apponitur conditio
contra jus commune, Ioan. Ant. Maſſobr. *in ſua praxi*
habendi concurſum, prel.7. dub.8. ſecundùm Romanam
impreſſ. Ratio autem ſtatuendi huiuſmodi conditio-
nes etiam juri communi contradicentes, tantùm con-
ſtituta eſt ſuper fauore Eccleſiæ, vt ii alliciantur, &
non retrotrahantur à fundationibus, ideóque procul-
dubio illis pro arbitrio de rebus ſuis licet diſponere,
l.in re mandata, C. mandati, vt conſiderat Anchar.
conſ.129.ſub n.1.verſ.præterea quilibet.

3 Difficultas autem poteſt eſſe quæ conditiones, &
diſpoſitiones poſſint à fundatore imponi in limine
fundationis juriſpatronatus, ne Epiſcopus, aut alius
ſuperior eas valeat rejicere; & ſanè videtur ſatis tutò
firmari poſſe eas tantùm rejiciendas, quæ vel natura
impoſſibiles, ſeu quæ impoſſibilibus æquiparantur,
propter nimiam difficultatem, vel denique contra
perpetuam legum prohibitionem illas improbantium,
prout cenſuit Rot. *in vna Romana juriſpatronatus*, 31.
Maij 1613.coram Illuſtr.Card.Sacrato,vbi etiam ten-
tum fuit, cùm jus commune non repugnet quominus
Eccleſia habeat juſpatronatus, quod exerceat tanquam
patronatum laicale, ferenda erit fundatoris lex id ip-
4 ſum ſtatuentis. Et pacta in limine fundationis appoſita
ſunt ſeruanda, nec mutari debent, quamvis tunc con-
ditio adjiciatur, vt prædeceſſor eligat ſibi ſucceſſo-
rem in beneficio, etiam nulla ſequuta Ordinarii in-
ſtitutione, optimè Rot. *deciſ.530.n.3.* apud Farin. *p.1.*
recent. Lambertin. *de iurepatron. lib.1. p.1. q.9. art.1.*
n.70. & art.3. Seraphin. *deciſ.774.* Vnde licèt ſecun-
dùm diſpoſitionem Conc. Trid. *ſeſſ.23. de reform.c.6.*
nullus ante decimum quartum annum beneficium
poſſit obtinere, tamen vbi in fundatione beneficii
minor ætas deſideratur, illa ſufficiet, non obſtante di-
cta Conciliari diſpoſitione, per quam non cenſetur
fundationi aliter diſponenti derogatum, vt docent
Emman. Sà *in aphoriſmis, verbo beneficium, n.30.* Aloyſ.
Ricc.*in collect.deciſ.p.4. collect.860. verſ.tunc limita, &*
primò, Gonzal. *d.gloſſ.5.n.9.* Maſſobr.*in praxi habendi*
concurſum, requiſ.10. dub.11. n.30. ſecundùm Roma-
nam impreſſ. & *requiſ.7. dub.12.* refert ſuper hoc no-
uiſſimam S.Congreg.Concil. Trid.declarationem, &
in his terminis cenſuit Rot. *in Granaten.Capellaniæ, 12.*
Ianuarij 1607. coram Illuſtr. Cardin. Marquemontio,
5 relata apud Farin. *deciſ.194.n.1.p.2. recent.* Poſtea ve-
rò, ſcilicet extra limen fundationis fundator beneficii
non poteſt aliquid mutare, vel alterare, vt reſoluunt
Doctores citati *ad cap.ſcientes 3.ſup. hoc tit.* de quo an,
& quando verum ſit, vide latè tractantem Monet. *in*
ſuo tract.de commut. vltim. volunt.c.11.n.168. cum ſeqq.
Vnde Rot.*in vna Fauentina beneficij*, 13.*Iunij* 1614. co-
ram D.Buratto, relata apud Farin. *deciſ.561.n.1. & 2.*
p.2. recent. tenuit patronum poſſe in limine erectionis 6
juriſpatronatus apponere conditiones etiam contra
jus, ſecus quando beneficium eſt erectum, quia tunc
nec etiam de conſenſu Epiſcopi poteſt. Et eadem Rot.
apud eundem *deciſ.758.d.p.2.recent.* cenſuit quod fun-
dans juſpatronatus cum conditione, quod præſentari
debeat aliquis de familia ipſius, non cenſetur voluiſ-
ſe ſibi ligare manus quoad præſentationes ab ipſo fa-
ciendas, itavt non poſſit extraneum præſentare, quia
non eſt veriſimile, quod voluerit ſibi ligare manus.
Menoch. *de præſumpt lib.3. præſumpt.44.* tum quia in
generali diſpoſitione ſemper intelligitur excepta per-
ſona loquentis, Gabr. *concl.9.de verbor.ſignif.* Surd.*con-*
ſil.47. num.20. & 21. ſimiliter licèt Canones vbique 7
damnent pluralitatem beneficiorum, tamen quia id
non habet perpetuam prohibitionem à iure naturæ,
ſed dumtaxat à poſitiuo, & penitus in hac parte varia-
bili, *cap.præterea, & cap.de multa, de præbend.* toleran-
da erit lex contraria fundatione appoſita, vt firmatum
fuit *in Valliſoletana Archidiaconatus*, 19. *Nouembris*
1616. coram R.D.Coccino Decano.

SUMMARIUM.

1 *Procurare fratres alicuius domus qui tenetur, obliga-
tur ad procurandum omnes, licèt illorum numerus
nunc creuerit, ſed ſi ex hoc grauaretur nimium,
per judicis officium ſibi prouidebitur.*

2 *Debitum, ſeu onus rei, vel perſonæ promiſſum, vel
debitum, auctis rebus, vel perſonis, quibus onus
debetur, non augetur.*

3 *Augmentum per viam vnionis, & eandem rem con-
ſtituens, omnes qualitates rei, cui vnitur, ſuſcipit.*

4 *Augmentum eſt eiuſdem naturæ atque id, cui ad-
ditum eſt.*

5 *Princeps poteſt donationem, vel conceſſionem ab alio
factam modificare.*

6 *Iudex poteſt moderari conceſſionem, & inæqualita-
tem ex poſt facto ſuperuenientem ad modum iuſtæ
exactionis reducere.*

7 *Piſtor, vel furnarius, ſi conueniant pro parua penſio-
ne coquere panes pro tota familia, quæ poſtea ni-
mium creuit, an teneatur pro modo familiæ, quæ
extabat tempore conuentionis, an etiam pro illa,
quæ poſtea aucta fuit, oſtenditur.*

8 *Læſionis in probatione non debet conſiderari tempus
contractus in actibus ſucceſſiuis reſpicientibus
etiam futura tempora.*

Cap. Quanto XVI.

Innoc. III.

CEnſus, ſeu procuratio indeterminata ſoluenda 1
aliis vbi de conſenſu patroni in fundatione im-
ponitur, non debet creſcere, ſed ſecundùm modum
ſolitum ſolui, niſi facultates Eccleſiæ ita notabiliter
creuerint, vt non eſſet grauamen ſoluere majorem
procurationem ad fratrum numerum ampliandum.
Colligunt ex Ordin. Abb.antiq.Innoc.Collect.Zabar.
Joan.Andr.Butr.Anan.Hoſt.Anchar.Henric.Panorm.
Viuian. *in rationali lib.3. iuris Pontif. pag.396.* Ala-
gona *in compend. juris Canon. pag.518.* remiſſiuè
Caſal.

Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 3. *Decretal. lib.* 3. *tit.* 37. *cap.* 1.

2 *Indulgemus igitur*, &c.] Ergo debitum, ſeu onus rei vel perſonæ promiſſum, ſeu debitum, auctis rebus vel perſonis, quibus onerosum debetur, non augetur,
3 vt per Duen. *reg.* 164. Augmentum enim per viam vnionis, & eandem rem conſtituens, omnes qualitates rei, cui vnitur, ſuſcipit, Ioſeph. Seſſe *Aragonia de-*
4 *ciſ.* 25. *n.* 104. *&* *deciſ.* 64. *n.* 29. Et augmentum eſt eiuſdem naturæ ac id, cui additum eſt, Tiraq. *de retractu lign.* §. 1. *gloſſ.* 18. *n.* 51. idem Ioſeph. Seſſe *deciſ.* 124. *n.* 28. Ego ipſe *in tract. Axiom. juris vſufreq. Axiom.* 34. *num.* 1.

5 *Situs vlterius*, &c.] Ergo Princeps poteſt donationem, vel conceſſionem ab alio factam modificare, vt per Palat. *in repet. rubr. de donat. inter virum, & vxorem*, §. 69. *n.* 14. qui ad hoc hunc text. dicit mirabilem, & hactenus non cognitum ab alio. Vnde per hunc
6 text. & *l. cùm quidam* 17. *in princ. ff. de vſuris*, poſſe iudicem conceſſionem moderari, & inæqualitatem ex poſtfacto ſuperuenientem ad modum juſtæ exactionis reducere, tenent Maſcard. *de probat. concluſ.* 696. Theſaur. *deciſ.* 226. Gaſp. Roderic. *de annuis redditib. lib.* 2. *q.* 15. *n.* 95. ex quo aiunt Doctores principium accepiſſe praxim receptiſſimam, vt penſiones exceſſiuæ ad juſtum modum reducantur, ſi fructus beneficii ita ex poſtfacto fuerint diminuti, vt congrua portio beneficiario non relinquatur, vt per Rebuff. *de pacificis poſſeſſ. n.* 141. Gig. *de penſionib. q.* 5. *num.* 4. *&* *q.* 35. *num.* 5. Marcheſan. *de commiſſion. p.* 1. *cap.* 14. *num.* 2. & poſt Mandoſium Nicol. Garc. *de benefic. p.* 1. *c.* 6. *à num.* 400.

7 *Sed expenſis, quæ conſueuerunt*, &c.] Auctoritate huius text. dicebat Palaus *q.* 48. quod ſi piſtor, vel furnarius, aut ſimiles conueniant pro parua penſione coquere panes pro tota familia, quæ poſtea nimium creuit, non tenentur niſi pro modo familiæ, quæ extabat tempore conuentionis, idémque in molendinario, vel barbitonſore, & ſimilibus, cum quibus ſimiles conuentiones fieri frequens eſt, eadem ratione reſoluunt omnes, qui Palaum ſequuntur, latè proſequitur Iaſon *in l. quominus*, *ff. de fluminib. à n.* 155. Albert. Brun. *de augmento, concl.* 10. Tiraq. *de retractu lign.* §. 4. *gloſſ.* 1. *n.* 5. Padil. *in l. non modus, per text. ibi, C. de ſeruit.* Theſaur. *deciſ.* 226. Gaſp. Roderic. *de annuis redditib. lib.* 2. *q.* 15. *num.* 95. Card. Tuſch. *tom.* 3. *lit. E, concluſ.* 696. Valaſc. *conſ.* 58. *à num.* 4. Bobadil. *in ſua politica, lib.* 3. *c.* 4. *num.* 28. Morl. *in emporio juris, p.* 1. *tit.* 2. *q.* 9. *num.* 2. *in fine.* Hincque notare ſolent Doctores, argum. text. *in l. vxorem* 39. §. *teſtamento, il* 1. *ff. de legatis* 3. quod vbi ad ſucceſſionem majoratus vocatur filius major primogenitus, vel proximior, de eo debet intelligi, qui tempore teſtamenti primogenitus major, aut proximior erat, non verò de illo, qui tempore mortis, vel declaratæ ſucceſſionis major, aut proximior reperitur, vt ſæpe repetit Menoch. *conſ.* 97. *n.* 70. *&* 72. *&* *conſ.* 106. *n.* 61. *cum multis ſeqq.* pleniùs multis adductis Velaſquez de Auendaño *ad l.* 40. *Tauri, gloſſ.* 18. *n.* 29. Hinc denique ſi alicui concedatur, vt in nemore ligna cædat pro ſe, & familia ſua, & multis liberis relictis decedat, non poſſunt ſinguli pro familiis ſuis ligna cædere, ſed omnes illud tantum, quod pater poterat, vt reſoluunt Dyn. Albert. & alii per text. *ibi, in l. cui fundus, in fine, ff. de condit. &* *demonſtrationibus*, Iaſ. *in dicta l. quominus, num.* 143.

8 Notatur etiam hic text. ad hoc, quod in probatione læſionis non debet conſiderari tempus contractus in actibus ſucceſſiuis reſpicientibus etiam futura tempora, vt per Maſcard. *de probat. concl.* 960. *n.* 8. qui hunc text. dixit notabilem.

SVMMARIVM.

1 *Legatis, ſeu Nuntiis Sedis Apoſtolicæ omnes Eccleſiæ procurare tenentur, niſi ab hoc per priuilegium Apoſt. ſint exemptæ, nec in hoc præſcriptione juuantur.*

2 *Legatis, ſeu Nuntiis, vel Viſitatoribus Apoſtolicis, qui mittuntur ad viſitandum alienas Eccleſias, prouidendum eſt de procuratione.*

3 *Eccleſia à procurandis Legatis Sedis Apoſtolicæ an & quando per priuilegium ejuſdem Sedis ſint exemptæ, remiſſiuè.*

4 *Procuratio non poteſt præſcribi.*

5 *Eccleſia Romana non ſolet aliquem priuilegiare contra ſe.*

6 *Epiſcopus, aut quivis alius, qui Eccleſias, & Clericos viſitat, non debet à pauperibus Clericis procurationem exigere.*

7 *Epiſcopus viſitando tenetur impendere de proprio, quando Rector Eccleſiæ eſt pauper, & Eccleſia indiget.*

8 *Clericus pauper non debet grauari in exhibenda procuratione.*

Cap. Cùm inſtantia XVII.

Eccleſiæ omnes tenentur ſoluere procurationes Legatis, & Nuntiis Sedis Apoſtolicæ ſine exceptione, niſi ex ſpeciali priuilegio eiuſdem Sedis liberentur, nec valet præſcriptio contra procurationem. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Butr. Anan. Anch. Hoſt. Henric. Panorm. Viu. *in ration. lib.* 3. *juris Pontif. pag.* 396. Alagona *in compendio juris Canon. pag.* 520. remiſſiuè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Ant. Auguſt. *collect.* 3. *Decret. lib.* 3. *tit.* 37. *c.* 2. 1

Legatis, & Nuntiis Sedis Apoſtolicæ, &c.] Notatur ad hoc, quod Legatis, vel Nuntiis, ſiue Viſitatoribus Apoſt. qui mittuntur ad viſitandum alienas Eccleſias, prouidendum eſt de procuratione, vt per Hoſt. *in cap. procurationes, n.* 2. *hoc tit.* Bellet. *diſquiſit. Cleric. p.* 1. *tit. de bonis cleric.* §. 11. *n.* 12. 2

Niſi fortè per ſpeciale priuilegium, &c.] An, & quando per priuilegium Sedis Apoſt. Eccleſiæ à procurandis Legatis eiuſdem Sedis ſint exemptæ, vide Azor. *inſtit. moral. p.* 2. *lib.* 3. *c.* 12. 3

Cùm in talibus præſcriptio ſibi locum, &c.] Notatur ad hoc, quod procuratio non poteſt præſcribi, vt per citatos *ad cap. cùm ex officij, de præſcript.* Paul. Fuſch. *de viſit. lib.* 1. *c.* 1. *n.* 16. Zerol. *in praxi Epiſcop. p.* 1. *verbo Viſitatio*, §. 6. *dub.* 8. Azor. *d. c.* 42. *q.* 13. vbi *q.* 4. reſoluit quod poteſt præſcribi per longiſſimam præſcriptionem, cuius initium memoriam hominum ſuperat, allegatam in vim priuilegii. 4

In gloſſ. *Non credimus*, ibi, *Romana Eccleſia non ſolet aliquem priuilegiare contra ſe.* Vide Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel.* §. 2. *proœm. n.* 19. 5

In gloſſ. *Prægrauari*, ibi: *Imò à paupere non debet exigere.* Notatur ad hoc, quod Epiſcopus, aut quiſquis eſt, qui Eccleſias, & Clericos viſitat, non debet à pauperibus Clericis procurationem exigere, vt per Tiraq. *de nobilit. c.* 29. *n.* 43. Et Epiſcopus viſitando tenetur impendere de proprio, quando Rector Eccleſiæ eſt pauper, & Eccleſia indiget, Surd. *de aliment. tit.* 4. *q.* 22. *n.* 6. quia Clericus pauper non debet grauari in exhibenda procuratione, Abb. *hic, num.* 7. *& in cap.* 6 7 8

c. procurationes, etiam *n.7. infr. hoc tit.* Bellet. *d.* §. 11. *n.*8. ubi etiam, quod ſi Eccleſia ſit pauper, & Clericus Rector non habeat pro ſeipſo, tenetur Epiſcopus viſitando ſibi de proprio providere, quia ad hunc effectum habet redditus Epiſcopales, & citat Hoſtienſ. *hîc, n.5. & 6. & in c.1.* §. *procurationes*, *n.44. hoc tit. lib.6.* & Archid. *ibi, n.21.*

SVMMARIVM.

1 *Debitum ex voto, ſi ad unicam menſuram ſolvi ſolet, ad illam impoſterum ſolvi debebit, ſi verò ad diverſos, liberabitur, ſi ſolverit ad minorem.*

2 *Vovens ſe daturum alicui Eccleſiæ, vel pauperibus annuatim unam menſuram grani, non determinando de qua menſura, obligatur ad minimam.*

3 *Declaratur textus in præſenti.*

4 *Tributum de quo agit hic text. à Ramiro Rege communi Hiſpanorum voto promiſſum fuit D. Iacobo, ob partam de Mauris divinitus victoriam apud Clavigium.*

5 *Votum an, & quando obliget ſucceſſores, oſtenditur.*

6 *Dubius, etiam adhibitâ ſufficienti diligentiâ, de voto à ſe emiſſo non tenetur.*

Cap. Ex parte XVIII.

1 Vota ſolvere ſoliti ad unam, & eandem menſuram, non poſſunt illam variare; qui verò ad varias, & diverſas menſuras, poſſunt ſolvere, ſi volunt, ad minorem illarum, & non ſunt cogendi ad majorem, quia cùm vota fuerint gratioſa, ab initio ſunt benigniùs exigenda ab Eccleſiis, ne temporalibus lucris inhiare videantur. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Anan. Hoſt. Anch. Henric. Butr. Panorm. Viv. *in ration. lib.3. juris Pontif. pag.*397. Alagona *in compend. juris Canon. pag.*520. remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.1. & 2.* refertur ab Ant. Auguſt. *collect.3. Decret. lib.3. tit.37. cap.7.*

2 Collige ex text. quod vovens ſe daturum alicui Eccleſiæ, vel pauperibus annuatim unam menſuram grani, non determinando de qua menſura, obligatur ad minimam menſuram tradendam; agitur enim *in præſenti* de voto ſolvendo Divo Jacobo, & ejus miniſtris unius menſuræ tritici, & decernitur intelligi de minima, quando generalis conſuetudo aliud non explicaret, in quo contrariari videtur diſpoſitioni text. *in l. Titia teſtamento* 49. §. *Seja, ff. de auro, & argento legatis*, ubi habetur in legato ſic incerto latiſſimam interpretationem eſſe faciendam, quando eſt ad cauſam piam, cenſerique relictam rem cæteris pretioſiorem: de qua concluſione, & cum *d. l. Titia*, conciliatione multa tradunt ad varia explicantes, ultrò ſcribentes *in præſenti*, Cov. *in c. indicante, n.4. de teſtam.* Menoch. *de præſumpt. lib.6. præſ.*106. *num.5. & 33.* Valent. 2. 2. *diſp.6. q.6. punct.4. q.3.* Molin. *de juſt. tract.2. diſp.*198. *col.5.* Azor. *inſt. mor. p.1. lib.11. c.20. q.10.* Soar. *de Relig. tom.2. tract. de voto, lib.5. c.7. n.8. cum ſeqq. & c.11. num.7.* Sayr. *in clavi Regia, lib.6. c.8. n.1. cum ſeqq.* Marc. Ant. Genuenſ. *in pract. Eccleſiaſt. q.*153. latè, & eleganter Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.3. lib.4. c.13. à n.6. cum ſeqq.* noviſſimè Barth. à S. Fauſto *in theſauro Religioſorum, lib.1. q.23. n.7.*

3 In primis ex ſupradictis Doctoribus Covar. & Menoch. intelligunt hujus text. deciſionem procedere in voto ex benigna Pontificis interpretatione, ne clerici lucris temporalibus inhiare videantur, & *d. l. Titia*, agere de legato incerto, cujus latiſſima interpretatio eſt facienda, & quando eſt ad cauſam piam, cenſetur relicta res cæteris pretioſior: verùm Hoſt. *in præſenti, n.4.* Joan. Andr. *n.3. in fine*, Butr. *n.3.* Zabar. *n.2. not.5.* Abb. *n.4.* & Anch. *n.3. & 5.* Valent. Molin. Azor. & Sanch. *dictis locis*, optimè reſpondent inter unam, & alteram deciſionem elegantem dari diſcriminis rationem, quia in legatis interpretatio fit contra hæredem, & non contra ipſummet teſtatorem, qui liberè reliquit, & ideò nil mirum, ſi latè fiat; at verò in voto fit interpretatio contra ipſummet voventem, qui liberaliter promiſit; & ideò mitior eſſe debet interpretatio, tum ne Eccleſia videatur eſſe ſollicita de temporalibus lucris, & commodis: tum etiam ne cæteri à munificentia in Eccleſiam avocentur; tum denique, quia votum eſt ſtrictè interpretãdum, ita ut in quãnum fieri poſſit minus obliget, ut docent Sanch. *d. lib.4. c.11. n.3.* & Azor. *d. c.20. q.1.* Unde ſi dubium eveniret quoad qualitatem rei, ſcilicet triticum, ſi vovens dare teneretur, ſatis eſſet dare triticum bonum, nec teneretur dare melius, aut optimum: imò ſatis eſſet quæcunque qualitas, etiamſi infima ſit, ut benè docent Valent. *d. punct.4. q.3.* Sayr. *d. c.8. n.1. verſ. hinc*, Sanch. *d. c.13. n.9.* ubi *n.10.* limitat principalem text. concluſionem ſuprà deſumptam, ut intelligatur de minimo ſolvendo, quod continetur in re promiſſa, & *n.11.* pariter limitat, niſi aliqua ſit ratio ſuadens veriſimilius eſſe mentem voventis præſumi fuiſſe obligandi ſe ad menſuram majorem, aut rem pretioſiorem tradendam: & *n.13.* cum Azor. *d. c.20. q.10.* reſolvit promittentem Calicem Eccleſiæ, non ſatisfacere dando ex minima materia, nempe ærea, vel lignea, ſed teneri dare argenteum, vel aureum, quia intelligitur promiſſus Calix cultui divino aptus, qualis eſt ſolus argenteus, vel aureus: & *n.14.* tenet voventem abſolutè caſtitatem non ſatisfacere ſola caſtitate conjugali: & *n.15.* quærit quid dicendum de voto dandæ eleemoſynæ.

Qui vota B. Iacobi, &c.] Tributum hoc, de quo 4
agit hic text. à Ramiro Rege communi Hiſpanorum voto (unde forſan nomen aſſumpſit) promiſſum fuit D. Jacobo, ob partam de Mauris divinitus victoriam apud Clavigium, ubi Apoſtolus ipſe (ſicut pridie Regi illi noctu dormienti per viſum prædixerat) belligerans, hoſteſque cædens, conſpicuus viſus eſt eques in acie, refert Parlad. *rer. quotid. p.1.* §. 8. *n.2.* Et de hoc voto apud Caſtellanos agit *l.5. tit.9. lib.1. nova recop.* & voti formam refert Ambroſius de Morales *en la cronica general de Eſpaña, tom.1. lib.9. c.7. fol.*237. *verſo*, ibi: *Por eſte ordenamos, que en todos los lugares que Dios fuere ſervido librar del poder de los Moros con el nombre, è appellido del Apoſtolo Sanctiago, votamos que ſe guarde ſiempre el dar en cada un año à manera de primicias de quanta junta de tierras una medida de la mayor mies, que en ella ſe cogiere, è lo miſmo del vino, para el mantinimiento de los Canonigos, que reſiden, y ſierven la Igleſia de Sanctiago, &c.*

Illud advertere oportet, votum ſcilicet S. Jacobi, de 5
quo agit hic text. tanquam reale tranſire in ſucceſſores, eoſque obligare, ut aperiè colligitur ex hoc text. cujus auctor eſt Innoc. III. cùm à tempore voti emiſſi, quod fuit *anno* 834. uſque ad ejus Pontificatum tranſacti ſint plus trecenti anni, & jam tunc omnes votum emittentes mortui erant, & ita neceſſariò agitur hîc de ſucceſſoribus hujuſmodi vota emittentium, quos Pontifex vult obligari ad id, quod anteceſſores ratione votorum ſolvere conſueverunt, ex eo fortè, quia emittentes dumvixerant, pro ſolutione prædictarum menſurarum omnia bona, tam acquiſita, quàm acqui

acquirenda liberè obligarunt, in ſuſtentationem Canonicorum Compoſtellæ civitatis, ut colligitur ex forma voti, quam ſuprà ex Ambroſ. de Morales retuli, & deinde prædia ab illis poſſeſſa cum prædicto onere ad ſucceſſores tranſmittuntur pro alimentis, juxta gloſſ. *in l. fin. §. 1. de contrah. empt.* Cov. *in c. Raynutius*, §. 10. *n.* 8. *ad fin. de teſtam.* Gam. *Luſit. deciſ.* 13. *n.* 2. Lara *in l. ſi quis à liberis*, §. *utrùm*, *n.* 33. *ff. de liberis agnoſc.* tum quia hujuſmodi votum factum fuit nomine totius populi, in quo caſu ſucceſſores obligat, ut arg. *l. proponebatur, ff. de jud.* agens de hoc voto dicit Greg. *l.* 5. *verbo ſus' bivos, tit.* 15. *p.* 2. tum denique quia hujuſmodi votum à majoribus emiſſum ſucceſſores obligat, Parlad. *d.* §. 8. *n.* 2. & alia vota an & quando ſucceſſores obligent, vide Henriq. *in ſum. lib.* 5. *c.* 16. §. 4. *lit. H*, Soar. *d. lib.* 4. *c.* 9. *n.* 6. *cum ſeqq.* Fr. Emman. *qq. Regul. tom.* 2. *q.* 70. *art.* 1. D. Barboſ. *ad l. proponebatur, n.* 34. *ff. de jud.* Bernard. Grævæ. *ad pract. Camer. Imper. lib.* 1. *concl.* 27. Sanch. *d. lib.* 4. *c.* 15. *à n.* 14. ubi *n.* 19. reſolvit obligationem vota ſervandi tranſire in ſucceſſores, vel in ratione legis à populo prædeceſſore ſtatutæ, vel in ratione cujuſdam pacti, cujus obligatio tranſit ad ſucceſſores.

6 In gloſſ. *Super caſus poſitione*, in fine, ibi, *in dubiis licere ſequi, quod libuerit.* Notatur ad hoc, quod dubius, etiam adhibitâ ſufficienti diligentiâ, de voto à ſe emiſſo non tenetur, ut per Fr. Emman. *in ſum. tom.* 2. *c.* 99. *n.* 5. Henriq. *in ſum. lib.* 11. *de matrim. c.* 11. *n.* 5. *& de Euchariſtia, c.* 45. §. 3. *lit. P*, Sot. Medin. Ludov. Lopez, & alios, quos refert, & ſequitur Sanch. *de Matrim. lib.* 2. *diſp.* 9. *n.* 11. *& lib.* 2. *diſp.* 41. *n.* 32. *& in præcepta Decalogi, lib.* 1. *c.* 10. *n.* 36. *& lib.* 4. *c.* 1. *n.* 36. & ultra per illum citatos addo Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. tom.* 2. *lib.* 18. *n.* 76. Moure *in medulla caſuum conſcient. p.* 1. *c.* 6. §. 2. Rebel. *de oblig. juſtit. p.* 2. *lib.* 1. *q.* 3. *ſect.* 2. *n.* 10. *&* 11. Villalob. *tract. de conſcient. diffic.* 21. latè Joan. Sanct. *in ſelectis & pract. diſput. diſp.* 43. *à princ.* Quamvis contraria opinio, imò quod dubitans, an votum voverit, aut non, ad aliud obſervandum teneatur, improbabilis non ſit, quam quidem ſequuntur D. Thom. *in.* 4. *diſt.* 38. *q.* 1. *art.* 3. *quæſtiunc.* 1. *ad* 6. Cordub. *in ſumma caſuum, q.* 147. Nav. *ſub tit. de voto, conſ.* 26. *n.* 2. *in novis*, Gabr. Vaſq. 1. 2. *diſp.* 65. *c.* 3. Azor. *inſt. moral. p.* 1. *lib.* 11. *c.* 15. *q.* 2. Sayr. *in clavi Regia, lib.* 1. *c.* 13. *n.* 36. Salas 1. 2. *q.* 21. *tract.* 8. *diſp. un. ſect.* 17. *num.* 162. *& ſect.* 25. *n.* 252. *& ſeq.* Angel. Tabien. & Sylveſt. quos refert, & ſequitur Barth. à S. Fauſto *d. q.* 23. *in princ.*

SUMMARIUM.

1 *Eccleſia tenentur Epiſcopo, in cujus diœceſi ſunt, reſpondere de procurationibus, de quarta decimarum, & aliis Epiſcopalibus.*

2 *Confinium probationes poſſunt fieri per famam, & aſpectum, lapides, ac literas in lapidibus terminorum ſcriptas.*

3 *Iuriſdictionis exercitium arguit fines eſſe illius territorii, cujus judex jus dicit.*

4 *Scripturam producens videtur approbare, & confiteri omnia in ea contenta.*

5 *Contractus eſt totus approbandus cum ſuis qualitatibus, & cauſis, aut totus reprobandus.*

6 *Inſtrumentum dicitur expreſsè probare non id ſolùm, quod directè, ſed quod indirectè ex eo colligitur.*

7 *Expreſſum ubi aliquid requiritur ſimpliciter, ſufficit quod tantùm intelligatur ex mente, & identitate rationis.*

8 *Verba enuntiativa in pluribus inſtrumentis antiquiſſimis inter alios ſcripta, in quibus enuntiatur aliquem locum eſſe de juriſdictione, vel diœceſi, aut diſtrictu, plenè probant non ſolùm confinia, ſed etiam dominium, & poſſeſſionem rerum particularium.*

9 *Verba enuntiativa ſi proferantur in re minima benè probant.*

10 *Confinibus antiquis in probandis non ſunt omninò neceſſariæ exactæ probationes, ſed leves, & conjecturales ſufficiunt.*

Cap. Cùm olim XIX.

Eccleſia eo ipſo, quod eſt in territorio diœceſis Epiſcopi, debet ei reſpondere de procurationibus, de quarta decimarum, & aliis Epiſcopalibus; & eo ipſo quod quis impugnat, v. g. compoſitionem, non debet ex ea aliquod commodum reportare. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Butr. Anan. Hoſt. Henric. Anch. Panorm. Viv. *in ration. lib.* 3. *juris Pontif. pag.* 398. Alagona *in compend. juris Canon. pag.* 521. remiſſive Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 3. *Decret. lib.* 3. *tit.* 37. *c.* 4. 1

Non ſolùm per alia, verùm etiam, &c.] Circa probationes confinium, quod poſſint fieri per famam, & aſpectum, lapides, ac literas in lapidibus terminorum ſcriptas, vide Sylvan. *conſ.* 57. *n.* 7. *cum ſeqq.* Greg. *l.* 2. *tit.* 18. *p.* 3. *& l.* 10. *verbo moyones, tit.* 15. *p.* 6. Bonacoſ. & Mich. Graſſ. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 3. *tit.* 26. *n.* 1. *cum ſeqq. & tom.* 2. *lib.* 7. *tit.* 2. *n.* 137. *pag.* 232. Cott. *in memor. verbo antiquitas*, Valaſc. *de jure emphyt. q.* 9. *n.* 21. Menoch. *conſ.* 21. *n.* 16. *cum ſeqq.* Maſcard. *de probat. concl.* 393. *cum ſeqq. & concl.* 753. *n.* 46. Azeved. *l.* 3. *n.* 35. *cum ſeqq. tit.* 7. *nova recop.* Valdeſ. ad Xuar. *c.* 21. *pag.* 84. In confinium namque probatione, quæ ſunt difficilis probationis, attenduntur adminicula, Rota apud Farin. *deciſ.* 334. *n.* 1. *p.* 2. *recent.* cum aliis citatis *in c. cùm cauſam, de probat.* 2

In tua ſunt diœceſi.] Notatur ad hoc, quod exercitium juriſdictionis arguit fines eſſe illius territorii, cujus judex jus dicit, ut per Menoch. *conſ.* 21. *n.* 10. Brun. *conſ.* 34. *n.* 16. Joan. Franc. de Ponte *conſ.* 51. *n.* 4. *&* 5. Nav. *quæſt. forenſ. q.* 162. *n.* 7. *lib.* 1. juriſdictio enim ineſt toti territorio, ſicut nebula in tota palude, Balb. *in l. Imperium, ff. de juriſd. omnium judic.* Abb. *in c. ſi diligenti, not.* 2. & *ibid.* Felin. *de præſcr.* Pariſ. *conſ.* 16. *n.* 21. *vol.* 4. Curt. jun. *conſ.* 41. *n.* 9. *& conſ.* 158. *n.* 24. *& conſ.* 184. *n.* 8. Hinc locus illius eſſe præſumitur, qui juriſdictionem in loco exercet, Abb. *conſ.* 62. *num.* 18. *vol.* 2. Maſcard. *de prob. concl.* 395. *n.* 33. vel in eo onera imponit, & exigit, Balb. *in l. data opera, n.* 28. *C. qui accuſare non poſſ.* qui ait, quod bona eſt ratio teſtis deponentis, quod locus ſit de aliquo territorio, ſeu juriſdictione, ſi dicit quod vidit homines illius loci ſolvere collectas, ſequitur Marſil. *in rub. C. de prob. n.* 256. tradit Brun. *d. conſ.* 34. *in fine*, Natt. *conſ.* 672. *n.* 4. *&* 5. Corn. *conſ.* 185. *n.* 4. *vol.* 3. loquens de præſcriptione decimæ, quæ probat locum eſſe de territorio, Jaſ. *conſil.* 166. *n.* 2. *vol.* 4. Maſcard. *concl.* 946. *in princ.* 3

Abſonum erat præterea, &c.] Notatur ad hoc, quod ſcripturam producens, videtur approbare, & confiteri omnia in ea contenta, ut per Surd. *deciſ.* 267. *à n.* 1. *& deciſ.* 199. *n.* 6. *& deciſ.* 229. *n.* 6. Burg. de Pace *conſ.* 3. *n.* 9. Azeved. *l.* 3. *n.* 14. *cum ſeqq. tit.* 5. *lib.* 4. *nova recop.* Menoch. *de præſumpt. lib.* 2. *præſ.* 45. *& conſ.* 332. *n.* 29. Maſcard. *de probat. concl.* 368. *n.* 9. *& concl.* 915. Glorit. *reſp.* 12. *n.* 43. 4

Notatur

6 Notatur etiam ad hoc, quod contractus aut totus approbandus cum ſuis qualitatibus, & cauſis, aut totus reprobandus, ut per Tiraq. *de retractu convent. ad finem tituli, num.5.*

7 *Probat expreſsè.*] Notatur ad hoc, quod inſtrumentum dicitur expreſsè probare non id ſolùm, quod directè, ſed & quod indirectè ex eo colligitur, ut per Tiraq. *de jure mariti, gloſſ.7. num.177. cum ſeqq.* Xuar. *in l.poſt rem judicatam,ſuper leges Regni, ampl.2. num.5. col.2.* Et expreſſum ubi aliquid reperitur ſimpliciter, ſufficit quod tantùm colligatur ex mente, & identitate rationis, ut per Bernard. *reg.275.* Surd. *deciſ.254. num.40.& deciſ.255. num.23.* Joseph. Seſſe *Aragonia deciſ.65. num.31.*

8 In gloſſ. *Inſtrumentis*, ibi, *licèt illa ſcriptura principaliter facta ſit ob aliud.* Notatur ad hoc, quod verba enuntiativa in pluribus inſtrumentis antiquiſſimis, inter alios ſcripta, in quibus enuntiatur aliquem locum eſſe in juriſdictione, vel diœceſi, aut diſtrictu, plenè probant non ſolùm confinia, ſed etiam dominium, & poſſeſſionem rerum particularium, ut per Hieron. de Monte *de finib. reg. cap.60. num.3.* Burſat. *conſ.235.num.47.vol.3.* Valaſc. *de jure emphyt.quæſt.9. num.21.& 22.* Nicol.Gen. *de verbis enuntiativis, lib.2. quæſt.1.num.74.* Mich.Graſſ. *tom.1. commun.opin.lib.3. tit.26. num.3.* Sylvan. *conſil.57.n.8.* Mar. Anton. *var. reſol.lib.1.reſol.80.num.3.* Monach. *conſ.21. num.17.& conſ.147.num.3.11.& 12.& de præſumpt. lib.2.præſ.45. ſub num.17.* Maſcard. *de probat.concl.106.107.& 393. num.4.* aliàs *394. num.2.& concl.621.n.15.* Rot.apud Farin. *deciſ.587. num.1. in 1. collect. noviſſ.* & iterum *deciſ.683.à num.3.p.1.recent.* poſt Cravet.Dec. Barbat.

9 Natt. Ruin. Pariſ. & plures alios noviſſimè Octav. Glorit. *reſponſ.10.num.33.* Et ſi verba enuntiativa proferantur in re minima, bene probant, prout ex hac gloſſ. obſervat Felin. *in cap. nonnulli, num.41. ſupr.de reſcript.* Tiraq. *de judicio in rebus exigend. verſ. 89. pag.78.* Maſcard. *concl.621.num.48.* Prout etiam probant ubi alia concurrunt adminicula, licèt de enuntiato ſit quæſtio, Mancin. *de juram. p.4. effectu 15. num.4.* Fab. de Anna *conſ.88. num.31.* Nicol. Genoa *in tract. de verbis enuntiat. lib.1. quæſt.41. num. 4.* Vel ubi enuntiatio eſt geminata in diverſis actis, Anguil. *conſ.29. num.146.* Nicol. Genoa *d.quæſt.4. num.30.* ubi plures refert, ſicut etiam probant contra enuntiantem, Menoch. *conſ.812.num.3.* Surd. *conſ.546.num.7.* plures apud Genoa *d.quæſt.4.num.103.* Regulariter tamen non probant enuntiatum, quando de eo principaliter diſputatur, Panor. *conſ. 96. num.8.* Menoch. *conſ.81. num.23.& conſ.260. num.11.* à Ponte *conſ.30. num.14. & 15. & conſ.95. n.14.* Brunor. à Sole *q.22. num. 63.* Cornaz. *Lucenſi deciſ. 212. num.8.* Ozaſc. *deciſ.76. num. 12.* Sfort. Odd. *conſ.64. num.2.* Surd. *conſ.5. num. 16.* Carol. Bardel. *conſ. 49. num. 10. & conſ.54. num.16. vol.1.*

10 Notatur etiam ad hoc, quod in probandis finibus antiquis, hoc eſt, qui per multos, & multos annos fuerunt obſervati, non ſunt omninò neceſſariæ exactæ probationes, ſed leves, & conjecturales ſufficiunt, ut per Menoch. *conſ.147.num.1.* & ideo confinium identitas ſufficienter probata cenſetur ex duabus demonſtrationibus, licèt aliæ non adaptentur. Surd. *conſ.44. ex num.15.* Dec. *conſ. 27. num. 8. cum ſeqq. & num.21.* Greg. *deciſ.575.n.4. & ſeq.* Cavaler. *deciſ.128. num.5.& deciſ.311. num.4.& deciſ.578.n.3.* Rot. *in Bononien. fideicommiſſi de Denſibriis, 5. Martii, & 14. Iunii 1627.* coram R.P.D. Merlino, *& in Aſſiſien. bonorum, 2. Iunii 1627.* coram Card. Virili, declarando ut per Rot. *deciſ.295.num.9.p.1.recent.*

SVMMARIVM.

1 *Cenſus ſolvendi ſunt ad antiquam monetam, in qua inſtituti fuerint, niſi ſit in alterius monetæ ſolutione præſcriptum.*

2 *Cenſus ſolutio, quando moneta eſt alterata intrinſecè, debet fieri de moneta antiqua ſi extat, & creditoris interſit, niſi creditor receperit ſolutionem in una ſpecie monetæ pro alia, abſque contradictione.*

3 *Proteſtatio extrajudicialis non interrumpit præſcriptionem legalem, ſive ſtatutariam.*

4 *Debitum debitor agnoſcere videtur, qui de novo promiſit, vel partem debiti ſolvit, aut pignus, ſeu fidejuſſorem dedit.*

5 *Pecuniarum de aliquo certo genere quando inter contrahentes fuit conventum quod ſolutio fieret, ſi tempore ſolutionis dictum genus monetæ non reperitur, aut reperitur quidem, ſed cum magna difficultate, ſolutio fieri debet in alia moneta juxta valorem antiquæ, & conventæ.*

6 *Solutio ubi fieri debet in ſcutis auri ſtamparum, vel piaſtris Florentiæ, licèt de jure debitor teneatur ſolvere monetam ipſam conventam, ex generali tamen conſuetudine ſolvi poteſt tantundem de alia moneta.*

CAP. Olim cauſam.

CEnſus ſolutio eſt facienda in illa moneta, in qua fuit inſtitutum, vel ſi non eſſet in vſu, ſolvi deber ſecundùm æſtimationem illius, niſi facta fuerit legitima præſcriptio, id eſt, quadraginta annorum, non obſtante proteſtatione. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Butr. Anania, Hoſt. Henric. Anchar. Panorm. Viv. *in rationali lib.3. Iuris Pontif. pag.298.* Alagona *in compend. juris Canon. pag.522.* remiſſivè Ximen. *in concord.p.1.& 2.* refertur ab Ant. Auguſt. *collect.1. Decret.lib.3.tit.37.c.5.* 1

Probat hic text. cenſus ſolutionem, quando moneta eſt alterata intrinſecè, debere fieri de moneta aliqua, ſi extat & creditoris interſit, niſi creditor receperit ſolutionem in una ſpecie monetæ pro alia abſque contradictione, ut per Gran. *conſ.12.n.16.lib.2.* Surd. *conſil.335.n.26.* Menoch. *conſ.49.n.20.* Frideric. Martin. *de jure cenſ.c.5.n.111.& 113.* Ludov. Cenc. *de cenſib. p.2. c.2.q.4. art.4.n.31.* Ex ea ratione, quia non ſolùm volente creditore una ſpecies monetæ in locum alterius ſubrogatur, Barr. *in l.Paulus, ff.de ſolut.* Verùm etiam quia talis præſumitur facta promiſſio, & obligatio, qualis oſtenditur facta ſolutio, *l.Iulianus, §.proinde,ff.ad Macedon.* Rot. *in Romana prætenſi cenſus, 11. Decembris 1598.* coram D. Orano, relata poſt illum tract. Cenc. *deciſ.221.n.2. & 3.* quia uſus, & obſervantia ita ſolvendi ſuffragatur etiam quod non fuerit legitimè præſcripta, ut voluit Rota in deciſione proximè citata, *num.4.* & tenet Aym. *conſ.202.n.2.& conſ.835.n.10. verſ.ne dicant, lib.5.* quicquid aliter ſenſerint, etiamſi præceſſerit præſcriptio 30. annorum, Mynſing. *cent.3. obſervat.13.n.4.* & Gail. *lib.2. obſervat.73. n.2.* contra quos ſtant multi alii, quos refert Bernard. Græve. *ad practicam Cameræ Imper. Gailli d.obſerv.73.conſid.21. num.2.* Benè tamen verum eſt, quod ſi ageretur cum Eccleſia, neceſſe eſſet ut una moneta pro alia eſſet ſoluta per ſpatium quadraginta annorum continuorum, aliàs non poſſet dici factum fuiſſe præjudicium Eccleſiæ, ut cogi poſſit recipere eam monetam, quæ fuit aliquando ſoluta loco monetæ, quæ erat in obligatione, ut declaravit Rota *in Romana pecuniaria,* 2

23. *Ianvarii* 1589. coram D. Penia, relata poſt *d. tract.* Cencii *deciſ.* 216. *n.* 4. & ita in hoc text. agi de præſcriptione 40. annorum, tenet Menoch. *conſ.* 138. *n.* 21. nam modus ſolvendi, videlicet in pecunia, aut in alia materia, poteſt præſcribi per quadragenariam, Aretin. *conſ.* 112. *n.* 2. *&* 3: *incip. Conſideratis diligenter*, Balb. *de præſcr. in* 4. *part. princ. verſ. ſextò quæro, num.* 2. *& ſeq. fol.* 71. Corbul. *de jure emphyt. tit. de privat. ob non ſolut. canon. ampliat.* 41. *per tot.* Roderic. *de annuis redditib. lib.* 1. *quæſt.* 17. *num.* 105. & fuit dictum *in Leodienſi modiorum ſpeltæ*, 22. *Maii* 1628. coram R.P.D. Ubaldo jun. ubi etiam fuit dictum quod ex curſu tanti temporis, quo fuit facta uniformis ſolutio in una moneta, ſeu ſpecie, bona fides præſumitur, ad trad. per Rip. *in cap. Cùm Eccleſia Sutrina, num.* 99. *de cauſa poſſeſſ.* Menoch. *remed.* 13. *recuper. num.* 70. *& de arbitr. caſu* 43. *num.* 7. Ad hoc etiam ut ſolutio facta à debitore de una ſpecie monetæ loco alterius creditori conſentienti poſſit ſuffragari debitori ſolventi, ne in poſterum cogi poſſit ad ſolvendum, niſi in illa ſpecie, in qua in præteritum ſolvit, neceſſe eſt quod ſolutio illa facta fuerit bona fide, ut declarat Balb. *de præſcr. in* 4. *parte quartæ partis principalis, quæſt.* 7. *num.* 4. & pro toto, & integro debito; nam ſi id, quod fuit ſolutum, & reſpectivè receptum, fuit ſolutum, & receptum ad bonum computum, talis ſolutio, & receptio nec debitori ſuffragatur, nec creditori præjudicat, plenè Surd. *d. conſ.* 335. *num.* 59. *cum ſeqq.* & Frideric. Martin. *d. cap.* 5. *à num.* 107. Hæc omnia ex Ludov. Cencio *loco cit.*

3 *Fueris proteſtatus.*] Notatur ad hoc, quod renuntiatio, ſive proteſtatio extrajudicialis non interrumpit præſcriptionem legalem, ſive ſtatutariam, ut per Tiraq. *de retractu, tit.* 2. § 4. *gloſſ.* 4. *num.* 38.

4 *Poſtmodùm appareat evidenter*, &c.] Notatur ad hoc, quod quando quis de novo promiſit, vel partem debiti ſolvit, aut pignus dedit, vel fidejuſſorem de certa quantitate, aut ſumma, quam debebat, tunc debitum agnoſcere videtur, & ſic præſcriptionem inchoatam contra perſonalem, aut hypothecariam nondum perfectam interrumpit, ut per Boër. *deciſ.* 333. *num.* 3.

5 *Ad ſolutionem denariorum Papienſ. vel æſtimationem eorum.*] Notatur ad hoc, quod quando inter contrahentes fuit conventum, quod ſolutio fieret de aliquo certo genere pecuniarum, ſi tempore ſolutionis dictum genus monetæ non reperitur, aut reperitur quidem, ſed cum magna difficultate, ſolutio fieri debet in alia moneta, juxta tamen valorem antiquæ, & conventæ, qui currit tempore ſolutionis faciendæ, ut in primo caſu, quando genus monetæ promiſſæ non extat, auctoritate Bart. & aliorum *in l. Paulus, ff. de ſolut.* dixit Rota *in Forolivienſi cenſus*, 12. *Iunii* 1609. coram D. Iuſto, relata poſt *d. tract.* Cencii *deciſ.* 213. *num.* 2. reſolvunt Afflict. *in uſib. feudorum, in tit. quæ ſint regalia, cap.* 1. *in verbo Moneta, num.* 10. Gail. *d. obſerv.* 73. *num.* 6. *&* 7. Mynſing. *cent.* 4. *obſerv.* 1. *num.* 3. *&* 4. Frideric. Martin. *d. cap.* 5. *n.* 119. *& cap.* 8. *n.* 46. Martin. Granat. *de monet. n.* 13. Paul. Layman. *in Theolog. Moral. lib.* 3. *tract.* 3. *p.* 1. *cap.* 5. *num.* 24. In ſecundo verò caſu, quando genus monetæ conventæ difficulter reperitur, reſolvunt Afflict. *d. n.* 10. Mynſing. *d. obſerv.* 1. *num.* 3. *&* 4. Frideric. Martin. *d. cap.* 5. *n.* 119. & ſæpe ſæpiùs cenſuit Rota, & ſignanter *in d. Forolivienſi cenſus, & in una Aprutina, ſeu montis alti cenſus*, 4. *Iulii* 1602. coram Illuſtriſſimo Cardinal. Sacrato, relata poſt *d. tract.* Cencii *deciſ.* 214. *num.* 2. *&* 4. & *in d. Romana pecuniaria.* Quod quidem duobus modis intelligi, & declarari debet. Primò ſi tempore ſolutionis faciendæ non appareat de valore monetæ conventæ, nam eo caſu ſolutio eſſet facienda de moneta uſuali, & nova illius nominis, quæ videtur loco antiquæ ſubrogata, Menoch. *d. conſ.* 49. *n.* 22. Surd. *d. conſ.* 335. *num.* 15. Secundò niſi monetæ conventæ, & promiſſæ valor ſit mutatus, & alteratus reſpectu bonitatis intrinſecæ, tunc enim attendi debet bonitas intrinſeca temporis obligationis, & promiſſionis, & poteſt fieri ſolutio de moneta nova, habito reſpectu ad valorem intrinſecum antiquæ promiſſæ, qui currebat tempore factæ promiſſionis, *gloſſ. ult. in præſenti*, Rot. *in d. Forolivien.* ea ratione, quia aliàs debitor ſolveret minus, quàm receperit, ut conſiderat Socin. ſen. *conſil.* 145. *num.* 95. *lib.* 1.

Cum prædictis duobus declarationibus reſolvenda, 6
& intelligenda eſt Doctorum reſolutio aſſerentium, quod quando ex forma obligationis, & conventionis debetur aliquod certum genus pecuniarum, putà ducati de Camera, ſcuta auri ſtamparum, piaſtræ Florentiæ, & ſimiles, ſi tale genus monetæ extat tempore, quo ſolutio facienda eſt, licèt de jure debitor teneatur ſolvere monetam ipſam conventam, ex generali tamen conſuetudine ſolvi poteſt tantumdem de alia moneta, quod aſcendat ad valorem monetæ conventæ currentem tempore ſolutionis faciendæ, ut docent Cephal. *conſil.* 31. *n.* 5. *&* 11. *lib.* 1. Socin. jun. *conſ.* 145. *n.* 96. *lib.* 1. Grat. *conſ.* 12. *n.* 44. *lib.* 1. plures apud Theſaur. *deciſ.* 174. *n.* 5. & Maſtril. *Siciliæ deciſ.* 7. *n.* 1. & in hanc ſententiam ivit Frideric. Martin. *d. c.* 5. *à n.* 66. & expreſſiùs *n.* 123. & cenſuit Rota *in d. Forolivien. cenſus, & in d. Aprutina, ſeu Montis alti cenſus*, & apud Seraphin. *deciſ.* 511. *n.* 1. *&* 2. Si verò conventum ſit ut ſolutio fiat in ſcutis auri in auro boni, & juſti ponderis, tunc credo per hæc verba, ut illa aliquid operentur, ſublatam eſſe facultatem ſolvendi in moneta alterius materiæ, quaſi ad ipſam auream reſpexerint diſponentes, ut tenent Boër. *deciſ.* 327. *n.* 3. Cephal. *conſ.* 81. *n.* 5. *& ſeq.* Theſaur. *d. deciſ.* 174. *n.* 6. & cenſuit Rota *in una Cremonen. penſionis*, 15. *Iunii* 1598. coram D. Orano, relata poſt *d. tract.* Cencii *deciſ.* 219. *n.* 3. ubi etiam dixit, quod nec eo caſu poterunt ſolvi omnia ſcuta aurea, ſed erunt ſolvenda ſcuta aurea, quæ ſint boni & juſti ponderis; non quòd obſtet materia, cùm ſit eadem, ſed propter diverſitatem ponderis.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus remittens Eccleſiæ ſervitia, quæ ſibi debebat, & ſtatuens quod aliud ſervitium non imponatur, procurationem non intelligitur remiſiſſe.*

2 *Epiſcopus viſitans ſuam diœceſim, accipere poteſt illas, quas vocant procurationes, tanquam ſtipendium ſibi pro ſuſtentatione debitum.*

3 *Viſitatio Monaſteriorum poteſt fieri bis in anno.*

4 *Epiſcopus totam propriam diœceſim per ſe, aut viſitatorem viſitare tenetur quotannis, vel biennio ſi lata ſit.*

5 *Viſitationem aut procurationem nullus remiſiſſe videtur, etiamſi teſtatus fuerit ſe condonare debita ſibi obſequia, ſive ſervitia.*

Cap. Cùm venerabilis XXI.

EPiſcopus qui remiſit ſervitia alicui Eccleſiæ, & 1
ſtatuit eidem alia ſervitia non imponere, hoc non obſtante quando cauſa correctionis illam viſitat bis in anno, poteſt ab ea moderatam accipere procurationem. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarell. Butr. Joan. Andr.

Ananias,

Anan. Hoſt. Anch. Henric. Panorm. Viv. *in ration. lib. 3. Iuris Pontif. pag.* 399. Alagona *in compend. Iuris Canon. pag.* 521. remiſſivè Ximen. *in concord. p.* 2. refertur ab Ant. Auguſt. *collect.* 3. *Decret. lib.* 4. *ſub tit.* 37. *c.* 6.

2 *Moderatam ab ea procurationem*, &c.] Notatur ad hoc, quod Epiſcopus viſitans ſuam diœceſim accipere poteſt illas, quas vocant procurationes, tanquam ſtipendium ſibi pro ſuſtentatione debitum, ut per Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib.* 23. *num.* 24.

3 *Bis in anno.*] Ergo viſitatio monaſteriorum poteſt fieri bis in anno, ut per Bernard. Diaz *reg.* 787.

4 *verſ. nonò limitat.* Propriam verò diœceſim Epiſcopus quotannis totam, vel biennio, ſi lata ſit, per ſe, aut viſitatorem ſuum viſitare non prætermittat, ut admonet Concil. Trident. *ſeſſ.* 24. *de reformat. cap.* 3. *in princ.* quem refero Ego ipſe *de officio, & poteſt. Epiſcop. part.* 3. *alleg.* 73. *num.* 2.

5 *Præter penſionem*, &c.] Notatur ad hoc, quod nemo viſitationem, aut procurationem remiſiſſe videtur, etiamſi reſtatus fuerit ſe condonare debita ſibi obſequia, ſive ſervitia, ut per Boër. *deciſ.* 133. *num.* 5. *cum ſeqq.* Azor. *inſtit. moral. part.* 2. *lib.* 5. *cap.* 42. *q.* 11. *verſ. poteſt quoque.*

SVMMARIVM

1 *Eccleſia de novo converſa in procurationibus, & aliis ſervabunt conſuetudinem vicinarum.*

2 *Conſuetudo vicinorum locorum in dubio eſt ſervanda ubi non adeſt particularis.*

3 *Leges regni vicinioris in dubio ſervandæ ſunt, & ſecundùm eas judicandum.*

Cap. Super eo XXII.

1 Eccleſia aliqua quando eſt de novo converſa ad juriſdictionem alicujus Epiſcopi, debet ſervare quoad procurationem, & alia ea, quæ ſervant vicinæ provinciæ, & Eccleſiæ. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Butr. Ananias, Hoſtienſ. Anchar. Henric. Panorm. Vivian. *in rationali lib.* 3. *Iuris Pontif. pag.* 399. Alagona *in compend. Iuris Canon. pag.* 522. remiſſivè Ximen. *in concord. part.* 1. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 3. *Decret. lib.* 3. *tit.* 37. *cap.* 7.

2 *Illud obſervare tenetur quod in vicinis*, &c.] Notatur ad hoc, quod in dubiis vicinorum conſuetudo locorum eſt obſervanda, ubi non adeſt particularis, & ſpecialis ipſius loci, ut per Boër. *deciſ.* 263. *n.* 6. Federic. de Senis *conſ.* 91. *verſ. tertiò probo*, Cavaler. *deciſ.* 107. *num.* 1. ubi *num.* 2. ſubdit quod ſufficit ut talis conſuetudo particularis ſit probata per decem annos.

3 Sic etiam in dubio ſervandæ ſunt leges Regni vicinioris, & ſecundùm eas judicandum, ubi non eſt lex particularis, ut per Rebuff. *in comment. ad l.* 114. *in fine, ff. de verb. ſignif. pag.* 155. Gutier. *pract. lib.* 3. *q.* 17. *n.* 125. Peregrin. *var. lib.* 1. *ad rubr. de offic. judic. ordin. num.* 7. Cabed. *Luſitan. deciſ.* 211. *in fin. part.* 1. Valaſc. *de partit. cap.* 19. *num.* 11.

SVMMARIVM.

1 *Prælati tunc ſunt procurandi cùm perſonaliter viſitant, & debent tunc ſervare Concil. Lateran. & prædicationi, correctioni, & reformationi vacare. Legati & Nuntii Apoſtolici pro diebus tantùm pro quibus moram trahunt procurari debent, & contra hanc conſtitutionem exactum reſtituitur duplicatum.*

2 *Legatis Apoſtolicis aliquò proficiſcentibus ſumptus & viaticum debentur ab iis Eccleſiis, ad quas dum legationis officio funguntur acceſſerint, etiam ſine ulla viſitatione.*

3 *Clericus pauper non debet gravari in exhibenda procuratione.*

4 *Viſitator non debet exigere procurationem ab Hoſpitalibus quæ viſitat.*

5 *Epiſcopus, vel alius viſitator non poteſt accipere procurationem à locis leproſorum, domorum Dei, pauperum & infirmorum, nec ab Eccleſia paupere.*

Cap. Procurationes XXIII.

Ex Concilio Generali.

Procurationes, quæ ratione viſitationis debentur 1 Prælatis, non debent exigi abſque cauſa neceſſaria, & manifeſta, niſi quando perſonaliter viſitant, & cum mediocritate. Legati, & Nuntii Apoſtolici, ſi neceſſariò diu morantur in uno loco, ne ille unus locus nimium gravetur, procurationes ab aliis locis moderatas accipere debent, & ſi una Eccleſia non ſufficit per ſe ipſam, conjungantur plures Eccleſiæ ad procurationem, ita tamen ut numerus procurationum non excedat numerum dierum, quibus ibi morantur. Item qui contra hoc ſtatutum venire tentaverit, reddat duplum, id eſt quod accepit, & tantundem reddat Eccleſiæ, quam gravavit. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Butr. Ananias, Hoſt. Henric. Anchar. Panorm. Viv. *in ration. lib.* 3. *Iuris Pontif. pag.* 400. Alagona *in compend. Iuris Canon. pag.* 522. remiſſivè Ximen. *in concord. p.* 1. & 2. deſumitur ex Conc. general. Lateran. *cap.* 23. & refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 4. *Decret. lib.* 3. *tit.* 18. *cap.* 2.

Circa Legatos, & Nuntios Apoſtolicæ Sedis, &c.] 2 Notatur ad hoc, quod Legatis Apoſtolicis aliquò proficiſcentibus ſumptus, & viaticum debentur ab iis Eccleſiis, ad quas, dum Legationis officio funguntur, acceſſerint, etiam ſine ulla viſitatione, ut per Azor. *inſtit. moral. part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 42. *quæſt. ult. verſ. ſecundò*, Surd. *de alimentis, tit.* 4. *quæſt.* 22. *n.* 10. Bellet. *diſquiſit. cleric. part.* 1. *tit. de bonis clericorum*, §. 11. *num.* 12.

In gloſſ. *Impendat*, ult. ibi, *qui gravat Eccleſiam in* 3 *procuratione*, &c.] Notatur ad hoc, quod Clericus pauper non debet gravari in exhibenda procuratione, ut per Azor. *hic, num.* 7. Bellet. *d.* §. 11. *num.* 8. & citatos per me *de offic. & poteſt. Epiſc. part.* 3. *alleg.* 73. *à num.* 51.

In eadem gloſſa, ibi, *Et qui gravat eam in xeniis.* 4 Notatur ad hoc, quod viſitator non poteſt exigere procurationem ab hoſpitalibus, quæ viſitat, Sylveſt. *in ſum. verb. Hoſpitale, num.* 16. Prax. nova Epiſcop. *part.* 2. *cap.* 3. *num.* 56. *verſ. neque debetur dum*, Bonifac. *in Clement. quia contingit, num.* 49. *de relig. domib.* Lap. de Caſtellion. *in tract. de Hoſpitalibus, num.* 98. Bellet. *d.* §. 11. *num.* 10. Zerola *in praxi Epiſc. part.* 2. *verb. Viſitatio*, §. 5. *dubit.* 7. ubi refert deciſum Epiſcopum, vel 5 alium viſitatorem non poſſe accipere procurationem ab hoſpitalibus, & aliis locis leproſorum, domorum Dei, pauperum, & infirmorum, nec ab Eccleſia paupere, refero ego ipſe *d. alleg.* 73. *num.* 50.

SUMMARIUM.

1 *Monaſterium, ſive Eccleſia, quæ eſt in territorio Epiſcopi, licèt nunquam ſolverit, tenetur tamen ſolvere procurationem ſuo Epiſcopo viſitanti, niſi aliud rationabiliter obſtet.*

2 *Epiſcopus viſitans in eadem civitate, vel loco reſidentiæ, non debet ali à Rectore Eccleſiæ, ſi facta viſitatione poſſet recipere ſe in domum ſuam.*

3 *Procuratio nulla debetur Epiſcopo viſitanti Clerum civitatis ubi ſita eſt Cathedra.*

Cap. Venerabili XXIV.

Honor. III.

1 Monaſterium, ſive Eccleſia, quæ eſt in territorio Epiſcopi, licèt nunquam ſolverit, tenetur tamen ſolvere procurationem ſuo Epiſcopo viſitanti, niſi aliud rationabiliter obſtet. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Butr. Joan. Andr. Anan. Hoſt. Henric. Anch. Panorm. Viv. *in ration. lib. 3. Iuris Pontif. pag. 401.* Alagona *in compend. Iuris Canon. pag. 522.* remiſſivè Ximen. *in concord. part. 1.*

2 Collige ex text. Epiſcopum viſitatorem in eadem civitate, vel loco reſidentiæ debere ali à Rectore Eccleſiæ, etiamſi facta viſitatione poſſet recipere ſe in domum ſuam, ut per Hoſt. *in princ.* Abb. *num. 2. in præſenti,* Surd. *de alim. tit. 4. q. 22. n. 9.* Bellet. *diſquiſit. clerical. part. 1. tit. de bonis clericor. §. 11. n. 2.* Azor. *inſtit. moral. part. 2. lib. 3. cap. 42. q. 4.* ubi aſſignat rationem, quia tales impenſæ ſolvuntur non ſolùm ob victus neceſſitatem, ſed etiam in ſubjectionis cujuſdam ſignum. Verùm poſt Concil. Trid. *ſeſſ. 24. de reform. cap. 3.* per illa verba, *pro temporis tantùm neceſſitate,* contrarium mihi videbatur dicendum quando Epiſcopus poſſet redire domum, ut docet Marc. Anton. Genueuſ. *in praxi Epiſcop. Neapol. cap. 35. n. 9.* quem refero ego ipſe *de offic. & poteſt. Epiſc. part. 3. alleg. 73.*

3 *n. 46.* Procuratio tamen nulla debetur Epiſcopo viſitanti Clerum civitatis, ubi ſita eſt cathedra, prout Sacram cenſuiſſe Congregat. docet Piaſec. *in praxi Epiſc. p. 2. cap. 3. num. 65. verſ. dum autem viſitat,* quem refero *alleg. 73. num. 46. in princ.*

SUMMARIUM.

1 *Archiepiſcopus cùm viſitat ſuam provinciam, poteſt exigere debitas procurationes, & poteſt excommunicare illos qui eas denegant.*

2 *Archiepiſcopus poteſt viſitare provinciam, & procurationem à ſubditis ſuffraganeorum ſuorum exigere.*

3 *Archiepiſcopus in quibus caſibus diſpenſet cum ſubditis ſuorum ſuffraganeorum, oſtenditur.*

Cap. Cùm ſuper XXV.

Gregor. IX.

1 Archiepiſcopus cùm jure Metropolitano, vel legationis viſitat provinciam ſuam, poteſt debitas procurationes juxta Eccleſiarum facultates exigere, & illos, qui eas denegant, excommunicare. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Anan. Butr. Hoſt. Henric. Anchar. Panorm. Viv. *in ration. lib. 3. Iuris Pontif. pag. 402.* Alagona *in compendio Iuris Canon. pag. 523.* remiſſivè Ximen. *concord. p. 1.*

Probat hic text. Archiepiſcopum poſſe viſitare 2
provinciam, & procurationem à ſubditis ſuffraganeorum ſuorum exigere, ut per Stephan. Quarant. *in ſumma Bullarii, verbo Archiepiſcopi auctoritas, auct. 33. in princ.* Bellet. *diſquiſit. clerical. p. 1. tit. de bonis clericorum, §. 14. num. 5. & 6.*

In gloſſ. *Auctoritate propria*, ibi, *in quibus caſibus* 3
Archiepiſcopus poſſit ſe intromittere auctoritate Metropolitani de ſubditis ſuorum ſuffraganeorum. De hoc dixi *ad c. paſtoralis 11. de offic. Ordin.* & ibi dictis adde cum Borgaſ. *de irreg. part. 3. tit. de diſpenſat. Archiep. fol. 76.* quem refert & ſequitur Proſper de Auguſt. *in addit. ad Quarant. d. verbo Archiepiſcopi auctoritas, in fine,* duos caſus in quibus Archiepiſcopus diſpenſat cum ſubditis ſuorum ſuffraganeorum, unus eſt quando ſuffraganeus culpa ſua jus diſpenſandi perdidiſſet, alter verò quando Epiſcopus eſt ſuſpenſus ad tempus, & diſpenſatio pro magno bono fiendo, vel magno ſcandalo vitando celeritatem requireret, quia tunc fit devolutio ad Archiepiſcopum Metropolitanum. Alium caſum refert Pavin. *de officio, & poteſtate Capituli Sede vacante, p. 1. q. 10. ſub num. 5.* quando ſcilicet Eccleſia Cathedralis non habet Capitulum actu, ſed habitu, & quando nullus Canonicus eſt in Sacris in Eccleſia ſuffraganea, tunc Metropolitanus poterit exercere juriſdictionem, & vacante Sede Metropolitana, Capitulum Metropolitanum. Item alium caſum tradit Bellencin. *de charitativo ſubſid. quæſt. 52.* quando eſt diſcordia inter Epiſcopos ſuffraganeos ſuper perceptione jurium Epiſcopalium in Eccleſia, quæ eſt ſita in confinibus duarum diœceſum; tunc enim poteſt Metropolitanus eos cogere, ut concordent.

SVMMARIVM.

1 *Penſio antiqua eſt ſolvenda ſecundùm antiquam monetam, vel ſi non ſit in uſu, ſecundùm ejus æſtimationem,* & n. 2.

3 *Moneta mutata in valore poſt tempus contractus, debet ſolvi illius valoris, cujus erat tempore quo fuit celebratus contractus.*

4 *Solutio annua debet fieri ſecundùm valorem, qui erat tempore contractus.*

5 *Monetæ valor debet æſtimari juxta illius curſum, qui eſt in loco celebrati contractus, non autem loci ubi fuit deſtinata ſolutio.*

6 *Moneta unde ſic dicta, & à quo tempore inceperit, remiſſivè.*

Cap. Cùm Canonicis XXVI.

Penſio antiqua eſt ſolvenda ſecundùm antiquam monetam, & ſi non eſt in uſu, ſolvi debet ſecundùm valorem illius monetæ. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Anan. Butr. Hoſt. Henric. Anchar. Panorm. Ceneд. *collect. 80.* Viv. *in ration. lib. 3. Iuris Pontif. pag. 402.* Alagona *in compendio Iuris Canon. pag. 523.* remiſſivè Ximen. *in concord. part. 1. & 2.*

Collige ex text. quod quando moneta, quæ erat in uſu tempore contractæ obligationis, fuit alterata in bonitate intrinſeca, ſolutio debet fieri de moneta antiqua, ſi extet, & creditoris interſit ſibi de ea ſolvi. Menoch. *conſ. 49. num. 25. & ſeqq.* Joan. Baptiſta Azin. *in ſuo tract. de execut. inſtrum. §. 7. cap. 138. num. 2.* Ludovic. Cenc. *de cenſib. part. 2. cap. 2. quæſt. 4. art. 4. num. 26.*

*n.*26. Si verò non extet, vel non ſit in vſu, ſolui debet moneta noua æſtimata juxta valorem antiquæ, vt docent Mynſing.*cent.*4.*obſeru.*1. Gabr *comment. tit.de ſolut.concl.*1.*n.*1. Boër. *deciſ.*337.*n.*13. Frideric. Martin. *de jure conſ.c.*5.*n.*121.*&* *à n.*125.*&* *c.*8. *à n.*63. Surd. *conſ.*368. *n.*10. & cenſuit Rot. *in vna Foroliuien. cenſus,* 11.*Februarii* 1602. coram Gregor. XV. impreſſa poſt *d.tract.Cencii deciſ.*222.*n.*1.*&* 6.

3 Moneta enim mutata in valore poſt tempus contractus, debet ſolui illius valoris, cuius erat tempore, quo fuit celebratus contractus, vt docent plures, quos refert Cened. *ad Decretal. collect.* 80. *n.*1. quibus adde Budel. *in tract.de monetis, & re nummaria, lib.*2. *c.*23. *cum ſeqq.* Surd. *conſ.*335. *&* *conſ.*368.406. *&* 438. Sic
4 etiam ſolutio annua debet fieri ſecundùm valorem, qui erat tempore contractus, Tiraq. *de retractu lign.* §. 1. *gloſſ.*18.*n.*26.*&* 27. Ioſeph. Ludouiſ. *commun.concl.tit. de jure dotium, concl.*1.*ex verſic. dubitare contingit, & tit.de conſuetud.concl. vnic. verſ. infertur decimoquintò,* Ant.Gabr.*commun. tit.de ſolut. concl.*1. Lancel.Gallia *in conſuet.Alexand.in gloſſ.ſolidos, q.*2. Viuian. *tom.*1.*commun.opinion.lib.*4. *tit.*2.*n.*162. Aloyſ. Ricc. *in collect.in. deciſ.p.*4. *collect.* 1223. Sud. *conſ.*454.*n.*9. Put. *lib.*2. *deciſ.*149.*in antiq.*Rot.*deciſ.*759.*n.*1.apud Farinac. *in* 1. *collect.nouiſſimarum,*aliàs *p.*4.*diuerſ.* Gaſp. Roderic. *de annuis redditib.lib.*2.*q.*15.*n.*92.Paul.Comitol. *reſponſor.*
5 *moral.lib.*3.*q.*44.*n.*12. Qui quidem monetæ valor debet æſtimari juxta illius curſum, qui eſt loco celebrati contractus, non autem loci, vbi fuit deſtinata ſolutio, Cagnol. *in l.ſemper in ſtipulationibus, n.*5. *ff. de regulis juris,*Selu.*de benef.p.*2.*q.*11.*n.*17. Seraphin. *deciſ.* 944. *n.*2.Ludou. Cenc.*d.art.*4.*n.*39.

6 Moneta vnde ſic dicta, & à quo tempore inceperit, vide Couar.*de veterum numiſmat. collat.c.*1.Alberic. *in Diction. verbo Moneta,* Polyd. Virgil. *de inuentoribus rerum,lib.*2.*c.*20.Gemin. *de vſuris, commento* 1.§.3.*n.*29. *cum ſeqq.*Alex. ab Alexand. *genialium dierum lib.*4.*c.*15. Hieron. Roman. *de Republica gentilica, c.*4. Pined. *in Monarchia Eccleſiaſt.lib.*4. *c.*11.§.2. *in fine,*Bobadil. *in ſua politica,lib.*1.*c.*1.*n.*11.Pincl.*ad rubr. C.de reſcindend. vendit.p.*1.*c.*1.*à n.*1.Felician.Solis *de cenſib.tom.*1. *lib.*4. *cap.vnic.n.*16.Cur.Philip.*in* 2.*p.lib.*1.*c.*8.*n.*3. Ceued. *d. collect.*80. *n.*2.

SUMMARIUM.

1 *Procuratio ratione viſitationis non debetur propter priuatum oratorium.*
2 *Oratoria non debent procurationis onera ſuſtinere, illa ſcilicet, quæ de Epiſcopi auctoritate erecta, & inſtituta non fuerint.*
3 *Oratoria abſque Epiſcopi auctoritate inſtituta non ſunt loca Religioſa, nec Eccleſiæ nomine comprehenduntur.*

Cap. Auctoritate XXVII. & vlt.

1 Religioſi licèt aliquando celebrent in oratoriis, quæ habent in grangiis ſuis, non tamen debent ſolvere procurationem viſitationis. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel.Ioan.Andr.Butr. Anan.Hoſt.Anchar Henric.Panorm. Viuian. *in ration. lib.*3. *juris Pontif. pag.*402. Alagona *in compend. juris Canon.pag.*523. remiſſiuè Ximen. *in concord.p.*1. *&* 2.

2 *Quod in Oratoriis,*&c.] Notatur ad hoc, quod Oratoria non debent procurationis onera ſuſtinere, illa ſcilicet, quæ de Epiſcopi auctoritate erecta, & inſtituta non fuerint, vt per Azor. *inſtit. moral.p.*2.*lib.*3.*c.*42.
*quæſt.*1. Vnde huiuſmodi oratoria ſic abſque Epiſcopi 3
auctoritate inſtituta, loca religioſa non eſſe, nec Eccleſiæ nomine comprehendi, per hunc textum tenent Dec.*conſ.*148.*n.*1.*vol.*1.Sanch.*de Matrim.lib.*6.*diſp.*15. *n.*39.Paul.Fuſc.*de viſitat.lib.*2.*c.*12.

De Conſecratione Eccleſiæ, vel Altaris.

Tit. XL.

Super hanc rubr. ſcripſerunt Zabar. 1
Joan. Andr. Anan. Anchar. Put. Panorm. Guillelm. Durand. *in breuiario aureo, fol.* 115. Joan. de Londris *in breuiario ſanctorum Canon. fol.*176. Martin. Meſnart. *in epitome Decret. fol.* 147. *verſo,* Petr. de Rauenna *in compend. juris Canon.* Dan. Venator *in analyſi methodica iur. Pontif. à pag.*494. Goffred. & Hoſt. *in ſum. hujus tit.* Alex. Caſan.& Anaſt.Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decretal.* Barth. Carthag. *in expoſitione titulorum iuris Canonici,* nouiſſimè Joan. Honor. *lib.*3. *ſum. in Decretal.* omnes *ſub hac rubr.*

De materia tituli vide Azor. *inſtit.moral.p.*2.*lib.*6. 2
*c.*4.*cum ſeqq.* Paul.Fuſc. *de viſitat lib.*1.*c.*25.Fr.Ludou. Miranda *in man.Prælat.tom.*2.*q.*39. Joan. Franc.Leo *in theſauro fori Eccleſiaſt.p.*1. *c.*5. Eccleſia conſecrata non præſumitur, niſi pribetur. Maſcard. *de probat.concl.*582. *à princip.* Cened.*ad Decretal.collect.*135.*n.*6. Et ad probandam conſecrationem ſufficeret vnus teſtis de viſu, cùm nullum aliis præjudicium inferatur, vt per citatos *ad c.in omni negotio* 4.*n.*26 *ſup.de teſtibus,* in dubio verò quando dubitatur an fuerit conſecrata, quia non apparet in aliqua ſcriptura, vel libro Eccleſiæ, aut columna, vel tabula marmorea, eſt conſecranda. Joan. Franciſc. Leo *d.c.*5.*n.*4.*verſ.ſecundò.*

SUMMARIVM.

1 *Altari amoto, vel lapide continente ſigillum, reconſecrabitur Altare, non autem Eccleſia.*
2 *Altare fixum, ſeu ſtabile quod dicatur, oſtenditur.*
3 *Altare fixum in quo differat ab Altari mobili, ſeu portatili, oſtenditur.*
4 *Altare non eſt in Eccleſia per modum acceſſorij, ſed per ſe exiſtit diſtinctum.*
5 *Eccleſia polluta, pollutum quoque cenſetur Altare, non tamen Altari exſecrato, exſecreta quoque cenſetur Eccleſia.*

Cap. Ad hoc I.

Alex. III.

Altare ſi moueatur, vel lapis continens ſigillum 1
frangatur, aut diminuatur, debet de nouo conſecrari Altare, non tamen Eccleſia, quia hoc non eſt conſuetum, licèt id Canones innuere videantur. Colligunt ex Ordin.Abb.antiq.Innoc.Collect.Zabar.Ioan. Andr.Butr.Anan.Hoſt. Anchar.Henric. Panorm. Viu. *in rationali lib.*3. *iuris Pontif.pag.*393. Alagona *in compend.iuris Canon.pag.*518. remiſſiuè Ximen. *in concord. p.*1.*&* 2. refertur ab Anton.Auguſt.*collect.* 2. *Decretal. lib.*3.*tit.*20.*cap.vnic.*

2 *Si Altare motum fuerit.*] Intellige de Altari fixo, ſeu ſtabili, quod tunc dicetur quando tota menſa, ſuper qua ſacrificium celebratur, infimul & ſtructura inferior lapidea ſunt, & ipſum componunt vniuerſum Altare, eaque ratione dicitur fixum, quia ſtructura ita conjungitur menſæ lapideæ, vt in ipſa conjunctura principaliter conſiſtat ſubſtantia Altaris fixi, ſiue foramen ad condendas reliquias fiat, & claudatur ſuo ſigillo in ſuperiori parte, ſiue ante, ſiue in latere dextero, ex traditis per Panorm. *in c. propoſuiſti, hoc tit.* & per Syluest. Roſel. Armil. & alios Summiſtas *verbo Altare*, Soar. *tom. 3. diſput. 81. art. 3. ſect. 5. lit. D*, vbi propterea ſubtiliter, & cum judicio aduertit, quod ſi dabilis ſit caſus, in quo poſſit moueri totum ipſum Altare fixum abſque eo quod ſeparetur menſa ſuperior à ſua ſtructura inferiori, minimè execrabitur Altare, nec habebit locum diſpoſitio huius text. cum ſimilibus, quia ſubſtantia ejuſdem Altaris fixi non requirit locum, in quo poſitum eſt, & ideò non deficit, nec deſtruitur per ſolam amotionem localem, ſed potius reſpicit conjunctionem, qua ſtructura cum lapide ſuperiori conjungitur, & ideò per ſeparationem ejuſdem lapidis, & menſæ ab ipſa inferiori ſtructura remouetur, & deſtruitur totum ipſum Altare.

3 Differt Altare fixum, de quo quo ſuprà, ab Altari mobili, ſeu portatili, quia hoc dicitur paruus lapis cum foramine, ac ſigillo ſuperimpoſito ad claudendas res ſacras, cuius magnitudo capax ſit Hoſtiam, & Calicem recipiendi, vt definit Panorm. Abb. ab omnibus receptus *in præſenti*; eſt tamen inter Altare fixum, & mobile illa conuenientia, quod ſi tantùm habeatur reſpectus ad tabulam ſuperiorem lapideam, ſuper qua celebratur, neutrum conſtituit certam formam, ſeu figuram, & ideò licèt frangatur ipſe ſolus lapis ſuperior, abſque eo quod amoueatur, & ſeparetur à ſtructura inferiori, minimè execratum cenſebitur, excepto caſu quando neutra pars lapidis contracti capax eſt Calicem, & Hoſtiam recipiendi. Ratio eſt, quia conſecratio non adhæret formæ prædicti lapidis per ſe ſumpti, ſed potiùs materiæ. Si verò habeatur reſpectus ad vniuerſum Altare, nempe tabulam ſuperiorem, & inferiorem ſtructuram, cui compaginatur, & coniungitur, magna eſt inter vtrumque differentia; nam Altare portatile, quamvis amoueatur, & ſeparetur ab ipſa inferiori ſtructura, non propterea execratur, nec noua indiget conſecratione, cuius contrarium dicendum in Altari fixo: ratio differentiæ eſt, quia conſecratio Altaris portatilis ſolùm reſpicit ipſum lapidem ſuperiorem, non verò ſtructuram, cui tantùm ad ornatum adiungitur, & eleuandum ipſum Altare, ac ſacrificium peragendum, quod in alto fieri debet, vt ipſa verbi etymologia demonſtrat; ſecus eſt in Altari fixo, ſi habeatur reſpectus ad vniuerſum eum ſua ſtructura, quia ſicut per ſeparationem ab ipſa execratur, ſic videtur neceſſariò dicendum totum ipſum Altare conjunctum aliquam præ ſe ferre figuram, ſeu formam, cui ineſt conſecratio, aliàs enim ſi materiæ tantum adhæreret, non execraretur per amotionem, ſeu ſeparationem, quando ſi iterum conjungeretur eadem materia, conſecratum remaneret, nec indigeret noua conſecratione, cuius contrarium habetur *in c. ſi motum, de conſecrat. diſtinct. 1.* in quo quidem text. *in princip. cum gloſ.* Card. Archid. & aliis *ibid.* intellige per Altare ipſam menſam lapideam, & lapidem ſigillum continentem, per Eccleſiam verò totum Altaris corpus, vnde ſenſus illius eſt, quod ſi amoueatur, hoc eſt, ſeparetur Altare, id eſt prædicta menſa Altaris fixi, denuò Eccleſia, hoc eſt, totum Altare, ſit conſecrandum, ſumitur enim Altare multoties pro Eccleſia, *in c. quæſitum 2. q. 3. & in c. ſi quis in atrio 17. q. 4. & in c. cùm ſecundum, de prebend.* in quo ſenſu dici ſolet, quod non debet vnum Altare deoperiri, vt aliud operiatur, notant Doctores per text. *ibi, c. cùm cauſam, illo tit. de prebend.*

Propter hoc vero, &c.] Ad huius ſecundæ partis 4
text. intellectum aduertere oportet, quod licèt Altare videatur eſſe in Eccleſia per modum acceſſorii, hoc tamen verum non eſt, imò per ſe exiſtit diſtinctum, & tanquam quid principalius, quatenus ſolùm in ipſo Sacrificium celebratur, ad quod Eccleſia, & cætera omnia ornamenta ordinantur, optimè Sot. *in 4. diſt. 13. art. 3. verſ. ſi templum*, & ideo licèt polluta Eccleſia, pollutum quoque cenſeatur Altare, non tamen Altari execrato, execrata quoque cenſeri debet Eccleſia, nec è conuerſo. Ratio differentiæ eſt, quia pollutio indiuidualiter reſpicit, & concernit totum ipſum Eccleſiæ corpus intra quod eſt Altare, & ideo quolibet polluto vtrumque pollui cenſetur: execratio verò reſpicit ſolum ſubiectum deſtructum, ſiue ſit Altare, ſiue Eccleſia, & ideo cùm vnum ab altero non dependeat, per alterius execrationem minimè alterum execratum cenſebitur, ſecus in pollutione, quæ ad vtrumque reſpicit indiuiſibiliter, ex modò dictis, ſcilicet Eccleſiam & Altare, ſiue mobile, ſiue fixum intelligas, cùm in vtroque eadem detur ratio; quamvis Sylueſt. *verbo Altare, num. 7.* & Armil. *eod. verbo, num. 12.* in Altari fixo hoc tantùm intelligant, quod portatile per pollutionem Eccleſiæ pollutum non ſit cenſendum, quorum opinio confunditur ex eo, quia ſi ipſum Altare in ſe pollutum ſit propter Eccleſiæ pollutionem, parum refert, quod poſſit amoueri, & deferri in alium locum, ſi non ſit in ſe pollutum, ſed tantùm per ordinem ad Eccleſiam pollutam, quaſi per accidens, id eſt, quatenus eſt intra Eccleſiam, pollutum cenſeatur: nulla quoque inter vtrumque differentia debet conſtitui, cùm vtriuſque ſubſtantia non reſpiciat ad locum, neque per amotionem localem deficiat, ex *ſuprà* reſolutis.

SUMMARIUM.

1 *Eccleſiæ conſecrari poſſunt diebus etiam non feſtis.*
2 *Eccleſia debet conſecrari à proprio Epiſcopo, aut ab alio de eius conſenſu.*
3 *Procuratio debita pro viſitatione an poſſit etiam recipi pro conſecratione, remiſſiuè.*
4 *Eccleſia quolibet die, tam feriato, quàm feſtiuo conſecrari poteſt.*

Cap. Tua Fraternitas II.

Innoc. III.

Eccleſiæ conſecrari poſſunt tam diebus Dominicis, quàm priuatis. Colligunt ex Ordin. Abb. 1
antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Anan. Butr. Hoſtienſ. Henric. Anchar. Panorm. Viuian. *in ration. lib. 3. juris Pontif. pag. 144.* Alagona *in compend. jur. Canon. pag. 530.* remiſſiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Anton. Auguſt. *collect. 3. Decretal. lib. 3. ſub tit. 31. de Dedicatione Eccleſiarum, vel Altarium, cap. 1.*

Quod in diœceſi tua, &c. Notatur ad hoc, quod Eccleſia debet conſecrari à proprio Epiſcopo, aut ab alio 2
de ejus conſenſu, vt per Azor. *inſtit. moral. p. 1. lib. 10. c. 26. q. 10.* Fr. Ludou. Miranda *in manuali Prælatorum, tom. 2. quæſt. 38. art. 1. concluſ. 3.* & alios quos refero ego ipſe *de officio, & poteſt. Epiſcop. part. 2. alleg. 27. n. 2.* An 3
autem procuratio debita pro viſitatione, recipi etiam poſſit

poſſit pro conſecratione, vide Franciſc. Leo *in Theſauro fori Eccleſiaſt. p.1.c.5.n.16.*

4 *Tam diebus Dominicis, quàm priuatis.*] Notatur ad hoc, quod Eccleſia quolibet die, tam feriato, quàm feſtiuo conſecrari poteſt, Azor. *inſtit. moral. p.2. lib.9. c.4.q.3.* Franc. Leo *d.c.5.n.4. verſic. conſecrantur.* Vgolin. *de officio Epiſcopi, c.28.n.2.* Salzed. *ad Bernard. in pract. cap.26. lit. A, verſic. Virginum conſecratio,* Miranda *dict. concl.3. in fine,* Ego ipſe *d. alleg.27.n.2.*

SVMMARIVM.

1 *Altare debet iterum conſecrari quando tabula conſecrata mouetur, vel enormiter frangitur. Oleum non conſecratum poteſt miſceri cum conſecrato.*

2 *Oleo conſecrato ſi miſceatur oleum profanum, totum remanet conſecratum.*

3 *Dignum magis attrahit ad ſe minus dignum.*

4 *Declaratur text.* in cap per tuas, de arbitr.

5 *Aqua benedicta ſi miſceatur non benedicta, tota remanet benedicta.*

6 *Oleo conſecrato, ſeu aqua benedicta ſi miſceatur liquor eiuſdem ſpeciei in maiori, vel etiam æquali quantitate, non totum manet conſecratum.*

7 *Vno conſecrato, & tranſſubſtantiato, ſi eadem vini ſpecies in minori quantitate miſceatur, nunquam tale vinum ſic permixtum conuertitur in ſanguinem Chriſti.*

CAP. Quod in dubiis III.

1 Altare debet iterum conſecrari, quando tabula conſecrata mouetur, vel enormiter frangitur. Item oleum non conſecratum poteſt commiſceri oleo conſecrato, & totum fit conſecratum. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Butr. Anan. Hoſtienſ. Anchar. Henric. Panorm. Viuian. *in rationali lib.3. iuris Pontif. pag.414.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag.530.* remiſſiuè Ximen. *in concord. part.1. & 2.* refertur ab Anton. Auguſt. *collect.3. Decret. lib.3. ſub tit.31. de dedicat. Eccleſia, vel Altaris, cap.2.*

Vide quæ dixi *ad c.1. ſupr. hoc tit.*

2 *Nec negamus,* &c.] Probat id text. quod ſi oleo conſecrato miſceatur oleum profanum, totum remanet conſecratum, Fuſc. *de viſitat. lib.1.c.6.n.10.* ex quo potiſſimùm deduci ſolet vulgare axioma, quod magis
3 dignum attrahit ad ſe minus dignum, de quo Dec. *in cap. ex literis, n.4. de conſtit.* Tiraq. *de retract. lign. §.1. gloſſ.7.n.82.* Menoch. *conſ.2. n.227.* Hieronym. Giach. *in conſil. ſyndicatus, n.329.* Ferret. *in conſtit. Cathalauniæ, gloſſ.2.n.56.* Anton. Gom. *variar. tom.3.c.10. n.6.* Sanch. *de Matrim. lib.3. diſp.29.n.8.* Pichard. *ad §.7.n.3. inſtit. de fideicommiſſ. hared.* Moner. *de decim. c.9.q.5. n.258.* Bened. Ægid. *in repetit. l.1. C. de Sacroſanct. Eccleſ. p.3. §.1. num.14.* Illuſtriſſ. D. meus Roderic. à Cunha *in comment. ad cap. de ieiunio 3. num.3. diſt.76.* Ego ipſe *in tract. Axiomatum iuris vſufreq. Axiom.72. num.1. & 2,* vbi intelligitur, quando æquè principaliter datur concurſus.

4 Vnde nonnulli inferunt intellectum ad text. reputatum difficilem *in c. per tuas, de arbitr.* vbi conſtat valuiſſe arbitrium à duobus laicis, & vno clerico pronuntiatum in cauſa Eccleſiaſtica, de qua ibi agebatur; cùm tamen laici in tali cauſa arbitrium ſuum ferre nequeunt, & text. *in c. contingit, eod. tit.* rationem aſſignat, quod perſona clericalis, quæ habuit ſe per modum dignioris, traxit ad ſe minus dignum, nempe indecentiam laicorum, id quod in cauſa fuit vt arbitrium valuerit, ſequuntur Gloſſ. & Doctores *in d. cap. contingit,* Felin. *in c.2. num.8. de iudic.* vbi dicit communem, Rip. *num.12.* Dec. *in c. ex literis, num.8. de conſtit.* Gomez. *in c. ſtatutum, num.53. eod. tit. in 6.* & plures alii relati per Couar. *practic. c.34. n.1. col.1.* Obſtat tamen maximè aduersùs prædictum intellectum, quod ſupradicta regula, videlicet magis dignum attrahit ad ſe minus dignum, tantum habet locum quando id, quod eſt dignius, habet ſe per modum principalis, vt *in l. qui religioſis, ff. de rei vendicat.* iuncta *reg. acceſſorium, ff. de regulis iuris in 6.* non verò quando vtrumque æquè principaliter concurrit, prout concurrunt judices, vel arbitri in exercitio juriſdictionis, & poteſtatis ſi[illegible] commiſſæ, tunc vtrumque vitiatur propter mixtur[illegible] indignioris, ſi ſit incapax: optimè in ſpe[illegible] t[illegible] *cap. Pedius, § 1. de receptis arbitr.* Melius igitur t[illegible] *in d. cap. per tuas,* procedit ex auctoritate Epiſcop[illegible] quæ interfuit in tali compromiſſo ad effectum, vt l[illegible] poſſint arbitrari, prout poſſunt eadem interueniente auctoritate, nedum in cauſa Eccleſiæ ciuili, de qua illic agebatur, ſed etiam in ſpirituali, quantumvis delegati judices conſtituti nequeant, argum. text. *in c. 2. de iudiciis,* junctis *ibi* traditis per Doctores, præcipuè Felin. *d.n.8.*

Redeundo igitur ad id, quod principale eſt, pertinens ad materiam de qua agimus, illud certum eſt quod ſicut oleum conſecratum non exſecratur per commixtionem alterius olei non conſecrati, imò ſolum conſecratum remanet, ſic etiam idem eſt dicendum, ſi aquæ benedictæ non benedicta miſceatur, cùm in vtroque caſu eadem ſit ratio ſecundùm omnes ex Syluest. *num.3.* Angel. Armil. & cæteris Summiſtis verbo *aqua,* colligitur ex traditis per Sot. *in 4. diſt.10. q.2. art.2.* Soar. *in 3. part. D. Thomæ, q.77. art.8. diſp.58. ſect.4.* 5

Dubium autem controuerti ſolet, an hoc habeat locum non ſolùm quando in minori quantitate oleum conſecratum, vel aqua benedicta conſecratis commiſcentur, ſed etiam quando in quantitate æquali, vel majori? & quod tunc idem dicendum ſit, tenent Angel. *d. verbo aqua,* & alii, prout referunt Syluest. & Armil. *dictis locis.* Sed contraria ſententia verior videtur, nempe quod ſi oleo conſecrato, ſeu aquæ benedictæ miſceatur liquor eiuſdem ſpeciei in majori, vel etiam æquali quantitate, non totum maneat conſecratum, quam opinionem tenuit Supplem. & Sylu. *d. verbo aqua:* non obſtat text. huius reg. ea enim procedit ſolùm, quando virtus naturalis dignioris major eſt, quàm indignioris, idque non poteſt conſiderari, quoties minus dignum in majori, vel etiam æquali quantitate commiſcetur, propterea conſecratio, & ſanctificatio olei, & cuiuſlibet rei inanimatæ conſideratur, non quidem intrinſecè, ſed potiùs per quandam extrinſecam denominationem ab Eccleſia ſtatutam, quæ voluit eandem conſecrationem extendi ad partes ex poſtfacto mixtas, juxta text. *in præſenti,* planè hæc denominatio, & hic reſpectus deperditur quoties liquor profanus in majori, vel etiam æquali quantitate commiſcetur, alioquin ſequeretur per guttam olei conſecrati, ſeu aquæ benedictæ totam amphoram olei non conſecrati, ſeu aquæ non benedictæ conſecrari, quod quàm ſit abſurdum, nemo non videt, vt rectè arguit Syluest. *d. loco.* 6

Quæ autem ſit diuerſitatis ratio, quare ſi vino conſecrato, & tranſſubſtantiato eadem vini ſpecies in minori quantitate miſceatur, nunquam tale vinum ſic permixtum conuertitur in ſanguinem Chriſti; oleo verò conſecrato, ſeu aquæ benedictæ ſi miſceatur liquor ejuſdem ſpeciei non conſecratus in minori quantitate 7

ſtitate, totum maneat conſecratum, dictum eſt infrà *ad c. cùm Martha, §. quæſiuiſti, verſ. præterea, de celebrat. Miſſarum.*

SUMMARIUM.

1 *Eccleſia, quæ propter homicidia, & vulnera hominum ibidem perpetrata polluta eſt, reconciliari debet.*

2 *Eccleſia polluitur, & reconciliatione indiget quoties homicidium voluntarium, & iniurioſum intra ipſam ab aliquo patratur.*

3 *Homicidium caſu contingens, vel ab aliquo patratum, qui non ſit compos mentis, non polluit Eccleſiam.*

4 *Homicidium iuſtum, quod ſcilicet per iuſtam judicis ſententiam infertur, an polluat Eccleſiam, oſtenditur.*

5 *Eccleſia per martyrium alicuius ſancti à Tyranno, vel Hæretico in ea perpetratum polluitur.*

6 *Eccleſia conſecranda eſt quando neſcitur, ambigiturve, an ſit conſecrata.*

Cap. Propoſuiſti IV.

1 Eccleſia quando eſt polluta propter homicidia, vel vulnera hominum, debet reconciliari per aquam benedictam cum vino & cinere. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Joan. Andr. Butr. Anan. Hoſt. Henric. Anchar. Panorm. Viuian. *in ration. lib. 3. juris Pontif. pag. 415.* Alagona *in compendio juris Canon. pag. 530.* remiſſiuè Ximen. *in concord. p. 1.* refertur ab Anton. Auguſt. *collect. 3. Decret. lib. 3. ſub tit. 31. de dedicat. Eccleſiæ, vel Altaris, c. 3.*

2 *Homicidia contingunt fieri, &c.*] Notatur ad hoc, quod Eccleſia polluitur, & reconciliatione indiget, quoties homicidium voluntarium, & injurioſum intra ipſam Eccleſiam ab aliquo patratur, vt per Azor. *inſtit. moral. p. 2. lib. 9. c. 5. q. 1.* Dec. *tract. crimin. lib. 6. c. 24. à n. 16.* & plures alios, quos refero ego ipſe *de offic. & poteſt. Epiſc. p. 2. alleg. 28. n. 30.* id quod omnes intelligunt etiamſi tale homicidium citra ſanguinis effuſionem, veluti per ſuffocationem, vel aliter contingit, de quo eſt gloſſ. ab omnibus commendata *in c. vnic. hoc tit. lib. 6.* cum qua *ibi* tranſeunt Archid. Dominic. Franch. Anch. & cæteri ſcribentes, necnon Hoſt. Butr. & Abb. *in præſenti*, & conſtat auctoritate huius text. vbi ſimpliciter de homicidio fit mentio, quod propriè intelligitur prædicto modo, ſcilicet quamumcunque nulla detur ſanguinis effuſio, juxta text. vbi omnes notant, *in l. qua actione, ff. ad legem Aquil. ibi: Occiſum accipere debemus, ſiue gladio, ſiue fuſte, vel telo, vel manibus, ſi fortè ſtrangulauerit.*

3 Dixi *voluntarium*, quia aliàs ſi inuoluntarium fuerit, nempe caſus contingens, veluti ſi cadente lapide, vel alio caſu fortuito alicui exiſtenti intra Eccleſiam mors contingat, vel ab aliquo, qui non ſit compos mentis, quis exiſtens intra Eccleſiam interficiatur, minimè per hoc Eccleſia polluta dicenda erit, ſicut etiam polluta cenſeri non debet ob homicidium ab ebrio, qui ebrietatis furore extra ſe totaliter poſitus eſt, vel ab aliquo dormiente inter ſomniandum, aut denique ab aliquo, qui ſe defendendo, ſeruato, vt aiunt, moderamine inculpatæ tutelæ, alium occidit, quæ omnia colliges ex dictis per me *d. alleg. 28. n. 13. & 16.*

4 Dixi iniurioſum; nam ſi homicidium injurioſum non ſit, Eccleſia minimè polluta cenſenda erit: vnde dubium videtur, quod Doctores communiter tradunt, pollui ſcilicet Eccleſiam ex homicidio iuſto, quod per juſtam judicis ſententiam infertur, veluti ſi reus in Eccleſia ſuſpendatur, vt docuit D. Antonin. *p. 3. tit. 1. c. 20. §. 4.* & poſt Vivald. & alios Sayr. *§. 4. de cenſ. lib. 5. cap. 16. n. 13.* Confirmatur difficultas ex reſolutis per Tiraq. *in ſum. lib. 11. cap. 16. num. 4.* Auil. *de cenſur. p. 5. diſp. 7.* aſſerentes non pollui Eccleſiam ſi judex mittat ſagittam, & percutiat perturbatorem Reip. in Eccleſia exiſtentem, quem aliter capere non poteſt. Sed rectè defenditur communis, nec obſtat caſus iſte de Reip. perturbatore, ſpecialis enim eſt, ex notatis à Doctoribus per text. *ibi, in cap. perpendimus, de ſentent. excomm.* & ita vtrumque caſum bene diſtinguit Emman. Sà *in aphoriſm. verbo Eccleſia, n. 13.* Ad argumentum verò quod tale homicidium injurioſum non ſit, reſpondet Soar. *tom. 3. diſput. 81. ſect. 4. in princip.* injurioſum eſſe poſſe reo, quia licèt ſupplicio dignus ſit, jus tamen habet ne in tali loco talem vim patiatur, deinde eſſe injurioſum loco ſacro, & ipſi Deo, in cuius honorem Eccleſia ſpecialiter dicata, & conſecrata eſt, juxta text. *in c. 1. & per totum, hoc tit. lib. 6.* Confirmatur ex reſolutione eorum, qui tenent quod licèt coitus coniugalis de ſe licitus ſit, in Eccleſia tamen extra caſum neceſſitatis cenſetur illicitus, & Eccleſiam polluit, vt verius, & receptius eſſe poſt Nauar. & Henric. corroborant infinitis adductis Sanch. *de Matrim. lib. 9. diſput. 15. à n. 7.* Sayr. *d. cap. 16. à num. 19.* Soar. *d. ſect. 4. verſ. tertiò violatur.*

His etiam caſibus annumerandum putat Abb. *in præſenti, n. 2. in fine*, homicidium, ſeu martyrium alicujus Sancti, ſi à tyranno, vel hæreticis in Eccleſia committatur, cùm enim per Sancti mortem, ſeu martyrium Eccleſia conſecretur, *cap. quamvis, 22. diſt. cap. fundamenta, verſ. iſti ſunt*, ibi, *ipſam glorioſo cruore martyrij Chriſto Domino conſecrarunt, de elect. lib. 6.* non poteſt dici Eccleſiam pollui, ſeu fœdari, ſed magis illuſtrari. Verùm contrariam ſententiam tenuit gloſſ. *verbo ſanguinis, ad fin. in c. 1. hoc tit. lib. 6* quam ſequuntur conſtantiſſimè ſcribentes communiter, Iacob. de Graff. *in aureis deciſ. p. 1. lib. 2. c. 48. n. 24.* Sayr. *d. c. 16. n. 14. verſ. item citatis locis*, adducentes rationem efficacem, quia quo ſanctior eſt, qui occiditur in Eccleſia, eo grauior eidem Eccleſiæ infertur injuria, & licèt ex effuſi ſanguinis paſſione Eccleſia conſecrata maneat, ex actione tamen effundentis ſanguinem, hoc eſt occidentis, injurióſum eſt, & ſacrilegum homicidium, juxta illud: Actio diſplicuit, paſſio grata fuit. 5

In gloſſ. *Reconciliari, ibi, ſi dubitatur an ſit conſecrata.* 6 Notatur ad hoc, quod Eccleſia conſecranda eſt, quando neſcitur, ambiguturve ſit conſecrata néc ne, nec appareat vllum conſecrationis indicium, ſiue argumentum, vt per Azor. *inſtit. moral. p. 1. lib. 18. c. 26. q. 12. & p. 2. lib. 9. c. 4. q. 5.* Franc. Leo *in theſauro fori Eccleſiaſt. p. 1. c. 5. n. 4. verſ. ſecundò*; in dubio enim non præſumitur conſecrata Eccleſia etiam per diuturnitatem temporis, *cap. Eccleſia, cap. ſolemnitates, de conſecr. diſtinct. 1.* Maſcard. *de probat. concl. 415. & 582.* vbi *in fin.* diſtinguit inter Cathedrales Eccleſias, quæ præſumuntur conſecratæ, & inferiores, quæ tales non præſumuntur, refert Joan. Bapt. Coſta *de remed. ſubſid. remed. 116. n. 8.* Cæterùm dignoſcitur Eccleſia conſecrara, vel ex ſcriptura, ſeu inſtrumento donationis, vel ex antiquis libris Eccleſiæ, veluti columna, ex ſaxo, aut tabula marmorea, vel ex crucibus rubeis pictis ad parietes Eccleſiæ, vt animaduertit Coſta *remed. 116. n. 7.* vel ex dicto teſtis, etiamſi vnus ſit, vt reſoluunt Doctores per me citati *ad collect. in cap. in omni negotio, n. 25. de teſtib.*

Cap.

Cap. Cùm ſis V.

1 Altaria plura, compluresque Epiſcopi poſſunt in una Eccleſia,& una Miſſa conſecrari. Colligunt ex Ordin.Abb.antiq.Innoc.Collect.Zabar.Joan.Andr. Anan. Butr. Hoſt. Henric. Anch. Panorm.Vivian. *in ration. lib.3. juris Pontiſ. pag.415.* Alagona *in compend. juris Canon.pag.531.* remiſſivè Ximen.*in concord. p.2.* refertur ab Ant.Auguſt. *collect.4.Decret.lib.1. ſub tit. de uſu, & actione pallii, cap. unic.*

2 *Et plures Epiſcopos,* &c.] De conſecratione Epiſcoporum latè dixi *de offic. & poteſt. Epiſcop. p.1. tit.1. c.5.* & aliqua obſervanda, cùm plures ſimul Epiſcopi conſecrantur, ponit Caſtald. *in praxi cæremon. lib.1. ſect.10. c.5.*

SUMMARIUM.

1 *Eccleſia minimè exſecrata cenſetur, quando corruit tectum integris, & illæſis remanentibus parietibus,* & n.2.

3 *Eccleſia conſecratione non indiget, quando parietes non ſimul, & in totum, ſed paulatim, ſeu per partes deſtruuntur, & ſucceſſivè reparantur.*

4 *Eccleſia totum ædificium quando ſive caſu fortuito, ſive conſultò deſtruitur, & corruit in totum quoad tectum, & parietes, tunc minimè retinet antiquam conſecrationem, etſi eo animo deſtruatur, ut iterum ex eadem materia reædificetur.*

Cap. Lineis VI.

1 Eccleſia & Altare non debent denuò conſecrari, ſi corruat totum tectum, & parietes ſint illæſi,& tabula,vel menſa Altaris non ſit mota, nec enormiter læſa, licèt in ſua extremitate ſit modicùm fracta. Colligunt ex Ordin.Abb.antiq.Innoc.Collect.Zabar. Joan.Andr. Butr. Anan. Hoſt. Anch.Henric. Panorm. Vivian. *in ration. lib.3. juris Pontiſ. pag.393.* Alagona *in compendio juris Canon.pag.513.* remiſſivè Ximen. *in concord. p.1.* refertur ab Ant. Auguſt. *collect.1. Decret. tit.14. cap. unic.*

2 Hanc eandem concl.ex hoc text. deſumunt Sylv.2. q.4. & Tabien.2. §.1.Durand. *in rationali Divinorum, lib.1. c.6.n.31.* Soar. *tom.3. q.83. diſp.81. art.3. diſt.1.* Azor. *inſt.mor. p.1. lib.10. c.26. q.12.* Ratio eſt, quia Eccleſiæ conſecratio habet tantùm reſpectum ad Eccleſiam ipſam, quatenus ex lapidibus compaginatur, & conſtruitur, & ita potiùs reſpicit parietum formam, quàm univerſi ædificii; per conſecrationem namque conſtituitur in ſtatu divinæ domus, quam nòn aliter repræſentat, niſi juxta lapidum diſpoſitionem, juxta illud, quod in illius dedicatione decantat Eccleſia, *Quæ conſtruitur in Cœlis vivis ex lapidibus:* & iterum ibi, *diſpoſiti lapides ſuis coaptantur locis*, & inde eſt, quod ſolennitas conſecrationis tantùm parietibus, & lapidibus adhibetur. Fit etiam, ut ſi parietes ipſi igne decruſtentur intus, & exterius, Eccleſia ex eo exſecrata cenſeatur, ut notat gloſſ. *verbo exuſta, in cap Eccleſiis,* per text. *ibi, de conſecrat.diſt.1.* præter alios Durand. *d. loco*, facit text. *in l.domum, ff. de contrah. empt.*

3 In illo verò caſu Eccleſia conſecratione non indiget, quando parietes non ſimul, & in totum, ſed paulatim, ſeu per partes deſtruuntur,& ſucceſſivè reparantur; tunc enim pars habita per modum acceſſorii, etiam conſecrata habebitur: unde etiamſi curſu temporis univerſa materia,quæ antea erat,modò non extet, ſed nova in totum ſuperveniat,adhuc non erit Eccleſia iterum conſecranda, ſed ad ſummum aquæ tantùm benedictæ aſperſione exorcizanda,de quo eſt text.*in c.de fabrica,verſ.& ideò,* junct.gl.*verb.innovata, de conſecr.diſt.1.*gloſſ.*verbo parietibus, in præſenti, & in c propoſuiſti, verbo reconciliari,* & hæc reſolutio eſt de mente DD.omnium in illis juribus,ut notarunt Scrib. *in c.3.& c. ſicut,de Iudæis.* Ratio hujus reſolutionis duplex aſſignari poteſt.Prima eſt,quia dum Eccleſia paulatim, & ſucceſſivè reficitur, magis dignum trahit ad ſe minus dignum, arg. text.*in l.qui Religioſi, ff. de rei vendic.& l.quod in dubiis, hoc tit.& c.un. eod.tit. lib.6.* Secunda ratio eſt,quia licèt ex nova materia paulatim à primis fundamentis reficiatur, non ideò deſinit eſſe eadem Eccleſia,arg.text.*in l.quod in rerum natura,ff.de leg.1. & l.proponebatur ,ff.de jud.& l.grege, ff. de leg.4.* quibus juribus conſtat à ſimili,quod populus,ſeu communitas, licèt curſu temporis amittat perſonas illas, quas habebat tempore, quo actus nomine ejuſdem communitatis fuit celebratus,& novæ perſonæ ſuperveniant,non ideò minùs deſinit eſſe eadem communitas,ac proinde actus,& obligatio ſemel contracta nomine populi,& communitatis dicitur perdurare: unde fit ut votum, ſeu juramentum nomine communitatis emiſſum,obliget ſucceſſores,quia communitas ex mutatione perſonarum non mutatur,imò eadem ſemper reputatur, junctis in hoc traditis per Bald.*in d.l.proponebatur,* Azeved. *ad Curiam Piſanam,lib.4.c.5.* Avil.*ad cap.Prætorum, c.19. in verbo Privilegiis, n.3.*

4 Quando verò totum Eccleſiæ ædificium, ſive caſu fortuito, ſive conſultò deſtruitur, & corruit in totum quoad tectum, & parietes, tunc minimè retinet antiquam conſecrationem,quæ ideò de novo illi eſt adhibenda,de quo eſt gloſſ.*verbo innovata,& in c.de fabrica, de conſecr.diſt.1.* quatenus diſtinguit inter eum caſum,quando inſimul,& in totum deſtructa eſt Eccleſia,& quando per partes reficitur à primis fundamentis, ſimilis gloſſ.*in c.propoſuiſti, ſup.hoc tit.*& in domo privata quoties prædicto modo deſtruitur, ſcilicet inſimul,& in totum,quod non cenſeatur eadem domus, nec duret obligatio reſpectu illius, quanvis de novo reficiatur,eſt text. *in l.inter ſtipulantem, §. ſacram,ff.de verb. oblig.& in l.qui res, §. aliam, ff. de ſolut.*opt.text. *in c.Iudæi,& in c. ſicut Iudæi, de Iudæis,* junctis utrobique gloſſis, & Doctoribus, quatenus concedunt prædictis Judæis veteres Synagogas reficere, non verò novas ædificare, & ædificium ſic reædificatum non dicitur vetus, quod antea erat, ſed de novo conſtructum; facit etiam, quia Eccleſia deſtructa minimè gaudet privilegiis conceſſis Eccleſiis, ut per Tiraq.& Sanch. quos citavi *ad c. Abbate 25.n.11. infr. de verb. ſignif. pag.589.* quibus adde Curt. *conſ.26.* Albert. Brun.*in tr.de interitu,& perempt.concl.5. per tot.*Bellon. *conſ.1.n.7.* Eraſm. à Cochier. *de juriſd.Ordin. in exemptos,p.3.q.19.per tot.*ad plura inferentes: per quæ jura relata,ita poſt Archid.& Card. *in d.c. fabrica,* & alios *in d.c. propoſuiſti,* tenent Sylv. *verbo conſecratio 2.q.4.* Tabien.*eod.verbo 2.§.1.*Armil.*n.2.*Durand.*d.n.31.*Nav. *in man.c.27.n.253.*Henriq. *in ſum.lib.9.de Miſſa,c.27. §.5.in fin.* Quæ quidem reſolutio ampliatur, ut procedat etiam quando Eccleſia inſimul, & in totum deſtruitur eo animo, ut iterum ex eadem materia reædificetur; adhuc enim ſi parietes corruant in totum,vel pro majori parte, erit Eccleſia exſecrata cenſenda,& noviter conſecranda, prout ſentiunt præcitati Doctores, ad quod eſt text. opt. *in d. §. ſacram, in fine,* ubi quando domus funditus, & ſimul deſtruitur, licèt eo animo

animo, ut iterum reficiatur, non cenſetur poſtea reædificata eadem, ſed diverſa domus; & ideò exſpirat obligatio reſpectu ejuſdem, prout *ibi* notarunt ſcribentes omnes, & *in d.l.qui res,§.aliam, ff.de ſolut.* Sed obſtat, quod ſi navis deſtruatur eo animo, ut ex eiſdem tabulis,& ex eadem materia iterum reficiatur, cenſetur eſſe eadem navis,& durat obligatio reſpectu ejuſdem,prout habetur *in d. §. ſacram, & in d.§.aliam,* unde videbatur ſimiliter dicendum in domo eodem animo deſtructa,& per conſequens in Eccleſia materiali, quæ maximè navi æquiparatur, ex text. *in c.non turbatur 24.q.1.& in c.ante omn.40.diſt.*Verùm ſatisfit, ſi ex mente Bart.Paul.Alex. & Jaſ.*ibid.* reſpondeatur peculiariter, & utilitatis cauſa introductum fuiſſe in navi,& cùm ſit res mobilis ejus naturæ, ut hinc inde amoveri ſoleat, ita participet ex animo, ut minimè extinguatur obligatio reſpectu ejuſdem, ſi novæ refectionis animo deſtruatur, & ex eadem materia reficiatur, quaſi potens ſit animus hoc operari, quæ ratio ceſſat reſpectu domus, cùm ſit res immobilis,arg. text. *in l. jus ſingulare, ff. de legib.*

SUMMARIUM.

1 *Cœmeterium polluitur ſi excommunicatus in eo ſepeliatur,* & n.2.

3 *Cœmeterio polluto ob ſepulturam excommunicati,non ideò polluitur Eccleſia; benè tamen è converſo, ſi cœmeterium Eccleſiæ ſit contiguum.*

4 *Cœmeterium, ſeu Eccleſia, an cenſeatur polluta, quando per Epiſcopum excommunicatum conſecratur, remiſſivè.*

5 *Excommunicati, qui cum ſignis pœnitentiæ deceſſerunt, & abſolutionem dum viverent petierunt, ſed morte præventi, abſoluti non ſunt, an Eccleſiaſtica ſepultura priventur, remiſſivè.*

6 *Cœmeterium debet ab Epiſcopo eſſe benedictum.*

Cap. Conſuluiſti VII.

1 Excommunicatorum corpora ſi ſepeliantur in cœmeterio, illud polluitur, & eſt reconciliandum aſperſione aquæ ſolenniter benedictæ, ut fit in dedicatione Eccleſiæ. Colligunt ex Ordin. Abb.antiq. Innoc. Collect. Zab. Joan. Andr. Anan. Hoſt. Butr. Henric. Anch. Panorm. Viv. *in ration.lib.3. jur.Pontif. pag.416.* Alagona *in compendio juris Canon. pag.531.* remiſſivè Ximen. *in concord. p.1.* refertur ab Ant.Aug. *collect.4. Decret. lib.3. ſub tit. de celebr.Divin.offic.c.1.*

2 Hanc eandem concl. ex hoc text. deſumunt Hoſt. *in ſum.ſub hoc tit. n.7.* Navar. *in man. c.27.n.257. ad fin.*Henriq. *in ſum. lib.9. c.27. §.5.& lib.13.c.51. §.3.* & poſt Palud.Sylveſt.& alios Sayr.*de cenſur.lib.2.c.4. n.11.& lib.5.c.16.n.22.* & poſt eum Avil. *eod. tract. p.5.diſp.7.dub.1.verſ.tertius caſus,* Soar. *tom.5.diſp.81. ſect.4.verſ.quartò, & de Relig.tom.1. tract.2. lib.3. c.2. à n.3.* Valer.Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.32.n.17.* Azor. *inſt. moral. p.1. lib.10. c.26.q.13. verſ.tertiò, & p.2.lib.9. c.5.q.1. verſ.quartò,* Ant.Ricc. *de jure perſonarum extra gremium Eccleſiæ exiſt. lib.4.c.90. à n.19.* Fr.Ludov. Miranda *in man. Prælat. tom.2.q.39. art.5. concl.1.verſ.tertius caſus,* Ugolin. *de poteſt.Epiſc.c.29. §.4.* & alios per me citatos *de offic.& poteſt.Epiſc.p.2.*
3 *alleg.27.n.52.* qui omnes rectè notant, ſi in cœmeterio excommunicatus ſepeliatur, non ideò eo polluto, pollui Eccleſiam, licèt è converſo pollutâ Eccleſiâ, cœmeterium pollui, ſi eidem ſit contiguum, ut formaliter in utroque membro decidit text. *in c. un. hoc tit. lib.6.* & conſtat ex relatis per Henriq. *d. §.5.* Sayr.*d. c.16.n.28.* Cened. *ad Sextum, collect.11.n.7.* rationem reddit idem text. quia acceſſorium naturam ſequitur principalis, non è contra principale ſuum ſequitur acceſſorium, nec minus dignum trahit ad ſe magis dignum, juxta reg. *c. quod in dubiis, ſupr. hoc tit. cum ſimilibus.*

Utrùm autem ſimiliter cœmeterium, ſeu Eccleſia 4
polluta cenſeatur, quando per Epiſcopum excommunicatum conſecratur? Vide Fr. Emman. *in ſumma, tom.1.c.153.n.2. concl.2.* Soar. *dict.ſect.4. verſ.quartò violatur Eccleſia,* ubi negativam ſequuntur opinionem.

Utrùm verò excommunicati, qui cum ſignis pœ- 5
nitentiæ deceſſerunt, & abſolutionem dum viverent petierunt, ſed morte præventi abſoluti non ſunt, Eccleſiaſtica priventur ſepultura? Dixi *ad c. ad hæc 5. n.12. de privil. pag.352.* ubi *n.6.* plura de etymologia verbi *Cœmeterium:* & *n.8.* utrùm ſi cœmeterium auctum ſit ſine Epiſcopi auctoritate, in ea parte aucta poſſit excommunicatus ſepeliri.

In gloſſ. *Cœmeteria, ibi, & cœmeterium cùm ſit conſe-* 6
cratum. Ergo non ſufficit, quod in eo ſepeliantur corpora mortuorum, ad hoc ut dicatur locus ſacer, & religioſus, ſed requiritur, ut ſit ab Epiſcopo benedictum, *Clem.1.* ubi gloſſ. *verbo cœmeteriis, de ſepult.* & *ibid.* Anch. *num.4.* Vitalin. *ſub num.14.* Innoc. *in c. abolendæ, n.2. in fine, de ſepult.* Stephan. Gratian. *Marchiæ deciſ.26.n.4.* At verò quando à multo tempore citra in aliquo loco cadavera ſepeliuntur cum permiſſione, ac etiam acquieſcentia Epiſcopi, & ab omnibus communiter pro cœmeterio diu fuerit reputatus, debet præſumi quod locus fuerit deſtinatus ad ſepulturam mortuorum, & inſimul ab Epiſcopo benedictus, licèt verè, & realiter benedictione careret, ut notant Card.Zabar. *in d.Clem.1. n.10. in fine, & n.11. circa med. verſ.& hoc verius, de ſepult.* quem ſequuta eſt Rota *in Cæſarauguſtana dedicationis, 28. Februarii 1625.* coram bonæ memoriæ Patriarcha Manzanedo.

SUMMARIUM.

1 *Eccleſiam faciens conſecrari, tenetur eam dotare,* & n.2.

3 *Eccleſiam nullus debet dedicare, ſeu conſecrare, niſi fuerit antea eidem Eccleſiæ aſſignata dos competens.*

4 *Eccleſiæ dos ante conſtructionem conſtitui debet.*

Cap. Cùm ſicut VIII.

Honor. III.

Eccleſia non eſt conſecranda, niſi priùs ei fuerit 1
proviſum de dote, & qui illam facit conſecrare, tenetur eam dotare. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan.Andr. Butr. Hoſt. Anch. Henric. Panorm. Vivian. *in ration. lib.3. juris Pontif. pag.416.* Alagona *in compend. juris Canon. pag.531.* remiſſivè Ximen. *in concord. p.1.*

Hanc eandem concl. ex hoc text. deſumunt Lam- 2
bertin. *de jurepatr. lib.1.p.2. q.5. art.10.* Jul.Viv. *in praxi juriſpatron. part.1.lib.2. c.4.num.25.* quos refero ego ipſe *de officio, & poteſt. Epiſcop. part.3. alleg.70. n.29.* Nullus enim debet dedicare, ſeu conſecrare Eccleſiam aliquam, niſi fuerit antea eidem Eccleſiæ aſſignata dos competens, *c.nemo, de conſecrat. diſt.1.* ubi

ubi *gloſſ. penult.* & Archid. *n.*4. ac Turrecrem. *q.*6. Abb. *in c.*1. *n.*1. *de cenſib.* Rot. *deciſ.*141. *n.*5. *p.*2. *diverſ.* Bald. *conſ.*132. *vol.*3. Bellet. *diſquiſit. cleric. p.*1. *tit. de Clerico debitore*, §.14. *num.*2. Quæ autem dos debeatur Eccleſiæ, & quando tradi debeat, vide Lambertin. *d. q.*5. Duen. *reg.*225. Roch. *de jurepatr. verbo conſtruxi, q.*2. *num.* 4. *cum ſeqq. & verbo dotavit, quæſt.* 5. Jul. Viv. *d. cap.*4. *per totum*, & alios plures, quos citavi *de offic. & poteſt. Epiſcop. part.* 3. *alleg.*27. *num.*3. latè Bellet. *d.* §.5. *per totum.*

4 In gloſſ. *Conſecrandæ*, ibi, *nec etiam fundanda, niſi prius competens dos fuerit ei aſſignata.* Notatur ad hoc, quod ante conſtructionem Eccleſiæ dos conſtitui debet, Vivian. *d. cap.* 4. *num.* 23. ubi cum Abb. *hîc, num.*3. & 4. reſolvit conſtructorem Eccleſiæ, quæ ſine dote fuit ædificata, poſſe ad eam dotandam directè compelli officio judicis Eccleſiaſtici, additque patronum cogi poſſe pro dote, & ejus ſupplemento, ſi ſit fundata, & conſecrata, non tamen dotata; qui tamen ſi non ſolvendo ſit, ſed tempore conſecrationis fuit cautè proviſum per inſtrumentum, tunc is tenetur, cujus culpâ non fuit dos exacta; ſi autem non fuit cautè proviſum, tunc tenetur conſecrator, dummodo id fiat ſine enormi læſione Eccleſiæ, & fiat de bonis patrimonialibus conſecratoris, vel de fructibus Eccleſiæ ipſius, de quo latè Lambertin. *d. quæſt.*5. *art.*18.

SUMMARIUM.

1 *Eccleſia polluta per Sacerdotem ſimplicem reconciliari non poteſt, etiamſi aqua fuerit per Epiſcopum benedicta.*

2 *Eccleſia violatæ reconciliatio, ſi ſit conſecrata per Epiſcopum, facienda eſt per aquam cum vino, & cinere benedictam; per ſimplices autem ſacerdotes reconciliari non poteſt, etiamſi in contrarium ſit conſuetudo.*

3 *Aqua benedicta quot ſint genera, & de ejus virtutibus, & antiquo uſu in Eccleſia contra dæmones, remiſſivè.*

Cap. Aqua IX.

Honor. IX.

1 Eccleſiam pollutam non poteſt ſimplex Sacerdos etiam de mandato Epiſcopi reconciliare cum aqua per Epiſcopum benedicta, ſed debet ipſemet Epiſcopus, quia licèt poſſit committere, quæ ſunt juriſdictionis, non poteſt ea, quæ ſunt Ordinis, & conſuetudo contraria eſt corruptela. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarell. Joan. Andr. Butr. Hoſtienſ. Henric. Anchar. Panormit. Cened. *collect.*135. Vivian. *in rationali lib.*3. *Iuris Pontificii, pag.* 417. Alagona *in compendio Iuris Canonici, pag.* 532. remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concordant. part.*1. & 2.

2 Collige ex text. Eccleſiæ violatæ reconciliationem (ſi ſit conſecrata) per Epiſcopum faciendam eſſe per aquam cum vino, & cinere benedictam, per ſimplices autem Sacerdotes reconciliari non poſſe, etiamſi in contrarium ſit conſuetudo, ut per Fuſch. *de viſitat. lib.*2. *cap.*25. *num.*12. & 13. Sot. *in* 4. *diſt.*13. *quæſt.* 2. *art.* 3. *verſ. quod ſi fuerit conſecrata*, Læl. de Zanch. *de privil. Eccleſ. privil.* 4. *ex num.*2. Cened. *d. collect.*135. *num.*1. Fr. Ludov. Miranda *in man. Prælat. tom.*2. *quæſt.*38. *art.*8. *concl.* 2. Azor. *inſtit. moral. part.*1. *lib.*9. *cap.*5. *quæſt.*5. Ugolin. *de poteſt. Epiſcop. cap.*29. §.8. *num.*1. & alios plures, quos refero ego ipſe *de offic. & poteſt. Epiſcop. part.*2. *alleg.*28. *num.*55. & infrà *ad cap. ult. num.*2. *hoc tit.*

Reconciliatio Eccleſiæ voluntariè, illicitè, injurioſè, & publicè pollutæ per magnam effuſionem ſanguinis, aut ſeminis humani, debet fieri expenſis illius, qui eam violavit, ſi eſt ſolvendo, alioqui ſi Eccleſia eſſet curata, & violator eſſet pauperculus, rejiceretur onus in Parochum, quatenus ejus redditus eſſent idonei ferendo, niſi oppoſitum juberet conſuetudo, aut ſtatutum. At ubi Parochus & ipſe pauper eſſet, tunc ſumptibus Parochianorum, & poſt eos in ſubſidium, ſcilicet in defectum omnium debet Epiſcopus ſuis expenſis Eccleſiam reconciliare, *cap. Eccleſiis* 68. *diſt. cap. Eccleſiis, de conſecrat. diſt.*1. Navar. *man. cap.*27. *n.*256. *cum ſeq.* Franc. Leo *in theſauro fori Eccleſ. p.*1. *c.*5. *n.*18. ubi eadem utitur diſtinctione quando ignoraretur auctor pollutionis, refert & ſequitur Joan. Bapt. Coſt. *de remed. ſubſid. remed.*116. *n.*1. ubi *num.*3. reſolvit quod ſi Eccleſia polluta eſſet Regularis ſine cura animarum, atque ignoraretur quis violaverit Eccleſiam, vel etiam ſciretur, ſed is non eſſet ſolvendo, tunc nec populus, nec Epiſcopus teneretur.

De aquæ benedictæ quatuor generibus, & ejus effectibus, antiquoque uſu in Eccleſia contra dæmones, vide latè Marſil. Columna. Archiepiſcopum Salernitanum *in ſpeciali tract. de aqua benedicta.* Vvalfrid. Strabo *de rebus Eccleſ. cap.*29. & 30. Raban. Maur. *in inſtit. Cleric. lib.*2. *cap.*55. Turrecrem. *in ſpeciali tract. de aqua benedicta*, Benzon. *de Iubilao, cap.*7. *à fol.*431. *uſque ad* 434. Theod. *lib.*6. *hiſtor. tripart. c.*33. Guillelm. Durand. *in rationali divinorum, lib.*4. *cap.*4. *n.*10. Paul. Fuſch. *de viſit. lib.*1. *c.*7. *n.*3. *cum ſeqq.* Stephan. Durant. *de ritibus Eccleſiæ, lib.*1. *cap.*21. *n.*2. Fr. Hieron. Roman. *de Republ. Chriſtiana, lib.*4. *c.*22. Henriq. *in ſum. lib.*4. *cap.*15. §.8. *lit. E*, Azor. *inſtit. moral. p.*1. *lib.*4. *c.*10. *q.*4. & *part.*2. *lib.*9. *cap.*15. *per totum*, Card. Cæſar. Baron. *annalium Eccleſiæ tom.*2. *anno Chriſti* 132. *pag. mihi* 62. Martin. Delr. *diſquiſit. magic. lib.*2. *cap.*2. *ſect.*3. *quæſt.*3. *pag. mihi* 523. Galganet. *de jure publico, lib.*2. *cap* 65. Emman. de Valle *de incantation. & enſalmis, ſect.*2. *cap.*11. *num.*6. & 27. & *cap.*13. *num.*8. me citato *in hoc loco*, Lavor. *variar. lucubrat. tit.*2. *cap.*3. *ex num.*65. Et de multis miraculis per aquæ benedictæ virtutem, vide Henriq. *d. lit. E*, Cardin. Baron. *tom.*3. *anno Chriſti* 307. *pag.*284. & *tom.*7. *anno Chriſti* 537. *pag.*271. Et de uſu aquæ apud Hebræos, & Gentiles ad expiationem, & ablutionem, vide Joan. Pined. *ſuper Iob, part.*1. *cap.*9. *pag.* 369. Et quod aqua benedicta dæmones fugat, Theodor. *lib.*5. *hiſtor. Eccleſ. cap.*21. Gretſer. *de Cruce, lib.*4. *cap.*36. Torreblanc. *lib.*2. *de magia, cap. ultim. ex num.* 35. idque cacodæmones Indis confeſſos narrat Franciſc. Gomera *in hiſtor. Mexicana, cap.*235. 3

SUMMARIUM.

1 *Eccleſia etiam non conſecrata, ſi polluitur, reconcilianda eſt.*

2 *Eccleſia etiam non conſecrata, ſed tantummodo benedicta, reconciliari poteſt per quemcunque ſimplicem Sacerdotem, & hoc per aſperſionem aquæ luſtralis, etiam ab Epiſcopo non benedicta.*

3 *Eccleſia polluitur per ſanguinis effuſionem.*

4 *Eccleſia polluitur propter voluntariam humani ſeminis effuſionem intra Eccleſiam contingentem.*

5 *Eccleſia ut polluta maneat non requiritur quod ſit conſecrata, ſed ſufficit quod ſit ſpecialiter benedicta.*

6 *Loci ſacri nomine intelligitur non ſolùm Eccleſia, aut cœmeterium conſecratum, ſed etiam locus ad eam, vel alia divina Officia deſtinatus.*

Cap. Si Eccleſia X. & ult.

1 Eccleſia non conſecrata ſi polluatur effuſione ſanguinis, vel ſeminis, ſtatim eſt lavanda aqua exorcizata, ne ſuſpendantur organa divinæ laudis, & quàm citius fieri poteſt, eſt conſecranda. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Joan. Andr. Butr. Hoſt. Anchar. Henric. Panorm. Vivian. *in ration. lib.* 3. *Iuris Pontif. pag.* 417. Alagona *in compend. juris Canonici*, *pag.* 532. remiſſivè Ximen. *in concordant. part.* 1.

2 Collige ex text. quod ſi Eccleſia non fuerit conſecrata, ſed tantummodò benedicta, reconciliari poteſt per quemcunque ſimplicem Sacerdotem, & hoc per aſperſionem aquæ luſtralis, ut per Navar. *in man. cap.* 27. *num.* 151. Tolet. *in ſum. lib.* 5. *cap.* 8. *num.* 15. Jacob. de Graff. *in aureis deciſ. p.* 1. *lib.* 2. *cap.* 48. *n.* 10. Paul. Fuſch. *de viſit. lib.* 1. *cap.* 15. *num.* 16. Cened. *ad Decret. collect.* 155. Henriq. *in ſum. lib.* 9. *de Miſſa, c.* 27. §. 6. *& lib.* 13. *cap.* 15. §. 5. Sayr. *de cenſur. lib.* 5. *cap.* 16. *num.* 31. Mar. Alter. *de cenſuris, tom.* 2. *diſp.* 3. *cap.* 4. *verſic. quod ſi*, Ugolin. *de officio Epiſcopi, cap.* 29. §. 8. *n.* 3. Fr. Ludovic. Miranda *in manuali Prælat. tom.* 2. *quæſt.* 39. *art.* 8. *concl.* 1. Avil. *de cenſuris, part.* 5. *diſp.* 7. *dub.* 4. cum quo adverte non eſſe neceſſarium quod aqua ſit per Epiſcopum benedicta, ut Eccleſia non conſecrata reconcilietur, licèt hoc requirat Toletus, convincitur enim ex verbis hujus text. ibi, *aqua protinus exorcizata lavetur*, quod non liceret ſi Epiſcopi licentia, benedictio, aut auctoritas eſſet expectanda, ut exorciſmus aquæ per Epiſcopum eſſet faciendus, refero ego ipſe *de offic. & poteſt. Epiſcop. part.* 3. *alleg.* 28. *num.* 57.

Quæ autem Eccleſiæ præſumantur conſecratæ, ut eas, ſi fuerint pollutæ, teneatur Epiſcopus reconciliare? vide Sylveſt. *in ſum. verbo conſecratio*, *il* 2. *num.* 3. Lambertin. *de jurepatron. lib.* 1. *part.* 1. *in* 8. *art.* 2. *quæſt. princ. num.* 10. *verſ. an autem qualibet*, Selv. *de benef. p.* 1. *quæſt.* 6. *num.* 28. Maſcard. *de probat. concl.* 582.

3 *Aut ſanguinis effuſione*, &c.] Notatur ad hoc, quod per ſanguinis effuſionem Eccleſia polluitur, de quo plures citavi Doctores *ad cap. tuarum* 11. *num.* 2. *de privil. pag.* 363. ubi *num. ſeqq.* adduxi multa requiſita quæ deſiderantur, ut hæc procedat reſolutio. Dixi etiam *alleg.* 28. *num.* 30. *cum ſeqq.*

4 *Semine.*] Notatur ad hoc, quod propter voluntariam humani ſeminis effuſionem intra Eccleſiam contingentem illa polluitur, ut per Doctores, quos citavi *de offic. & poteſt. Epiſcop. p.* 2. *alleg.* 28. *num.* 42. ubi multipliciter declaravi *num. ſeq.*

5 In gloſſ. *Non conſecrata*, ibi, *& ita Eccleſia non conſecrata gaudet eodem privilegio*, &c. Notatur ad hoc, quod ut Eccleſia polluta maneat, non requiritur quod ſit conſecrata, ſed ſufficit quod ſit ſpecialiter benedicta, ut divina fiant Officia: ita docent citari ad *d. cap. tuarum*, *num.* 10. Nomine enim loci ſa-
6 cri intelligitur non ſolùm Eccleſia, aut cœmeterium conſecratum, ſed etiam locus ad eam, vel alia Officia divina deſtinatus. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 32. *num.* 16. *verſ. ſecundò.* Vide quæ dixi *d. alleg.* 28. *num.* 22.

De Celebratione Miſſarum, Sacramento Euchariſtiæ, & aliis divinis Officiis.

Tit. XLI.

SUPER hanc rubr. ſcripſerunt Zabarell. Joan. Andr. Butr. Anchar. Panormit. Guillelm. Durand. *in breviario aureo, fol.* 115. Joan. de Londris *in breviario ſanctorum Canonum*, *fol.* 175. Martin. Meſuart. *in epitome Decret. fol.* 147. Dan. Venat. *in analyſi methodica Iuris Pontif. pag.* 498. Goffred. & Hoſt. *in ſum. hujus tit.* Alex. Caſan. & Anaſt. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decret.* Barthol. Carthagena *in expoſit. tit. juris Canon.* Zypæ. *in analyt. poſtremi Iuris Eccleſ. enarrat. pag.* 297. noviſſimè Joan. Honor. *lib.* 3. *ſum. in Decret.* omnes *ſub hoc tit.* 1

De Miſſæ ſacrificio vide Mich. Timoth. Joan. Baptiſtam Scortia, Anton. Honcala, & Martin. de Frias *in ſuis tract. de hac re editis*, Conc. Trid. *ſeſſ.* 22. *in decreto de obſervandis, & evitandis in celebratione Miſſæ*, Repert. Inquiſit. *verbo Miſſa*, Cajet. *in opuſculo de ſacrificio Miſſæ contra Lutherum*, Sebaſt. Medic. *in ſum. omnium hæreſum, verbo Miſſa*, Barth. Humad. *l.* 58. *gloſſ.* 1. *tit.* 4. *p.* 1. Alphonſ. de Caſtro *lib.* 10. *adverſus hæreſes, verbo Miſſa*, citatos à Cened. *ad Decret. collect.* 44. *n.* 1. Card. Bellarm. *in ſuis controverſ. Cathol. ubi de Miſſa*, Covar. *lib.* 4. *var. cap.* 22. Zerol. *in praxi Epiſc. p.* 1. *verbo Miſſa*, Jodoc. Cocc. *tom.* 2. *theſauri Cathol. lib.* 6. *art.* 4. Gabr. Vaſq. *in* 3. *p. D. Thom. tom.* 3. *quæſt.* 83. *diſp.* 220. Henriq. *in ſum. lib.* 9. *de vero Miſſæ ſacrificio*, Fr. Emman. *in ſum. tom.* 1. *c.* 242. *de Miſſa*, Barthol. ab Angelo *in examine Confeſſorum, dialog.* 5. *de Miſſa*, Chamerot. *de Sacram. ubi de ſacrificio Miſſæ*, Balduin. jun. *ſuper opera controverſ. Bellarm. part.* 2. *lib.* 4. Azor. *inſtit. moral. p.* 1. *lib.* 10. *c.* 18. *cum ſeqq.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib.* 29. *à n.* 143. Soar. *tom.* 3. *diſp.* 72. *ſect.* 2. Bonacin. *de Sacram. diſp.* 4. *quæſt. ultima*, Luc. Pinel. *in tract. de valore Miſſæ*, Fr. Ludov. Miranda *in man. Prælat. tom.* 1. *q.* 41. *per totam*, Stephan. Fagundez *in quinque Eccleſiæ præcepta, præc.* 1. Joan. Cerran. Epiſcopum Acernen. *in expoſitione Miſſæ ſacroſanctæ, ac cæremoniarum, quæ in ejus celebratione fiunt*, & plures alios quos refero ego ipſe *de offic. & poteſt. Epiſcop. p.* 2. *alleg.* 24. ubi plura utilia infero, pluréſque dubias quæſtiones in hac materia reſolvo, videlicet an Miſſa pro multis celebrata tantùm valeat ſingulis, ac ſi pro uno ſolo celebraretur? & an recipiens plura ſtipendia pro pluribus Miſſis celebrandis, teneatur abſolutè tot Miſſas celebrare, ita ut ſecus faciens peccet mortaliter, ac teneatur ad reſtitutionem? & an denique Sacerdos, qui pingue ſtipendium pro Miſſa dicenda recepit, alteri Sacerdoti ſtipendium minoris valoris pro ea Miſſa celebranda tribuere, & reliquam partem ſibi retinere poſſit. Super quibus quæſt. cùm hinc inde multa Doctores tradidiſſent, Sacra Congreg. Conc. Sanctiſſ. D. N. Urbani VIII. auctoritate, ſub die 25. Junii hujus anni 1625. in hæc verba *Sanctè & piè inter declarationes de celebratione Miſſarum cenſuit.* 2

Deinde ubi pro pluribus Miſſis etiam ejuſdem qualitatis celebrandis plura ſtipendia, quantumcunque incongrua, & exigua, ſive ab una, ſive à pluribus perſonis collata fuerint, aut conferentur in futurum Sacerdotibus, Eccleſiis, Capitulis, Collegiis, Hoſpitalibus, 3

libus, Societatibus, Monaſteriis, Conventibus, Domibus, ac locis piis quibuſcunque, tam Sæcularibus, quàm Regularibus, Sacra Congregatio ſub obteſtatione divini Judicii mandat, ac præcipit, ut abſolutè tot Miſſæ celebrentur, quot ad rationem attributæ eleemoſynæ præſcriptæ fuerint, itaut alioquin ii, ad quos pertinet, ſuæ obligationi non ſatisfaciant, quinimò graviter peccent, & ad reſtitutionem teneantur.

4 Id verò ut deinceps obſervetur exactiùs, Sacra Congregatio eadem auctoritate revocat privilegia, & indulta omnia quibuſvis perſonis, Eccleſiis, ac locis piis, tam Sæcularibus, quàm Regularibus cujuſcunque Ordinis, Congregationis & Inſtituti, quamcunque ob cauſam conceſſa, quibus indulgetur ut certarum Miſſarum, vel Anniverſariorum celebratione, aut aliquibus Collectis, ſeu Orationibus, plurium Miſſarum oneribus in futurum ſuſcipiendis ſatisfiat.

5 Ac ſimiliter omne damnabile lucrum ab Eccleſia removere volens, prohibet Sacerdoti, qui Miſſam ſuſcepit celebrandam cum certa eleemoſyna, ne eandem Miſſam alteri, parte ejuſdem eleemoſynæ ſibi retenta, celebrandam committat, &c.

6 De Venerabili Euchariſtiæ Sacramento vide Concil. Trid. *ſeſſ.* 13. Angl. *in floribus Theolog. ubi de Euchariſtia*, Card. Bellarm. *in ſuis controverſ. lib.* 2. *de Euchariſtia*, Henriq. *in ſum. lib.* 8. *de Sanctiſſima Euchariſtia*, Jacob. de Graff. *in aureis deciſ. part.* 2. *lib.* 1. *cap.* 6. Barthol. ab Angel. *in examine Confeſſorum*, *dial.* 4. Gabr. Vaſq. *in* 3. *part. D. Thom. tom.* 3. *quæſt.* 73. *diſp.* 177. *cum ſeqq.* Petr. de Ledeſma *in ſum. p.* 1. *tract. del excellentiſſimo Sacramento del Altar, que ſe llama Euchariſtia*, Ægid. de Coninch. *de Sacram. tom.* 1. *quæſt.* 73. Bonacin. *d. diſp.* 3. *quæſt.* 2.

SUMMARIUM.

1 *Presbyter tenetur horis debitis dicere horas Canonicas, permittitur tamen ſibi ex cauſa dicere eas uſque ad veſperas incluſivè.*
2 *Doctores referuntur de horis Canonicis tractantes.*
3 *Tempus recitandi divinum Officium incipit à media nocte antecedentis diei, & perſeverat uſque ad mediam noctem ſequentis diei incluſivè.*
4 *Matutinum ſimul cum Laudibus recitari poteſt in Veſperis antecedentis diei poſt tempus Completorii, etiam non expectato Solis occaſu.*
5 *Matutinum ſine Laudibus recitari poteſt.*
6 *Nocturna Matutini concurrente juſta cauſa per ſpatium trium horarum ſeparatim recitari poſſunt.*
7 *Officium divinum ad evitandum peccatum mortale in privato ſufficit, quod recitetur eo intervallo, quod eſt inter medium noctis præcedentis, & ſequentis.*
8 *Horæ canonicæ recitandæ ſunt juxta ordinem ab Eccleſia præſcriptum, quem ſi quis non ſervaverit, minimè peccabit mortaliter, nec etiam venialiter, ſi faciat ex juſta cauſa.*
9 *Officium unius diei commutans in officium alterius, peccat mortaliter.*
10 *Clerici adſtricti ad horas Canonicas recitandas juxta Breviarium Romanum, non poſſunt alio uti.*
11 *Clericus negotiis implicatus ſtatim manè omne penſum horarum uſque ad veſperam ſolvere poteſt.*
12 *Horæ canonicæ ſunt ſeptem.*
13 *Horas omnes Canonicas omittens uno die unum tantùm committit peccatum.*
14 *Agricultura Clericis, & Religioſis non prohibetur.*
15 *Clerici, quibus non ſuppetit ex Sacerdotio, poſſunt honeſto artificiolo victum quærere.*
16 *Horæ canonicæ cur humano, Eccleſiaſticoque jure in ſeptem diſtinctæ fuerint, remiſſivè.*
17 *Septenarius numerus perfectiſſimus, & maxima habetur in conſideratione.*

Cap. Presbyter I.

Ex Concil. Agathen.

PReſbyter dicto Matutini officio debet dicere horas, & Veſperas horis competentibus, & manè dictis horis viſitare infirmos, mox ſi vult, exeat ad opus naturale jejunus, ut deinde poſſit ſuccurrere hoſpitibus infirmis, defunctis, &c. uſque ad ſtatutam horam pro qualitate temporis. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Butr. Hoſt. Henric. Anchar. Panorm. Viv. *in ration. lib.* 3. *jur. Pontif. pag.* 419. Alagona *in compend. jur. Canon. pag.* 534. remiſſivè Ximen. *in concord. part.* 1. *&* 2. referunt Burchard. *lib.* 2. *Decret. cap.* 104. *&* 105. Ivo *part.* 6. *cap.* 181. *&* 182. & Anton. Auguſt. *collect.* 3. *Decret. lib.* 2. *tit. de ſuffragiis*, *cap.* 2. 1

De horis Canonicis, de quibus agitur *in præſenti*, vide Tabien. Roſel. Angel. Sylveſt. Armil. Cajet. & alios Summiſtas *verbo hora*, Navar. *de oratione*, *& horis Canon.* Alban. de Ferrariis, & Nicol. Plove, Carol. Macignum, & noviſſimè multos de more referentem Martin. Bonacin. de horis Canon. Marcel. Francolin. *in tract. de tempore horarum Canon.* Sor. *de juſtit. lib.* 10. *quæſt.* 5. Medin. *in C. de oratione*, Sandoval. *de officio Canon.* Card. Bellarm. *in ſuis controverſ. tom.* 3. *ultim. controverſ. tertia, lib.* 1. *cap.* 10. Jacob. de Graff. *in deciſ. aureis, p.* 1. *lib.* 2. *cap.* 50. *cum ſeqq.* Veg. *in ſum. p.* 1. *cap.* 28. Fr. Emman. etiam *in ſum. tom.* 1. *à c.* 140. Valent. *tom.* 3. *diſp.* 6. *quæſt.* 2. *punct.* 10. Petr. de Ledeſma *in ſum. p.* 2. *tract.* 9. *cap.* 4. Prax. Epiſcop. *p.* 1. *verbo Hora*, Soar. *de Relig. tom.* 2. *tract.* 4. *lib.* 4. Azor. *inſtit. moral. part.* 1. *lib.* 10. *cap.* 1. *cum ſeqq.* Carol. de Graſſis *de effectibus Cleric. effectu* 17. Leſſ. *de juſtit. lib.* 2. *cap.* 37. *n.* 41. *cum ſeqq.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 18. *cap.* 11. *& lib.* 30. *tract.* 3. *à num.* 32. Ugolin. *de officio Epiſcopi*, *c.* 3. *§.* 1. Monet. *de diſtribut. quotid. p.* 2. *quæſt.* 3. Carril. *in itinerario ordinandorum*, *ſect.* 6. Fr. Raphaël. de la Torre *de Relig. tom.* 1. *tit. de horis Can.* Alphonſ. de Torres *de inſtit. Sacerd. p.* 1. *cap.* 6. Contar. *in decem præcepta Decalogi, lib.* 1. *cap.* 16. *&* 17. Nicol. Garc. *de benef. p.* 3. *c.* 1. Vincent. Filliuc. *tom.* 3. *tract.* 23. *cap.* 7. Joan. Malder. *de virtutib. tract.* 10. *c.* 2. Vaſq. *in opuſculo de benef. c.* 4. Paul. Squill. *de obligat. Clericorum*, *p.* 1. noviſſimè Illuſtr. D. meum Roder. à Cunha poſt primam hujus libri impreſſionem à me viſum *in comment. ad c.* 1. *&* 2. *diſt.* 91. 2

Matutinali officio expleto. Quo autem tempore Matutinum, & Laudes recitari debeant, & poſſint, tractant Doctores ſupracitati, dum agunt quo tempore recitandæ ſint horæ Canonicæ: & licèt illam veram teneant concluſionem, quod tempus recitandi divinum officium incipiat à media nocte antecedentis diei, & perſeveret uſque ad mediam noctem ſequentis incluſivè, excipiunt tamen ab hac regula Matutinum, reſolventes illud ſimul cum Laudibus recitari poſſe veſperis antecedentis diei, id eſt, poſt tempus veſpertinum, & Completorii, ſi juſta ſubſit cauſa, ut ſcilicet devotius oret, vel ut ſequenti manè ſtudiis operam dare debeat, vel quia non ita commodè poterit Matutinum recitare: ita S. Thom. *quodl.* 5. *art.* 28. Soar. *d. lib.* 4. *cap.* 27. *n.* 11. Leſſ. *d. cap.* 37. *num.* 79. Azor. *d. lib.* 10. *cap.* 9. *quæſt.* 5. Filliuc. *tom.* 2. *tract.* 23. *cap.* 8. *quæſito* 10. Bonacin. *de horis Canon. diſput.* 1. *quæſt.* 3. *punct.* 3. *n.* 10. Nec eſt neceſſe expectari occaſum Solis, 3 4

ſed poſt tempus Completorii (quod juxta communem ferè conſuetudinem ſolet eſſe circa tertiam, vel quartam horam poſt meridiem) poteſt Matutinum perſolvi, Soar. *d. cap.* 27. *num.* 14. Filliuc. *d. cap.* 8. *quæſt.* 10. *num.* 275. Bonacin. *d. punct.* 3. *num.* 16. Gavant. *in comment. ad rubr. Miſſal. tom.* 2. *ſect.* 1. *cap.* 5. *tit.* 6. *n.* 6. me citato *in hoc loco*, Diana *reſol. moral. part.* 2. *tract. de horis Canon. reſol.* 39. ubi tamen ſubdit nolle reticere, Molfeſ. *in ſum. Theologiæ moral. tom.* 1. *tract.* 5. *cap.* 2. *num.* 59. & Fab. *de ſacram. Ordinis diſt.* 24. *quæſt.* 1. *diſp.* 1. *num.* 148. docere poſt horam vigeſimam poſſe aliquem recitare Matutinum unà cum laudibus Officii diei craſtinæ. Advertere tamen oportet, quod licèt Matutinum, & Laudes unam horam conſtituant, ac proinde ſimul in Veſperis antecedentis die perſolvi poſſint, ut citati Doctores reſolvunt, non ideo dicendum eſt Laudes, Matutino perſoluto in Veſperis diei antecedentis, non poſſe uſque in ſequentem diem differri, quia antiquitus, ut ex hoc text. colligitur, receptum erat, ut prope auroram recitarentur ſeparatim à nocturnis: quare ita docent Navar. *de orat. cap.* 3. *num.* 18. & 64. Jacob. de Graff. *in aureis deciſ. part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 16. *num.* 36. Azor. *d. lib.* 10. *cap.* 8. *quæſt.* 4. Valer. Reginald. *d. lib.* 18. *n.* 164. & 170. Nicol. Garc. *d. cap.* 1. *num.* 224. Francolin. *in tract. de tempore horarum Canon. cap.* 27. Soar. *d. lib.* 4. *cap.* 6. *num.* 9. *ad finem*, & *cap.* 24. *num.* 9. Carol. Macign. *de horis Canon. cap.* 48. *num.* 25. & 30. Bonac. *in ſimili tract. diſp.* 1. *q.* 3.
6 *punct.* 3. *num.* 11. An autem nocturna Matutini poſſint ſeparatim recitari, non benè conſtat inter Doctores: negant Francol. *d. cap.* 27. *n.* 8. & *ſeq.* Macign. *d. c.* 48. *num.* 24. Azor. *d. cap.* 8. *quæſt.* 4. Verùm intra ſpatium trium horarum ſeparatim recitari poſſe, præſertim juſta concurrente cauſa, meo judicio meliùs tenet Vincent. Filliuc. *d. tract.* 23. *cap.* 6. *num.* 202. & 238.

7 *Ut horis competentibus.*] Nota in officio publico ſervandam eſſe conſuetudinem receptam de tempore recitandi horas Canonicas, in privato tamen, etſi laudabilius ſit, ut ſingula ſuis temporibus, & intervallis orentur, tamen ad vitandum peccatum mortale ſufficit, ut recitentur eo intervallo, quod eſt inter medium noctis præcedentis, & ſequentis, qui enim interea temporis horas recitaverit, ſive in initio, ſive in medio, ſive in fine, ſatisfacit ſubſtantiæ præcepti, ut per Leſſ. *de juſtit. lib.* 2. *cap.* 37. *n.* 78.

8 *Videlicet Primam, Tertiam, Sextam*, &c.] Horæ igitur Canonicæ recitandæ ſunt juxta ordinem ab Eccleſia præſcriptum, videlicet Matutinum, & Laudes, deinde Prima, Tertia, Sexta, & ſic deinceps, ut ex hoc text. colligit Bonacin. *d. quæſt.* 3. *punct.* 4. *num.* 1. Qui tamen horarum ordinem non ſervat, recitando ſcilicet Primam ante Laudes, vel Veſperum ante Primam, non peccat mortaliter, ut per Leſſ. *d. cap.* 37. *num.* 80. Bonacin. *d. punct.* 4. *num.* 2. reſolvens nec peccare venialiter, dummodo faciat ex juſta cauſa. Unde infertur eum, qui ab amico vel à ſuperiore invitatur ad recitandam Primam, cùm ipſe nondum recitaverit Matutinum, poſſe cum eo primam recitare, recitando poſteà Matutinum, habet enim juſtam ordinis variandi cauſam, ut per Azor. *d. lib.* 10. *cap.* 10. *q.* 1. Soar. *d. lib.* 4. *cap.* 24. *num.* 4. *verſ. altera mutatio*, Filliuc. *d. cap.* 8. *q.* 8. *num.* 232. Vaſq. *in opuſculo de benefic. cap.* 4. §. 1. *art.* 2. *dub.* 4. Hinc etiam colligitur eum, qui dum Tertiam recitat, recordatur ſe non recitaſſe Primam, vel Matutinum, poſſe Tertiam proſequi cum intentione recitandi poſtea Matutinum, vel Primam: idem dicendum in eo, qui ad chorum accedit dum canitur Tertia, ſed ipſe nondum recitavit Matutinum, & Primam: ita docent Navar. *d. cap.* 21. *num.* 59. Fr. Emman. *in ſum. p.* 1. *cap.* 142. *num.* 4. Leſſ. *d. cap.* 37. *dub.* 12. *num.* 80. Azor. *d. lib.* 10. *cap.* 10. *q.* 1. Molfeſ. *tract.* 2. *cap.* 2. *num.* 34. Paul. Squillac. *part.* 1. *dub.* 24. *num.* 47. Carol. Macign. *de horis Canon. cap.* 45. *num.* 1. & *num.* 24.

Utrùm commutantes officium unius diei in offi- 9
cium alterius peccent mortaliter? Duæ ſunt opiniones. Prior tenet peccare ſolùm venialiter, ſive mutent in totum, ſive in partem, quia adimplent præceptum quoad ſubſtantiam, quamvis non adimpleant quoad modum: ita Sylveſt. *verbo hora, quæſt.* 12. *n.* 15. Veg. *in ſum. part.* 1. *cap.* 117. *caſu* 17. Prax. Epiſcop. *part.* 1. *verbo hora Canonica*, *n.* 6. Valent. *tom.* 3. *diſp.* 6. *q.* 2. *punct.* 10. §. *quid ſit recitandum*, Leſſ. *d. lib.* 2. *cap.* 37. *num.* 77. Azor. *d. lib.* 10. *cap.* 10. *q.* 2. Vaſq. *in opuſculo de benefic. cap.* 4. *dub.* 2. Poſterior verò, quæ probabilior eſt, tenet peccare mortaliter, quam tuentur Tabien. *verbo hora*, *quæſt.* 10. Nald. *in ſum. verbo divinum officium*, *num.* 16. Jacob. de Graff. *d. lib.* 2. *cap.* 51. *num.* 10. Navar. *de orat. cap.* 19. *num.* 201. Philiarch. *p.* 1. *lib.* 1. *cap.* 6. *concl.* 6. Fr. Emman. *in ſum. tom.* 1. *cap.* 141. *num.* 3. & *quæſt. Regular. tom.* 1. *quæſt.* 42. *art.* 8. *ad finem*, Petr. de Ledeſma *in ſum. p.* 2. *tract.* 9. *cap.* 4. *concl.* 16. Card. Bellarm. *tom.* 3. *lib.* 1. *controv.* 3. *c.* 18. Filliuc. *d. tract.* 23. *cap.* 8. *quæſt.* 2. *num.* 186. & *cap.* 7. *quæſt.* 3. Molfeſ. *tract.* 5. *cap.* 2. *num.* 50. Nicol. Garc. *d. cap.* 1. *num.* 150. Valer. Reginald. *d. lib.* 18. *num.* 177. Soar. *d. lib.* 4. *cap.* 11. *n.* 6. & *cap.* 23. *num.* 12. & 24. Ad rationem verò primæ ſententiæ reſpondetur mutantem divinum officium non ſolùm peccare contra modum præcepti, verùm etiam contra ſubſtantiam, quia mutans officium, quoad eam non adimplet præceptum, cùm Eccleſia non ſolùm præceperit rationem divini Officii in genere, verùm etiam in particulari. Unde etiam infer- 10
tur Clericis adſtrictis ad horas Canonicas recitandas juxta Breviarium Romanum, vel habentibus privilegium utendi Breviario non Romano, licitum minimè eſſe relicto proprio ſuæ Eccleſiæ, vel Religionis, alio uti, ut docent Navar. *d. cap.* 19. *n.* 211. Valent. *d. diſp.* 6. *quæſt.* 2. *punct.* 10. Vaſq. *d. cap.* 4. *dub.* 2. *art.* 1. Bellarm. *tom.* 4. *controverſ. lib.* 1. *de bonis operibus, cap.* 18. *verſ.* & *quamvis*, Soar. *d. lib.* 4. *cap.* 11. *num.* 4. & *cap.* 23. *num.* 2. & 9. Filliuc. *d. tract.* 23. *cap.* 7. *quæſt.* 1. Azor. *d. lib.* 10. *cap.* 11. *quæſt.* 2. Valer. Reginald. *d. lib.* 18. *n.* 168. Carol. Macign. *cap.* 29. *num.* 13. Nicol. Garc. *d. cap.* 1. *n.* 155. Bonacin. *d. diſp.* 1. *quæſt.* 3. *punct.* 1. *num.* 3. ubi *num.* 5. aſſerit probabile eſſe præciſo præcepto in contrarium poſſe aliquem privatim relicta conſuetudine propriæ Eccleſiæ recitare divinum officium juxta Breviarium Romanum, quia illud recitans conformat ſe Eccleſiæ, quæ eſt mater omnium Eccleſiarum.

Veſperamque perſolvat.] Notatur ad hoc, quod Cle- 11
ricus negotiis implicatus ſtatim manè omne penſum horarum ſolvere uſque ad veſperum poteſt, ut per Azor. ita hunc text. intelligentem *d. lib.* 10. *c.* 9. *quæſt.* 4. ubi etiam per verba illa, ibi: *Ita tamen, ut horis competentibus juxta poſſibilitatem, aut à ſcholaribus publicè compleantur*; intelligit concedi Clerico, ut privatim extra chorum manè horarias preces peroret, & curet inſuper, ut publicè in templo à cæteris Clericis minoribus, quos text. hujuſmodi ſcholares appellat, tempeſtivè decantentur.

Qui ſeptenarius numerus.] Horæ igitur Canonicæ 12
ſunt ſeptem, Matutinum ſcilicet, Prima, Tertia, Sexta, Nona, Veſperæ, Completorium: ita Sot. *de juſtit. lib.* 10. *q.* 5. *art.* 4. Soar. *d. lib.* 4. *cap.* 6. *num.* 6. Nicol. Garc. *d. cap.* 1. *num.* 224. Vincent. Filliuc. *tom.* 2. *tract.* 23. *cap.* 3. *punct.* 8. *n.* 107. Molfeſ. *tract.* 5. *cap.* 1. *n.* 21. Bonac. *de horis Canon. diſp.* 1. *quæſt.* 1. *punct.* 3. *num.* 3. Quicquid horas Canonicas eſſe octo à Laudibus Matutinum diſtinguentes, teneant Navar. *de horis Canonicis*, *cap.* 3. *num.* 27.

*n.*27. poſt D.Anton.Francolin. *c.*12. *n.*4. Fr.Emman. *in ſum. tom.*1. *c.*140. *n.*1. Carol.Macign. *c.*7. *num.*57. *cum ſeqq.*

13 Utrùm autem omittens uno die omnes ſeptem horas, unum tantùm, aut plura committat peccata? Reſpondetur unum tantummodò committere peccatum externum omiſſionis conſummatum, quia omnes ſeptem horæ ſunt una oratio, ſeu unum officium cadens ſub uno præcepto, licèt peccatum tantò ſit gravius, quantò plures horæ omittuntur, dummodò tamen omiſſio divini Officii per ſe conſideretur abſque repetitione, & multiplicatione actuum voluntatis, & abſque oppoſitione ad varias virtutes, ex quibus quis tenetur horas recitare: ita docent Navar. *de orat.c.*7.*n.*60. Jacob.de Graff.*d.lib.*2.*c.*51.*n.*14. Henriq. *in ſum. lib.*5.*c.*5.§.6. Fr.Emman. *d.c.*141.*n.*16. Valent. *tom.*3. *diſp.*6. *q.*2. *punct.*10. *circa* 8. *verſ. dixi autem*, Prax. Epiſc. *d.verbo hora Canon.* §.10. Flamin. *de reſignat. lib.*1.*q.*9.*n.*8. Bellarm. *d.lib.*1. *de bonis operibus*, *c.*18. Nald.*verbo Divinum Officium*,*n.*10. Azor.*d.lib.* 10. *c.*7.*q.*4. Petr.de Ledeſma *d. p.*2.*tract.*9.*cap.*4.*concl.*14. *diffic.*1. Vaſq. *in opuſc. de beneſic. c.*4. §.1. *art.*2.*dub.*5. *n.*71. Molfeſ. *d.tract.*5.*c.*5.*n.*9. Filliuc. *d.tract.*13.*c.*2. *q.*11. *n.*248. Nicol.Garc. *d.c.*1.*n.*132. Valer.Regin. *d. lib.*18.*n.*145.& 156. Soar.*d.lib.*4.*c.*45.*n.*18. Paul.Squil. *de obligat. Clericor. p.*1. *dub.*33.*n.*68. Malder. *d. tr.*10. *c.*2.*dub.*3.*verſ.at quæres*, Carol.Macign.*c.*25.*n.*7. Bonac. *diſp.*1.*q.*5. *punct.*1.*n.*8. Portel. *in dub.Regul.verbo horæ Canonicæ*, *n.*5. Diana *reſ.moral. p.*2. *tract. de horis Can. reſol*... quanvis Tabien.*verbo hora*,*q.*18. & Leſſ.*d.lib.*2. *c.*37.*dub.*9.*n.*53. & alii teneant tot peccata committi, quot ſunt horæ Canonicæ.

14 *Ad opus rurale.*] Ergo agricultura Clericis, & Religioſis non prohibetur, ut per Marant. *de ordine judic.*

15 *p.*4. *diſt.*9.*n.*65. *pag. mihi* 147. Quibus enim non ſuppetit ex Sacerdotio, poſſunt honeſto artificiolo victum quærere, Vivian. *tom.*1. *commun. opin. lib.*4. *tit.*11. *n.*43. *verſ. & Concilium*, *pag.*565. Navar. *comment.*2. *de Regul.n.*37. ſic Apoſtoli laborabant manibus ſuis, ne quenquam gravarent, Paul. 1. ad Theſſal. 2. & 1. ad Corinth.4. & Act.2. *cap.*18. *c.nunquam, de conſecrat. diſt.*5. Et D.Lucas manibus operabatur in pingendo, & D.Antonius in colendo terram, & texendo fiſcellas. Quamobrem permiſſum eſt Clericis, maximè quibus Eccleſia non ſufficit, ut victum, & veſtitum quærant, & exerceant opera ruſticalia, veluti fiſcellas juncis texere, caniſtra viminibus plectere, ſarrere humum, areolas æquo limite dividere, in quibus cum olerum jactata fuerint ſemina, vel plantæ per ordinem poſitæ, aquæ ducantur irriguæ, inſerere fructuoſas arbores, vel gemmis, vel ſurculis apum alvearia fabricare, & lina texere pro capiendis piſcibus, proprias vineas putare, vel fodere, domos ſuas reficere, & alia hujuſmodi facere, *cap. Preſbyter*, *cap.Clericus victum*, 91. *diſt.* dummodò tamen non impediantur munera, quibus incumbere debent. Steph. Gratian. *diſcept. forenſ.c.*57.*n.*27. Non eſt igitur ab Ordinum promotione excludendus, qui arte aliqua fabrili uſus fuit ſine juris infamia; nam D. Paulus Apoſt. fuit ſutor tabernaculorum, B.Joſeph faber lignarius, Jacobus, & Judas fuerunt agricolæ, & Alexander carbonarius electus eſt in Epiſcopum, ut refert Henriq. *in ſum. lib.*14. *c.*5. §.3. *poſt princ.*

16 *Ergo his temporibus, &c.*] Ex his verbis colligi videtur orationes, & preces humano, Eccleſiaſticoque jure diſtinctas fuiſſe in ſeptem horas Canonicas, & non plures, aut pauciores, atque hac ratione diſpoſitæ, ut contineant Hymnos, Pſalmos, Antiphonas, & cætera hujuſmodi: ita Petr.Greg. *part. juris lib.*1. *tit.*20. *c.*2. Durant. *de ritibus Eccleſiæ, lib.*3. *c.*2.*n.*34. Card. Bellarm. *tom.*3. *controv.ult. generali, lib.*1.*de bonis oper. c.*19. *ad fin.* Azor. *d.lib.*10. *c.*1.*q.*7. & *c.*1. *q.*13. Vincent.Filliuc. *d.tract.*23. *c.*3.*q.*5. *n.*90. & *c.*5. *n.*146. Carol.Macign. *c.*9. *à n.*1. Bonacina *diſput.*1. *quæſt.*1. *puncto* 2. *n.*2. qui contrariis benè reſpondet, quanvis Abb. *in præſenti*, Angel. *verbo hora*, *q.*6. & Tabien. *eod. verbo*, *q.*15. ac alii Summiſtæ teneant jure divino determinatum eſſe numerum ſeptem horarum.

In gloſſ. *Septenarius.* Septenarius numerus per ſe dicitur eſſe perfectiſſimus, & maxima habetur in conſideratione divinis, naturalibus, & humanis literis, de quo multa referunt Anton. Mariet. *commun. opin. lib.*1. *tit.*3. *n.*20. *pag.*7. & *ſeq.* & Vivian. *tom.*1. etiam *commun. opin. lib.*1. *tit.*8. *num.*2. *verſ. ſeptem*, *pag.*179. latè Petr. Berchat. *in ſuo diction. p.*3. *verbo ſeptem*, Mex. *in tract.taxæ panis, concl.*7. *in princ.* Mendoz. *in lib.*1.*Regum*, *c.*2. *n.*5. *in expoſitione literæ*,*n.*14. noviſſimè Illuſtr.D. meus Roder. à Cunha poſt primam hujus text. impreſſ. à me viſus, *in comment. ad c. Diaconi ſeptem* 12.*n.*2.*diſt.*93. nam Deus poſt creationem mundi ſeptima die quievit, quæ appellatur *Sabbatum*, hoc eſt, dies quietis; & benedixit diei ſeptimo. In cœlo ſunt ſeptem ordines Spirituum beatorum ante Deum, ſunt ſeptem intelligentiæ, & duæ ſunt illis ſeptem tubæ. Nomen Dei ab Hebræis ſcribitur ſeptem literis. Septem ſunt dona Spiritus S. per quæ numerus iſte ſeptenarius Spiritui ſancto conſecratus dicitur, quæ ſeptem dona apud Zachariam dicuntur ſeptem oculi ipſius Dei. Septem lampades ardebant ante thronum Dei, & ſeptem candelabra aurea, & in medio eorum ſimilis filio hominis, & habebat in dextera ſua ſtellas ſeptem, ut legitur in Apocalypſi: vidit quoque agnum habentem ſeptem cornua, & ſeptem oculos: & vidit librum obſignatum ſeptem ſigillis, & cùm apertum fuiſſet ſeptimum, factum eſt ſilentium in cœlo. Septem ſunt Sacramenta Eccleſiæ, ſeptem Pſalmi pœnitentiales, ſepties ſaltem dicit Sacerdos aſtantibus Miſſæ. Septem mandata ſecundæ Tabulæ. Septem horæ Canonicæ. Septem leguntur Beatitudines. Septem Virtutes, quibus ſeptem vitia opponuntur. Septem petitiones orationis Dominicæ. Septem hydriæ in Cana Galilææ. Septem verba Chriſti in cruce. Septem dæmonia ejecta de muliere peccatrice. Septem annis Chriſtus fuit profugus in Ægypto. Septima hora reliquit febris filium Reguli. Septem horis Adam, & Eva fuerunt in Paradiſo. In naturalibus, & humanis referuntur etiam ſeptem Planetæ, ſeptem Pleïades, ſeptem dies, ſeptem ætates, ſeptemque miracula mundi, ſeptem mutationes hominum, & ſeptem artes liberales, totidemque mechanicæ, & totidem prohibitæ, ſeptem colores, ſeptem metalla, ſeptem foramina in capite hominis, ſeptem paria nervorum, ſeptem montes in urbe Roma, ſeptem Reges Romani, ſeptem bella civilia, ſeptem ſapientes tempore Hieremiæ Prophetæ, & ſeptem ſapientes Græciæ. Item ſeptem diebus ardebat Roma ſub Nerone. Per ſeptem Reges occiſa ſunt decem millia Martyrum, ſeptem fuerunt fratres Machabæi, qui paſſi ſunt martyrium, ſeptem fuerunt dormientes, ſeptem conſtituti ſunt Electores Imperii, & ſeptem teſtes requirunt leges in teſtamento in ſcriptis, & in teſtamento hominis cæci. Septem annorum puer poteſt ordinari Ordine minori, &c. 17

SUMMARIUM.

1 *Miſſa de feria dimittenda non eſt propter Miſſam ſpecialem.*

2 *Miſſa celebrandæ ſunt de eo feſto, de quo fit Officium.*

3 *Sacerdos ſi obligetur à fundatore ad Miſſam quotidie celebrandam peculiariter, votivam ſcilicet de mortuis, poteſt ac debet celebrare de feſto.*

4 *Sacerdos illis diebus, quibus poteſt Miſſam Sancti eo die occurrentis celebrare, relictâ votivâ de mortuis, non tenetur collectam pro mortuis, vel Miſſæ votivæ, quam promiſit, adjungere.*

5 *Sacerdoti an fas ſit in diebus profeſtis ſacrum facere pro ſui animi voto, eo prætermiſſo, quod tempori convenit, oſtenditur.*

Cap. Quidam II.

Ex Concil. Tribur.

1 LAicis permitti non debet ut ex conſuetudine audiant Miſſam votivam, v.g. de Trinitate, vel de S. Michaële, niſi ſuo tempore, vel aliquando; ſed audiant Miſſam currentem in illo die. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zab. Joan. Andr. Butr. Hoſt. Anch. Henric. Panorm. Viv. *in ration. lib. 3. juris Pontif. pag.* 420. Alagona *in compend. juris Canon. pag.* 534. remiſſivè Ximen. *in concord. p.* 1. deſumitur ex Concil. Tribur. quod celebratum fuit tempore Bonif. VI. anno Domini 895. ut refert Monet. *de diſtribut. quotid. p.* 1. *q.* 5. *n.* 2. ſed in Conciliis editis habetur in Conc. Saguſtad. *c.* 10. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 2. *Decret. ſub tit. de ſuffragiis, c.* 2.

2 *Vt ulterius hoc non fiat.*] Dicit hic text. celebrandas eſſe Miſſas de eo feſto, de quo fit Officium, reprehenditque Sacerdotes ad inſtantiam laicorum dimittentes Miſſas proprias propter peculiares ex devotione, prout illum refert Bonacina *de Sacrament. diſp.* 4. *q. ult. punct.* 7. §. 3. *n.* 4. *verſ. dixi,* & Fr. Ludov. Miranda *in man. Prælat. tom.* 1. *q.* 41. *art.* 21. & quod diebus feſtis non ſint dicendæ Miſſæ votivæ, ſed propriæ, niſi cauſa urgeat, veluti pro benedictione nuptiarum, ſepultura alicujus, & ſimilibus ſecundùm Rubricas, dicit Lavor. *de indulg. p.* 2. *c.* 30. *n.* 105. & ideò

3 ſi obligetur Sacerdos à fundatore ad Miſſam quotidie celebrandam peculiariter, votivam ſcilicet de mortuis, poteſt ac debet celebrare de feſto, quando occurrit, Armil. *verbo Miſſa, n.* 28. Tabien. *eodem verbo, n.* 48. & Sylveſt. §. 4. Sà *in aphoriſm. n.* 48. Ludov. Beja *reſp. caſuum conſcientiæ p.* 1. *caſu* 23. *verbo primum oſtendo,* Azor. *inſt. moral. p.* 1. *lib.* 10. *c.* 32. *q.* 5. Ugolin. *de officio Epiſcopi, c.* 14. *n.* 4. Fr. Emman. *in ſum. tom.* 1. *c.* 248. *n.* 9. Henriq. *lib.* 9. *de Miſſa, c.* 23. *n.* 6. Soar. *tom.* 4. *diſp.* 83. *ſect.* 3. *verſ. in quo eſt magna,* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 29. *n.* 208. Poſſevin. *de officio Curati, c.* 2. *n.* 44. *ad finem,* Fraxinel. *de obligat. Sacerdot. ſect.* 4. *concl.* 4. Fr. Ludov. Miranda *in manuali Prælat. tom.* 1. *q.* 41. *art.* 21. *concl.* 12. Bonacina *de Sacram. diſp.* 4. *q. ult. puncto* 7. §. 3. *n.* 4. Ratio eſt, quia omnes Miſſæ ſunt æqualis valoris ex opere operato; valor autem ex opere operantis in Miſſa votiva, vel pro defunctis interdum valet minùs, quàm in Miſſa de feſto, vel de Feria, cùm illa ſit brevior, & quia ob familiaritatem brevius & minus attentè utplurimùm dicitur à Sacerdote, & dato quod magis valeret, ſupplet major devotio Sacerdotis, & interceſſio Sancti, cujus ſuffragium in Miſſa imploratur. D. Thom. *in* 4. *diſt.* 48. *q.* 2. *art.* 3. *quæſt.* 1. *ad* 2. S. Anton. *p.* 1. *tit.* 10. *c.* 2. §. 3. Rutil. Benzon. *in ſpeculo Epiſcop. & Curat. lib.* 1. *diſp.* 2. *q.* 2. *concl.* 4. Nam memoria Sancti, vel novitas Officii Miſſæ elevat, & adauget devotionem celebrantis, ex qua pendet valor ex opere operantis, ut inquit Navar. *conſ.* 37. *n.* 2. *ſub tit. de pœnit. & remiſſ. in novis.*

Unde benè ſequitur Sacerdotem illis diebus, quibus 4
poteſt Miſſam eo die currentem celebrare, non teneri collectam, ſeu Orationem pro mortuis, vel Miſſæ votivæ, quam promiſerat, adjungere; nullum enim defraudat, quanvis collectam pro mortuis, vel Orationem Miſſæ votivæ non recitet, cùm poſſit eo die Miſſam currentem celebrare, & defectum Miſſæ petitæ ſupplere, & compenſare orationibus illius Miſſæ, quam celebrat: ita Nav. *in man. c.* 25. *n.* 100. Fraxin. *d. concl.* 4. §. 7. Ludov. Beja *d. caſu* 23. *verſ. demùm,* quos refert, & ſequitur Bonac. *d.* §. 3. *n.* 5. ubi *n.* 6. cum eodem Beja *verſ. ſecundum nempe,* & Frax. *d. locis,* tenet eum, qui ſuſcepit onus celebrandi triginta Miſſas ſancti Gregorii pro defunctis, non teneri ſingulas de requie celebrare, iis præſertim diebus, quibus officium ſolemniter celebratur.

Utrùm autem Sacerdoti fas ſit in diebus profeſtis 5
ſacrum facere pro ſui animi voto, & ſententia, eo prætermiſſo, quod tempori convenit? Affirmativam partem tenet Azor. *d. lib.* 10. *c.* 32. *q.* 7. reſpondens in hoc text. illos ſolùm reprehendi, qui ſuperſtitioſa quadam religione voti ſingulis diebus peculiaria Sacra ſanctæ Trinitatis, & ſancti Michaëlis audiebant, & Sacra tempori congruentia negligebant. Unde colligitur neminem ex præcepto obligari ad audiendam Miſſam diei, ſed ſatisfacere aſſiſtentes cuilibet Miſſæ, etiam defunctorum cum attentione, ut per Sot. *in* 4. *diſt.* 13. *q.* 3. *n.* 1. *verſ. quod autem,* Sylv. *verbo Miſſa, il* 2. *n.* 4. Henriq. *d. lib.* 9. *c.* 23. §. 5. & *c.* 25. §. 4. Petr. Ledeſma *in ſum.* ubi *de Sacram. Euchariſt. c.* 27. *verſ. ſeptima concl.* Campan. *ad finem ſui diverſorii juris Canon. in exhort. n.* 11. *verſ. alterum eſt,* contra Aſten. Angel. & Alex. de Ales, quos refert, advertens *c. ex hoc attendendum, de conſecrat. diſt.* 1. ubique ferè derogari.

SUMMARIUM.

1 *Miſſam ſemel in die ſufficit Sacerdoti celebrare, niſi cauſa neceſſitatis ſuadeat,* & n. 2.

3 *Miſſas tres in die Nativitatis Domini licitum eſt cuilibet Sacerdoti celebrare.*

4 *Miſſam unam ex tribus, quas quilibet Sacerdos dicere poteſt in die Nativitatis Domini, ſatisfacit Fidelis audiendo.*

5 *Cauſæ ſufficientes ad celebrandum ſecundam Miſſam quæ ſint, oſtenditur.*

Cap. Conſuluiſti III.

Innoc. III.

SAcerdoti ſufficit ſemel in die unam Miſſam ſolummodò celebrare, niſi in caſu neceſſitatis, & in Chriſti natali. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Butr. Hoſt. Henric. Anch. Panorm. Rebuff. Cened. *collect.* 175. Viv. *in ration. lib.* 3. *juris Pontif. pag.* 421. Alagona *in compend. juris Canon. pag.* 534. remiſſivè Ximen. *in concord. p.* 1. & 2. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 3. *Decret. lib.* 3. *tit.* 33. *c.* 1. 1

Hanc eandem concluſ. ex hoc text. deſumunt D. Thom. 3. *p. q.* 83. *art.* 2. Franc. à Victoria *de Euchariſtia,* §. 95. 2

§.95. Sylveſt. *verbo Miſſa* 1. *n*.7. Angel. *eodem verbo*, *num*.46. S.Anton. *p*.3. *tit*.13. *c*.6. §.5. Brun. *de carem. Eccleſ. lib*.6. *c*.2. *in princ.* Læl. de Zanch. *de privileg. Eccleſiaſt. privil*.128. *ex n*.1. Navar. *in man.c*.25.*n*.87. *& conſ*.9. *ſub hoc tit. in antiq.* Spin. *in ſpeculo teſtament. gloſſ*.3. *princ.n*.54. Menoch. *de arbitr. caſu* 407. Bernard. & Salzed. *in pract. canon. cap*.35. *in noviſſ. edit.* Vaſq. *p*.3. *diſp*.232.*c*.5. plures apud Cened. *ad Decret. collect*.175. *n*.1. Petr. de Ledeſma *in ſum. p*.1. *tract. de Sacram. Euchariſt.c*.19. *concl*.6. Azor. *inſt. moral. p*.1. *lib*.10.*c*.24. *q*.6. Farin. *fragment. crim. p*.1. *lit.C*, *n*.309. *cum ſeqq.* Aloyſ.Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſ. deciſ*.251. *in* 1. *edit.* aliàs *reſol*.301. *in* 2. *edit.* Ægid. Coninch. *de Sacrament. & cenſur. tom*.1.*q*.83.*dub*.4. *à n*.212. Fr.Ludov. Miranda *in manuali Prælatorum, tom*.1. *quæſt*.40. *art*.8. *concl*.1. Bonac. *de Sacrament. diſp*.4.*quæſt.ult. puncto* 7. §.5. *n*.9. Marc. Ant. Genuenſ. *in practic. Archiepiſcop. Neapol. cap*.64. Stephan.Fagundez *in quinque Eccleſiæ præcepta, præc*.1.*lib*.3.*c*.16. apud quorum plures videri etiam poteſt, qua pœna puniatur Sacerdos eodem die duas Miſſas celebrans.

3 *Excepto die Nativitatis Dominicæ.*] Notatur ad hoc, quod in die Nativitatis Domini licitum eſt plures Miſſas celebrare, quo die Theleſphori Papæ decreto ter Miſſæ ſacrificium fit, *c. nocte ſancta, de conſecrat. diſt*.1. Azor. *d.q*.8. *verſ. excipium*, Fr.Ludov.Miranda *d.art*.8.*concl*.2. & alii *in d. c.nocte*, & ſuprà citati, quare trium Miſſarum ſignificationem eleganter explicat Guillelm.Durant. *in rationali Divinorum, lib*.6. *cap*.13.

4 *n*.17.*cum ſeqq.* Utrùm autem Fideles teneantur illas tres Miſſas audire? In dubium revocatur à Doctoribus, qui communiter tenent ſatisfacere audiendo unam ex tribus, Navar. *in man.c*.21.*n*.2. *in princ.* Ferdinand.Paez *in repet. c. Miſſas, de conſecrat. diſt*.1. *num*.82. *cum ſeqq.* Nald. *in ſum. verbo Miſſa, n*.10. Sylveſt. *verbo Miſſa* 2. *n*.1.*verſ*.7. Henriq. *lib*.9.*de Miſſa, c*.25.§.3. Barthol. ab Angelo *dial*.5. §.801. Bonacina *de Sacram. diſput*.4. *quæſt. ult. puncto* 11. *n*.10.

5 *Niſi cauſa neceſſitatis ſuadeat.*] Cauſas plures ſufficientes ad celebrandam ſecundam Miſſam enumerant Navar. *in man.c*.25.*n*.87. *&* 93. Nicol. Aurific. *de carem. Eccleſ.c*.14.§. *quæ ſit juſta cauſa, fol*.259. Sot. *in* 4.*diſt*.13. *q*.2 *art*.2.*verſ. ſed hujus occaſione*, Rebuff. *in repet. hujus text. verſ. ſecundò poſſunt dici plures Miſſæ*, Spin. *d. gloſſ*.3. *princ. num* 54. *verſ. tamen caſus*, Valent. *tom*.4. *diſp*.6. *q*.11. *puncto* 3. *ad* 7. Hieronym.Llmas *in* 3. *p. methodi, c*.5. §.17. Soar. *tom*.3. *ad* 3. *p. D.Thomæ, q*.83. *art*.2. *diſp*.80. *ſect*.3. Azor. *d.q*.6. Nugn. *ad d.* 3. *p. D.Thomæ*, *q*.83. *art*.2. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit.lib*.29.*n*.171. Card.Tolet. *in inſtruct.Sacerd. lib*.1. *c*.3. Henriq. *in ſumma, lib*.9. *c*.30. §.7. Duas autem neceſſitatis cauſas principaliores referunt Doctores, primam quando Sacerdos poſtquam ſe communicavit, admonetur de neceſſitate infirmi communicaturi, & non habet Hoſtiam conſecratam; tunc enim de novo videtur poſſe Miſſam facere, niſi adſit alius Sacerdos celebraturus, ut docent Navar. *d. c*.25. *n*.87. Tolet. *d. c*.3. *ad finem*, Jacob.de Graff. *in deciſionibus aureis, p*.1. *lib*.2. *cap*.40. *n*.1. Azor. *d.q*.6. Barthol. ab Angelo *de Sacram. dial*.5. §.214.*&* 219. Chamer. *de Miſſæ ſacrificio, dub*.13. Bonac. *d. puncto* 7.*n*.10. Secundam quando unus Sacerdos præficitur duabus, vel tribus Eccleſiis Parochialibus ob illarum paupertatem, ut per Barth. ab Angelo *d.dial*.5. §.222. & Bonac. *d. puncto* 7.*n*.10. *verſ. ſecundò*, ubi *in verſ. ſeq.* advertit ſtandum eſſe legitimæ locorum conſuetudini. Et advertit Cened. *d. collect*.175. *num*.3. quod Sacerdos non poterit ſecundam Miſſam celebrare in ſupradictis, & in aliis caſibus, ſi vinum ablutionis ſumpſerit in prima Miſſa: & *collect*.149.*n*.1. *in fine*, ex Joan. de Lapide *in reſol. dubiorum circa celebrationem Miſſarum occurrentium*, *cap*.2. *art*.4. *dub*.1. ait quod etiam in caſu, quo permittitur bis in die celebrare, ſemper intelligitur, dummodò celebrans ſit jejunus. Sed jam hodie ob multiplicitatem Sacerdotum hi caſus & alii, ſi qui ſunt, abierunt in deſuetudinem, ut referunt Llam. *d*.§.17. *in fine*, Scort. *de ſa rif. Miſſæ, lib*.2.*c*.16.*n*.2. Vaſq. *in* 3.*p. tom*.2.*diſp*. 232. *c*.5.*n*.38. Soar. *tom*.3. *in* 2. *p. diſp*.8. *ſect*.3. Ugolin. *de offic. Epiſc.c*.16. *n*.4. Molſeſ. *in ſum. Theolog. Moral. tom*.1 *tract*.3.... *n*.46. Sylv. *in* 3. *p. q*.85. *art*.2. *ad* 5. Joan.de la Cruz *in direct. conſcient. p*.2.*de ſacrif. Miſſæ, q*.2. *dub*.3. *concl*.3. *in fine*.

Cap. Conſilium IV.

IN Miſſis in honorem alicujus Sancti diebus feriatis celebrandis, licèt dicatur propria præfatio, non tamen dicitur hymnus Angelicus, nec Symbolum. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Butr. Hoſt. Anchar. Henric. Panorm. Viv. *in ration. lib*.3. *juris Pontif. pag*.422. Alagona *in compendio juris Canon. pag*.534. remiſſivè Ximen. *in concord. p*.2. refertur ab Ant. Aug. *collect*.4. *Decret. lib*.3. *tit*.33. *c*.2. 1

Quando in diebus profeſtis celebratur in honorem B.Virginis, vel Spiritus ſancti, vel S.Crucis, tunc nec Hymnus Angelicus, nec Symbolum dicitur, nec etiam Te Deum laudamus, in Laudibus matutinis: ita ex hoc text. deſumit Guillelm. Durand. *in rationali Divinorum Offic. lib*.4. *c*.13. *in fine*. 2

SUMMARIUM.

1 *Sacerdos ſemper vinum profundere debet, poſtquam totum a ceperit Euchariſtiæ Sacramentum, niſi eadem die aliam Miſſam debuerit celebrare*, & num.2.

3 *Euchariſtiam ſuſcepturus debet à media nocte eſſe jejunus, niſi aliud poſtulet reverentia Sacramenti, vel neceſſitas.*

4 *Voto non bibendi vinum non contravenit Sacerdos, qui illud ſuſcipit poſt ſanguinis ſumptionem.*

5 *Iejunium naturale frangit, qui medicinam ore ſumit.*

Cap. Ex parte V.

SAcerdos poſtquam totum Sacramentum Euchariſtiæ accepit, debet ſemper infundere vinum, & accipere, niſi quando eodem die deberet aliam Miſſam celebrare; quia ſi tunc infuſum vinum acciperet, non poſſet amplius eodem die celebrare. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Hoſtienſ. Anch. Henric. Butr. Panorm. Vivian. *in ration. lib*.3. *juris Pontif. pag*.422. Alagona *in compend. juris Canon. pag*. 534. remiſſivè Ximen. *in concord. part*.1. refertur ab Ant. Auguſt. *collect*.3. *Decret. lib* 3. *tit*.33. *cap*.4. 1

Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſumunt Guillelm. Durant. *in rationali divin. lib*.4. *cap*.1. *n*.26. Sylveſt. *in ſumma, verbo Miſſa*, 1. *n*.7. *verſ. tertium quando*, Sot. *in* 4 *diſt*.12.*q*.2. *art*.2. *verſ. unde poſtquam in prima celebratione*, Navar. *in man. cap*.24. *n*.88. *in princ.* Rebuff. *in repet. c. conſuluiſti, hoc tit. verſ. & his caſibus*, Stephan. Gaëta *in repet. cap.ad limina* 30 *q*.1. §.6. *num*.119. *in princ.* Cened. *ad Decret. collect*.149. *num*.2. *& collect*.175. *num*.3. quibus adde Fr. Ludov. 2

Mirand. *in manuali Prælatorum*, *tom.*1. *q.*40. *art.*13. *concl.*1. ubi meminit hujus text. Azor. *inſt. moral. p.*1. *lib.*10. *c.*24. *q.*6. *verſ. excipiunt*, & *c.*30. *q.*1. *verſ. deinde*, & *in verſ. quærit*, reſolvit Celericum oportere eſſe jejunum, ut nihil ſcilicet cibi, potuſve, aut etiam medicamenti ſumatur: & *q.*4. aſſerit licere Presbytero unà cum vino, quod ad ablutionem ſumi ſolet, ſuſcipere particulas panis conſecratas, quas in corporali, vel etiam patena, vel in Calice invenerit: quod etiam tenent citati à Cened. *d. collect.*149. *n.*4. *verſ. ſecundus*.

3 Nam ſuſcepturus Euchariſtiam per ſe loquendo debet à media nocte eſſe jejunus, jejunio non ſolùm Eccleſiaſtico, verùm etiam naturali, Jacob. de Graff. *in aureis deciſ. p.*1. *lib.*2. *c.*30. *n.*13. Pitigian. *diſt.*7. *q.*4. *art.*2. & 3. Azor. *d. c.*30. *q.*2. Barthol. ab Angelo *de Sacrament. dialog.*4. §.203. & *dialog.*5. *de Miſſa*, §.198. Fr. Ludov. Miranda *d. loco*, Bonacina *de Sacrament. diſp.*4. *quæſt.*6. *puncto* 2. *n.*5. rationem reddit D. Thom. 3. *part. q.*80. *art.*8. Licet tamen, fracto jejunio, Euchariſtiam ſumere, quando ita poſtulat reverentia Sacramenti, vel fert neceſſitas, ut in undecim caſibus relatis à Cened. *d. collect.*149. *ex n.*4. veluti ſi Euchariſtia perventura eſſet ad manus infidelium, qui illam injurioſè tractabunt, tunc Sacerdotem non jejunum eam poſſe ſumere, docent Soar. *tom.*3. *diſp.*98. *ſect.*6. *ad fin.* Azor. *d. lib.*10. *c.*33. *q.*7. Valer. Regin. *in praxi fori pœnit. lib.*29. *n.*122. Ægid. Coninch. *de Sacram. & cenſuris, tom.*1. *quæſt.*80. *art.*8. *n.*21. Poſſevin. *de officio Curati, cap.*8. *n.*12. Fr. Emman. *in ſumma, tom.*1. *cap.*66. *n.*1. Unde etiam Sacerdos, qui loco vini conſecravit aquam, non advertens hunc errorem, niſi poſt aquæ ſumptionem, debet de novo vinum conſecrare, quamvis fregerit jejunium per ſumptionem aquæ; nam conſecratio vini ſpectat ad integritatem ſacrificii, quam conſtat eſſe de jure divino, quod præponderat præcepto Eccleſiaſtico de ſumenda Euchariſtia cum jejunio; ob id etiam, qui poſt conſecrationem advertit ſe non eſſe jejunum, aut ſumpto jam cibo conſecravit, tenetur ſacrificium perficere, quia arctius eſt vinculum, & major obligatio perficiendi ſacrificii jam inchoati, quàm ſumendi Euchariſtiam cum jejunio, ut per Fr. Emman. *d. c.*66. *n.*1. Azor. *d. cap.*33. *quæſt.*3. Valer. Reginald. *d. lib.*29. *num.*122. Henriq. *in ſumma, lib.*8. *cap.*10. Cened. *d. collect.*149. *num.*4. *in princ. & verſ.*11. Ob eandem pariter rationem, ſi Sacerdos peractâ conſecratione moriatur, nec adſit alius præter Sacerdotem non jejunum, tenetur Sacerdos non jejunus perficere ſacrificium, ut tenet Navar. *in man. c.*25. *num.*86. Stephan. Gaëta *d.* §.6. *num.*118. *in fine*, Cened. *d. collect.*149. *verſ. ſeptimus*, quicquid dicant Henriq. *d. lib.*8. *c.*3. & Azor. *d. lib.*10. *c.*33. *q.*2.

4 *Vino profundere debet.*] Cùm ergo obliget Eccleſiæ præceptum ad aſſumptionem vini in prima Miſſæ ablutione poſt ſanguinis ſumptionem, non ex hoc contravenitur voto non bibendi vinum, ut docet Sanchez *in præcepta Decalogi*, *tom.*1. *lib.*4. *cap.*11. *num.*43.

5 In gloſſ. *Ne ſi fortè*, ibi, *ſed poſt medicinam*, &c. Notatur ad hoc, quod ille frangit jejunium naturale, qui medicinam ore ſumit, ac proinde non poteſt eo die Euchariſtiam ſumere, ut per Coninch. *d. q.*80. *art.*8. *n.*47. & 48. Soar. *d. diſp.*68. *ſect.*4. & alios apud Bonac. *d. puncto* 2. *n.*8.

SUMMARIUM.

1 *Verba ſi qua ſunt in Canone Miſſæ, quæ ab Evangeliſtis dicta non fuerunt, credere debemus, quod à Chriſto Apoſtoli, & ab Apoſtolis eorum ſucceſſores acceperunt.*

2 *Tranſſubſtantiatio quid ſit, remiſſivè.*

3 *Forma Sacramenti ſanguinis quæ, remiſſivè.*

4 *Myſterium unde dicatur, remiſſivè.*

5 *Teſtamentum uſque ad mortem mutari, vel revocari poteſt.*

6 *Aqua cum vino in ſanguinem convertitur.*

7 *Vino conſecrato, & ſubſtantiato, ſi eadem vini ſpecies non ſolùm in majori, ſed etiam minori quantitate miſceatur, nunquam tale vinum ſic permixtum convertitur in ſanguinem Chriſti.*

8 *Oleo conſecrato, ſeu aqua benedicta quare miſceri poſſit liquor ejuſdem ſpeciei non conſecratus in minori quantitate, itaut totum maneat conſecratum, non ita in vino conſecrato, oſtenditur,* & n.9.

10 *Gutta ſanguinis Chriſti ſi commiſceatur vinum in ſumma quantitate, an maneat ſemper illa gutta ſanguinis ſub particula vini conſecrati, & quid faciendum de illo vino, oſtenditur.*

11 *Vino in ſacrificio Miſſæ quando aqua miſceatur, remiſſivè.*

12 *Martyri facit injuriam, qui orat pro martyre.*

13 *Suffragiis non indigent vivorum, qui in cœlis ſunt.*

14 *Miſſa non prodeſt Beatis, niſi quatenus per ipſam coluntur, & honorantur.*

15 *Suffragia, & preces pro damnatis ad ignem æternum fieri non poſſunt.*

16 *Trajanus an orationibus D. Gregorii ſalvus factus fuerit, oſtenditur.*

CAP. Cùm Marthæ VI.

Verba ſi qua ſunt in Canone Miſſæ, quæ ab Evangeliſtis dicta non fuerunt, ſcilicet *Myſterium Fidei, elevatis oculis in cœlum, æterni Teſtamenti*, Apoſtoli acceperunt à Chriſto, & ſucceſſores ab Apoſtolis. In Sacramento Euchariſtiæ ſubtiliter tria diſtinguntur: primò forma viſibilis, id eſt, panis, & eſt Sacramentum geminæ rei, ſed non eſt res. Secundò veritas corporis, & eſt Sacramentum, & res; Sacramentum unius, & res alterius: tertiò virtus ſpiritualis, id eſt, unitatis, & charitatis, & eſt res gemini Sacramenti, ſed non Sacramentum. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Hoſt. Henric. Anch. Butr. Panorm. Viu. *in rationali, lib.*3. *iuris Pontif. pag.*433. Alagona *in compendio iuris Canonici, pag.*535. remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.*1. & 2. refertur ab Ant. Auguſt. *collect.*3. *Decret. lib.*3. *tit.*33. *cap.*5. 1

Tranſſubſtantiavit.] De tranſſubſtantiatione vide Concil. Trid. *ſeſſ.*13. *de Sanctiſſ. Euchariſt. c.*4. & *can.*2. ubi dicit totam ſubſtantiam panis, & vini converti in Corpus, & Sanguinem Chriſti, Jodoc. Cocc. *tom.*2. *theſauri Catholici, lib.*6. *art.*1. Soar. *tom.*3. *diſp.*50. Vaſq. *in* 3. *p. D. Thom. tom.*3. *q.*75. *diſp.*80. & 81. Nugn. *d. q.*75. *art.*1. *diffic.*1. & *art.*4. *diffic.*1. Vivald. *in candelabro aureo*, ubi *de Euchariſtia, c.*7. Chamer. *de Sacram.* ubi *de Euchariſtia, c.*6. Ægid. de Coninch. *de Sacram. & cenſuris, tom.*1. *q.*75. *à n.*49. & *à n.*171. Bonac. *de Sacrament. diſp.*4. *q.*5. *puncto* 6. §.2. 2

Hic eſt enim ſanguis, &c.] De forma Sacramenti ſanguinis, vide Magiſt. *ſentent. in* 3. *diſt.*8. Angl. *in floribus Theolog.* ubi *de Euchariſt. quæſt.*1. *art.*8. *concl.*2. Vivald. *d. loco, cap.*5. *num.*1. Chamer. *d. loco, c.*7. Soar. *tom.*3. *diſp.*69. *ſect.*2. D. Thom. *p.*3. *quæſt* 78. *art.*3. ubi Nugn. *concluſ.*... & Coninch. *num.*33. Valent. *tom.*4. *diſp.*6. *q.*6. *puncto* 1. *circa fin. verſ. nunc rejectis*, Henriq. *in ſum. lib.*8. *cap.*16. §... & *c.*27. §.2. Valer. Reginald. *in* 3

in praxi rerum fori pœnitent.lib.29.num.91. Barthol. ab Angelo *de Sacrament.dialog.4.§.370.*Bonac. *d.quæſt.3. puncto 3.*

4 *Myſterium.*] Vnde dicatur docet Sayr. *de Sacram. in genere, lib.1.c.1 pag.6.*

5 *Quia teſtatoris obitu*, &c.] Notatur ad hoc, quod teſtamentum vſque ad mortem mutari, minui, corrigi, ac reuocari poteſt, quia vltima voluntas deambulatoria eſt vſque ad mortem, vt per Pinel. *in rubr. C.de reſcind. vendit.p.1. c.3.n.24.* Gutier. *de jurament. confirmat. part.2. cap.1. à princip.* Menoch. *conſ.329. num. 6.*

§. Quæſiuiſti.

In Sacramento Altaris aqua cum vino tranſſubſtantiatur in ſanguinem. Colligunt Doctores in principio text.citati.

6 *Vtrum aqua cum vino in ſanguinem conuertatur*, &c.] De quo vide S. Thom. *p.3. q.74. art.8.* *vbi* Peſant. Nugn. & Ægid. de Coninch. *num.144.* Vaſquez *p.3. diſp.178.c.2.* Sot. *in 4. diſt.7.* Azor. *inſtit. moral.p.1. lib.10.c.28.q.1.*Valent. *tom.4.diſp.6.q.5. punct.3.* Chamerot. *de Sacrament. vbi de Euchariſtia, c.6. dub.55.* Bonac. *in ſimili tract.diſp.4.q.2.puncto 4.* Valer. Reginald.*in praxi fori pœnit.lib.29.n.36.*Soar.*tom.3.diſp.45. ſect...*

7 *Quia ſi poſt Calicis conſecrationem*, &c.] Notatur ad hoc, quod ſi vino conſecrato, & tranſſubſtantiato eadem vini ſpecies non ſolùm in majori, vel æquali, ſed etiam in minori quantitate miſceatur, nunquam tale vinum ſic permixtum conuertitur in ſanguinem Chriſti, vt per Victor. *in ſumma de Sacrament. vbi de Sacrament. Euchariſtia, n.73. verſ.quæritur vtrum vino,* Durand.*in 4.diſt.12.q.1.*& *ibi* Palud. *q.6.* & Richard. *art.4.q.1.*Soar.*in 3.part.D.Thomæ,q.77. art. 8. diſp.58. ſect.4.* Paul.Fuſc. *de viſitat.lib.1.c.6.n.10.* in quo caſu ceſſabit *reg. cap. quod in dubiis, in fine, de conſecrat. Eccleſiæ*,juxta quam in liquoribus magis dignum attrahit ad ſe minùs dignum, ſaltem quando in minori quantitate commiſcetur.

8 Vniuerſus tamen Doctorum labor verſatur in reddenda vera differentiæ ratione, quare ſcilicet ſi oleo conſecrato, ſeu aquæ benedictæ miſceatur liquor ejuſdem ſpeciei non conſecratus in minori quantitate, totum maneat conſecratum, vt *in d.c.quod in dubiis*, non ſic ſi vino conſecrato eadem vini ſpecies in minori quantitate miſceatur reſpectu talis vini ſic permixti, vt probat text.*in præſenti*. Quare nulla aſſignata differentiæ ratione per gloſſ. Innocent. Hoſtienſ. *in d. cap. quod in dubiis*, inſurgit Butr.poſt antiquiores, Petrum ſcilicet, & Abbatem, eam reddens,quia oleum conſecratum, ſicut & aqua benedicta remanent poſt conſecrationem in ſua ol ei, & aquæ ſubſtantia, quam antea habebant, & id o nil mirum ſi commixtio eiuſdem liquoris, vel etiam alterius in parua quantitate trahatur ad naturam liquoris conſecrati, quæ ratio videtur ceſſare in vino tranſſubſtantiato, quod iam vinum non eſt, ſicut erat antea, ſed potius verè ſanguis Chriſti, vltra quam rationem Abb. Panorm.aliam reddit, quia poſt conſecrationem non remanet plus ſanguinis, quia non eſt ſanguis ſine corpore, vt notatur in hoc text. Vnde quemadmodum in Hoſtia eſt verum corpus Chriſti cum ſanguine, ita in Calice eſt verum corpus Chriſti cum ſanguine per concomitantiam, itavt non poſſit dari ſanguis ſine corpore: ex quo datur intelligi quod cùm ſanguis ſit in venis, non poteſt attrahere ad ſe naturam, & ſubſtantiam cuiuſcum. que liquoris ſuperadditi,prout eundem Abb. interpretatur Syluest. *in ſum. verbo aqua.*

9 Sed prædictæ differentiæ rationes non ſatisfaciunt, nam prior non ſoluit difficultatem,adhuc enim eadem extante ratione quæri poteſt quare facta tranſſubſtantiatione ſanguinis Chriſti, poſt illam remanens non attrahit ad ſe liquorem alium ſuperadditum in minori quantitate permixtum, ſicut oleum conſecratum attrahit non conſecratum. Secunda verò ex eo confunditur, quia ſi aliquod vinum, ſcilicet commixtum Calici conſecrato,non tranſiret in ſanguinem Chriſti ex ea ratione, quia ſanguis eſt inſimul cum corpore,& ita in venis, ſequeretur quod ſi in triduo poſt Paſſionem Chriſti, ante Reſurrectionem Calici conſecrato commiſceretur vinum, totum idem vinum commixtum conuerteretur in ſanguinem, ſiquidem tunc temporis non erat ſanguis inſimul cum corpore, ſed in diſtantia locali: hoc tamen dicendum non eſt, vt colligitur ex hoc text. igitur videtur inſufficiens, & minùs adæquata prædicta Panorm. ratio. Vnde in hac materia tutius videtur ne diſcedamus à Theologorum ſententia, ex quorum mente vera eſt prior Petri,Abb. & Butrii, & colligitur ex D.Thoma, quem omnes in hoc ferè Theologi ſequuntur *dict.p.3. q.77. art.8. in reſp.ad 3. in fine.*

10 Quid autem dicendum ſit vbi vino conſecrato fit commixtio vini in ſumma quantitate, veluti ſi guttæ ſanguinis Chriſti ſuperadditum ſit vini profani dolium, quæſtio eſt difficilis, an ſcilicet maneat ſemper, facta prædicta commixtione, illa gutta ſanguinis ſub particula vini conſecrati? Partem negatiuam clariſſimis verbis tuetur D. Thom. *d.q.77.art.8. concluſ.3.* & iterum *in 4. diſt.12. art.2. quæſtiunc.1. & quodlib.10. art.3.* cuius fundamentum illud eſt, quod licèt per commixtionem ejuſdem liquoris, ſcilicet vini, non corrumpatur ſpecies vini conſecrata, nec deſit adeſſe vinum per modum ſubſtantiæ, attamen deſinit eſſe idem in indiuiduo, propter diuiſionem liquoris commixti in tam magna quantitate, & ideo deſinit ibi eſſe ſanguis Chriſti, qui eatenus ibi eſt, quatenus ſpecies conſecrata non corrumpitur; immò exiſtit, & conſeruatur: quam opinionem conatur defendere Sot. *in 4.diſt.10.quæſt.2. art.8.* Contra eandem tamen videntur ſentire ferè omnes Theologi, nempe Durand.Richard. & Palud. *dictis locis,* Sot. *in 4. diſt.12. quæſt.4.* Bonauent. *art.2. quæſt.2.* Alexand. de Ales, Ledeſma, Victor. & alii relati per Soar. *dict.quæſt.77. art.8. diſput.57. ſect.4.* vbi teſtatur hanc eſſe communem Scotiſtarum, & Thomiſtarum ſententiam, quam etiam tuetur Ioſeph. Angles *in floribus Theolog. vbi de eſſentialibus Euchariſtiæ, art. 4. tit.98. concluſ.1.* pro qua ſententia afferunt multas, & efficaciſſimas rationes, vltra auctoritatem huius text. qui indiſtinctè loquitur, ſiue liquor in magna quantitate, ſiue in parua miſceatur Calici conſecrato. Difficultas eſt quid faciendum ſit de dolio vini, in quod gutta ſpecierum vini conſecratarum immiſſa eſt? Reſpondet Sot. *d.art.9.* Henriq. *lib.8. c.28. §.4.* Emman. Sà *verbo Euchariſtia, num.31.* Viuald. *in candelabro aureo, vbi de Euchariſtia, c.7. num.29.* & alii, illud vinum adhiberi, & bibi poſſe à laicis, nec opus eſſe, vt ſeruetur pro Miſſis celebrandis, quia illa gutta haberi poteſt pro amiſſa, cùm ignoretur, quænam illa ſit. Verùm magis piè Soar. *d.diſp.57. ſect.4. ad finem,* Nugn. *ad 3.part.D. Thom.quæſt.77.art.8. ad finem*, & *ibi* Ægid.de Coninch *num.36.*ac Bonac. *de Sacrament. diſp.4.quæſt.3. puncto 6.§.3.* & alii per eos citati, ſentiunt hujuſmodi vinum ſeruandum eſſe ad pios vſus, alioquin fieri contra reuerentiam ſpeciebus conſecratis debitam.

11 *Ideo vino aqua vnitur*,&c.] Plures rationes ad oſtendendum quare vino aqua miſceatur, adducunt Soar *tom.4.*

tom.4.diſp.45.ſect.2.concl.2. Card. Bellarmin. *lib. 4. de Euchariſt. cap.10.* Miranda *in manuali Prælat. tom.1. q.40.art.6.concluſ.2.* & alii apud Bonac. *d. diſp. 4. q.2. punct.4.* latè Guillelm. Durand. *in ration. diuinorum, lib.4.c.30.à n.19.* nouiſſimè Reuerend. D. Ioan. Serran. Epiſcop. Accrnen. *in expoſitione Miſſæ Sacroſanctæ, ac cæremoniarum, quæ in ejus celebratione fiunt, p.1. n.112.* vbi in hæc verba. In hac oblatione poſtquam Sacerdos obtulit panem recitando orationem illam, quæ incipit, Suſcipe ſancte Pater, vt offerat vinum miſcet paululum de aqua, non quidem (vt omnes Catholici docent Doctores) de neceſſitate Sacramenti, ſed de neceſſitate præcepti, & Catholicæ Eccleſiæ ordinatione, ac lege, non inſtituta, vti Rupert. dicit *lib. 2. de diuinis offic c 2.* ſed ſcriptis mandata à S. P. Alexand. I. nam vt ſufficienter probat Seuerinus Binius *tom. 1. Concil. in not. ad epiſt. 1. Alexand. I.* ex Liturgia S. Iacobi, & auctoritate Clementis Romani, Irenæi, Cypriani, & aliorum, cæremonia hæc à Chriſto Domino fuit vſurpata, ab Apoſtolis obſeruari præcepta, & ab Alexand. I. ſcripto, & præcepto corroborata. Et jure quidem ratione ſignificationis, quia vt ipſemet Alexànder docet *epiſt.1. ad omnes orthodoxos*, & habetur *in cap. Sacramentum, de conſecrat. diſt. 2.* & poſt ipſum S. Thom. *p.3. q.74.art.6. in corpore*, vinum aqua mixtum ſignificat ſanguinem & aquam, quæ exiere de latere Chriſti Domini in Cruce, quemadmodum ocularis teſtis Ioannes *cap.19.* ſcripſit. Significat inſuper ſecundùm Iulium Papam I. *epiſt. ad Epiſcopos per Ægyptum*, & habetur *cap. cùm omne crimen, de conſecrat diſt.2.* & ipſum S. Thom. *vbi ſuprà*, adunationem populi cum Chriſto Domino. Nam aquæ populos ſignificant, vt dicit S. Ioan. *Apocalypſ.c.17.* Et ob id antequam in Calicem infundatur, aquam benedicit Sacerdos, ad ſignificandum adunationem hanc manaſſe ex virtute Crucis, & ex meritis paſſionis Domini noſtri Jesv Christi, vt ſatis clarè dicitur in oratione, quam recitat Sacerdos dum dictam commixtionem facit, & incipit: *Deus, qui humanæ ſubſtantiæ.*

§. Tertio loco.

Oratio quæ dicitur in ſecreto in feſto S. Leonis immutata eſt, quia vbi dicebatur, Annue nobis Domine, vt animæ famuli tui Leonis hæc nobis proſit oblatio, hodie dicitur, vt interceſſione B. Leonis hæc nobis proſit oblatio, & hæc mutatio contigit, quia Sancti noſtris orationibus non indigent, ſed nos ſuis. Colligunt Doctores in principio text. citati.

12 *Iniuriam facit martyri, qui orat pro martyre.*] Vide Henriq. *in ſum. lib.2.c.16.§.5. lit. I*, Ægid. de Coninch.
13 *de Sacrament. & cenſur. tom.1.q 66. n.131.* Qui enim in cœlis ſunt, ſuffragiis non indigent viuorum, cùm ſint in loco beatitudinis omnium perfectione bonorum aggregato, Auguſt. *de cur. pro mort. agend. n.1. & tr.84. in Ioan. & ſerm.34. de verb. Apoſt.* Iul. Lavor. *de Indul-*
14 *gent. p.2.c.30.n.29.* Vnde Beatis non prodeſt Miſſa, niſi quatenus per ipſam coluntur, & honorantur, Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.29. n.153.* Barthol. ab Angelo *dial. 5. de Miſſa, §.475.* Chamer. *de Sacrificio Miſſæ, dub.12.* Fr. Ludouic. Miranda *in man. Prælat. tom.1.q.41.art.5.concl.6.* Bonac. *de Sacram. diſp.4. quæſt. vlt. puncto 4.n.7.*
15 *Quod defunctorum alij ſunt valde boni, &c.*] Vide Iul. Lauor. *var. lucubr. tit.2.c.15.n.112.*

In gloſſ. *Inueſtiget*, vlt. ibi, *& ita damnatus ſaluabitur.* Arbitror errorem eſſe in fide dicere aliquem damnatum ad ignem æternum liberatum eſſe, vt multis probat Emman. de Valle *de incantat. & enſalmis, ſect.2. c.2.n.69. in fine*, pro illo enim nunquam orat Eccleſia, *cap. quibus, c. grauia, c. non eſt mirum, cum ſimilibus, 13. q.2.* Auguſt. *ſerm.118* Gregor. *lib.34. moral. c.13.* nec pro illo ſuffragia offerri, & preces fundi poſſunt, *cap. tempus, illa cauſa & quæſtione.* Nauar. *de horis canon. c.30. n.38.* Sot. *in 4 diſt.45.q.2.art.2.* Card. Bellarm. *lib.2. de Purgator. c.10.* Philiarch. *tom.1. lib.2.c.7. verſ. ſecunda concluſio.*

De illo tamen quod ex Damaſc. *in orat. de mortuis* 16
narratur, Diuum ſcilicet Gregor. pro Traiani Ethnici Imperatoris anima oraſſe, & vocem ad ſe diuinitus delatam audiuiſſe, ſic dicentem: Vocem tuam audiui, & veniam Traiano dono, an verum fuerit, maxima eſt inter Doctores controuerſia: quidam enim apocrypham hiſtoriam dicunt, aſſerentes hoc falsò in poni Damaſceno: alii verò illam veram fuiſſe tuentur, putantes ex Dei diſpenſatione animam Traiani poſt mortem detentam alicubi fuiſſe ad tempus, vt poſtea lacrymis, & Orationibus B. Gregorii à Deo præuiſis ſuſcitatus pœnitentiam veram ageret, & ſaluaretur, de quo tamen vide Melch. Cano *lib.11. de locis Theolog. cap.2.* Fr. Alphon. Ciacon. *in ſpecial. tract. de ſaluatione Traiani precibus D. Gregorij*, Sot. *in 4. diſt.45.q.2.art.2.* Ægid. Roman. *quodl.1 q.3.* Polon. *in chronico, in vita Traiani, in fine.* Nauar. *de orat. notab.22. n.43. & 45. & miſcel.58.* Chaſſan. *in catalogo gloriæ mundi, p.5. conſid.5. verſ. ex hac.* Ioan. Diacon. *in vita D. Greg. lib.2. cap.44.* Caſtro *aduersùs hæreſes, verbo infernus, hæreſi 2. & verbo ſuffragia.* Fr. Ioan. Baptiſt. Contad. *reſponſorum caſuum conſcientiæ p.1. caſu 264.* Philiarch. *tom.1. lib.2. cap.8. verſ. ſecunda pars*, Benzon. *de jubil. lib.2. c.44.* Fr. Hieronym. Roman. *de Republ. Chriſtiana, lib.1.c.7. fol.91.* Fr. Ant. de Yepes *in chronica Ordinis S. Benedicti, cent.2. c.3. fol.431.* Henriq. *in ſum. lib.9.c.16.§.3.* Joan. Ferdin. *in theſauro, verbo æternitas, n.7.* Eſcob. *de ratiocin. miniſt. c.25.n.47.* Lorin. *Actor. 2.n.34. & ad 1. Ioan.4. verſ.16. & ad Pſal.102. verſ.10.* Soar. *tom.2. in 3.p. diſp.43. ſect.3. §. nihilominus, & tom.4. diſp.48. ſect.4. n.13. & tom.2. de Relig. lib.1. de orat in communi, c.14. à princip. & tom.3. in 3. part. diſp.78. ſect.3. verſ. primò igitur*, Azor. *inſtit. moral. p.1. lib.3. cap.31. q.2. verſ. ſed quæſtionis eſt.* Card. Bellarmin. *lib.2. de Purgat. cap.8.* Card. Cæſ. Baron. *ad Martyrologium Romanum, die 23. Ianuar. pag.46. & tom.8. annalium Eccleſiæ, anno Chriſti 603. pag. mihi 236. cum ſeqq.* Bernard. de Brito *in monarchia Luſitana, p.1. lib.5. c.12. pag.60.* Martin. Carillo *en la explicacion de la Bulla de los defunctos, p.2.c.13.n.20. cum ſeqq.* Emman. de Valle *d.c.2. à n.20.* Iul. Lauor. *de indulg. p.2. c.30. à n.16.* Bonac. *de horis Canon. diſp.1.q.2. puncto 2. num.8.*

SUMMARIUM.

1 *Hoſtiam non conſecratam qui miniſtrat propter periculum idololatriæ grauius peccat, quàm ille, qui conficit in peccato mortali*, & n.2.

3 *Euchariſtiæ ad Sacramentum accedens debet eſſe in gratia per Confeſſionem Sacramentalem, quando verò ea non præmiſſa licitum ſit accedere, oſtenditur*, & n.4.

5 *Sacerdos, qui inchoata Miſſa meminit alicuius peccati mortalis, non tenetur illam jam inchoatam relinquere, vt confiteatur, nec tenetur ad ſe vocare Confeſſarium ad Altare, ſi periculum ſit ſcandali.*

6 *Pœna mitior imponenda eſt illi, qui clam, quàm qui palam deliquit.*

7 *Euchariſtiæ ad Sacramentum accedens cum conſcientia peccati mortalis, peccat mortaliter.*

8 *Sacrificium oblatum à Sacerdote in peccato mortali exiſtente prodeſt, & habet ſuum effectum quatenus nomine Chriſti per Eccleſiam offertur.*

Cap. De homine VII.

1 SAcerdos qui propter peccatum mortale in Miſſa fingit ſe conſecrare, & non conſecrat, grauius peccat quàm qui conſecrat in peccato mortali. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Butr. Hoſt. Henric. Anchar. Panorm. Cened. *collect.* 98. Viu. *in ration. lib. 3. juris Pontif. pag.* 425. Alagona *in compend. juris Canon. pag.* 535. remiſſiuè Ximen. *in concord. p.* 1. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 2. *Decret. lib. 3. tit. 33. c.* 6.

2 Hanc eandem concl. ex hoc text. deſumunt Henriq. *in ſum. lib. 8. c. 56. §.* 6. plures apud Cened. *ad Decret. collect. 98. n.* 2.

3 *In mortali crimine*, &c.] Nam accedens ad Sacramentum Euchariſtiæ debet eſſe in gratia per confeſſionem Sacramentalem, niſi eam prætermittat ob neceſſitatem communicandi, nec habeat copiam Confeſſarii: ita docent S. Thom. *in 4. diſt. 16. & 17. q. 3. art. 1. & q.* 4. S. Antonin. *p. 3. tit. 13. c. 6. n.* 7. Nauar. *in man. c. 22. n.* 10. Henriq. *d. lib.* 8. *c. 45. §.* 2. Valent. *tom. 6. diſp. 6. q. 8. punct.* 3. Soar. *tom. 3. diſp. 66. ſect. 3. ad finem*, Fr. Emman. *in ſum. tom. 1. c. 65. n.* 1. Petr. de Ledeſm. *in ſum. p.* 1. vbi *de Euchariſtia*, *c. 10. &* 11. Vaſq. *in 3. part. tom. 3. diſp.* 180. Azor. *inſtit. moral. p. 1 lib. 10. c. 20. q. 2. &* 3. Barth. ab Angelo *de Sacram. dialog.* 4. §. 18. *&* 186.

4 *Propter neceſſitatem*, &c.] Ergo ſi adſit neceſſitas celebrandi, vel communicandi, nec adſit copia Confeſſarii, vel ſi adſit, non poteſt tamen Confeſſio præmitti abſque ſcandalo, licitum eſt celebrare, vel communicare, non præmiſſa Confeſſione peccati mortalis jam commiſſi, præmiſſo ſaltem contritionis actu, ne indignè ſuſcipiatur Euchariſtia cum peccato mortali. Soar *d. diſp. 66. ſect.* 5. Barth. ab Angelo *d. dialog.* 4. §. 195. Chamerot. *de Sacram. vbi de Euchar. c. 9. dub. 9. & c. 10. dub.* 13. Valent *d. q.* 8. *punct.* 3. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 29. c. 6. n. 99. & n.* 109. Durant. *de ritibus Eccleſiæ, lib. 2. c. 8. à n.* 2. Cened. *ad Decret. collect. 98. n. 1. & pract. ac Canon. quæſt. lib. 1. q. 3. n.* 18. Vnde infertur Sacerdotem, qui inchoata Miſſa meminit alicuius peccati mortalis, non teneri inchoatam Miſſam relinquere vt confiteatur, nec teneri ad ſe vocare Confeſſarium ad Altare, ſi periculum ſit ſcandali, Soar. *d. diſp 66. ſect.* 4 Henriq. *d. lib.* 8. *c. 46. §.* 3. Poſſeuin. *de officio Curati, c. 2. n.* 15. Valer. Reginald. *loco citato, n.* 106. Ægid. de Coninck *de Sacram. & cenſur. tom. 1 q. 80 dub. 2. n.* 16.

5 Præcipit tamen Concil. Trid. *ſeſſ. 3. de reform. c.* 7. quod ſi neceſſitate vrgente Sacerdos abſque præuia confeſſione celebrauerit, quamprimum confiteatur, ſicut referunt Peſant. *in addit. ad 2. part. q. 10. diſp. 5. de precepto confeſſ.* Nugn. *in 3. p. tom. 1. q. 80. art 4. diffic.* 4. Coninch *de Sacram. q. 80. art. 4. dub. 2. n.* 24. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. tom. 2. lib. 29. c. 6. ſect. 3. n.* 110. Filliuc. *tom. 1. tract. 4. c. 8. q. 5. n.* 221. reſoluentes Concil. *dicto loco* continere præceptum. Contra Petr. de Ledeſma *in ſum. p. 1. tract. de Euchariſt. c. 21. ante concl.* 9. Villalob. etiam *ſum. tom. 1. tract. 7. dub. 57. n.* 7. exiſtimantes in dicto concl. non adeſſe præceptum, ſed concilium, & ſic ſacerdotes ita celebrantes non peccare mortaliter: dubium verò eſt maximum, qualiter verba illa Concil. *quamprimum*, ſint intelligenda, nam Sanch. *in ſelect. diſt. 32. n.* 14. putat illicò finita Miſſa Sacerdotem adſtrictum eſſe confiteri. Zanard. verò *in direct. Confeſſ. p. 1. tract. de Euchariſt c.* 7. exiſtimat quod ſub præcepto talis Sacerdos tenetur confiteri, non immediatè, nec ea die, ſed non differendo per longum tempus confeſſionem. At ego cum Petr. Binsfeld. *in enchirid. Theolog. Paſtor. cap.* 5. Molfeſ. *in ſum. tom. 1. tract. 3. c. 10. n.* 28. Fagund. *in precepta Eccleſ. tract. 3. lib. 3. c. 8. n.* 9. probabilius teneo ſatis eſſe pro adimplendo ſupradicto præcepto Concilii, ſi Sacerdos, qui ſic celebrauit, confiteatur ſuo tempore, nempe ante aliam celebrationem.

Quæ veris ſunt periculis grauiora.] Notatur ad hoc, quod mitior eſt illi imponenda pœna, qui clam, quàm qui palam deliquit, vt per Tiraq. *de pœnis temperandis, cauſa 57. à n.* 1. 6

Peccet grauiter, &c.] Notatur ad hoc, quod mortaliter peccat accedens ad Sacroſanctum Euchariſtiæ Sacramentum cum conſcientia peccati mortalis, vt de fide definiuit Concil. Trid. *ſeſſ. 13. c.* 7. Vaſq. *in 3. p. D. Thomæ, tom. 3. diſp.* 208. *à n.* 1. Valer. Reginald. *d. lib. 29. n.* 98. Ægid. de Coninch. *d. q. 80. n. 5. cum ſeqq.* plures per Cened. *d. collect. 98. n.* 1. Sacrificium verò oblatum à Sacerdote in peccato mortali exiſtente prodeſt, & habet ſuum fructum, quatenus nomine Chriſti, & Eccleſiæ offertur, Nauar. *in manuali, cap. 25. num.* 79. Bartholom. ab Angelo *dialog.* 5. §. 735. Fraxin. *de obligat. Sacerdot. ſect. 3. prænot.* 4. §. 3. *tom.* 3. Fr. Ludouic. Miranda *in manuali Prælat. tom. 1. quæſt. 41. art.* 22. poſt Thom. Sot. Tolet. Angel. ac alios, Bonacina *de Sacram. diſp. 4. quæſt. vlt. punct. 6. num.* 3. 7

In gloſſ. *Peccat grauiter*, vlt. ibi, *& illud poſtea quàm citò poteſt confiteatur.* Vide Nauar. *in princ. de pœnit. diſt. 5. n. 31. & in cap. fratres, n. 99. &* 100. *ead. diſt. & in tract. de Orat. c. 6. n.* 41. 8

SUMMARIVM.

1 *Opinio improbatur, quæ habet quod in Sacramento Altaris aqua conuertatur in phlegma, & probatur Chriſtum fuiſſe verum Deum, & verum hominem, & quod de ipſius latere exiuit vera aqua.*

3 *Homo ante infuſionem animæ non dicitur.*

4 *Lanceæ ictum accepit Chriſtus Dominus in latere dextero.*

Cap. In quadam VIII.

DEclaratur Chriſtum fuiſſe verum Deum, contra Arrianos, & verum hominem, non ex corpore phantaſtico contra Manichæos. Determinatur etiam quod à latere Chriſti fluxit vera aqua, & non phlegma, vel mixtum, & ſicut in ſanguine relucet Sacramentum redemptionis, ſic in aqua Sacramentum regenerationis. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Butr. Hoſt. Henric. Anchar. Panorm. Viu. *in rationali lib. 3. juris Pontif. pag.* 426. Alagona *in compend. juris Canon. pag.* 536. remiſſiuè Ximen. *in concord. p.* 1. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 3. *Decretal. lib. 3. tit. 33. cap.* 7. 1

Aquam in phlegma conuerti, &c.] Vide Soar. *tom.* 3. *diſp. 43. ſect.* 4. Bonacin. *de Sacram. diſp. 4. q. 2. punct. 4. n. 7. verſ. reſpondeo hoc eſſe.* 2

Et verus ſanguis, ita proculdubio vera aqua, &c.] Notatur ad hoc, quod de Chriſti latere verus ſanguis & vera aqua manauit, vt per Bonacin. *de ſacroſ. Chriſti Incarnat. diſp. 3. q. 1. punct. 10. n. 3.* vbi *n.* 5. probat ſanguinem, & aquam non permixtè, ſed diſtinctè 3

&,

& ſeparatè extiſſe, itavt ſanguis ex lateris parte, & aqua ex alia efflueret, vel itavt priùs totus ſanguis
2 exierit, & poſteà tota aqua. Quid autem ſignificent ſanguis & aqua quæ de Chriſti latere fluxerunt, non benè conſtat inter Sanctos Patres, nam Chryſoſtom. *homil.*84.*in Ioan.* Aug. & alii putant ſignificare Baptiſmum & Euchariſtiam. Hieronym. autem *epiſt.*83. *ad Decanum*, Tertullian. & alii exiſtimant indicare duo Baptiſmata, ſanguinis ſcilicet, & quæ. Ambroſius verò, Beda, & alii arbitrantur oſtendere Baptiſmum aquæ, & pretium redemptionis noſtræ. Vide Soar. *in 3.p.tom.1.diſp.*51.*ſect.*1.*col.*3. & 4. Vaſq. *in 3.p.tom.1. diſp.*76.*c.*2.*n.*15.

3 *Nam ad eſſe hominis*, &c.] Notatur ad hoc, quod non dicitur homo ante infuſionem animæ, cùm ex corpore, & anima componatur, & formetur, vt per Anton.Gom. *tom.3.var.c.3. n.*32. Vnde recedente anima non eſt os, aut caro, D.Thom. *p.3.q.5. art.3.verſ. ſed hæc, in fine.*

4 *Nam de latere Chriſti.*] Dextero ſcilicet, in eo enim Chriſtum Dominum lanceæ ictum accepiſſe referunt Fr.Hieron.Durand.*in libro*,quem inſcripſit, *peregrinatio filij,lib.1. c.3.§.14. pag.*610. Rodulph. *de vita Chriſti, p.2.c.*64. Rupert.*lib.2.in Ezechiel.c.*32. Iacob.Gretſer. *de ſancta Cruce, tom.3. lib.*5. Ratio eſt ſecundùm eos, quia vſu receptum eſt, vt imagines Chriſti crucifixi in dextero latere vulneratæ pingantur, vſus autem innixus videtur traditioni & conſenſui Eccleſiæ. Verùm Soar. quem refert & ſequitur Bonacin. *de Sacroſ. Chriſti Incarnat.diſp.3. q.1. puncto 16. n.*2. probabiliùs putat Chriſtum vulneratum fuiſſe in ſiniſtro latere, in quod vergit cor humanum, quia veroſimile eſt Chriſtum in eo latere vulnerari voluiſſe, vt manifeſtiùs conſtaret de ſua morte; nullus enim tranſverberato corde viuere poteſt: tum quia in ea parte vulneratus fuit Chriſtus, ex qua Eua formata fuit, Eccleſia enim formata fuit de Chriſti latere,ſicut Eua de latere Adæ: ſed Eua formata fuit ex coſta ſiniſtri lateris, in quod vergit cor humanum, ad ſignificandum amorem qui inter virum & vxorem reperiri ſolet, ex S.Thom. 1.2. *q.92.art.*2. Ergo etiam Chriſtus in eadem parte vulneratus fuit, alioquin figuratum non reſponderet figuræ: tum quia manifeſtare voluit amorem erga Eccleſiam ſuam ſponſam,juxta illud Cant.4.*Vulneraſti cor meum:* tum vt conſtaret patere viam,per quam ad cor Chriſti ingredi, & in eo quieſcere poſſimus.

SUMMARIUM.

1 *Prælatis, & clericis præcipitur in virtute obedientiæ, vt nocturnum officium & diurnum ſtudioſè celebrent, & devotè.*

2 *Clericus maioribus Ordinibus initiatus, quamvis degradatus, tenetur ad recitandas horas Canonicas, ſecus in clericis in minoribus.*

3 *Beneficiati licèt non ſint ſacris initiati Ordinibus, tenentur poſt captam pacificam beneficij poſſeſſionem recitare Officium diuinum.*

4 *Beneficij Eccleſiaſtici nomine, ratione cuius tenetur quis diuinum Officium recitare, venit quodcunque quantumvis tenue, item & habitum integrè in commendam,vt* n.5.*& capellania collatiua,ſeu Eccleſiaſtica,vt* n.6.

7 *Penſionarius tenetur recitare Officium paruum Beatæ Mariæ Virginis ſub eadem pœna, ſub qua beneficiarij tenentur ad recitationem diuini Officij.*

8 *Coadiutor beneficiarij an teneatur perſolvere diuinum Officium, oſtenditur.*

9 *Beneficij fructus omnes qui loco penſionis impendit illi, qui ſibi beneficium renuntiauit, an teneatur ad diuinum Officium, oſtenditur.*

10 *Syncopa, & ſyncopare quid ſignificet, oſtenditur.*

11 *Horæ Canonicæ dici non debent ſyncopando, dimittendo ſcilicet vel verba, vel verſus, aut ſyllabas.*

12 *Sacerdotes, qui ſine legitimo impedimento non celebrant in anno ſaltem diebus feſtis præcipuis, an peccent, oſtenditur.*

13 *Horæ Canonicæ quare diuinum Officium appellantur, oſtenditur.*

14 *Canendi alternatim in Eccleſia forma vnde originem habuit, oſtenditur.*

15 *Cantus in Eccleſia audientes ad majorem animi deuotionem excitat, nam ſolum interdicitur indecens in Eccleſia canendi modus.*

16 *Muſica inſtrumenta licita ſunt in Eccleſia,ſi decenter adhibeantur.*

17 *Interrumpens aliquam de precibus horariis jam cœptis animo, & voluntate continuandi reliquam illius precationis poſt finem eius, quod interponitur, an ſatisfaciat præcepto Eccleſiæ, oſtenditur.*

18 *Officium diuinum inceptum qui interrumpit animo repetendi jam recitata, ſed poſtea non repetit, an ſatisfaciat præcepto, oſtenditur.*

19 *Officium diuinum vt deuotè recitetur, requiritur attentio, ſive illa ſit ad verba, ſiue ad ſenſus verborum,ſiue ad Deum, vel ad Chriſti paſſionem, &c.*

20 *Beneficiarius tenetur ad reſtitutionem, qui diuinum Officium recitauit abſque attentione.*

21 *Miſſæ præcepto ſatisfacit qui inter Miſſarum ſolemnia Horas Canonicas recitat.*

CAP. Dolentes IX.

SVſpenſionis ſub pœna prohibetur ne Clerici, vel 1 Prælati vacent vſque ad mediam noctem comeſſationibus ſuperfluis, vel fabulationibus illicitis, ne matutinum continuata ſyncopa tranſcurrant, Miſſis aliquando interſint,vel celebrent,& ſimilia. Item præcipitur in virtute obedientiæ,vt nocturnum officium, & diurnum,quantum eis Deus dederit, ſtudioſè celebrent pariter, & deuotè. Colligunt ex Ordin. Alb. antiq.Innoc.Collect.Zabarel. Ioan. Andr. Butr. Hoſt. Henric. Anchar. Panorm. Viuian. *in ration. lib.3. juris Pontif. pag.*427. Alagona *in compendio juris Canon. pag.*534. remiſſiuè Ximen. *in concord.p.*1. deſumitur ex Concil. generali Lateran.ſub Innoc. III. *c.*17. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.5. Decret.ſub tit.15. de celebratione diuini offic.c.*7.

Quidam minores Clerici.] Ideo minores vocantur, 2 non quod in minoribus Ordinibus conſtituti ſint, ſed quia ad Prælaturæ gradum nondum euecti fuerant, ac proinde probat Clericos majoribus Ordinibus initiatos teneri ad recitandas horas Canonicas, vt per Nauar.*de orat.c.7.num.*2. Soar. *de Relig. tom.2. tract.4. lib.4.cap.16.num.*9.Malder. *de virtutib. tract.10. cap.2. dub.*3. Vaſq.*in opuſcul.de benef. cap.4. §. 1. art.1. dub.*2. Vincent.Filliuc.*tom.2. tract.23. cap.4. num.*143. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib.18. n.25. cum ſeqq.* Azor.*inſtit.moral.p.1.lib.10.c.5.quæſt.*1.Carol. Macign. *de horis Canon. cap.*9. Bonacin. *in ſimili tract. diſput.1. q.2.punct.3.n.*1.Leſſ.*de juſtit.lib.2. cap.34.dub.*9. quod adhuc verum eſt etiamſi inciderit in aliquam cenſuram, vel degradatus ſit,adhuc enim ad Officium diuinum priuatum recitandum teneri, reſoluunt Couar. *variar.lib.3.cap.13.num.*8.Nauar. *d.c.7. num.*17. Azor. *d.cap.5. quæſt.*6. Malder. *d.cap.2.dub.5. verſ.*4. Filliuc. *d.tract.23.c.9.quæſt.3.num.*280. Molfeſ. *in ſum. tract.5. c.4.*

cap.4. num.45. Sayr. de cenſur. lib.5. c.22. n.15. Soar. eod. tract. tom.5. diſp.12. ſect.2. n.16. Macign. d.tract. cap.24. n.9. & ſeq. Illuſtriſſ. D.meus Roder. à Cunha in comment. ad cap.1. n.7. diſt.91. Unde Clericos minoribus Ordinibus initiatos non teneri horas Canonicas recitare, contra Panorm. in cap.1. n.6. ſuprà hoc tit. docent Philiarch. part.1. lib.2. c.2. verſ. quoad alios, Flamin. de reſign. lib.1. quæſt.9. n.12. Azor. d.c.5. q.2. Valent. tom.3. diſp.6. q.2. puncto 10. verſ. quo verò ad ſecundum, & alii apud Bonac. d.n.1. verſ. dixi in propoſito, ubi etiam advertit c. ſi quis Preſbyter, 92. diſt. intelligendum eſſe de Clerico Eccleſiæ deputato, & beneficium habente.

3 Ad eaſdem horas Canonicas recitandas tenentur ex inſtitutione Eccleſiæ habentes beneficium Eccleſiaſticum, ſive illud ſit ſimplex, ſive curatum, quanvis non ſint ſacris initiati; quæ quidem obligatio divini Officii recitandi Beneficiarium non adſtringit, niſi poſt captam pacificam beneficii poſſeſſionem, ut docent Flamin. d. quæſt.9. num.15. Filliuc. d.c.4. n.158. Fr. Emman. in ſumma, tom.1. c.141. n.4. Menoch. de arbitr. caſu 429. n.24. Nald. verbo Divinum Officium, n.4. Azor. d.lib.10. cap.4. quæſt.7. Leſſ. d.lib.2. cap.34. dub.30. n.167. Malder. d.c.2. dub.3. q.7. Molfeſ. d.tr.5. cap.3. num.3. Soar. d. lib.4. c.19. n.7. Valer. Reginald. lib.30. n.38. Bonacina d. diſp.1. quæſt.2. puncto 4. n.1. Gavant. in comment. ad rub. Miſſalis, tom.2. ſect.1. c.4. n.5. Diana reſol. moral. p.2. tit. de horis Canon. reſol... Quanvis Navar. de orat. c.7. n.27. & Carol. Macign. de horis Canonicis, cap.10. num.25. ac Nicol. Garc. de benefic. part.3. cap.1. num.92. cum pluribus aliis per eos citatis exiſtiment teneri ſtatim ac Beneficiarius collationem acceptavit, qui ſi oneri recitandi divinum Officium non ſatisfecerit ſtatim poſt adeptam beneficii pacificam poſſeſſionem, peccat mortaliter, quia facit contra prohibitionem Eccleſiæ in re gravi, & contra finem propter quem datur beneficium. Non tamen tenetur ad reſtitutionem fructuum pro rata omiſſionis officii, niſi elapſis ſex menſibus poſt obtentam præfatam profeſſionem, ex Conſtit. Concil. Lateran. ſub Leone X. ſeſſ.9. §. ſtatuimus, & ex Bulla Pii V. quam referunt Navar. in man. c.25. num.122. Steph. Quaranta in ſumma Bullarii, verbo horæ Canonicæ, Soar. d.lib.4. c.29. n.2. & Bonac. d.diſp.1. q.5. puncto 2. in princ. Fagundez in quinque Eccleſiæ præcepta, præcept.1. lib.2. c.4. n.12. Quare ita docent, pleraque alia in materia utilia reſolventes Azeved. l.2. num.9. tit.3. lib.1. novæ recop. Vivian. tom.1. communium opin. lib.1. tit.8. n.2. pag.179. Fr. Emman. in explicat. Bullæ Cruciatæ, pag.171. Zerol. in praxi Epiſcop. p.1. verbo beneficia, pag. mihi 43. & 44. Azor. d.lib.10. c.14. Leſſ. d.c.34. dub.32. Nicol. Garc. d.c.1. n.2. cum ſeqq. Carol. Macign. c.28. n.11. cum ſeqq. Malder. d. tract.10. cap.2. dub.4. Sayr. in clavi Regia, lib.3. cap.9. n.33. Farin. fragment. crimin. p.1. lit. C, n.109. Fernandez in examine Theolog. moral. part.3. cap.12. §.7. num.1. Filliuc. tom.2. tract.23. cap.10. n.308. Homobon. de Bonis in examine Eccleſiaſtico, p.1. tract... c.4. q.42. Gavant. d. ſect.1. c.5. tit.1. n.5. Diana d. tract. de horis Canon. reſol.25.

Nomine Eccleſiaſtici beneficii, ratione cujus te-
4 netur quis divinum Officium recitare, primò venit quodcunque, quantumvis tenue, ut non ſufficiat ad vitæ ſuſtentationem, ut per gloſſ. in c. Clericus, 91. diſt. docent Covar. lib.3. var. cap.13. n.8. verſ.21. Navar. in man. cap.25. n.102. & de orat. cap.2. n.27. c.21. & c.11. Valent. tom.3. diſp.6. quæſt.2. puncto 10. verſ. excludit, Fr. Ludov. Beja reſponſ. caſuum conſcient. p.3. caſu 54. Nald. verbo divinum officium, n.2. Peſant. 2.2. q.62. art.2. diſp.2. prope finem, Zerol. in praxi Epiſcop. p.1. verbo horæ Canonicæ, §.2. & verbo Beneficium, §.4. Soar. d.lib.4. c.21. n.3. & 9. Nicol. Garc. d.cap.1. n.39. Azor. d. lib.10. cap.3. q.3. Valer. Reginald. d. lib.30. tract.3. num.34. Paul. Comitol. reſponſ. moral. lib.1. quæſt.68. Carol. Macign. cap.11. n.3. Ugolin. de offic. Epiſcopi, p.1. cap.13. §.1. num.2. Filliuc. d. tract.23. cap.5. n.181. Bonac. d. diſp.1. quæſt.2. puncto 3. n.17. Gavant. in rub. Miſſalis, tom.2. ſect.1. cap.4. num.3. Diana reſol. moral. p.1. tract. de horis Canonicis, reſol.9. Fagundez d. lib.2. cap.4. n.15. & lib.3. cap.8. num.8. Quanvis non teneri Beneficiarium ſaltem quotidie recitare divinum Officium, cujus beneficii fructus non attingunt mediocrem ſuſtentationis partem, teneant Fr. Emman. in ſum. tom.1. cap.140. n.3. Vega in ſum. part.1. cap.128. num.13. Petr. de Ledeſma etiam in ſumma, part.2. tract.9. cap.4. concl.6. diffic.4. Leſſ. d. lib.2. cap.34. dub.31. n.169. Malder. d. cap.2. dub.3. verſ. nihilominus, Vaſq. de benefic. c.4. §.1. dub.4. num.17. Molfeſ. d. tract.5. c.3. n.29. & tract.6. cap.2. num.36.

Secundò venit beneficium habitum integrè in 5
commendam, quanvis enim hujuſmodi commendatarius non habeat titulum beneficii; nihilominus veram habet illius adminiſtrationem, & ſubſtituitur in locum habentis beneficium cum tota obligatione: ita docent Navar. de orat. c.20. n.16. Medin. in ſimili tract. quæſt.2. Azor. d.lib.10. c.3. q.6. Vaſq. d.c.4. art.1. dub.3. Soar. d.lib.4. cap.22. n.14. & 16. ubi etiam loquitur de beneficio manuali, quod ad nutum conferentis poteſt revocari, de quo etiam Filliuc. d. tract.23. cap.5. n.175. & ſeq. Malder. d. tract.10. cap.2. dub.3. quæſt... Carol. Macign. cap.10. num.13. Molfeſ. d.cap.3. n.44. & d. tract.6. cap.2. num.25. Paul. Squillac. de obligat. Clericorum, part.1. num.9. & 12. Nicol. Garc. d.cap.1. num.105.

Tertiò venit capellania collativa, ſeu Eccleſiaſtica, 6
auctoritate ſcilicet Epiſcopi erecta, cujus ratione divinum officium eſſe recitandum, docent Navar. de orat. c.20. n.7. Medin. in ſimili tract. quæſt.7. Molfeſ. d.cap.3. n.45. & d. tract.6. c.2. n.25. Aragon. 2.2. q.88. art.12. Azor. d.lib.10. c.3. q.5. Valer. Reginald. d. lib.30. n.4. Soar. d.lib.4. c.22. n.12. Carol. Macign. cap.10. n.15. Filliuc. d. cap.5. n.124. Malder. d. cap.2. dub.3. q.3. Vaſq. d. cap.4. art.1. dub.3. n.10. Nicol. Garc. d.cap.1. num.81.

Quartò venit penſio clericalis, ratione cujus, licèt 7
penſionarius non teneatur divinum Officium, quod magnum dicitur, recitare, tenetur tamen recitare Officium parvum B. Mariæ Virginis ſub eadem pœna, ſub qua Beneficiarii tenentur ad recitationem divini Officii: ita Valent. d.diſp.6. quæſt... puncto 10. verſ. eſt etiam, Azor. d. lib.10. c.4. q.3. Vaſq. d.cap.4. §.1. dub.4. n.17. Malder. d.c.2. dub.3. q.5. Molfeſ. d.cap.3. n.46. Filliuc. d. tract.23. c.5. q.9. n.173. Paul. Squillac. d. p.1. dub.9. & de privileg. Cleric. cap.5. n.51. Leſſ. de juſt. lib.2. cap.34. dub.38. n.208. Barth. à S. Fauſto de horis Canon. lib.2. q.299. Soar. d.lib.4. c.22. n.6. Bonac. d.q.2. punct.4. n.7. ubi etiam reſolvit, quod quando penſio reſervata fuit in capite, ſeu perſona unius in commodum, & utilitatem alterius, ille duntaxat ad Officii recitationem obligatur, in cujus commodum penſio conſtituta eſt: & n.8. reſolvit eum non teneri ad recitandum parvum B. Virginis Officium, cui confertur penſio abſque prævia conditione ſtatus Clericalis, etiamſi fortè detur perſonæ Regulari: & n.9. advertit penſionarium, qui ut Clericus percipit penſionem, non ita teneri ad recitandum Officium B.V. quin ſatisfacere poſſit recitando horas Canonicas: & n.10. addit Clericum ſacris initiatum, vel habentem beneficium, ſimulque penſionem, ſatisfacere ſuæ obligationi unica magni

magni Officii recitatione, etiamſi parvum Officium B. Virginis non recitet: & *n.*11. pariter advertit eum, qui ceſſit penſioni ſolùm in parte, non remanere immunem, & exemptum ab obligatione divini Officii, quia dicitur adhuc penſionem titulo clericali poſſidere; ſecus ſi liberaliter ceſſit penſionem in totum: & idem ſibi valdè probabiliter dicendum videri aſſerit de penſionario, qui conſenſit penſionem redimi accepta nonnullorum, ut quinque, aut ſex annorum, anticipata ſolutione.

8 Utrùm autem coadjutor Beneficiarii teneatur perſolvere divinum Officium, curioſè quis interrogare poterit? In quo dubio Soar. *d. lib.*4.*c.*22.*n.*19. Molfeſ. *d.c.*2.*n.*44. Azor. *d. lib.*10.*c.*4.*quaſt.*2. Valer. Reginald. *d. lib.*30.*num.*41. Paul. Squilac. *d. part.*1.*dub.*2. Bonac. *d. quaſt.*2. *puncto* 3. *n.*13. & alii apud ipſos reſpondent non teneri ratione coadjutoriæ præcisè, quia coadjutor non habet titulum, & poſſeſſionem beneficii, cùm coadjutoria, ordinariè loquendo, non ſit beneficium Eccleſiaſticum, ſed aliquid adjunctum beneficio; ſecus dicendum, ſi coadjutoria habeat rationem beneficii Eccleſiaſtici, vel coadjutor aſſumatur in totum ad onera beneficii, aut ſaltem ad horas recitandas; tunc enim tenetur horas recitare, quia tenetur ad id quod aſſumitur; ideò ſi aſſumatur ad ſatisfaciendum in choro in locum Beneficiarii, tenetur in choro canere, & horas publicè recitare, non verò privatim, niſi aliud expreſſum ſit. Et coadjutorem etiam perpetuū, & cum congrua, ac futura ſucceſſione, non teneri ratione coadjutoriæ recitare horas privatim, tenent Molfeſ. *d.c.*3.*n.*15. Nicol. Garc. *d. part.*3. *c.*1.*n.*109. Malder. *d.c.*2. *dub.*3. *quaſt.*2. Paul. Squillac. *d. p.*1. *dub.*5. Bonacina *d. puncto* 3. *n.*15. Ludovic. à Saravia *in tract. de juriſdict. Adjunctorum*, *quaſt.*29. *n.*24. cum aliis per me citatis *in collect. ad cap.*7.*n.*8. *ſeſſ.*25. *de reform.*

9 Utrùm etiam ille, qui omnes beneficii fructus loco penſionis impendit illi, qui ſibi beneficium renuntiavit, teneatur ad divinum Officium recitandum, pariter dubitatur ab aliquibus? In quo dubio affirmativa verior eſt ſententia, quia ipſe habet titulum, poſſeſſionem, & adminiſtrationem beneficii, & licèt non fruatur fructibus illius, hoc eſt per accidens, quia ſic ipſe voluit, & conſenſit: ita Navar. *de orat. c.*7.*n.*30. Vaſq. *d.c.*4. *art.*1.*dub.*6.*n.*28. & 34. Valer. Reginald. *d. lib.*30.*n.*30. *verſ. quintum eſt*, Filliuc. *d. tract.*23. *c.*5. *q.*5. Jacob. de Graff. *in aureis deciſ. p.*1.*lib.*2.*c.*50.*n.*17. Soar. *d. lib.*4.*c.*20 *n.*2. Carol. Macign. *c.*10.*n.*19. & 20. *n.*9. Molfeſ. *d. tract.*5. *c.*3.*n.*32. Nicol. Garc. *d.c.*1.*n.*54. ubi non admittit, ſi adminiſtratio beneficii incumbat Beneficiario.

Quintò, obtinentes Abbatias etiam non jure tituli, ſed ratione commendationis, ad horas Canonicas perſolvendas adſtringuntur, juxta gloſſ. ab omnibus receptam *in cap. nemo, de electione, lib.*6. & Medina *de oratione*, *quaſt.*7. aſſerentes Beneficiarium ad divinum Officium recitandum teneri, in perpetuum, ſive ad tempus beneficium, vel Abbatia ſit illi commendata, quia etſi Abbas Commendatarius non obtineat Abbatiam in titulum, nec per collationem, ſed tantùm in commendatam; tamen ſatis eſt ut vera Abbatiæ adminiſtratione ſpirituali, & temporali in omnibus ad tempus, ſive in perpetuum potiatur, quia hujuſmodi adminiſtratio quoad hoc idem valet quod titulus; nam ratione legitimæ adminiſtrationis, quam habet in omnibus, quæ ad beneficium attinent, legitimè quoque fructus Abbatiæ illius percipit, ſicut qui habet in titulum ratione tituli: ita Navar. *de oratione, cap.*20. *num.*16. Azor. *inſt. moral. part.*1. *lib.*10. *cap.*2. *quaſt.*3. Nicol. Garc. *d. cap.*2. *num.*205. Soar. *d. lib.*4.*c.*22. *n.*14. & 16. Bonac. *diſp.*1. *quaſt.*2. *puncto* 5. *num.*2.

Continua Syncopa.] Syncopa, & ſyncopare, idem eſt quod conciſio, ſumiturque pro ea Grammaticorum figura, quæ ſyncope appellatur, quæ abſcindit ſyllabam alicujus dictionis, ut compoſtus pro compoſitus; à Medicis quoque uſurpatur pro quodam morbi genere, quem ſyncopam dicunt, de qua Galen. *ad Glauconem*, eſtque celeris, ac ſubita univerſarum virium ruina, ſeu prolapſio. Qui igitur aut propter oſcitantiam in orando, aut propter nimiam celeritatem in pronuntiando, Grammaticorum utens ſyncopa, Eccleſiaſticarum horarum decurrit verba, infringitque ſententias, is in ſyncopam incidit animi, tantò pejorem, quàm corporis, quantò huic illa præſtat: nam morbo corripitur animi mortifero, quo cunctæ illius vires eliſæ, atque conciſæ continuò concidunt, ipſeque animus miſerabili, & ſempiterno (niſi expiet culpam) interitu contabeſcet. Exemplum adeſt de illo ſancto Patre, qui vidit diabolum in choro cujuſdam Monaſterii manere, cùm Fratres dicerent Officium, & mittere ſæpè in ſacco, quem ſecum ferebat: & interrogatus à Patre quid intromitteret? reſpondit, quod verba, & ſyllabas, quas illi dimittebant de Officio, in futuro judicio ea præſentaturus ad punitionem negligentiæ eorum, refert Paul. Comitol. *reſp. moral. lib.*1. *q.*67. *n.*2. 10

Integrè igitur & completè perſolvendæ ſunt horæ Canonicæ, dici enim non debent ſyncopando, dimittendo ſcilicet vel verba, vel verſus, vel ſyllabas; nam ſi fiat magna ſyncopatio, vel omittantur in notabili quantitate, erit peccatum mortale: ſi autem non ſit magnus exceſſus, erit peccatum veniale, modò voluntariè fiat: ſi verò involuntariè, hoc eſt, ex linguæ præcipitantia, balbutie, inolita conſuetudine, quæ corrigi nequeat, vel ob juſtam feſtinationem, non erit peccatum, ut per Azor. *p.*1. *lib.*10.*c.*4. *q.*11. Filliuc. *tom.*2. *tract.*23. *c.*7. *n.*242. Villalob. *in ſum. tom.*1. *tract.*24. *dub.*10.*n.*7. Diana *d. tract. de horis Canon. reſol.*32. Leſſium *de juſtitia, lib.*2. *c.*37. *n.*56. ubi etiam tenet quod abſorbere ſyllabas non eſt, niſi peccatum veniale, manet enim integra precum ſubſtantia, itaut intelligi poſſit, quod ſi involuntariè fiat, nullum peccatum eſt. 11

Vix celebrant quater in anno.] An, & quando mortaliter peccent Sacerdotes, qui ſine legitimo impedimento non celebrant in anno, ſaltem in diebus feſtis præcipuis? Vide Sylveſt. *verbo Miſſa* 1. *q.*5. Navar. *in man. cap.*25. *n.*88. *verſ. vigeſimoprimò*, Petr. Soto *de Euchariſtia, lect.*7. plures apud Campan. *in diverſorio juris Canonici, ad finem, in adhortatione, n.*9. Jacob. de Graff. *in deciſ. aureis, part.*1. *lib.*2. *cap.*39. *n.*3. Vaſq. *in* 3. *p. diſp.*232. *cap.*1. *n.*5. & 11. Soar. *tom.*3. *diſp.*80. *ſect.*1. Nugn. *in* 3. *p. D. Thomæ, quaſt.*82. *art.*10. ubi Ægid. de Coninch *art.*2. *concluſ.*3. *num.*206. Henriq. *lib.*9.*c.*23. §.2. Chamer. *de Sacram.* ubi *de ſacrificio Miſſæ, dub.*13. Fr. Ludov. Miranda *in man. Prælatorum, tom.*1. *quaſt.*40. *art.*7. *concl.*2. Valer. Reginald. *lib.*29. *n.*46. & 167. reſolventes ſimplicem Sacerdotem, ne in lethalem culpam incidat, debere aliquoties in anno celebrare ſaltem diebus feſtis præcipuis, non tamen judicandum eſſe reum mortalis peccati, qui aliquibus diebus etiam præcipuis non celebrat, præciſo alio præcepto, modò aliquoties, ut ſaltem ter, aut quater celebret in anno. 12

Ut divinum Officium.] Horæ Canonicæ appellantur divinum Officium, non à cauſa inſtituente, ſunt enim de jure Eccleſiaſtico, ſed potiùs à materiali, & finali, quia divinas Laudes continent, & ad Deum laudandum diriguntur, & ordinantur. Bonacina *de horis* 13

Canon.

*Canon.diſp.*1.*q.*1.*punct.*2. *n.*4.*verſ.ad tertiam*, Bellarm. *tom.*3. *controverſ.*3. *lib.*1. *c.*10. *verſ. dicuntur autem*, ſive quia per eas penſum ſervitutis, & tributum quoddam Deo ſolvimus, idem Bellarm. *dict. lib.*1. *cap.* 18.

14 Formam canendi alternatim in Eccleſia, ex Angelica admonitione, atque exemplo, S. Ignatium Apoſtolorum diſcipulum didiciſſe, & Antiochenæ Eccleſiæ tradidiſſe, qui tandem in omnes Orientales Eccleſias propagatus eſt, ex Socr. *lib.*6.*hiſtoriæ Eccleſ. c.*8. ſcripſerunt Bellarm. *d. lib.*1. *c.*14. *ad finem*, Stephan.Durant. *de ritibus Eccleſiæ*, *lib.*3. *c.*17. *in princ.* Spin. *in ſpeculo teſtam.gloſſ.*3. *princ. n.*66. Francolin. *in tract. de tempore horarum Canon. c.*3. *à n.*2. In Eccleſia verò Occidentali S.Ambroſius primus hanc alternatim canendi formam, Græcos imitatus, auctoritate S.Damaſi Summi Pontificis,Mediolani inſtituit, ut ex auctoritate Iſidor. *lib.*1. *de offic.Eccleſ.c.*7. referunt Bellarm. *citato loco*, Durant.*d.c.*17.*n.*4. Francol. *d. c.*3. *num.*8. *&* 9. Navar. *de orat. c.*10. *à num.*22. Generaliter verò Flavianus, & Theodorus, edocti ab Ignatio alternatim pſallere conſtituerunt, Hoſt. *Tripart. lib.*5. *c.*32. Durant. *in rationali Divinorum, lib.*1. *c.*1. *num.*18. Selv. *de beneſ. q.*5.*num.*44. & propterea locus in quo conveniunt, denominatur Chorus, à multitudine ſcilicet ſimul canentium, quaſi coævorum cantus, Strab. *in Exod. c.*15.*ſuper illis verbis, Cum tympanis, & choris*: refert Rot. apud Farin. *deciſ.*84. *num.*2. *p.*1. *recent.* Et de cantu in divinis Officiis adhiberi ſolito, plura ex Sanctis Patribus, & Conciliis tradunt Henriq. *in ſum. lib.*9. *c.*31.*§.*8. Alphonſ.de Torres *in inſtit.Sacerd. tit. de horis Canon. & cant. Eccleſ.* Bellarm. *d. lib.*1. *c.*16. Durant. *dict. lib.*3. *c.*13.14. *&* 21. Francolin. *d. c.*3. Leſſ. *de juſt. lib.*2. *c.*37. *n.*52. Carol.Macign. *de horis Canon. c.*59.*n.*12. *cum ſeqq.* Bonacina *in ſimili tractatu*, *diſp.*2. *quaſt.*1.
15 *punct.*3. Cantus enim in Eccleſia audientes ad majorem animi devotionem excitat, canentium vires recreat, mentem ad Deum elevat, triſtia corda conſolatur, ut inquit Iſidor. *lib.*3.*ſentent. c.*7. graviores mentes facit, faſtidioſos oblectat, inertes excitat, & peccatores ad lamenta invitat, & hujuſmodi purus, & honeſtus cantus nullo jure prohibetur; nam *in Extravag. unic. de vita, & honeſt.Clericor.* interdicitur ſolùm indecens canendi modus, nec alio ſenſu receptus eſt ille text. quoad ea, quæ per ſe mala non ſunt: idemque conſtat ex Concil.Trid. *ſeſſ.*22. *in decreto de obſervandis, & evitandis in celebratione Miſſæ, verſ. ab Eccleſiis verò muſicas eas*, &c. obſervant Soar. *d.lib.*4. *c.*13. *n.*16. *&* 17. Sanch. *in præcepta Decalogi*,
16 *tom.*1.*lib.*2.*c.*37.*n.*7. Unde non ſolùm canendi uſum, verùm etiam praxim adhibendi muſicalia inſtrumenta licitam eſſe, ſi decenter adhibeantur, docent Cajet. *in ſumma, verbo organorum uſus*, Caracciol. *ad Conſtit. Clericorum Regul. p.*1. *c.*1. §.10. Soar. *d.lib.*4.*c.*8. *n.*5. *& ſeqq.* Filliuc. *d. tract.*23. *c.*3. *ad finem*, *num.*120. Molfeſ. *in ſum. tract.*5. *c.*2. *à num.*65. Carol.Macign. *c.*61.*num.*9. contra S.Thom. 2.2.*q.*91. *art.*2. *ad* 4. & Navar. *in man. c.*16. *n.*33. nec inconvenit, quod in Sacello, ſeu Capella Pontificia non recipiantur hujuſmodi inſtrumenta, quia ibi illis non utitur, non quod illorum uſus pravus ſit, ſed fortaſſe quia non videtur res gravis, vel neceſſaria, ut benè Soar. *d. c.*8. *n.*5. Carol.Macign. *d.c.*61.*num.*8. Filliuc. *loco proximè citato.*

17 *Studioſè.*] Ut officium ſtudioſè recitetur, non ſolùm perſolvendum eſt ſine diminutione verborum, & conciſione literarum, & ſyllabarum, ut ſuprà dixi *num.*11. verùm etiam ſine interruptione, quæ dicitur, cùm quis aliquando precibus horariis cœptam intermittit animo, & voluntate continuandi reliquum illius precationis poſt finem ejus, quod interponit, Navar. *de orat.c.*16.*num.*66. *cum ſeqq.* Azor. *d. lib.*10. *c.*8. *q.*2. Utrùm autem ſic interrumpens præcepto Eccleſiæ ſatisfaciat, vel lethalem culpam incurrat, quæſtio eſt difficilis? Una opinio tenet lethalem culpam incurrere, & præcepto Eccleſiæ non ſatisfacere, ſi notabilis, & longa fiat interruptio ſine juſta cauſa, quam tuentur Navar. *d. c.*16. *num.*75. Emman. Sà *verbo hora Canon. ad finem*, Azor. *d. c.*8. *q.*5. Carol. Macign. *cap.*87. *num.*12. Paul. Comitol. *reſponſ.moral. lib.*1. *q.*66. Squillant. *de obligat. Cleric. p.*1. *dub.*15. *num.*47. Molfeſ. *in ſum. tom.*1. *tract.*5. *c.*2. *n.*38. Raguſ. *de offic. Canon. in choro*, *quaſt.*14. *num.*4. Homobon. *de exam. Eccleſiaſtico*, *p.*1. *tract.*4. *c.*4.*q.*39. Joan. de la Cruz *in direct.conſcient.præcept.*3. *art.*3. *dub.*4.*concl.*1. *in fine.* Altera verò rectiùs cenſet recitantem divinum Officium cum interruptione non peccare mortaliter, ſed ſatisfacere præcepto Eccleſiæ quoad ſubſtantiam, ſive ad longum, ſive ad breve tempus interrumpat, ut docent, multiſque comprobant Soar. *d.lib.*4. *c.*24. *n.*9. *&* 10.Nald. *verbo Divinum officium*, *num.*4. Filliuc. *tom.*2. *de horis Canonicis*, *tract.*23. *c.*6. *q.*7.*num.*202. *& cap.*2. *q.*7. Leſſ. *d. lib.*37. *dub.*10.*num.*57. Bonacina *diſp.*1. *quaſt.*3. *puncto* 2. *n.*28. Layman *in Theol.Moral. lib.*4. *tract.*1.*c.*5. *n.*6. Villalob. *in ſumma*, *tom.*1. *tract.*24. *dub.*11. *n.*4. me citato *in hoc loco*, Diana *d. tract. de horis Canon. reſol.*4.

Utrùm autem ſatisfaciat præcepto, qui inceptum Officium interrumpit animo repetendi jam recitata, 18
ſed poſtea non repetit? Item utrùm ſatisfaciat præcepto, qui recitat divinum Officium, nolens tunc præcepto ſatisfacere, ſed intendens iterum repetere ad ſatisfaciendum præcepto? Duæ ſunt in hoc dubio opiniones: una tenet ſatisfacere, quia actus agentium non operantur ultra intentionem eorum, *l.non omnis*, *ff. ſi certum petatur*, quam tuentur Navar. *d. c.*16. *num.*73. Azor. *d.c.*8.*q.*8. Carol.Macign. *cap.*84. *num.*8.*cum ſeqq.* Altera verò opinio rectiùs cenſet ſatisfacere, nec teneri ex vi præcepti Eccleſiaſtici repetere jam recitata; ſatisfacit enim Eccleſiæ præcepto, quæ ſimpliciter præcipit quotidie recitari divinum Officium, nec obſtat reg.*d.l.non omnis*, quia non procedit in iis, quæ ab ipſius intentione pendent; adimpletio autem præcepti non pendet ab intentione illius adimplendi, cùm Eccleſia hanc intentionem non requirat: quare hanc ſequuntur Arag.2.2.*q.*83.*art.*13. Nald. *verbo divinum officium*, *n.*3.*&* 8. Henriq. *lib.*9. *c.*25. *num.*6. Francolin. *d.tract*... *c.*28. Valent. *tom.*3. *diſp.*6. *q.*2. *puncto* 10. *ad finem*, Paul.Squillac. *de obligat. Clericorum*, *p.*1. *dub.*22. Soar. *d. lib.*4. *cap.*24. *in fine*, *& c.*26.*n.*8. Filliuc. *d.tract.*23. *c.*8.*quaſt.*1.*n.*251. Leſſ.*d. c.*37.*dub.*10.*num.*59. Nicol.Garc. *d. part.*3.*c.*1. *n.*198.Vaſq. *in opuſculo de beneſ. c.*4.§.1.*dub.*7. *n.*114. *verſ.verùm tamen*,Molfeſ. *d.tract.*5. *c.*2.*num.*40.*&* 52. Carol. Macign. *c.*87. *n.*26. Valer. Reginald. *d.lib.*18. *n.*150. quicquid dicat *n.*162. Bonacina *d. punct.*2. §.1. *num.*31.

Vt devotè.] Ut Officium devotè recitetur, requiritur 19
attentio, ſive illa ſit ad verba, ſive ad ſenſum verborum, ſive ad Deum, vel ad Chriſti paſſionem, vel ad aliam rem piam, cum intentione laudandi Deum, vel ad rem, quam petimus, vel ad Sanctos, ad quos orationem dirigimus, & hæc conditio neceſſaria eſt, ut præceptum impleatur. Ita docent Sot. *de juſt.lib.*10. *q.*5. *art.*5. *concl.*7. Navar. *de orat.c.*13. *n.*13. *cum ſeqq.* Fr.Emman. *in ſumma*, *p.*1. *c.*144. *& qq.Regul.tom.*1. *q.*42.*art.*2. Aragon. *d. art.*13. Valent. *dicto puncto* 10. *verſ.quomodo ſit recitandum*, Emman. Sà *verbo hora*

*Canonica, num.*19. Azor.*d.lib.*10.*c.*12.*q.*1.*cum ſeqq.*& præcipuè *q.*6.Peſant.2.2.*q.*62.*art.*2.*dub.*1.Molin.Carthuſ. *in lib. de inſtruct.Sacerd. in addit. ad tract.*3. *c.*1. *fol.*149.Zerol.*in praxi Epiſcop. p.*1. *verbo hora Canon.* §.4.Nicol.Garc. *d.c.*1.*num.*182. Leſſ. *d.c.*37.*dub.*11. *à n.*63. ubi *n.*67. advertit eum, qui recitaverit non animo orandi, ſed legendi tantùm, aut ediſcendi, non ſatisfacere præcepto Eccleſiæ, ac proinde peccare mortiferè, Soar. *d.lib.*3. *c.*4. *& lib.*4. *c.*26.*n.*13.Valer. Reginald.*d.lib.*18.*n.*148.*&* 151. *cum ſeqq.*Ludov.Beja *reſp. caſuum conſcientiæ p.*2. *caſu* 33. Paul. Comitol. *reſp. moral. lib.*1. *q.*63. Filliuc. *d. tract.*23. *c.*6. *q.*3. *& c.*8.*q.*2. *& c.*3.*q.*2.*num.*72. *& ſeqq.* Paul.Squil. *d.p.*1. *dub.*20. Vaſq. *in opuſc. de benef. c.*4.§.1. *art.*3.*n.*103. *&* 1.2. *diſp.*160. *n.*30. *& ſeq.* Malder. *d. tract.*10. *c.*2. *dub.*2. *pag.*643. Moner. *de diſtrib. quotid. p.*2.*q.*2. *n.*2. Carol.Macign. *c.*86.*n.*15.Molfeſ.*c.*2.*n.*8. Bonacina *d. diſp.*1.*q.*3.*punct.*2.*n.*4. ubi *n.*9.reſolvit recitantem horas Canonicas,vel partem notabilem cum diſtractione confulando, vel dormiendo, peccare mortaliter, niſi fortè habeat propoſitum formale, aut virtuale repetendi, & ſupplendi defectui: & *n.*12. tenet eum ſatisfacere præcepto, qui dum recitat divinum Officium, detinetur in aliqua re exteriori non incompoſſibili cum attentione interna, ut ſi recitet dum ſe veſtit, vel ſpoliat, vel ambulat, vel dum campum aſpicit, vel dum faciem abluit, vel etiam dum ſternit menſam, aut lectum: ſecus dicendum eſt, ſi voluntariè, & advertenter occupet ſe in aliqua re incompoſſibili cum attentione interna, ut ſi inter recitandum ſcribat, depingat, legat, &c. tunc enim non ſatisfacit præcepto, ſed iterum recitare tenetur ſub mortali, ut præcepto ſatisfaciat, de quo etiam Navar.*d.c.*13.*n.*47. *& ſeq.*Jacob.de Graff. *d. p.*1. *lib.*2.*c.*52.*n.*15.Azor.*d. c.*12.*q.*7. Vaſq.*d.art.*3. *n.*99. *&* 104.Macign.*c.*87.*n.*3. Paul. Squil. *d.dub.*20.*n.*39.

Unde infertur beneficiarium teneri ad reſtitutionem, qui divinum Officium recitavit abſque attentione, quia de ſubſtantia orationis eſt attentio,igitur ſine ea recitans non ſatisfacit præcepto quoad ſubſtantiam; nam idem eſt aliquid non facere, ac non facere rectè quoad ſubſtantialia, *cap.veniens, de preſbyt. non baptizat.*quare ita tenent Navar. *d.c.*13.*n.*17. Petr.Navar.*de reſtit.lib.*2.*c.*2. *à n.*240. Aragon.*d.q.*83. *art.*12.Peſant.*d.q.*62.*art.*2. *diſp.*3. *verſ. conſentiunt, & diſp.*4. *prope finem,* Azor. *d. lib.*10. *c.*11. *q.*5. Soar.*d. lib.*4. *c.*30.*n.*14. Nicol.Garc. *d. p.*3. *c.*1.*n.*186. *& c.*2. *n.*515.Vaſq. *d.art.*3. *dub.*4. Leſſ. *d.c.*37.*dub.*11. *n.*67. Molfeſ. *d.c.*5.*n.*15.Valer.Reginald.*d. lib.*30.*n.*48. Monet. *d. p.*2.*q.*2.*n.*20. *&* 21. Paul.Squil. *d.p.*1. *dub.*21. *n.*42.Filliuc.*d.tract.*23.*c.*10.*q.*8.*n.*521. Homobon. de Bonis *de examine Eccleſiaſtico, p.*1. *tract.*4. *c.*5. *q.*40. Fernand. *in examine Theolog.moral. p.*3.*c.*13.§.8.Sylv. *in* 2.2. *q.*83.*art.*3.*concl.*4. Raphaël de la Torre *in p.*2. *tom.*1. *controv.*9. *de horis Canon.* Salas *de legib.diſp.*9. *ſect.*1.*n.*24.Gavant.*in comment.rub.Miſſal.tom.*1.*ſect.*1. *c.*6. *n.*4. Diana *reſol. moral. p.*1. *tract. de horis Canon. reſol.*1. quanvis ſecus teneant Cordub. *in ſuo quæſt. lib.*4. *q.*13. Tolet. *in inſtruct. Sacerd. lib.*2. *c.*12. *n.*6. *verſ. quartum dictum,* & Malder. *d.c.*2. *dub.*4. *q.*4. & alii per ipſos citati.

Pariter etiam infertur eum ſatisfacere præcepto Miſſæ, qui inter Miſſarum ſolennia recitat horas Canonicas,quas tenetur ex præcepto recitare. Ratio eſt, quia intereſt Miſſæ corporaliter, & mentaliter: quod interſit corporaliter patet, quod verò mentaliter, ex eo probatur, quia ad ſatisfaciendum præcepto Miſſæ ſi efficit attentio ad res divinas: ſupponimus autem hunc habere attentionem ad res divinas, quæ attentio, cùm etiam ſufficiat pro divino Officio, ſequitur una, & eadem attentione ſatisfieri poſſe præcepto Miſſæ, & divini Officii: quare ita tenent Navar. *de orat.c.*13.*n.*35. Henriq. *lib.*9. *de Miſſa,c.*24. §.5. Soar. *tom.*3. *q.*88. *ſect.*3. *in fine,* Tolet. *d. lib.*2.*c.*13. *n.*12. Valent. *d. punct.*10. § *quomodò ſit recitandum, verſ. ſequitur hinc,* & plures, quos plena manu refert Cened. *ad Decret.collect.*51.*n.*6. quibus adde Azor. *d.p..lib.*7. *c.*5.*q.*3.*& d.lib.*10.*c.*12.*q.*10. Carol.Macign.*c.*86.*n.*16. Ægid.de Coninch. *de Sacram. & cenſur. tom.*1. *q.*83. *n.*207. Valer.Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.*19.*q.*1. *n.*14. Paul.Squil. *d. p.*1.*dub.*35. Bonac. *de Sacrament. diſp.*4. *quæſt. ult. puncto* 11. *n.*25. *& de horis Canon. diſp.*1. *q.*3. *puncto* 2. *n.*14.

In gloſſ. *Sub pœna*, ibi, *& ita non eſt Canon latæ ſententiæ.*Vide Bernard.*reg.*782.Tiraq. *in l. ſi unquam, verbo revertatur, n.*215. Sayr. *in clavi Regia, lib.*3.*c.*8. *num.*19.

SUMMARIUM.

1 *Euchariſtia debet mundè ſervari, & in ejus elevatione, & delatione populus debet ſe inclinare, & cùm defertur ad infirmum, deferri debet in decenti habitu, & cum lumine; tranſgreſſores verò graviter ſunt puniendi.*

2 *Euchariſtiæ Sacramentum honorificè, & in loco decenti cuſtodiri debet.*

3 *Euchariſtia in Sacrario ex antiqua Eccleſiæ conſuetudine aſſervatur.*

4 *Euchariſtia ad infirmum honorificè deferenda eſt,non tamen per plateam ubi habitant Iudæi.*

5 *Onus deferendi Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum ad infirmos, eſt de pertinentibus ad curam animarum.*

6 *Lampas ante ſanctam Euchariſtiam noctu diuque ardere debet.*

7 *Epiſcopus non poteſt concedere Eccleſiæ non Parochiali, ut in ea retineatur Sactiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum ſolùm pro adoratione populi.*

Cap. Sanè VI.
Honor. III.

Sacerdotes conſervare debent Euchariſtiam in loco ſingulari, mundo, & ſignato, honorificè, devotè & fideliter. Item quilibet Sacerdos frequenter doceat plebem ſuam, ut cùm elevatur Hoſtia in Miſſa, reverenter ſe inclinent: idem faciat cùm defertur ad infirmum quàm decenti habitu, ſuperpoſito mundo velamine, manifeſtè, & honorificè ante pectus,cum omni reverentia, & timore, ſemper lumine præcedente. Colligunt ex Ordin. Abb.antiq.Innoc.Collect. Zabar. Joan. Andr. Butr.Hoſt. Henric.Anch. Panorm. Cened. *collect.*51. Vivian. *in ration. lib.*3. *juris Pontif. pag.*428. Alagona *in compendio juris Canon. pag.*536. remiſſivè Ximen. *in concord. p.*1. *&* 2. 1

Euchariſtia in loco ſingulari, &c.] De Euchariſtia ſub fidei cuſtodia in loco decenti conſervanda pro communicandis infirmis, agunt Pelag. *de planctu Eccleſiæ, lib.*1. *cap.*27. *verſ. vigeſimo tertiò*, Petr. Bollo *in œconom. Eccleſiaſt. claſſ.*2. *cap.*4. §.6. *pag.*257. Læl. de Zanch. *de Privilegiis Eccleſiaſticis, privileg.*21. Mich. Timoth. *de Eccleſiis viſitandis, lib.*2. *tractatu* 1. *cap.*22. *&* 23. *& tractatu* 4. *cap.*18. *&* 19. Menochius *de arbitrar. caſu* 410. eleganter Paul. Fuſch. *de viſitat. lib.*1. *cap.*5. *num.*3. ubi in hæc verba: 2

Unde

Vnde primò eſt videndum, quod ipſa ſancta Euchariſtia honorificè cuſtodiatur, quod locus, ſit decens, & eminentior Eccleſiæ, bene recondita, tabernaculum ſit benè firmum, & clauſum ex omni ſui parte, ut nec foramen etiam minimum pateat, clave cuſtodiatur, & qui clavem detinet ſit Presbyter, alioquin ſufficiens, & Dei timoratus, neque permittatur ſtare in loco humido, tabernaculum ſit honorificum juxta facultates Eccleſiæ, cum veſte ſerica interiori, & exteriori, & cum vaſe argenteo, & corporali benedicto ad retinendum ipſum Sacramentum, cum ſimili operculo; mutetur ſaltem quolibet octavo die, & antiqua ſumatur, ne aliqua corruptio in ipſis ſpeciebus generetur; & ſi præpoſitus ipſi Sacramento incautè Euchariſtiam dimiſerit, puniatur juxta ſacros Canones ſuſpenſione trium menſium ab officio, cap. 1. de cuſtodia Euchariſtiæ. Hactenus Paul. Fuſch. *d. loco.*

3 Sanctiſſimè ex antiqua conſuetudine ipſam Euchariſtiam in Sacrario aſſervari ſancta Eccleſia morem retinuit juxta conſtit. Innoc. III. in Concil. generali Lateran. de qua *in cap. 1. infr. de cuſtodia Euchar.* quæ quidem conſuetudo adeò antiqua eſt, ut eam ſæculum etiam Nicæni Concilii agnoverit, ut teſtatur Concil. Trid. *ſeſſ. 23. cap. 6. de Sanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento, & can. 7.* anathematizantur dicentes non licere ſacram Euchariſtiam in Sacrario aſſervari, ſed ſtatim poſt conſecrationem adſtantibus neceſſariò diſtribuendam. Vide Balduin. jun. *ſuper opera controverſ. Bellarm. p. 2. lib. 3. cap. 5.* Paul. Fuſch. *d. cap. 5. num. 9.* Cened. *ad Decret. collect. 51. num. 1.* Zerol. *in praxi Epiſcop. p. 1. verbo Euchariſtia,* Henriq. *in ſum. lib. 8. cap. 1. §. 7. in commento lit. V,* Jacob. Gretſer. *de ſancta Cruce, tom. 1. lib. 2. cap. 33.* & alios per me citatos *de offi. & poteſt. Epiſcop. p. 2. alleg. 22.*

4 *Cùm eam defert Presbyter ad infirmum,* &c. Maxima pietate, ſimulque ſanctitate inſtitutum eſt ipſam Euchariſtiam ad infirmos honorificè deferri per hunc text. & in Concil. Trid. *d. cap. 6. & dict. can. 7.* anathematizantur dicentes non licere, ut illa ad infirmos honorificè deferatur. Deferri igitur debet, ut text. admonet, habitu decenti, ſuppoſito mundo velamine, & cum ſuperpelliceo, lumine præcedente cum omni reverentia, & honore, vultu demiſſo ante pectus, ſimiliter cum vaſe argenteo, vel ſaltem in Calice velo ſerico cooperto, non tamen in vaſe vitreo: deferri quoque debent duæ particulæ, ut in regreſſu adoretur ab omnibus, cum pallio honeſto, præcedente tintinnabulo, ut cuncti genuflectant, Pſalmos, ſeu orationes inter eundum recitando, ut bene advertunt Paul. *d. cap. 5. n. 10.* Piaſec. *in praxi nova Epiſcop. p. 2. cap. 3. num. 24. verſ. unde primò,* Cened. *d. collect. 51. n. 2. cum ſeqq.* non eſſe tamen deferendum per plateam in qua habitent Judæi, reſpondit *Sacra Congreg. Rituum Epiſ-*
5 *copo Anconitanos 22. Febr. 1593.* illud in præſentiarum advertendum duxi, onus deferendi ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum ad infirmos eſſe de pertinentibus ad curam animarum, ut cenſuit Rot. *in Recanaten. parochialis,* coram Cantuccio, *inter impreſſas, deciſ. 52. num. 10. 21. & 22. p. 2. diverſ.* & apud Farin. *deciſ. 340. num. 1. p. 2. recent.*

6 *Semper lumine præcedente.*] Dicit Navar. *de orat. cap. 18. n. 67.* in Conimbricenſi Epiſcopatu conſtitutionem eſſe, quæ præcipit habere lumen accenſum diu, noctuque ante Sanctiſſimum Sacramentum, & Fuſch. *d. cap. 5. n. 6.* admonet, ut lampas ante ſanctam Euchariſtiam ſemper ardeat, & in nocte, dieque, propter reverentiam ſanctiſſimi Sacramenti, & ut ingredientes Eccleſiam ſciant ubi primùm adorare debeant præſentiam Salvatoris noſtri, cum cautela etiam ut diligens inquiſitio adhibeatur, ne in lampadibus ipſis quid curioſum miſceatur: & Zerol. *in praxi Epiſcop. p. 1. verbo Euchariſtia, §. 2.* advertit S. Euchariſtiam cum luminibus deferendam, ubi extrahitur è Sacrario, ſive à cuſtodia. Unde debere obſervari conſuetudinem, quod populus faciat ſumptum pro lampade collucente ante ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum, dicunt Rip. *conſ. 2. num. 3. & 5. de conſuet.* Bellet. *diſquiſit. Cleric. p. 2. tit. de Clerico debitore, §. 13. num. 8.* aliàs tenentur beneficiati ad manutenendum oleum lampadis: idem Bellet. *d. tit. de Clerico debitore, §. 14. num. 5.*

Duo circa materiam de qua agimus, à Sacra Con- 7
cilii Trid. Congregatione petita fuerunt, primum an Epiſcopus poſſit concedere Eccleſiæ non parochiali, ut in ea retineatur ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum ſolùm pro adoratione populi? Secundum, præſuppoſito quod Epiſcopus conceſſerit licentiam aſſervandi ſanctiſſimum Sacramentum in Eccleſia non parochiali pro adoratione, an poſſit Epiſcopus ſucceſſor dictam licentiam revocare? Sacra Congregatio reſpondit ad primum id non poſſe concedi ab Ordinario, ſed requiri licentiam Sedis Apoſtolicæ; ad ſecundum reſpondit hujuſmodi licentiam fuiſſe nullam, & propterea ei non eſſe deferendum, nec eſſe neceſſariam revocationem, referunt Marc. Ant. Genuenſ. *in ſua praxi Archiep. Neapol. c. 110. in edit. de anno 1609.* Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſ. poſt reſol. 495. in notabilib. de materia Epiſcoporum, in fine.* Prax. Epiſcop. nova Piaſec. *p. 2. cap. 3. verſ. duo.*

SUMMARIUM.

1 *Miſſæ duæ collegialiter in Eccleſiis Collegiatis debent celebrari, una pro defunctis, alia ſecundùm exigentiam diei, ut pro feſto, ſi feſtum occurrit, vel pro feria, ſi feria.*
2 *Anniverſarium quod dicatur, oſtenditur.*
3 *Sacrificium etiam pro mortuis offertur.*
4 *Purgatorii à pœnis defuncti ſacrificiis ſolvuntur.*
5 *Obligatio quæ ſit in Eccleſiis collegiatis dicendi quotidie duas Miſſas, unam pro vivis, alteram pro defunctis, remiſſivè.*

Cap. Cùm creatura XI.

Miſſæ duæ ſolemnes Conventuales in Collegiatis 1.
Eccleſiis celebrari debent, una pro anniverſariis defunctorum, altera pro feria, vel feſto currenti, ſecundùm temporum congruentiam. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Butr. Anchar. Hoſt. Henric. Panorm. Caſal. *in annot.* Vivian. *in ration. lib. 3. Iuris Pontif. pag. 426.* Alagona *in compend. Iuris Canon. pag. 536.* remiſſivè Ximen. *in concord. p. 2.*

Et pro anniverſariis defunctorum.] Gloſſ. *hic verbo* 2
pro anniverſariis, declarat anniverſarium dici, quod pro defuncto fit anno revoluto à die mortis ſuæ, additque hîc dici anniverſarium Officium, quod fit quotidie pro defunctis; Miſſæ enim ſacrificium illis prodeſt exiſtentibus in Purgatorio; conſtans enim
eſt, & firma Catholicorum ſententia, non ſolùm pro 3
mortuis preces offerri, ſed etiam ipſum ſacrificium, Concil. Trid. *ſeſſ. 22. ſub tit. doctrina de ſacrificio Miſſæ, c. 2. & can. 3.* Card. Bellarm. *controverſ. tom. 3. de Miſſa, lib. 2. cap. 7.* Henriq. *in ſum. lib. 9. de Miſſa, cap. 16. §. 1.* Ægid. de Coninch *de Sacram. & cenſur. tom. 1. quæſt. 83. art. 1. dub. 9. concl. 4. n. 161.* Azor. *inſtit. moral. p. 1. lib. 10. cap. 22. q. 58. & 60.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 29. num. 132.* Fr. Ludov. Miranda *in manuali Prælat.*

tom.1.quaſt.41.art.5.concl.7. Bonac. *de Sacram. diſp.4. quaſt.ult. punct.4.n.6.* Jul.Lavor. *de indulgentiis, cap.30. à num.* 101. Durant. *de ritibus Eccleſia, lib.2. cap.43.* Debent igitur Sacerdotes pro defunctis celebrare, ut
4 gloſſ. admonet; à pœnis enim Purgatorii ſacrificiis ſolvuntur, ad quod memorabile illud eſt quod refert D. Gregor. *lib. 4. Dialog. cap.55.* ubi legitur Felicem Epiſcopum accepiſſe à quodam Preſbytero Centumcellenſi, quod cùm ſe lavare conſueverat in quibuſdam aquis calidis, quoties illuc ibat, quidam incognitus vir ad ſui obſequium paratus erat, calceamenta abſtrahendo, veſtimenta ſuſcipiendo, & ſabana præbendo, & pro tanto obſequio duas coronas oblationum detulit, & obſequenti ſibi viro pro benedictione obtulit: at vir mœſtus reſpondit, Iſte panis ſanctus eſt, & ego manducare non poſſum. Ego enim, quem vides, hujus loci dominus aliquandiu fui; ſed pro culpis meis hic poſt mortem deputatus ſum: ſi autem mihi præſtare vis, Omnipotenti Deo pro me offer hunc panem, ut pro peccatis meis intervenias, & tunc exauditum te eſſe cognoſces, cùm huc ad lavandum veneris, & me minimè repereris; & ſic evanuit, quia ſpiritus erat. Preſbyter hebdomada continua ſalutarem Hoſtiam quotidie obtulit, & reverſus poſtea balneum eum jam minimè invenit. Legi etiam apud Jul.Lavor. *d.tract. de indulgentiis, cap.29. num.*84. de quadam anima exiſtenti in glacie, quam piſcatores B.Theobaldi piſcati ſunt autumno tempore, & Epiſcopo præſentaverunt, qui cùm dictam glaciem cauſa refrigerii teneret ſub pedibus, audivit expreſsè vocem dicentem, quod in glacie erat anima, velut in loco purgatorii deputata; cumque dicta anima de nocte ſuffragia impetraret, merito triginta Miſſarum evolavit ad cœlum.
5 *Miſſarum ſolemnia,* &c.] Utrùm autem in Eccleſiis Collegiatis obligatio ſit dicendi quotidie duas Miſſas, unam pro vivis, & alteram pro defunctis, vide Petr.de Ledeſma *in ſum.p.1. tract.de ſacroſ. Euchariſtia Sacramento, cap.19. concl.2. dub.2.* Azor. *inſtit. moral. p.1.lib.10.cap.24.quaſt.2.* & de ſolemnibus Miſſis vide Card.Bellarm. *tom.2.controverſ.3. generali,lib.2.cap.15.* Steph.Durant. *de ritibus Eccleſia, lib.2.c.4.* Petr. Greg. *part. Iuris Canon. lib.1.tit.21.cap.2.*

SUMMARIUM.

1 *Epiſcopus tantùm in ſua Eccleſia debet Miſſam celebrare, & Chriſma conficere in die Cœna Domini.*
2 *Sacerdoti cuilibet an fas ſit Miſſa ſacrificium facere in die Cœna Domini, oſtenditur.*
3 *Oleum Chriſmatis quomodo conſecretur, & qua ſolemnitate, & ex quibus conficiatur, remiſſivè.*
4 *Chriſmatis confectionem in die Cœna Domini an impediat interdictum generale, remiſſivè.*

Cap. Te referente XII.

1 Epiſcopus ſolus in die Cœnæ Domini debet Miſſam celebrare in ſua Eccleſia, ibique Chriſma conficere. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Butr. Hoſt. Anchar. Henric. Panorm. Viv. *in ration. lib. 3. Iuris Pontif. pag.* 429. Alagona *in compend. Iuris Canon. pag.*537. remiſſivè Ximen. *in concord.part.2.*
2 *Die Cœna Domini*, &c.] Quærunt Doctores an fas ſit cuilibet Sacerdoti Miſſæ ſacrificium facere Feria quinta, quæ dicitur in Cœna Domini? Sot. *in 4. diſt.13.quaſt.2. art.2.* Nav. *in man. cap.35.n.88.* Angl. *in floribus Theolog.* ubi *de Euchariſtia Sacramento, q.8. de valore Miſſa, diffic.4.concl.3.* Francolin. *in tract. de horis Canonicis, cap.30. num.2.& 9.* quos refert & ſequitur Azor. *inſtit. moral. p.1. lib. 10. cap.24. quaſt.5.* ingenuè teſtantur eodem die ſacro Cœnæ Domini negandum non eſſe, quin liceat Sacerdotibus privatim ſacrificare, nihil enim de hoc Canones, & jura conſtituerunt, niſi quod alicubi eſt uſu receptum, ne Sacerdotes privatim rem divinam faciant, præſertim in Monachorum, ac Religioſorum Collegiis, atque Conventibus, eo quòd ſoleant omnes à Superiore eo die ſacram Communionem accipere, exemplo Apoſtolorum, quibus corpus ſuum propriis manibus Dominus impertivit. Illud quidem jam hodie, ut advertit Francolin. uſu & conſuetudine receptum eſt, ut in ſingulis Eccleſiis eo die unum tantum publicum, & ſolemne ſacrificium fiat, in quo omnes, tam Preſbyteri, cæterique Clerici, quàm ſæculares Communionem ſacram accipiunt.
In qua teneris Chriſma conficere.] De conſecratione olei Chriſmatis, & ex quibus conficiatur, & qualiter, & qua ſolemnitate, vide Guillelm. Durant. *in rationali divinorum Offic. lib.6. cap.74.* Paul. Fuſch. *de viſit.lib.1.cap.6.* Sayr. *de Sacram.in genere, lib.1.cap.3. quaſt.unic.art.3.verſ.de Sacramento.*Soar.*tom.3.diſp.33. ſect.1.& 3.* Nugn. *in 3.p.quaſt.72.art.3.* ubi Ægid. de Coninch. *à num.* 29. & alios apud Bonac. *de Sacram. diſp.3. quaſt.unic. punct.3.* & apud me *de offic. & poteſt. Epiſcop. p.2.alleg.27.* An autem Chriſmatis confectionem in die Cœnæ Domini impediat generale interdictum, vide Paul. Fuſch. *d.cap.6. num.10.* & alios citatos per me *d.alleg.27.* 3 4

SUMMARIUM.

1 *Altaris in ſacrificio plus de vino quàm de aqua ponendum eſt.*
2 *Aqua modicum eſt adhibendum vino in conſecratione Calicis.*
3 *Vinum generoſum in celebratione Miſſa adhibendum eſt, ut facilius aqua in vinum convertatur.*
4 *Aqua mixtio in ſacrificio Miſſa non requiritur ex neceſſitate Sacramenti, ſed ex pracepto ſolùm Eccleſiaſtico.*
5 *Metropolitani auctoritas eſt ut puniat deviantes à conſuetudine Metropolitana Eccleſia in divinis officiis.*

Cap. Pernicioſus XIII.

Miſſæ in ſacrificio plus vini, quàm aquæ eſt ponendum, & contrarium non eſt permittendum tanquam pernicioſum, quia eſt contra generalem conſuetudinem Eccleſiæ. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq.Innoc.Collect.Zabar. Joan.Andr.Butr.Ananias, Hoſt.Henric. Anch.Panorm. Viv. *in ration. lib.3. Iuris Pontif. pag.* 429. Alagona *in compend. Iuris Canon. pag.*597. remiſſivè Ximen. *in concord. part.1.* 1
Docet hic text. in conſecratione Calicis modicum aquæ vino adhibendum eſſe, quod ex Concilio Florentino, & Triburienſi colligunt D.Thom. *in 3.part. q.74.art.8.* ubi Nugn. *verſ.ſit igitur concluſio.* Durant. *in rationali Divinorum, lib.4.cap.30. n.21. propè finem,* Henriq. *in ſum.lib.9.c.12.§.4.*Soar.*tom.3.diſp.45.ſect.3.* Jacob.de Graff. *in deciſ.aureis, p.1.lib.2.c.6.n.17.* Bartho1.ab Angelo *in examine confeſſ. dialog.4. §.355.* Vivald. *in candelabro aureo, ubi de Euchar.c.3.n.10.*Ægid. Coninch *de Sacram.& cenſur.tom.1. q.74.art.6. n.128.* Azor.*inſtit.moral.p.1.lib.10.c.30.q.3.* Bonac.*de Sacram. diſp.4.* 2

3 *diſp.4.quæſt.2. punct.4. n.4.* qui bene admonent in celebratione Miſſæ adhibendum eſſe vinum generoſum, ut faciliùs aqua in vinum convertatur, & præterea aquam non eſſe miſcendam in amphora vini, ſed intra Calicem poſt inceptam Miſſam, & ante Calicis oblationem, juxta loci conſuetudinem.

4 Mixtio tamen aquæ in Sacrificio Miſſæ non requiritur ex neceſſitate Sacramenti, ſed præcepto ſolùm Eccleſiaſtico tenetur celebrans aquam Calici miſcere, Concil. Trident. *ſeſſ.22.de ſacrificio Miſſæ, cap.7.* Vaſq. *in 3.p. D.Thom. diſp.176. num.13. & diſp.179.num.11.* Peſant. *in d.3.p.quæſt.74.art.8. diſp.2.lib.4.dub.10.* Petr. de Ledeſma *in ſum. p.1. tract. de ſanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento, cap.4.concl.26. & 27.* Valer. Reginald. in *praxi fori pœnit. lib.29. num.16. ad finem*, Azor. *inſtit. moral.p.1. lib.10.cap.30. quæſt.1.verſ.altera quæſtio erat,* Ægid. de Coninck *d.quæſt.74. art.7.à n.130.* Bonacin. *d.punct.4. num.1.*

5 In gloſſ. *Conſuetudinem*, ibi, *& in ipſa Miſſa conſuetudo Metropolitanæ Eccleſiæ*, &c. Notatur ad hoc, quod Metropolitani auctoritas eſt, ut puniat deviantes à conſuetudine Metropolitanæ Eccleſiæ in divinis Officiis, ut per Quarant. *in ſumma Bullarii, verbo Archiepiſcopi auctoritas.*

SVMMARIVM.

1 *Sacerdos qui ſine aqua, & igne, vel in pane fermentato, aut vaſe ligneo ſacrificat, ab officio, & beneficio deponitur.*

2 *Sacerdos Latinus non poteſt in Eccleſia Latina, & in neceſſitate conficere in fermentato, niſi per Græciam tranſeat.*

3 *Calice ligneo uti non poteſt Sacerdos ſub pœna depoſitionis ab officio, & beneficio.*

4 *Miſſæ ad ſacrificium lumen requiritur ſub lethali culpa.*

5 *Lumen ad Miſſæ ſacrificium ex conſuetudine conficiendum ex cera, in neceſſitate verò ſufficit ſubaceum, vel olei.*

6 *Candelæ duæ ad Miſſæ ſacrificium adhiberi debent, una tamen ſufficere poteſt.*

7 *Aquæ admixtionem ſcienter prætermittens, & ex aperta malitia privatur officio, & beneficio.*

CAP. Literas XIV. & ult.

1 PReſbyter qui ex mera malitia, vel nimia deſipientia celebrare præſumpſerit in pane fermentato, vel ſcypho ligneo, vel ſine igne, & aqua, eſt perpetuò deponendus ab officio, & beneficio. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Hoſt. Henric. Anchar. Butr. Panorm. Vivian. *in ration. lib.3. Iuris Pontif. pag.430.* Alagona *in compend. Iuris Canonici, pag.537.* remiſſivè Ximen. *in concord. part.1.*

2 *In pane fermentato.*] Ergo Sacerdos Latinus non poteſt in Eccleſia Latina etiam in neceſſitate conficere in fermentato, ex Sot. *in 4. diſt.9. art.4.* Henriq. *in ſum.lib.9. cap.9.§.2.& c.13.§.3.* Soar. *tom.3.diſp.73. ſect.5.dub.2.* Bonacin. *de Sacram.diſp.4.quæſt.2.punct.1. num.11.* ubi etiam reſolvit Sacerdotem potius permittere debere infirmum abſque viatico decedere, quàm conficere in fermentato: *& num.9. verſ. ex quo*, tenet cum Azorio graviter peccare Sacerdotem Latinum non conficiendo in pane azymo, cùm faciat contra conſuetudinem, & præceptum Eccleſiæ in re gravi; uſus enim & conſuetudo Latinorum eſt, ut in azymis conficiant, & Chriſtum imitentur, qui in azymis confecit, & Apoſtolos in azymis communicavit, ut teſtantur Chryſoſtomus, Auguſtinus, Beda, & alii S.Patres, Barthol. ab Angelo *in examine confeſſ.dial.4. §.328.* Henriq. *d.lib.8.cap.11.num.6.* Peſant. *in 3.part. quæſt.74.art.4. diſp.1. pag.887.* Bonacin. *d.punct.1.n.9.* ille tamen caſus excipiendus eſt, quando ſcilicet Sacerdos Latinus per Græciam tranſit, quia tunc poterit in fermentato Græcorum more conſecrare, prout ſimiliter poterit Sacerdos Græcus tranſiens per Eccleſiam Latinam in azymo juxta morem Eccleſiæ Latinæ celebrare, quia dum abſunt à patria, non tenentur illius legibus, ſed poteſt quilibet ſe legitimis conſuetudinibus locorum accommodare, ita Soar. *in 3.part. quæſt.78. art.4.diſp.44. ſect.4.verſ.illud verò,* Sanch. *de Matrim.lib.3.diſp.18.num.20.* Nugn. *d.quæſt.74. art.4. concluſ. 7. & ibid.* Coninck *dub. 3. num. 95.* Bonac. *d.punct.1. num.10.*

3 *Et ſcypho ligneo.*] Olim Sacerdotes non aureis, ſed ligneis vaſculis, & calicibus utebantur, *cap.vaſa, de conſecrat. diſt.1.* poſtea Zepherinus inſtituit, ut Calices non ex ligno, ut antea, ſed ex vitro, vel ex auro, aut argento, vel ſtanno fierent, ut teſtatur Platina *in ejus vita*; tandem hujuſmodi antiquata conſtitutione ſancitum eſt, ut nec ex vitro fierent propter fragilitatem, nec ex ligno ob raritatem, qua Sacramentum imbibitur, nec ex ære ob terrum ſaporem, nec ex aurichalco, quia æruginem facit, & vomitum excitat, ut habetur *in cap. ut calix, de conſecrat. diſt.1.* refert Azor. *inſtitut.moral.p.1.lib.10.cap.28.quæſt.3.* Imò jam hodie contra eum, qui utitur Calice ligneo conſtituta eſt pœna depoſitionis ab officio, & beneficio in hoc text. prout refert Bonac. *d. diſp.4. quæſt. ult. punct.9. n.16.in princ.* Joan. Epiſc. Acernen. *in expoſit. Miſſæ, prol.2. num.2. & 13.*

4 *Sine igne ſacrificabat.*] Notatur ad hoc, quod ad Miſſæ ſacrificium lumen requiritur, ut per Azor. *inſtit. moral. part. 1. lib.10. cap. 28. quæſt.15.* Bonac. *d.diſp.3. quæſt. ult. punct.9. num.30.* ita ut ſine lumine abſque lethali culpa Sacerdos Miſſam celebrare non poſſit, ut docent Petr. de Ledeſma *in ſum. part.1. tract.de ſanctiſſ.Euchariſtiæ Sacramento, cap.20.concl.7. pag.mihi 131.* Paul.Comitol. *reſponſ. moral. lib.1.q.49.* ubi advertit Majoris hebdomadæ diebus, quibus Evangelium Dominicæ paſſionis legitur, à Sacerdote in templis relinquenda eſſe funalia in Altari accenſa, non verò extinguenda. Et quod ſit arbitrio judicis imponenda pœna Sacerdoti, qui omiſſo ordine, & ſolemnitate ab Eccleſia conſtituta, & ordinata celebrat, veluti cùm celebrat ſine aqua & igne, vel in pane fermentato, vel Calice ligneo, ſuper Altari non conſecrato, vel ſine veſtibus ſacris, dicit Menoch. *de arbitr. caſu 408.*

5 Advertere oportet lumen ex conſuetudine conficiendum ex cera, in neceſſitate verò ſufficere lumen ſubaceum, vel olei, ut docent Azor. *d.c.28. q.15.verſ. quæres,* Vaſq. *in 3.p.diſp.223.c.4.n.25.& 26.* Barthol. ab Angelo *d.dial.5.§.413.* Soar. *diſp.83. ſect.6.* Zanard. *in direct.Theol. p.1.de ſacrific.Miſſæ,c.14.in fine,* Jacob.de Graff. *in aureis deciſ.p.1.lib.2.c.43.n.1.* Pitig. *in 4.tom.1. diſp.13. q.2. art.3.* Nugn. *in 3.p. quæſt.83. art.3. dub.5. pag.509.col.1.* Homobon. de Bonis *de examine Eccleſiaſtico,p.1.tract.4.c.15.q.143.* contra Soar. *in 3.p.tom.3. diſp.81. ſect.6.* Vaſq. *in 3.p.tom.3.diſp.233.c.3.num.26.* Molfeſ. *in ſum. Theolog. Moral.tom.1. tract.3. cap.12. num.57.* Valer.Reginald. *lib.29.n.196.* Ant.Fernandez *in examine Theolog.Moral. part.3.cap.5.§.13. num.112.* Villalob. *in ſum. p.1.tract.8. diff.26. num.4.* Fagund. *in quinque Eccleſ. præcepta,tract.1.lib.3.cap.23.num.17.* exiſtimantes Sacerdotem in neceſſitate celebrantem

6 cum vno lumine olei, vel adipis peccare mortaliter. Ex conſuetudine etiam, licèt duæ ſaltem candelæ adhiberi debeant, vna tamen ſufficere poteſt, Iacob. de Graff. *in deciſionibus aureis.p.1.lib.2.c.43.n.1.* Barthol. ab Angelo *d.dialog.5.§.425.& ſeq.* Azor. *d.c.28.q.11.* Chamerot. *de Sacram.* vbi *de Euchariſtia, c.8. dub.22.* plures apud Bonac. *d.puncto 9. n.30.* Petr. de Ledeſma *citato loco,* latè Epiſcop. Acernen. *d.prælud. 2. n. 10.* vbi ex Micrologo *in benedictione cerei in officio Sabbati ſancti,* ait iuxta Romanum Ordinem nunquam abſque lumine Miſſam eſſe celebrandam, non vtique ad depellendas tenebras, cum ſit clara dies, ſed potiùs in typum illius luminis, cuius ſacrificia ibi conficimus, ſine quo in meridie palpabimus, & in nocte, additque *num.11.* morem hunc ab ipſis Apoſtolis ſumpſiſſe initium, vt colligitur ex Clem. Romano *epiſt. 2. ad Iacobum fratrem Domini, & ex canon. Apoſtolorum 3.* aliàs *4. 70. & 71.* in quibus inſinuatur etiam dicta lumina, aut oleo, aut cera, & non abſque congruentia nutriri debere, quia oleum ſecundùm S. Hieron. *in c.21. Prouerb.* & S. Auguſt. *ſerm. 23. de verb. Domini,* eſt charitatis typus, eo quòd, vt docet S. Bernard. *ſerm.13. in Cant.* lucet, paſcit, & vngit. Et cera, vel eſt caſtitatis ſymbolum, cùm ſit opus caſtiſſimum apum, quæ abſque concubitu concipiunt, & pariunt, & tali odio libidinem proſequuntur, ſi vera eſt illa Pierii *lib.26. hierogl.* ex Plutarcho annotatio, ut citiùs pungant tali vitio pollutos: vel obumbrat Chriſti Domini humanitatem, quæ in facto Chriſto iuncta fuit melli diuinitatis, quemadmodum gloſſa ordinaria *in c.25. Lucæ,* Beda, & Rupertus dixerunt.

7 *Et aqua.*] Notatur ad hoc, quod ſcienter prætermittens aquæ admixtionem priuatur officio, & beneficio, ſi ex aperta malitia omittat, vt per Bonac. *d.diſp.4. q.2. punct.4. n.2.*

De Baptiſmo, & eius effectu.

Tit. XLII.

Svper hanc rubr. ſcripſerunt Zabarell. Ioan. Andr. Butr. Anchar. Panormit. Guillelm. Durand. *in breuiario aureo iuris Canon. fol.116.* Ioan. de Londris *in breuiario ſanctorum Canonum, fol.179.* Martin. Meſnart. *in epitome Decret. fol.149. verſo,* Petr. de Rauenna *in compend. iuris Canon.* Dan. Venator *in analyſi methodica iur. Pontif. à pag.503.* Goffred. & Hoſt. *in ſum. huius tit.* Alex. Caſan. & Anaſt. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decretal.* Barth. Carthag. *in expoſitione titulorum iuris Canonici,* Lancel. *in inſtit. Canon.* Caniſ. *in ſum. iuris Canon.* Caſatel. *in erothem. eiuſdem iuris,* nouiſſimè Ioan. Honor. *lib. 3. ſum. in Decretal.* omnes *ſub hac rubr.*

De materia tit. vltra Tabien. Armil. Angel. Syluestr. & alios Summiſtas *verbo Baptiſmum,* vide S. Thom. *p... q.66.* vbi Didac. Nugnez. Sot. *in 4. diſt.3.* Card. Bellarmin. *tom. 2. controuerſ. lib. vnic. de Baptiſmo,* Henriq. *lib.2. de Baptiſmo,* Soar. *tom.3. de Sacrament. diſp.19. cum ſeqq* Barthol. ab Angelo *de Sacram. dial.1. & 2.* Chamerot. *eod. tract. vbi de Baptiſmo,* Viuald. *in candelabro aureo, tit. de Baptiſmo,* Vaſq. *in 2. p. tom.2. diſp.140.* Valent. *tom.4.* Poſſeuin. *de officio Curati, vbi de Baptiſmo,* Fr. Emman. *in ſum. tom.1. c.25.* Carril. *in tabula Sacramentorum, tit. de Sacramento Baptiſmi,* Balduin. jun. *ſuper opera controuerſ. Card. Bellarm. p.2. lib.2. c.1.* Petr. de Ledeſma *in ſum. p.1. de Sacramentis, vbi de Baptiſmo,* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.27.* Ægid. Coninch *de Sacram. & cenſuris, tom.1. p.66.* Paul. Comitol. *reſponſ. moral. lib.1. à q. 1. vſque ad 14.* poſt omnes Martin. Bonacin. *de Sacram.* vbi de Baptiſmo.

Summarium.

1 *Baptizatus non eſt puer ſi non dicatur, Ego te baptizo in nomine Patris, &c. quamvis ſit ter merſus in aqua in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti.*

2 *Baptiſmi forma eſt, Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti.*

3 *Baptiſmi in forma exprimenda eſt perſona, quæ baptizatur.*

4 *Formalibus nihil dicitur actum ſi aliquid deſit.*

5 *Trina immerſio in Baptiſmo an ſit ex præcepto, oſtenditur.*

6 *Baptizari validè poſſunt plures vnica aſperſione.*

7 *Pronomen, ego, in Baptiſmo non eſt de ſubſtantia formæ.*

8 *Baptizat inualidè qui vtitur hac forma, Ego te baptizo in nomine Chriſti, aut in nomine ſanctiſſimæ Trinitatis.*

9 *Declaratur text.* in c. à quodam Iudæo, de conſecrat. diſt. 4.

Cap. Si quis puerum I.

Alex. III.

Baptiſmus non eſt ſi omittantur verba, *Ego te baptizo,* &c. quamvis puer ter immergatur, & dicatur, *In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti.* Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Hoſtienſ. Anchar. Henric. Butr. Panorm. Vivian. *in rationali lib.3. iuris Pontif. pag.433.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag.538.* remiſſiuè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.1. & 2.* refertur ab Ant. Auguſt. *collect.2. Decret. ſub tit.19. de Baptiſmo puerorum, c.1.* 1

Text. *in præſenti,* ponit formam Sacramenti Baptiſmi, *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti,* de qua Concil. Trid. *ſeſſ.7. de Baptiſmo, can.4.* S. Thom. *3.p.q.66. art.5.* vbi & Nugnus, & Ægid. de Coninch *art.6. à n.33.* S. Antonin. *p.3. tit.14. c.13. n.2.* Angel. *in florilus Theolog.* vbi *de Baptiſmo, q.1. art.1. diffic.2.* Henriq. *in ſum. lib.2. c.8.* Soar. *tom.3. diſp.21. ſect.1.* Barthol. ab Angelo *de Sacram. vbi de Baptiſmo, §.103.* Nauar. *in manual. c.22. n.2.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.27. à n.23.* Petr. de Ledeſma *in ſum. part... de Sacram. vbi de Baptiſmo, c.4.* Cardoſ. *in praxi iudicum, verbo Baptiſmus, n.7.* Paul. Comitol. *reſponſor. moral. lib.1. q.9. n.5.* plures apud Bonacin. *de Sacram. diſp.2. q.2. puncto 5.* 2

Vnde aduertere oportet in forma Baptiſmi exprimendam eſſe perſonam, quæ baptizatur, ſiue dicatur, baptizo te, ſiue baptizo hunc, ſiue baptizo Caium, ſiue tu baptizatis à me, ita ex hoc cap. & ex Concil. Florentino colligunt Soar. *d. tom.3. diſput.21. ſect.2. concl.3.* Fr. Emman. *in ſum. tom.1. c.25. num.1.* Henriq. *d.c.8. §.1.* Chamerot. *de Sacram. vbi de Baptiſmo, cap.3. dub.3.* Ægid. de Coninch. *d.q.66. cap.6. num.48.* Petr. de Ledeſma *d.c.4. concl.1. dub.3.* Tolet. Iacob. de Graff. & alii apud Bonacin. *dict. puncto 4. num.1.* vbi *num.3.* cum multis contra Vaſq. reſoluit non eſſe neceſſe directè exprimere perſonam miniſtri, & *num.4.* pariter reſoluit exprimendam eſſe actionem, quæ exercetur 3

circa

circa eum, qui baptizatur, ſive exprimatur per verbum *Baptizo*, ſive per verbum *abluo, mergo*, &c. & *n.6.* aſſerit exprimendas eſſe tres perſonas Sanctiſſimæ Trinitatis, ubi *num. ſeqq.* multipliciter declarat, & me citato *in hoc loco*, Cabteiro *de metu, lib.2. cap.17. num.25.*

4 Notari ſolet hic text. ad hoc, quod in formalibus nihil dicitur actum, ſi aliquid deſit, ut per Flamin. *de reſign. benefic. lib.1. q.4. n.55.* Ant. Monach. *Lucenſi deciſ.25. n.7.*

5 *Ter in qua immiſerit.*] Olim trina immerſio fuit in uſu Eccleſiæ, & ex præcepto Apoſtolorum, itaut pater nominaretur in prima merſione, Filius in ſecunda, Spiritus ſanctus in tertia; ſed non eſt de Sacramenti neceſſitate, & ideò ſequenda eſt in unaquaque regione conſuetudo Eccleſiæ Cathedralis, Henriq. *d. lib.2. c.7. §.4.* Ægid. de Coninch. *d. q.66. art.8. n.84. cum ſeqq.* Valer. Reginald. *d. lib.27. n.19.* Bonac. *d. diſp.2. quæſt.2. punct.3. n.17.* ubi *n.16.* dicit validum eſſe Baptiſmum, ſive adminiſtretur immergendo corpus in aquam, ut apud Luſitanos fieri conſuevit, ſive infundendo, & applicando aquam corpori, ut alibi fit. Quæ autem aqua ſit materia remota Baptiſmi, vide per citatos *ad c.1. n.19. de Summa Trinit.*

6 Illud advertere oportet, plures poſſe unica aſperſione validè baptizari, dicendo, *Ego vos baptizo in nomine Patris*, &c. modò ſinguli aſpergantur: ita S.Th. *d. q.66. art.5. ad* 4. Henriq. *d. lib.2. cap.12. §.1. & 3.* Fr. Emman. *d. c.15. n.2.* Vivald. ubi *de Baptiſmo, c.2. n.12.* Chamer. etiam *de Baptiſmo, cap.3. dub.3.* plures apud Bonac. *d. diſp.2. puncto 4. num.21.* Paul. Comitol. *d. lib.1. q.4.* ubi *q.5.* quod non poſſunt plures ſimul baptizare unum in hac forma: *Nos te baptizamus in nomine Patris*, &c.

7 In gloſſ. *Ego te baptizo*, ibi, *nunquid pronomen Ego, eſt de ſubſtantia formæ? Non.* Sequuntur Henriq. *d. lib.2. c.8. §.3.* Ægid. de Coninch. *d. q.66. n.35.* Petr. de Ledeſma *d. c.4. concl.1. dub.1.* & plures relati à Bonac. *d. puncto 4. n.3.*

8 In gloſſ. *In nomine Patris*, ibi, *de conſecr. diſt.4. in ſynodo multi, arg. contra ead. à quodam*, &c.] Notatur hæc gloſſ. ad hoc, quod invalidè baptizat, qui utitur hac forma, *Ego te baptizo in nomine Chriſti*, aut *in nomine Sanctiſſimæ Trinitatis*; quia non exprimit tres perſonas Trinitatis, quarum explicita expreſſio neceſſaria eſt ad valorem Baptiſmi, & non ſufficit implicita: ita Vict. *in ſum.* ubi *de Baptiſmo, concluſ.16.* Henriq. *d. lib.2. c.8. §.1. & c.11. §.1.* Soar. *tom.3. diſquiſ.21. ſect.3. concl.1. & ſect.4. verſ. in hac re*, Valent. *tom.4. diſp.4. q.1. puncto 3. verſ. in hac re*, Valer. Regin. *lib.27. n.28. & 30.* Ægid. de Coninch. *d. quæſt.66. n.52.*

9 Non obſtat *cap. à quodam Iudæo, de conſecrat. diſt.4.* quod citat hæc gloſſ. in quo dum peteretur à Nicolao I. quid agendum eſſet de iis, qui baptizantur à pagano? Reſpondit Pontifex non eſſe rebaptizandos, ſi baptizati ſunt in nomine SS. Trinitatis, vel tantùm in nomine Chriſti, quia intelligitur, expreſſo ſcilicet nomine Trinitatis, Patris, Filii, & Spiritus ſancti, aut tantùm in nomine Chriſti, videlicet loco Filii expreſſo Chriſti nomine, ſic dicendo, In nomine Patris, & Chriſti, & Spiritus ſancti: ſic communiter interpretatur ab Henriq. *d. lib.2. c.10. §.3.* Soar. & Vivald. quos refert Bonac. *d. diſp.2. q.2. puncto 4. n.8. verſ. reſpondeo ex reſponſione*, ubi alias refert reſponſiones, & *in verſ. objicies ſecundò*, inquirit an aliquando adminiſtratus fuerit Baptiſmus nomine Chriſti tantùm, ubi dicit, quod licèt S.Thom. Sylveſt. Armil. Tabien. Angel. Victor. Nugn. Vaſq. & alii, quos ibi refert, tenuerint in initio naſcentis Eccleſiæ adminiſtratum fuiſſe Baptiſmum in nomine Chriſti, ut habetur in multis locis Actuum Apoſtolorum ex diſpenſatione Chriſti ad tempus conceſſa, ſed nobis nunquam permiſſa: tamen probabilius videri ſibi perſuadet, nunquam adminiſtratum fuiſſe Baptiſmum in nomine Chriſti tantùm; additque dum in Actibus Apoſtolorum dicitur Baptiſmum adminiſtratum fuiſſe in nomine Chriſti, indicari Baptiſmum adminiſtratum fuiſſe in merito, in fide, & in virtute Chriſti, & in hanc ſuam ſententiam citat Soar. *diſp.21. ſect.2. verſ. ad decretum*, Henriq. *d. lib.2. c.10.* & Bellarm. *c.3.*

SUMMARIUM.

1 *Baptizatus an quis fuerit, ſi probabiliter dubitatur, poteſt baptizari formâ hic expreſſâ*, & num.2.

3 *Baptizans aliquem ſub conditione, quem ſcit eſſe baptizatum, notabilem culpam contrahit.*

4 *Baptizandi non ſunt illi, quos domi conſtat fuiſſe baptizatos à parentibus, vel ab obſtetricibus, aut ab aliis, ſed ſolùm in Eccleſia ſupplendas eſſe ſolemnitates.*

5 *Baptizandi non ſunt illi, qui nati, & educati fuerunt pluribus annis inter Chriſtianos, & à parentibus Chriſtianis, niſi clarè conſtet eos non fuiſſe baptizatos.*

6 *Irregularis non eſt qui baptizat filios infidelium, vel expoſitos, ſine ullo ſigno perhibente de ipſorum Baptiſmo.*

7 *Expoſitus infans, ſi inveniatur cum chirographo, quod de ejus Baptiſmo fidem faciat, non eſt baptizandus ſub conditione.*

8 *Baptiſmus ne iteretur, ſufficit ut unus teſtis, de quo non ſit probabilis ſuſpicio mendacii, teſtetur ſe certò ſcire talem eſſe baptizatum.*

Cap. De quibus II.

Quando dubitatur an quis ſit baptizatus, eſt baptizandus ſub hac conditione: *Si es baptizatus, non te baptizo: ſi non es baptizatus, Ego te baptizo*, &c. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Butr. Hoſt. Henric. Anch. Panorm. Viv. *in ration. lib.3. juris Pontif. pag.434.* Alagona *in compend. juris Canon. pag.539.* remiſſivè Ximen. *in concord. p.1. & 2.* refertur ab Ant. Auguſt. *collect.3. Decret. lib.3. tit.19. c.2.* 1

Hanc eand. concl. ex hoc text. deſumunt Henriq. *ſum. lib.2. c.31. §.2.* Petr. de Ledeſma *in ſum. p.1.* ubi *de Baptiſmo, c.5.* Ægid. de Coninch. *de Sacram. & cenſur. tom.1. q.66. art.9. dub.1. n.91. cum ſeqq.* Maſcard. *de probat. concl.163. n.6. & 7.* Aloyſ. Ricc. *in deciſionibus Curiæ Archiep. Neapol. p.1. deciſ.127. n.10.* Ubi enim adhibita eſt forma dubia, ſeu quando ſunt opiniones utrimque probabiles de validitate Sacramenti, vel quando adhibitâ ſufficienti diligentiâ, remanet dubium an aliquis ſit baptizatus, ſeu quando mens manet dubia, & neutra pars poteſt determinari, an Sacramentum ſit validum, iterum adminiſtrandum eſſe ſub conditione reſolvunt D. Thom. *p.3. q.66. art.9. ad* 4. ubi Nugn. *concl.1. & 2.* Vivald. *in candelabro aureo*, ubi *de Baptiſmo, c.5. n.25.* Emman. Sà *verbo Baptiſmus, n.3.* Valent. *tom.4. diſp.4. q.1. puncto 4. prope fin.* ubi *in verſ. quod ſi dubium*, advertit ſecus dicendum, quando adeſt leve dubium, ſeu levis ſcrupulus; nam iteratio Sacramenti facta ſine cauſa, videtur quædam irriſio Sacramenti, & graue peccatum ex ſuo genere. 2

Ex dictis jam primò infertur rebaptizantem aliquem 3

quem ſub conditione, quem ſcit eſſe baptizatum, notabilem culpam contrahere, eo quòd in re tam gravi ſupinè nimis ſe geſſit, ac proinde cùm propter talem culpam à ſacris Canonibus irregularitatis pœna juſtiſſimè fuerit ſtatuta, illam incurrere: nec aliquid dicta clauſula operatur, quia adhibenda non eſt, niſi quando magnum dubium adeſt, tum quia proteſtatio contraria facto non relevat: ita Salzed. ad Bernard. *in pract. c.15. verſ. à qua*, ubi pro ſe citat Sot. & Fr. Ant. Cordub. idem tenet Majol. *de irregul. p.3. c.14. n.5.* Valent. *tom.4. diſp.4.q... puncto 4. verſ. quibus rebus*, Peña ad Eimer. *in direct. Inquiſit. p.1. tom.10.* Campan. *in diverſorio juris Canon. rub.1. n.31.* Ugolin. *de cenſur.* ubi *de irregul. c.35. §.3.* Sayr. *eod. tract. lib.7. c.8. n.23.* propterea Sacerdos ſciens puerum neceſſitatis causâ fuiſſe domi baptizatum, ſi ille poſteà deferatur ad Eccleſiam, ut ritus ſolennes ſerventur, non poteſt cum eadem clauſula eum baptizare, aliàs efficeretur irregularis, ut habetur expreſsè in Catechiſmo S. D. Pii V. *in tit. de Baptiſmo, c. de fructibus Baptiſmi, in fin.* Quicquid contrarium, imò illum non eſſe irregularem, qui baptizat alium ſub conditione, quem ſcit eſſe baptizatum, tenuerint minùs benè Navar. *in man. c.27. n.246.* Henriq. *in ſum. lib.14. c.4. §.3.* Ægid. de Coninch *diſp.18. dub.5. n.38.* Nugn. *in 3. p. q.66. art.9. concluſ.4.* quos refert, & ſequitur Bonac. *de cenſuris, diſp.7. q.3. puncto 3. n.4.*

4 Secundò infertur eos non eſſe rebaptizandos, quos domi conſtat fuiſſe baptizatos à parentibus, vel ab obſtetricibus, vel ab aliis, ſed ſolùm in Eccleſia ſupplendas eſſe ſolennitates, Sot. *in 4. diſt. 3. quæſt. unica, art.9.* Soar. *tom.3. diſp.31. ſect.6.* Barthol. ab Angelo *de Sacramento Baptiſmi, dialog.2. §.128.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.27. n.54.*

5 Tertiò infertur non eſſe rebaptizandos eos, qui nati, & educati fuerunt pluribus annis inter Chriſtianos, & à parentibus Chriſtianis, niſi clarè conſtet eos non fuiſſe baptizatos, ut per Navar. *d. c.27. n.246.* Barthol. ab Angelo *d. dialog.2. §.127.* Valer. Reginald. *lib.27. n.52.* Ægid. de Coninch. *d. art.9. dub.1. n.94.* ſecus dicendum de infantibus abreptis à barbaris, ſi dubitetur an abrepti, vel abducti fuerint ante Baptiſmum, vel poſt, & de infantibus expoſitis ſine ullo teſtimonio indicante illos eſſe baptizatos; iſti enim baptizandi ſunt ſub conditione, & formâ in hoc text. expreſſa: unde benè Sayr. *d. cap.8. n.11.* & Bonacin.
6 *d. diſp.7. de cenſur. q.3. puncto 3. n.6.* reſolvunt illum non eſſe irregularem, qui baptizat filios infidelium, vel expoſitos ſine ullo ſigno perhibente de ipſorum
7 Baptiſmo. Si tamen expoſitus infans inveniatur cum chirographo, quod de ejus Baptiſmo fidem faciat, non eſt baptizandus ſub conditione: benè Paul. Co-
8 mitol. *reſponſ. moral. lib.1. q.1.* Baptiſmus enim ne iteretur, ſufficit ut unus teſtis, de quo non ſit probabilis ſuſpicio mendacii, teſtetur ſe certò ſcire talem eſſe baptizatum; nam illi fides ahiberi poteſt, ut per Chaſſan. *in conſuet. Burgundiæ, fol.69. n.11.* Soar. *tom.3. diſp.22. ſect.2. ad finem*, Maſcard. *d. concl.163. num.1.* Jacob. de Graff. *in deciſionibus aureis, p.2. lib.1. c.4. n.37.* Barthol. ab Angelo *d. dial.2. §.227.* Ægid. de Coninch. *d. quæſt.66. num.95.* Paul. Comitol. *d. quæſt.1. num.5.* D. Contelor. vir ſanè doctus *in addit. ad Iacob. Caſtel. de canonizatione Sanctorum, quæſt.4. art.2. num.13. verſ. probatur.*

S U M M A R I U M.

1 *Baptiſmi Sacramentum utiliter confertur parvulis, quanvis non credant, nec intelligant, & remittitur eis peccatum originale.*
2 *Majores Eccleſiæ cauſæ quæ dicantur, remiſſivè.*
3 *Infantes parvuli capaces ſunt Baptiſmi, ac gratiæ per eum recipiendæ.*
4 *Baptiſmus ſucceſſit Circumciſioni.*
5 *Originalis culpa remittebatur per Circumciſionis myſterium.*
6 *Peccatum eſt duplex, originale ſcilicet, & actuale.*
7 *Baptiſmus pueris æqualem gratiæ gradum confert, adultis verò inæqualem pro ratione majoris, vel minoris diſpoſitionis.*
8 *Gratia in Baptiſmo producta non ſolùm remittit peccatum originale, ſed etiam actuale, omnemque pœnam peccatis debitam, non tamen pœnalitates.*
9 *Pœna originalis peccati eſt carentia viſionis Dei.*
10 *Pœna debita peccato duplex eſt, ſcilicet damni, & ſenſus.*
11 *Viſione Dei in perpetuum carebit propter unum damnatus, ſicut & propter multa.*
12 *Reatus criminis actualis quid ſit, oſtenditur.*
13 *Baptizatus per vim præciſam, characterem non recipit.*
14 *Dormiens, & furioſus æquiparantur.*
15 *Ordinatus per metum, an & quando recipiat characterem, remiſſivè.*
16 *Baptiſmus collatus dormienti, qui illum petierat ante ſomnum, validus eſt.*
17 *Voluntatem eſſe mutatam dicenti incumbit probatio.*
18 *Ordinatus metu non cogitur continentiam ſervare, quando metus fuit cadens in conſtantem virum.*
19 *Voluntas ſemper durare præſumitur, niſi mutata probetur.*

Cap. Majores III.

Innoc. III.

Baptiſmus utiliter confertur parvulis, licèt actu non credant, nec intelligant, nec ament, quia remittit culpam originalem, & aperit cœlum. Baptiſmus ſucceſſit Circumciſioni, quæ non aperiebat cœlum. Dicere autem quod ſit ſervanda lex Moſaïca, & Evangelica, hæreticum eſt. Parvulis infunduntur virtutes, & de adultis loquuntur Jacob. *Charitas operit multitudinem peccatorum*: & Luc.7. *Dimiſſa ſunt ei peccata multa, quoniam dilexit multùm.* Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Butr. Joan. Andr. Hoſt. Anch. Henric. Panorm. Viv. *in ration. lib.3. juris Pontif. pag.434.* Alagona *in compend. juris Canon. pag.539.* remiſſivè Ximen. *in concord. p.1.* refertur ab Ant. Aug. *collect.3. Decret. lib.3. tit.34. c.1.* 1

Majores Eccleſiæ cauſas, &c.] Majores Eccleſiæ cauſæ quæ dicantur, tradidi *de officio, & poteſtate Epiſcopi, p.3. alleg.112.* 2

Aſſerunt enim parvulis inutiliter Baptiſma conferri.] De Fide definitum eſt in Concil. Trident. *ſeſſ.7. de Baptiſmo, can.13.* infantes parvulos capaces eſſe Baptiſmi, ac gratiæ per eum recipiendæ, ac propterea cùm ad annos diſcretionis pervenerint, rebaptizandos non eſſe, quod multis comprobant Jodoc. Coccius *tom.2. ſui theſauri, lib.5. art.6.* Henriq. *in ſumma, lib.1. c.17. §.5. lit.H, & I,* & *lib.2. cap.15. §.2. lit.D,* Balduin. jun. *ſuper opera controverſ. Bellarmini, part.2. lib.2. c.2. verſ. de prima quæſtione*, Ægid. de Coninch. 3

de

de Sacram. & cenſur. q.68. art.9. à n.52. Azor. *inſtit. moral. p.1. lib.4. c.25. q.2. verſ. illo praterea*, Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.27. n.34.* Bonacina *de Sacram. diſp.2. q.2. puncto 6. n.1.* Utrùm autem infidelium, & Judæorum infantes, qui adhuc ad uſum rationis non pervenerunt, poſſint invitis parentibus baptizari, dixi *ad cap. ſicut Iudæi 9. n.3. infr. de Iudæis, pag.191.*

4 *Quod cùm Baptiſma ſucceſſerit Circumciſioni.*] Vide Ægid. de Coninch *in 3. part. q.70. art.2.* ubi etiam Nugn. Henriq. *in ſum. lib.1. c.6.* Campan. *in diverſorio juris Canonici, rub.1. n.26.* Bonac. *de Sacram. diſp.1. q.1. puncto 3. §. unico*, ubi multa de Circumciſione: & *n.4.* dicit Circumciſionem inſtitutam fuiſſe ad delendum peccatum originale. Utrùm autem Circumciſio contuliſſet gratiam per modum operis operati, refert pro utraque parte plures Doctores idem Bonacina *d. §. unico, num.5.*

5 *Originalis culpa remittebatur per Circumciſionis myſterium.*] Id eſt, culpa originalis tollebatur per Circumciſionem, tanquam per myſticum rerum futurarum ſignum, ut interpretatur Azor. *inſtit. moral. p.1. lib.4. c.34. verſ. quarta ſententia.*

§. Verùm.

Peccatum originale quia contrahitur ſine conſenſu, remittitur etiam ſine conſenſu vi Sacramenti; peccatum verò actuale, quia communiter cum conſenſu, nec ſine conſenſu regulariter relaxatur. Colligunt Doctores *in princ. text.* citati.

6 *Peccatum eſt duplex, originale ſcilicet, & actuale.*] Vide Nav. *in man. prælud.8. à princ.* benè explicat, & ad plura eleganter conducit D. Jul. Lavor. *in ſuo noviſſimo tract. de Indulg. p.2. c.1. n.4. cum multis ſeqq.* & latè de peccato originali Azor. *inſt. moral. p.1. lib.4. à c.25. uſque ad 33.*

7 *In Baptiſmate peccatum originale dimittit.*] Cùm Baptiſmus pueris æqualem gratiæ gradum conferat, adultis verò inæqualem pro ratione majoris, vel minoris diſpoſitionis, S. Thom. *3. part. q.69. art.8.* ubi Nugn. *concl.1.* S. Anton. *p.3. tit.14. c.13.* Sot. *in 4. diſt.6. q.1. art.6.* Valent. *tom.4. diſp.4. q.4. puncto 1.* Soar. *tom.3. diſp.28. ſect.3.* Vivald. *in candelabro aureo*, ubi *de*

8 *Baptiſmo, c.5. n.7.* gratia in Baptiſmo producta non ſolùm remittit peccatum originale, Concil. Trid. *ſeſſ.6. c.6. & can.10. cum ſeqq.* Barthol. ab Angelo *dial.2. de Baptiſmo, §.156.* ſed etiam peccata actualia, ea ſcilicet, quæ commiſſa ſunt ante Baptiſmum, S. Thom. *d. q.69. art.1.* ubi Ægid. de Coninch, Henriq. *lib.2. c.16. §.1. & 2.* Soar. *diſp.26. ſect.1.* Cardoſ. *in praxi judicum, verbo Baptiſmus, n.24.* Petr. de Ledeſma *in ſum. p.1. de Sacram.* ubi *de Baptiſmo, c.19.* Barthol. ab Angelo *d. dialog.2. §.156.* Valer. Reginald. *d. lib.27. num.61.* ac proinde delet omnem pœnam peccatis debitam, prout de Fide definitum eſt in Concil. Florentino *in decreto Armenorum*, ubi habetur baptizatis non imponi ſatisfactionem pro peccatis præteritis: & docet S. Thom. *d. q.69. art.2.* ubi Peſant. Nugn. & Ægid. Coninch, Barth. ab Angelo *d. dialog.2. §.158.* Petr. de Ledeſma *d. c.9. verſ. tertia concluſio*, Philiarch. *p.2. lib.3. c.9.* Jul. Lavor. *d. p.2. c.3. n.12.* pœnalitates tamen in hac vita non aufert, S. Thom. *d. q.69. art.3.* Henriq. *d. c.16. §.7.* Valer. Reginald. *d. lib.27. n.63.*

§. Sed adhuc.

Peccatum originale, quanvis in Baptiſmo dimittatur parvulis, qui tamen conſentire non poſſunt, in adultis verò, vel dormientibus, qui non conſentiunt Baptiſmo, non dimittitur actuale; cujus pœna eſt gehenna, nec remittitur originale, cujus pœna eſt carentia viſionis, alioquin videret Deum, qui cruciaretur gehenna, ſed Dei perfecta ſunt opera. Colligunt Doctores *in princ. text.* citati.

Pœna originalis peccati eſt carentia viſionis Dei.] 9
Vide Fr. Joan. de Pined. *in vita D. Ioan. Baptiſtæ, lib.3. art.1. c.4. §.246. pag. mihi 64. in fine*, Jul. Lavor. *de Indulg. p.2. c.1. n.15.* ubi quod pœnæ peccati originalis ſunt privatio juſtitiæ originalis, ignorantia, carentia divinæ viſionis, non ſolùm in adultis, ſed etiam in parvulis non baptizatis, & latè Azor. *d. lib.4. c.33. de peccati originalis pœna.*

Actualis verò pœna, &c.] Pœna debita peccato duplex eſt, damni ſcilicet, & ſenſus, pœna damni dicitur 10
carentia gratiæ, gloriæ, & viſionis Dei, quæ carentia eſt effectus culpæ, quæ vocatur macula peccati, & defectus luminis rationalis naturalis, vel divinæ legis ex receſſu gratiæ proveniens, & dicitur macula metaphoricè, quia ſicut corpus ex contactu rei ſordidæ maculatur: ita anima ex inhæſione rei temporalis per amorem inordinatum, qui eſt veluti quidam contactus, perdit lumen rationis, & divinæ ſapientiæ, quibus fulgebat; pœna verò ſenſus eſt pœna inferni, & includit dolorem mentalem de amiſſione divinæ viſionis, quæ vocatur vermis conſcientiæ. Pœna æterna, quæ datur damnatis, & morientibus in peccato, continet pœnam damni, & pœnam ſenſus, & pœnam utriuſque; pœna damni correſpondet averſioni ab incommutabili bono, quia anima ſeparatur à viſione Dei: pœna ſenſus correſpondet inordinatæ ad creaturas; ea enim anima, vel corpus ſenſibiliter puniuntur: æternitas utriuſque pœnæ correſpondet inimicitiæ Dei: ita Jul. Lavor. *d. p.2. c.2. à n.14.*

In gehenna perpetuò, &c.] Notatur ad hoc, quod 11
in perpetuum viſione Dei carebit propter unum damnatus, ſicut & propter multa, ut per Navar. *in cap. fratres, n.111. de pœnit. diſt.5.*

Propter reatum criminis actualis.] Reatus nihil aliud 12
eſt, niſi oblatio nata ex peccato ad pœnam ſubeundam: & differt à peccato, licèt aliquando pro ipſo peccato ſumatur, aliquando pro pœna, Navar. *in man. præl.8. n.21.* ubi *n.23.* dicit quod reatus, ſive oblatio ad pœnam eſt triplex, eo quòd triplicem ordinem offendat, & ad triplicem pœnam obligat; quatenus enim offendit ordinem propriæ rationis, obligat ad pœnam remorſus conſcientiæ, juxta illud Auguſt. *lib.1. confeſſ. c.12.* omnis inordinatus animus ſibi ipſi eſt pœna: quem conſcientiæ remorſum dicit D. Thom. *1.2. q.87. art.2.* quatenus verò offendit ordinem Dei, obligat ad pœnam æternam, ſeu temporalem ab ipſo Deo infligendam; quatenus verò offendit legem humanam, obligat ad pœnam illius legis per hominem ſtatutam, refert Jul. Lavor. *d. c.2. n.31. & ſeq.*

§. Item quæritur.

Baptizatus verè eſt habens characterem, qui terroribus, & ſuppliciis violatur, trahitur, & ne aliud detrimentum incurrat, ſuſcipit Sacramentum Baptiſmi, ac proinde cogendus ad obſervantiam Fidei Chriſtianæ, quia conditionaliter vult, licèt abſolutè nolit, ſicut de eo, qui ſponte accedit. Qui verò nunquam conſentit, ſed penitus contradicit, nec rem, nec characterem ſuſcipit, non erit baptizatus, ſi baptizetur; ſicut qui contradicit, & reclamans cogitur violenter proſterni idolis, non eſt reus alicujus culpæ, nec eſt compellendus ad obſervantiam legis Chriſtianæ taliter baptizatus. Item ſi dormientes, & amentes baptizentur antequam

antequam dormirent, vel inſanirent, contradicebant, non recipiunt characterem, quia intelligitur propoſitum contradictionis durare in eos; ſi verò non contradicebant, ſed erant catechumeni cum propoſito Baptiſmi, ſi tales baptizentur, ut conſuevit Eccleſia baptizare, recipiunt characterem, quia non poſuerunt obicem. Colligunt Doctores *in princ. text.* citati.

13 *Propter quod inter invitum*, &c.] Notatur ad hoc, quod baptizatus per vim præciſam, characterem non recipit, & conſequenter ad Fidei obſervantiam cogendus minimè eſt; ſi verò ſit baptizatus vi conditionali, characterem ſuſcipit, & ad obſervantiam eſt cogendus: ita Pariſ. *conſ.*2. *n.*21. *lib.*4. Ant. Ricc. *in tract. de jure perſonarum extra gremium Eccleſiæ exiſtent. lib.*2. *c.*38. *per tot.* qui etiam, ille *n.*17. hic verò *n.*4. tenent vim præciſam, & abſolutam dici, quando quis nunquam conſentit, ſed penitus contradicit, veluti ſi ligatus manibus, & pedibus, invitus baptizetur, D. Roder. à Cunha *in comment. ad c. de Iudæis* 5. *n.*3. *diſt.*45. Baſil. *de matrim. lib.*4. *c.*14. *n.*3. Cabreiros *de metu, lib.*2. *c.*17. *n.*55.

14 *Amentibus, & dormientibus.*] Ergo dormiens, & furioſus æquiparantur, ut per Tiraq. *de pœnis temper. c.*5. *à princ.*

15 *Et Ordo.*] An, & quando ordinatus per metum recipiat characterem, ac proinde teneatur ad caſtitatem, & ad preces canonicas, poſſitque uxorem ducere? Vide Gam. *de Sacram. præſtandis ultimo ſupplicio damnatis, q.*5. *n.*4. Sanch. *de matrim. lib.*7. *diſp.*29. *per totam*, Bonac. *eod. tract. q.*3. *punct.*9. *n.*11. *verſ. dixi in propoſitione, & de Sacrament. diſp.*8. *quæſt. unica, punct.*5. *num.*40. Azor. *inſt. moral. p.*1. *lib.*13. *c.*14. *quæſt.*8.

16 *Dormientes autem, & amentes*, &c.] Notatur ad hoc, quod validus eſt Baptiſmus collatus dormienti, qui illum petierat ante ſomnum: & idem dicendum probat de amente, qui ante dementiam, & de furioſo, qui dum haberet dilucida intervalla petierunt Baptiſmum, etiamſi poſteà dum baptizantur reſiſtere videantur; nam illa reſiſtentia non repugnat intentioni antea elicitæ, cùm ipſa reſiſtentia, quæ tunc temporis contingit, non ſit actus humanus: ita Henriq. *in ſum. lib.*2. *c.*24. §.3. *&* 4. Jacob. de Graff. *in aureis deciſ. p.*2. *lib.*1. *c.*4. *n.*45. Petr. de Ledeſma *in ſum. p.*1. *de Sacram.* ubi *de Baptiſmo, c.*8. *concl.*19. *cum ſeqq.* Chamer. *de Sacram.* ubi *de Baptiſmo, c.*5. *dub.*10. Ægid. de Coninch *de Sacram. & cenſur. tom.*1. *q.*96. *art.*12. *n.*93. ubi *n.*94. de muto & ſurdo, Bonac. *de Sacram. diſput.*2. *q.*2. *punct.*6. *num.*18. ubi *num.*19. obſervat quando quis incidit in amentiam expectandum eſſe, ut mens ad ſe redeat, ſi ſpes adſit reſipiſcentiæ, ſublatâ verò ſpe reſipiſcentiæ baptizandum eſſe, cùm Baptiſmus ſit Sacramentum maximæ neceſſitatis: & *num.*20. diſputat utrùm baptizandus ſit amens, de quo dubitatur an petierit Baptiſmum ante amentiam?

17 *Intelligitur contradictionis propoſitum perdurare.*] Igitur dicenti voluntatem eſſe mutatam incumbit probatio, ut per Maſcard. *de probat. concl.*641. *n.*16.

18 In gloſſ. *Conditionaliter*, ibi, *ſed nunquid ille, qui conditionali coactione recipit Ordinem, tenetur continere*, &c. Notatur ad hoc, quod initiatus metu non cogitur continentiam ſervare, quando metus fuit cadens in virum conſtantem, ſequuntur *in præſenti* Hoſt. *n.*38. *in verbo Conditionaliter*, & Henriq. *n.*7. *in fin.* Gregor. Lop. *l.*32. *verb. Que le tomara, tit.*6. *p.*1. Nav. *in man. c.*22. *n.*51. *ad fin. & n.*52. *& ſub tit. de his, quæ vi, conſil.*2. *n.*4. *& ſeq. & conſ.*3. *n.*2. *& conſ.*4. *n.*1. *in antiq.* aliàs *conſ.*4. *à n.*4. *& conſ.*2. *n.*1. *&* 3. *& conſ.*5. *à n.*2. *in* 2. *edit.* Balthaſ. Mogollon. *in tract. de his, quæ vi, c.*8. §.2. *n.*13. Henriq. *in ſum. lib.*10. *de Sacram. Ordinis, c.*14. §.3. *& lib.*12. *de matrim. c.*5. *n.*9. *in com. lit. Q.* Veg. *in ſum. tom.*2. *c.*57. *caſu* 6. Fr. Emman. *tom.*1. *ſum. c.*224. *n.*9. *& tom.*2. *c.*96. *n.*4. *concl.*4. Petr. de Ledeſma *in ſum. p.*1. *de Sacram.* ubi *de Sacramento Ordinis, c.*6. *diffic.*3. *dict.*2. Sayr. *in clavi Regia, lib.*6. *c.*5. *n.*20. Paul. Comitol. *reſp. moral. lib.*1. *q.*55. *n.*2. Azor. *d. q.*8. Sanch. *d. diſp.*29. *n.*5. Ægid. de Coninch *de Sacram. & cenſuris, tom.*1. *diſp.*20. *dub.*14. *n.*143. *cum ſeqq.*

In gloſſ. *Perdurare*, ibi, *nam ſemper durare præſumitur voluntas, niſi probetur mutata.* Vide Menoch. *conſil.*317. *n.*29. Surd. *deciſ.*111. *n.*9. *& deciſ.*288. *n.*36. Flamin. *de reſign. benef. lib.*9. *q.*25. *n.*16. Cald. Pereira *de poteſt. eligend. c.*3. *n.*41. *& c.*10. *n.*54. *& de emptione, c.*23. *n.*65. Steph. Gratian. *Marchiæ deciſ.*19. *n.*27. *& deciſ.*43. *n.*23. Card. Tuſch. *tom.*8. *lit. V, concl.*286. Brunor. à Sole *in locis commun. verbo Voluntas* 9. Franc. Molin. *de ritu nupt. lib.*3. *q.*7. *n.*2. Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſ. deciſ.*92. *n.*3. *in* 1. *edit.* aliàs *reſol.*77. *n.*1. *in ſecunda edit.* 19

SUMMARIUM.

1 *Nemo poteſt ſeipſum baptizare, etiam inſtante neceſſitatis articulo,* & n.2.

Cap. Debitum IV.

NEminem poſſe ſeipſum baptizare, etiam inſtante neceſſitatis articulo, colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Butr. Hoſt. Anch. Henric. Panorm. Viv. *in ration. lib.*3. *juris Pontif. pag.*437. Alagona *in compend. juris Canon. pag.*540. remiſſivè Ximen. *in concord. part.*1. *&* 2. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 3. *Decret. lib.* 3. *tit.*34. *cap.*2. 1

Hanc eandem concl. ex hoc text. colligit S. Thom. 3. *p. q.*66. *art.*5. *ad* 4. Victor. *in ſum.* ubi *de Baptiſmo, concl.*18. Vivald. *in candelabro aureo*, ubi *de Sacramentis in genere, c.*2. *n.*33. Barthol. ab Angelo *de Sacramentis*, ubi *de Baptiſmo*, §.147. Jacob. de Graff. *in aureis deciſ. p.*2. *lib.*2. *c.*4. *num.*23. Bonac. *de Sacrament. diſput.*2. *q.*1. *punct.*4. *num.*20. Henriq. *in ſum. lib.*2. *c.*18. §.4. *lit. B*, ubi *lib.*1. *cap.*26. §.7. *lit. T*, aſſerit Judæum in præſenti ſalvari, non propter Sacramentum fidei, ſed propter fidem Sacramenti, ideſt, per contritionem, & fidem vivam cum voto Baptiſmi. Unde jam colligitur illum, qui ſeipſum in articulo mortis baptizavit, non eſſe ſalvatum ratione Baptiſmi actualis, quia nullus poteſt ſeipſum baptizare; fieri tamen poteſt, ut ſalvetur ratione Baptiſmi in voto, quia creditur habere contritionem cum propoſito Baptiſmi: ita Lazar. *in compendio Navarri, verb. Baptiſmus, n.*16. quem refert Bonac. *d. n.*20. *verſ. ex dictis.* Benè igitur docent Henriq. *d. lib.*2. *c.*2. §.4. *in princ.* & Ægid. de Coninch *de Sacram. & cenſur. tom.*1. *q.*68. *art.*2. *n.*31. voluiſſe Chriſtum, ut quando à Baptiſmo in re (propter impotentiam in neceſſitate, aut aliàs ob aliam cauſam) excuſatur adultus, ſalutem haberet per Baptiſmum in voto, ideſt, per poſitivum actum contritionis, aut dilectionis Dei, vel martyrii. 2

SUMMARIUM.

1 *Baptiſmi Sacramentum non eſt, ubi deeſt verbum, vel elementum aquæ.*

2 Baptiſmi

2 *Baptiſmi materia remota eſt aqua naturalis, quamvis ſit putei, maris, pluviæ, balnei, & ſive ſit calida, ſive frigida, ſive tincta colore.*

3 *Infans in utero matris exiſtens minimè poteſt baptizari, cùm ad illum aqua immitti non poſſit.*

4 *Baptiſmo ſanguinis baptizata proles in utero exiſtens, ſalvatur, & martyr efficitur, ſi mulier prægnans pro Chriſto, vel ejus fide occidatur.*

Cap. Non ut apponeres V.

1 MAteria, vel forma, id eſt, verbum, vel elementum ubi deeſt in Baptiſmo, non eſt Baptiſmus. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Butr. Hoſt. Anchar. Henric. Panorm. Vivian. *in ration. libri 3. Iuris Pontif. pag.* 416. Alagona *in compend. Iuris Canon. pag.* 540. remiſſivè Ximen. *in concord. part.* 1. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 3. *Decret. lib.* 3. *tit.* 37. *cap.* 5.

2 *Et elementum.*] Materia igitur remota Baptiſmi eſt aqua naturalis. Concil. Trident. *ſeſſ.* 7. *de Baptiſmo, can.* 2. quamvis ſit putei, maris, pluviæ, balnei, etiamſi ex ſulphure, aut cinere defluat, & ſive ſit calida, ſive frigida, ſive tincta colore: unde per contrarium non eſſet materia remota Baptiſmi cerviſia, ſputum, ſeu ſaliva, ſudor, lac, urina, lachrymæ, aqua roſacea, aqua è vite profluens, aut alius liquor artificialis, ſpecie differens ab aqua naturali, itaut ſi quis ex his adhibuerit, graviter peccaret, nec validè baptizaret. Colliges ex D. Thom. 3. *p. q.* 69. *art.* 4. Sot. *in* 4. *diſt.* 3. *quæſt. unic. art.* 4. Navar. *in man. cap.* 22. *num.* 5. Card. Bellarm. *lib.* 1. *de Baptiſmo, cap.* 4. *& lib.* 12. *cap.* 1. *verſic. de materia Baptiſmi*, Henriq. *in ſum. lib.* 2. *cap.* 6. §. 1. & 2. Soar. *tom.* 3. *diſp.* 20. *ſect.* 1. Valent. *tom.* 4. *diſp.* 4. *q.* 1. *punct.* 2. Fr. Emman. *in ſum. tom.* 1. *cap.* 25. *n.* 1. Vivald. *in candelabro aureo, ubi de Baptiſmo, cap.* 2. *n.* 4. Jacob. de Graff. *in aureis deciſion. p.* 2. *lib.* 1. *cap.* 3. *n.* 16. Poſſevin. *de officio Curati, ubi de Baptiſmo, num.* 2. *&* 3. Chamer. *tract.* 2. *de Baptiſmo, cap.* 2. *dub.* 1. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 27. *n.* 10. *&* 11. Petr. de Ledeſm. *in ſum. p.* 1. *de Sacram. ubi de Baptiſmo, cap.* 3. Ægid. de Coninch. *de Sacram. & cenſur. tom.* 3. *quæſt.* 66. *art.* 4. *num.* 20. *cum ſeqq.* latè Bonac. *de Sacram. diſp.* 2. *q.* 2. *punct.* 3.

3 Unde infertur, infantem in utero matris exiſtentem minimè poſſe baptizari, cùm ad illum aqua immitti non poſſit: ita S. Thom. *d. p.* 3. *q.* 68. *art.* 11. ubi Vaſquez, & Peſant. Covar. *in cap. alma mater, p.* 2. §. 2. *n.* 8. *poſt princ.* Valent. *d. puncto* 2. *verſ. tertiò ſequitur*, Valer. Reginald. *d. lib.* 27. *n.* 16. Ægid. de Coninch. *d. tom.* 1. *q.* 68. *art.* 11. *à n.* 89. Bonac. *d. puncto* 3. *n.* 24. Baptiſmo tamen ſanguinis proles in utero exiſtens baptizata ſalvabitur, & martyr efficitur ſi mulier prægnans pro Chriſto, vel ejus fide occidatur, Sot. *d. q. unic. art.* 11. *verſ. ſecunda propoſitio*, Cajet. 2. 2. *q.* 124. *art.* 1. *ad* 1. Sà *in aphoriſmis, verbo Martyrium, n.* 3. Henriq. *in ſum. lib.* 2. *cap.* 22. §. 4. *& cap.* 38. §. 2.

Cap. Licèt VI. & ult.

1 GRæcis præcipitur ne baptizent eos, qui fuerunt baptizati à Latinis ſub pœna excommunicationis, & depoſitionis ab officio, & beneficio, nec debent reputare coinquinata Altaria, ſuper quibus Latini celebrarunt, & conſequenter nec lavare antequam ſacrificent. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Butr. Hoſt. Henric. Anchar. Panorm. Vivian. *in ration. libri* 3. *Iuris Pontif. pag.* 434. Alagona *in compend. Iuris Canon. pag.* 539. remiſſivè Ximen. *in concord. p.* 1. & 2. deſumitur ex Concil. generali Lateran. ſub Innoc. III. *cap.* 4. & refertur ab Ant. Auguſt. *collect.* 3. *Decret. lib.* 3. *tit.* 16. *cap.* 1.

Baptizatos etiam à Latinis ipſi Græci, &c.] Sic & 2 eodem modo Latini, qui utuntur forma Græcorum, validè baptizant, quamvis graviter peccarent non ſervando ritum Eccleſiæ ſuæ in re gravi, & utendo alio modo, quàm conſueto: ita Soar. *tom.* 3. *diſp.* 21. *ſect.* 2. *concl.* 1. *verſ. rurſus inquiri poteſt*, Vivald. *in candelabro aureo, ubi de Baptiſmo, cap.* 2. *num.* 9. Jacob. de Graff. *in aureis deciſ. p.* 2. *lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 27. Henric. Toler. & plures alii, quos refert Bonac. *de Sacram. diſp.* 2. *quæſt.* 2. *punct.* 4. *num.* 4.

De Preſbytero non baptizato.

Tit. XLIII.

SUPER hanc rubr. ſcripſerunt Zabarel. Joan. Andr. Butr. Anch. Panor. Guillelm. Durand. *in breviario aureo juris Canon. fol.* 116. Joan. de Londris *in breviario ſanctorum Canon. fol.* 176. Martin. Meſnart. *in epitom e Decret. fol.* 150. *verſo*, Petr. de Ravenna *in compendio Iuris Canon.* Dan. Venat. *in analyſi methodica Iuris Pontif. à pag.* 508. Goffred. & Hoſt. *in ſum. hujus tit.* Alex. Caſan. & Anaſt. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decret.* Barthol. Carthagena *in expoſit. tit. Iuris Canon.* noviſſimè Joan. Honor. *lib.* 3. *ſum. in Decret.* omnes ſub hoc tit.

SUMMARIUM.

1 *Ordinis characterem non recipit qui non baptizatus ordinatur*, & num. 2.

3 *Ordines illi, qui non eſt confirmatus, validè, quamvis non licitè conferri poſſunt.*

Cap. Si quis Presbyter I.

Ex Concil. apud Compendium.

PReſbyter ſi cognoſcatur quod non fuerit baptizatus, denuò debet ordinari, & iterum baptizari. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Joan. Andr. Butr. Hoſt. Henric. Anchar. Panorm. Cened. *collect.* 98. Viv. *in ration. lib.* 3. *Iuris Pontif. pag.* 439. Alagona *in compend. jur. Canon. pag.* 541. remiſſivè Ximen. *in concord. p.* 1. deſumitur ex Conc. apud Compendium *cap.* 15. refertur à Burchard. *lib.* 4. *Decretor. cap.* 74. & Ivo. *p.* 1. *cap.* 288. & ab Ant. Auguſt. *collect.* 2. *Decret. lib.* 5. *tit.* 33. *cap.* 1. 1

Hinc eandem concl. ex hoc text. deſumunt Petr. 2 de Ledeſma *in ſum. part.* 1. *de Sacram. ubi de Sacramento Ordinis, cap.* 6. *concl.* 2. Ægid. de Coninch. *de Sacram. & cenſur. tom.* 2. *diſp.* 20. *dub.* 10. *n.* 96. *concl.* 2. Bonac. *de Sacram. diſp.* 8. *quæſt. unic. punct.* 5. *num.* 6. Campan. *in diverſorio Iuris Can. rubr.* 1. *num.* 23.

Utrùm autem idem dicendum ſit de illo, qui Con- 3 firmatione caret? Reſpondeo negativè; nam Ordines ei, qui non eſt confirmatus, validè, quamvis non licitè conferri poſſunt: validè quia Ordo non neceſſariè ſupponit characterem Confirmationis; non licitè tamen, quia in Concil. Trident. *ſeſſ.* 23. *de reform. cap.* 4. prohibentur initiari Tonſura, qui Sacramentum

Confitmationis non ſuſceperunt, quare ita tenent D.Thom. *in ſuppl. ad 3. part. quaeſt.35.art.4.* Sot. *in 4. diſt.22. art.4. circa finem*, Vict. *in ſum. de Sacrament. concl.*234. Navarr. *in man. cap.22. num.* 9. Henriq. *in ſum.lib.10.cap.14.in comment. lit.P*, Valent. *in 3. part. D.Thomae, diſp.5.quaeſt.2. punct.2.verſ. characterem*, ſubjungens neque tranſgreſſionem iſtam habere aliquam cenſuram annexam, Soar. *tom.3.diſp.38.ſect.*11.Valer. Reginald. *in praxi rerum fori poenit.lib.28.n.34.* Ægid. de Coninch. *de Sacram.& cenſuris, tom.1. q.72. art.8. num.90.& tom.2. diſp.20. dub.10. num.102.* Bonacin. *de Sacram. diſp.8. quaeſt.unic. punct.5. num.9.* Campan. *in diverſorio juris Canon. rubr.26.*

SVMMARIVM.

1 *Baptiſmi omiſſio non nocet credenti probabiliter ſe eſſe baptizatum.*

2 *Ordines aſſumens ille qui non eſt baptizatus, ſe tamen baptizatum credens, an illos receperit, Chriſtive corpus celebrando conficiat, oſtenditur.*

3 *Baptiſmus praeſumitur in mortuo.*

Cap. Apoſtolicam II.

Innoc. III.

1 PReſbyter non baptizatus, ſi mori contingat, ſalvatur, quia perſeverantia in fide, & confeſſione Chriſti, hoc eſt, Baptiſmus in voto, quando non poteſt in re, ſolvit peccatum originale, ex Auguſtino, & Ambroſio, & ſic poſſumus offerre ſacrificia, & preces in Eccleſia pro eo. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Butr. Hoſt. Anchar. Henric. Panorm. Viv. *in ration. lib. 3. Iuris Pontif. pag.* 440. Alagona *in compend. Iuris Canon. pag.*541. remiſſivè Ximen. *in concord. part.1. & 2.* refertur ab Ant. Auguſt. *collect.2.Decret. lib.5.tit.35.cap.2.*

2 Quaeſtio eſt dubia *in praeſenti text.* diſputari ſolita, utrum ille, qui non baptizatus, ſe tamen baptizatum credens (utpote ſi natus è Chriſtianis parentibus, atque adeò inter Chriſtianos fideliter converſatus fuerit,) Ordines procuravit aſſumere, illos receperit, Chriſtive corpus celebrando conficiat, quod ſibi, aliiſque proſit tanquam Sacramentum? in qua *gloſſ. fin. in praeſenti*, arbitratur iſtum non eſſe Sacerdotem, neque conficere, ſed bene quoad ſe, qui credebat conficere, & quoad alios idem credentes tanquam verum Sacramentum conficere, ſibique & recipientibus prodeſſe. Ang. verò *in ſum. verb. Baptiſmus 7. n.12.* putat hunc Sacerdorio inſignitum conficere non in virtute ſua, ſed Eccleſiae, falsò tamen id S.Thomae tribuens. Verùm S.Thom. *in 4. ſentent. diſt.* 24. affirmat Ordinem non recipere, nec conficere, nec abſolvere, piè tamen credendum cenſet ſummum Sacerdotem quoad effectus Sacramentorum ſupplere, neque fore permiſſurum hoc ita latere, cùm inde maximum Eccleſiae poſſet imminere periculum, ſequuntur Sylv. *verb. Baptiſmus, num.3.* & Sot. *in 4. diſt.24. q.1. art.4. circa fin. verſ. ad tertium*, Campanil. *in diverſorio Iuris Canon. rubr.2. num.* 23. ubi *num.* 24. differit an qui caret Baptiſmo, ſi fuerit in Epiſcopum aſſumptus, aliis conferat Ordines.

3 Notatur hic text. ad hoc, quod Baptiſmus praeſumitur in mortuo, ut per Afflict. *in conſtit. Neapol.* incip. *Si damna clandeſtina, rubr.17. num.8. lib.1.* Jacob. Caſtellan. *de canonizat. Sanctorum, quaeſt.4. art.2. num.5.* ubi D. Contelor. *in addit. num.12. & 13.* reſolvit quod Baptiſmus in vivente non praeſumitur, & citat Alciat. *de praeſumpt. reg. 2. prſumpt. 4. num. 1.* Menoch. *in ſimili tract. lib. 6. praeſumpt. 14. num.7.* Afflict. *d.rubr.26. num.68.*

SVMMARIVM.

1 *Ordinari non poteſt qui non fuerit baptizatus, & ſi de facto ordinetur, non recipit Ordinis characterem, licet credatur baptizatus.*

2 *Baptiſmus eſt fundamentum omnium Sacramentorum.*

3 *Ordinis characterem minimè recipit non baptizatus.*

4 *Anima in favorem tutius eſt ſequendum.*

5 *Ordinatus, vel abſolutus ab Epiſcopo non baptizato, ſalvus ſit propter fidem Sacramenti.*

6 *Baptizatus praeſumitur natus inter Chriſtianos.*

Cap. Veniens III. & ult.

1 QUamvis aliqui exiſtimaverint non baptizatum ſi ordinetur accipere characterem, quia etſi non per Sacramentum Baptiſmi, ſaltem per Fidem factum eſt membrum Chriſti, habens in ſe fundamentum, id eſt Chriſtum, praeſertim quia ſine hoc Sacramento poteſt ſumi Sacramentum conjugii: ergo & Ordinis, tamen quia Concil. *in cap.1. ſuprà, hoc tit.* determinat oppoſitum tanquam tutius, ideo Preſbyter non baptizatus eſt iterum baptizandus, & ordinandus, nec dicetur reiteratum quod ambigitur eſſe factum: nec malè de Sacramento ſentitur cum ex neceſſitate, non ex contemptu reiteratur. Item, qui eſt natus ex parentibus Chriſtianis, & inter Chriſtianos eſt fideliter converſatus, ita praeſumitur eſſe baptizatus, ut haec praeſumptio ſit habẽda pro certitudine, donec evidentiſſimis argumentis forſan contrarium probetur. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Anan. Hoſt. Butr. Henric. Anch. Panorm. Viv. *in ration. libri 3. Iuris Pontif. pag.*440. Alagona *in compend. Iuris Canon. pag.*541. remiſſivè Ximen. *in concord. part.1.* refertur ab Anton. Auguſt. *collect. 5. Decretal. lib.3. tit.21. cap.unic.*

2 *Vt cùm baptiſmus ſit fundamentum omnium Sacramentorum.*] Vide Campan. *in diverſorio Iuris Canon. rubr.1. num.15.* Si enim reſpiciamus Ordinem eſſentialem Sacramentorum, Baptiſmus ſibi vendicat primum locum, eſt enim janua omnium Sacramentorum, itaut alia Sacramenta invalidè ſuſcipiantur nondum ſuſcepto Baptiſmo. Praeterea ſi ſuſpiciamus ordinem neceſſitatis, primum locum tenet Baptiſmus, deinde Poenitentia, quia nullus ſalvari poteſt ſine Baptiſmo, vel etiam ſine Poenitentia poſt lapſum in peccatum. Si verò reſpiciamus ordinem perfectionis, primus locus debetur Euchariſtiae, quia continet Chriſtum verae ſanctitatis Auctorem, S.Thom.3.*part.q.65. art.3. in corp.* ubi Nugnus *concl.1.* & Coninch. *art.2. & 3.* Valent. *tom.4. diſp.3. quaeſt.6.punct.3.* Henriq. *in ſum.lib.5. cap.6.§.5.* Chamer. *de Sacram.cap.6.* Sayr. *de Sacram. in genere, lib.6.cap.3.quaeſt.unica.*

3 Notatur etiam ad hoc, quod non baptizatus minimè recipit characterem Ordinis, ut per Fr.Emman. *in ſum. tom.2. cap.17. num.10.* Bonac. *de Sacram. diſp.1. q.5.punct.3.num.3. & diſp.8. q.unic. punct.5. num.7.* & alios relatos *ad cap.1. num.1. ſup.hoc tit.*

4 *Quod tutius eſt ſequentes.*] Notatur ad hoc, quod in favorem animae tutius eſt ſequendum, ut per Tiraq. *de privileg. pia cauſa, privil.165. & de retract. lignag. §.9.gl.3.n.9.* Nav. *in man.praelud.1.n.3. & 4. & cap.25. num.6.* Riminal. *conſ.*358. *à num.*160.

Sed

5 *Sed per fidem Sacramenti.*] Notatur ad hoc, quod ordinatus, vel abſolutus ab Epiſcopo non baptizato, ſalvus ſit propter fidem Sacramenti, ut per Azot. *inſt. moral. p.2. lib.3. c.48. q.1.*

6 *Et certè de illo, qui natus eſt de Chriſtianis*, &c.] Vide dicta *ad cap. de quibus 2. verſ. tertiò infertur, de Baptiſmo.* Natus enim inter Chriſtianos præſumitur baptizatus, Jacob. Caſtel. *in tract. de canonizat. Sanctorum, q.4. art.2. n.6.*

De Cuſtodia Euchariſtiæ, &c.

Tit. XLIV.

SUper hanc rubr. ſcripſerunt Zabar. Joan. Andr. Butr. Anch. Panorm. Guillelm. Durand. *in breviar. aureo fol. 116. verſo*, Joan. de Londris *in breviario ſanctorum Canon. fol. 176.* Martin. Meſnart. *in epitome Decret. fol. 150. verſo*, Petr. de Raven. *in compend. juris Canon.* Dan. Venat. *in analyſi methodica juris Pontif. pag. 508.* Goffr. & Hoſt. *in ſum. hujus tit.* Alex. Caſan. & Anaſt. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decret.* Barth. Carthagena *in expoſit. tit. juris Canon.* Joan. Honor. *lib. 3. ſum. in Decretal.* omnes *ſub hac rub.*

De materia tit. vide Bernard. & Salzed. *in pract. Canon. c.45. in noviſſ. edit.* Fuſch. *de viſit. & regimine Eccleſ. lib.1. c.5. & 6.* Et de Sanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento in Sacrario conſervandæ, vide Henriq. *in ſum. lib.8. c.1. §.7. in commento, lit. V*, Cened. *ad Decret. collect. 51. n.1.* Zerol. *in praxi Epiſc. p.1. verbo Euchariſtia.* Card. Baron. *tom.1. annalium Eccleſiæ, anno Chriſti 57. pag. mihi 566.* Jacob. Gretſer. *de ſancta Cruce, tom.1. lib.2. c.33.*

SUMMARIUM.

1 *Euchariſtia, & Chriſma debent fideliter ſub clavibus cuſtodiri, & contrà facientes ſunt puniendi.*

2 *Chriſma, conſecratumque Oleum catechumenorum, & infirmorum quomodo aſſervandum ſit, oſtenditur.*

3 *Euchariſtiæ Sacramentum furans quibus pœnis ſit puniendus, oſtenditur,* & n.4.

5 *Clericus, qui non diligenter cuſtodierit Euchariſtiæ Sacramentum, ab officio tribus menſibus ſuſpenditur; ſi verò inde aliquid nefarium advenerit, judicis pœna arbitraria punitur.*

Cap. Statuimus V.

Innoc. III.

1 EUchariſtia, & Chriſma debent fideliter ſub clavibus cuſtodiri, & ſi is ad quem ſpectat cuſtodia, incautè illa relinquit, ſuſpendi debet ab officio tribus menſibus, & ſi pro ejus incuria nefandum quid acciderit, graviori pœna puniri debet. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Butr. Hoſt. Henric. Anch. Panorm. Viv. *in rationali lib.3. juris Pontif. pag. 440.* Alagona *in compend. juris Canon. pag. 542.* remiſſivè Ximen. *in concord. p.1.* deſumitur ex Concil. generali Lateranenſi ſub Innoc. III. *c.20.* & refertur ab Ant. Auguſt. *collect. 4. Decret. tit. 34. de Baptiſmo, c.2.*

2 *Chriſma, & Euchariſtia ſub fidei cuſtodia*, &c.] Circa Chriſmatis, conſecratique Olei catechumenorum, & infirmorum aſſervationem, eleganter Fuſch. *de viſit. lib.1. c.6. n.14.* hæc animadvertit. Atque adnotetur in quibus vaſibus aſſerventur, quod ſint argentea, ubi facultates Eccleſiæ ſuppetunt, vel ſaltem ſtannea, benè cooperta, & cum inſcriptione ſua de oleo, quod in unoquoque vaſculo continetur, ne in adminiſtratione confuſio eveniat, errorque ſuccedat, unum pro alio adminiſtrando: loco honeſto, & decenti recondantur; non tamen in tabernaculo Sanctiſſimæ Euchariſtiæ, ubi nihil præter ipſam ſtare debet, nec patiatur eadem tria vaſa ſtare unita, ſed vas olei infirmorum omninò ſeparatum ab aliis; poteſt tamen ferri, quod in multis ſervatur Eccleſiis, vaſa Chriſmatis, & Olei Catechumenorum eſſe juncta cum bombyce mixtim oleo, quæ tamen retineantur debita ſolennitate, omni maculâ purgatâ, & ſub clavibus fideliter cuſtodiantur. Circa verò cuſtodiam, ſub qua habenda eſt Sanctiſſima Euchariſtia, dixi *ad cap. ſanè 10. de celebrat. Miſſarum.*

3 *Ne poſſit ad illum temeraria manus*, &c.] Sceleſtiſſimum hominem, qui furatus fuit Calicem, in quo aderat Sanctiſſimum Sacramentum Euchariſtiæ, & illud manducavit, fuiſſe in loco Eccleſiæ ſuſpenſum, & poſtea in fruſta ſciſſum, teſtantur Boër. *deciſ. 254. n.15. in fine*, & plures, quos refert Farin. *in praxi crim. q.72. n.62.* Petr. Greg. *ſyntagm. juris lib.37. c.15. ſub tit. de pœnis veri ſacrilegii, n.2. in fine, verſ. ego ſemper*, ubi dicit ſemper in ea fuiſſe opinione, quod ſacrilegi, qui impia & deteſtanda manu ſacram Euchariſtiam contrectaverint, ſeu arculam, in qua ponitur, tollerent, igne vivi comburendi ſunt ob ſacrilegium, & impietatem. Decian. *in tract. crim. lib.6. c.30. n.38. & c.32. n.6.* aſſerit ſacrilegium commiſſum in Euchariſtiam gravius eſſe, quàm occidere Papam.

4 O indignum facinus, eò ergo proceſſit hominum furor, ut quod dæmones ipſi verentur, credunt, & contremiſcunt, quod ipſi dæmones aſpicere non audent, homo dæmone ipſo (quantum ad hoc) pejor fiat, ut Sacroſancta eſca, & potu vitali, cœleſti alimonia, pane vitæ, eſca vitæ, vita ipſa, poculo æternæ ſalutis, convivio dominico, viatico tuto peregrinationis noſtræ, paſchate Chriſtianorum, manna abſcondito, pane Cœli, pane Angelorum, Sacramento Sacramentorum, ſpe ſalutis noſtræ, ſalute noſtra ipſa in ſacrilegis abutantur ſuperſtitionibus. O Bone Jesu, iterum Judam? adhuc ſatellites, & carnifices crucifigentes? etiamnum membra diaboli in Sanctiſſimam Carnem, & pretioſiſſimum Sanguinem tuum ſævientes ſuſtines? quàm verè ſcriptum eſt: *Miſerationes tuæ ſuper omnia opera tua.*

5 *Si verò is*, &c.] Notatur ad hoc, quod Clericus, qui non diligenter cuſtodierit Euchariſtiæ Sacramentum, ab officio tribus menſibus ſuſpenditur; ſi verò inde aliquid nefarium evenerit, judicis pœna arbitraria punitur, ut per Bernard. *in pract. c.45. in noviſſ. edit.* Menoch. *de arbitr. caſu 410.*

SUMMARIUM

1 *Supellectilia in Eccleſiis poni non debent, niſi neceſſitas urgeat. Eccleſiæ debent ſua vaſa, & veſtimenta mundè tenere.*

2 *Laicorum, & Clericorum ornamenta propria, & ſupellectilia in Eccleſiis poni non debent, niſi propter hoſtiles incurſus, aut incendia repentina.*

3 *Promiſſionis cauſa ceſſante, ceſſat & ipſa promiſſio.*

 4 *Neceſſi*

4 *Neceſſitatis cauſa ceſſante, ceſſat quod ob cauſam ſtatutum eſt.*
5 *Corporis ornatum infucatum ſicut laudamus, ita diſſolutos, & fractos veſtibus non recipimus.*
6 *Clerici debent incedere ornati veſtibus, non tamen ad jactantiam.*

Cap. Reliqui II. & ult.

1 SUpellectilia Clericorum, vel Laicorum in Eccleſiis admitti non debent, niſi propter hoſtiles incurſus, aut repentina incendia, aut alias urgentes neceſſitates, & neceſſitate ceſſante, res ad priſtina loca reportandæ ſunt. Oratoria, vaſa, corporalia, veſtimenta, pallæ Altaris munda, & nitida conſervari debent, quia nimis videtur abſurdum in Sacris ſordes negligere, quæ dedecerent etiam in prophanis. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Butr. Hoſt. Anch. Henric. Panorm. Viv. *in ration. lib.* 3. *juris Pontif. pag.* 441. Alagona *in compend. juris Canon. pag.* 542. remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. deſumitur ex Concil. Later. ſub Innoc. III. *c.* 19. & refertur ab Ant. Auguſt. *collect.* 4. *Decret. lib.* 3. *ſub tit. de Immun. Eccleſ. c.* 1.

2 Probat hic text. ornamenta Laicorum, & Clericorum propria, & ſupellectilia in Eccleſiis poni non debere, niſi propter hoſtiles incurſus, aut incendia repentina, ſeu ob alias neceſſitates urgentes, quibus ceſſantibus res in loca priſtina reportari debent, ut per Rebuff. *in comment. ad l. ſignatorius* 74. *in fin. ff. de verb. ſignif. pag.* 354.

3 *Ceſſante cauſa conceſſionis*, &c.] Notatur ad hoc, quod ceſſante cauſa promiſſionis, ceſſat & ipſa promiſſio, ut per Tiraq. *in tract. ceſſante cauſa, p.* 1. *n.* 52. & 224. Joſeph. Ludov. *Peruſ. deciſ.* 43. *n.* 10. Surd. *de aliment. tit.* 8. *privil.* 2. *n. ult.* & *deciſ.* 260. *n.* 1. Farin. *in praxi crimin. p.* 1. *q.* 29. *n.* 75.

4 *Neceſſitate ceſſante.*] Notatur ad hoc, quod neceſſitatis cauſa ceſſante, ceſſat quod ob cauſam ſtatutum eſt, ut per Tiraq. *d. p.* 1. *n.* 148.

5 *Nimis enim videretur abſurdum*, &c.] Notatur ad hoc, quod ſicut ornatum corporis infucatum laudamus, ita & diſſolutos, & fractos veſtibus non recipimus, ut per Tiraq. *ad l.* 3. *connub. gloſſ.* 1. *part.* 3. *n.* 53. & *ſeq.*

6 In gloſſ. *In prophanis*, ibi, *Et ita eſt arg. quod Clerici debent incedere ornati veſtibus, non tamen ad jactantiam.* Hoc ipſum deſcribit D. Hieron. *epiſt.* 2. *ad Nepot. c.* 11. Veſtes pullas æquè devita ut candidas, ornatus & ſordes pari modo fugiendæ ſunt: quia alterum delicias, alterum gloriã redolet. Quod monet ad Euſtoc. *epiſt.* 22. *c.* 12. Veſtis, ait, nec ſatis munda, nec ſordida, & nulla diverſitate notabilis, ne ad te obviam prætereuntium turba conſiſtat, & digito monſtreris. In S. Auguſtino prædicat Concil. Aquiſgran. *c.* 124. quod de hoc præſtantiſſimo Epiſcopo, & Doctore Poſſidius Calamenſis Antiſtes ſcribit in ejus vita, *c.* 22. Veſtis ejus, calceamenta, & lectualia, ex moderato, & competenti habitu erant, nec nitida nimium, nec abjecta plurimùm; quia his plerumque vel jactare ſe inſolenter homines ſolent, vel abjicere ex utroque, non quæ Jesu Christi, ſed quæ ſua ſunt iidem quærentes. Aſt iſte Beatus, ut dixi, medium tenebat, neque in dexteram, neque in ſiniſtram declinans. Plures alias auctoritates in hanc rem adducit Giſbert. Schevichavius *de Eccleſiaſticorum vita, moribus, & officiis, lib.* 3. *c.* 68. *cum ſeqq.* & præcipuè *c.* 60. & ego ipſe *de offic. & poteſt. Epiſc. p.* 1. *tit.* 2. *gloſſ.*.

De Reliquiis, & Veneratione Sanctorum.

Tit. XLV.

SUper hanc rubr. ſcripſerunt Zabar. Butr. Joan. Andr. Anch. Panorm. Guilelm. Durand. *in breviario aureo juris Canon. fol.* 116. Joan. de Londris *in breviario ſanctorum Canonum, fol.* 176. *verſo*, Martin. Meſnart. *in epitome Decret. fol.* 151. Petr. de Ravenna *in compend. juris Canon.* Dan. Venator *in analyſi method. juris Pontif. à pag.* 509. Goffred. & Hoſt. *in ſum. hujus tit.* Alex. Caſan. & Anaſt. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decret.* Barth. Carthag. *in expoſitione titulorum juris Canonici*, Zipæ. *in analyt. poſtremi juris Eccleſiaſtici enarrat. pag.* 305. noviſſimè Joan. Honor. *lib.* 3. *ſum. in Decret.* omnes *ſub hac rubr.*

De materia tit. agunt Concil. Trid. *ſeſſ.* 25. *ſub tit. de invocatione, veneratione, & reliquiis Sanctorum, & ſacris Imaginibus*, S. Thom. 3. *p. q.* 25. *art.* 6. Chaſſan. *in Catalogo gloriæ mundi, p.* 3. *conſid.* 22. *cum ſeqq.* & *conſ.* 43. Melch. Can. *de locis Theolog. lib.* 5. *c.* 5. Jacob. Caſtel. *de canonizatione Sanctorum*, manuſcriptus cum addit. eruditiſſimi viri D. Felicis Contelorii, Joan. Baptiſta Signius *in tract. hujus tit.* Andr. Molfeſ. *conſil.* 46. Dominic. Anfoſſ. *de ſacrarum Reliquiarum cultu*, Malver. *in tract. de canonizatione Sanctorum*, Fr. Angel. Roch. *in ſimili tract.* Galganet. *de jure publico, lib.* 3. *tit.* 66. Paul. Fuſch. *de viſit. lib.* 1. *c.* 8. Azeved. *ad l.* 3. *tit.* 1. *lib.* 1. *nova recop.* Card. Bellarm. *in ſuis controverſ. lib.* 1. *de Sanctis, c.* 1. *cum ſeqq.* Soar. *in* 3. *p. D. Thomæ, tom.* 1. *q.* 25. *art.* 6. *diſp.* 55. Valent. 2. 2. *diſp.* 6. *q.* 11. *puncto* 6. Vaſq. *de adoratione Imaginum, lib.* 3. *diſp.* 3. *à n.* 78. Azor. *inſt. mor. p.* 1. *lib.* 9. *c.* 8. *cum ſeqq.* & *p.* 2. *lib.* 5. *c.* 6. Fr. Emman. *qq. Regul. tom.* 3. *quæſt.* 55. *art.* 1. Sanch. *in præcepta Decalog. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 44. plures apud Cened. *ad Decret. collect.* 52. Franc. Carraſc. *in explic. ad aliquas leges novæ recop. c.* 5. Fagund. *in quinque Eccleſiæ præcepta, præc.* 1. *lib.* 1. *c.* 4. & aliqua dixi *de offic.* & *poteſt. Epiſc. p.* 3. *alleg.* 97. Quo autem tempore Romani Pontifices cœperint Confeſſores referre inter Sanctos ſolenni quodam ritu, & cæremonia, vide Fr. Hieron. Romanum *lib.* 4. *de Republica Chriſtiana, c.* 7. Ambroſ. de Morales *p.* 1. *chronicæ Hiſpaniæ, lib.* 14. *c.* 29. *fol.* 136. *verſo*, Azor. *d. p.* 2. *lib.* 5. *c.* 6. *q.* 2.

SUMMARIUM.

1 *Papa ſine licentia non debet aliquis venerari pro Sancto.*
2 *Ebrietas quando ſit peccatum mortale, oſtenditur.*
3 *Papa ſolus poteſt Sanctos canonizare.*
4 *Sancta Elizabetha canonizatur die* 25. *Maii* 1625.
5 *Papa non poteſt errare in Sanctorum canonizatione.*
6 *Epiſcopi non poſſunt Sanctos canonizare.*
8 *Canonizare Sanctos non poteſt Legatus à Latere, etiam ex commiſſione Papæ.*
8 *Concilium univerſale non poteſt per ſe ſolum Sanctos canonizare, niſi interveniente Papa auctoritate.*

Cap

Cap. Audivimus I.

Alex. III.

1 NUlli licet venerari aliquem pro Sancto, etiamſi fierent miracula per eum,ſine auctoritate Papæ, & multo minùs ſi ebrietate fuerit occiſus. Colligunt ex Ordin.Abb.antiq.Innoc.Collect.Zabar.Joan.Andr. Butr.Hoſt. Henric.Anchar. Panorm. Ced. *collect.*52. Vivian. *in ration. lib.*3. *Iuris Pontif.pag.*432. Alagona *in compend. Iuris Canon. pag.* 543. remiſſivè Ximen. *in concord. p.* 1. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.*2. *Decret. lib.*3.*tit.*27.*cap.unic.*

2 *Cùm vix pro talibus in ebrietate*, &c.] Ergo ebrietas eſt peccatum mortale, de quo vide Nav. *in man. cap.*23. *num.*121. Perez *ad rubr. tit.*8.*col.*3. *lib.*8.*Ord. pag.*204. ubi intelligit eo caſu, quo quis ſcit poteſtatem quam in ſe vinum habere ſolet, & nihilominus bibit inordinatè ad finem ſe inebriandi. Et de ebrietatis deteſtandæ vitio vide Bernardum Græværum *ad practic. Cameræ Imper.lib.*2. *concl.*110. *in coronide, n.*5. & alios plures citatos *ad cap. à crapula* 14. *num.* 3. *de vita & honeſt. Cleric.*

3 *Non liceret vobis ipſum pro Sancto abſque auctoritate Romanæ Eccleſiæ*, &c.] Notatur ad hoc, quod ſolus Romanus Pontifex poteſt Sanctos canonizare, ut per Innoc. *n.*2. Butr. *n.*7. Hoſt. *n.*7. & Joan.Andr. *n.*5. *in præſenti*, S.Anton. *in ſum. p.*3.*tit.*22.*cap.*5.§.5. Tabien. *verbo Canonizatio, n.*1. *in fin.* Greg.*l.*66. *gloſſ.*2. *tit.*14. *p.*1. Auguſt.Triumph. *de poteſtate Eccleſiæ, q.*14.*art.*1. Malvet. *de canonizatione Sanctorum, dub.*2. *n.*5. *& ſeq.* Angel. Roch. *in ſimili tract. cap.* 4. Ludov. Carbo *in ſumma ſummarum, tom.*3.*lib.*1. *cap.*17. *verſ.tertium dictum*, Domin. Anfoſ. *de ſacrarum reliquiarum cultu*, §.23.*num.*25. Luyſ.Turrian. 2.2. *diſp.*17. *dub.*2. Card. Bellarm. *de Sanctorum beatitudine, tom.*1. *p.*2.*lib.*1. *c.*8. Maſcard. *de probat.concl.*262. *n.*50. Azor. *inſtit. moral. p.*2. *lib.*5. *cap.*6. *q.*1. Cened. *ad Decret. collect.*52. *n.*4. Marc.Anton. Genuenſ. *in pract. Archiep. Neap.cap.*51. *in fin.* Valer.Reginald. *in praxi fori pœnit.lib.*19.*num.*6. *in fin.* Hæc calamo exarabam cum abhinc tribus diebus,die ſcilicet Dominica 25. Maii, hoc eodem anno 1625. quo Eccleſia feſtum ſanctiſſimæ Trinitatis,

4 ſanctique Vrbani coluit, S.D.N. Vrbanus VIII. Pontifex Opt.Max. noſtram ſanctam Elizabetham Portugaliæ Reginam albo aliorum Eccleſiæ Sanctorum adſcripſit, & in eorum numerum retulit, cujus canonizationi Regio apparatu factæ, omnibuſque ejus cæremoniis præſens fui ego, qui olim ejus corpus in Monaſterio ſanctæ Claræ civitatis Conimbricenſis, dum ibi Pontificio, & Cæſareo Juri operam darem, poſt 276. annos à die obitus integrum, & incorruptum vidi, die ſcilicet 25.Aprilis 1612.aderant præſentes Illuſtriſſ. & RR. D. D. Alphonſus de Caſtelobranco Epiſcopus Conimbricenſis, D.Martinus Alphonſus Mexia tunc Leirienſis, poſteà Lamacenſis, & Conimbricenſis Epiſcopus, D.Franciſcus Vaz Pinto, Regii Senator Palatii, judices commiſſarii ad inquirendum de vita & miraculis ſanctæ Elizabethæ,aderat Rector Academiæ D. Joannes Coutinius, poſteà Epiſcopus Algarbienſis, nunc Lamacenſis, unà cum ſapientiſſimis Theologiæ, Juris Canonici, & Civilis, ac Medicinæ profeſſoribus: adfuere etiam alii cùm Religioſi, tum ſæculares, quos vel auctoritas ſua, vel judicum benevolentia admiſit. Faxit Deus, ut illius meritis, & interceſſione ab omni periculo, malo, & adverſitate liberemur. Innumera enim ab ea geſta ſunt miracula, quorum fama multi variis infirmitatibus, & morbis oppreſſi ex tota Luſitania ad Sacrum illius tumulum perducti ſanitatem recuperarunt, & à morbis in conſpectu totius Conimbricenſis populi, & illius nobiliſſimæ Academiæ liberati fuerunt, inſigne Elizabethæ ſanctitatis teſtimonium, & perfidorum confuſio hæreticorum, nequit enim Romanus Pontifex errare in Sanctorum canonizatione, ut docent S. Antonin. 5
*in ſum.p.*3.*tit.*12.*cap.*8.§.2. Auguſt. de Ancona *d.q.*14. *art.*3. Cajet. *de Indulg.cap.*8.*verſ.ad id verò*, Cov.*lib.*1. *var.cap.*10. *num.*13.*in princ.* Jacob.Caſtellan. *de canonizatione Sanctorum, quaſt.*9. *art.* 3. ubi D. Contelor. Driedon. *de dogmatib. cap.*1.*fol. mihi* 207. Arag. 2. 2. *quaſt.*1. *art.*10.*tit.de Summo Pontif. col.pen. in* 2. *concl.* Turrecrem. *in defenſorio revelationum S. Brigidæ, c.ult.* Viguer. *inſtit.Theolog.de virtute Fidei,cap.*10.§.3.Card. Bellarm. *de Sanctorum beatitudine, tom.*1. *lib.*1. *cap.*9. Maluet. *d.tract.de canonizat. Sanctorum, dub.*3.*num.*47. Angel.Roch. *in ſimili tract.c.*39.*&* 40. Joan. Baptiſta Signius *in tract. hujus tit. cap.*3. Domin. Anfoſſius *de ſacrarum Reliquiarum cultu*,§.24.*num.*5. Valent. *in* 2.2. *quaſt.*1.*art.*10. Azor. *d.p.*2.*lib.*5. *cap.*6.*quaſt.*5. Cened. *d.collect.*52. *num.*6. Card.Cæſ.Baron. *tom.*1. *annalium Eccleſiæ, anno Chriſti* 55.*cap.*15.*pag. mihi* 488. Carbo *in ſum.ſummarum, tom.*3.*lib.*1. *cap.*17. Luyſ. Turrian. *in* 2.2.*diſp.*16. *de poteſtate Pontificis in ordine ad Fidei doctrinam, dub.* 4. Fagundez *in quinque Eccleſiæ præcepta, præc.*1.*lib.*1. *cap.*6.*num.*31.

Cùm igitur, ut ad rem redeamus, unde digreſſi 6
fuimus, ſolus Papa poſſit Sanctos canonizare, ſequitur Epiſcopos hoc efficere non poſſe, ut benè docent Jacob. Caſtellanus *de canonizat. Sanctorum, q.*3.*art.*1. ubi D.Contelor. *num.*17. Maluet. *in ſimili tract.dub.*2. *num.*1. *& ſeq.* Auguſt.Triumph. *d.quaſt.* 14. *num.*2. Maſcard. *de probat. concl.*262. *num.*56. Luyſ. Turrian. *in* 2.2. *diſp.*17. *dub.*2. *verſ.idem dicendum.* Nec Lega- 7
tum de Latere, Jacob. Caſtellan. *d.q.*3. *art.*2. *num.*3. & quod majus eſt, nec etiam ex commiſſione Pontificis, ut tenent Alphonſ. de Caſtro *de juſta hæreticor. punit. lib.*1. *cap.*6. *col.*4.*verſ. rurſus*, optimè D.Contelor. *in addit.ad Iacob. Caſtellan. d.quaſt.*3. *art.*2. *num.*4. ex eo probat, quia Papa non poteſt delegare poteſtatem definiendi res Fidei alteri, Aragon. *in* 2. 2. *q.*1. *art.*10. *in tract. de Concil. verſ. tertia concluſio, in fine, & verſ. ad primum arg.* Bannes etiam *in* 2. 2. *quaſt.*2. *art.*10. *dub.*4. *verſ. quapropter.* Et quod etiam Conci- 8
lium univerſale non poſſit per ſe ſolum Sanctos canonizare, niſi interveniente Romani Pontif. auctoritate, reſolvunt Jacob. Caſtellan. *d.q.*3. *art.*5. *à princ.* ubi D.Contelor. *à num.*10.Angel.Roch. *d.tract.cap.*4. *verſ. quod ad ſolum.*

SUMMARIUM.

1 *Sanctorum reliquiæ vendi non poſſunt, ſeu paſſim oſtendi non debent, ne circa illas populus decipi poſſit.*
2 *Reliquiæ antiquæ non poſſunt extra capſam oſtendi.*
3 *Reliquiæ Sanctorum venales exponi non debent.*
4 *Epiſcopos non poſſe examinare, publicare, & approbare nova miracula hominis defuncti non canonizati, oſtenditur.*
5 *Solemnes preces, & publicas fundere non licet defuncto non canonizato.*
6 *Tabellæ votivæ, & alia hujuſmodi in ſignum gratiæ receptæ an poſſint in loco ubi corpus defuncti ſepultum eſt, affigi, oſtenditur.*

Cap. Cùm ex eo II. & ult.

Innoc. III.

1 Reliquiæ antiquæ extra capſam nullatenus debent oſtendi, nec venales exponi. Item reliquias de novo inventas nemo venerari præſumat, niſi prius auctoritate Romani Pontif. fuerint approbatæ. Item Prælati non permittant eos, qui ad eorum Eccleſias cauſa venerationis accedunt, variis figmentis, vel falſis documentis decipi, ut fieri ſolet pluribus locis occaſione quæſtus. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Hoſt. Anch. Henric. Butr. Panorm. Viv. *in ration. lib.3. Iuris Pontif. pag.442.* Alagona *in compend. Iuris Canon. pag.543.* remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. deſumitur ex Concil. generali Lateran. ſub Alex. III. *cap.62.* & refertur ab Anton. Auguſt. *collect.4. Decret. lib.3. ſub tit.11. de immunit. Eccleſ. cap.2.*

2 *Extra capſam nullatenus oſtendantur.*] Notatur ad hoc, quod reliquiæ antiquæ non debent extra capſam oſtendi, ut per Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.1. lib.2. cap.43. num.21.* Fr. Emman. *quæſt. Regul. tom.3. quæſt.55. art.1. in med.* ubi ex Abb. reddit rationem, quia cùm oſtenduntur extra capſam oſſa nuda, & vetera, & antiqua, multorum devotio tepeſcit, & datur detrectatoribus cauſa obloquendi.

3 *Nec exponantur venales.*] Notatur ad hoc, quod Sanctorum reliquiæ venales exponi non debent, quia illarum venditio apertiſſima eſſet ſimonia, ut per Soar. *de Relig. tom.1. tract.3. de ſimonia, lib.4. cap.14. num.24.* Ugolin. *de ſimon. tab.1. cap.38. num.5.* Sanch. *d. cap.45. num.22.* Fagundez *præc.1. lib.1. cap.4. num.27.* ampliantes hujus text. deciſionem procedere etiam quando nullo pacto inito reliquiæ exponuntur paſſim cauſa quæſtus, ut largiores eleemoſynæ offerantur, Jacob. de Graff. *in aureis deciſ. p.2. lib.2. cap.14. num.7.* Azor. *inſtit. moral. part.1. lib.9. cap.8. quæſt.7.* quod non probat Fagundez *ubi ſup. num.29.*

4 *Inventas autem de novo*, &c.] Dicit hic text. quod reliquias de novo inventas nemo publicè venerari præſumat ſine auctoritate Sedis Apoſtol. Concil. verò Trid. *ſeſſ.25. in Decreto de invocatione, veneratione, & reliquiis Sanctorum, in verſ. nulla etiamſi*, ſtatuit nulla admittenda eſſe nova miracula, nec novas reliquias recipiendas, niſi eodem recognoſcente, & approbante Epiſcopo, unde poſt Franc. Carraſc. *in explicat. ad aliquas leges novæ recop.* Ego ipſe *de offic. & poteſt. Epiſcop. p.3. alleg.97. n.1.* per illud Concil. Trid. Decretum, antiquata diſpoſitione hujus text. docui poſſe Epiſcopum examinare miracula hominis defuncti non canonizati, nec beatificati, & publicare, atque approbare abſque Summi Pontif. auctoritate, noviſſimè tamen D. meus utriuſque juris prudentiſſimus D. Felix Contelor. *in addit. ad Iacob. Caſtellanum de canonizat. Sanctorum, quæſt.3. art.1.* aſſerit Concil. Trid. *citato loco*, non derogare, nec adverſari Concil. Lateran. de quo *in hoc text.* ac proinde de quo in præſenti, loqui de miraculis Sanctorum non canonizatorum, ſeu beatificatorum, cum Bertrand. *conſ.285. num.6. vol.3. p.2. ſeu vol.6.* illud verò Concil. Trid. decretum *in d. verſ. nulla etiam*, agere de miraculis, & reliquiis, & imaginibus Sanctorum canonizatorum, & beatificatorum, & citat Philiarch. *de officio Sacerdotum, tom.1. p.1. lib.3. cap.9. verſic. quintò*, Azor. *d. c.8. quæſt.8.* Sanch. *d. c.43. n.10.* Joan. Baptiſtam Signium *in tract. hujus tit. c.3. in princ.* Domin. Anſoſſ. *de Sacrarum reliquiarum cult. §.22. n.42.* Jacob. de Graff. *ſub tit. de ſentent. excommun conſ.17. à num.* 16. In hac contrarietate operæ pretium duxi Sacram conſulere Congregationem Illuſtriſſimorum DD. Cardinalium Concilii Tridentini interpretum: dubium ſic propoſui menſe Januarii hujus præſentis anni 1626. Decreto Concil. *ſeſſ.25. de invocatione, veneratione, ac reliquiis Sanctorum*, cavetur in hæc verba: *Nulla etiam admittenda eſſe nova miracula, niſi eodem recognoſcente, vel approbante Epiſcopo, qui ſimul atque de iis aliquid compertum habuerit, adhibitis in concilium Theologis, & aliis piis viris, ea faciat, quæ veritati, & pietati conſentanea judicaverit.* Quæritur an hæc Concilii diſpoſitio, quæ videtur admodum univerſalis, intelligenda ſit de miraculis perſonæ etiam non canonizatæ, an verò de miraculis Sanctorum canonizatorum duntaxat. Sacra Congregatio Cardinalium Concil. Trid. interpretum reſpondit, de omnibus eſſe intelligendam. *Coſm. Cardin. de Torres*, locus ſigilli. *Proſper Fagnanus.* Prout habetur in originali reſponſione apud me aſſervata.

Nemo publicè venerari præſumat.] Ergo loquitur de publico, aut ſolemni cultu, non autem de privatis precibus, ut per gloſſ. *verbo Sedis Apoſt. in cap. unic. hoc tit. lib.6.* Innoc. *in cap.1. in fin.* Hoſt. *num.11. ſupr. hoc tit.* Zabarel. *in præſenti, num.2. verſ. quartò*, Anchar. *num.2.* Jacob. Caſtel. *d. tract. quæſt.9. art.1.* ubi D. Contelor. *num.23.* Card. Tuſch. *verbo Canonizatio, n.10.* Nec obſtat Abb. *in d. cap.1. num.3.* dum dicit non licere aliquem colere pro Sancto, etiamſi in vita feciſſet miracula ſine auctoritate Romani Pontif. quia eum intelligit D. Contelor. quando publicè quis vellet aliquem venerari, ſecus autem ſi in occulto quis emittit preces apud eum, quem credit Sanctum. Unde ex hoc text. directè jam colliges, non licere ſolemnes preces, aut publicas fundere, defuncto non canonizato, ſeu non beatificato, ut tenent *in d. cap.1. ſup. hoc tit.* Innoc. *num.3. in fin.* Hoſt. *num.11.* Abb. *num.3. notab.2. verſ. & hoc intelligo*, S. Antonin. *in ſum. p.3. tit.12. cap.8. §.1.* Carbo *in ſumma ſummarum, tom.3. lib.1. cap.17. verſ. tertium dictum*, Bertrand. *d. conſ.285. volum.3. p.2. ſeu vol.6.* ac proinde non licere cultum ſolemnem, aut publicum exhibere, nec feſtum celebrare, nec nomen ejus in Litaniis nominare, nec in Martyrologiis deſcribere, nec in die obitus campanas pulſare, nec pingere imaginem cum Diademate, nec Templa, aut Altaria erigere, nec ejus imaginem in Templo, Oratorio, Sacriſtia, vel alio loco affigere, aut venerari? Card. Bellarm. *de Sanctorum beatif. controverſ.7. generali, lib.1. cap.10. num.1.* Luyſ. Turrian. *in 2.2. D. Thom. diſp.17. dub.11.* Philiarch. *d. tom.1. p.2. lib.3. cap.9. verſ. tertiò.*

Utrùm autem poſſint in loco, ubi corpus defuncti 6 ſepultum eſt, affigi votivæ tabellæ, & alia hujuſmodi in ſignum gratiæ receptæ? affirmant Viguier. *in inſtit. Theolog. tit. de virtute Fidei, cap.10. §.1.* Andr. Molfeſ. *conſ.45. n.21.* Sed D. Contelor. *in addit. ad Iacob. Caſtellan. d. tract. quæſt.9. art.1. n.16.* contrarium meritò tenet, quia non licet aliquem pro Sancto abſque auctoritate Sedis Apoſt. publicè venerari, ut habet hic text. hæ autem tabellæ, & hujuſmodi ſimilia affiguntur in teſtimonium Sanctitatis, & eſt quædam publica veneratio: quod & noviſſimè cenſuit Sacra Congreg. Generalis, & univerſalis Inquiſitionis in decreto ſuper hac materia edito, quod cùm faciat ad materiam hujus tituli, illud in præſentiarum tranſcribere operæ pretium duxi, quod tale eſt.

Feria quinta die 2. Octobris, anno à Nativitate D. N. Jesu Christi M.DC.XXV. in generali Congregatione S. Romanæ, & univerſalis Inquiſitionis habita in Palatio Apoſtolico Montis Quirinalis coram

coram S. D. N. D. Vrbano diuina prouidentia Papa VIII. ac Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. DD. S. R. E. Cardinalibus, aduerſus hæreticam prauitatem Inquiſitoribus generalibus à ſancta Sede Apoſtolica ſpecialiter deputatis.

Cùm Sanctiſſimus in Chriſto Pater, & D. N. D. Vrbanus diuina prouidentia Papa VIII. die 13. Martii 1625. decretum ediderit infraſcripti tenoris, videlicet.

Sanctiſſ. D. N. ſollicitè animaduertens abuſus, qui irrepſerunt, & quotidie irrepere non ceſſant in colendis quibuſdam cum ſanctitatis, aut Martyrii fama, vel opinione defunctis, qui etſi neque Canonizationis, neque Beatificationis honore inſigniti ſint ab Apoſtolica Sede, eorum tamen Imagines in Oratoriis, atque Eccleſiis, aliiſque locis publicis, ac etiam priuatis, cum laureolis, ac radiis, ſeu ſplendoribus proponuntur, miracula, & reuelationes, aliaque beneficia à Deo per eorum interceſſiones accepta in libris rerum ab ipſis geſtarum enarrantur, & ad illorum ſepulchra Tabellæ, Imagines, & res aliæ ad beneficia accepta teſtificanda, & lampades, & alia lumina apponuntur. Volenſque proinde huiuſmodi abuſibus pro debito Officii paſtoralis occurrere, re etiam cum Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. DD. Cardinalibus contra hæreticam prauitatem in vniuerſa Republica Chriſtiana generalibus Inquiſitoribus communicata, & maturè conſiderata, ac diſcuſſa, declarauit, ſtatuit, & decreuit, ne quorumvis hominum, cum ſanctitatis, ſeu Martyrii fama (quantacumque illa ſit) defunctorum Imagines, aliaque prædicta, & quodcumque aliud venerationem, & cultum præ ſe ferens, & indicans, in Oratoriis, aut locis publicis, ſeu priuatis, vel Eccleſiis tam ſæcularibus, quàm regularibus, cuiuſcumque Religionis, Ordinis, inſtituti, Congregationis, aut Societatis apponantur, antequam ab Apoſtolica Sede canonizentur, aut Beati declarentur, & (ſi quæ appoſitæ ſunt) amoueantur, prout eas ſtatim amoueri mandauit.

Ac pariter imprimi de cætero inhibuit libros eorundem hominum, qui ſanctitatis, ſiue Martyrii fama, vel opinione (vt præfertur) celebres è vita migrauerint, geſta, miracula, vel reuelationes, ſeu quæcumque beneficia, tanquam eorum interceſſionibus à Deo accepta continentes, ſine recognitione, atque approbatione Ordinarii, qui in iis recognoſcendis Theologos, alioſque pios, ac doctos viros in conſilium adhibeat, & ne deinde fraus, aut error, aut aliquid nouum, ac inordinatum in re tam graui committatur, negotium inſtructum ad Sedem Apoſtolicam tranſmittat, eiuſque reſponſum expectet. Reuelationes verò, & miracula, aliaque beneficia ſupradicta, quæ in libris horum hominum vitam, & geſta continentibus, hactenus ſine recognitione, atque approbatione huiuſmodi impreſſa ſunt, nullo modo approbata cenſeri vult, mandatque ſua Sanctitas.

Ad horum hominum ſepulchra vetuit etiam, ac inhibuit, tabellas, atque Imagines ex cera, aut argento, ſeu ex alia quacumque materia, tam pictas, quàm fictas atque exſculptas appendi, ſeu affigi, & lampades, ſiue alia quæcumque lumina accendi ſine recognitione ab Ordinario omninò, prout ſuprà facienda, Sedique Apoſtolicæ referenda, ac probanda.

Declarans, quod per ſupraſcripta præjudicare in aliquo non vult, neque intendit iis, qui aut per communem Eccleſiæ conſenſum, vel immemorabilem temporis curſum, aut per Patrum, virorumque Sanctorum ſcripta, vel longiſſimi temporis ſcientia, ac tolerantia Sedis Apoſtolicæ, vel Ordinarii coluntur.

Vt autem præmiſſa diligentiùs obſeruentur, vniuerſis & ſingulis, tam ordinariis, quàm hæreticæ prauitatis Inquiſitoribus diſtrictè præcipit, vt in ſua quiſque diœceſi, vel Prouincia ſedulò peruigilet, ne ſine approbationibus prædictis imagines cum memoratis ſignis exponantur, aut miracula, reuelationes, ac beneficia prædicta publicentur, aliáve contra ſuperiùs diſpoſita fiant: tranſgreſſores verò, ſi Regulares fuerint, priuationis ſuorum officiorum ac vocis actiuæ, & paſſiuæ, necnon & ſuſpenſionis à diuinis, ſi verò Clerici ſæculares, priuationis pariter ſuorum officiorum, ſuſpenſionis à diuinis, & ab adminiſtratione Sacramentorum, exequutioneque ſuorum Ordinum reſpectiuè, aliiſque arbitrio prædictorum Ordinariorum, ſeu Inquiſitorum pro modo culpæ infligendis pœnis plectendo. Qui autem libros impreſſerint, aut Imagines pinxerint, ſculpſerint, ſeu quoquo modo affixerint, vel formauerint, cæterique artifices circa præmiſſa qualitercumque delinquentes, prædicta omnia omittant, & inſuper pecuniariis, aliiſque etiam corporalibus pœnis, juxta criminis grauitatem eorundem Ordinariorum, ſeu Inquiſitorum arbitrio afficiantur. Contrariis quibuſcumque non obſtantibus.

Et ne præmiſſorum ignorantia poſſit ab aliquo prætendi, voluit vt decretum huiuſmodi, ſeu illius exemplum ad valvas Baſilicæ Principis Apoſtolorum Vrbis, ac in Acie Campi Floræ affixum omnes proinde arctet, atque afficiat, ac ſi vnicuique perſonaliter intimatum fuiſſet, quodque præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu Notarii publici ſubſcriptis, ac ſigillo alicuius perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis eadem prorſus fides habeatur, quæ præſentibus haberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Poſtmodùm verò idem Sanctiſſ. D. N. à quibuſdam reuocari in dubium accepit, an Tabellas & Imagines, quas in poſterum offerri contigerit, recipere, & antea oblatas conſeruare liceret? Sanctitas ſua, quæ tantummodo voluit, occurrendo abuſibus, qui irrepere videbantur, certiorem parare viam ad eorum in terris gloriam, quorum ſanctimoniam diuinæ Clementiæ placuerit admirandis operibus illuſtrare; re prius cum Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. DD. Cardinalibus contra hæreticam prauitatem Generalibus Inquiſitoribus communicata, præſenti Decreto declarauit. Quod ſicut nunquam prohibuit; nec ſuæ intentionis fuit prohibere oblationem, receptionémque tabellarum, & Imaginum hujuſmodi, itavt nulli deinceps hæſitationi locus relinquatur, ſtatuit in præſentiarum, & decernit, vt quoties ad aliquam Eccleſiam, aut Oratorium, locumve alium publicum ſæcularem, ſeu regularem tabellas, & Imagines, aliudve ſimile quiſpiam detulerit, ac interceſſione hominum inter Sanctos, vel Beatos non adſcriptorum, quamvis cum Martyrii, vel ſanctitatis fama demortuorum, optata ſe impetrauiſſe dixerit, liceat Eccleſiaſticis perſonis Eccleſiarum, locorumve prædictorum curæ præpoſitis, tabellas, & Imagines, ſiue pictas, ſiue ex quavis materia fictas, atque alia quæcumque collatæ gratiæ fidem facientia ſimul cum deferentis, aliorumque, qui conſcii fuerint, atteſtationibus recipere, atque approbantibus Ordinariis, ad quos referre ſtatim omnia teneantur, in ſecreto aliquo, ſeorſum ab Eccleſia loco cuſtodire, ibidemque jam amota collocare, & aſſeruare, vt ſi quando Dominus talium virorum merita Beatificationis, ſeu Canonizationis honore in terris decorare voluerit, extent hujuſmodi ſanctitatis qualeſcumque probationes, Apoſtolicæ Sedis judicio tunc examinandæ. Contrariis quibuſcumque non obſtantibus.

Joan. Anton. Thomaſius S. Rom. & vniuerſ. Inquiſit.

Not. Anno 1625. Indict. 8. Pontificatus S.D.N.D. Vrbani diuina prouidentia Papæ VIII. die verò 30. menſis Octobris ſupradictæ Literæ, ſiue Decretum affixum, & publicatum fuit ad valuas Principis Apoſtolorum Vrbis, ac in Acie Campi Floræ, vt moris eſt, per me Brandimartem Latinum prælibati Sanctiſ. D.N.PP. Curſorem.

De Obſeruatione Ieiuniorum.

TIT. XLVI.

1 SVPER hanc rubr. ſcripſerunt Zabarell. Ioan. Andr. Butr. Anchar. Henric. Panor. Guillelm. Durand. *in breuiario aureo juris Canon. fol.* 156. Martin. Meſuart. *in epitome Decretal. fol.* 151. Petrus de Rauenna *in compend. juris Canon.* Dan. Venator *in analyſi methodica jur. Pontif. à pag.* 510. Goffred. & Hoſt. *in ſum. huius tit.* Alex. Caſan. & Anaſt. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decretal.* Barth. Carthag. *in expoſitione titulorum juris Canonici*, nouiſſimè Joan. Honor. *lib.* 3. *ſum. in Decretal.* omnes *ſub hac rubr.*

2 De materia tit. vide Caiet. Sylu. Tabien. & alios Summiſtas *verbo ieiunium*, D. Thom. 2. 2. *q.* 147. Couar. *lib.* 4. *var. cap.* 20. Hieron. Roman. *lib.* 5. *de Republ. Chriſtiana, c.* 10. Medin. *in C. de jeiunio*, Card. Cæſar. Baron. *tom.* 1. *annalium Eccleſiæ, anno Chriſti* 57. *c.* 152. *cum ſeq. pag.* 583. Azor. *inſtit. moral. p.* 1. *lib.* 7. *c.* 8. *cum ſeqq.* Campanil. *in diuerſorio juris Canon. rub.* 12. *c.* 16. *num.* 55. *cum ſeqq.* Leſſ. *de juſtit. lib.* 4. *cap.* 2. Iul. Lauor. *in ſuo tract. de Iubilæo, cap.* 20. *de Ieiunio*, Cened. *pract. & canon. quæſt. lib.* 1. *q.* 40. *&* 41. Vincent. Filliuc. *tom.* 2. *tract.* 27. *p.* 3. Diana *reſol. moral. p.* 1. *tract. de ieiunio.* Vtrùm pluries comedens in die ieiunii vnum peccatum committat, quæſtio eſt dubia, in qua Couar. Medina, & alii tenent hunc toties peccare mortiferè, quoties pluſquam ſemel comedit; ſed contrarium, imò peccare ſola prima vice, qua ieiunium frangit, meritò tenent Henriq. *in ſumma, lib.* 7. *de indulgent. cap.* 13. §. 13. *commento lit. S, in fine*, Azor. *d. lib.* 7. *c.* 8. *q.* 2. *& lib.* 11. *c.* 20. *q.* 6. Filliuc. *d. tract.* 27. *p.* 2. *c.* 5. Leſſ. *d. cap.* 2. *dub.* 3. *à n.* 15. Ludou. Beja *reſponſorum caſuum conſcientiæ part.* 1. *caſu* 45. Sanch. *in præcepta Decalogi, lib.* 4. *cap.* 11. *n.* 42. Iul. Lauor. *d. c.* 20. *num.* 14. vbi declarat dummodò non comedat carnes, quia tunc toties peccabit quoties comedet, quia præceptum ieiunandi eſt affirmatiuum, ſecundum verò negatiuum, quod obligat ſemper, & ad ſemper: & *n.* 37. contra Nauar. *in man. c.* 11. *n.* 4. *verſ. quintò*, tenet non jejunantem in vigilia S. Mathiæ, qui ſolet venire in Quadrageſima, & quatuor temporibus, vnum tantùm peccatum committere, & non tria. Fr. Emman. *in ſum. tom.* 1. *c.* 33. *n.* 3. Ægid. de Coninch. *de Sacrament. & cenſur. diſp.* 7. *dub.* 6. *n.* 47. Sed contrariam probabiliorem eſſe exiſtimo, quia peccata non multiplicantur numero ex diuerſitate præceptorum, quando illa præcepta pertinent ad vnam virtutem, vt eſt in caſu noſtro, ſecus ſi pertinerent ad diuerſas virtutes, ita Henriq. *lib.* 5. *c.* 5. §. 6. Azor. *p.* 1. *lib.* 7. *c.* 31. *n.* 7. Filliuc. *tract.* 27. *p.* 2. *c.* 5. *n.* 82. Vaſq. *in* 3. *p. tom.* 4. *diſp.* 22. *ſect.* 4. *num.* 32. Sanch. *de Matrim. lib.* 9. *diſp.* 15. *n.* 6. Fagund. *in quinque Eccleſ. præcepta, præc.* 4. *lib.* 1. *c.* 10. *n.* 7.

SUMMARIUM.

1 *Iejunari debet in Sabbato vigilia occurrenti in Dominica, & jejunanda eſt vigilia S. Mathiæ.*

2 *Ieiunium jure communi inductum eſt in vigilia Domini Natalis, & aſſumptæ Virginis in cœlum.*

3 *Vigilia Dominici Natalis poteſt quicumque ſerotinam collationem ſumere cum variis fructibus in quantitate exceſſiua.*

CAP. Ex parte I.

Innoc. III.

FEſtum aliquod quando venerit in die Lunæ, eius vigilia jejunabitur in Sabbato: item vigilia S. Mathiæ Apoſt. debet jejunari. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Hoſt. Butr. Henric. Anchar. Panorm. Viuian. *in ration. lib.* 3. *iuris Pontificij, pag.* 440. Alagona *in compend. juris Canonici, pag.* 541. remiſſiuè Ximen. *in concord. p.* 1. refertur ab Ant. Auguſt. *collect.* 5. *Decret. lib.* 3. *tit.* 35. *c.* 1. 1

Natiuitatem Domini, vel Aſſumptionem B. Mariæ, 2
&c.] Notatur ad hoc, quod jure communi inductum
eſt jejunium in vigilia Dominici Natalis, & aſſumptæ
in cœlum Virginis, vt per Azor. *inſtit. moral. p.* 1. *lib.* 7.
c. 13. *q.* 1. Illud tamen aduertere oportet, in vigilia Do- 3
minici Natalis poſſe quemcumque ſerotinam collationem ſumere cum variis fructibus in quantitate exceſſiua, vbi conſuetudo hæc adeò inoleuit, vt ipſi etiam Prælati & videant ſic fieri, & conſentiant, atque id ipſum ipſi facientes operam illam acceptant, & approbant, vt docent Barthol à Medin. *in inſtruct. Confeſſorum, p.* 1. *c.* 14. §. 10. *verſ. donde ſe ſigue.* Ludou. Lopez *in inſtruct. conſcientiæ, p.* 2. *c.* 112. *de jejunio, verſ. ſed de collatione*, Llam. *in* 3. *p. method. c.* 5. §. 25. *pag.* 525. Card. Tolet. *in ſum. lib.* 6. *c.* 2. *pag.* 760. Azor. *d. lib.* 7. *c.* 8. *in fin.* nouè Barthol. à S. Fauſto *in theſauro Religioſorum, lib.* 1. *q.* 15. Villalob. *in ſum. tom.* 2. *tract.* 13. *diffic.* 7. *num.* 5. Cened. *Canon. quæſt. lib.* 1. *q.* 41. *n.* 5. Sed in tali die poſſe ſumi pro refectiuncula vncias ſexdecim plus minuſve ex pane, vel ex dulcioribus, exiſtimant Fagundez *in quinque Eccleſ. præcepta, præc.* 4. *lib.* 1. *c.* 24. *n.* 19. Diana *reſol. moral. p.* 1. *tract. de ieiunio, reſol.* 35. quamvis contrarium, imò collationem ſerotinam in vigilia Natiuitatis non poſſe ſumi in magna quantitate ratione conſuetudinis, exiſtiment Angles *in floribus Theolog. tract. de ieiunio, q.* 9. *art.* 2. *diffic.* 4. *dub.* 1. Fr. Emman. *in ſum. tom.* 1. *c.* 23. *concl.* 7. *n.* 10.

SUMMARIUM.

1 *Compendium huius text. refertur.*

2 *Iejunium ſeruandum eſt in ſingulis vigiliis Apoſtolorum, præterquam in vigilia S. Philippi, & Iacobi, & Ioannis Euangeliſtæ.*

3 *Ieiunium Aduentus an fuerit in vſu quoad ſæculares, oſtenditur.*

4 *Delictum in dubio præſumitur in foro conſcientiæ, & ad vtilitatem animæ, & ex quo illud eſt vtile.*

5 *Eligere debemus eam partem, per quam tutius eſt conſultum, quando agitur de ſalute animæ.*

6 *Peregrini viatores an teneantur ſeruare leges, vel conſuetudinem locorum, etiam quoad ieiunia, & feſta, in quibus per modum tranſitus reperiuntur, oſtenditur.*

7. Ieiunia

7 *Jejunia aliqua an in totum conſuetudine abrogari poſſint, remiſſivè.*

Cap. Conſilium II.

1 Vigiliæ omnium Apoſtolorum ſunt jejunandæ, præter vigilias SS. Philippi, & Jacobi, & S. Joannis Evangeliſtæ, quia celebrantur in ſolennitate Paſchali, & Natalis Domini. Jejunium Adventus agebatur Romæ. Feſtum S. Bartholomæi celebrari debet ſecundùm conſuetudinem loci. Qui propter neceſſitatem, id eſt, ne pereant, in Quadrageſima carnes comedunt, non peccant, nec ſunt puniendi: benè quidem eſt orandum pro ipſis, ne Deus imputet hoc, quia bonarum mentium eſt ibi timere culpam, ubi nulla reperitur. Circa comeſtionem carnium ſervanda eſt loci conſuetudo, dummodò non emergat periculum infirmis, & debilibus. Quando infirmi tempore jejunii petunt veſci carnibus, cùm urgens neceſſitas exigit, debet concedi ut evitetur in eis majus periculum. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Butr. Hoſt. Henric. Anch. Panorm. Viv. *in ration. lib.* 3. *juris Pontif. pag.* 447. Alagona *in compend. juris Canon. pag.* 545. remiſſivè Ximen. *in concord. p.* 1. refertur ab Ant. Auguſt. *collect.* 3. *Decret. lib.* 3. *tit.* 35. *c.* 2.

2 *Omnium Apoſtolorum vigiliæ*, &c.] Notatur ad hoc, quod jejunium ſervandum eſt in ſingulis vigiliis Apoſtolorum, præterquam in vigilia Sanctorum Philippi, & Jacobi, ac Joannis Evangeliſtæ, quia illud incidit inter Paſcha, & Pentecoſten: quod tempus generali Eccleſiæ traditione immune, & liberum eſt à jejunio, & hoc quia cadit intra dies Natalis Domini, refert Azor. *inſt. moral. p.* 1. *lib.* 7. *c.* 12. *q.* 1.

3 *Jejunium etiam apud nos in adventu Domini agitur.*] Olim apud Romanos in diebus, in quibus Eccleſia Dominici Adventus memoriam recolit, jejunium ſervabatur, & Chriſtiani non ſolùm corpus jejuniis caſtigabant, ſed etiam ſeſe multis piis operibus, & religioſis officiis in Adventu Domini præparabant: hodie apud Monachos, & Religioſos ſolùm hujuſmodi jejunium tranſit, qui partim propriis inſtitutis, partim uſu, & more id retinuerunt, refert Azor. *d. lib.* 7. *c.* 27. aliàs 16. *q.* 3.

4 *Quia bonarum mentium*, &c.] Notatur ad hoc, quod in foro conſcientiæ, & ad utilitatem animæ delictum in dubio præſumitur, ut per Cott. *in memor. verbo delictum in dubio non præſumitur*, Maſcard. *de probat. concluſ.* 495. *n.* 6. *cum ſeqq.* Farin. *in praxi crim. p.* 3. 1. *q.* 85. *n.* 45. Et in dubio delictum præſumitur, ex quo illud eſt tutius, Menoch. *de præſumpt. lib.* 2. *præſ.* 2. *n.* 40.

5 Notatur etiam ad hoc, quod eligere debemus eam partem, per quam tutius eſt conſultum, quando agitur de ſalute animæ, ut per Surd. *de aliment. tit.* 8. *privileg.* 88. *n.* 4. *& tit.* 9. *q.* 17. *n.* 9.

6 *Conſuetudinem regionis facias obſervari.*] Notatur ad hoc, quod peregrini viatores tenentur ſervare leges, vel conſuetudines locorum, in quibus per modum tranſitus reperiuntur, quod ex hoc text. deduci videtur, dum hîc habetur in feſtivitatibus, & abſtinentiis ſervandam eſſe regionis conſuetudinem: ergo cenſet eam conſuetudinem reſpicere potiùs locum, quàm perſonam: quare ita docent Abb. *in præſenti, n.* 6. Soar. *de legib. lib.* 3. *c.* 3. 3. *n.* 3. Malder. *in p.* 2. *q.* 96. *art.* 5. *circa fin. pag. mihi* 409. Molfeſ. *in ſum. Theol. moral. tom.* 1. *tract.* 10. *c.* 4. *n.* 17. Joan. de la Cruz *in direct. conſcient. p.* 1. *præc.* 3. *art.* 4. *diſp.* 9. *concl.* 1. Gabr. Vaſq. *tom.* 3. *in* 3. *p. diſp.* 184. *c.* 3. *n.* 28. Salas *de legib. diſp.* 16. *ſect.* 4. *concl.* 4. Baſil. Pont. *de matrim. lib.* 5. *c.* 7. §. 1. *à princ.* ubi fundamenta hujus ſententiæ refert, & contrariis reſpondet: & *n.* 14. ſic ait. Tenentur peregrini ad ea præcepta ſervanda, ſi tempore, quo moram faciunt, in eo loco occurrat tempus obligationis adimplendi præceptum, aliàs verò non: unde ſi occaſio fuerit comedendi, tenentur à carnibus abſtinere, ſi in eo oppido abſtinetur à carnibus: idem eſt, ſi cùm commorantur, inſtat occaſio audiendi Miſſam, quia videlicet dies feſtus eſt. Navar. *in man. c.* 13. *n.* 5. ubi dicit, quod qui degit in aliquo loco, tenetur obſervare feſta illius, ubi tunc degit, non autem illa feſta, quæ in propria ejus patria obſervantur: & *c.* 23. *num.* 120. *verſ. tertiò*, tenet peccare, qui veſcitur carnibus, vel alio cibo vetito in aliqua regione, eo tempore, quo liceret ei veſci in ſua: ſicut è contrario non peccare, veſcendo eis in regione per quam tranſit, vel in qua moratur, licèt in ſua id ei non liceret. Sed Philiarch. *de offic. Sacerd. tom.* 1. *p.* 2. *lib.* 3. *c.* 23. §. *eſt tertiò notandum*, ait peregrinum ſiſtentem in oppido, in quo eſt dies feſtus, vel jejunii, teneri audire ſacrum, & ibi prandentem teneri à carnibus abſtinere, juxta illius loci conſuetudinem, Covar. *lib.* 4. *var. c.* 20. *n.* 8. *in fine*, Henriq. *in ſum. lib.* 9. *c.* 24. *n.* 5. *in fine*, licèt latiùs loquatur, dum dicit non teneri peregrinum ad jejunium, abſtinentiamque carnium privati ſtatuti, privatæque conſuetudinis oppidi, per quod tranſit obiter, additque *in commento, lit. R*, nec teneri audire ſacrum, licèt pridie illic dormierit, ut ſequenti die proficiſcatur: aſſentit in primo caſu relato ab ipſo Henriq. non verò in altero de dormiente in loco, unde ſequenti die proficiſci intendit. Campan. *ad finem diverſorii juris Canon. in exhortat. n.* 12. *verſ. quia in re*, advertitque Fr. Eman. *ſuper Bullam Cruciatæ*, §. 1. *n.* 8. *ad finem*, falſum eſſe aſſerere licere Caſtellano tranſeunti per Luſitaniam, ubi non eduntur inteſtina die Sabbati, illis veſci juxta Caſtellæ morem: & reſolvit Baſil. Pont. *d. lib.* 5. *c.* 8. *n.* 2. eos qui per Hiſpaniam iter faciunt, quamvis ex eo loco oriundi ſint, in quibus non veſcuntur inteſtina die Sabbati, poſſe illis veſci juxta Hiſpaniæ conſuetudinem: item eos, qui ex iis locis ſunt, in quibus lacticinia non comeduntur diebus jejuniorum ſecundùm jus commune, poſſe veſci illis in eis locis, in quibus, etiam ſine privilegio, ex conſuetudine adhibentur in cibum. Sed quoad principalius quæſitum verior eſt ſententia, quæ ait peregrinos, & forenſes non adſtringi legibus, & conſuetudinibus loci per quem tranſeunt, vel in quo per modum hoſpitii reperiuntur, ceſſante ſcandalo, & quando eæ non obligant in ſuo domicilio, ut tenent Palud. Ledeſm. Angl. Medin. Veg. Soar. & alii, quos refert, & ſequitur Sanch. *de matrim. lib.* 3. *diſp.* 18. *n.* 6. Leſſ. *de juſt. lib.* 4. *c.* 2. *dub.* 8. *à n.* 53. Fagund. *in præcepta Decalogi, præcept.* 4. *lib.* 1. *c.* 7. *n.* 10. Villalob. *in ſum. tom.* 1. *tract.* 2. *diffic.* 33. *n.* 8. Bonac. *de legib. diſp.* 1. *q.* 1. *punct.* 6. *n.* 49. *& diſp. ult. q.* 1. *punct.* 6. *n.* 6. ubi loquitur de jejunio. Diana *reſol. moral. p.* 1. *tract. de jejunio, reſ.* 2. Azor. *d. lib.* 7. *c.* 19. *q.* 4. ubi declarat ad vitandam offenſionem aliorum veſci debere cibis, quibus utuntur incolæ, ſi ibi prandeant, vel cœnent, additque licèt hujuſmodi viatores in iis, quæ ad pœnas, odia, & onera pertinent, non obligentur conſuetudine gentis, per cujus loca tranſeunt; in iis tamen, quæ gratiam, favorem, & honorem continent, poſſe gaudere, & uti conſuetudine gentis, vel populi, per cujus loca tranſeunt.

An autem conſuetudine in totum aliqua jejunia abrogari poſſint? Vide Azor. *d. c.* 19. aliàs 30. *q.* 1. Paul. Comitol. *reſponſ. moral. lib.* 4. *q.* 50. 7

SUMMA

SVMMARIVM.

Nativitatis feſtum ſi occurrat ſextâ feriâ, licitum eſt omnibus carnes comedere, exceptis profeſſis.

2 *Vovens abſolutè non comedere carnes die Veneris, ſi poſteà in ea eveniat feſtum Nativitatis Domini, tenetur ea die carnibus abſtinere.*

3 *Regularis, qui ad jejunium Feriæ Sextæ ex obſervantia Regulari adſtrictus eſt, non poteſt comedere carnes, ſi in ea eveniat feſtum Nativitatis Domini.*

4 *Religioſus factus Epiſcopus poteſt licitè carnibus veſci Feriâ Sextâ, in qua Natale Domini incidit.*

Cap. Explicari III. & ult.

Honor. III.

1 NAtivitas Chriſti ſi venerit Feria Sexta, licitum eſt omnibus veſci carnibus ſecundùm conſuetudinem Eccleſiæ Generalis, exceptis profeſſis, & voventibus. Si verò aliqui ob devotionem velint illa die abſtinere carnibus, non ſunt reprehendendi. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Butr. Henric. Hoſt. Anch. Panorm. Cened. *collect.* 51. Vivian. *in ration. lib.* 3. *juris Pontif. pag.* 448. Alagona *in compendio juris Canon. pag.* 546. remiſſivè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2.

2 *Qui nec voto.*] Ergo abſolutè vovens non comedere carnes die Veneris, ſi poſtea in ea eveniat Feſtum Nativitatis Domini, tenetur ea die à carnibus abſtinere: & ita per hunc text. docent Palud. *in* 4. *diſt.* 38. *q.* 4. Sylveſt. *verbo Iejunium* 9. *n.* 10. Cordub. *in ſuo quæſt. q.* 169. Vaſq. 1. 2. *q.* 7. *art.* 4. *diſp.* 20. *c.* 4. *n.* 28. Beja *reſponſ. caſuum conſcientiæ p.* 2. *caſu* 6. Sayr. *in clavi Regia, lib.* 6. *cap.* 8. *n.* 11. Hieron. Llam. *in ſum. p.* 3. *c.* 5. §. 28. Ortiz *in ſum. c.* 19. *num.* 21. Philiarch. *de officio Sacerd. tom.* 1. *p.* 2. *lib.* 3. *c.* 25. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 18. *c.* 20. *n.* 290. Soar. *de Relig. tom.* 2. *lib.* 4. *c.* 20. *n.* 7. Portel. *in addit. ad dubia Regul. verbo Iejunium, n.* 9. Villalob. *in ſum. tom.* 1. *tract.* 13. *diffic.* 2. *n.* 6. Homobon. de Bonis *de examine Eccleſ. p.* 1. *tract.* 5. *c.* 9. *q.* 60. Molfeſ. *in ſum. Theologiæ moralis, tom.* 1. *tract.* 11. *c.* 14. Diana *reſol. mor. p.* 1. *tract. de jejunio, reſ.* 22. Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.* 1. *lib.* 4. *c.* 11. *n.* 61. Fr. Emman. *qq. Regul. tom.* 3. *q.* 45. *art.* 3. Barth. à S. Fauſto *in theſauro Religioſorum, lib.* 1. *q.* 15. *n.* 2. quicquid contrarium velint Azor. *inſt. mor. p.* 1. *lib.* 11. *c.* 20. *q.* 3. Molin. *de juſt. tr.* 2. *diſp.* 272. *n.* 3. Fagund. *præc.* 4. *lib.* 1. *c.* 6. *n.* 6.

3 *Nec Regulari obſervantia*, &c.] Notatur ad hoc, quod ille, qui Regulari obſervantia adſtrictus eſt ad jejunium Feriæ Sextæ, non poteſt carnes comedere, ſi in ea eveniat Feſtum Nativitatis Domini, ut per Molin. *in ſumma Confeſſorum, in* 3. *præcepto Decalogi*, §. 10. *fol.* 58. *verſo*, Fr. Emman. *d. q.* 45. *art.* 2. *&* 3. ubi *art.* 4. reſolvit quod Religionibus, in quibus ex voto, aut ex præcepto, aut ex obſervantia Regulari eſt illicitum veſci animalium extremitatibus, & inteſtinis in die Sabbati, non poſſunt Regulares ea comedere, quando Nativitas Domini in Sabbato occurrit. Ludov. Beja *d. caſu* 6. Sanch. *d. c.* 11. *n.* 59. *& ſeqq. & tom.* 2. *lib.* 6. *c.* 6. *n.* 20. *in princ.* An autem voto, vel ſtatuto Regulari adſtricti ad carnes non edendas in die Veneris, poſſint eas edere eveniente in ea feſto Natalis Domini, ſi votum, vel ſtatutum tollatur per privilegium Apoſtolicum? Affirmativè reſpondent Sylveſt. *verb. Dominica, n.* 2. *& verb. Iejunium, q.* 10. & *ibi* Armil. *n.* 13. Beja *d. part.* 2. *caſu* 3. Ludov. Lopez *in inſtructorio conſcientiæ, p.* 2. *c.* 112. Sà *verbo Iejunium, n.* 6. quos refert, & ſequitur Barth. à S. Fauſto *d. lib. q.* 155. ubi *q.* 156. contra Medin. *lib.* 1. *ſum. c.* 14. §. 10. tenet eum, qui ſtantibus voto, & Regulari ſtatuto in tali die carnes edit, peccare ſolùm contra votum, vel Regulare ſtatutum, non autem contra jus commune, quia Pontifex *in præſenti*, cum omnibus Fidelibus in ea prohibitione diſpenſat, relictâ ſola voti, vel ſtatuti Regularis obligatione; ac proinde qui illa die carnes ederet, non peccaret, niſi contra votum, vel Regulare ſtatutum. Unde ſublata juris prohibitione per hunc text. in ea, quæ remanet ratione Regularis obſervantiæ, poterit Prælatus Religionis diſpenſare cum ſuo ſubdito in eſu carnium in Sexta Feria, ſi ſit Natale Domini, ut reſolvunt Sà *d. verbo Iejunium, n.* 6. Fr. Emman. *d. q.* 45. *art.* 3. *verſ. tertiò*, Sanch. *d. lib.* 4. *c.* 11. *n.* 63.

Utrùm autem Religioſus factus Epiſcopus poſſit licitè carnibus veſci Feriâ Sextâ, in qua Natale Domini incidit, poterit non immeritò dubitari, cùm adhuc Religioſus ſit, & votis, quæ in Religione emiſit, adſtrictus maneat. Verùm dicendum eſt Religioſum creatum Epiſcopum, cui juxta ſuæ Regulæ conſtitutiones carnium eſus Feria Sexta interdictus erat, poſſe licitè eis veſci Sexta Feria, in qua feſtum Natalis Domini occurrit, ut Turrecrem. *in c. un. n.* 1. *cauſa* 18. *q.* 1. *& in c. carnem, de conſecr. diſt.* 5. Zabar. *in Clement.* 2. *in princ. n.* 7. *q.* 2. *de cenſib.* Cajet. *in opuſc. tom.* 1. *tract.* 15. *de oblig. & obſerv. præcept. q.* 2. Covar. *in c.* 1. *de teſtam. n.* 18. Sot. *lib. ult. de juſt. q. ult. art. ult. col.* 6. *&* 7. Fr. Emman. *in ſum. tom.* 2. *c.* 10. *n.* 4. Sanch. *d. lib.* 6. *c.* 6. *n.* 20. ubi etiam advertit, quod ſi Religioſus ille Epiſcopus eſſet ex Fratribus Minimis, qui ſolenne à carnibus abſtinentiæ votum emittunt, juxta aliquorum opinionem peccaret mortaliter edendo, quia text. *in præſenti*, excipit eos quoque, qui ex voto tenentur carnibus abſtinere; ſed ibi reſolvit eum poſſe carnibus veſci. Ratio hujus, & ſupradictæ reſolutionis ea eſt, quia Religioſus Epiſcopus immunis manet à votis, quæ præter ſubſtantialia ex Religionis præſcripto emittuntur, ut probant Cajet. & Sot. *locis proximè citatis*. Nec obſtat text. *in præſenti*, dum privilegium in eo contentum denegat adſtrictis Regulari obſervantia, ac carnium Feriâ Sextâ Natalis Domini abſtinentia, quia intelligitur de adſtrictis debito legali, non autem de adſtrictis ſolo morali debito; eo vel maximè, quòd tunc hoc morale debitum ceſſat, cùm conſentaneum ſit Epiſcopum in tanta ſolennitate cum cæteris populis conformari. 4

De Purificatione poſt partum.

Tit. XLVII.

SUper hanc rubr. ſcripſerunt Zabarella Butr. Joan. Andr. Anch. Panorm. Guillem. Durand. *in breviario aureo juris Canonici, fol.* 117. Martin. Meſnatt. *in epitome Decret. fol.* 152. *verſo*, Petr. de Ravenna *in compendio juris Canon.* Dan. Venator *in analyſi methodica juris Pontif. à pag.* 511. Goffred. & Hoſt. *in ſumma hujus tit.* Alex. Caſan. & Anaſt. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decret. ſub hoc tit.* novè Barthol. Carthagena *in expoſitione titulorum juris Canon. ſub eodem.*

SUMMA

SUMMARIUM.

1 *Mulier poſt partum ſtatim poteſt ingredi Eccleſiam, nec tenetur abſtinere per aliquot dies ſecundum legem Moſaïcam,* & n. 2.

3 *Conjugij vſus an licitus ſit eo tempore, quo durat immunditia illa corporalis poſt partum, oſtenditur.*

4 *Menſtrui tempore an ſit peccatum accedere ad vxorem, remiſſiuè.*

5 *Præcepta cæremonialia, vel judicialia legis veteris in lege Euangelica vim amplius legis non obtinent.*

6 *Præcepta cæremonialia, & judicialia legis veteris in quo differant, oſtenditur.*

Cap. Volens, unic.

Innoc. III.

1 MVlier poſt partum poteſt ſtatim ingredi Eccleſiam, quia euanuit vmbra legis, & illuxit veritas Euangelii. Si tamen ex veneratione aliquandiu velit abſtinere, non eſt improbanda eius deuotio. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar Butr. Joan. Andr. Hoſt. Anchar. Henric. Panorm. Viuian. *in ration. lib. 3. juris Pontif. pag. 445.* Alagona *in compend. juris Canon. pag. 546.* remiſſiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Anton. Auguſt. *collect. 3. Decret. lib. 3 tit. 36. cap. vnic.*

2 Hanc eandem concluſionem ex hoc text. colligit Sanchez *de Matrim. lib. 9. diſp. 22. n. 8.* vbi aduertit lege antiqua *Leuitici* 12. præſcriptum fuiſſe, vt mulier maſculum pariens abſtineret quadraginta diebus ab ingreſſu Eccleſiæ, fœminam verò octoginta, quia durabat adhuc corporalis immunditia, donec eo tranſacto purificaretur, quod quidem præceptum cùm ad cæremonialia pertineret, jam extinctum eſt: quod quidem purificationis præceptum non potuit afficere Beatiſſimam Virginem: ratio eſt primò, quia lege purificationis afficiebatur ſolùm mulier, quæ ſuſcepto ſemine pariebat, ſic enim habetur in vulgata editione, ſicque legunt Septuaginta: ſecundò, quia purificatio inſtituta erat ob immunditiam legalem, quæ inducta videbatur ob immunditiam puerperii, & ob peccatum: in Beatiſſima autem Virgine non aderat immunditia legalis, ſeu puerperii. Ita Origen. *homil. 8. in Leuit.* S. Bernard. *ſerm. 3. de purificat.* Suar. *in 3. part. tom. 2. diſp. 16. ſect. 2.* Azor. *inſtit. moral. p. 2. lib. 1. c. 18. q. 3.* Bonac. *de ſacroſ. Chriſti incarnat. diſp. 3. q. 2. punct. 3. n. 2.*

3 Solet autem dubitari, an licitus ſit vſus conjugii eo tempore, quo durat immunditia illa corporalis poſt partum? Butr. *in rubr. de ſponſalib. num.* 14 & Alexand. de Neuo *ibid. n. 21. caſu* 1. ſentiunt tunc eſſe peccatum mortale petere debitum, nec eſſe reddendum, ceſſante fornicationis periculo, per *cap. vlt. diſt. 5.* ibi, *& niſi purgationis tempus prius tranſierit, viris ſuis non debent admiſceri.* Paul. verò, Tabien. Monald. Ludouic. Lopez, Jacob. de Graff. & alii apud Sanchez *d. diſp. 22. n. 19.* aſſeuerant eſſe veniale; ſed ipſe Sanchez cum D. Antonin. Angel. Turrecremat. Palac. Henriquez, & aliis probabilius exiſtimat nullam eſſe culpam, niſi ex eo concubitu grauis morbus fœminæ immineret, & reſpondet text. *in dicto cap. vlt.* loqui de conſilio.

4 Vtrùm autem tempore menſtrui ſit peccatum accedere ad vxorem, ipſaque teneatur debitum viro petenti reddere? vide Henriq. *in ſumma, lib. 11. c. 15. n. 7.* Sanch. *d. diſp. 21. num. 5. & 15.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 31. n. 342.* Rebell. *de oblig. juſt. p. 2. lib. 3. q. 19.* Ægid. de Coninch. *de Sacrament. & cenſur. tom. 2. diſp. 34 dub. 9. num. 76.* Bonac. *de matrim. q. 4. punct. 6. n. 9. & 10.*

Quod poſtquam vmbra legis euanuit.] Notatur ad hoc, quod præcepta veteris legis cæremonialia, vel judicialia in lege Euangelica vim amplius legis non obtinent, vt docent D. Thom. 1. 2. *quæſt. 104. art. 3.* vbi Caiet. & 2. 2. *q. 87. art. 1. in ſolutione quæſt.* Scholaſtici *in 4. ſentent. diſt. 3.* vbi S. Bonau. *art. 3. q. 2.* & Scot. *quæſt. vlt.* Alphonſ. à Caſtro *de lege pœnali, lib. 1. c. 15.* Tiraq. *de retractu lign. in præfat. n. 8. cum ſeqq.* Sot. *de juſtitia, lib. 2. quæſt. 5. art. 5.* Couar. *variar. lib. 1. c. 17. n. 1.* Nauarr. *in man. cap. 11. num. 2.* Cald. Pereira *de poteſtate eligend. cap. 7. num. 3.* Moneta *de decimis, cap. 1. quæſt. 2. num. 13.* 5

In hoc tamen differunt cæremonialia, & judicialia hæc veteris legis præcepta, quia cæremonialia ſeruari non poſſunt tempore legis nouæ, cùm mortifera effecta ſint, demptis tamen illis, quæ magis pertinebant ad deuotionem quandam, ac ritum ſacrificiorum, eorumque ornatum, quàm ad futuræ legis, Chriſtique naſcituri præfigurationem: huiuſmodi ſunt veſtes Sacerdotum, Altare, thurificatio, & alia his ſimilia, quæ etiam poſt legem Euangelicam ſtatuta fuerunt, & ab Eccleſia ſeruantur: judicialia verò cùm ſolùm mortua ſint, licèt non obligent tempore gratiæ, tamen obſeruari poterunt ſine peccato, quatenus per habentem poteſtatem legis condendæ fuerint approbata, vt docent Couarr. *d. cap. 1. num. 1. verſ. hinc,* Menoch. *de arbitr. caſu 290. num. 10.* Moneta *d. cap. 1. quæſt. 2. num. 14.* 6

De Eccleſiis ædificandis, vel reparandis.

Tit. XLVIII.

SVPER hanc rubr. ſcripſerunt Zabar. Joan. Andr. Butr. Anchar. Panorm. Guillelm. Durand. *in breuiario aureo, fol. 115. verſo,* Ioan. de Londris *in breuiario ſanctorum Canon. fol. 175.* Martin. Meſnart. *in epitome Decret. fol. 152.* Petr. de Rauenna *in compend. juris Canon.* Dan. Venat. *in analyſi methodica Juris Pontif pag. 511.* Goffred. & Hoſt. *in ſum. huius tit.* Alex. Calan. & Anaſt. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decret.* Barthol. Carthagena *in expoſit. tit. iuris Canon. ſub eod.* Zypæ. *in analyt. poſtremi juris Eccleſiaſt. enarrat. pag. 308.*

De materia tituli vide Concil. Trident. *ſeſſ. 7. de reform. c. 8. & ſeſſ. 21. de reform c. 7.* Hieron. Roman. *lib. 4. de Republ. Chriſtiana, cap. 1. & 2.* Azor. *inſtit. moral. p. 2. lib. 9. c. 3.* Bellet. *diſquiſit. clerical. p. 1. tit. de clerico debitore, §. 13. 14. & 15.* Salgado *de protect. Regia, tom. 1. p. 3. c. 5.* Et de Eccleſiis reparandis ſpecialem tractatum edidit Petr. Pechius.

Eccleſiis.] Dicitur à verbo Græco, ἐκκαλεῖν, quod ſignificat *euocare*, vnde pro ſignificatu habet euocationem, ſeu cœtum vocatorum, ad hunc enim quotquot veniunt, Dei vocatione vocati veniunt, & nullus proprio inſtinctu adiungitur congregationi Saluatoris, & ideo Eccleſia idem eſt quod congregatio fidelium, *Actor. cap. 15.* ibi, *erat enim Eccleſia confuſa, cap. Eccleſia, de conſecrat. diſt. 2. in cap. cum clericis* 16. *de verbor. ſignificat. gloſſ. vlt. in cap. fin. ne Prælati vices ſuas,* faciunt multa, quæ circa auctoritatem Concil. Trid. *ſeſſ. 5.*

ſeſſ.5. *in decreto de edit. & vſu librorum, verſ. præterea,* ibi, *Eccleſia, cuius eſt iudicare de vero ſenſu ſcripturarum,* conſtatque ex multis aliis, de quibus Gig. *de Eccleſ.hierarch. lib.1.c.1.* Can. *de locis Theolog. lib.4.cap.2.* Victor. *in relect.de poteſt.Eccleſiæ, in princip.* Card.Bellarmin.*tom.1. controuerſ.4. lib.3.c.2.* Iſidor. Moſcon. *de maieſt.milit.Eccleſ.in prælud.lit B,fol.4.* Nicol.Gimont. *de gratia expect.c.1.verſ.Eccleſia, n.34.* Selu. *de benefic. p.1.q.4.n.1.*Sanchez *de matrim. lib.3. diſp.15. num.20.* Card.Tuſch.*tom.3.lit.E,concl.2.* Ouid.de Amic.*de iure emphyt.in repet.c.potuit,de locato, in princ.* text.*n.5. cum ſeqq.* Maſſobr. *in ſua praxi habendi concurſum, prælud. 1. n.26.cum ſeqq.* Ricciul. *de iure perſonarum extra gremium Eccleſiæ exiſtent. lib.1.c.1.ex n.1.* eleganter Illuſtriſ. D.meus Roderic. à Cunha *in comment.ad cap.vidua,vlt. n.3. diſp.81.* vbi dicit Eccleſiam eſſe corpus quoddam morale, cuius membra ſunt homines, & Angeli, caput autem eſt Chriſtus, qui ſanguine ſuo fecit vtramque vnam, triumphantem ſcilicet, & militantem, illam inuiſibilem, hanc viſibilem. Soar. *de fide,diſp.9.ſect.1.* apud quos videbis varias huius nominis Eccleſiæ acceptiones.

Paſſim in iure noſtro accipitur Eccleſia pro prælatura, ſeu beneficio Eccleſiaſtico, præcipuè Curato, vt *in rubr. & in c.3.ne Prælati vices ſuas, & in cap.non ignores, de præbend.& in cap.conſuluit, de iurepatron.* notauit *gloſ.vlt.in c.vlt. ne Prælati vices ſuas,* Rebuff. *in praxi benefic.tit.quare inſtituta ſint benefic. num.9.* Petr. Gregor. *in inſtit. rei benefic. c.6.n.3.* Gonzal. *ad reg.8. Cancell. gloſſ.4. n.178.* Illuſtriſſ. D. meus Roderic. à Cunha *in comment.ad cap.quorum 6.n.2.diſt.68.*

Frequentiſſimè etiam accipitur Eccleſia pro templo, ſeu æde ſacra, vt in toto hoc tit. & *in c.non oportet,42.diſt.* & apud Paul. 3. *ad Corinth.2.Nunquid domos non habetis ad manducandum & bibendum, aut Eccleſiam Dei contemnitis,* cum aliis multis quæ plenè adducit Stephan. Durant. *de ritibus Eccleſiæ Cathol.lib.1. c.1. à princip.*

Eccleſiæ appellatione quæ comprehendantur, dixi latè *in tract.de appellatiua verborum vtriuſque iuris ſignificat. appellat.85.n.1. cum ſeqq.* Et quod ſub ejus lata appellatione continetur omnis pius locus, deſumitur ex *cap. requiſiſti 15. de teſtament.* vbi citavi Doctores, *n.2.* & ex *c.1.de in integr. reſtit.lib.6.* vbi latè dixi ex *n.3.* & hoc ſemper verum eſſe in fauorabilibus, tenui *d.appell.85.n.16.*

SUMMARIUM.

1 *Beneficium habens in Eccleſia tenetur contribuere ad ipſius reparationem,* & n.2.

3 *Populus tenetur Eccleſiam ædificare, & reparare, ſi ad illum ex conſuetudine hoc pertineat.*

4 *Eccleſia habens portionem deputatam, certoſque redditus pro fabrica, de illis ædificari, ſeu reparari debet.*

5 *Cathedralem Eccleſiam qui reparare teneantur, oſtenditur.*

Cap. Quicumque I.

Ex Concil. Mogunt.

1 Beneficium Eccleſiaſticum habens, contribuere omninò tenetur, vel adiuuare ad reparationem, vt ad tecta reſtauranda, vel Eccleſias emendandas. Colligunt ex Ordin.Abb.antiq.Innoc.Collect. Zabar. Joan. Andr. Butr. Hoſt. Anchar. Henric. Panorm. Viuian. *in ration.lib.3. iuris Pontif. pag.450.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag.546.* remiſſivè Ximen. *in concord. part.1. & 2.* deſumitur ex Concilio Moguntiaco ſub Carolo Magno, *cap.42.* referunt Burchard. *lib.3. Decretorum, cap.30.* & Iuo *part.3. c.35.* & Anton. Auguſt. *collect. 1. Decret. lib.3. tit.35. cap.4.*

Probat hic text. habentes beneficium in Eccleſia teneri contribuere ad ipſius reparationem, qui renouatus, & ampliatus eſt per Concil. Trident. *ſeſſ.21.de reform.cap.7.*de quo latiùs *ad c. de his 4.infrà hoc tit.* & ad illam concluſionem, quod beneficiatus tenetur ad reparationem Eccleſiæ ſui beneficii, vide *l.11. tit.10.p.1.* Cæpol. *de ſeruit. urban. prædior. c.59. n.22.* Aviles *ad c.23. Prætor. in gloſ.den orden, num.11.* Salgado *de protect. Regia, tom.1. part.3. cap.5. num.5.* Qui quidem beneficiati non ſolùm tenentur ad fabricam, ſed etiam ad ornamenta,calices, pluuialia, & alia quæcumque paramenta. Surd. *deciſ.62. num.6.* Caualcan. Fiuiz.*deciſ.24.part.2.* Campan. *in diuerſ.iuris Canonici, rub.11.c.13.num.19.*Barbat. *conſil.26. incip. difficile eſt, num.3.vol.3.*Beroi.*conſil.3. num.12.13.14. & 20. vol.2.* Lambertin. *de iurepatron.lib.3. quæſt.2. art.2. n.7.verſ. aut ſumus,* Rip. *conſil.1.num.6.ſub tit.de conſuet.*Beller. *diſquiſit. clerical. part.1. tit. de clerico debitore, §.14. num.1.* 2

Amplia procedere in quibuſcunque beneficiatis beneficiorum ſimplicium, vt per Abb. *hic,num.3.l.11. tit.10.p.1.*Gutier.*alleg.10.ſub n.1.*Nauarr.*de ſpoliis cleric. §.8.n.11.verſ.ſecundò,* Valaſc.*conſil.179.n.13.* Zerol. *in praxi Epiſcop. p.1. verbo viſitatio, §. 6. dub.9.* Salgad. *d. c.5. n.19.* vbi *n.13.* ſubdit quod ideo beneficiatus ſimplicis Eccleſiæ, condemnatus ad impenſas pro reædificatione, & reparatione Eccleſiæ dirutæ, compellendus eſt, etiam non obſtante ab eo interpoſita appellatione.

Intellige hujuſmodi reſolutionem procedere ſi non 3 ſit cõſuetudo quod populus illam reparare debeat,ſiue ædificare,quia tunc ad populum pertinebit ædificatio, & reparatio, vt per Hoſtienſ. *in præſenti, num.1.* Abb. *n.3.*Henric.Barbat. Zabar.& Butr. *ibid.*Abb.*in quæſt.3. incip.Sempronius, n.17.*Beroi.*d.conſ.3.n.1.& 2.* Barbat. *d.conſ.26.n.4.* Lambertin. *d.art.2. n.4.& 7.verſ. omnia prædicta,* Bellet.*d.tit.de clerico debitore, §.13. num.2. & num.3.*citat Rot.*in vna Æguanien. fabricæ,15. Decembris 1589.* coram Orano, vbi fuit dictum quod conſuetudo parochianorum reparandi, & ornandi capellam liberat Rectorem à paramentis, & eſt compellendus populus ad talem conſuetudinem obſeruandam. Nam in hac materia primitus inſpicitur, & attenditur obſeruantia, & quid hactenus conſueuerit. Paul. de Citadin. *de iurepatron.art.5. princ. verſ. ſecundò intelligo, ſub n.173.*Ioſeph.Ludouiſ.*conſ.38.illat.135.* Campan. *in diuerſ.iuris Canon.rubr.14.c.13.ſub n.19.* Salgado *d. c.5.n.13.*

Intellige etiam procedere, ſi Eccleſia non habeat 4 portionem deputatam, certoſque redditus pro fabrica; tunc enim ſine dubio erit reparanda de illa portione, eiſdemque redditibus, *gloſſ.1. hic in fine,* Hoſtienſ.*num.1.* & Abb.*num.3.ibid.* idem Abb. *d. q.3. num.17.* Barbat. *d. conſil.26. num.4.* Beroi. *d.conſil.3. num.5.& 15.* Lambertinus *d.art.2.num.2. verſ. & primus, & num.4. verſic.tertiò intelligit,* Belletus *d. §.14. num.11.*

Circa tamen Eccleſiæ Cathedralis reparationem, 5 ſecluſa conſuetudine (quæ jure communi circa eam attenditur, Beroi. *d conſil.3.num.1.& 2.* quem refert Rot.*deciſ.627.num.1.* apud Farinac. *part.1.recent.*) eſt aduertendum, Epiſcopum ſolùm ad illam teneri de quarta redditium ſuorum, *c.decernimus 10. quæſt.1.* cap.

cap. quatuor, & ibi Archid. *n.3.12. q.2.* Bero. *d. conſ.3. n.6. & 7. cum ſeqq.* Barbat. *d. conſ.26. n.4.* Beller. *d. §.13. n.12.* non ſolùm futurorum, ſed etiam præteritorum, ut per Bero. & Barbat. *d. locis*, benè docent Surd. *conſ.62. n.23.* & Rot. *d. deciſ.627. n.2.* & ſi fuerit dives, etiam ultra quartam partem compelli poteſt, Abb. *d. q.3. in fine, verſ. adverte.* Sed ſi nec Epiſcopus dives fuerit, & illa quarta pars non fuiſſet ſufficiens, tunc tenentur, & compelli poſſunt Canonici ſupplere de ſuperabundantibus redditibus ſuarum præbendarum, vel aliarum rerum Capituli, *cap. fin. de his, quæ fiunt à majori parte Capituli*, ubi Hoſt. *n.1.* & Abb. *num.7.* idem Abb. *in præſenti, n.3. & in d. q.3. in fin. verſ. & adverte*, Barbat. *conſ.26. n.4. & 5.* Bero. *d. conſ.3. n.8.21. 26. & 37. verſ. ſed gloſſa*, Lambert. *d. art.2. n.3. & 4. verſ. tertius eſt caſus*, Beller. *d. §.13. n.16.* Si denique Epiſcopus, & Canonici ſimul non ſufficerent, tunc Epiſcopus unà cum Capitulo poſſet ſtatuere, quod alii inferiores Clerici de ſuperabundantibus fructibus, adductis ſibi neceſſariis, ad contribuendum dictæ fabricæ tenerentur, Barbat. *d. conſ.26. n.4.* Bero. *d. conſ.3. n.23. & 24.* Lambert. *d. art.2. n.4. verſ. ſi autem dato*, Beller. *d. §.13. n.17.* ubi cum Abb. *hìc, n.6. & d. q.3. in fine*, tenet poſſe etiam Epiſcopum cum Capitulo deputare fructus beneficiorum vacantium pro fabrica Eccleſiæ Cathedralis, ſi ipſe, & Canonici non ſufficiunt. Et Rota *d. deciſ.627. n.5.* advertit, quod licèt Epiſcopus poſſit aſſignare fabricæ diſtributiones quotidianas deficientium, ut ex Illuſtriſſimorum Interpretum ipſa cenſuit *deciſ.325. p.2. diverſ.* ubi Domini intelligebant iſtam ſententiam procedere, juris ordine ſervato, ſcilicet in eventum, quod quarta Epiſcopi non ſufficeret, tunc poſſet applicare diſtributiones Canonicorum: & ita cenſuit ad applicationem diſtributionum Beneficiatorum non eſſe deveniendum, priuſquam videretur an applicanda per Canonicos ſufficerent.

Cap. Cùm dicat II.

Ex Concil. Lateran.

1 LEproſi quando congregantur ſub communi vita, permittitur eis conſtruere ſibi Eccleſiam in cœmeterio, & habere proprium Preſbyterum, ſine injuria tamen veterum Eccleſiarum; quod enim eis ex pietate conceditur, non debet redundare in aliorum injuriam. Item de hortis, & nutrimentis animalium ſuorum decimas ſolvere cogi non debent. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Butr. Hoſt. Anch. Henric. Panorm. Viv. *in ration. lib.3. juris Pontif. pag.450.* Alagona *in compend. juris Canon. pag.546.* remiſſivè Ximen. *in concord. p.1.* deſumitur ex Concil. Later. ſub Alex. III. *c.23.* & refertur ab Ant. Auguſt. *collect.1. Decret. lib.3. tit.35. c.1.*

2 *Statuimus etiam, ut de hortis*, &c.] Notatur ad hoc, quod leproſi, ſi vivant in communi, & ſtent ſimul in uno loco, non tenentur dare decimas de hortis ſuis, qui ſunt in circuitu domus, neque de animalibus ſuis ibidem naſcentibus, ſeu eorum nutrimentis, ut per Hiſpan. *in regulis decimarum, q.12. n.2.* Rebuff. *de decimis, q.5. n.21.* Moner. *eod. tract. c.5. q.1. n.35.* Hinc Rot. *in Cordub. decimarum, 22. Maii 1617.* coram Illuſtriſſ. D. Patriarcha Manzanedo, cenſuit ut ſit locus huic cap. leproſos debere communiter vivere, & ſimul congregatos extare, itaut ſi adeſſet hoſpitale, in quo curarentur etiam leproſi, quando ad illud accederent, & adeſſent ibidem alii infirmi aliis morbis laborantes, & leproſi retinerentur ſeparatim ab aliis infirmis, adhuc non habere locum text. *in præſenti*, quia leproſi non videntur conſtituere corpus ſeparatum, cùm talis ſeparatio fiat ad evitandum contagium, & cùm privilegium hujus text. ſit ſpeciale, non videtur extendendum ad hoſpitale commune leproſis, & aliis infirmis, ut dixit Rot. ſuprà allegata.

SUMMARIUM.

1 *Eccleſia Parochialis ob nimiam diſtantiam poteſt nova Eccleſia in ipſius Parochia ædificari, & certa portio de antiqua ſibi deputari.*

2 *Parochialis Eccleſia propter nimiam diſtantiam, ubi Parochiani ſine magno incommodo ad percipienda Sacramenta accedere non poſſunt, nova poteſt Eccleſia in ipſius Parochia ædificari.*

3 *Concil. Trid.* ſeſſ.21. de reform. c.4. *refertur.*

4 *Iudicis arbitrio relinquitur, quantum una Eccleſia parochialis ab altera diſtare poſſit, ut commodè Sacramenta ſumere inde poſſint parochiani.*

5 *Capellanus Eccleſiæ noviter erectæ quibus concurrentibus recipere debeat obventiones, oſtenditur.*

6 *Beneficium conſiſtens intra limites, & confines Eccleſiæ patronatæ laicorum, non ſortitur illius naturam, nec efficitur de jurepatronatus laicorum.*

7 *Matrix Eccleſia illa dicitur, quæ habet alias Eccleſias ſibi ſubjectas.*

8 *Obventionis appellatione quæ veniant, oſtenditur.*

Cap. Ad audientiam j. III.

Alex. III.

QUando aliqua villa in Eccleſia parochiali nimium diſtat, ut commoda ſit, poteſt alia Eccleſia in villa ædificari, & dotari ad proventus illius, & dos ſufficiens debet dari Sacerdoti eligendo à perſona majoris Eccleſiæ, dummodò major Eccleſia ſufficientes redditus, præter illos villæ habeat. Et ſi Rector illius Parochiæ, vel majoris Eccleſiæ ſit negligens in eligendo, Epiſcopus eligat, & ſervetur debitus honor villæ erga matricem. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Butr. Hoſt. Henric. Anch. Panorm. Vivian. *in ration. lib.3. juris Pontif. pag.451.* Alagona *in compend. juris Canon. pag.547.* remiſſivè Ximen. *in concord. p.1. & 2.* refertur ab Ant. Auguſt. *collect.1. Decret. lib.3. tit.35. cap.2.* 1

Probat hic text. quod ubi propter nimiam diſtantiam Eccleſiæ Parochialis parochiani ſine magno incommodo ad percipienda Sacramenta, & divina Officia audienda accedere non poſſunt, nova poteſt Eccleſia in ipſius parochia ædificari, & in ea Sacerdos, ſublato appellationis obſtaculo, ad præſentationem Rectoris Eccleſiæ majoris, certâ portione de antiqua illi deputatâ, poni: de cujus materia latè agit Salgad. *de protect. Regia, tom.1. p.3. c.5. num.1. cum multis ſeqq.* & apud Hiſpanos *l.9. tit.10. part.1.* Menoch. *conſ.477.* Bim. *conſ.184. vol.2.* Henriq. *conſ.60.* Joan. Bapt. Coſta *de remed. ſubſid. remed.75. per tot.* Lap. *alleg.67. num.2.* Card. Tuſch. *tom.6. lit.P, concluſ.98. à princ.* qui quidem textus innovatus, & ampliatus eſt per Concil. Trident. *ſeſſ.21. de reformatione, c.4.* his verbis: *Epiſcopi etiam tanquam Apoſtol. Sedis delegati in omnibus Eccleſiis Parochialibus, vel Baptiſmalibus, in quibus populus ita numeroſus ſit, ut unus Rector non poſſit ſufficere Eccleſiaſticis Sacramentis miniſtrandis, & cultui divino peragendo, cogant Rectores,* 2

vel alios, ad quos pertinet ſibi tot Sacerdotes ad hoc munus adjungere, quot ſufficiant ad Sacramenta exhibenda, & cultum divinum celebrandum. In iis verò, in quibus ob locorum diſtantiam, ſive difficultatem parochiani ſine magno incommodo ad percipienda Sacramenta, & divina Offi ia audienda accedere non poſſunt, novas parochias, etiam invitis Rectoribus, juxta formam Conſtitutionis Alexand. III. quæ incip. Ad audientiam, *conſtituere poſſi it. Illis autem Sacerdotibus, qui de novo erunt Eccleſiis præficiendi, competens aſſignetur portio arbitrio Epiſcopi, ex fructibus ad Eccleſiam matricem quomodocunque pertinentibus; & ſi neceſſe fuerit, compellere poſſit populum eam ſubminiſtrare, quæ ſufficiat ad vitam dictorum Sacerdorum ſuſtentandam: quacunque reſervatione,* &c. de qua materia, & hujus text. & illius decreti intellectu agunt Roch. *de jurepatr. verbo honorificum, q.*30.*n.*10.Lambert. *in ſimili tract. p.*1.*q.*3.*art.*1. Mandoſ. *in praxi ſignatura*, Gregor. *l.*13. *gloſſ.*6.*tit.*5. *p.*1.Gamb.*de officio Legati, lib.*5.*tit.*18. Piaſec.*in praxi nova Epiſcop. p.*1.*c.*5.*n.*1. ubi refert Sacram Congr. declaraſſe Epiſcopo Andrien.de anno 1594.ſine præjudicio nimirum poſſidentis, Franc. Leo *in theſauro fori Eccleſ. p.*2. *c.*2. *n.*68. ubi *n.*69. ex eadem Sacra Congregat. refert illud Concil. Trid. decretum habere locum, etiamſi eſſent ſubjectæ Regularibus, Azor. *inſt. moral. p.*2.*lib.*3.*c.*12.*q.*7. Zerol. *in praxi Epiſcop. p.*1. *verbo Parochia*, §.6. Henriq. *conſ.*80.Menoch. *conſ.*477. Coſta *de remediis ſubſid. remed.*75. Aloyſ.Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſ. deciſ.*554.*in* 1. *edit. & reſol.*479. *in* 2. *edit.* Ego ipſe *de offic. & poteſt. Epiſc. p.*3.*alleg.*18. Rot.*deciſ.*484.*n.*2. apud Farin. *p.*1. *recent.* ubi quod parochias novas erigendi juſta cauſa videtur incommoditas populi ad recipienda Sacramenta,& audienda divina Officia: & *n.*3. quod non ſufficit quælibet diſtantia, ſed ea duntaxar, quæ præbet difficultatem parochianis accedendi cum magno incommodo ad percipienda Sacramenta, & divina Officia audienda, ead. Rot. apud eund. *deciſ.*204.*n.*2. *p.*2. *recent. & deciſ.*745.*n.*2. *d.p.*2. *recent.* Limitant tamen hujus text. diſpoſitionem Menoch. *d. conſ.*477. *n.*9.Coſta *d.remed.*76. Aloyſ. Ricc.*d.reſol.*479.*n.*6. niſi in loco minimè difficili, nec incommodo oratorium adeſſet, vel Eccleſia cum fonte baptiſmali, & cæteris ad parochiam neceſſariis, ibique poneret Rector Sacerdotem in ſui adjutorium.

3 *Ad ſuſtentationem ſuam ejuſdem villæ obventiones,* &c.] Notatur ad hoc, quod Parochi ſuper jure parochiali percipiendo intra fines ſuarum parochiarum, habent aſſiſtentiam juris. Abbas *in cap. dilecti, n.*4. *verſ. ſed dubitatur, de offic. Ordin.* Rot. *deciſ.*256.*n.*1. *p.*1. *recent.* & proinde ex ſola juris aſſiſtentia, nulla etiam concurrente probatione poſſeſſionis, manutentio illis eſſet concedenda, ut fuit dictum *in Taurin. decim. ult. Aprilis* 1604. coram Seraphin. inter ejus impreſſ. *deciſ.*1497. quoniam hæc juris aſſiſtentia in judicio retinendæ ſummariiſſimo ſola ſufficeret, ſi verſaremur in juriſdictionalibus, in quibus terminis loquuntur *deciſ.*273. *n.*3. *&* 382. *n.*1. *&* 501. *ex n.*1. *p.*2. *recent.* ſed in aliis cauſis non juriſdictionalibus, nunquam Rota conſuevit ex ſola juris aſſiſtentia manutentionem impartiri, & pluries propoſita illa cauſa Taurinen. Rota nunquam reſolutioni prædictæ coram bon. mem. Card.Seraph. inhærere voluit, & ſignanter *in Reatina decimarum*, 4.*Decembr.*1609.coram Juſto, & *in Mediolanen. decimarum*, 9.*Junii* 1610. coram R.P.D.Pirovano, & *in Mediolan. quarta funeralium*, 14. *Maii* 1622. coram R.P.D. Merlino.

4 *Tantùm perhibetur ab Eccleſia parochiali diſtare,*&c.] Notatur ad hoc, quod judicis arbitrio relinquitur, quantum una Eccleſia parochialis ab altera diſtare poſſit, ut commodè Sacramenta ſumere inde poſſint parochiani, ut per Menoch. *de arbitr. caſu* 495.

Ita dicitur redditibus abundare, &c.] Vide Rebuff. 5
*de decimis, q.*6. *n.*22. ubi aſſerit Capellanum Eccleſiæ noviter erectæ, tribus concurrentibus recipere debere obventiones illius villæ, videlicet quod antiqua baptiſmalis redditibus abundet, & quod ædicula ſit neceſſaria, & quod non habeat ſufficientes redditus ad ſuſtentationem Preſbyteri: alioquin ſi fundator, vel Parochiani cōcederent redditus ſufficientes, tunc non teneretur Eccleſia Baptiſmalis quicquam concedere.

Ad præſentationem Rectoris.] Ergo beneficium con- 6
ſiſtens intra limites, & confines Eccleſiæ patronatæ laicorum, non propterea ſortitur illius naturam, nec efficitur de jurepatronatus laicali, ut per Abb. *hîc, num.*9. *&* 10. Gonzal. *ad reg.*8.*Cancel. gloſſ.*10. *num.*6. *cum ſeqq.*

Matrici.] Ergo matrix Eccleſia dicitur ea, quæ 7
habet alias Eccleſias ſibi ſubjectas, ut per Azor. *inſt. moral. p.*2. *lib.*9.*c.*3. *in fine*, Soar. *de Relig. tract. de decimis, lib.*1.*c.*24.*n.*1. Rebuff. *de decimis, q.*7.*n.*7. Monet. *eod. tract. q.*7.*n.*3. Rot. *deciſ.*272.*n.*3. apud Farin. *p.*1. *recent.*

In gloſſ. *Obventiones.* Notatur ad hoc, quod obven- 8
tionis appellatione veniunt oblationes, & perſonales decimæ, quæ dantur diebus, quibus acceditur ad Eccleſiam, & ex mortuariis, & ſimilibus, ut per Gutier. *conſ.*8.*n.*4. Valaſc. *conſ.*14.*n.*2. Gonzal. *ad reg.*8. *Cancel.* §.7. *proœm. n.*199. *cum ſeqq.*

SUMMARIUM.

1 *Rectores Eccleſiarum Parochialium poſſunt compelli, ut de redditibus, qui ſuperſunt, teneantur conferre ad conſtructionem, ſeu reparationem Eccleſiæ,* & n.2.

3 *Rector Eccleſiæ ſi ab illa non habeat tot redditus, quibus præſtare poſſit talem reparationem, tunc tenebuntur parochiani, etiam nobiles, & exempti.*

4 *Parochiales Eccleſiæ juriſpatronatus, à quo ſint reſtaurandæ, oſtenditur.*

Cap. De his IV.

RECtores Eccleſiarum parochialium poſſunt com- 1
pelli, ut de bonis Eccleſiæ, quæ eis ſuperſunt, conferant ad reparationem,& inſtitutionem Eccleſiarum, ut alii eorum exemplo invitentur. Colligunt ex Ordin. Abb.antiq.Innoc. Collect. Zabar. Joan.Andr. Butr. Hoſt. Henric. Anch. Panorm. Vivian. *in ration. lib.*3. *juris Pontiſ. pag.*451. Alagona *in compend. juris Canon. pag.*547. remiſſivè Ximen. *in concord. part.*1. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 1. *Decret. lib.* 3. *tit.*35.*c.*5. & eſt poſt Concil. Lateran. ſub Alex. III. *p.*29. *c.*2.

Hic eſt text. innovatus per Concil. Trid. *ſeſſ.*21. 2
*de reformat. c.*7. ibi: *Parochiales verò Eccleſias, etiamſi juriſpatronatus ſint, & ita collapſas refici, & inſtaurari procurent ex fructibus, & proventibus quibuſcunque ad eaſdem Eccleſias quomodocunque pertinentibus: qui ſi non fuerint ſufficientes, omnes patronos, & alios, qui fructus aliquos ex dictis Eccleſiis provenientes percipiunt, aut in illorum defectum, parochianos omnibus remediis opportunis ad prædicta cogant, quacumque appellatione, exemptione, & contradictione remota. Quod ſi nimia egeſtate omnes laborent, ad matrices, ſeu viciniores Eccleſias transferantur, cum facultate tam dictas parochiales, quàm alias Eccleſias dirutas in profanos uſus*

uſu non ſordidos, erecta tamen ibi Cruce, convertendi: de qua materia, & hujus text. ac illius Concil. Trident. decreti intellectu, vide Paul. Fuſc. *de viſitat. lib.*1. *cap.*10. *num.*15. *&* 16. Bellet. *diſquiſit. clerical. p.*1. *tit. de bonis clericorum*, §.14. Aloyſ. Ricc. *in deciſ. curiæ Archiepiſcop. Neapolit. part.*2. *deciſ.*255. Zerol. *in praxi Epiſcop. part.*2. *verbo parochia*, §.6. Franciſc. Leo *in theſauro fori Eccleſiaſt. p.*2. *cap.*16. *num.*51. *cum ſeqq.* Cened. *ad Decretal. collect.* 153. Valaſc. *conſult.* 179. *num.*7. *&* 13. Latè Salgado *de protect. Regia, tom.*1. *p.*3. *cap.* 5. *per tot.* Joan. Baptiſt. Coſta *de remed. ſubſid. remed.*106. *illat.*2.

3 *Si eis ſuperſint.*] Advertit Paul. Comitol. *reſponſ. moral. lib.*1. *quæſt.*82. *concl.*3. quod ſi beneficii bona ſuſtentandæ vitæ ſuperſint, ſed non tuendæ conditioni, ſeu ſtatui, tenetur Rector ad reparationem, quia beneficiorum fructus non ad creandos, aut augendos, ſeu fovendos mundanos titulos, ſeu ſtatus collecti ſunt, ſed ad pauperes alendos, & divinum cultum inſtituendum, atque augendum: & *concl.*5. tenet quod ubi eſt conſuetudine impetratum, ut plebs & populus, quem curat Sacerdos, ſuis opibus Eccleſiæ provideat, ea conſuetudo retinenda eſt: refert Illuſtriſſ. D. meus Roderic. à Cunha poſt primam hujus libri impreſſionem à me viſus *in comment. ad cap. pulchra* 18. *num.*5. *diſt.*86. Tenebuntur itidem beneficiati ad ornamenta neceſſaria, ſine quibus divina celebrari nequeunt, Barbat. *conſil.*26. *num.*1. *&* 4. *vol.*3. Surd. *conſil.*62. Bellet. *d.* §.14. *num.*4. Campan. *in diverſorio juris Canonici, rubr.* 12. *cap.*13. *ſub num.* 19. Salgado *de protect. Regia, tom.*1. *p.*3. *cap.*5. *num.*7. Si autem Rector non habeat ab Eccleſia tot redditus, quibus præſtare poſſit talem reparationem, tunc tenebuntur parochiani in tali Eccleſia Sacramenta, & alia quæcumque divina percipientes, Abb. *conſil.* 70. *num.*2. *p.*1. Beroi. *conſil.*3. *n.*43. *verſic. quicquid tamen, vol.*2. Lambertin. *de jurepatronat. lib.*3. *quæſt.*2. *art.*2. *num.*4. *verſic. tertius eſt caſus, &* n.5. *verſ. ſi iſti beneficiati*, Bobadil. *in ſua politica, lib.*2. *cap.*18. *num.*135. *& lib.*3. *cap.*3. Salgado *in cap.* 5. *num.*7. *&* 9. Guttier. *d. allegat. num.*2. Campan. *d. cap.*13. *num.*8. non per capita hominum, nec per capita domorum, ſed quod ad ſolidum & libram ædificationes, & reſtaurationes parochialium Eccleſiarum, ubi ex redditibus Eccleſiaſticis fieri non poſſunt, ſunt faciendæ, ut docent Bellet. *d.* §.14. *num.*10. *verſ. ubi verò*, Franciſc. Leo *d. cap.*16. *num.*73. Et cùm hoc ſit opus publicum, & commune, concernens omnium utilitatem, & neceſſitatem, tenentur ſemper contribuere nobiles, & alii exempti. Avendan. *de exequendis mandat. lib.* 2. *cap.*14. *num.*9. Cened. *d. collect.* 513. *num.* 2. Gutier. *d. allegat.* 10. *num.*5. *&* 7. Bobadil. *d. cap.*18. *num.*135. *ad fin.* Salgado *d. cap.*5. *num.*11. ubi etiam dicunt quod quando non ſuperſunt redditus Clericorum ad reædificationem Eccleſiæ, poteſt expendi pecunia publica univerſitatis, & ea deficiente debet deveniri ad collectam inter vicinos.

4 Quid dicendum de Eccleſiis parochialibus juriſpatronatus, quæ indigent reſtauratione, & refectione, non immeritò ſolet ab aliquibus dubitari; nam Lambertin. *lib.*3. *art.*2. *quæſt.*7. *princip. num.*5. tenet patronum ex aliqua familia non teneri, quia ex prima fundatione, conſtructione, & dotatione acquiſitum eſt juſpatronatus, *cap. à nobis, de jurepatron.* fecit enim quod debuit, & habuit quod à jure inductum eſt, ſcilicet juſpatronatus, nec ad aliud tenetur. Sacrum tamen Concilium Trident. *d. cap.*7. in citatis verbis, decrevit parochiales Eccleſias, etiamſi juriſpatronatus ſint, refici, & reſtaurari ex fructibus & proventibus quibuſcumque ad eaſdem Eccleſias quomodocumque pertinentibus, qui ſi ſufficientes non fuerint, patronos, & alios, qui fructus aliquos ex dictis Eccleſiis provenientes percipiunt, aut in illorum defectum parochianos omnibus remediis opportunis cogi mandavit, &c. per quod ita docent Bellet. *d.* §.14. *num.*10. Franc. Leo *d. cap.*16. *num.*71.

Quæ dicta ſunt de reſtauratione Eccleſiæ, eadem dicenda veniunt de refectione domus Rectoris, ut qui tenentur ad refectionem Eccleſiæ, iidem teneantur pariter ad refectionem domus Sacerdotalis. Lambert. *d. quæſt.*7. *art.*3. & declaraſſe Sacram Congregat. refert Bellet. *d.* §.14. *num.*9.

SUMMARIUM.

1 *Eccleſia ſæcularis ſine præjudicio Clericorum ad ſtatum regularem poteſt reparari, & Collegio, quod nondum eſt, privilegium non confertur.*

2 *Eccleſia Collegiata ſæcularis in illam Collegiatam, vel Conventualem Regularem mutari poteſt.*

3 *Beneplacitum Papæ ubi adeſt, ſupplet quoſcumque defectus, & ſolemnitates aliàs requiſitas.*

4 *Privilegium non poteſt concedi Collegio, quando ſcholares non adſunt.*

5 *Privilegium futuro Collegio, vel hoſpitali concedi poteſt, ut incipiat habere vires quando erectum fuerit.*

Cap. Ad audientiam ÿ. V.

Urban. III.

CAnonici Regulares poſſunt in Eccleſia Cathedrali Papa concedente cum conſenſu Ordinarii 1
inſtitui, dummodò Clericis ſæcularibus qui ſuperſunt in illa Eccleſia, nullum fiat præjudicium. Privilegium verò non conceditur Canonicis minimè exiſtentibus. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Butr. Hoſt. Anchar. Henric. Panorm. Vivian. *in ration. lib.*3. *Iuris Pontif. pag.*452. Alagona *in compendio Iuris Canon. pag.*547. remiſſivè Ximen. *in concord. p.*1. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.*2. *Decret. lib.*3. *tit.*26. *cap.*4.

Quod tu in Eccleſia, &c.] Notatur ad hoc, quod 2
Eccleſia Collegiata ſæcularis in aliam Collegiatam, vel Conventualem Regularem mutari poteſt, ut per Monet. *de commutat. ultimar. voluntat. cap.*11. *num.*96. ubi citat Joan. Sandæ. *in tract. de diſpenſat. Epiſcop. caſu* 16. Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. tom.* 3. *cap.*473. *num.*2.

Confirmationis privilegium, &c.] Notatur ad hoc, 3
quod beneplacitum Papæ ubi adeſt, ſupplet quoſcumque defectus, & ſolemnitates aliàs requiſitas, ut per Redoan. *de rebus Eccleſiæ non alienand. c.*25. *rub.*1. *de his, qui conſentiunt, num.*12. Gonzal. *ad reg.*8. *Cancell. gloſſ.*12. *in princ. num.*75.

Cum nulli Canonici adhuc ibidem exiſtant.] Notatur 4
ad hoc, quod privilegium non poteſt concedi Collegio, quando ſcholares non adſunt, ut per Gonzal. *ad reg.*8. *Cancel. gloſſ.*5. §.7. *num.*71. *&* 83.

In gloſſ. *Non poſſumus*, fin. ibi, *& dic quod de futuro* 5
ædificio non poteſt ſervitus conſtitui, &c. Notatur ad hoc, quod privilegium futuro Collegio, vel hoſpitali concedi poteſt, ut incipiat habere vires quando erectum fuerit, ut per Gonzal. *d. gloſſ.*5. §.7. *num.*96. *&* 97.

Cap. Tua nos VII. & ult.

Caleſt. III.

1 Eccleſiam novam ædificare poteſt Epiſcopus propter indigentiam, non obſtante juramento de rebus Eccleſiæ non alienandis. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Joan. Andr. Butr. Hoſt. Henric. Anchar. Panorm. Viv. *in ration. libri 3. Iuris Pontif. pag.*452. Alagona *in compend. Iuris Can. pag.*548. remiſſivè Ximen. *in concord. part.* 1. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 2. *Decretal. lib.* 3. *tit.*26. *cap.*5.

2 Ex hoc text. vulgò colligitur Principes ſtatuentes ne in eorum ſtatu poſſint ædificari de novo Eccleſiæ, & Monaſteria ſine eorum ſcientia, derogare immunitatem Eccleſiaſticam, ut per Colleg. Bononien. *pro libertate Eccleſiæ contra Venetos, n.*43. Patres Theologos Religionis Servorum *in defenſ. cenſur. Pauli V.* Ugolin. *in reſp. ad Iureconſ. Gymnaſii Patavini contra Venetos, cap.*6. §.1. *cum* 4. *ſeqq.* Philip. Mayuar. *de privileg. Eccleſ. contra Venetos, part.*2. *art.*24. Joan. Franc. Fagnan. *in tract. de juſtit. cenſur. Pauli V. p.*2. *pag.*26. Ferdin. de Baſtida *in antidoto contra Paulum Venetum, p.*2. *arg.*10. *& ſeq.* Anton. Bover. *in reſp. pro cenſuris Pauli V. contra Venetos*; Paul. Comitol. *in tract. apologet. contra Venetos, c.*1. *n.*17. Valenzuel. *in defenſ. monit. Pauli V. p.*2. *n.*28. *& ſeq.* Et licet à Valente, Theodoſio & Arcadio Imperatoribus fuerit prohibitum Eccleſias ædificari ſine Principis licentia, ut patet *ex l. nemo, C. de relig. & ſumpt. funer.* hoc tamen Imperatores illi effecerunt de facto, & propterea totum hoc fuit poſtea revocatum à Juſtiniano *in l. Sancimus, §. ſiquidem, C. de Epiſc. & cler. & in auth. ut null. fabric. orat. dom.* &c.

Oratoriis.] Notatur ad hoc, quod Oratorium dicitur Eccleſia, ſeu altare orandi cauſa conſtructum, ut per Rebuff. *de pacif. poſſeſſ. num.*286. Et de oratoriis Hieronym. Carat. *in opuſc. de juribus Parochialibus, tit.*2. ubi *cap.*14. quod oratorium publicum auctoritate Epiſcopi conſtructum venit appellatione beneficii, & ſi habeat dotem cum aliis requiſitis & campanulam, cenſetur Eccleſia, & ejus appellatione venit. Et auctoritate Epiſcopi præſumi oratorium à principio erectum, quando haberet Altare lapideum, ſtabile, & non portatile, dicit Decian. *in tract. crimin. lib.*6. *c.*25. *n.*19. quem refert Farin. *de immun. Eccleſ. n.*267. Et oratoria quando dicantur publica, & quando privata, vide Mar. Ital. *de immunit. Eccleſ. c.*4. §.4.

De Immunitate Eccleſiarum, &c.

Tit. XLIX.

Super hanc rubr. ſcripſerunt Zabarell. Joan. Andr. Butr. Anchar. Henric. Panorm. Henric. Caniſ. Guillelm. Durand. *in breviario aureo juris Canon. fol.* 117. Joan. de Londris *in breviario ſanctorum Can. fol.* 176. Martin. Meſnart. *in epitome Decretal. fol.*152. Petrus de Ravenna *in compend. Iuris Canon.* Dan. Venat. *in analyſi methodica Iuris Pontif. pag.*512. Geffred. & Hoſt. *in ſum. hujus tit.* Alex. Caſan. & Anaſt. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decret.* Lancellot. *in inſtit. Canon.* novè Barthol. Carthagena *in expoſit. titul. juris Can.* Zypæ. *in analyt. poſtremi juris Eccleſiaſt. enarrat. pag.*319. noviſſimè Joan. Honor. *lib.*3. *ſum. in Decret.* omnes *ſub hac rubr.*

De materia hujus tit. integros edidere tractatus Remig. de Gonni, Marius Italus, Laurent. Ortiz de Ibarrola, Alexander Ambroſius, Alexander Peregrinus, & Proſper Farinacius, Anaſtaſ. Germon. *de ſacrorum immunitatib.* de illa agunt Ordin. Regia Luſitan. *lib.*2. *tit.*5. ubi parens meus, Angel. Tabien. Armil. Sylveſt. & alii Summiſtæ *verbo Immunitas*, Covar. *lib.* 1. *variar. cap.*20. Nav. *in man. cap.*27. *à n.*17. Chaſſan. *in conſuet. Burg. rubr.*1. §.5. *à num.*111. *pag.*211. Clar. §. *fin. q.*30. Lancellot. *in inſtitut. canon. lib.*2. *ſub hoc tit.* Joan. Barber. *in viatorio Iuris, rubr.*31. *de violatoribus immunitatum*, Bernard. & Salzed. *in pract. cap.*126. *in noviſſ. edit.* Azeved. *l.*2. *à num.*21. *& l.*3. *tit.*2. *lib.*1. *& tit.*6. *lib.*4. *nova recop.* Gam. *Luſit. deciſ.*141. 179. *&* 362. *num.*2. Decian. *in tract. crimin. lib.*6. *cap.*24. Peguer. *in deciſ. crimin. c.*40. Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. p.*1. *collect.*119. *& p.*5. *collect.*1793. Cur. Philip. *p.*3. §.12. Menoch. *de præſumpt. lib.*5. *præſ.*1. Gutier. *practic. lib.*1. *q.*1. *& lib.*3. *quæſt.*4. Ceval. *commun. contra commun. q.*689. Queſad. *in pract. qq. cap.*1. Soar. de Pace *in pract. part.*5. *tom.*1. *c.*3. §.3. Farin. *in praxi crimin. part.*1. *q.*28. Bobadil. *in ſua Polit. lib.*2. *c.*14. Valaſc. *conſ.*81. Franciſc. Carraſco *in explicat. ad aliquas leges nova recop. c.*3. Card. Tuſch. *lit. E, concl.*11. *tom.*3. Jodoc. Coccius *in ſuo Theſauro Chriſtiano, tom.*2. *lib.*8. *art.*8. Cardoſ. *in praxi Iudicum, verbo Eccleſia, à num.*71. Cabed. *p.*1. *arreſto* 77. *& p.*2. *arreſto* 59. *&* 60. Ludov. Miranda *de ordine judiciario, q.*16. *art.*7. Padill. *in ſumma legum pœnalium, p.*2. *caſu* 48. Marc. Anton. Genuenſ. *in pract. Archiepiſc. Neapol. cap.*22. Soar. *de Relig. tom.*1. *lib.*5. *tract.*2. *c.*8. *cum ſeqq.* Fr. Raph. de la Torre *in* 2.2. *D. Thoma, q.*99. *art.*3. *gradu* 8. *cum ſeqq.* Joan. Franciſc. Leo *in Theſauro fori Eccleſ. p.*1. *c.*13. Azor. *inſtit. moral. p.*2. *lib.*9. *c.*8. *cum ſeqq.* Camil. Borrel. *in ſumma omnium deciſ. tit.*33. *de his qui ad Eccleſias confugiunt*, Diana *moral. reſol. part.*1. *tract.*1. *de immunit. Eccleſ.* Franc. Molin. *poſt tract. de brachio ſæculari*, *ſub tit. de ſacra homicidio amittenda immunitate*, Rebuff. *tom.*2. *ad leges Galliæ*, *ſub hoc tit.* Gabr. Pereira *de manu Regia, p.*2. *c.*50.

SUMMARIUM.

1 *Iudex laicus non debet judicare, nec hoſpitium quærere in domibus Eccleſiaſticis.*

2 *Iudex ſæcularis in domo Eccleſiæ jus dicere non debet.*

3 *Iudices ſæculares prætextu alicujus conſuetudinis hoſpitium in Eccleſiarum domibus vendicare non debent.*

4 *Clerici, & ipſorum domus non tenentur ad hoſpitandum Legatos Principis, ſive alicujus Domini, aut Comites vel Duces militum, aut ipſos milites.*

Cap. Ut in domibus I.

Ex Synodo Joan. Papæ.

Officialis, Judex, Comes, vel miniſter quaſi pro conſuetudine non debent facere, vel vindicare 1
placitum, aut hoſpitium in domibus Eccleſiarum, ſed conſtruere domos in locis publicis, in quibus placitum teneant, & hoſpitentur. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Joan. Andr. Butr. Hoſt. Henric. Anchar. Panorm. Vivian. *in ration. lib.*3. *juris Pontif. pag.*453. Alagona *in compend. juris Canon. pag.* 548. remiſſivè Ximen. *in concord. part.*1. *&* 2. refertur

refertur ab Anton. Auguſt. *collect. 5. Decret. lib. 3. tit.36.cap.1.*

2 *Placitum.*] Notatur ad hoc, quod judex ſæcularis in domo Eccleſiæ jus dicere non debet, ut per Navar. *de horis canon.cap.5.n.31.cum ſeqq.* Azor. *inſtit.moral.p.2. lib.8.cap.9. q.7.* Placiti autem nomine quæ veniant, vide dicta *ad cap.1.num.6.de Feriis,pag.401.*

3 *Vel hoſpitium vendicent.*] Notatur ad hoc, quod judices ſæculares prætextu alicujus conſuetudinis hoſpitium in Eccleſiarum domibus vendicare non debent, ut per Azor. *d.cap.9.quæſt.8.* Soar. *de Relig.tom.1.*
4 *lib.3.cap.13.n.4.* Clerici enim, & ipſorum domus non tenentur ad hoſpitandum Legatos Principis, ſive alicujus Domini, ſive Comitis, ſive Duces militum, aut milites, tum propter immunitatem Eccleſiaſticarum perſonarum, tum verò propter diſſolutiones, & laſcivias, quæ plerumque fiunt ab hujuſmodi militibus, ut per Abb. *in præſenti, num.1. & 3.* Greg. *l.51.tit.6.p.1.* Perez *l.11.tit.2.lib.1. Ordinament.pag.52.& l.1. tit.3. eod. lib.1. pag.60. & l.27. tit.3. eodem lib.1. pag.109.* Flores de Mena *var.lib.1. quæſt.21.num.207.* Modern. *de juriſdict.p.4.cent.1.caſu 86. num.9.* Beller. *diſquiſit. clerical.p.1. tit.de exemptionib. clericorum, & eorundem bonorum à muneribus publicis, §.4.num.4.& 5.* Fr. Franciſc. Coriolan. *in explicat. Bullæ in Cœna Domini, excomm.18. verſ.quintò*, Fillinc. *tract.16. cap.11. quæſt.2. num.351.* noviſſimè Bonacina *in Bullam Cœnæ Domini, quæſt.16. puncto 3. §.1. num.5.*

SUMMARIUM.

1 *Neceſſitatis tempore non debet aliquis excuſari à murorum, ſeu civitatis cuſtodia,* & n.2.

3 *Clerici ratione imminentis belli tenentur contribuere, quando ſcilicet immineat neceſſitas, & burſa Principis ſit exhauſta, & laicorum facultates non ſuppetant, & agatur de defenſione neceſſaria patriæ.*

4 *Clerici tenentur contribuere pro communi damno, ſeu periculo evitando, declarando ut n.7.*

5 *Clerici ex cauſa publicæ utilitatis, neceſſitatiſve inevitabilis, & incogitatæ poſſunt compelli ad contribuendum cum laicis ad onera pro tali neceſſitate, utilitate, ac pietate impoſita.*

6 *Privilegia conceſſa per verba univerſalia, & prægnantia ceſſant in caſu publicæ utilitatis, neceſſitatiſve inevitabilis, & incognita.*

8 *Equites, & milites Hieroſolymitani non tenentur ſolvere collectas impoſitas à clero pro neceſſitatibus, & debitis urgentibus.*

Cap. Pervenit II.

Gregor. IX.

1 Tempore neceſſitatis nullus de Eccleſia excuſatur à murorum vigiliis, & cuſtodia civitatis. Colligunt ex Ordin.Abb.antiq.Innoc.Collect.Zabar.Joan. Andr.Butr. Hoſt.Anchar. Henric. Panorm. Vivian. *in ration. libri 3. Iuris Pontif. pag. 446.* Alagona *in compend.Iuris Canon. pag.548.* remiſſivè Ximen. *in concord. part.1. & 2.* deſumitur ex D. Gregorio *lib.7. epiſt.20. indict. 1. regiſtri,* & refertur ab Anton. Auguſt. *collect.3. Decret.lib.3. tit.36. cap.2.*

2 Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſumunt Gutier. *pract.lib.3. quæſt.3.num.4.* Ordin. Reg. Luſitan. *lib.2.tit.1.§.12.*& ad hoc per Epiſcopum cogi poſſunt. Chaſſan. *in conſuet. Burg.rub.2. §.3. num.16. cum ſeqq.* *fol.29.verſo,* Gutier. *d.q.3. num.5.* Azeved. *l.11.num.7. tit.3. lib.1. nova recop.* Franc. Leo *in Theſauro fori Eccleſ.p.3.cap.7.num.124.* Unde infertur Clericos ratione 3 imminentis belli teneri contribuere, quando ſcilicet immineat neceſſitas, & burſa Principis ſit exhauſta, & laicorum facultates non ſuppetant, & agatur de defenſione neceſſaria patriæ, Bellam. *conſ.46.n.1.2.4. & 8. verſ.ad ſextam, & conſ.40.n.1. verſ.ſuper ſecundo,* Betoi. *conſ.31.n.13.* Nat. *conſ.65.num.15. volum.1. & conſ.280. num.6.* Burſat. *conſ.16. n.76. volum.1.* Joan. Lup. *de libertate Eccleſiaſt. quæſt. 4. num. 4.* Decian. *conſ.51.n.13. vol.3.* Mich.Graſſ. *tom.1. commun. opin. lib.1. tit.1.n.79. pag.153.* & eodem modo teneri contribuere pro juvando Rege contra hæreticos, Henriq. *in ſum. lib.10. cap.5. §.1.* & pro liberanda civitate à peſte, Rip. *de peſte, tit.de remediis ad curandam peſtem, n.211.* Bertrand. *conſ.53.in fine,* Marc.Anton.Genuenſ. *in pract. Eccleſiaſt.quæſt.647.in fine,* & propter famem, Rip. *reſp.22.n.8.lib.1.* Menoch. *conſ.800. n.22.* Joan. Garc. *de nobilitate, gloſſ.9. n.53.* Flores de Mena *var. lib.2. q.21. num. 213.* Modern. *de juriſd. p.4. caſu 10.* Thom.Valaſc. *alleg.juris, tom.1.alleg.47. n.20.* & ita 4
pro quolibet communi damno, ſeu periculo evitando juxta caſum poſitum per Panorm. *in cap. non minùs, ſub n.20.infrà hoc tit.* Fr.Emman. *in ſumma, p.2.cap.95. concl. 13.* Anaſtaſ. Germon. *de ſacrorum immunitate, lib.3. cap. 17. num.28.* Campanil. *in repet. extravag. Clementis VII. ſub num.113.*

Ex cauſa namque publicæ utilitatis, neceſſitatiſve 5
inevitabilis, & incogitatæ poſſunt Clerici compelli ad contribuendum cum laicis ad onera pro tali neceſſitate, utilitate, ac pietate impoſita. Barbar. *conſil.1.vol.3. & conſil.29.vol.4.* Anchar. *conſil.96.* Purpur.*conſil.50. vol.1.* Rip. *de peſte, p.1.n.456.& ſeqq.* Burſat. *conſ.16. à n.22.vol.1.* Ozaſc. *deciſ.181. n.24.* Decian. *conſil.14. num. 12. & 20. vol.1.* Ratio eſt, quia privilegia con- 6
ceſſa per verba univerſalia, & prægnantia ceſſant in caſu hujuſmodi neceſſitatis, ut per Innoc. & Collect. *in præſenti,* Tennat. de Sat. *de privil. §. 3. in princ. & n.22. & ſeq.* quando ſcilicet propter moræ periculum 7
& damnum inevitabile conſenſus Papæ haberi non poteſt, tunc enim tacitè in hoc caſu præſtitus cenſetur, dummodo non ad ſolas deliberationes laicorum contribuant, ſed ſponte, vel Superioris Eccleſiaſtici auctoritate, cujus officium implorare poterit populus, ut compellat Clerum ad conſentiendum, & contribuendum, Panorm. *in cap. non minùs,num.2. verſ.aut neceſſitatis, infrà hoc tit.* Tomar. *d.tract.§.2.n.25. paulò ante finem,* quos refert & ſequitur Rot. apud Farin. *deciſ.72.n.4. p.1.recent.* ubi *num.5.* cenſuit Equites, & 8
Milites Hieroſolymitanos non teneri ſolvere collectas impoſitas à Clero pro neceſſitatibus, & debitis urgentibus, quia habent ampliſſima privilegia à quibuſcunque impoſitionibus, &c. apta comprehendere iſtum caſum: tum quia cauſæ, & merita, propter quæ illa privilegia dictis Militibus conceſſa fuerunt, videlicet quia non modò facultates, & fortunas, verùm etiam ſanguinem, & vitam pro defenſione Reip. Chriſtianæ prodigunt, hoc ipſum inſinuare videbantur, & *num.7.* reſpondet huic reſolutioni non obſtare text. *in præſenti,* quia non habet locum quando extenditur etiam privilegium, ut inſinuat gloſſ. *verbo omnes, in fine,* vel ſaltem quando privilegium habet verba apta comprehendere omnes caſus, & quæ ſine violatione recti ſermonis reſtringi nequeunt.

Quæ quidem procedunt illis adjectis reſtrictionibus, quas Rot. *d.deciſ.72.* conſiderat, quicquid dicat Modern. *de juriſd. p.4.caſu 1. n.15.& ſeqq.* licèt ingenioſè defendere nitatur text. *in præſ.* non loqui de clericis, ſed de hominibus Eccleſiæ, qui gaudent immu-

nitate Eccleſiarum, per *cap. Eccleſiarum ſervos* 12. q. 2. quia in caſu hujus text. civitas Terracinæ opprimebatur ab infidelibus, & imminebat timor ſubitaneus, & improviſus, & non eſt credibile Summum Pontif. de Clericis intellexiſſe, cùm Clericatus reddat eos inhabiles ad pugnandum etiam contra Sarracenos, ut probat textus *in cap. ex multa*, §. *fin. ſuprà*, *de voto*. Verùm licèt hæc moderni reſponſio probabilitate non careat, tamen magis conforme eſt literæ textus, quod *ſuprà* dixi.

SVMMARIVM.

1 *Ruſtici Eccleſiæ non poſſunt deſerere rura Eccleſiæ, & colere agros privatorum.*

2 *Coloni Eccleſiæ & Eccleſiaſticorum an & quando gaudeant immunitate à ſolutione collectarum, atque aliorum munerum.*

3 *Emphyteuta Eccleſiæ an, & quando gaudeat immunitate à ſolutione collectarum, atque aliorum munerum, remiſſivè.*

Cap. Indicatum III.

1 RUſtici Eccleſiæ rura ejus deſerere non poſſunt, & colere agros privatorum. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Butr. Hoſt. Henric. Anchar. Panorm. Viv. *in ration. lib. 3. Iuris Pontif. pag.* 454. Alagona *in compend. Iuris Canon. pag.* 548. remiſſivè Ximen. *in concord. part.* 2. deſumitur ex D. Gregor. *in veteri regeſto, lib. 7. epiſt.* 65. *indict.* 2. & refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 3. *Decret. lib.* 3. *tit.* 36. *cap.* 3.

2 *Ruſtici Eccleſiæ.*] De immunitate à ſolutione gabellarum, collectarum, atque aliorum munerum colonis Eccleſiæ, & Clericorum an, & quando præſtanda ſit, vide Abb. *conſ.* 9. *part.* 1. Capyc. *deciſ.* 12. Natt. *conſ.* 419. *à num.* 7. *vol.* 2. Surd. *conſ.* 301. *num.* 34. *cum ſeqq.* Menoch. *de arbitr. caſu* 180. *num.* 8. *& caſu* 562. *num.* 35. Filliuc. *tract.* 16. *cap.* 11. *quæſt.* 4. *n.* 302. Carol. de Graſſis *de effect. clerical. effectu* 3. *num.* 66. Alter. *de cenſur. diſp.* 19. *cap.* 9. *dub.* 5. plures alios relatos per Bellet. *diſquiſit. clerical. p.* 1. *tit. de exemptionibus clericorum & eorundem bonorum*, §. 7. Cott. *in memorab. verbo colonus Eccleſiæ*, Valaſc. *conſult.* 131. *num.* 14. *cum ſeqq.* Gutier. *practic. lib.* 4. *quæſt.* 39. *num.* 14. Ozaſc. *deciſ.* 83. *&* 116. Modern. *de juriſdict. p.* 4. *caſu* 13. *& caſu* 112. *num.* 7. Et noviſſimè ſacra immunitatis Eccleſiaſticæ Congregatio ſub die 6. Decembris 1627. ita reſpondit Epiſcopo civitatis Plebis: *Sacra Congregatio Cardinalium controverſiis juriſdictionalibus præpoſitorum, inhærendo declarationibus aliàs factis cenſuit colonos partiarios Epiſcoporum durante colonia gaudere debere privilegio fori*, &c. Octavius Cardinalis Blandinus: refert Tamburinus *de jure Abbatum, tom.* 1. *diſp.* 20. *ſub num.* 4.

3 De emphyteuta Eccleſiæ, vide Duen. *reg.* 100. *ampliat.* 3. Communiſtas *tom.* 1. *communium opinionum, lib.* 4. *tit.* 39. *de vectigalibus*, *num.* 9. *pag.* 647. Surd. *conſ.* 338. *à num.* 13. *& num.* 18. Menochium *de arbitrariis, caſu* 180. *num.* 8. *& caſu* 562. *num.* 21. *& conſ.* 75. *num.* 62. *cum ſeqq.* Avendan. *de exequend. mandat. lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 33. Valaſcum *de jure emphyteut. quæſt.* 17. *à num.* 11. Joan. Garc. *de expenſis, cap.* 12. *à num.* 69. Felicianum *de cenſibus, part.* 2. *in præfat. n.* 1. Modern. *d. part.* 5. *caſu* 13. *num.* 2. Garc. Girond. *de privileg. ſeu exempt. explicat. num.* 972. Cald. Pereira *de nominatione emphyt. quæſt.* 7. *num.* 13. *& quæſt.* 12. *num.* 65. *&* 207. Flores de Mena *var. lib.* 2. *quæſt.* 21. *n.* 65. *&* 207. Filliuc. *d. quæſt.* 4. *num.* 302. Carol. de Graſſis *d. effectu* 3. *n.* 77. *&* 151. Alter. *d. cap.* 6. *dub.* 6.

SVMMARIVM.

1 *Laici collectas imponentes Clericis, vel Eccleſiis, ſeu juriſdictionem eorum uſurpantes, ſi moniti non deſiſtunt ſunt excommunicati cum ſuis fautoribus; poteſt tamen Epiſcopus cum Clero eis neceſſaria præbere ſubſidia*, & num. 2.

3 *Bona patrimonialia Eccleſiaſticorum, ſeu ab Eccleſiaſticis acquiſita, exempta ſunt à tributis.*

4 *Bona patrimonialia etiam ab extraneo donata ut ad illorum titulum Clericus ſacris Ordinibus initiaretur, gaudent privilegio immunitatis à tributis, & collectis.*

5 *Bona ab Eccleſiaſticis empta, vel alio titulo acquiſita, tributis, & oneribus Principum ſæcularium non ſunt obnoxia, niſi hujuſmodi onera his bonis impoſita eſſent antequam in Eccleſias, ſeu Eccleſiaſticas perſonas transferrentur, ſi ſint certa, invariabilia, ac perpetua, ut* num. 6.

7 *Epiſcopus cum toto Clero, & non cum ſuo Capitulo tantùm debet laicis neceſſaria præbere ſubſidia.*

8 *Clerici ſi in caſu urgentis neceſſitatis conſenſum præſtare nolint ad collectam, & tributum laicis ſolvendum, ſufficit ut Epiſcopus compellat.*

9 *Clerici an, & quando teneantur ad gabellam, ſeu vectigal, quod imponitur ob ædificationem, ſeu refectionem viarum, & pontium.*

Cap. Non minus IV.

Ex Concilio Lateran.

COllectas, vel alia onera Clericis, vel Eccleſiaſticis 1
imponentes, ſi moniti non deſiſtant, ſunt excommunicati ipſi, & eorum fautores. Item ſi Epiſcopus, & Clerus videant tantam neceſſitatem, vel utilitatem ubi laicorum non ſuppetunt facultates, poſſunt abſque ulla exactione dare ſubſidia per Eccleſias. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Butr. Hoſt. Henric. Anchar. Panorm. Vivian. *in ration. libri* 3. *Iuris Pontif. pag.* 454. Alagona *in compend. Iuris Can. pag.* 548. remiſſivè Ximen. *in concord. part.* 1. *&* 2. deſumitur ex Concil. Lateran. ſub Alex. III. *cap.* 19. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 3. *Decret. lib.* 3. *tit.* 36. *c.* 4.

Per *cap. Clericus*, §. *nos igitur, hoc tit. lib.* 6. imponen- 2
tes hujuſmodi onera Clericis ſunt ipſo facto excommunicati, vide Azor. *inſtit. moral. p.* 1. *lib.* 5. *c.* 12. §. *ego ſanè*. Franc. Leo *in theſauro fori Eccleſ. p.* 3. *cap.* 7. *n.* 113. *cum ſeq.* Bellet. *diſq. cleric. p.* 1. *tit. de exemptionibus clericorum & eorundem bonorum, à num.* 4. intellige prout habes *ad cap. adverſus, ſup. hoc tit.*

Hodie in Bulla Cœnæ Domini *can.* 18. excommu- 3
nicantur, & anathematizantur non ſolùm imponentes decimas, talleas, & alia onera Clericis, Prælatis, & aliis perſonis Eccleſiaſticis, ſed etiam eorum, & Eccleſiarum, Monaſteriorum, & illorum beneficiorum Eccleſiaſticorum bonis, illorumque fructibus, &c. Unde ſecundùm communem, & probabiliorem ſententiam mihi dicendum videtur, bona patrimonialia Eccleſiaſticorum, ſeu ab Eccleſiaſticis acquiſita exempta eſſe à tributis, ita ut imponens illis tributa, & exigens, vel impoſita recipiens, excommunicationem illius Canonis incurrat, etiamſi hujuſmodi bona ſint Eccleſiis, vel Eccleſiaſticis perſonis ſuperflua,

ut

vt docent Couar. pract.c.31.num.9. Tolet. lib.1.c.29.
Vgolin. ſuper d. cap.18.§.3. num.1. Marta de juriſdict.
p.4. caſu 49. num.9. Azor inſtit. moral.p.1. lib.5.c.26.
in initio, & p.3.lib.3.c.19.q.7. Molin. de juſtit. tract.2.
diſp.670.verſ.aduerte, Leſſ.eodem tract.lib.2.c.33.dub.3.
Carol.de Graſſ. de effectibus cleric. effectu 3. n.19.cum
ſeqq. Ioan.Salas de legibus diſput.14.ſect.11. num.114.
Mar. Alter.de cenſuris, vbi de Bulla Cœnæ, diſp.19.c.1.
col.6.& ſeqq. Duar. in Bullam Cœnæ,can.18.q.5.num.4.
& q.6.num.3. Medin. in C. de reſtit. q.15.. Valer. Re-
ginald. in praxi fori pœnit. lib.4. n.377. & 379. Filliuc.
tract.16.c.11. quæſito 3.n.298. Soar. de immunit. lib.4.
c.24.num.4. & c.25.Bellet. diſquiſit. clerical.p.1. tit. de
exemptione clericorum à muneribus, §. 5. Megala in p. 2.
lib.2.c.17. q.6.n.114. Molfeſ. in ſum. tom.2. tract.12.
cap.22.num.166. Barthol. à S. Fauſto in ſpecul. Confeſſ.
diſput.33.q.3.num.2. Homobon. de Bonis de examine
Eccleſ.p.2.tract.11. c.6.q.9. Aloyſ. Ricc.in deciſ. Curiæ
Archiep. Neapol. part.2. deciſ.299. num.3. Layman. in
Theolog. morali, lib.4. tract.9.c.6. num.9. Diana reſolut.
4 moral.p.1. tract.2. reſol.39. Hinc à fortiori bona patri-
monialia etiam ab extraneo donata, vt ad illorum titu-
lum Clericus ſacris Ordinibus initiaretur, gaudere
priuilegio immunitatis à tributis, & collectis aſſerunt
Card. Tuſch. tom.1. lit.B, concluſ.114. Coriolan. d.
can.18. limit.3. Mar. Anton. var. reſol. lib.1. reſol.88.
Carol.de Graſſis d.loco. Ego ipſe de offic.& poteſt. Epi-
5 ſcopi, p.2.allegat.19. num. 91. in fine. Hinc denique
infertur bona ab Eccleſiaſticis empta, vel alio titulo
acquiſita, tributis & oneribus Principum ſæcularium
non eſſe obnoxia, ex eo quia per mutationem perſo-
næ mutatur qualitas inhærens rei ratione perſonæ,
l.locato, §.fiſcus, de publican. & vectigal. & l.per procu-
ratorem 89.ff. de acquir. hæredit. tum quia in cap.1. hoc
tit.lib.6. habetur bona Eccleſiaſticarum perſonarum
acquiſita, ac acquirenda, immunia eſſe à tributis: ita
Soar.de immunit.lib.4.c.25.num.3. Gutier. pract. lib.1.
q.3. Valer. Reginald. in praxi rerum fori Eccleſ.lib.9.
c.25.n.377. Leſſ.de iuſtit.lib.2. c.3.dub.3. n.19. Filliuc.
tom.1.tract.16.c.11.n.298.Duar.in Bullam Cœnæ, lib.2.
can.18.q.6.n.1.& ſeq. Diana reſolut. moral.p.1. tract.2.
reſol.42.

6 Quod quidem limitandum eſſe cenſeo, niſi huiuſ-
modi opera præfatis bonis impoſita eſſent antequam
in Eccleſias, ſeu Eccleſiaſticas perſonas transferren-
tur, ſi ſint certa, inuariabilia, ac perpetua, non verò
ſi extraordinaria, quæ juxta negotiorum varietatem,
& rerum neceſſitatem in majori aliquando ſumma, &
aliquando in minori imponi ſolent: de quo vide Felin.
in cap.Eccleſia S.Mariæ,n.75.verſ. quintò quæritur, de
conſtitut.& conſ.46.num.17.& 18. Valer. Reginald. in
praxi fori pœnit.lib.9.num.380. Mar. Alter.d. diſput.19.
cap. 6. col.3. & diſput.16.cap.5. col.10. dub.6. Filliuc.
tract.16.cap.11.quæſito 2.num.294.cum ſeqq. Carol. de
Graſſis d.effectu 3.num.255. Duard. d. can.17.q.6. n.4.
Marta de Iuriſdict. p.4.caſu 11. à num.38. Communi-
ſtas tom.1.lib.2.tit.1. num.9.pag.147. Henriq. à Roſen-
thal. in ſynop.feudal.tit. de regalib. c.5. concl.90. num.3.
Gail. lib.2. obſeru.52. num.12. Gemin. conſ.19. num.2.
& 3.Barbat.conſ.1. à num.9.& à num.85.vol.3.Anchar.
conſ.303.& conſ.177. num.1. Euerard. conſ.42. Sylnan.
conſ.32.num.7.cum ſeqq. & conſ.66.n.8. Bero. conſ.150.
vol.3.Nat. conſ.280.vol.2. Lancel.Gal. conſ.59. Ferret.
conſ.167. num.11. Burſat. conſ.16. num.11. & conſ.42.
num.7. vol.1. Auendan. de exequendis mand. p.1. c.14.
num.19. Surd. deciſ.20. num. 11. & de alimentis tit.1.
quæſt.29. num.8. Theſaur. deciſ.334. num.2. cum ſeqq.
Mench. de ſucceſſ. creat. lib.1. §.10. num.652. Gutier.
pract. lib.1.q.3. à num.15. Perez l.1. tit.3. lib.1. Ordin.
pag.55.& ſeq. Azeued. ad l.11. num.8. tit.3. lib.1.nouæ
recop. Ruin. conſ.117. n.3.& 4. vol.4. Flores de Mena
variar.quæſt.lib.2.q.2: num 96.& 234. Molin. de iuſtit.
tract.2.diſp.458.& diſp.662.num.3. Azor. inſtit. moral.
p.1.lib.6. c.14.quæſt.1. & p.3.lib.5. c.19.q.7. Proſp. de
Auguſt. in addit. ad Quarant. verbo vectigal, Filliuc.
tom.1.tract.16.c.11.n.204. Megala p.2.lib.2. c.17.q 6.
n.98. & 103. Molfeſ. in ſum. Theolog. moralis, tom.2.
tract.12.c.22.n.167.& ſeq. Malder. in 2.2.tract.5.c.6.
dub.9.Paul.Layman.in Theolog.morali, lib.4. tract.9.c.6.
n.5.Paul.Comitol. reſponſorum moral. lib.1. q.94. Soar.
in defenſione Fidei Catholicæ contra Anglicanæ ſectæ
errores, lib.4.c.20.à n.6.& 12. Cald.Pereira de reſolut.
emphyt.c.1.n.23.Card.Tuſch. tom.3.lit.E, concl.12.cum
ſeqq. Cardoſ. in praxi judicum, verbo clericus, num.75.
Maria de Iuriſdict. p.4. caſu 11.& 12. Cabed. Luſit.
deciſ.64.p.2.

Niſi Epiſcopus, & Clerus, &c.] Vocandus eſt igi- 7
tur totus Clerus, vt conſentiat, nec ſufficit Epiſco-
pus cum Capitulo ſuo. Ratio eſt, quia quod omnes
tangit particulariter ab omnibus approbari debet, vt
per Abb. in præſenti, num.20. Bero. conſ.31.n.13. verſ.
quartò requiritur, volum.1. Bellet. diſquiſit.cleric.p.1.tit.
de exemptionibus Clericorum, & eorundem bonorum, §.2.
num.6.vbi n.8. cum Pariſ.conſ.68.in fin.vol.1. Roland.
conſ.13.n.68.vol.3. Barbat. conſ.1. num.57. volum.1. &
Purpur.conſ.335. num.2.cum ſeqq.volum.1.reſolvit tunc
adeſſe debere neceſſitatem præciſam, cui aliter nec
prouideri, nec occurri valeat, niſi per collectam, &
onus Clericis impoſitum. Ex quo patet conſenſum 8
ſolius Epiſcopi non ſufficere: verùm ſi Clerici in caſu
vrgentis neceſſitatis conſenſum præſtare nolint, ſuffi-
ciat conſenſus Epiſcopi, & Princeps, ſeu populus
in tali euentu poterit officium ſuperioris Eccleſiaſtici
implorare, vt Clericos ad collectam, & tributum
ſoluendum compellat, vt per Menoch. conſil.800.
num.15. Bellet. dict. §. 2. num. 9. Surd. conſ. 301.
num.67. Carol. de Graſſis de effectibus clerical.effectu 3.
num.26.

In gloſſ. Relevandas, ibi, vel pontem ædificandum, vel 9
reficiendum. Vult hæc gloſſ. Clericos teneri ad ga-
bellam, ſiue vectigal, quod imponitur ob ædificatio-
nem, ſeu refectionem viarum, & pontium, quoties
communis Eccleſiaſticorum, & laicorum vrget ne-
ceſſitas, & concurrit vtilitas: de quo an verum ſit,
vide Abb. hic, num.20. Pupur.conſ.335.& 485. Berta-
chin. de gabellis, p.7.princip.q.7.num.13. in fin. Sylvan.
conſ.30. & conſ.32. n.18. Cephal. conſ.154.n.22.vol.2.
Burſat. conſ.26.num.66. vol.1. Bero.conſ.32.vol.1. Nat.
conſ.2.n.1.& conſ.280.n.6. Vaſq. de ſucceſſ.lib.3. limit.7.
n.180. Ozaſc.deciſ.68.n.4. & deciſ.181. n.4. cum ſeqq.
Vezin. comm.opin.tom.1.lib.1.tit.1.n.10.pag.148. Soar.
eod. lib.1. tit.2.n.54. pag.158. Guillelm. in cap. Raynu-
tius, verbo, & vxorem, concl.5. n.468. cum ſeqq. Pechi.
de reparat.Eccleſ.c.22. Tiraquel. de nobilit.c.20. n.167.
Auiles d.c.23. Prætorum, in gloſſ.den orden, Girond. de
gabellis, p.7.in princ. n.32. Baëz. de inope debitore, c.17.
n.15.Viuald.in candelabro aureo, p.2.in explicat. Bullæ in
Cœna Domini, caſu 5.num.45.& caſu 18.n.3. Auend.de
exequendis mandatis, p.2.c.3. num.8.& cap.14. num.19.
Perez l.1.tit.2.lib.1. Ordin.pag.68. Mar. Alter. de cen-
ſuris, vbi de iis, quæ in Bulla Cœnæ, diſput.19.c.1. Duar-
dum can.16. q.3.& 12.Carol.de Graſſis de effectibus
clerical.effectu 3. à n.230.Rebuff. in l.munus, ff. de ver-
borum ſignif.pag.mihi 117.Surd.conſ.301.n.1.Valaſc.de
jure emphyt.q.17.n.28. Mexi.in tract taxa panis, concl.5.
num.69.Gutier.pract.lib.1 q.3. & allegat.10.n.2. Tolet.
in ſum. lib.1. cap.9. Sahagun ad c.2. de judic. num.25.
cum ſeqq. Henriq. in ſum. lib.10. cap.15.§.5. vbi gloſſ.
lit. L, Vulpell. de libertate Eccleſiaſt. p.2. num.28.
Anton. de Olibano in comment. ad vſaticum, alium

namque, de iure fiſci, c.14. num.33. Ceual. *commun. contra communes, q.415. & q.896. n.617. cum ſeqq.* Guid. Pancirol. *in theſauro variar. lection. lib.3. c.31. verſ. ultima erat indictionis ſpecies,* Peregr. *conſil. deciſivo 12. ſub n.7. lib.1.* Fr. Emman. *in addit. ad Bullam Cruciatæ, §.9. n.72.* Aldouin. *conſ.59. n.15.* Petr. de Ledeſma *in ſum. part.1. tr.7. c.2. concl.27.* Azor. *inſtit. moral. p.2. lib.5. c.12. q.8. & p.2. lib.10. c.7. q.9. verſ. hinc ſolvitur,* Molin. *de iuſtit. tom.3. diſp.672. n.4. & 5.* Stephan. Quarant. *in ſumma Bullarii, verbo privilegia Regularium,* Flores de Mena *var. quæſt. lib.1. q.21. n.223. cum ſeqq.* Marta *de iuriſdict. p.4. caſu 1. n.24. & caſu 9.* Padil. *in ſumma legum pœnalium, p.1. caſu 48. n.12.* Bernard. Græ væ. *ad pract. Cameræ Imper. lib.2. concl.52.* Salgado *de protect. Regia, p.3. c.5. num.9.* Homobon. de Bonis *in examine Eccleſ. p.2. tract.11. c.6. q.9. ſuppoſ.2.* Paul. Layman. *in Theolog. morali, lib.4. tract.9. c.6. n.6.* Ioan. de la Cruz *in director. conſcient. p.1. prec.7. q.7. art.3. dub.1. concl.1.* Portel. *in dub. Regularib. verbo tributum, n.5. &* 8. Diana *in reſol. moral. p.1. tract.2. reſol.38. n.15.* Thom. Valaſc. *alleg. iuris tom.1. alleg.47. n.20.* Nicol. Garc. *de benef. p.2. c.3. n.11. cum ſeqq.* Cardoſ. *in praxi iudicum, verbo clericus, n.75.* Fr. Anton. de Souſa *in relect. de cenſuris Bullæ in Cœna Domini, c.19. diſp.92.* plures ex antiquioribus, quos refert Cened. *ad Decret. collect.153. n.4.* Franciſc. Leo *in theſauro fori Eccleſiaſt. p.3. c.7. num.126. & p.1. c.14. num.24.*

SUMMARIUM.

1 *Cauſæ ſanguinis in Eccleſiis vel cœmeteriis agitari non debent,* & n.2.

3 *Verba,* ſub interminatione anathematis, *an ſententiam latam, vel ferendam importent remiſſivè.*

Cap. Cùm Eccleſia V.

Luc. III.

1 IUdices ſæculares ſub pœna excommunicationis in Eccleſia, vel cœmeterio agitare non debent cauſas, ubi de effuſione ſanguinis, vel pœna corporali agitur, quia ubi eſt conſtituta tutela refugii, abſurdum, & crudele eſt ibi iudicium ſanguinis exerceri. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Butr. Hoſt. Henric. Anch. Panorm. Viv. *in ration. lib.3. iuris Pontif. pag.455.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag.549.* remiſſivè Ximen. *in concord. p.1. & 2.* refertur ab Anton. Aug. *collect.2. Decret. lib.3. tit.27. cap.2.*

2 Hanc eandem concl. ex hoc text. deſumunt Franc. Leo *in theſauro fori Eccleſiaſtici, p.1. c.13. n.9.* Soar. *de Relig. tom.1. lib.3. c.4. n.5.*

3 *Sub interminatione anathematis.*] Hæc verba an ſententiam latam, vel ferendam importent, vide Doctores quos citavi ad *cap. cùm eſſes 10. num. vltim. de teſtam.*

SUMMARIUM.

1 *Reus criminis ad Eccleſiam confugiens non eſt violenter ab ea extrahendus, nec debet amplius prætextu criminis commiſſi damnari ad mortem, vel ad aliam pœnam corporalem: eſt tamen aliter legitimè puniendus, niſi in duobus caſibus hic enumeratis.*

2 *Confugiens ad Eccleſiam inde invitus extrahi non debet.*

3 *Fur ſimplex ab Eccleſia extrahi non poteſt.*

4 *Peculatus criminis reus invitus ab Eccleſia extrahi non poteſt.*

5 *Fabricatores falſæ monetæ gaudent Eccleſiaſtica immunitate.*

6 *Sodomita an gaudeat Eccleſiaſtica immunitate, remiſſivè.*

7 *Sacrilegij criminis reus gaudet Eccleſiaſtica immunitate.*

8 *Blaſphemus gaudet Eccleſiaſtica immunitate.*

9 *Simoniacus gaudet Eccleſiaſtica immunitate.*

10 *Offendens perſonam alicuius Principis inferioris ſuperiorem recognoſcentis, ab Eccleſia invitus non eſt extrahendus.*

11 *Carceres frangens, & inde ad Eccleſiam confugiens Eccleſiaſtica gaudet immunitate.*

12 *Bannitus Eccleſiaſtica gaudet immunitate.*

13 *Excommunicatus Eccleſiaſtica gaudet immunitate.*

14 *Clericus an poſſit à miniſtris Eccleſiæ extrahi à loco ſacro in illis caſibus, in quibus laicus extrahi non poteſt, pro affirmativa,* & n.15.

16 *Pro negativa referuntur plures Doctores,* & num.17. cum ſeqq. *illius fundamenta in medium proferuntur.*

25 *Reſpondetur in contrarium pro prima affirmativa adductis,* & n.26.27.28.29.30. & 31.

32 *Confugiens ad Eccleſiam ab ea extrahi non poteſt, tam à ſæculari, quàm ab Eccleſiaſtico iudice.*

33 *Immunitate Eccleſiaſtica gaudens pro delictis inde extrahi non poteſt.*

34 *Doloſis verbis inductus, à iudice præſtita ſecuritate, & impunitate extractus ab Eccleſia, illi reſtituendus eſt.*

35 *Confugiens ad Eccleſiam à iudice Eccleſiaſtico prorſus impunitus dimittendus non eſt.*

36 *Confugiens ad Eccleſiam inde extrahi non debet puniendus pœna corporali, ſeu effuſione ſanguinis.*

37 *Latro publicus ſi ad Eccleſiam confugerit, illius immunitate non gaudet.*

38 *Latro publicus quis propriè dicatur, remiſſivè.*

39 *Debitor ad Eccleſiam confugiens pro debito in ea capi non poteſt.*

40 *Tributorum exactor ſi ad Eccleſiam confugiat, eius gaudere debet immunitate.*

41 *Debitores falliti, ſeu decocti an Eccleſiaſtica gaudeant immunitate, remiſſivè.*

42 *Depopulator nocturnus agrorum ad Eccleſiam confugiens, illius immunitate non gaudet.*

43 *Depopulator nocturnus agrorum quis dicatur, oſtenditur.*

44 *Graſſator ad Eccleſiam confugiens illius immunitate non gaudet.*

45 *Homicida proditorius Eccleſiaſtica non gaudet immunitate.*

46 *Proditorius homicida quis dicatur, oſtenditur.*

47 *Homicidium proditorium dicitur commiſſum ab eo, qui aliquem veneno necat.*

48 *Aſſaſſinus non gaudet Eccleſiaſtica immunitate.*

49 *Servum ad Eccleſiam confugientem poteſt dominus petere ſibi reſtitui, recepto ab eo iuramento de illum non offendendo.*

50 *Iudæi, & infideles gaudent Eccleſiaſtica immunitate.*

51 *Hæretici ſi ad Eccleſiam confugiant, Eccleſiaſtica non gaudent immunitate.*

52 *Apoſtata non gaudet Eccleſiaſtica immunitate.*

53 *Raptores virginum, & adulteri gaudent Eccleſiaſtica immunitate.*

Cap.

Cap. Inter alia VI.

Innoc: III.

1 Reus cujuſcunque maleficii ſi confugerit ad Eccleſiam, non eſt inde violenter extrahendus, nec inde damnandus ad mortem, vel pœnam corporalem, ſed Rectores Eccleſiæ obtineant vitam & membra; poteſt tamen aliter legitimè puniri, v. g. in pecuniis, duobus caſibus exceptis. Primò ſi fuerit publicus latro, ſecundò nocturnus depopulator agrorum, qui obſidet itinera frequentata & publicas vias inſidiis aggreſſionis. Si verò ſervus fugiat ad Eccleſiam, tunc dominus juret Clericis de impunitate ſervi, & reddi debet domino etiam invitus. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Butr. Hoſt.Henric. Anchar. Panorm. Viv. *in ration.lib.3. Iuris Pontif. pag.* 455. Alagona *in compend. Iuris Canon. pag.* 549. remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord.p.1.& 2.* Super hunc text. latam reper. fecit Ludov.Correa, & refertur ab Ant.Auguſt. *collect.3. Decret.lib.3. tit.32.cap.unic.*

2 *Si liber quantumcunque gravia maleficia*, &c.] Ex hoc textu illa communiter regula deduci ſolet, quod confugiens ad Eccleſiam inde invitus extrahi non poteſt, ut per Villag. *de expenſione legum, cap.fin. num.4. & 5.* Petr.Gregor. *ſyntagm. juris lib.33. c.21.n.3.& 4.* Azeved. *ad rubr. tit.2. lib.1. nova recop.* Dec. *in tract. crimin.lib.6.cap.25.num.1.verſ.& eſt regula certa*, Card. Tuſch. *verbo Eccleſia, concl.10.n.1.* Alex. Ambroſ. *in tract.hujus tit.cap.1.n.2.* Soar. *de Relig.tom.1. lib.3.c.8. n.9.& c.11. n.4.* & plures alios, quos refert Farin. *in praxi crimin.q.28.n.1.& in tract.hujus tit.n.6.*

3 Primò amplia in ſimplici fure, qui confugiendo ad Eccleſiam tutus eſt, quod etiam attenta conſtitut. Gregorii XIV. nullam continet dubitationem, cùm ibi ſtatutum ſit non niſi publicos latrones, viarum graſſatores, & agrorum depopulatores gaudere non debere Eccleſiarum immunitate, ut advertunt Card. Tuſch. *d.verbo Eccleſia, concl.10.num.23.* Mar.Ital. *in tract.hujus tit.lib.1. §.1.n.2.* Farin. etiam *in tract. hujus tit. num.93.& 94.*

4 Secundò amplia in reo criminis peculatus, ut per Dec. *d. lib. 6. cap.28. num. 25.* Farin. *in d. tract. num.97.*

5 Tertiò amplia in fabricatoribus falſæ monetæ, ut per Gutier. *d.lib.3.pract.quaeſt.4.* Farin. *d.tract.num.92.* vel illius tonſoribus, Mar. Ital. *de immun. lib.1. cap.5. §.1.num.14.* Diana *reſol. moral. p.1. tract.1. de immun. Eccleſ.reſol.31. prope fin.*

6 Quartò amplia in ſodomita, intelligendo tamen cum Avend. *de exequend. mand. p.1. cap.229.* Fr.Emman. *qq.Regul. tom.2.q.50. art.4.* Farin. *d.q.28.n.8. ad fin.& d.tract.n.98.* Cut.Philip. *p.3.§.12. num.29.* Mar. Ital. *d.lib.1.c.5.§.3.* Melch. Phœbos *Luſit.deciſ.81.n.7. tom.1.* Ludov.Correa *in repetit.cap.inter alia, de immun. Eccleſ. p.3. num.40.*

7 Quintò amplia in crimine Sacrilegii, Navar. *in man. cap.25. num.19. verſ. gaudet etiam*, Villagut. *d.cap.fin. num.39. & 43.* Alexand.Ambroſin. *in tract. hujus tit. cap.5.num.6.* Mar.Ital. *d.lib.1.cap.5.§.3.n.75. cum ſeqq.* Farin. *d. tract. num.99.* cum quo intellige numeris ſeqq. & cum Ludov. Correa *d. part. 3. num.35.* ubi intelligit ſi ſacrilegium committatur extra Eccleſiam.

8 Sextò amplia in blaſphemo, ut per Navar. *d.c.25. num.20. verſ. quod noſtro judicio*, Alex. Ambroſin. *in tract.hujus tit.cap.8.à num.10.* quicquid dicant Remig. *fallent.24.* Covar. *d.n.11. verſ.14.* Soar.de Pace *l.§.5. num.110.* Boër. *deciſ.100. à n.1.* Dec. *d.lib.6. cap.26. num. 6.* Bajard. *ad Clar.quaeſt.30. num.15.* Card.Tuſch. *d.verbo Eccleſia, concl.11. num.51.* Marta *de juriſdict. p.2. cap.51. num.30.* Farin. *d. quaeſt. 28. num.67. & in d. tract. num. 173.* ubi *num. 175.* advertit non ſolùm blaſphemum hæreticalem, ſed etiam quemcunque alium de hæreſi quovis modo ſuſpectum, ſi ad Eccleſiam confugiat, ab ea à miniſtris S.Officii indifferenter extrahi poſſe.

Septimò amplia in ſimoniaco, præcipuè ſtante 9
Bulla Gregorii XIV. ubi non reperitur exceptus: ita Farinac. *d. tract. num. 177.* contra Decian. *d. lib. 6. cap.26. num.5.*

Octavò amplia in offendentibus perſonam alicu- 10
jus Principis inferioris, Superiorem recognoſcentis, ut per Mar. Ital. *d. lib.1. cap.6. §.7. à num. 29.* Farin. *d.tract. num.186.* Alexand. Ambroſ. *c.9.n.5.* Peregrin. *d.tract.9. n.8.* me citato *in hoc loco*, Diana *reſol. moral. part.1.tract.1. de immun.Eccleſ. reſol.6.* Contra Gambacurt. *d.lib.5. cap.44.* & Megal. *in 3.part. lib.4. cap.2. quaeſt.1. num.22.*

Nonò amplia in frangente carceres, & inde ad 11
Eccleſias confugiente, ut per Boër. *deciſ.110.num.8. & 9.* Nav. *d.c.25. num.19. verſ.& etiam*, Dec. *d.c.28. n.28.* Anaſtaſ.Germon. *d.lib.3.c.16.n.177.* Soar. *d.lib.3. c.12.n.18.& 19.* Villag. *d.cap.fin.num.41.* Card.Tuſch. *d. verbo Eccleſia, concl.10. num.30.* Alex. Ambroſin. *c.10. n.11.* Farin. *d.tract. n.193.* quicquid dicat Petr. Gregor. *ſyntagm.Iuris lib.33.c.22. num.2. verſ.non effractores carcerum*, Ludov.Correa *in repet.d.cap.inter alia, p.3. n.13.* ubi intelligit quando crimen propter quod iſte incarceratus erat, non eſſet tale, ut propter illud deſineret frui immunitate.

Decimò amplia in bannitis, ut per Navar. *d.c.25.* 12
num.19.ad fin. verſ.exules item, ſive banniti, Clar. *§.fin. q.30.verſ.ſcias autem*, Farin. *d.q.28.num.47. & d.tract. n.37.* ibi *n.42.* tenet bannitos, & condemnatos gaudere Eccleſiaſtica immunitate, ſi banniti, & condemnati fuerint pro crimine non excepto, ſecus pro crimine excepto à Bulla Gregor.XIV.

Undecimò amplia in excommunicato, Boër. *de-* 13
ciſ.110.n.5.& 7. Navar. *d.c.25.n.19. verſ.tertium quod ex hoc infertur*, Azor. *d. cap. 8. verſ. quid de pagano*, Card. Tuſch. *d.concl.10. num.16.* Soar. *d.lib.3. cap.10. n.3.& 4.* Alex.Ambroſin. *cap.8.n.12.verſ.& propterea*, Anaſtaſ.Germon. *d.lib.3.cap.16. n.72.cum ſeqq.* Franc. Leo *d.cap.13. num.29.* Villag. *d.cap.fin.n.44.* Mar.Ital. *d.lib.1.cap.2.§.unico, à num. 1.* Farin. *d.quaeſt.28.num.39. & d.tract... num.44.* Peregr. *in tract.hujus tit.c.12.n.1.* Ludov.Correa *d.p.3.num.5.*

Quæſtio eſt ſatis dubia, & noviſſimè in hac Ro- 14
mana Curia in caſu occurrente admodum ventilata: Vtrùm Clericus poſſit à miniſtris Eccleſiæ extrahi à loco ſacro in illis caſibus in quibus laicus extrahi non poteſt? Duplicem invenio ſententiam. Prima affirmat extrahi poſſe, eamque tuentur Panorm. *in praeſenti, num.13.* ubi adducit ſex rationes, aſſeritque ſe non reperire aliquem text. qui expreſsè provideat. Guillelm. Mayn. *in l.nemo, ff.de regulis juris, fol.251. col.1. n.31.* Sylveſt. *in ſum. verbo Immunitas 3. num.2. verſ. tertium Clerici*, ubi ſequitur Abbatem Panorm. Gutier. *de ſucceſſionum progreſſu, lib.3. §.21. num.54.* Mench. *pract. lib.3. quaeſt.3.n.3.* ubi dicit ita tenendum intrepidè in practica, Boër. *deciſ.109. n.3.* Barber. *in viatico Iuris, tit.de violator. immun.* dicens quod Clericus, qui diſciplinæ fugiendæ cauſa confugit, poteſt extrahi. Fr. Emman. *qq. Regul. tom.2. quaeſt. 51. art.4.* dicit tenendam opinionem Clari dicentis de conſuetudine, & quod credit Religioſos non gaudere,

quia

quia rarò exeunt è clauſtris, Soar. *de Relig. tom. 2. lib. 3. tit. de perſonis, quæ gaudeant Templ. immun. c. 10. num. 5.* vbi dicit hanc ſententiam, ſcilicet Abbatis, probandam, & reſpondet contrariis. Baptiſt. de Salis *in ſum. verbo Immunitas 2. fol. 77. p. 2.* vbi de Religioſis loquitur, quia rarò exeunt è clauſtris, Beilet. *diſquiſit. Cleric. p. 1. tit. de fauor. Clericorum perſonali, §. 15.* vbi hanc probat ſententiam, ſi judex ipſius cauſa diſciplinæ, & non odii vult eum arcere ab Eccleſia & extrahere, incarcerare, & punire, Soar. de Pace *in pract. tom. 1. c. 3. n. 141.* Humad. *in l. 4. gloſſ. 8. n. 2. tit. 11. p. 1.* Monial. *in lib. 3. tit. 20. l. 15. gloſſ. 1.* Villadieg. *ad forum juzgo, lib. 9. tit. 3. l. 1. n. 10.* Bobadil. *in ſua politica, lib. 2. c. 14. n. 57.* Aloyſ. Ricc. *tom. 2. deciſ. 19.* Cur. Philip. *p. 3. §. 12. n. 17.* Tanner. *in 2. 2. diſp. 6. q. 8. dub. 1. num. 36.* Megala *in 4. part. lib. 4. c. 2. num. 34.* Peregr. *de immun. c. 12. num. 3.* Bonacin. *de legibus, diſp. 3. q. 7. §. 3. num. 7.* Portel. *in dub. Regul. verbo Eccleſia immunit. n. 13.* Fagundez *in quinque Eccleſ. præcepta, tract. 2. lib. 4. c. 4. num. 52.* Homobon. *de examine Eccleſ. tract. 11. c. 12. q. 26. ſupp. 3.*

15 Quæ aſſirmatiua opinio multis ex rationibus comprobatur. Primò, quia hoc videtur ſentire gloſſ. *in cap. nullus Clericorum 11. q. 4.* vt tenet Panorm. *d. n. 13.* Secundò, quia leges ciuiles loquuntur tantùm de laicis, ne extrahantur ab Eccleſia, nam de Clericis ſtatuere non poſſunt; Canonica verò jura licèt non diſtinguant inter Clericos & laicos, tamen & ipſa videntur reſpexiſſe tantùm laicos, non clericos; nam omnia jura Canonica videntur loqui quod Eccleſiaſtici judices debent impetrare à ſæcularibus, ne ipſos condemnent ad mortem, quod non poteſt conſiderari in Eccleſiaſticis, Panorm. *d. loco, verſ. ſecundò conſidero.* Tertiò mouetur idem Panorm. quia Epiſcopi Clericos, & Abbates Religioſos caſtigant, verberant, & puniunt in Eccleſiis & Monaſteriis, vt notatur *in cap. vniuerſitatis, de ſentent. excomm. & in cap. fin. de Regul.* & de Epiſcopo condemnante in Eccleſiis, & tenente carceres in Palatio ſuo, traditur *in cap. præceptum 2. q. 1. cap. qua fronte, de appellat.* Quartò conſiderat idem Panorm. quod ſi verum eſſet, quod Clericus gauderet hac immunitate, hoc tenderet non ad decorem, ſed ad maximum dedecus Eccleſiæ, cùm videretur velle defendere facinora Clericorum, qui tamen ſancti eſſe debent, & in ſuis actibus relucere, *c. oportet Sacerdotes, 81. diſt.* & cùm non poſſint in corpore puniri, non poſſent etiam puniri in fortunis, ſi nullas fortè haberent, & ſic remaneret impunitum facinus. Quintò adducit Panorm. *Clem. 1. de priuileg. in verſ. ſi qui contra præmiſſa, & in cap. non ſolùm, de Regul. in 6.* vbi Religioſi delinquentes in Religione mandantur ſubjici grauibus pœnis. Sextò mouetur, quia cùm Clerici frequenter delinquant in Eccleſia, & ſic Religioſi, vel ſaltem intra triginta, vel quadraginta paſſus, ſequeretur quod de his delictis non poſſent puniri, ſi non poſſent ab Eccleſia extrahi, contra *c. 2. & cap. cùm illorum, de ſentent. excomm.* Septimò, quia iſta immunitas fuit adinuenta contra ſæculares poteſtates, non Eccleſiaſticas, arg. *cap. frater, & cap. definiuit, 17. q. 4.* Joan. Andr. *in præſenti, n. 4. verſ. per hanc gloſſam,* refert Menoch. *de ſucceſſ. progreſſu, d. §. 22. n. 54. verſ. quaſi Eccleſiaſtica illa immunitas,* vbi dicit quod & generaliter conſtat, non jure diuino; aut naturali, ſed tantùm poſitiuo Eccleſiarum immunitatem inuentam fuiſſe, vt affatim probat Cov. *var. lib. 2. c. 20. in princ.* ſicque videtur non procedere contra ipſos judices Eccleſiaſticos cùm Clericum delinquentem proſequuntur: idem tenuit Guil. de Monte Laud. *in clem. 1. de pœnit.* quem refert Mayn. *citato loco.* Octauò, quia Eccleſia non præſumitur priuilegiaſſe contra ſe, *cap. cùm inſtantia, de cenſib.* Joan. Andr. *in præſenti, n. 4. verſ. ad ſecundum.* Nonò, quia major eſt immunitas perſonalis Clerici, quæ illi conceditur ratione ſuæ conſecrationis, quàm quæ provenire poteſt ex circumſtantia loci, ſed prior non impedit quominùs à ſuo Prælato poſſit Clericus incarcerari, & corporaliter puniri intra Eccleſiaſticos limites, *cap. univerſitatis, de ſentent. excomm.* ergo nec locus ſacer impediet, Soar. *d. c. 10. n. 6. verſ. item major eſt.* Decimò, quia Eccleſiaſticum judicium cenſetur magis medicinale, quàm vindicativum, & ſpirituale potiùs, quàm temporale, & ideo tale judicium intra Eccleſiam fieri non prohibetur: ergo nec prohibetur fieri circa perſonam Clerici, extrahendo illam ab Eccleſia. Vndecimò, quia indecorum eſt judicem Eccleſiaſticum violare Eccleſias, cujus eſt proprium eas tueri, Menoch. *d. §. 22. n. 54. ad fin.*

Secunda ſententia, cui tanquam probabiliori adhæreo, negat etiam attenta ſola juris communis diſpoſitione ipſos Clericos ab Eccleſiaſtico Prælato extrahi poſſe ab Eccleſia, ac proinde ſi ad eam confugiant, Eccleſiaſtica gaudere immunitate, eamque ſequuntur Card. Zabar. *in præſenti, n. 7. q. 6.* junctis iis, quæ dicit *in Clem. 1. n. 9. de pœnit.* qui tenet Clericum homicidam confugientem ad Eccleſiam gaudere immunitate, & hoc eſſe de jure verius, ut confugiens ſit tutus etiam ab Eccleſiaſtico judice. 16

Roman. *conſ. 217. per tot.* ubi concludit Preſbyterum non potuiſſe capi in clauſtro Eccleſiæ, ac proinde fuiſſe relaxandum, *& conſ. 234. per tot.*

Remig. de Gonni *de immunit. Eccleſ. fallent. 21.* ubi poſt relatos hinc inde Doctores, *n. 2.* per hæc verba concludit: *Poſſumus confiteri dicta Panorm. procedere in Clericis, & Religioſis delinquentibus in Eccleſia, per c.* fin. eod. tit. *in aliis verò videant ſapientiores quid ſit in iſtis judicandum? poſſet dici quod alij gaudeant, prout expreſſè dicit Roman. ubi ſuprà. Nam Clerici utplurimum, maximè hodie, alibi quàm in Eccleſia vivunt, & reſident, ſecundùm Ludou. & Ioan. de Viſchis, vbi ſupr. Hodie tamen opinio Panorm. indiſtinctè ſeruatur, & ita vidi practicari.*

Joan. de Viſchis *de immunit. n. 3.* ubi ita dicit: *Stat ergo regula, & vera concluſio, quod judex etiam Eccleſiaſticus non poteſt fugientem ad Eccleſiam inuitum etiam ſubditum ſuum, ſive Clericum, ſiue laicum extrahere, nec pœnam corporis afflictiuam imponere,* & n. 9. & ſeq. *diluit argumenta* Abb. & n. 72. verſ. prima concluſio, & ſecunda concluſio, *vbi quod nec judex ſæcularis laicum, neque judex Eccleſiaſticus laicum, vel Clericum diſciplinæ cauſa poteſt extrahere.*

Joan. Bernard. Diaz *in pract. crimin. c. 125.* ubi quod opinio Joannis de Viſchis eſt verior, & communis; ſubdit tamen ex conſuetudine poſſe Clericos à ſuis judicibus extrahi ab Eccleſiis, quam limitat non procedere in caſibus, ubi Clericus poſt degradationem tradendus eſſet Curiæ ſæculari; tunc enim, ait, aut non eſt extrahendus, aut ſi extrahatur poſt degradationem verbalem ad Eccleſiam reducendum eſſe judicat æquiſſimum.

Couaruuias *var. reſolut. lib. 2. c. 20.* quod eſt vltimum, *tit. de immunitate Templorum, & aſylis, n. 16.* ſequitur etiam Bernard. Diaz, quem in ſecunda parte reprobat dicendo, quod ſi Clericus commiſit delictum dignum degradatione, & traditione Curiæ ſæculari, non obtinet locum Eccleſiarum, & Templorum immunitas, atque ideo poteſt extrahi, & tradi Curiæ ſæculari.

Iulius Clar. *in pract. crimin. lib. 5. §. fin. quæſt. 30. verſ. vlterius quæro,* vbi quod Clerici gaudent immunitate Eccleſiarum, ita vt ab illis inuiti extrahi non poſſint

ab

ab eorum judicibus Eccleſiaſticis, & eſt communis opinio.

Bernard. de Landriano *in addit. ad Angel. Aretin. de maleficiis, verſ. quod fama publica præcedente, n.59. lit. A*, ubi ſequitur Romanum.

Tiberius Decian. *in tract. crimin. tom.2. lib.6. c.26. tit. de caſibus, qui reſpiciunt perſonas confugientium ad Eccleſiam, tom.1. verſ. puto ego*, ubi quod opinio Romani contra Abb. de jure eſt verior, exceptis tamen gravioribus criminibus: & ulteriùs ſubdit, quod ſi Clericus venit ad Eccleſiam, vel palatium Epiſcopi, ſeu locum ſacrum ex alia cauſa, quàm ut gaudeat immunitate, dicit non gaudere, & poſſe incarcerari, & puniri, & extrahi: aut verò præciſa intentione confugit ad Eccleſiam, ut gaudeat immunitate, & eo caſu eſt tutus, & concludit cum Abb. conſuetudinem eſſe ſervandam.

Bonifac. de Vitalinis *in Clem.1. n.70. verſ. nec obſtat, de pœnit. & remiſſ.* ubi quod gaudet immunitate nobilis, ignobilis, pauper, dives, juvenis, ſenex, Clericus, laicus, criminoſus, vel ære alieno ſuppoſitus, nullâ factâ diſtinctione.

Navar. *in man. cap.25. n.22.* ſic ait: *Neque perſona Eccleſiaſtica* (gaudent immunitate) *juxta Panorm.* in d. c. fin. *uſu receptum, quod videtur limitandum quoad judicem Eccleſiaſticum, non autem quoad judicem ſæcularem, quem arbitror non poſſe extrahere ab Eccleſia Clericum in minoribus conſtitutum, etiam ob delictum, licèt quoad illud poſt Concil. Trid.* ſeſſ.23. c.6. *habeat in eum juriſdictionem.*

Joan. Maria Monticel. *in praxi crimin. reg.12. de captura rei, n.18. fol.114.* ibi: *Amplia, ut tantò magis verum ſit, quando delinquens, qui moraretur in Eccleſia, eſſet Clericus.*

Proſp. Farin. *de carceribus, & carceratis, quæſt.28. num.7.* ubi quod hæc opinio eſt verior, & communior, licèt non neget in hoc multùm eſſe audiendam conſuetudinem; ſed ubi talis conſuetudo non adeſt, ſervandum eſſe jus commune: & iterum *de immunit. Eccleſ. cap.2. n.34.* ubi latè, & *num.36. in fin.* hanc dicit veram, & magis communem, & refert ita declaraſſe Sacram Congreg. Illuſtriſſimorum Interpretum Concil. Trident.

Card. Tuſch. *pract. concl. verbo Eccleſia, concl.9. n.17. & concl.11. n.17.*

Marc. Anton. Genuenſ. *in praxi Archiep. Neapol. cap.21. num.11.* ubi quod ſecundùm magis communem opinionem Doctorum, Clerici gaudent immunitate Eccleſiaſtica, & ſubdit uſu ſervari opinionem Abb. in Curia Archiepiſcopali Neapolitana, quæ opinio eſt intelligenda, ut à judice Eccleſiaſtico poſſit extrahi Clericus ad finem ipſum puniendi, non à judice ſæculari, qui nec Clericum in minoribus poſſet extrahere, & dicit opinionem Abb. approbari in Bulla Gregor. XIV. in qua fit mentio ſolùm de laicis, &c. quæ Bulla reducit omnes Canones antiquos ad unam formam, & idem tenet in impreſſione parva, *cap.17. num.11.*

Baptiſta à Villalobos *in communibus opinionibus, verbo Immunitas, num.8. verſ. Amplia iſtam communem*, ubi quod Clericus homicida per inſidias, gaudet immunitate Eccleſiaſtica.

Petr. Rebuff. *tom.1. ad leges Galliæ, tit. Immunitates Eccleſiaſticæ quando, & quibus concedantur, art.1. gloſſ.1. n.13. fol.539. per c. rerum 17. q.4. & n.24.* dicit apoſtatam ab Eccleſia extractum, qui ſubtraxerat Bullas, & ſigilla, fuiſſe reſtitutum.

Anaſtaſ. Germon. *de ſacrorum immunit. lib.3. c.16. num.92.* ubi ſequitur opinionem, & diſtinctionem Joan. Bernardi Diaz.

Ferdinandus Vaſquez Menchac. *de ſucceſſionum progreſſu, lib.3. §.22. limit.17. n.54.* ubi primò refert opinionem dicentium Clericum non gaudere, & deinde refert opinionem eorum, qui dicunt Clericum gaudere; & ideò cenſetur in hac opinione reſidere, ut per Guttier. *pract. lib.3. q.3. n.1. in fin.* Fr. Emman. *d. q.51. art.4. verſ. quod eſt tenendum.*

Joan. Guttierrez *pract. quæſt. lib.3. quæſt.3. n.1. in fine*, ubi quod in puncto juris hæc opinio eſt verior, & tenenda, & quod rationes Abb. non concludunt, licèt (ut ait *num.3.*) in ſuo Regno nunquam viderit Clericum aliquem in hoc refragari, nec contendere gaudere ſe debere immunitate Eccleſiæ, fortè quia ſciunt praxim communem, & conſuetudinem notoriam: & *num.4.* ſubdit Clericum in minoribus conſtitutum, non poſſe extrahi ab Eccleſia à judice laico, etiamſi in illum propter delictum habeat juriſdictionem.

Hieronym. Cevallos *communium contra communes q.689.* qui in fine, relatis hinc inde Doctoribus, concludit hanc opinionem in puncto juris eſſe magis veram, licèt à contraria durum, & fortaſſis ridiculum eſſet recedere, ſaltem in his locis, ubi hæc practica viget.

Thomas Zerola *in praxi Epiſcopali, p.1. verbo immunitas, n.8. verſ. Amplia iſtam communem*, ubi quod Clericus homicida per inſidias, gaudet immunitate Eccleſiaſtica.

Alexander Ambroſin. *de Immunit. Eccleſiaſt. c.12. n.3.* ubi quod opinio Romani eſt verior, & ſequenda, & in confugiente ad Palatium ſequitur diſtinctionem Deciani.

Franciſcus Molinus *de ſacra homicidio amittenda immunitate, ſub tit. Immunitas Eccleſiæ quali homicidio amittatur*, ubi poſtquam *à n.122.* retulit Doctores, & rationes, *num.137.* concludit Clericos, & Religioſos admiſſo extra Eccleſiam homicidio, ſi ad eam confugiant, gaudere immunitate: & ſubdit tutius eſſe eam ſequi opinionem, quam amplexata fuerit conſuetudo.

Marius Italia *de Immunitate Eccleſiarum, lib.1. c.3. §.1. n.2.* relatis hinc inde Doctoribus, in fine concludit opinionem eſſe magis communem, ut Clericus gaudeat: & invehitur *num.3. & ſeqq.* contra contrariam conſuetudinem.

Petr. Cenedus *pract. & Canonicarum quæſt. lib.1. q.42. per tot. & n.9. verſ. ex quibus, & n.10.* ubi concludit Clericum gaudere Eccleſiarum immunitate, & quod opinio Romani eſt verior, & invehitur contra contrariam conſuetudinem, & eam dicit eſſe contra jus divinum, vel ſaltem contra Dei ordinationem, & quod hodie eſt ſublata omnis conſuetudo per Concil. Trident. *ſeſſ.25. de reform. cap.20.* & conſtitutionem Gregor. XIV. & quod ſolus Pontifex, non autem Epiſcopi, vel inferiores poſſunt dictum jus Divinum interpretari.

Salgado *de protect. Regia, tom.2. p.2. cap.4. n.115.* ubi probat non ſolùm Clericos de jure Canonico habere immunitatem; ſed tenet majorem eſſe rationem, cur Clericus in Eccleſia potiùs capi nequeat, quàm Laicus.

Diana *reſol. moral. p.1. tract. de immun. Eccleſ. reſol.24.* ubi probat, quia jura Canonica, & Civilia indiſtinctè loquuntur, & indefinitè, ac generaliter, proindeque tam laicos, quàm Clericos complectuntur, arg. *l. de pretio, ff. de public. in rem act.*

Hujus ſecundæ opinionis plura, & validiora ſunt 17
fundamenta. Primum eſt, quia Canones generaliter loquuntur, non diſtinguendo Clericum à Laico, ut *in cap. reum 9. cap. nullus 9. cap. diffinivit 35. cap. conſtituimus*

tuimus 36.17. *quæſt.*4. *& in hoc text. & c. fin. infr. hoc tit.* unde generaliter indiſtinctè debent intelligi, ut ſcilicet comprehendant Clericos, & laicos, prout arguit Roman. *conſ.*234. *in princ.* Remig. *in tract. hujus tit. fallent.*21. *verſ. primò, quia text.* Decian. *in tract. crim. tom.*1. *lib.*6. *c.*26. *n.*1. Guttier. *pract. lib.*3. *q.*3. *n.*1. *verſ. contrariam tamen ſententiam*, Soar. *de Relig. tom.*1. *lib.*3. *cap.*10. *n.*5. Farin. *in praxi crimin. q.*28. *num.*7. Ambroſin. *de Immun. Eccleſ. c.*12. *n.*2. *verſ. primò per omnes leges*, Vitalin. *in Clem.*1. *n.*70. *verſ. nec obſtat, de pœnit. & remiſſ.* Joan. Viſenis *in d. c. diffinivit, de immunitate Eccleſiæ, verſ. nota ſecundò*, Franc. Molin. *d. loco, n.*129. Cened. *d. q.*42. *n.*1. *&* 9.

18 Secundùm, quia *in d. cap. nullus*, 17. *quæſt.*4. ſic dicitur: *Nullus Clericorum ſervum, aut diſcipulum ſuum fugientem ad Eccleſiam extrahere audeat, vel flagellare præſumat.* Si ergo non licet Clerico ſervum proprium, in quo habet jus necis, & vitæ, *l.*2. *C. de emend. ſervorum*, ab Eccleſia extrahere, neque etiam diſciplinæ gratiâ licet diſcipulum flagellationes timentem extrahere, qui poterat eſſe tam Clericus, quàm laicus: multò minùs licebit Judici Eccleſiaſtico delinquentem extrahere, Decian. *d. c.*26. *n.*1. *verſ. quartò, pro hac opinione*, Soar. *d. n.*3. *verſ. maximè*, Ambroſin. *d. c.*12. *verſ. quartò pro hac opinione*, Cened. *d. q.*42. *n.*1. *verſ. ſecundò pro hac.*

19 Tertium, quia hoc privilegium eſt conceſſum loco Eccleſiæ, ſeu perſonis propter honorem, & reverentiam, quæ locis ſacris divino cultui dicatis debetur, Imol. *in d. Clem.*1. *n.*8. *de pœnit. & remiſſ.* Soar. *d. c.*10. *n.*3. Ergo ſuffragatur cuilibet in Eccleſia reperto, ſive ſit Clericus, ſive laicus; cùm laicus, & multò magis Clericus debeat exhibere reverentiam, & honorem locis ſacris, Rom. *d. conſ.*234. *in princ. verſ. tertiò quia*, Remig. de Gonny *d. fallent.*21. *verſ. tertiò hoc privilegium*, Dec. *d. c.*26. *n.*1. *verſ. tertiò quia*, Guttier. *d. q.*3. *n.*1. *verſ. tertiò quoniam*, Farin. *d. q.*28. *n.*7. *verſ. tertiò quia*, Ambroſin. *d. c.*12. *n.*2. *verſ. tertiò quia*, Molin. *d. loco, n.*119. *verſ. tertiò immunitatis jura*, Cened. *d. q.*42. *num.*1. *verſ. tertiò facit*, Mar. Ital. *d. §.*1. *num.*2. *verſ. quam opinionem*, *& n.*15. *verſ. Et quoniam hoc privilegium.*

20 Quartum, quia major eſt ratio in Clerico, ut in Eccleſia capi non poſſit, quàm in laico, cùm Clericis Eccleſia ſit veluti domus; in domo autem propria quis capi non poteſt, *l. nemo de domo, ff. de regul. juris:* ita arguit Roman. *d. conſ.*234. *in princ. verſ. ſecundò quia*, quem ſequuntur Decian. *d. lib.*6. *cap.*26. *n.*1. *in princ. verſ. ſecundò quia*, Ambroſin. *d. c.*12. *n.*1. *verſ. ſecundò quia major*, Molin. *d. n.*129. *verſ. ſecundò cùm Eccleſia*, Monticel. *in praxi crimin. reg.*12. *de captura rei, num.*18.

21 Quintum, quia Eccleſia multò magis tueri debet Clericos, & ſubditos ſuos ſibi ſervientes, quorum habet curam magis ſpecialem, quàm laicos: igitur privilegium, & immunitas indiſtinctè conceſſa confugientibus ad Eccleſiam, competit etiam Clericis. Dec. *d. c.*26. *n.*1. *verſ. præterea durum eſt*, Cened. *d. q.*42. *n.*1. *prope finem.*

22 Sextum, quia ſi Eccleſia privilegium conceſſit laicis, ut omnes fatemur, & hoc in aliis ſtatuit, debet etiam in ſuis idem pati, juxta illud, *Patere legem, quam tu ipſe tuleris*, ut arguit Decian. *d. cap.*26. *verſ. item ſi in aliis*, & Ambroſin. *d. c.*12. *n.*2. *verſ. quintò facit.*

23 Septimum, quia Clericis ante aſſumptum Clericatum competebat immunitas, ergo etiam poſt aſſumptum Clericatum competit dicta immunitas; nullibi enim reperitur cautum, quod Clericus ea, quæ ſibi ut laico competebant, per Clericatum amittat.

Octavum, quia ſi aliter diceremus, Clerici eſſent deterioris conditionis, quàm laici, quod videtur inconveniens, Jul. Clar. §. *fin. quæſt.*30. *verſ. ulterius quæro.* 24

Qua retenta opinione abſque conſuetudinis diſtinctione, de qua infrà, non obſtant quæ pro prima adduxi; nam ad primum d. gloſſ. *in d. c. nullus Clericorum*, 17. *q.*4. reſpondetur illam id non dicere, ſed tantummodò quod Judex Eccleſiaſticus poteſt verberare in Eccleſia Clericum, Decian. *d. cap.*26. *n.*1. *verſ. Panormitanus tamen.* Secundò reſpondetur, quod auctoritas gloſſæ probabilis eſt, non neceſſaria, Franc. Molin. *d. loco, n.*123. 25

Ad ſecundum reſpondetur, argumentum illud leve eſſe, quia præſupponit jura Canonica, & de laicis tantùm loqui, quæ cùm generaliter, & indefinitè loquantur per verba, *nullus, nemo*, & ſimilia, &c. debent generaliter intelligi, Decian. *d. n.*1. *verſ. ſed certè hoc argumentum.* Secundò reſpondetur, quod quanvis text. *in præſenti*, de laicis meminit, non de Clericis; ideò factum exiſtimandum eſt, quia raro Clerici, quorum eximia ſanctitas eſſe debet, in tam grave homicidii ſcelus prorumpunt; lex autem ad ea, quæ frequentius accidunt, conſtitui ſolet, *l. nam ad ea, ff. de legibus*, Franc. Molin. *d. loco, verſ. ſecunda ratio.* Tertiò optimè reſpondet Mar. Ital. *d. §.*1. *n.*28. quod ideò conſtitutum fuit hîc ſolùm de laicis, quia iſta conſtitutio eſt lata in favorem ipſorum laicorum, quia temporales judices adversùs illos plura privilegia impetraverant, ut potuiſſent ab Eccleſiis eos extrahere; imò etiam hoc non contenti, in Eccleſiaſticas perſonas prædictam facultatem extendebant: ſed quia judex ſæcularis nullam habet poteſtatem adversùs has perſonas Eccleſiaſticas, ideò de laicorum perſonis tantùm tractare videtur. 26

Ad tertium eſt facilis reſponſio, quia iſti non confugiunt ad Eccleſias ea mente, ut ſint tuti in Eccleſia, & gaudeant ejus immunitate, ſed vel ducuntur ad Eccleſiam inviti, & ad carceres, vel ſponte, ut ſe in judicio tueantur, deveniunt in Eccleſiam, non ut in ea ſint tuti: ſed nos quærimus, an ſi Clericus attentaretur, ut caperetur extra Eccleſiam, & ipſe ad Eccleſiam confugeret, tutus eſſet, ſicut ſæcularis; non negatur enim quod in Eccleſia poſſit capi, ſi illuc non confugit, ſed judicii cauſa venit, prout præſupponit in hoc argumento Panorm. neque etiam negatur, quin in Eccleſia poſſit etiam verberari; ſed tantùm hoc contenditur, quod cùm ea fide confugerit ad Eccleſiam, ut tutus ſit, non poſſit inde extrahi, quod apertè probat text. *in d. c. nullus Clericorum* 17. *q.*4. Secundò reſpondetur, quod ſive laici, ſive Clerici, ſive Religioſi delinquant in Eccleſia, immunitatem non conſequentur, quia Eccleſiam ſpernerere, & eidem injuriam irrogare cenſentur, Franc. Molin. *d. loco, n.*124. 27

Ad quartum negatur, quod remaneret impunitum facinus; nam illud facilè tollitur cum cenſuris Eccleſiaſticis, excommunicatione ſcilicet, & depoſitione, & ſic poſſet puniri. Dec. *d. n.*1. *verſ. quartò conſiderat.* Secundò reſpondetur, quod hæc argumenta Panorm. procedunt in illis, qui ſe ſævis, & illicitis immiſcentes, ab eorum Prælatis extra Eccleſiam capiuntur, non ſic in illis, qui ſeſe receptui dederunt Eccleſias ingreſſi, alioquin (abſurdum foret) deterioris conditionis Clerici, quàm laici eſſent: Sanctos autem eſſe Clericos oportet, neque Eccleſia defendit eorum ſcelera; id enim de his criminibus regulariter intelligendum eſt, in quibus immunitate non gaudent, quia eam amiſerint, Franc. Molin. *d. loco, n.*125. *&* 126. 28

Ad quintum reſpondetur, quod hoc non negatur, ſed tantùm quæritur, an confugiens ad Eccleſiam ſit 29

tutus

tutus, Decian. *d. num.* 1. *verſ. adducit, & quintò.* Secundò reſpondetur, quod illa *Clem.* 1. *de privileg.* intelligitur de iis criminibus, quorum gravitas non immunitatem tollit Eccleſiarum, Franc.Molin. *d. loco, num.* 127.

30 Ad ſextum reſpondetur, quod ſicut ſæcularis, ſi delinquat in Eccleſia, tutus non eſt, ita & pariter Clericus, vel Religioſus delinquens in Eccleſia, vel intra ſepta Monaſterii, aut intra illos triginta, vel quadraginta paſſus, quia in hoc tutus non erit; nam Clericus in hoc ſæculari æquiparatur. Secundò reſpondetur, quod hoc argumentum fragile eſt, quid enim ubi extra Eccleſiam delinquunt? nam ſæpiùs homicidia, quæ ab his admittuntur, extra Eccleſiam patrantur, quibus immunitatis jura ſubtrahere impium videretur. Ad cætera verò fundamenta facilè ex dictis reſponderi poteſt, ne ultra ſolidum modum in hac materia ſpatiari videar.

31 Ad diſtinctionem conſuetudinis, quam Doctores afferunt, reſpondetur quod iſta conſuetudo eſt potiùs abuſus, & corruptela dicenda, quæ pro lege minimè ſervanda eſt, *cap. cùm cauſa, de ſentent. & re judic.* Unde legitur *in cap.* 1. *&* 2. *diſt.* 11. quod uſus auctoritati cedere debet; nam pravum uſum lex, & ratio vincit, quapropter quicquid ab Apoſtolicæ Sedis Rectoribus plena auctoritate ſancitur, nullius conſuetudinis præpediente occaſione proprias tranſigendo voluntates removeatur, ſed firmiter atque inconcuſsè teneatur; hinc igitur prædicta conſuetudo, qua fulcitur Clarus, & alii, nullius roboris, vel momenti eſſe debet, præſertim cùm ſit contra libertatem Eccleſiaſticam, quod enim contra diſciplinam & libertatem Eccleſiaſticam fit, irritum eſſe debet, *cap. illa autem, verſ. quod enim, diſt.* 12. *cap. cùm inter, de conſuet.* Nam conſuetudo debet eſſe rationabilis, *cap. conſuetudo, eadem diſt.* 12. cum aliis pluribus, quæ in hanc reſponſionem congerit Mar.Ital. *de immunit. lib.* 1. *cap.* 3. §. 1. *num.* 3. *cum ſeqq. uſque ad fin.* ubi *num.* 17. *verſ. ex his*, dicit ſe à quodam Religioſo fide digniſſimo accepiſſe, Sacram Congregationem ita reſpondiſſe.

32 *Non eſt violenter ab Eccleſia extrahendus.*] Notatur ad hoc, quod confugiens ad Eccleſiam, ab ea extrahi non poteſt, quod intelligunt non ſolùm à judice ſæculari, ſed nec etiam à judice Eccleſiaſtico, Joan. Andr. *in præſenti, n.* 4. Butr. *n.* 11. Zabar. *n.* 4. *verſ. ſextò quæro*, Anan. *num.* 9. & Panorm. *n.* 11. *&* 12. Villag. *de extenſione leg. cap. fin. poſt n.* 4. *verſ. necnon judices omnes*, Bajard. *ad Clar. quæſt.* 30. *n.* 3. Dec. *reſp.* 80. *n.* 7. *verſ. imò neque Epiſcopus, lib.* 3. Farin. *in tract. hujus tit. n.* 32. ubi *n.* 33. extendit, ut nemo, cujuſcunque conditionis ſit, qui ad Eccleſiam confugerit, invitus extrahi poſſit: ſi enim invitus quis extrahatur à judice ſæculari in caſu non excepto per regulam, licitum erit tali judici reſiſtere, ut latè per Soar. *d. lib.* 3. *cap.* 13. *n.* 4. Mar.Ital. *in tract. hujus tit. lib.* 1. *cap.* 6. §. 2. *num.* 45. *cum ſeqq.* Farin. *d. tract. n.* 6. ubi *num.* 47. quando hæc reſiſtentia fieri poſſit, & licita ſit; nam extractus per vim ab Eccleſia eidem Eccleſiæ reſtituendus eſt, Bajard. *ad Clar. q.* 30. *n.* 26. Card.Tuſch. *d. concl.* 10. *n.* 20. Azor. *inſtit. moral. p.* 2. *lib.* 9. *cap.* 9. *in fin. quæſt.* 15. Soar. *d. lib.* 3. *cap.* 13. *n.* 6. *& n.* 12. *in fine*, Mar.Ital. *d. lib.* 1. *cap.* 6. §. 2. *num.* 23. *& ſeq.* cum omnibus ejus bonis inde ſubtractis, Farin.

33 *d. tract. n.* 55. *&* 300. itaut interim pro aliis delictis à judice ſæculari detineri non poſſit, Mar.Ital. *d.* §. 2. *num.* 41. *cum ſeqq.*

34 Qui verbis doloſis inductus à judice, præſtita ſecuritate, & impunitate Principis exiit ab Eccleſia in caſu in quo delinquens jure non poterat ab Eccleſia extrahi, iſte erit Eccleſiæ reſtituendus, & judex tenebitur ſervare illi fidem præſtitam de non puniendo illum pœna mortis. Vide Anton. Gom. *tom.* 3. *var. cap.* 12. *num.* 7. Bajard. *ad Clar.* §. *fin. quæſt.* 30. *n.* 27. Covar. *var. lib.* 1. *cap.* 2. *n.* 16. *in fin.* Soar. de Pace *in pract. tom.* 1. *p.* 2. *cap.* 3. §. 3. *n.* 166. Petr. Martinez *in cap. afferte, p.* 1. *n.* 19. *de præſumpt.* Bobadil. *in ſua politica, lib.* 2. *cap.* 14. *n.* 79. Cened. *canon. lib.* 1. *quæſt.* 9. *num.* 9. Maſtrill. *Siciliæ deciſ.* 169. *n.* 12. *lib.* 2. Mar.Ital. *d. lib.* 1. *cap.* 6. §. 2. *num.* 82. Azor. *d. cap.* 9. *quæſt.* 11. Farin. *in tract. hujus tit. n.* 301. Megal. *in* 3. *part. lib.* 4. *cap.* 2. *quæſt.* 1. *n.* 31. Villadieg. *in polit. cap.* 3. *n.* 222. Bonacin. *de legib. diſp.* 3. *quæſt.* 7. §. 2. *n.* 10. Filliuc. *tract.* 15. *cap.* 6. *n.* 154. Duard. *in Bull. Cœnæ, lib.* 2. *canon.* 15. *quæſt.* 16. *n.* 34. Fagundez *in quinque Eccleſiæ præcepta, tract.* 2. *lib.* 4. *c.* 4. *n.* 56. Diana *reſol. moral. tract. de immun. Eccleſ. reſol.* 26.

Super hæc tamen, quod iniquè fecit, &c.] Notatur ad 35 hoc, quod confugiens ad Eccleſiam à judice Eccleſiaſtico prorſus impunitus dimittendus non eſt, ut per Hoſt. *in præſenti, num.* 1. *poſt med. verſ. Prælati verò*, Joan. Andr. *n.* 5. Anchar. *n.* 2. *verſ. & dicit*, Abb. *n.* 13. *ad fin. verſ. & ex his omnibus*, Zabar. *num.* 3. *ante fin.* Sylveſt. *in ſum. verbo immunitas* 3. *n.* 4. *verſ. igitur ſicut dicit*, & alios citatos apud Farin. *in tract. hujus tit. num.* 329. ubi *num. ſeq.* cum pluribus reſolvit, confugientem ad Eccleſiam, licèt inde extrahi non poſſit, poſſe tamen pecuniaria pœna puniri, & *num.* 331. tenet etiam hoc caſu puniri poſſe ad damna & intereſſe paſſa per eum, & *num.* 334. aſſerit, poſſe in monaſterium detrudi ad peragendam pœnitentiam, dummodò Monaſterii locus, ſeu carcer, in quem detruditur, non eſſet ita arctus & durus, ut in eo homines paucis diebus poſſent vivere.

Nec inde damnari debet ad mortem, &c.] Notatur 36 ad hoc, quod confugiens ad Eccleſiam inde extrahi non debet puniendus pœna corporali, ſeu effuſione ſanguinis, ut docent *in præſenti gloſſ. verbo puniendus*, Hoſt. *num.* 1. *in verbo ad pœnam*, Joan. Andr. *num.* 3. *in verbo pœnam corporalem*, Anchar. *num.* 2. Butr. *n.* 5. *in fine, & num.* 6. Zabar. *n.* 4. *verſ. quintò quæro*, & Anan. *num.* 3. Card. Tuſch. *d. concl.* 10. *num.* 5. Villag. *de extenſione leg. cap. fin. num.* 5. *& à num.* 8. Franc.Leo *in theſauro fori Eccleſ. p.* 1. *cap.* 13. *num.* 13. *verſ. reos criminis*, Soar. *d. lib.* 3. *cap.* 12. *num.* 5. *&* 6. Mar.Ital. *d. lib.* 1. *c.* 1. §. 1. *à num.* 1. *& cap.* 6. §. 3. *à num.* 1. Farin. *in praxi crimin. quæſt.* 28. *num.* 77. *& in tract. hujus tit. num.* 335. Unde pœna exilii, vel ad perpetuos carceres non eſſe puniendum reſolvit Diana *reſolut. moral. p.* 1. *tract. de immunit. Eccleſ. reſolut.* 12. contra Gambacurt. *lib.* 4. *cap.* 33. *&* 35.

Niſi publicus latro fuerit.] Notatur ad hoc, quod 37 latro publicus, ſi ad Eccleſiam confugerit, illius immunitate non gaudet, ut docent gloſſ. *verbo niſi publicus latro*, Mant. *conſ.* 60. *num.* 7. Anaſtaſ. Germon. *de ſacrorum immunit. lib.* 5. *cap.* 16. *n.* 56. Villag. *d. cap. fin. num.* 41. Card.Tuſch. *d. verbo Eccleſia, concl.* 11. *num.* 1. Covar. *pract. cap.* 20. *n.* 13. Clar. §. *fin. quæſt.* 30. *n.* 8. *&* 9. Perez *l.* 2. *in fin. tit.* 18. *lib.* 8. *Ordin.* Gam. *Luſit. deciſ.* 17. Decian. *in tract. crimin. lib.* 6. *cap.* 28. *n.* 2. *&* 3. Gutier. *pract. lib.* 3. *quæſt.* 4. Cardoſ. *in praxi judicum, verbo Eccleſia, num.* 87. Marta *de juriſdict. part.* 2. *cap.* 51. *num.* 21. *cum ſeqq.* Camill. Borrell. *in ſumma omnium deciſ. tit.* 3. *num.* 69. *cum ſeq.* Farin. *d. quæſt.* 28. *n.* 50. *& d. tract. num.* 147. ubi *num.* 150. *cum ſeqq.* ampliat, ut locum habeat in eo, qui publicè, & palam furatur, vel in eo, qui in via publica, & frequentata homines aggreditur, & per inſidias furatur, vel latrocinia committit cum armis, & violenter. Quis autem dicatur 38 publicus latro, vide Decian. *d. cap.* 28. *num.* 2. Villag. *d. cap. fin. num.* 45. *verſ. quapropter*, Mar. Ital. *d. lib.* 1. *cap.* 5. §. 1. Ludov.Correa *in repetit. d. cap. inter alia, p.* 3. *num.* 27. ubi ait quod publicus latro aliquando dicitur

propter juris, aliquando propter facti notorietatem; priori modo dicitur, quando ſemel in judicio furtum confeſſus fuit, vel judicis ſententia fuit condemnatus, juxta text. *in cap. veſtra, & in cap. ult. de cohab. Clericor.* is enim ſi poſteà in furto deprehendatur, publicus latro appellatur; poſteriori modo dicitur publicus latro ille, qui publicè latrocinium committit, ut ſunt piratæ, & ii, qui publicas ſtratas graſſantur.

39 Unde debitorem ad Eccleſiam confugientem pro debito, in ea capi non poſſe reſolvunt multipliciter declarantes Rebuff. *tom.2. ad leges Galliæ, ſub hoc tit. art.1. gloſſ.2.* Remig. *in tract. hujus tit. fallent.27.* Anaſt. Germon. *de ſacrorum immunit. lib.3. cap.16. à num.*109. Parlador. *lib.2. rerum quotid. cap. fin. p.5. §.6. n.2.* Decian. *d. cap.28. n.34.* Soar. de Pace *in eod. tract. tom.1. p.5. c.3. §.3. à num.*150. Gutier. *in l. nemo poteſt, num.*183. *verſ. ſed contrariam, ff. de legat.1. & pract. lib.1. quaſt.1. n.13.* Bobadil. *in ſua politica, lib.2. cap.14. n.62. lit. C,* Cardoſ. *dict. verbo Eccleſia, num.*86. Soar. *d. lib.3. cap.11. num.3.* Azor. *d. p.2. lib.9. cap.9. q.9. poſt verſ. item dubia quaſtionis eſt.* Alex. Ambroſin. *in tract. hujus tit. cap.13. num.1.* Mar. Ital. *d. lib.1. cap.5.* latè Farin. *in tract. hujus tit. num.*57. ubi *num.*58. ampliat ut procedat etiam ſtante ſtatuto quod debitor carcerari poſſit: & *n.*60. pariter ampliat in debitore ſuſpecto de fuga.

40 Utrùm autem exactor tributorum, ſi ad Eccleſiam confugiat, ejus gaudere debeat immunitate? Affirmant *gloſſ. verbo præſenti, in l.1. C. de his, qui ad Eccleſias confug.* ubi loquitur generaliter de debitore Reip. Angel. Sylveſt. Tabien. Armil. Roſel. Cavalcan. & alii, quos refert, & ſequitur Felin. *in tract. hujus tit. n.*61. Capell. Tholoſ. Covar. & Boſſ. apud eund. *d. q.*28. *num.*31. Anaſtaſ. Germon. *de ſacrorum immunit. lib.3. cap.16. num.*110. Azor. *inſtit. moral. p.2. lib.9. cap.9. quaſt.9. verſ. item dubia quaſtionis eſt,* Soar. *d. lib.3. c.11. num.3. verſ. aliqui verò,* Alexand. Ambroſin. *in tract. hujus tit. cap.13. num.2. in fine.* Quamvis contrarium, præſertim de jure Civili, per text. *in auth. de mandatis Principum,* & ibi *gloſſ. verbo publicos exactores,* teneant *in præſenti* Anchar. *num.6. ad fin. & num.7. verſ. item in caſibus,* & Butr. *num.*18. Oldrad. *conſ.*54. *n.2.* Petr. Gregor. *ſyntagm. juris lib.33. cap.22. num.2.* Et de oblatis ad reddendam rationem, ſi ante illam redditam ad Eccleſiam confugiant, an ab ea extrahi poſſint? vide Navar. *in man. cap.25. n.19. in fine,* Decian. *d. cap.26. num.26.* Farin. *d. tract. num.*63. Eſcob. *de ratiociniis, cap.4. num.6.*

41 An verò debitores falliti, ſeu decocti gaudeant Eccleſiaſtica immunitate? vide Marant. *de ordine judic. p.4. diſt.9. n.*131. Duen. *reg.*389. *verſ. & iſti mercatores,* Remig. Gonny *limit.*38. Perez *l.2. tit.16. lib.8. Ordin.* Navar. *d. cap.25. n.19. in fine, verſ. & mercator, qui decoxit,* Soar. de Pace *d. §.3. num.*156. Azeved. *l.13. n.6. tit.2. lib.1. nova recop.* Strach. *de mercatura, p.3. à n.*41. Rebuff. *tom.2. ad leges Galliæ, tit. de mercator. art. ultim. gloſſ. unic. n.7. &* 8. Covar. *var. lib.2. c.20. n.15. verſ. nec Iaſonis,* Gutier. *d. lib.1. quaſt.1. n.16.* Anaſtaſ. Germon. *d. cap.16. n.*113. Tanner. *in 2.2. S. Thom. diſp.5. quaſt.8. dub.1. n.17.* Peregr. *de immunit. cap.2. n.4.* Flav. Cherubin. *in compend. Bullar. ad conſtitut.*117. *Pii V. ſchol.2.* Bobadil. *in ſua politica, lib.2. cap.14. n.67. &* 70. Ambroſin. *d. cap.13. in fin. n.4.* Decian. *d. lib.6. cap.27. n.34. ante fin.* Cur. Philip. *p.3. §.12. num.42.* Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*380. *n.29. cum ſeqq.* Camil. Borrel. *d. tit.3. num.97.* Mat. Ital. *dict. lib.1. cap.5. in initio, num.16.* Farin. *d. q.28. n.34. & in tract. hujus tit. num.64. &* 65. Fernandez *in exam. Theolog. moral. p.4. c.10. §.1. n.10.* Joan. de la Cruz *in direct. conſcient. p.1. prac.8. quaſt.3. art.1. dub.1. concl.1.* Gambacurt. *de immun. lib.4. cap.15. num.7.* Bonac. *de legibus, diſput.3. quaſt.7. §.4. num.2.* Fagundez *in quinque Eccleſ. præcepta, tract.2. lib.4. cap.4. num.53.* Diana *d. tract.1. de immun. Eccleſ. reſol.32.* Duard. *in Bullam Cœnæ, lib.2. can.5. quaſt.16. num.16.*

Vel nocturnus depopulator agrorum.] Notatur ad hoc, 42 quod nocturnus agrorum depopulator ad Eccleſiam confugiens illius immunitate non gaudet, ut præter Summiſtas *verbo Immunitas,* docent Boër. *deciſ.*109. *n.3. verſ. ſecundò fallit.* Manr. *conſ.60. n.7.* Navar. *d. c.25. n.20. verſ. non item gaudet,* Anaſt. Germon. *d. c.16. n.56.* Card. Tuſch. *d. verbo Eccleſia, concluſ.11. n.1.* Villag. *de extenſione legum, cap. fin. n.45.* Alex. Ambroſin. *in tract. hujus tit. cap.4. n.5.* Farin. *d. q.28. n.50. & d. tract. n.*158.

Nocturnus autem agrorum depopulator dicitur, qui 43 ſegetes in agris deprædatur, comburit, & deſtruit, vel ad agros alienos diripiendos deſtructor nocturnus accedit, prout *in præſenti* advertunt Hoſt. *num.3.* Innoc. *col.2. in verbo nocturnus,* Joan. Andr. *num.6.* Butr. *num.7.* Panorm. *n.6.* Zabar. *num...* Greg. Lopez *l.4. verbo las miſſas, tit.11. p.1.* Anton. Gom. *tom.3. var. cap.10. n.2.* Decian. *d. cap.28. n.3. verſ. depopulatores autem,* Villag. *d. cap. fin. n.45. verſ. nam ſecundùm,* Card. Tuſch. *d. concl.11. ſub num.1.* Alex. Ambroſin. *d. cap.4. num.4.* Farin. *d. tract. n.*159. ubi *num.*460. dicit in eo differre nocturnum agrorum depopulatorem à publico latrone, quia depopulator clandeſtinè furatur, & clandeſtinè moratur in loco in quo furatur; latro verò publicus palam, & publicè furatur, & *n.*161. reſolvit quod licèt attento jure communi reſolutio *ſuprà* poſita non procedat in diurno agrorum depopulatore, cùm expreſsè loquatur text. hic de nocturno, vigore tamen conſtit. Gregor. XIV. in qua illud verbum, *nocturnus,* ademptum eſt, procedat etiam in diurno agrorum depopulatore.

Qui dum itinera frequentata, &c.] Notatur ad hoc, 44 quod viarum graſſator ad Eccleſiam confugiens illius immunitate non gaudet, ut docent *in præſenti* Innoc. *colum.2.* Hoſt. *poſt n.3. verbo impunitate,* Joan. Andr. *num.6.* Butr. *num.8.* & Zabar. *n.4. ante fin. verſ. octavò quæro,* Navar. *d. cap.25. num.20. verſ. non item gaudet viarum graſſator,* Dec. *d. cap.28. num.2. verſ. advertendum tamen,* Anaſtaſ. Germon. *d. cap.16. num.56.* Farin. *d. quaſt.28. num.50. & d. tract. num.*162. concordant expreſſa verba conſtit. Gregor. XIV. Graſſator nuncupatur ille, qui vias obſideat, viatores deprædetur, ſeu ſpoliet, & renitentes occidat, Decian. *d. cap.28. num.2.* Alexand. Ambroſin. *in tract. hujus tit. cap.3.* Mar. Ital. *d. lib.1. cap.5. §.1.*

Utrùm autem proditorius homicida immunitate 45 Eccleſiæ gaudeat, ſolet à Doctoribus inquiri, qui magis communiter negativam ſunt amplexi opinionem, ut poſt Anchar. Felin. Aretin. Guid. Pap. Alciat. Chaſſ. & Monticel. Gig. Anton. Gom. & Clar. docet Farin. *d. q.28. num.24.* ſequuntur. Rebuff. *tom.3. ad leges Galliæ, ſub hoc tit. art.1. quaſt.5.* Azeved. *l.3. num.6. tit.2. lib.1. nova recop.* Soar. de Pace *d. §.3. num.*113, Gutier. *pract. lib.1. quaſt.2. & lib.3. quaſt.7. n.51.* Anaſtaſ. Germon. *d. c.16. à num.*58. Marta *de juriſdict. part.2. cap.52. n.4.* Petr. Caball. *de omni genere homicidii, num.*388. *cum ſeqq.* Villag. *d. cap. fin. num.52. & 54.* Soar. *d. lib.3. cap.11. num.10.11. & 12.* Camill. Borrell. *d. tract.3. à num.76.* Cur. Philip. *p.3. §.12. num.30.* Card. Tuſch. *d. verbo Eccleſia, concl.11. num.5.* Ludov. Correa *d. p.3. num.17.* Fr. Raphaël de la Torre *in 2.2. D. Thom. tom.2. quaſt.99. art.3. diſp.7. gradu 8. except.3. verſ. nunquid,* Melch. Phœbos *Luſit. deciſ.81. num.5.* & expreſsè approbatur, & recipitur in conſtit. Gregor. XIV. & quamvis Gambacurt. *lib.5. cap.30. num.6.* exiſtimaverit quod qui proditoriè voluit aliquem occidere, & devenit ad

ad actum proximum, ſed caſu non occidit, non gaudet immunitate; contrarium tamen poſt d. Gregorianam conſtitutionem meliùs tenent Peregrin. *de immunit. Eccleſ. c.7. n.13.* Bonac. *de legib. diſp.3. quæſt.7. §.5. n.17.* Farin. *de Immunit. cap.9. n.145.* ubi *n.146.* ſubdit hanc opinionem hodie ſecundùm Bullam Gregor. omni difficultate carere, ſe retractans à contraria
46 ſententia, quam docuerat *d. q.28. n.45.* Proditorius homicida dicitur ille, qui occidit à tergo, vel quocunque alio modo nihil tale præcaventem, & proditorium homicidium eſt cædes hominis nihil tale ſuſpicantis: unde Burg. de Pace *conſ.22. n.26.* Gurtier. *d. lib.1. q.2. n.3.* Soar. *d. cap.11. n.12.* Villag. *d. c. fin. n.53.* Alexand. Ambroſin. *cap.6.* Farin. *d. quæſt.18. à num.74.* Steph. Gratian. *diſcept. forenſ. c.380. num.40.* Petr. Caball. *d. tract. de omni genere homicidii, à n.398.* Marc. Anton. Genuenſ. *in praxi Curiæ Archiepiſcop. Neapol. cap.76. n.2.* ubi dicit cum Vincent. de Franchis *deciſ.713.* in Regno Neapolitano non intelligi homicidium proditorium, niſi fiat ſub colore amicitiæ. Unde dicit Ambroſ. *de Immunit. cap.6. num.1.* & Peregrin. *eod. tract. cap.7. num.2.* quos refert, & ſequitur Diana *d. tract.1. de immunit. Eccleſ. reſol.35.* quod tunc dicitur proditoriè quis occidere aliquem, quando inter illum, & occiſum nullus præcedebat rancor, ſed potiùs ſimulabatur amicitia, utputà quia inſimul comedebant, vel ſimul erant in itinere: & idem Diana contra Gambacurt. *lib.5. cap.28. num.3.* hinc ait, quod occidens inimicum retrò, non dicitur committere homicidium proditorium, quia debebat præcavere ab inimico ſuo: & poſt Aloyſ. Ricc. *p.1. deciſ.168. n.2.* reſolvit occidentem amicum reconciliatum gaudere immunitate, quia talis non dicitur proditor.

47 Unde proditorium dici homicidium commiſſum ab eo, qui aliquem veneno necat, ac proinde non gaudere immunitate dicunt Decian. *d. c.28. n.19.* Anaſt. Germon. *d. c.16. n.63.* Bobadil. *in ſua politica, lib.2. c.14. n.74. & 75.* Fr. Emman. *quæſt. Regul. tom.2. q.33. art.4.* Cur. Philip. *d. §.12. n.35.* Soar. *d. c.11. n.12. in fin.* Mar. Ital. *d. lib.1. c.5. §.4. n.3. verſ. & quemadmodum, & n.36.* Petr. Cabal. *d. tract. de omni genere homicidii, n.583.* Farin. *d. q.28. n.24. in fine, & in tract. hujus tit. n.142.* Megal. *in 3. p. lib.4. cap.1. quæſt.1. n.18.* Homobon. de Bonis *de examine Eccleſ. tom.2. tract.11. cap.5. q.5. reſol.4.* Jacob. de Graff. *tom.1. lib.3. conſil. un. num.16.* Joan. de la Cruz *in direct. conſcient. p.4. præc.8. quæſt.3. art.2. dub.1. concluſ.1.* Diana *d. tract. de immunit. Eccleſ. reſol.36.* Ludov. Correa *d. part.3. num.19.*

48 De aſſaſſino, quod non gaudeat Eccleſiaſtica immunitate, & quando talis dicatur, vide Covar. *lib.2. var. c.20. n.10.* Soar. de Pace *d. §.3. n.31.* Gutier. *pract. lib.3. q.7.* Remig. Mant. Plaz. Clar. & alii, quos refert, & ſequitur Farin. *d. c.28. n.26.* Decian. *d. c.28. n.18. ad med.* Soar. *d. c.11. n.13.* Modern. *d. c.51. n.7.* Bobadil. *c.14. n.76.* Alex. Ambroſin. *in tract. hujus tit. cap.7.* Anaſtaſ. Germon. *dict. cap.16. num.67.* Petr. Cabal. *in d. tract. de omni genere homicidii, n.526. cum ſeqq.* Cur. Philip. *d. §.12. n.34.* Cardoſ. *in praxi judicum, verbo aſſaſinus, num.4.* Camil. Borrel. *d. tit.3. n.78.* Aloyſ. Ricc. *in deciſionibus Curiæ Archiep. Neapol. part.1. deciſ.112.*

49 *Si verò ſervus fuerit,* &c.] Notatur ad hoc, quod ſervum ad Eccleſiam confugientem poteſt dominus petere ſibi reſtitui, recepto ab eo juramento de illum non offendendo: ita docent *in præſenti* Hoſtienſ. *n.5.* Joan. Andr. *n.7.* Anch. & Butr. *in ſummario,* Panorm. *n.1. verſ. ſervus fugiens ad Eccleſiam,* Zabar. *ante n.1. & 5.* & Anan. *n.1.* Navar. *d. c.25. n.19.* Covar. *d. c.20. num.14. verſ. his ſuffragatur,* Maſcard. *de probat. concluſ.533.* Soar. de Pace *d. p.5. cap.3. n.153.* Gutier. *d. lib.1. q.1. n.3. & 16.* Anaſtaſ. Germon. *d. c.16. n.55.* Cardoſ. *in praxi judicum, d. verbo ſervitus, n.69.* Cur. Philip. *d. §.12. n.45.* Fr. Raphaël de la Torre *d. diſp.6. prope fin.* Guid. Pancirol. *in theſauro var. lection. lib.2. cap.182.* Azor. *inſt. moral. part.1. lib.8. cap.9. quæſt.9. in fine, verſ. quid dicendum de ſervo,* Soar. *d. lib.3. c.10. num.2.* Ludov. Correa *d. part.5. n.6.* Ludov. Rodolph. *quæſt. variar. lib.2. quæſt.36. num.11.* Illuſtriſſ. D. meus Roderic. à Cunha poſt primam hujus libri impreſſionem à me viſus *in comment. ad cap. eos qui 6. num.7. diſt.87.*

In gloſſ. *Extrahendus,* ibi, *etiam Iudæus.* Notatur 50
ad hoc, quod Judæi, & infideles gaudent Eccleſiaſtica immunitate: ſequuntur Innocent. *in præſenti, col.1. verſ. idem in Iudæo,* Joan. Andr. *num.8.* & Hoſt. *n.1. in verbo ab Eccleſia,* Sylveſt. *verbo Immunitas 3. n.2. verſ. primùm Iudeus,* Boër. *deciſ.110. num.4.* receptiorem appellat Covar. *dict. cap.20. num.11.* Tiraquel. *de jure primog. quæſt.65. n.8.* Marſil. *in l. un. n.114. C. de raptu virg.* Soar. *d. lib.3. cap.10. n.9. & 11. verſ. ideoque probabiliorem,* Ceval. *commun. contra commun. q.269.* Azor. *d. c.6. poſt 9. quæſt. verſ. ſi quæras an Iudæus,* latè Mar. Ital. *d. lib.1. cap.3. n.3.* Anton. Ricc. *in tract. de jure perſonarum extra gremium Eccleſiæ exiſtent. lib.2. c.12.* Marta *de juriſdict. p.4. caſu 176. n.6.* Fr. Raph. de la Torre *d. diſp.9. gradu 8. verſ. ſecundum.* Quamvis contrariam opinionem, videlicet Judæum Eccleſiaſtica non gaudere immunitate, teneant Abb. *hîc, n.7.* Cov. *d. n.11.* Clar. *§. fin. q.30. n.16.* Portel. *in dub. Reg. verbo Eccleſ. immunit. n.10.* Diana *reſol.22.* Marquar. *de Iudæis, p.1. c.8.* Decian. *d. lib.6. c.26. tom.2.* Gutier. *lib.2. pract. quæſt.7. n.51.* Card. Tuſch. *d. verbo Eccleſia, concl.20. num.27.* Villag. *d. cap. fin. num.65.* Rebuff. *d. tom.2. ſub hoc tit. gloſſ.2. n.22.* Franc. Leo *d. cap.13. n.30.* Soar. de Pace *d. c.3. §.3. n.106.* Alex. Ambroſin. *in tract. hujus tit. cap.8. num.8.* Farin. *d. q.28. n.68.* Et quamvis noviſſimè Gabriel Pereira *de manu Regia, part.2. cap.50.* aſſerat Maurum, Judæum, aut quemlibet alium infidelem non gaudere hac immunitate, niſi in caſu, in quo ſtatim fiat Chriſtianus; nam pro prima opinione in S. Congreg. Cardinalium controverſiis juriſdictionalibus Præpoſitorum fuit deciſum *de anno 1631.*

De hæreticis certum eſt, ſi ad Eccleſiam confugiant 51
illius immunitate non gaudere: tum quia in ipſam Eccleſiam delinquere dicuntur, tum quia dici poſſunt proditores Dei: quare ita docent Remig. *fallent.18.* Gondiſ. *de hæreticis, quæſt.11.* Boër. *deciſ.110. num.6.* Rojas *ſingul.93.* Bonacina *de legib. diſp.3. quæſt.7. §.3. n.3.* Portel. *in dub. Regular. verbo Eccleſ. immun. n.10.* Navar. *d. cap.25. n.20.* Soar. de Pace *d. §.3. num.108.* Petr. Greg. *ſyntag. juris lib.33. cap.12. num.1.* Decian. *lib.5. c.40. n.7.* Soar. *d. c.10. n.9. & 13.* Cardoſ. *d. verbo Eccleſia, n.82.* Sayr. *in clavi Regia, lib.9. cap.15. n.26.* Azor. *d. q.9. verſ. ſi quæras,* Alex. Ambroſin. *cap.8.* Marta *de juriſdict. p.2. caſu 51. n.29.* Diana *d. tract.1. de immunit. Eccleſ. reſol.19.* Ludov. Correa *d. p.3. n.3.* Farin. *d. q.28. num.68. & in tract. hujus tit. n.167.* ubi quod in Conſtitut. Gregor. XIV. hæreſis crimen expreſsè inter exceptos caſus numeratur, quod quidem etiaſi locum habere videtur in vehementer ſuſpecto de hæreſi, ut voluerunt Peregr. *d. c.8. num.8.* Farin. *d. tract. de immunit. n.175.* Diana *d. tr.1. de immunit. Eccleſ. reſol.38.* Et multò magis procedit in apoſtata, Simanch. *de Catholicis inſt. tit.6. n.4. & 5.* Peña *in direct. Inquiſit. p.2. quæſt.49. comment.74.* Decian. *lib.6. c.26. n. fin.* Soar. de Pace *d. §.3. n.109.* Bobadil. *in ſua politica, lib.2. c.14. n.56.* Marta *d. c.11. n.29.* Mar.

Mar.Ital.*d. lib.* 1.*cap.* 3.§.1.*num.* 18.*verſ.ex his ergo apparet*, Farin. *dict. tract.* 169. & idem eſſe in apoſtata à Religione, exiſtimavit Peregrin. *de immun. cap.* 12. *n.* 16. quod vetum eſſe in Eccleſiis & Monaſteriis ejuſdem Religionis, à qua apoſtatavit, non autem in aliis, teſolvunt Bobad. *in ſua polit.lib.* 2.*c.* 14.*n.* 57. Mar. Ital. *d.c.* 3.§.1.*n.* 17.*verſ.ex his ergo apparet*. Duard. *in Bull. Cœnæ, lib.* 2. *can.* 15.*q.* 16.*n.* 15. Diana *reſol.moral. p.* 1.*tract.de immun.Eccleſ.reſol.* 23.

53 In gloſſ. *Publicus latro*, ibi, *& raptores virginum*. Notatur ad hoc, quod taptores virginum, & adulreri gaudent Eccleſiaſtica immunitate, ut per Hoſtienſ. *hic, n.* 1. & Abb. *à n.* 14. Decian. *d.lib.* 6.*c.* 28.*n.* 22. Soar. de Pace *d.c.* 3.§.3.*à n.* 141. Gutrier. *pract.lib.* 3.*q.* 5. Card. Tuſch. *d.verbo Eccleſia, concl.* 11.*n.* 35.*&* 36. Soar. *d.lib.* 3.*c.* 11. *n.* 17. Azor. *p.* 2.*lib.* 8.*c.* 9.*q.* 9.*verſ.quid verò de raptoribus*, Mat.Ital. *d.lib.* 1.*c.* 3.§.2.*n.* 8. Farinac. *d.tract.n.* 87. Ludovic. Correa *d.p.* 31.*n.* 14.

SVMMARIVM.

1 *Clerici non debent neceſſitatibus, ſeu utilitatibus civitatum, aut aliorum locorum, etiam ubi laicorum non ſuppetunt facultates ſubvenire, niſi priùs Romanus Pont. conſulatur. Sententiæ, & conſtitutiones editæ à laicis collectantibus Eccleſiam ſunt ipſo jure irritæ, nec ullo tempore convaleſcunt: Rectores excommunicati ob gravamina præmiſſa, remanent excommunicati etiam poſt depoſitum officium.*

2 *Collectanea & onera de conſenſu Epiſcopi, & Cleri imponi non poſſunt, niſi quando laicorum facultates non ſuppeterent.*

3 *Collecta, & onera Eccleſiaſticis perſonis imponere, non niſi de conſenſu Papæ laicis licet.*

4 *Conſuetudo non tribuit jus laicis imponendi collectas & onera Eccleſiaſticis.*

5 *Succeſſores in officio imponentium collectas, vel onera Eccleſiaſticis, excommunicationi ſubjiciuntur, niſi intra menſem ſatisfecerint.*

6 *Bulla in Cœna Domini can.* 18. *innovat decreta Conciliorum generalium.*

7 *Clerici etiam in minoribus, dummodo incedant in habitu, & tonſura, & inſerviant in Divinis, immunes ſunt à tributis & collectis.*

8 *Oblati in perpetuum alicui Religioni, vel Eccleſiæ, quia ſunt Eccleſiaſticæ perſonæ, eximuntur à tributis, & gabellis.*

9 *Converſi, quia ſunt veri Religioſi, eximuntur à tributis.*

10 *Fratres, & Sorores tertii Ordinis S. Franciſci in communitate religioſè viventes, ſunt Eccleſiaſticæ perſonæ, & gaudent immunitate à tributis.*

11 *Novitius immunis eſt à gabellarum ſolutione.*

12 *Commendatarii Ordinum Militarium immunes ſunt à gabellis & tributis.*

13 *Geſta per excommunicatum denunciatum, ſive notorium Clerici percuſſorem, pertinentia ad juriſdictionem, ſunt prorſus nulla.*

Cap. Adversùs VII.

1 Clerici collectari non poſſunt in neceſſitatibus, & utiliratibus civitatum, vel aliorum locotum, etiam quando non ſuppetunt facultates laicorum, niſi priùs conſulatur Papa. Item conſtitutiones, & ſententiæ, quibus laici imponunt collectas, vel onera Clericis, ſunt nullæ, & nullo unquam tempore valituræ. Item excommunicatus ob prædicta, niſi ſatisfecerit, etiamſi relinquat officium, remanet excommunicatus, & qui ſuccedit in officio, ſi intra menſem non ſatisfaciat, remanet excommunicatus. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Butt. Hoſt. Anchar. Henric. Panorm. Viuian. *in ration. lib.* 3. *juris Pontif. pag.* 457. Alagona *in compend. juris Canon. pag.* 549. remiſſiuè Ximen. *in concord. part.* 1. *&* 2. deſumitur ex Concil. generali Lateranenſi ſub Innocent. III. *cap.* 46. & refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 4. *Decret. lib.* 3. *ſub tit. de cenſib. cap.* 1.

Verùm ſi quando fortè, &c.] In Conc. Lateranenſi ſub Innoc. III. de quo in hoc text. innouata eſt diſpoſitio *c. non minùs, ſup. hoc tit.* ſub Alex. III. & ſublata facultas imponendi collectas, & onera de conſenſu Epiſcopi, & Cleri, niſi quãdo laicorum facultates non ſuppeterent, vt per Bortel. *conſ.* 74.*n.* 30. Marta *de juriſdict.p.* 4.*cent.* 1.*caſu* 1.*n.* 52. Decian. *conſ.* 52.*n.* 31.*lib.* 2. Bellet. *diſquiſit. cleric. p.* 1. *tit. de except. cleric. & eorundem bonorum*, §.2. *n.* 3. Molin. *de inſtit. tract.* 2.*diſp.* 672. Carol. de Graſſis *de effect. cleric. effectu* 3.*n.* 244. Soar. *lib.* 4.*de immun. c.* 26.*n.* 15. 2

Romanus Pontifex priùs conſulatur.] Ergo collectas, 3
& onera Eccleſiaſticis perſonis imponere non niſi de conſenſu, & expreſſa Summi Pontif. licentia laicis licet, vt per Nauar. *in man. c.* 17.*n.* 207. Duard. *in Bullam Cœnæ Domini, can.* 18.*q.* 3. Mar. Alter. *de cenſuris, lib.* 5.*diſp.* 19.*c.* 2. Carol. de Graſſis *d. effectu* 3.*num.* 287. ita vt nec conſuetudo tribuere poſſit jus laicis imponendi collectas, & onera Eccleſiaſticis, vt per text. *in c. quanquam, de cenſib. lib.* 6. docent Ruin. *conſ.* 117. *in fin. tom.* 4. Soar. *conſ.* 41.*tom.* 1. Fillinc. *tract.* 16.*c.* 11. *quæſito* 2.*num.* 293. Soar. *lib.* 4.*de immunit. c.* 32. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 9. *num.* 281. Duard. *can.* 18.*q.* 20.*n.* 6. Carol. de Graſſ. *d. effectu* 3. *num.* 110. Bellet. *d. tit. de exempt. cleric.* §.6.*n.* 1. Intellige ſupradicta de conſenſu Rom. Pontif. procedere in caſu vbi agitur de vtilitate tantùm publica, non verò vbi contributio non fit ſolùm propter vtilitatem publicam, ſed etiam ob priuatam ipſorum clericorum, veluti pro expenſis factis tempore peſtis. Ita Sylueſt. *in ſum. verbo immunitas, quæſt.* 5. *n.* 20. Megal. *in part.* 3. *lib.* 2.*cap.* 17.*quæſt.* 6.*num.* 121. *& conſ.* 72. *n.* 18. Molin. *de juſtit. tom.* 3.*diſput.* 672.*n.* 5.*concluſ.* 3. Paul. Layman. *in Theolog. moral. lib.* 4.*tract.* 9. *cap.* 6.*num.* 9. Quando enim neceſſitas publica concernit de directo, & principaliter æquè vtilitatem Eccleſiaſticorum, & laicorum, tunc debent Eccleſiaſtici contribuere, non tamen ad deliberationem ſolius populi, ſed oportet quod Clerus, & populus ſimul conueniant, & deliberent, quia quod omnes tangit debet ab omnibus approbari; & ſi in tali caſu Clerus ſine legitima cauſa nollet conſentire, poſſent laici implorare auxilium ſuperioris Eccleſiaſtici, vt compellat Clericos, vide Salon. *in* 2.2.*tom.* 2. *q.* 78.*art.* 5. *controv.* 1. Azor. *p.* 3. *lib.* 5.*c.* 19.*q.* 11. Petr. de Ledeſma *in ſum. tom.* 2.*tract.* 7. *cap.* 2.*concl.* 7. Ioan. de la Cruz *in direct. conſcient. p.* 1. *præc.* 7.*q.* 7.*art.* 3.*dub.* 1.*concl.* 1.

Et ſucceſſores ipſius, &c.] Notatur ad hoc, quod ſuc- 4
ceſſores in officio imponentium collectas, vel onera Eccleſiaſticis excommunicationi ſubjiciuntur, niſi intra menſem ſatisfecerint, vt per Soar. *de cenſur. diſp.* 21. *ſect.* 2.*n.* 10. Fillinc. *d. quæſito* 4. *n.* 302. Alter. *d. diſp.* 10.*c.* 1.*col.* 3. Duard. *q.* 59. addentes huiuſmodi ſucceſſores ne excommunicatione obſtringãtur, teneri præſtare ſatisfactionem inducendo Communitatem ad ſatisfactionem, in cuius vtilitatem conceſſum eſt tributum, ſeu collecta, in defectu verò Communitatis teneri ipſos ſucceſſores ad reſtitutionem damni,

quod

Digitized by Google

quod Eccleſiæ, vel Eccleſiaſticæ perſonæ ex impoſitione illius collectæ paſſæ ſunt, modò ſucceſſores ſint hæredes prædeceſſorum, qui collectam impoſuerunt; ſi verò non ſint hæredes, ſed ſimpliciter ſucceſſores in officio, ſeu magiſtratu, vel conſulatu, non tenentur ex propriis, ſed ex bonis communibus, curando ſatisfactionem præſtari ab iis, quibus collectæ applicatæ ſunt.

6 Dubium eſt, an textus de hac re loquentes, videlicet hic, de quo *in præſenti, & in cap. non minus, ſupr. hoc tit. & in cap. Clericis, hoc eod. tit. lib. 6. & in cap. quanquam, de cenſib. eod. lib. & in Clem. præſenti, illo tit. de cenſib.* cum ſimilibus, innoventur in Bulla in Cœna Domini, *canon.* 18. in quo communis tenet ſententia innovari ſolùm decreta Conciliorum generalium quoad illas actiones, quæ in Bulla exprimuntur, ut per Tolet. *in inſtruct. Saccrd. lib.* 1. *cap.* 50. *num.* 8. *verſ. poſtremò*, Valer. Reginald. *lib.* 9. *num.* 375. *ad fin.* Sayr. *de cenſur. lib.* 8. *cap.* 22. *num.* 11. Duard. *quæſt.* 19. Soar. *d. diſp.* 21. *ſect.* 2. *num.* 100. Anton. de Souſa *in bullam Cœnæ, cap.* 19. *diſp.* 94. *num.* 4.

Deinde dubitari poteſt, an cenſuræ, & pœnæ ſacrorum Canonum, quæ in Bulla Cœnæ Domini *can.* 18. innovantur, cenſeantur ob innovationem reſervatæ, ſicut excommunicationes Bullæ? Communis opinio affirmat, quia idem eſt innovare ſacros Canones, ac illos de novo edere, & ferre, Tolet. *d. c.* 30. *n.* 5. Alter. *d. diſp.* 19. *c.* 5. *col.* 5. *verſ. his omnibus*, Duard. *lib.* 1. *can.* 3. *q.* 3. Filliuc. *tract.* 16 *cap.* 11. *quæſito* 5. *n.* 303.

7 *Et Eccleſiaſticos viros.*] Non ſolùm ſi in ſacris conſtituti ſint Ordinibus, verùm etiam ſi in minoribus, dummodò incedant in habitu, & Tonſura Clericali, & inſerviant in Divinis, juxta requiſita Concil. Trid. *ſeſſ.* 23. *de reform. cap.* 6. quos quidem immunes eſſe ab omnibus oneribus, & gabellis docent Covar. *pract. cap.* 31. *ſub num.* 9. Flores de Mena *var. quæſt. lib.* 2. *q.* 21. *num.* 199. Nicol. Garc. *de benef. p.* 2. *c.* 3. *n.* 5. *cum ſeqq.* Fr. Franc. Coriolan. *in explicat. Bullæ in Cœna Domini, excomm.* 18. *verſ. quam ampliat.* Azor. *p.* 3. *lib.* 5. *cap.* 19. *q.* 6. Soar. *contra Regem Angliæ, lib.* 4. *c.* 27. *n.* 14. Homobon. de Bonis *de examine Eccleſ. p.* 1. *tract.* 7. *c.* 29. *quæſt.* 120. Filliuc. *tom.* 1. *tract.* 16. *c.* 11. *n.* 298. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 9. *c.* 25. *n.* 376. Mar. Alter. *de cenſur. tom.* 1. *diſp.* 19. *lib.* 5. *c.* 6. *dub.* 10. Ceval. *in tract. de cognit. per viam violentiæ, in proœm. cap.* 7. *n.* 22. Molfeſ. *in ſum. tom.* 1. *tract.* 6. *c.* 10. *n.* 65. & *tom.* 2. *tract.* 12. *c.* 22. *num.* 162. Layman. *in Theolog. moral. lib.* 4. *tract.* 9. *c.* 6. *n.* 3. Verùm non improbabiliter tenent alii, Clericos in minoribus etiam non habentes requiſita Concilii *d. cap.* 6. eſſe de jure communi exemptos à ſolutione gabellarum, quia Concil. loquitur de privilegio fori, & tantùm reſtringit illis hoc privilegium; immunitas verò à tributis non dependet à privilegio fori: quare ita docent Leſſ. *de juſtit. lib.* 2. *cap.* 33. *dub.* 5. *n.* 38. Molin. *de juſtit. tom.* 3. *tract.* 2. *diſp.* 270. *n.* 5. Malder. *in* 2. 2. *tract.* 5. *c.* 6. *dub.* 8. Paul. Comitol. *reſponſ. moral. lib.* 6. *quæſt.* 20. Torreblanc. *in defenſ. lib.* 2. *de magia, cap.* 6. *n.* 69.

8 Primò amplia in oblatis alicui Religioni, vel Eccleſiæ, quando oblatio eſt perpetua, & cum obligatione ſerviendi in perpetuum, ut per Flores de Mena *d. quæſt.* 21. *num.* 194. tales enim dicuntur Eccleſiaſticæ perſonæ, Modern. *de juriſd. part.* 4. *caſu* 113. *num.* 37. Card. Tuſch. *tom.* 5. *lit. O, concl.* 16. Peregrin. *var. lib.* 6. *num.* 71. Fr. Paulin. Berti Lucenſ. *in praxi crimin. Regul. tit.* 1. *cap.* 3. *num.* 3.

9 Secundò amplia in converſis, ut per Flores *d. quæſt.* 21. *n.* 194. tales enim ſunt veri Religioſi, Prax. Epiſcop. *p.* 2. *verbo Oblati*, Peregr. *d. lib.* 6. *num.* 7. Nicol. Garc. *de benef. p.* 1. *cap.* 4. *num.* 11.

10 Tertiò amplia in Fratribus, & ſororibus tertii Ordinis B. Franciſci in communitate religioſè viventibus, quia tunc veri ſunt Religioſi, vide Vulpel. *de libertate Eccleſ. p.* 3. *n.* 29. & 30. Flores de Mena *d. q.* 21. *n.* 197. Soar. *de cenſur. diſp.* 22. *ſect.* 1. *num.* 20. Molin. *de juſtit. tom.* 4. *tract.* 3. *diſp.* 50. *num.* 4. *in princip.* Fr. Paulin. Berti Lucenſ. *d. tit.* 1. *cap.* 3. *n.* 6. Caſtil. *Siciliæ deciſ.* 88. Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. p.* 4. *collect.* 1051. Carol. de Graſſis *de effectib. Cleric. effectu* 1. *n.* 92. Quamvis indiſtinctè verè eſſe Religioſos teneant Fr. Emman. *quæſt. Regul. tom.* 2. *q.* 65. *art.* 4. Marta *de juriſd. p.* 1. *caſu* 113. *num.* 36. Card. Tuſch. *tom.* 4. *lit. F, concl.* 470. Decretum ſuper ſtatu mulierum tertii Ordinis in privatis domibus degentium, illarumque ad habitum admiſſione, emanatum à Sacra Congreg. Illuſtr. Card. negotiis Epiſcoporum & Regularium præpoſitorùm die 20. Decembris 1616. refert Eraſm. à Cochier *de juriſd. Ordinarii in exemptos, p.* 1. *quæſt.* 17.

Quartò amplia in novitio, illum enim immunem eſſe à gabellarum ſolutione, tenent Bertachin. *de gabellis, p.* 7. *princ. num.* 56. Gutier. *eod. tract. q.* 95. *à n.* 22. Barth. à S. Fauſto *in theſauro Relig. lib.* 5. *q.* 175. Molin. *de juſtit. tract.* 2. *diſp.* 671. *n.* 2. Fr. Emman. *quæſt. Regul. tom.* 2. *quæſt.* 47. *art.* 8. *ad fin.* & *tom.* 3. *q.* 74. *art.* 9. Marta *de juriſd. p.* 4. *caſu* 121. *num.* 24. Flores de Mena *d. q.* 21. *num.* 198. Cur. Philip. *p.* 3. §. 1. *n.* 12. Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 10. *num.* 16. Quicquid rem hanc pendere ex futura profeſſione teneant Girond. *de gabell. p.* 7. *in princ. n.* 46. Parlad. *rerum quotid. lib.* 1. *cap.* 13. §. 1. *num.* 21. *in* 2. *edit.* 11

Quintò amplia in Commendatariis Ordinum Militarium, ut ſunt in Luſitania Ordinis D. N. Jesu Chriſti, S. Jacobi, ac S. Benedicti de Avis, & in Caſtella S. Jacobi, Alcantaræ, & Calatravæ; hos enim collectari non poſſe reſolvit Flores de Mena *d. q.* 21. *num.* 204. præcipuè ſi ſint profeſſi, Fr. Emman. *quæſt. Regul. tom.* 2. *quæſt.* 62. *art.* 14. Bobadil. *in ſua politica, lib.* 2. *cap.* 18. *n.* 86. & *cap.* 18. *n.* 17. *in fine*, Diana *in reſol. moral. p.* 1. *tract.* 2. *reſol.* 49. 12

Adjicimus ut conſtitutiones, &c.] Notatur ad hoc, quod geſta per excommunicatum denuntiatum, ſive notorium Clerici percuſſorem, ſive judex Ordinarius, ſive delegatus ſit, pertinentia ad juriſdictionem, ſunt prorſus nulla, ut per Gutier. *canon. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 75. Sanch. *de Matrim. lib.* 3. *diſp.* 22. *num.* 36. 13

Cap. Quia plerique VIII.

Prælati qui pro procuratione, vel ſervitio impendendo Legato, vel alteri plus extorquent à ſubditis quàm impendant, extorta reſtituere debent, & tantundem tenentur dare pauperibus. Item ſuperior apud quem fit querela, ſi eſt negligens pro executione hujus ſtatuti, canonicè puniri debet. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Butr. Hoſt. Anchar. Henric. Panorm. Vivian. *in ration. lib.* 3. *Iuris Pontif. pag.* 458. Alagona *in compend. Iuris Canon. pag.* 550. remiſſivè Ximen. *in concord. p.* 1. deſumitur ex Concil. generali Lateran. *cap.* 35. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 4. *Decret. lib.* 3. *ſub tit.* 18. *de cenſibus, cap.* 4. 1

De procuratione Epiſcopis debita, dixi *de offic. & poteſt. Epiſcop. p.* 3. *alleg.* 73. *à num.* 45. & de charitativo ſubſidio latè *ead. p.* 3. *alleg.* 87. *per totam.* 2

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia non conſecrata,* & n.2.
3 *Interdicta,*
4 *Polluta,*
5 *Diruta ſine auctoritate ſuperioris, ſi adſit ſpes refectionis,*
6 *Cœmeterium Eccleſiæ,*
7 *Atrium, ſeu porticus Eccleſiæ adhærens,*
8 *Fores, & janua Eccleſiæ,*
9 *Hoſpitale fundatum auctoritate Epiſcopi,*
10 *Oratorium conſtructum auctoritate Epiſcopi,*
11 *Sacerdos portans in manibus ſanctiſſimum Sacramentum Euchariſtiæ,*
12 *Palatium Epiſcopi,*
13 *Domus Cardinalium,*
14 *Monaſteria Religioſorum.*

} *Eccleſiaſtica gaudent immunitate.*

Cap. Eccleſiæ IX.

Gregor. IX.

1 Eccleſia licèt non conſecrata, ſi in ea divina Officia celebrantur, gaudet immunitate, quia dedicata obſequiis divinis non eſt profananda uſibus temerariis. Colligunt ex Ordin. Abb.antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Butr. Hoſt. Henric. Anchar. Panorm. Viv. in ration.lib.3. Iuris Pontif.pag.459. Alagona in compend. Iuris Canon. pag.550. remiſſivè Ximen. in concord. p.1.

2 Hanc eandem concl. ex hoc text. deſumunt gloſſ. verbo adimitur, Hoſt. ante n.1. Anchar. in ſum.& in 1. notab. Butr. in ſum. Abb.à n.1.Zabar.in princ.& Anan. num.1.Ordin.Reg.Luſit. lib.2.tit.5 in princ.Covar.var. lib.2.cap.20.n.4. Remig.Clar. Bonacoſ.& alii relati per Farin. in praxi crimin.quæſt.28.n.34. Angel.Sylveſt.Tabien.Armil. Roſel. S.Anton.& plures alii apud eund. Farin. in tract.hujus tit.n.255. Anaſtaſ. Germon. de ſacrorum immunit.lib.3.cap.16.n.22.in fine, verſ.hic opportunè, & à n.23. Azor. inſtit. moral.p.2.lib.8. cap.8.q.1. Card.Tuſch. verbo Eccleſia, concl.9.n.12.Soar.de Relig. tom.3.lib.3.cap.3.n.1.verſ.imò etiam, Alex. Ambroſin. in tract.hujus tit.cap.10.n.2. Ludov. Miranda de ordine judic.q.16.art.7.concl.2. Gamil. Borrel. in ſumma omnium deciſ.tit.3.num.33. Franc.Leo in theſauro fori Eccleſ.p.1. c.13.n.7. Mar.Ital. in tract. hujus tit.lib.1.c.4. §.3.n.12: Fr.Raphaël de la Torre in 2.2. q.99.art.3. diſp.7. gradu 8. Peregrin. in tract.hujus tit.c.4.n.3.& c.16.Fillinc. tract. 15.cap.6. q.8.n.150. quicquid dicat Dec. in tract. crimin.lib.6. cap.24.n.24. verſ.quod tamen ego, Ludov. Correa in repet. cap. inter alia, infr.hoc tit. p.2. num.8. Intellige procedere etiam quod non adhuc in Eccleſia non conſecrata divina Officia celebrata fuerint, dummodo Pontificali auctoritate canonicè interveniente, & primarium lapidem ponente conſtructa fuerit, interpretando verba text. ibi: *In qua divina myſteria celebrantur*, id eſt, celebrari poſſunt, cùm ad id Eccleſia apta ſit, ita tenent in præſenti Hoſt. ante n.1. in verbo celebrantur, & in verbo dicata, Joan. Andr. n.4.verſ.in gloſſ.1. Anchar.n.4. Butr.n.6. Abb.n.5.& 6. Anan. n.3. in fine, Farin.d.quæſt.28.n.34.& in tract.hujus tit.n.258. Anaſtaſ.Germon. d.cap.16.à n.23. Card.Tuſch.d.verbo Eccleſia, concl.9.n.12. Villag. de extenſione legum, cap. fin. à num.18. Mar.Ital. d.§.3.num.14. Quamvis ſumpto argumento à contrario ſenſu ex hoc text. ſupradictam reſolutionem procedere, dummodo in Eccleſia non conſecrata divina Officia celebrentur, aliàs ſecus, dicant gloſſ. hîc, verbo celebrantur, Butr. num.2. & 3. Zabar. verſ. quæro ſi in Eccleſia, Dec. d. cap.24. n.24.verſ. conciliando tamen, Alex.Ambroſin. d.cap.10. n.2. verſ. quod præcipuè.

3 Primò amplia ſupradictam principalem text. concluſionem procedere in Eccleſia interdicta, ad quam ſi quis confugiat, illius immunitate gaudet, ut docent in præſenti Hoſt. num. 2. verſ. ſed nunquid, Joan. Andr. num.2. Anchar. n.3. Abb. n.8. verſ. tertiò quæro, & Anan. n.3. Dec. d.cap.24. n.26.& c.25.n.20.in fine, Card.Tuſch. d.concl.9. n.9. Cur.Philip. p.5.§.12.n.15. Azor. d.c.8. quæſt.4. Farin. d.quæſt.28. n.35.& in tract. hujus tit.n.259. Soar. d.lib.3. cap.9.n.6. Villag. d.c.fin. n.29. Camil.Borrel. d.tit.2.n.38. Mar.Ital. d.§.3.à n.7. Fr.Raph.de la Torre d.gradu 8. verſ. ſingula, Peregr. in tract.hujus tit.cap.4.num.13. Ludov.Correa in repet. d.cap.inter alia, p.2.num.9.

4 Secundò amplia in confugiente ad Eccleſiam pollutam, ut per Remig. in tract. hujus tit. ampl.4. Soar. d.lib.3.cap.9.n.6. Bobadil. in ſua politica, lib.2. cap.14. num.80. Ludov.Correa loco proximè citato.

5 Tertiò amplia in confugiente ad Eccleſiam dirutam, & deſtructam ſine auctoritate ſuperioris, ſi adſit refectionis ſpes, ut per Remig. Clar. Bonacoſ. & alios apud Farin. d.quæſt.28. num.71. & in tract. hujus tit.num.269. Soar.de Pace in pract.tom.1.p.5.cap.3.§.3. num.38. Sanch. de matrim.lib.9.diſp.15.num.37. Card. Tuſch. d.concl.9.num.10. Villag. d.cap.fin.n.38. Camil. Borrel. d.tit.3. num.39. Alex. Ambroſin. d.cap.fin.n.3. Mar.Ital. d.§.3. num.13. Gambacurt. d. immunit. lib.4. cap.2.num.11. Ludov.Correa in repet. d.cap. inter alia, part.2.num.18. ubi ait hanc reſolutionem ſibi non placere, præſertim ſi totaliter Eccleſia deſtruatur, vel etiam in parte corruat.

6 Quartò amplia in confugiente ad cœmeterium Eccleſiæ, ut per Dec. d.cap.22.num.28.& cap.25.num.10. Anaſtaſ. Germon. d.cap.16.num.30. verſ.de cœmeterio, cum ſeqq. Card.Tuſch. d.verbo Eccleſia, concluſ.10.n.3. Azor. d.cap.8. q.6. Soar. d.lib.3. cap.7.n.8. Franc.Leo d.c.13.n.2. Alex.Ambroſin. d.c.10.n.5. Mar.Ital. d.c.4. §.7. Farin. in tract.hujus tit.n.262. ubi n.264. intelligit etiamſi cœmeterium ſeparatum ſit ab Eccleſia.

7 Quintò amplia in confugiente ad Eccleſiæ atrium, ſeu porticum eidem adhærentem, ut per Dec. d.c.24. num.31.verbo atrium verò, & cap.25.n.12.& 13. Card. Tuſch. d.concl.9.n.3.& 7. & concl.10. Villag. d.cap.fin. n.36. Alex.Ambroſ. d.cap.10.n.6. Azor.d.c.8.q.7. Cur. Philip. d.§.12.n.14. Bobadil. d.lib.2.cap.14.n.82.Soar. d.lib.3.c.9.n.7.& ſub n.9. Ludov.Correa in repet.d.cap. inter alia, p.2.à num.5. 8 Sive ad fores, & januam ipſius Eccleſiæ, eam ad minus manibus tangendo, præcipuè ſi clauſa fuerit, Barbat. conſ.33.n.9.& 10. Dec. d.lib.6. cap.25.n.17.Nav. in man.cap.25.n.17.ad fin. Franc.Leo d.cap.13. n.11.in fin. Farin. d.quæſt.28. n.25. & d.tract. num.279. Ludov.Correa d.p.2.n.16. & etiam ad ſcalas Eccleſiæ, Card. Tuſch. d.verbo Eccleſia, concl.10.n.3. & cenſuiſſe ſacram Card.Congreg.refert Farin.d.tract. num.180. Et etiam ſupra tectum, Soar. d.lib.3. cap.9. num.8. verſ.ſed quid, Mar.Ital. d.lib.1. cap.4. §.9.n.24. & 25. Ludov.Correa d.p.2.num.13.

9 Sextò amplia in confugiente ad hoſpitale, ſi fuerit fundatum auctoritate Epiſcopi, ut per Decian. d.c.24. num.32. Bald.Marſil. Alexand.Jaſ. Conrad. Covar.& alios apud Farin. d.quæſt.28.num.36.& 37. Maſcard.de probat.concl.869.num.18. Franc.Leo d.cap.13.n.8.Soar. d.lib.3.cap.9. num.9. Villag. d.cap.fin.n.34.& 35. Mar.

Ital.

Ital. *d. lib. 1. cap. 4. §. 8.* Azor. *d. c. 8. q. 2.* Flores de Mena *var. lib. 2. q. 32. num. 175. cum ſeq.* Valaſc. *conſ. 105. n. 43.* Cardoſ. *in praxi judicum, verbo Eccleſia, n. 75.* Nicol. Garc. *de benef. p. 5. c. 1. n. 601. & 602.* Fr. Ludou. Miiand. *d. art. 7. concl. 2. in fin.* Cur. Philip. *d. §. 12. n. 2.* Camil. Borrel. *d. tit. 3. n. 64.*

10 Septimò amplia in confugiente ad Oratorium, ſi auctoritate Epiſcopi conſtructum fuerit, vt docent *in præſenti* Hoſt. *ante n. 1. verſ. vnde oratoria.* Joan. Andr. *n. 1. in verbo Eccleſia,* Anchar. *n. 2.* Butr. *n. 3.* Abb. *n. 7. verſ. ſecundò,* Zabar. *verſ. ſecundò quæro,* & Anan. *n. 4. verſ. vtrum autem,* Anaſtaſ. Germon. *d. c. 16. n. 29. & 30.* Card. Tuſch. *d. verbo Eccleſia, concl. 9. n. 15. & verbo immunit. concl. 59. num. 24.* Azor. *d. c. 8. q. 3.* Soar. *d. lib. 3. c. 9. num. 10.* Mar. Ital. *d. c. 4. §. 4.* Filliuc. *tract. 15. c. 6. q. 8. n. 150.* Peregrin. *d. c. 4. à num. 62.* Ludou. Correa *d. p. 2. num. 215.*

11 Octauò amplia in confugiente ad Sacerdotem portantem in manibus Sacroſanctum Euchariſtiæ Sacramentum, Palat. *in repet. rubr. de donat. inter virum, §. 38. n. 15.* Roman. *ſing. 339. incip. Dicamus,* Paul. Fuſch. *lit. L, ſing. 156.* Bonacoſ. *commun. crimin. verbo condemnatos ad mortem,* Perez *l. 1. in gloſſ. Igleſia, verſ. vnde notatur, tit. 2. lib. 1. Ordinam. pag. 17. & in l. 3. gloſſ. del cuerpo de nueſtro ſeñor, eod. t. t. & lib. 5. pag 24.* Cur. Philip. *p. 3. §. 12. n. 8.* Tanner. *in 2. 2. diſp. 5. q. 8. dub. 1. n. 14.* Megal. *in 3. part. lib. 4. c. 2. q. 1. n. 38.* Jacob. de Graff. *in aureis deciſ. p. 2. lib. 1. c. 1. n. 32.* Gambac. *de immun. Eccleſ. lib. 4. c. 6. n. 4.* Ludou. Correa *d. p. 2. n. 24.* Nauar. *in man. c. 25. n. 18. verſ. & Preſbyter,* Couar. *d. c. 20. n. 6.* Clar. *§. vlt. q. 30. n. 24.* Remig. *ampliat. 18. à n. 1.* Anaſtaſ. Germon. *d. c. 16. à n. 52.* Archidiac. Abb. Roman. Alber. Imol. Iaſon, Socin. Corſet. Cotta, Reſtaur. Caſtald. Anton. Gom. Plaz. & alii apud Farin. *d. q. 28. n. 11.* Soar. de Pace *in pract. tom. 1. p. 5. cap. 3. §. 5. n. 36.* Cevall. *commun. contra communes, q. 169. & in tract. per viam violent. p. 2. q. 42.* Fr. Ludou. Miranda *de ordine judic. q. 15. art. 5. concl... & q. 16. art. 7. concl. 2. in fine,* Cardoſ. *d. verbo Eccleſia, n. 78.* Maria *de juriſdict. p. 2. c. 50. n. 27.* Card. Tuſch. *d. verbo Eccleſia, concl. 10. n. 33.* Petr. Gregor. *ſyntagm. juris lib. 33. c. 21. n. 14.* Soar. *d. lib. 3. c. 9. n. 10. verſ. tandem non omittam,* Alexand. Ambroſin. *d. c. 10. n. 2.* Cened. *ad Decretal. collect. 54. n. 2. & pract. ac canon. quæſt. lib. 1. q. 42. n. 13.* Mar. Ital. *d. lib. 1. c. 4. §. 10.* Peregrin. *d. c. 4. n. 78.* Diana *reſol. moral. p. 1. tract. de immunit. Eccleſ. reſol. 28.* vbi ſubdit eadem immunitate gaudere reum quando fugiens à ſatellitibus ſe immiſceret inter illas perſonas, quæ aſſociant venerabile Sacramentum Euchariſtiæ, etiamſi non tangeret Sacerdotem, vel haſtam baldachini, & *in fine,* poſt Aloyſ. Ricc. *p. 3. deciſ. 88. n. 5.* reſoluit quod confugiens ad Sacerdotem portantem oleum ſanctum infirmis, non gaudet immunitate Eccleſiæ.

12 Nonò amplia in confugiente ad domum, ſeu palatium Epiſcopi, *cap. id conſtituimus 17. q. 4.* Anaſtaſ. Germon. *d. c. 16. à n. 45.* Villag. *d. cap. fin. n. 37.* Soar. *dict. c. 9. n. 9. in fine,* Azor. *d. c. 8. q. 5.* Bobadil. *d. lib. 2. c. 14. n. 84.* Peregrin. *d. c. 4. n. 69.* Camil. Borrel. *d. tit. 3. n. 50.* Ambroſin. *d. c. 10. n. 7.* Mar. Ital. *d. lib. 1. c. 4. §. 9. n. 1.* Farin. *d. q. 28. n. 38. in tract. huius tit. n. 269.* Ludou. Correa *d. p. 2. n. 19.* ampliantes quamvis non ſit intra confines ad quadraginta paſſus, ſed ab Eccleſia diſtet, de quo etiam Megal. *in 3. part. lib. 4. c. 2. q. 1. n. 36.* Giurb. *conſ. 10. n. 13.* Gambacurt. *de immunit. Eccleſ. lib. 4. c. 3. num. 7.* quamvis contrarium, imò quod reus confugiens ad Palatium Epiſcopi, qui non ſit intra confines, & 40. paſſus, ſed longè ab Eccleſia diſtet, gaudeat immunitate, teneant Bobadil. *in ſua politica, lib. 2. c. 14. n. 85.* Ambroſin. *de immun. c. 10. n. 7.* Bonac. *de legib. diſp. 3. q. 8. §. 2. n. 7.* Piaſec. *in praxi Epiſcop. p. 2.*
c. 4. art. 7. n. 2. Hinc Cardinalium domos, in quibus 13
extat Oratorium vbi diuina Officia celebrantur, gaudere immunitatis Eccleſiaſticæ priuilegio, tenent Clar. *§. fin. q. 30. verſ. item adde,* Card. Tuſch. *concl. 9. n. 12.* Mar. Ital. *d. §. 9. num. 29.* Farin. *in tract. huius tit. n. 274.* Peregrin. *d. c. 4. n. 75.* aſſerentes huiuſmodi priuilegium hoc tempore non ſeruari in Urbe Roma, vt conſulatur bono publico, & delinquentes puniantur, qui vix puniri poſſent, ſi huiuſmodi priuilegium in Vrbe ſeruaretur, Diana *d. tract. de immunit. Eccleſ. reſol. 37.*

Decimò amplia in confugiente ad Monaſteria, 14
ſeu domos Religioſorum, tam Regularium, quàm ſæcularium, aliaque loca ſacra, aut Religioſa, vt patet ex Bulla Gregor. XIV. ibi, *Monaſteriis, domibus, locisque ſacris, aut Religioſis,* vt per Couar. *d. lib. 2. c. 20. n. 4.* Sayr. *de cenſur. lib. 3. c. 29. n. 16.* Soar. *d. c. 9. n. 9.* Mar. Ital. *d. lib. 1. c. 4. §. 8.* Farin. *in tract. huius tit. n. 265.* Peregrin. *d. c. 4. à num. 49.* Card. Tuſch. *tom. 4. lit. I, concluſ. 59. num. 34.* Ludou. Correa *d. p. 2. num. 2. cum ſeqq.*

SUMMARIUM.

1 *Delinquens in Eccleſia non gaudet ejus immunitate, & n. 2. intellige quando ex propoſito, & ſub ſpe immunitatis,* vt n. 3.

4 *Adulteria, & virginis raptum perpetrans Eccleſiaſtica immunitate non gaudet.*

5 *Delinquens prope Eccleſiam, ſi poſt delictum ad eam confugiat, an ejus immunitate gaudere debeat, oſtenditur.*

6 *Delinquens in vna Eccleſia poteſt etiam capi in alia, etiamſi in ea non deliquerit.*

7 *Delinquens ſemel in Eccleſia, illius immunitate non gaudet, etiam pro aliis delictis ante, vel poſt eam extra Eccleſiam commiſſis.*

8 *In Eccleſia exiſtens ſi vulnerauerit aliquem exiſtentem extra Eccleſiam, ejus non gaudet immunitate.*

9 *Mandans in Eccleſia occidere aliquem exiſtentem extra Eccleſiam, eius non gaudet immunitate.*

10 *Vulnerans in Eccleſia extra membrorum mutilationem illius gaudet immunitate.*

11 *Delinquens in Eccleſia, ſi delictum fuerit leve, gaudet eius immunitate.*

12 *Furantes in Eccleſia an illius gaudeant immunitate, oſtenditur.*

Cap. Immunitatem X. & vlt.

Immunitate Eccleſiaſtica non gaudent, qui ſub ſpe 1
impunitatis in Eccleſiis, vel cœmeteriis delinquunt, quia reddiderunt ſe ea indignos. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Anan. Butr. Hoſtienſ. Hentic. Anchar. Panorm. nouiſſimè D. Ludouic. Correa inſignem edidit repetitionem, Viuian. *in rationali libri tertij juris Pontificij, pag. 459.* Alagona *in compendio iuris Canon. pag. 550.* remiſſiuè Calal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p. 1 & 2.*

Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſu- 2
munt Couar. *lib. 2. variar. cap. 20. num. 15.* Anton. Gom. *variar. tom. 3. cap. 19. num. 2.* Boër. *deciſ. 109. n. 3. verſ. fallit quartò,* Clar. *§. fin. q. 30. num. 15. & q. 59. num. 12.* Vulpell. *de libertate Eccleſ. p. 1. n. 17.*

Perez *l.6.tit.2. lib.1. Ordin. pag.*43. Menoch. *de præſumpt.lib.5. præſumpt.*10. Anaſtaſ. Germon. *de ſacrorum immun.lib.1.c.16.n.79.* Azeved.*l.3.n.23. cum ſeqq. tit.2.lib.2.noua recop.* Gutier. *pract. lib.3. q.1.* Cur.Philip.*p.3.§.12.n.20.* Soar. *de Relig.tom.1.lib.3.c.11. n.6. cum ſeqq.* Card.Tuſch. *verbo Eccleſia, concl.11.n.10. & 21. cum ſeq.* Alex. Ambroſ.*in tract.huius tit.c.5.n.1. & 2.* Franc. Molin. *de ſacra homicidio amittenda immunitate, verſ. tandem quæſtio, num.* 59. Farin. *in praxi crimin. q.28. num.52. cum ſeqq. & in tract. huius tit. num.*205. Bobadil. *in ſua politica, lib.2. c.14. num.*24. Ioſeph. Seſſe *Aragoniæ deciſ.*141. *per totam,* Fr.Raph.de la Torre *in 2.2.q.99.art.3. diſp.7.gradu 7. verſ.nunquid,* Ludov.Rodolph. *var. quæſt. lib.2. q.36. num.* 5. Mendez à Caſtro *in praxi Luſitana, lib.5. c.1.n.34. & 35.* Camil.Borrel. *in ſumma omnium deciſ. tit.3.n.*82.

3 Intellige quando ex propoſito, & ſub ſpe impunitatis quis in Eccleſia deliquit, ſecus ſi non deliberatè, & ex propoſito, vtputa caſu, vel in rixa, vt per Hoſt. *in præſenti, n.2.in verbo, quæ niſi,* Ioan. Andr. *n.1.2. & 5.* Anchar.*n.3.& 4.*Butr.*n.1.& 2.*Zabar. *col.1.& 2.* Abb.*n.1.& 8.*Anan. *n.1.7.& 8.* Gutier. *d.c.1. num.3. verſ. at quamuis, à n.5.* Azeued. *d. l. 3. à n.23.* Card. Tuſch.*d.concl.11. n.13. & 14.* Azor. *inſtit. moral. p.2. lib.9. c.9. q.9.* Villag. *de extenſione legum, cap. fin.n.47.* Mar.Ital. *in tract. huius tit. lib.1. c.5.§.3.à n.1.* Ioſeph. Seſſe *d. deciſ.141.à n.8.* Aloyſ. Ricc. *in praxi aurea, reſol.*157. vbi tenet ſpem, de qua *in hoc text.* eſſe finalem. Sub ſpe autem immunitatis dicitur quis delinquere in Eccleſia, quando ex electione, & propoſito delinquit, vt cum aliis reſoluit Aloyſ. Ricc. *d. reſol.157.n.2.* & delictum commiſſum in Eccleſia ſine ſpe gaudendi, probatur quod non ex propoſito & conſulto, ſed ex repentino animi affectu ſit commiſſum, vel caſu fortuito, vt tenet Ioſeph. Seſſe *d. deciſ.141.n.9.* Quamvis contrarium, imò quod immunitate Eccleſiæ non gaudet delinquens in ea, etiam quod deliquerit non ex propoſito, aut ſub ſpe impunitatis, ſed caſu, teneant Couar. Capel. Tholoſ. & Clar. quos refert Farin. *in praxi crimin. q.28. n.54. & ſeq.* Nauar. *in man. c.25.n.20. verſ. nec refert,* Anaſtaſ. Germon. *de ſacrorum immun. lib.3. c.16. num.79. verſ. imò Panorm.*Soar.*de Relig. tom.1. lib.3. c.11. num.6. in fine,* Bobadil. *d. c.14.n.25.in fine,* Gambacurt. *de immun. lib.5.c.17.* D. Ludov. Correa *in repet. huius text. p.3.n.*31.

4 Primò amplia, vt delinquens in Eccleſia illius immunitate non gaudeat, non ſolùm ſi in ea homicidium, aut membri mutilationem commiſerit, ſed etiam ſi alia delicta, vtputa adulteria, & virginum raptus patrauerit: ita docent *in præſenti* Hoſt. *in verbo homicida, num.3. verſ. dicas ergo,* Ioan. Andr. *n.1. in verbo membrorum.* Anchar. *num.1 notab.1.* Abb. *n.9.* Anan. *poſt num.1.* Gutier. *d.q.1.num.17.* Dec. *d. c.24. num.17.* Card. Tuſch. *verbo immunitas, concl.59.n.4. & 5.* Villag. *d.cap. fin.num.59.* Soar. *dict. lib.3. c.11. num.6.* Gambacurt. *de immun. lib.3. c.18.* Raph. de la Torre *2.2. tom.2. q.99. art.3. diſp.7.* Jacob. de Graff. *tom.1. lib.3.cap. vnic. num.10.& 18. de immun. Eccleſ.* Tanner. *in 2.2. diſp.8. q.8. dub.1.n.16.* Portel. *in dub. Regul. verbo Eccleſ. immun.n.15.* Ludou. Correa *d.p.3. num.*34.

5 Secundò amplia, vt delinquens prope Eccleſiam, ſi poſt delictum in Eccleſiam confugerit, illius immunitate non gaudeat, Nauar. *d.c.25. num.22.* Couar. *d. c.20.num.15.verſ.26.*Dec. *d.lib.6.c.28.n.5. verſ. ex quo infero,* Menoch. *de præſumpt. lib. 6. præſ.10. num.12.* Gutier.*d.q.1.num.15.& 16.* Farin. *d.q.28. num.56.* Bobadil. *d.c.13.num.47.* Villadieg. *in politica, c.5.* Gambacurt. *d. lib.5. c.19.* Tanner.*d. dub.1. num.17.* Contrarium tamen, quod imò delinquens prope Eccleſiam, etſi ad eam confugiat, gaudere debeat illius immunitate, quia verè in Eccleſia deliquiſſe non dicitur, tenent Alex. Ambroſin. *in tract.huius tit. c.5.num.4.* Mar. Ital. *d.lib.1. c.4.§.7. à num.17. & c.5. §.3.à num.3.* Soar. *d.cap.11. num.4.* Ioan. de la Cruz *in director. Conſcient. p.1. præcept.8. q.3. art.2. dub.1. concl. 1.* Peregrin. *de immun. cap.6. num.30.* Fagundez *in quinque Eccleſiæ præcepta, tract.2.lib.4.c.8. n.45.* Diana *reſol. moral.p.1. tract.de immun. Eccleſ. reſol.3.* Sed diſtinctionis fœdere vna, & altera opinio componitur, vt ſcilicet prima procedat, quando quis prope Eccleſiam ſtudioſè deliquit animo faciliùs ſe tuendi poſt delictum in Eccleſia, & ſic quando ex propoſito, & non caſu deliquit; ſecunda verò, quando quis deliquit prope Eccleſiam, non ſic ſtudioſè, ex propoſito, & animo ad Eccleſiam confugiendi, ſed purà caſu, vt per Vitalin. Alexand. Vulpel. Decian. Gutier. Card. Tuſch. & alios, quos refert, & ſequitur Farin. *in tract. huius tit. num.* 212. & *num.*214: quod in dubio delinquens prope Eccleſiam præſumitur deliquiſſe ex propoſito, ut faciliùs ſe in Eccleſia tueretur, de quo etiam Franc. Molin. *d. loco, num.*89.

Tertiò amplia, vt delinquens in vna Eccleſia poſſit etiam capi in alia, etiamſi in ea non deliquerit, 6
d.c.28.num.8. Anaſtaſ. Germon. *d.c.16. num.80.* Azor. *inſtit. moral. p.2. lib.9. c.9. quæſt.9. verſ. quid ſi quis,* Villagut. *d. cap. fin. n.60.* Alex. Ambroſin. *d. cap.5. num.3.* Mar. Ital. *d. lib.1.c.5. §.3. num.10. in fine, & num.21.* Card. Tuſch. *d.verbo Eccleſia, concl.11. n.11.* Farin. *d. quæſt.18. n.59. & d. tract. num.219.* Gambacurt. *d. lib.5. c.26. à num.2.* Ludou. Correa *d. part.3. num.*26.

Quartò amplia, vt qui ſemel deliquit in Eccleſia 7
illius immunitate non gaudeat, etiam pro aliis delictis ante, vel poſt per eum extra Eccleſiam commiſſis, ſecundum Couar. Caſan. & Clar. quos refert Farin. *d.q.28.num.60.* Card.Tuſch. *d. verbo Eccleſia, concl.11. n.12.* quod vel maximè procedit, quando pro delicto commiſſo non fuit punitus, Boër. *deciſ.110.n.10.* Dec.*d.c.28.n.9.*Gutier.*d. quæſt..n.18.* Alex. Ambroſ.*d. c.5.n.10.*

Quintò amplia in eo, qui in Eccleſia exiſtens vul- 8
nerauit aliquem exiſtentem extra Eccleſiam, vt per Abb.*in præſenti, n.11.*& Anan. *num.5.* Azeued. *d. l. 3. num.28.ad fin.* Nauar. *d.c.25. num.21. verſ. nemo item,* Gutier. *d.q.1. à num.19.* Dec. *d. lib. 6. c. 24. num.7. verſ. an autem, & c.28.num.6.* Gambacurt. *lib.5.c.24. num.21.* Jacob. de Graffiis *tom.1. lib.3. conſil. vnic. n.10.de immun. Eccleſ.* Megala *in 3.part. lib.4. c.2.q.1. n.12.* Portel.*in dub. Regular. verbo Eccleſiæ immunitas, n.15.*Duard.*in Bull. Cœnæ, lib.2.can.15. quæſt.61. n.23.* Ludou. Correa *d. part.4. n.33.* Alexand. Ambroſin. *d.c.5. num.7.* Azor. *d. c.9. q.14. verſ. tertiò,* Villag. *d. cap.fin. num.61. & ſeq.* Soar. *d.lib.3. cap.11. n.7.* Mar. Ital.*d. lib.1.c.5.§.3.* Sic & exiſtens extra Eccleſiam, ſi vulnerat exiſtentem in Eccleſia, illius non gaudet immunitate, Couar. *d.c.20. num.15. verſ.27.* Remig. *fallent.4.* Dec. *d. lib.6.c.26. num.6. in fine,* Alexand. Ambroſin.*d. c. 5. num.8.* Gutier. *d. q.1. num.23. cum ſeqq.* Soar. *d. c.11.poſt num.7. & 8.* Soar. de Pace *dict. §.3.num.99.*Bobadil.*d.c.14.num.29.* Mar.Ital. *d. lib.1. c.5. §.3. num.47.*Farin. *d. quæſt. 28. num.61. & d.tract. num.*224.

Sextò amplia in mandante in Eccleſia occidi ali- 9
quem exiſtentem extra Eccleſiam, vt per Abb. *in præſenti, n.12.*& Anan. *num.5. verſ.quid autem ſi exiſtens,* Nauar. *d. c.25. num.21. verſ. neque qui exiſtens.* Gutier.

Gutier. *d. lib. 3. q. 2.* Azor. *d. cap. 9. q. 13. verſ. quartò qui in Eccleſia,* Mar. Ital. *d. lib. 1. cap. 5. §. 3. n. 48.* Soar. *d. lib. 3. cap. 11. n. 7. verſ. & ex eodem fundamento,* Gambac. *dicto lib. 5. cap. 24. n. 25.* Duard. & Portel. *locis prox. citatis:* quamvis poſt Bullam Gregorii XIV. contrarium ſentiant Megala *in 3. part. lib. 4. cap. 1. q. 1. n. 13.* Bonacina *de legibus, diſput. 3. q. 7. §. 4. n. 11.* Farinacius *de immun. num. 231.*

10 *Homicidia, & mutilationes membrorum.*] Ergo vulnerans in Eccleſia extra membrorum mutilationem, illius gaudet immunitate, ut per Boër. *deciſ. 109. n. 3.* & hoc verum eſſe vigore conſtitutionis Greg. XIV. in qua excipitur ſolùm volnus cum mutilatione membri, dicit Farinacius *in tract. hujus tit. num. 227.* Quamvis contrarium, immò vulnerantem aliquem in Eccleſia cum effuſione ſanguinis, illius gaudere immunitate teneant Decianus *d. lib. 6. cap. 24. num. 7.* Franciſcus Leo *in Theſauro fori Eccleſiaſtici, p. 1. cap. 13. ſub n. 23.*

11 Mar. Ital. *dicto libro 1. cap. 5. §. 3. n. 18. 19. 20. & 24.* Unde delinquentem in Eccleſia, ſi delictum fuerit leve, gaudere illius immunitate, & propterea ab ea invitum extrahi non poſſe docent Decian. *d. cap. 28. n. 9. in fine, verſ. illud tamen,* Anaſtaſius Germon. *dicto cap. 16. n. 81.* Azeved. *d. l. 3. n. 24.* Azor. *d. cap. 9. verſic. ſecus,* Card. Tuſch. *verbo Eccleſia, concl. 11. n. 23.* Farin. *d. tract. n. 250.*

12 Utrum autem furantes in Eccleſia, illius immunitate gaudere debeant, non immeritò dubitatur ab aliquibus: ſed illa prævalet ſententia faciens differentiam inter furantes in Eccleſia res Eccleſiæ ſacras, in quo furto ſacrilegium committitur; & inter furantes in Eccleſia non res Eccleſiæ, ſed alienas. In primo caſu hujuſmodi furantes Eccleſiaſtica minimè gaudere immunitate, in ſecundo verò maximè, docent Mar. Ital. *d. lib. 1. cap. 5. §. 3. à n. 75.* & Farin. *d. tract. num. 217.* Utrum autem fur cum furto præ manibus confugiens ad Eccleſiam, illius gaudeat immunitate? vide Ludovicum Correa *d. part. 3. num. 29. in fine,* ubi negativè reſpondet.

Ne Clerici, vel Monachi ſæcularibus negotiis ſe immiſceant.

Tit. L.

SUPER hanc rubr. ſcripſerunt Zabarel. Joan. Andr. Hoſt. Anan. Anchar. Panorm. Guillel. Durand. *in breviar. aureo Iuris Can. fol. 117.* Joan. de Londris *in breviario ſanctorum Canonum, fol. 177.* Martin. Meſnart. *in epitome Decretal. fol. 154.* Petr. de Raven. *in compend. juris Canon.* Dan. Venat. *in analyſi methodica Iuris Pont. pag. 517.* Goffr. & Hoſt. *in ſum. hujus tit.* Alex. Caſan. & Anaſt. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decret.* Barthol. Carthag. *in expoſit. tit. juris Canon.* Zypæus *in analyt. poſtremi juris Eccleſiaſt. enarrat. pag. 330.* noviſſimè Joan. Honor. *lib. 3. ſumma in Decretal.* omnes *ſub hoc titulo.*

SUMMARIUM.

1 *Clerici & Monachi à quibus negotiis ſæcularibus abſtinere teneantur, oſtenditur.*

2 *Clerici negotia non debent exercere.*

3 *Largitionis munerum utriuſque ſexus Regularibus interdictæ materiam qui tractent, referuntur.*

4 *Clericus non poteſt conducere poſſeſſiones, niſi inſtante neceſſitate.*

5 *Clericus ſuccedens conductori poteſt perſeverare in conductione uſque ad tempus, quo conductio durare debet.*

Cap. Multa ſunt I.

Ex Concil. Mogunt.

CLerici, vel monachi ne ſe immiſceant negotiis ſæcularibus, hîc prohibetur, & enumerantur quædam, v. g. plus juſto accipere, munera injuſta percipere, vel dare, conducere aliquem pretio pro aliquo ſæculari quæſtu clericis prohibito, amare lites, rixas, contentiones, in placitis ſæcularium diſputare (niſi in defenſionem orphanorum, aut viduarum) & eſſe procuratores, aut conductores rerum ſæcularium, joculatorem, id eſt, non ſit joculator turpis verbi vel facti, jocum ſæcularem diligere, aleas amare, ornamentum inconveniens quærere, in deliciis velle vivere, gulam vel ebrietatem ſequi, pondera injuſta, vel menſuras habere, negotium etiam juſtum exercere (niſi faciat hujuſmodi negotium juſtum propter neceſſitatem) habere canes, vel aves ad venandum, intereſſe cauſis ſuperfluis, & ſimilia. Colligunt ex Ordin. Abbas antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Butr. Henric. Hoſt. Anchar. Panorm. Vivian. *in ration. libri 3. Iuris Pontif. pag. 465.* Alagona *in compendio Iuris Canonici, pag. 553.* remiſſivè Ximen. *in concord. part. 1. & 2.* extat in Conciliis editis in Concilio Moguntiaco ſub Carolo Magno, *cap. 14.* & in Synodo Moguntina ſub Rabano Archiepiſcopo, *cap. 13.* referunt Burchard. *lib. 8. Decretor. cap. 9.* Ivo *part. 7. cap. 108.* & Anton. Auguſt. *collect. 1. Decretal. lib. 3. tit. 37. cap. 1.* 1

Multa ſæcularia negotia enumerantur in hoc textu, à quibus jubetur Clericos, & monachos abſtinere, de quorum plurimis ſuis in locis aptè dixi; nam de illis qui procuratoris, ſeu advocati officium in foro ſæculari aſſumunt, dixi *ad c. 1. & 2. de poſtul.* de dantibus, vel accipientibus munera pro juſtitia adminiſtranda, *ad c. cùm ab omni 10. de vita & honeſt. Cler.* de joculatoribus *ad cap. Clerici 15. n. 2. eod. tit.* de aleatoribus *ad idem cap. Clerici, à n. 5.* de ebriis *ad cap. à crapula, eod. tit.* de rixoſis *ad cap. 2. eod. tit.* de habentibus injuſta pondera & menſuras *ad cap. 1. de empt. & vendit.* 2

Munera injuſta accipere.] De largitione munerum utriuſque ſexus Regularibus interdicta extat Conſtitutio 28. S. D. Clementis VIII. incip. *Religioſè,* ſub dat. Romæ 13. Kal. Julii 1594. quam quidem conſtitutionem referunt, & latè explicant Fr. Franciſc. à Souſa *in ſpeciali tractatu de largitione munerum,* Diana *reſol. moral. tract. 6. de paupert. religioſa,* Joan. Valer. *de differentiis inter utrumque forum, verbo Munera, differ. 1.* Barthol. à S. Fauſto *in theſauro Religioſorum, lib. 8. poſt quæſt. 198.* illam refert, *& quæſt. 199. cum multis ſeqq.* de ejus intellectu, & materia agit noviſſimè Bonac. *var. tract. diſput. 3. de largitione munerum.*

Conductores ſæcularium rerum.] Notatur ad hoc quod Clericus non poteſt conducere poſſeſſiones propter cupiditatem, ut per Abb. *hîc, num. 6.* Bellet. *diſquiſit. cleric. part. 1. tit. de diſciplina clericali, §. 21. num. 31.* Marc. Ant. Genuenſem *in practica Archiep. Neapolit. cap. 62. num. 12.* Martam *de juriſd. part. 4. cent. 1. caſu 3.* Joan. de Salas *de contractibus, tract. 1. dub. 2.* Illuſtriſſ. D. meum Roderic. à Cunha poſt primam hujus libri impreſſionem à me viſum *in com. ad cap. 1. n. 2. diſt. 87.* 3

Poterit

Poterit tamen inſtante neceſſitate, ut declarat Genuenſ. *d. loco*, videlicet ad ſui, & ſuorum ſuſtentationem, ut per Sylveſt. *verbo, clericus* 3.*n*.2. Hoſtienſ. *in c*.1.*n*.2.*de obligat. ad ratioc*. Molina *de juſtitia, tract*.2. *diſp*.342. Leſſ.*eodem tract.lib*.2.*c*.15.*dub*.1.*num*.6.Port. Imol. *conſil*.16. Joan.Baptiſta Coſta *de remed. ſubſid. remed*.73. Bellet. *d*.§.21. *num*.33. ubi *num*.35. aſſerit quod poteſt Clericus conducere omnes obventiones Eccleſiæ, ut ipſe habeat curam regiminis Eccleſiæ, eam officiando, & proventibus reſpondendo in certa quantitate. Neceſſitas enim, quæ clericum, vel monachum negotiari cogit, illos excuſat, dummodo negotiatio non ſit infamis, & turpis, ut per hunc text. dicit Valer.Reginald. *in praxi fori pœnit.lib*.25.*n*.325. *verſ.ſecunda*, alia huc pertinentia vide ad *c.ſecundum*
5 6. *infr. hoc tit*.

In gloſſ. *Conductores*, ibi, *ſi tamen conductori ſuccedunt, benè poſſunt in conductione remanere*. Notatur ad hoc, quod ſi clericus ſuccedat conductori, poterit perſeverare in conductione ad tempus, quo durare debet conductio, ut per Abb. *hic, num*.8. Felin. *in c.quia G. num*.3. *verſ.ideo ipſe, de judic*. Barbat.*conſil*.1.*n*.59. *vol*.3. Sylveſt. *in ſumma, verbo Clericus* 3.*num*.2. Greg. Lopez *l*.45.*verbo arrendadores, tit*.6.*p*.1. Bonacoſ.*communium crimin, part*.2.*verbo curiales, fol*.20. Redoan.*de ſpoliis Eccleſ.in præfat.q*.2.*n*.12. Bellet. *d*.§.21.*num*.32. Molin. *de juſtitia, tract*. 2. *diſp*.342.*num*.7. Leſſ.*eodem tract.lib*.2.*c*.21.*num*.6. noviſſimè Bonacina *in tract. de cenſuris Bullæ Cœnæ, quæſt*.19. *puncto* 3. §.3. *num*.5. *verſ. ſecus*.

SUMMARIUM.

1 *Clerici non debent eſſe miniſtri, vel procuratores laicorum, quod ſi contrà fecerint, & deprehendantur in fraude, non ſubvenitur eis ab Eccleſia.*

2 *Clericus beneficiatus, aut in ſacris conſtitutus non poteſt deſervire alicui Laico in domo, vel extra pro ſuis negotiis peragendis.*

3 *Clericus non eſt ab Eccleſia ſubveniendus, ſi in adminiſtrationibus malè verſatum fuiſſe reperiatur.*

4 *Clericus ſi fuerit per principem ſæcularem admiſſus in aliquo officio, & in eodem deliquerit, non poterit à judice ſæculari puniri.*

5 *Clericus habens bona profana, vel quidquid aliud à Rege ſuper eiſdem bonis, an poſſit coram judice ſæculari conveniri, oſtenditur.*

Cap. Sacerdotibus II.

Eugen.

1 Clerici non debent eſſe miniſtri negotiorum, nec procuratores laicorum; quod ſi moniti præſumpſerint deinde facere oppoſitum, & deprehendantur in fraude in rè pecuniaria occaſione negotiorum, illis Eccleſia ſubvenire non debet. Colligunt ex Ordin. Abb.antiq.Innoc.Collect.Zabar.Joan.And.Butr.Hoſt. Anch.Henric. Panorm.Viv. *in ration.lib*.3.*juris Pontif. pag*.466. Alagona *in compend.juris Canon. pag*.553.remiſſivè Ximen. *in concord.p*.1. & 2. refertur ab Ant. Auguſt. *collect*.1. *Decret. lib*.3. *tit*.37. c.8. & eſt poſt Concil.Lateran. ſub Alexand. III. *p*.16.*c*.1.

2 Collige ex text.clericum beneficiatum, aut in ſacris conſtitutum non poſſe deſervire alicui laico in domo vel extra pro ſuis negotiis peragendis, ut per Bernard. *in pract.c*.57. aliàs 60.*in noviſſ.edit*. Farinac.*fragment. crimin.p*.1.*lit.C, verbo Clericus, n*.184. Marta *de juriſd. p*.4.*caſu*.116.*n*.8. Valer.Reginald. *in praxi fori pœnit. lib*.30.*tract*.3.*n*.23. Marc.Ant. Genuenſ. *in pract. Archiepiſcop.Neapol.c*.62.*n*.20.*in addit*.ubi quod non poteſt officium majoris domus alicujus Principis exercere.

3 *Deprehendantur*.] Id eſt, capiantur, prout emendavit Anton.Auguſt. relatus à Bobadil. *in ſua politica, lib*.2. *c*.18.*n*.99.Et notatur ad hoc, quod nullatenus ab Eccleſia eſt ſubveniendus Clericus, ſi in adminiſtrationibus malè verſatum fuiſſe reperiatur, ubi Eſcob. *de ratioc. c*.7.*n*.26.

4 In gloſ. *Ab Eccleſia*, ibi, *quod laicus auctoritate hujus Canonis poſſit Clericum occaſione adminiſtrationis capere ceſſante privilegio Clericali*. Notatur ad hoc, quod ſi clericus fuerit per Principem ſæcularem admiſſus in aliquo officio, & in eodem deliquerit, non poterit à judice ſæculari puniri, ut per Abb. *in cap.cùm contingat, n*.1.*de foro compet*. Aufrer. *in Clement*.1.*n*.25. *de officio Ordin*.Clar.§.*ult.q*.36.*verſ.quæro pone, n*.21. aliàs *n*.43. Covarr. *pract.c*.33.*n*.6.ubi dicit de communi, Decian. *in tract. crimin.lib*.4.*c*.9.*n*.143. Mart. *de juriſdict. p*.4. *cent*.2.*caſu* 127.*n*.5.Megal.*in* 3.*p.lib*.3.*c*.11.*n*.26.& 32. Ambroſ. *de immun. Eccleſ.c*.20. *n*.54. Bonac. *de legib. diſp*.10. *q*.2. *puncto* 1.§.1.*n*.24. Duard. *in Bull. Cœnæ, lib*.2.*can*.15.*q*.11.*n*.273. me citato *in hoc loco*, Diana *reſol.moral.p*.1.*tract*.2.*reſol*.18. Ac proinde nec incarcerari. Bald. *in c.dilectus, n*.9. & 15.*de appellat*. quod idem dicendum eſt de Equitibus Hieroſolymitanis, Franc.Marc.*deciſ*.479.*n*.4.& 5.*p*.3. Cabal. *reſol.crimin. caſu* 64.non obſtante quòd Epiſcopus, ſive ejus vicarius puniri valeant exceſſus familiarium laicorum, etiamſi deliquerint in officio, ut optimè reſolvunt Boër. *deciſ*.9.*n*.7.*verſ.& idem in Epiſcopo*, Sbroz.*de Vicario Epiſcopi, lib*.2.*q*.146.*n*.2.*lib*... Villadieg. *in politica, c*.5.§ 23.*n*.19.Bobadil.*eod.tract.lib*.2.*c*.17.*n*.48.Cavalcan. *de brachio Regio, p*.4. *n*.259. *verſ. quinimò licet Epiſcopo*, Gratian.*deciſ*.233.*n*.19. Bellet. *diſquiſit.cleric. p*.1.*tit.de favore cleric.reali*, §.1.*n*.18. Mar.Anton.*var. reſol.lib*.1.*reſol*.75.*n*.3.*verſ.quod omninò verum, & lib*.3. *reſol*.14.*verſ.fuit reſolutum*, Guazzin.*de defenſ. reorum, defenſ*.20.*cap*.9.*n*.24. Campan. *in diverſ. juris Canon. rubr*.9.*c*.9.*verſ.notarium verò*, quamvis hujuſmodi Clericum in officio ſæculari delinquentem à judice ſæculari puniri poſſe teneant Guillelm.*in c.Raynutius, verbo & uxorem nomine Adelaſiam, deciſ*.2. *n*.115. Eſcob.*d. c*.7.*à n*.7. Bobadil.*in ſua politica, lib*.2.*c*.18.*n*.99.Farin. *in praxi crimin.p*.1.*q*.8.*num*.98. Cened. *ad Decret. collect*.61.*n*.6.Camil.Borrel.*de præſtant.Regis Cathol.c*.71. *n*.34. Soar. *contra Regem Angliæ, lib*.4.*c*.34.*n*.26.Anguiano *de legibus, lib*.2.*controv*.21.*n*.58.& 59. Paulus Layman *in Theologia morali, lib*.4. *tract*.4. *c*.9. *num*.3.
Utrùm autem Clericus habens bona profana, vel quicquid aliud à Rege, ſuper eiſdem bonis coram judice ſæculari conveniri poſſit? Vide Palat.*in repet. c. per veſtras, de donat.inter virum, not*.2. §.1.*n*.49. Guillelm.*d.verbo, & uxorem, n*.447.Perez *l*.10. *tit*.1.*lib*.3. *Ord.pag*.301.*in med*. Anton. Gom.*tom*.3.*var. cap*.10. *n*.7.Azeved.*l*.4.*tit*.4.*lib*.3.& *l*.14.*tit*.16.*lib*.6. *nova recop*. Bernard.Grevæ.*ad practicam Cameræ Imper. lib*.1. *concl*.30.& *concl*.37.*conſid*.11. Soar. *de defenſione Fidei contra Anglicanæ ſectæ errores, lib*.4. *de immunit.c*.14. *n*.13. Cardoſ. *in praxi judicum, verbo Clericus*, *n*.46. Cald.Pereira *quæſt.forenſ.conſ*.5.*n*.3.*cum ſeqq*. Bobadil. *d.lib*.2.*c*.17.*n*.196.*cum ſeqq*.& *c*.18.*n*.64. 5

SUMMARIUM.

1 *Religioſi profeſſi exeuntes ad audiendas leges, vel Phyſicam, niſi infra duos menſes ad clauſtrum redeant,*

excom

excommunicati ſunt, & in nulla cauſa patrocinari poſſunt, & in Choro, & in Capitulo, & cæteris erunt vltimi, & ſine diſpenſatione Papæ non promouentur, & n.2.

3 *Patres Soc. IESV cùm ſint veri Religioſi, ſi contra conſtitutionem, de qua in hoc text. delinquant, in excommunicationem incidunt.*

4 *Nouitij, & alij habentes votum ingrediendi Religionem, non includuntur ſub diſpoſitione huius text.*

5 *Excommunicatio de qua in hoc text. eſt lata in audientes, non autem in docentes leges, vel Phyſicam.*

6 *Excommunicatio comminata in hoc text. vt incurratur, an ſatis ſit è Monaſterio egredi, & in eodem oppido leges, vel Phyſicam audire, vel opus ſit aliò ſe transferre ad habitandum, aut degere extra Monaſterium.*

7 *Excommunicatio hæc vt incurratur opus eſt vt Religioſus, exeat intentione audiendi leges, vel Phyſicam.*

8 *Religioſus, qui non exiuit animo audiendi leges, vel Phyſicam, ſed poſtea mutata voluntate permanet extra clauſtrum principaliter animo eas audiendi, & ſic poſt huiuſmodi voluntatis mutationem duos menſes extra clauſtrum moratur, incurrit in excommunicationem comminatam in hoc text.*

9 *Religioſus clauſtro egrediens animo audiendi leges, vel Phyſicam, ſed re ipſa non audiuit, incurrit hanc excommunicationem.*

10 *Menſium duorum ſpatium intra quod ſi Religioſi ad audiendas leges, ſeu Phyſicam exeuntes ad clauſtrum non redierint, excommunicatione ligantur, eſt computandum à die quo Religioſus egreditur ad præfatas ſcientias audiendas.*

Cap. Non magnopere III.

Alex. III.

1 Religioſi profeſſi non permittuntur exire ad legendam Phyſicam, vel mundanas leges audiendum, & ſi exierint, & intra duos menſes non reuertantur ad clauſtrum, ſunt euitandi tanquam excommunicati, & ſi velint patrocinari, in nulla cauſa audiri debent, & reuerſi habeant vltimum locum in Choro, Capitulo, menſa, & cæteris, & amittant ſpem promotionis. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Butr. Hoſt. Henric. Anchar. Panorm. Viuian. *in ration. lib. 3. juris Pontif. pag.* 447. Alagona *in compend. juris Canon. pag.* 545. remiſſiuè Ximen. *in concord. p.*2. refertur ab Ant. Auguſt. *collect.* 1. *Decret. lib.* 3. *tit.* 37. *c.*2. & eſt poſt Concil. Lateran. *part.* 27. *cap.*2.

2 Hanc eandem concluſ. ex hoc text. deſumunt Nauar. *commento 2. de Regular. n.*17. Rebuff. *in tract. nominat. q.*5. *n.*15. *cum ſeqq.* Bellet. *diſquiſit. clerical. p.*1. *tit. de diſciplina clericali*, §. 50. *n.*1. & 2. Soar. *de cenſur. diſp.* 23. *ſect.* 3. *à n.*10. Filliuc. *tract.* 14. *c.*8. *q.*2. *à n.*127. Sanctar. *de apoſtaſia, c.*2. *n.*15. *cum ſeqq.*

3 *Vt nulli omninò*, &c.] Ergo Patres Societatis Iesv, cùm ſint veri Religioſi, ſi contra conſtitutionem de qua *in hoc text.* delinquant, in excommunicationem incidunt. Soar. *d. ſect.* 3. *num.* 9. Filliuc. *d. quæſt.* 2. *num.* 127. Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 8. *num.* 74.

4 ob quam rationem minimè includuntur nouitii, maximè cum hic text. loquatur de Religioſis poſt factam profeſſionem, & ſimiliter non includuntur habentes votum ingrediendi Religionem, quia nondum eſt Religioſus, ac proinde oneribus Religioſorum non afficitur: contra quod non obſtant verba hujus text. quæ ſequuntur ibi, *poſt factum votum Religionis, & poſt factam in aliquo loco profeſſionem*, &c. ex quibus videtur colligi excommunicationem, de qua in hoc textu, non ſolùm ferri contra Religioſos profeſſos, verùm etiam contra habentes votum Religionis: reſpondetur enim illa verba eſſe ſynonyma, & ſequentia apponi ad declaranda magis præcedentia, ex Soar. *dict. num.* 9.

Legendas.] Ergo cùm verbum *legere* potiùs ſignificet docere, quàm audire, videbatur dicendum Religioſum exeuntem è clauſtro ad docendas leges, vel Phyſicam, & intra bimeſtre non redeuntem, excommunicationem, de qua *in præſenti*, incurrere. Ita S. Antonin. Hoſtienſ. Archid. Syluest. apud Soar. *d. diſp.* 23. *ſect.* 3. *n.*17. Sed hunc non ligari excommunicatione tenent Nauar. *in man. cap.* 27. *n.*116. *verſ. ſexta*, Tolet. *in ſumma, lib.* 1. *c.* 38. *n.*16. Soar. *d. ſect.* 3. *num.* 17. Filliuc. *d. quæſtio* 2. *num.* 129. Sanctarel. *d. cap.* 2. *num.* 18. quia Honor. III. *in cap. vlt. infr. hoc tit.* loquitur ſolùm de exeuntibus ad audiendam legem, vel Phyſicam: imò refert excommunicationem, de qua in hoc text. tanquam latam in audientes, non verò in docentes. 5

Permittantur exire.] Quæſtio eſt dubia, an ſatis ſit ad incurrendum excommunicationem comminatam *in hoc text.* egredi Monaſterio, & in eodem oppido leges, vel Phyſicam audire, & ad Monaſterium finita lectione redire, vel opus ſit aliò ſe transferre ad habitandum, aut degere extra Monaſterium, ibique præfatis ſcientiis ſtudere? in qua Soar. *d. ſect.* 3. *num.* 11. & Filliuc. *d. quæſt.* 2. *num.* 128. aſſerunt ſatis eſſe exire, & in eodem oppido præfatas ſcientias audire, & redire, quia text. *in præſenti*, nullius ferè momenti eſſet, cùm Religioſi non conſueuerint alia ratione de clauſtris ad audiendas doctrinas etiam ſacras exire. Sed verior eſt opinio Nauarr. *d. cap.* 27. *num.* 107. Tolet. *d. cap.* 38. *num.* 6. Sayr. *de cenſur. lib.* 3. *cap.* 23. *num.* 2. & Sanctarel. *d. cap.* 2. *num.* 19. aſſerentium Religioſum non incurrere pœnam excommunicationis audiendo leges, vel Phyſicam in eadem ciuitate, ſi domum ſerò redeat, quia excommunicatio *in hoc text.* lata eſt contra Religioſos exeuntes ad præfatas ſcientias audiendas, niſi ad clauſtrum ſuum intra duorum menſium ſpatium redeant. 6

Illud in præſentiarum notandum eſt, ad incurrendam hujuſmodi excommunicationem opus eſſe vt Religioſus exeat intentione audiendi præfatas ſcientias, quia in hoc text. dicitur, vt non permittatur ad has ſcientias audiendas exire, vt per Tolet. *d. c.* 38. *n.*8. Sayr. *d. lib.* 3. *cap.* 33. *num.* 3. *ad finem*, Sanctarel. *d. cap.* 2. *num.* 16. 7

Vtrùm autem Religioſus, qui non exiuit animo audiendi præfatas ſcientias, ſed poſteà mutata voluntate permanet extra clauſtrum principaliter animo eas audiendi, ſicque poſt hujuſmodi voluntatis mutationem duos menſes extra clauſtrum moratur, in hanc excommunicationem incidat? Affirmatiuè cenſent Panorm. *in præſenti*, Soar. *d. ſect.* 3. *num.* 15. Filliuc. *dict. quæſt.* 2. *num.* 127. Sayr. *d. cap.* 33. *num.* 3. quia licèt prior exitus ad hoc ordinatus non fuerit, tamen exiſtentia extra Monaſterium ad hoc ordinata fuit. 8

Quid autem ſi Religioſus clauſtro egrediatur animo audiendi præfatas ſcientias, ſed re ipſa non audiuit? hunc etiam hanc excommunicationem incurrere, ſi intra duos menſes ad Monaſterium non reuertatur, contra Caiet. tenent *d. ſect.* 3. *n.*14. & Sanctarel. *d. c.* 2. *num* 17. 9

Infra duorum menſium ſpatium.] A quo autem die computandum ſit ſpatium duorum menſium, intra 10

quod

quod ſi Religioſi ad clauſtrum non redierint, excommunicatione ligantur, ſolet inter Doctores controuerti; nam gloſſ. *verbo duorum, in cap. vlt. hoc tit.* cenſet computandum eſſe à tempore ſcientiæ hujus conſtitutionis, ſiue publicationis. At R. Antonin. *p. 3. tract. 24. c. 52.* & alii putant numerandum eſſe à die, qua Religioſi leges, vel Phyſicam audire incipiunt. Communis tamen ſententia tenet computandum eſſe à die, qua Religioſus egreditur ad præfatas ſcientias audiendas, quia hic text. clarè indicat initium ab exitu è clauſtro deſumendum eſſe, dum dicit, *ſi verò exierint, & infra duorum menſium ſpatium non redierint*, & ita meritò tenent Panorm. *in d. c. vlt. n.* 8. Soar. *d. ſect. 3. n. 16.* Sayr. *d. c. 33. n. 4.* Filliuc. *d. q. 2. n. 129.* Sanctarel. *d. c. 2. n. 20.*

CAP. Sed nec IV.

1 CLericus ſi præſumit accipere procurationes, aut juriſdictiones ſæcularium, vt juſtitiarius fiat illorum, eſt deponendus ab Eccleſiaſtico miniſterio, & ſi fuerit Religioſus, debet ſtrictiùs puniri. Colligunt ex Ordin. Abb antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Hoſt. Henric. Anchar. Butr. Panorm. Viu. *in ration. lib. 3. juris Pontif. pag. 467.* Alagona *in compend. juris Canon. pag. 554.* remiſſiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* deſumitur ex Concil. Later. ſub Alex. III. *c. 12. verſ. ſed nec procurationes*, refertur ab Ant. Auguſt. *collect. 1. Decret. lib. 2. tit. 37. c. 3.*

2 *Diſtrictiùs autem*, &c. Notatur ad hoc, quod in Monachis eſt prohibitio magis ſtricta, quàm in Clericis, vt per Couar. *in c. tua, n. 2. de teſtamentis.*

Ab Eccleſiaſtico fiat miniſterio alienus.] De verbo, *fiat*, an latam, vel ferendam ſententiam importet, vide Tiraq. *in l. ſi vnquam, verbo reuertatur, n. 208. & 209. cum ſeq.* Soar. *de legib. lib. 5. c. 6. ſub n. 25.* Farin. *fragment. crimin. p. 2. verbo lex, n. 148.*

SUMMARIUM.

1 *Clericus judicium ſanguinis exercens, ab officio, & beneficio deponitur, & excommunicatus eſt habens officium præpoſiti ſæcularis, ſi monitus non deſiſtat.*

3 *Clerici in ſacris Ordinibus conſtituti judicium ſanguinis agitantes efficiuntur irregulares, & deponuntur ab officio, & beneficio.*

4 *Irregularis non eſt Aduocatus, vel judex judicans, aut Conſulens in cauſa criminali, niſi mors ſequatur.*

5 *Lex, vel ſtatutum ſi vtatur verbo,* priuetur, *in tempore futuro, nunquid importet latam, vel ferendam ſententiam, remiſſiuè.*

6 *Clericis interdictum eſt ne poſſint eſſe vicegerentes, ſeu locumtenentes Principum ſæcularium in juriſdictione ſæculari exercenda.*

7 *Verba* excommunicationi ſubiaceat, *an importent ſententiam latam, vel ferendam, remiſſiuè.*

8 *Prælatus, ſeu Epiſcopus habens temporalem juriſdictionem non incidit in irregularitatem, quamuis alteri communicet cauſam, in qua poſteà inferatur pœna ſanguinis.*

CAP. Clericis V.

1 CLericis in ſacris conſtitutis non licet in cauſa ſanguinis agitare, nec per ſe, nec per alios mutilare: contra facientes autem ab officio, & beneficio ſunt priuandi. Item Sacerdos non debet habere officium Vicecomitis, aut Præpoſiti ſæcularis, & qui præſumpſerit contra facere, & admonitus non emendatur, eſt excommunicatus. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Butr. Hoſt. Henric. Anchar. Panorm. Cened. *collect. 61.* Viuian. *in ration. lib. 3. juris Pontif. pag. 467.* Alagona *in compend. juris Canon. pag. 554.* remiſſiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Ant. Auguſt. *collect. 1. Decret. lib. 3. tit. 37. c. 6.* & eſt poſt Concil. Lateran. *p. 27. c. 4.*

2 *Ex Concilio Toletano.*] I. cap. 6. quod referunt Burchard. *lib. 1. Decret. c. 201.* & Iuo *p. 5. c. 315.* & Gratian. *in cap. his à quibus, 23. q. 8.*

3 *Iudicium ſanguinis agitare non licet.*] Notatur ad hoc, quod Clerici in ſacris Ordinibus conſtituti judicium ſanguinis agitare non poſſunt, vt per Syluest. *verbo excommunicatio 9. n. 28. verſ. ibi etiam,* Fuſc. *lit. C, ſing. 108.* Majol. *de irregul. lib. 2. c. 6. à princip.* qui quidem taliter agitantes, & ſententiam ferentes, condemnando aliquem ad mortem, vel ad truncationem membrorum, efficiuntur irregulares, & deponuntur ab officio & beneficio, vt latè docet Farinac. *fragment. crimin. p. 2. lit. C, verbo Clericus, à n. 369.* vbi *num. 376.* reſoluit, quod non ſolùm incurrit irregularitatem pronuntiando vt judex in cauſa ſanguinis, ſed etiam dando votum, vt aſſeſſor, & *num. 381.* tenet quod Clericus immiſcens ſe in judicio ſanguinis, efficitur irregularis, etiam quod non ſit in ſacris conſtitutus, & *num. 382.* aſſerit quod Clericus Iudex efficitur irregularis etiam tradendo delinquentem Curiæ ſæculari, ſi ſæcularis judex ſanguinis pœnam impoſuerit, mortis ſcilicet, aut truncationis membrorum. Bene tamen poſſunt Clerici ſuffragia adhibere legis criminalis condendæ, quamuis poſtea ex lege ipſa aliquis pœna mortis puniatur, quia hoc caſu non erunt irregulares, ſecundùm Villadieg. *de irreg. cap. 6. ex n. 82.* Petr. Plaza *de delict. cap. 19. ex num. 22.* Maiol. *d. lib. 2. cap. 9. num. 9.* Viuald. *in candelabro aureo, tit. de irregular. num. 260.* Ludouic. Beja *reſponſor. caſuum conſcientiæ q. 1. caſu 50. poſt princip.*

4 *Aut judicent inferendas.*] Ergo irregularis eſt Aduocatus, vel judex, qui judicat, aut conſulit in cauſa criminali ſanguinis, mortis, aut mutilationis membri, vt per Folk. 1. *in ſua praxi crimin. can. p. 2. c. 24.* Mandoſ. *de ſignatura tit. abſolutiones, aut rehabilitationes, verſ. an autem Aduocatus,* Salzed. *ad Bernard. in pract. cap. 102. lit. B, in nouiſſ. edit.* Verùm contrariam ſententiam, imò quod nunquam quis efficitur irregularis judicans, aut conſulens in cauſa criminali, niſi mors ſequatur, aut membri mutilatio, poſt Abb. Bernard. Sot. Nauar. tenet Flores de Mena *var. lib. 1. quæſt. 9. per totam,* vbi *num. 6.* reſpondet ad hunc text. idem docet Farinac. *d. verbo Clericus, num. 391.* vbi. *n. 390.* reſoluit quod Clericus poteſt ſine incurſu irregularitatis conſulere, & dare votum ſuum, vt reus carceratus in judicio ſanguinis abſoluatur, licèt non poſſet ſic conſulere vt condemnaretur, quia tunc eſſet irregularis ſic conſulendo; ſed ſi caſus de facto non immineret, nec judicium criminale penderet contra aliquem, non prohiberetur Clericus dicere votum ſuum, quod in caſu ſibi propoſito lex imponit pœnam ſanguinis.

5 *Honore priuetur, & loco.*] Si lex, vel ſtatutum vtatur verbo *priuetur*, in tempore futuro, nunquid importet latam, vel ferendam ſententiam? Vide Card. Tuſch. *verbo priuatio, concluſ. 719. n. 8.* Ioan. de Salas *de legib. q. 98. tr. 14. diſp. 15. ſect. 3. ſub n. 41. & ſect. 6. ſub n. 78.* Farinac. *fragment. crimin. part. 2. verbo lex, à num. 130.* Franc. Soar. *de legibus, lib. 5. cap. 6. n. 25. ad med.* Ludou. Carbo *in ſimili tract. de legib. lib. 8. diſput. 6.* Monet. *de diſtrib.*

diſtribut. quotid. p.3. quaſt.7. n.21. Coriolan. *de caſibus reſervatis, p.2.caſu 3. à num.52.pag.502.*

6 *Ne quis Sacerdos officium habeat*, &c.] Notatur ad hoc, quod Sacerdotes præſumentes habere officium Vicecomitis, aut Præpoſiti ſæcularis, illudque poſt admonitionem non dimittentes, excommunicationi ſubjiciuntur, ut per Bonac. *de cenſur. extra Bullam Cœnæ, diſp. 2. quæſt.4. puncto 5.* & ſic illic interdictum eſt ne poſſint eſſe Vice-Reges, vel Vicecomites, vel Locumtenentes Principum ſæcularium in juriſdictione ſæculari exercenda, nec gubernatores Regni, vel adminiſtratores provinciæ, tanquam officiales Principum ſæcularium, ut per Navar. *in manuali, cap.27.n.117. verſ. ſeptima*, Majol. *de irregularitate, lib.2.cap.3. n.3. & cap.5. num.15.* Azeved. *ad Curiam Piſanam, lib. 2. cap.21. n.1. cum ſeqq. lit.A, & l.1. à princip. tit.4. lib.2. novæ recopil.* Bernard. & Salzed. *in pract.c.60. in noviſſ. edit.* Burg. de Pace *in l.2. Tauri, n.77. in fine*, Albert. Trot. *de vero, & perfecto cleric. lib.2. c.54. n.1.* Boër. *deciſ.17. ex n.1.* & plures alios, quos refert Cened. *ad Decreta. collect.61. num.4.* & Sayr. *de cenſuris, lib.3. cap.32. n.7.* ubi tenet hoc intelligi quando hujuſmodi officium, ſeu juriſdictio ſit adventitia perſonæ, nam ſi juriſdictio temporalis annexa ſit, vel de novo annecteretur Eccleſiaſticæ dignitati (ut contingit in Epiſcopis, vel aliis Prælatis habentibus utramque juriſdictionem) tunc eam per ſe exercere poterunt, dummodò non infligant pœnam mortis, aut truncationis membrorum; & licèt in Hiſpania paſſim Epiſcopos fieri Proreges, aut Præſides Senatus Regii dicat Henriq. *in ſum. lib.14. de irregul. cap.5. §.5. in commento lit.Q*, hoc tamen fieri ex conſenſu Summi Pontif. atteſtantur Sayr. & Bonac. *locis proximè citatis.* Illud advertere oportet, quod cùm hic text. de Sacerdote mentionem faciat, dicendum neceſſariò videtur Diaconos, vel Subdiaconos non incurrere pœnam excommunicationis ſuſcipiendo munus Vicecomitis, aut Præpoſiti ſæcularis, ut per Sayr. *d. cap.32. num.6.* Soar. *tom.5. diſp.23. ſect.3. num.21.* Filliuc. *tract.14. cap.7. quæſito 4. n.106.* contra Panorm. *in præſenti*, Sylveſt. Tabien. & alios apud præcitatos Doctores.

7 *Excommunicationi ſubjaceat.*] Notatur ad hoc, quod Sacerdotes præſumentes habere officium Vicecomitis, aut Præpoſiti ſæcularis, illudque poſt admonitionem non dimittentes, ipſo jure excommunicationem incurrunt, ut per Cajet. *verbo excommunicatio 76.* Navar. *in manuali, cap.27. n.117. verſ. ſeptima*, Soar. *d. ſect.3. num.22.* Filliuc. *d. num.106.* & alii, qui hanc cenſuram exponunt tanquam ipſo jure inflictam, contra Sylveſt. *verbo excommunicatio 9. num.28.* & alios apud Soar. *d. loco, num.28.* An autem, & quando verba illa, *excommunicationi ſubjaceat*, importent ſententiam latam, an verò ferendam? vide Sayr. *in clavi Regia, lib.3. cap.8. num.19. verſ. deinde*, Joan. de Salas *in tractat. de legibus, quæſt.96. tract.14. diſp.15. ſect.6. ſub num. 78.* Soar. *in ſimili tract. lib.5. cap.6. ſub num. 25.* Farinac. *part.1. fragment. crimin. verbo Lex, num.146.* Monet. *de diſtribut. quotid. part.3. quæſt.7. num.22.*

8 In gloſſ. *Aut judicent*, ibi, *debet ergo Prælatus*, &c. Notatur ad hoc, quod Prælatus, ſeu Epiſcopus habens temporalem juriſdictionem, non incidit in irregularitatem, quamvis alteri committat cauſam, in qua poſteà ingeratur pœna ſanguinis, ut per Salzed. *ad Bernard. in pract. cap.102. lit. A, in noviſſ. edit.* Abb. *hic, num.11. & in cap. ſententiam, num.10. infrà hoc tit.* Cephal. *conſil.1. num.64. volum.1.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib. 30. num. 125.* Bellet. *diſquiſit. clerical. part. 1. de diſciplina clericali, §. 5. num.135.* Farin. *fragment. criminal. p.1. verbo clericus, num.385.* ubi *num.* 386. advertit quod quando à ſententia laici delegati appellatur ad ipſum Prælatum delegantem, ipſe Prælatus committere debet cauſam appellationis alteri judici, & non cognoſcet eam: & *num.* 388. reſolvit quod poteſt Clericus eſſe delegatus alicujus ſæcularis in cauſis criminalibus, dummodo à pœna ſanguinis ſe abſtineat. Intellige gloſſæ notabile dummodò ſanguinis vindictæ non ſit præſens, quia ex eo videretur præſtare opem, & auctoritatem, ac proinde irregularitatem incurreret, Sylveſt. *verbo Epiſcopus, num. 10. verſ. quintum, & verbo homicidium 3. quæſt. 5. verſic. tertium*, Bellet. *d. §.5. n.136. & num.139.* reſolvit cum Cardinali *conſil. 19.* & Fetret. *conſil. 257. num. 9. & 10.* poſſe Clericum habentem juriſdictionem temporalem abſque periculo irregularitatis mandare ſubditis ut arma capiant, & defendant caſtrum, quod habet, licèt homicidia inde ſequantur.

SUMMARIUM.

1 *Clericis, vel Monachis lucri cauſa negotiari non licet. Monachi nequeunt nomine proprio conductas poſſeſſiones habere. Laicis non debet Eccleſia titulo conductionis concedi.*

2 *Clerici lucri cauſa negotiari, & mercaturam facere non poſſunt.*

3 *Negotiari illi dicuntur qui aliquid emunt, vel contractu oneroſo acquirunt, ut ex illius venditione lucrum referant, non autem ementes ut eam reducant ad aliquam formam, vel ea vendant, quæ de rebus ſuis recollecta ſunt.*

4 *Clericus in quibus caſibus negotiari poſſit, oſtenditur.*

5 *Negotiator an cenſeatur ille qui in ſuo fundo venam ferri, vel metalli habet, indeque ferrum confici, & vendi curat, remiſſivè.*

6 *Clericus an teneatur oſtendere gabellario res, quas ad ſuum uſum ducit.*

7 *Clericus negotiator an teneatur ex rebus, quas negotiationis cauſa advehit, vel tranſmittit, vectigalia, & onus ſolvere antequam ter moneatur, ut à negotiatione deſiſtat.*

Cap. Secundùm VI.

Clericus ac Monachi ſub excommunicatione negotiari prohibentur cauſa lucri. Item non poſſunt Monachi nomine proprio conducere poſſeſſiones à Clericis, vel laicis, nec laici tenere Eccleſias ſub titulo conductionis. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Butr. Hoſt. Henric. Anchar. Panorm. Viv. *in ration. lib. 3. Iuris Pontif. pag.447.* Alagona *in compend. Iuris Canon. pag. 545.* remiſſivè Ximen. *in concord. p.2.* refertur ab Anton. Auguſt. *collect.1. Decret. lib.3. tit.37. cap.2.* & eſt poſt Concil. Lateran. *p.27.c.*... 1

Prohibemus ne Monachi, vel Clerici cauſa lucri negotientur.] Notatur ad hoc, quod Clerici lucri cauſa negotiari, & mercaturam facere non poſſunt, ut per Bernard. & Salzed. *in pract. c.55.* aliàs 58. *in noviſſ. edit.* Redoan. *de ſpol. quæſt.2. in princ. num.1. cum ſeqq.* Morl. *in emporio juris, part.2. tit.9. quæſt.10.* Mart. *de juriſdict. p.4. cent.1. caſu 3.* Rebell. *de obligat. juſtitiæ, part.2. lib.9. quæſt. fin. ſect.2. à num.4.* Farin. *fragment. crimin. part. 1. lit.C, verbo Clericus, à n.147.* Salas *de contract. ubi de empt. dub.2.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.25. num.325.* novè Cur. Philip. *p.2. lib.1. cap.1. num.10.* Bellet. 2

Bellet. *diſquiſit. clerical. part.1.tit.de diſciplina clericali,* §.21. Salon. *in* 2. 2. *quæſt.*77. *art.*4. Paul. Squillante *de obligat. clerical. p.*2.*dub.*5. *num.*39. Paul. Comitol. *reſponſ. moral. lib.* 6. *quæſt.* 53. Medin. *in Cod. de reſtitut. quæſt.*30. *art.*2. Sigiſm. Scacc. *de commerc.* §.1. *quæſt.*7. *part.* 2. Dian. *reſol. moral. tract. de contractib. reſol.* 72. ubi limitat niſi ſemel, aut iterum Clericus negotietur, quia in hoc caſu non peccatet mortaliter: limitat etiam cum Arag. Salas, Squillante, Rebello *locis proximè citatis*, & Malder. 2. 2. *tract.* 5. *cap.*2. *dub.*4. Leſſ. *de juſtit. lib.* 2. *cap.*21. *dub.*1. *num.* 9. niſi negotietur per alium, quia hoc ei licitum eſt: & idem Diana *ibidem reſol.*73. poſt Salas *d.dub.*2. *num.*5. Bellet. *d.*§.1.*num.*7. Molfeſ. *in ſumma, tom.*2.*tract.*12. *cap.*4. *num.*129. reſolvit quod habens beneficium Eccleſiaſticum, ſed non eſt ordinatus in ſacris, non poteſt negotiari per ſe ipſum.

3 Negotiari autem dicuntur illi, qui aliquid emunt, vel contractu oneroſo acquirunt, ut ex illius venditione lucrum referant, non autem ementes rem eo animo, ut domi conſumant, vel ut eam reducant ad aliquam formam, aut ea vendant, quæ de rebus ſuis recollecta ſunt, vide Tiraq. *in præfat. retractus lignag. num.*78. Mex. *in tract. taxæ panis, concl.*1. *num.*170. Marta *de juriſd. p.*4. *caſu* 3. *num.*10. Cevall. *commun. contra communes, quæſt.*810. *num.*16. & 17. Quarant. *in ſum. Bullarii, verbo vectigal, verſ. tertiò quatenus,* Soar. *tom.*5.*diſp.*23.*ſect.*4.*num.*11. Bellet. *d.p.*1.*tit.de exempt. cleric.à n*...§.4. Molin. *de juſt.tract.*2. *diſp.*339.& 342. *concl.* 4. Carol. de Graſſis *de effectib. clerical. effectu* 3. Bonac. *de contract.diſp.*2.*quæſt.*9. *punct.*2.*num.*2. Valer. Reginald. *d.lib.*25.*num.*325. *verſ.quarta, & num.*379. Salas *d.dub.*2. *num.*1.

4 Unde poterit Clericus mercaturam, negotiationemque exercere, quando ſic eam exercet non lucri, ſed neceſſitatis cauſa, ut ſe, ſuoſque alat, cùm aliunde, unde vivat, non habeat, & bona Eccleſiæ ad ejus victum non ſufficiant, Farinac. *d. verbo Clericus, num.*169. ubi *n.*170. quod in dubio negotiatio præſumitur facta ex cauſa cupiditatis, & lucri, niſi probetur neceſſitas: & *num.*172. tenet quod Clericus pariter poteſt negotiari, & mercaturam exercere cum ſuis animalibus, & prædiis; poteſt enim locare animalia, ut boves, & oves, ſi habet ex decimis, vel ſucceſſione, aut ſi habens paſcua multa emit eadem animalia, ut illa depaſceret ad ſuſtentationem ſui, & ſuorum, Redoan. *de ſpol.quæſt.*2. Molin.*diſp.*342.*n.*14. quos refert, & ſequitur Bellet. *d. tit. de favore cleric.* §.21.*num.*34. Carol.de Graſſis, & Bonacina *locis citatis*, dummodo per hoc non arceatur à divino miniſterio, Valer. Reginald. *d. praxi fori pœnit. lib.* 30. *tract.*4. *num.*20. *verſ.dicuntur.* Ex quibus colligo poſſe Clericos agros proprios colere, ut fructus vendant, lapides, vel metalla ex ſuis fundis cædere, vel eruere, ſive ea mutent in aliam ſpeciem, ſive non, greges in ſuis prædiis alere, ut ex fœtu, lacte, lana pecuniam conficiant, aut ut ipſa animalia adulta, & ſaginata vendant, ita poſt Medin. & Molin. tradunt Leſſ. *de juſtitia, lib.*2. *cap.*15. *dub.*1. Comitol. *reſponſ. moral. lib.*1. *quæſt.*53. *num.*2.

5 Utrùm autem negotiator cenſeatur ille, qui in ſuo fundo venam ferri, vel metalli habet, indeque ferrum confici, & vendi curat? vide Frederic.de Senis *conſ.*107. Navar. *man.cap.*27.*n.*128. Molin. *d.diſp.*342. *num.*7. Carol. de Graſſis *d.effectu* 3.*n.*108. ubi plures alios refert, qui arbitrantur, excepto Federico de Senis, iſtum cenſeri negotiatorem.

6 Dubitari etiam ſolet, an Clericus teneatur oſtendere gabellario res, quas ad ſui uſum ducit, licèt ad gabellæ ſolutionem non teneatur? de quo vide Bald. *conſ.*79.*lib.*2. Roland. *conſ.*71.*num.*22.*lib.*4. Carol. de Graſſis *de effectib. clerical. effectu* 1. *num.*257. Utrùm autem Clerici teneantur jurare, an rebus extra Regnum deductis opus habeant ad proprium uſum, vide Gabr. Pereira *de manu Regia, part.*2. *cap.*38. *num.*35. Nam Clerici negotiatores tanquam laici tenentur ad gabellas & exactiones, quia dignum eſt eos, qui cum aliis ſimilem vitam ſuſcipiunt, ſimilem ſentire in legibus diſciplinam, ut ait text. *in cap. recolentes, de ſtatu Monachor.* & ideo ita tenent Azeved. *l.* 7. *verbo como ſi fuera luego, tit.*18. *lib.*9.*nova recopil.* Girond. *de gabell. p.*7. *ex num.* 9. Parlador. *rerum quotidianarum lib.*1. *cap.*3.§.1. Mex. *in tract.taxæ panis, concluſ.*5. *ex num.* 21. Marta *de juriſd.part.*1.*cent.*1. *caſu* 56. *n.*20. *cum ſeqq.*

Quæſtio controverſa inter Doctores eſt, an Cleri- 7
cus negotiator teneatur ex rebus, quas negotiationis cauſa advehit, vel tranſmittit, vectigal, & onus ſolvere antequam ter moneatur, ut à negotiatione deſiſtat? in qua duplex reperitur ſententia: una aſſerit teneri, quamvis trina monitio non præceſſerit, ex cujus numero ſunt Molin. *de juſtit. tract.*2. *diſp.*242. *num.*10. Mar.Alter. *de cenſuris, tom.*1. ubi *de Bulla in Cœna Domini, diſp.*19. *cap.*6. *col.*10. *quæſito* 3. Proſper de Auguſtino *in addit.ad Quarant.in ſum.Bullarii, verbo vectigal*, Turrian. *tom.*2. *in* 2.2. *diſp.*44. *dub.*4. *num.*12. Malder. 2.2.*tract.*5.*cap.*6. *dub.*9. Portel. *in dub.Regul. verbo Tributum, num.*5. Butr. Panormit. Ferret. & alii apud Carol. de Graſſis *d. effectu* 3. *num.* 184. Altera, cui tanquam probabiliori adhæreo, eſt reſolventium Eccleſiaſticos non teneri tributa ſolvere antequam ter admoneantur, ut mercaturam non exerceant, ut per text. *in cap.ex literis, ſup.de vita, & honeſtat.cleric.* docent Ludovic.Lopez *in inſtruct.conſcientiæ, p.*2.*cap.*41. Fr.Emman. *in ſumma, cap.*73. *n.*11. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib.*9. *num.*379.*ad finem*, Anton. de Souſa *de cenſuris Bullæ Cœnæ, cap.*19. *diſp.*92.*num.*3. *ad finem*, Petr.de Ledeſma *in ſumma, tom.*2. *tract.*17. *cap.*2.*concl.*17. Molfeſ. *in ſumma Theolog.moral. tom.*2. *tract.*12. *cap.*22. *n.*177. Leſſ. *de juſtit.lib.*2. *c.*33.*dub.*3. *n.*13. Joan.de la Cruz *in direct.conſcient. p.*1.*præcept.*7. *quæſt.*7.*art.*3. *dub.*1.*concl.*1. Cætera quæ hîc deſiderari poſſent, vide per citatos *ad cap.ult.de vita, & honeſtat. cleric.* ubi *n.*4. quod trina monitio debet præcedere, ut Clericus negotiator amittat privilegia, quæ etiam neceſſaria eſt, ut Clericus tanquam negotiator puniri poſſit, ut per Salzed. *d.cap.*58.*verſ.ſed ad hoc*, Solis *de cenſibus, lib.*2.*c.fin.n.*8.*in fine*, Marta *d.caſu* 3. *n.*7. Salas *d.dub.*2. Ceval. *d. quæſt.* 810.*n.*20. ubi *n.*17. reſolvit quod tunc Clericus dicitur negotiator quando plures facit negotiationes, ſecus ſi unam tantùm.

Sub interminatione anathematis.] Hæc verba an im- 8
portent latam, ſeu potiùs ferendam ſententiam? vide Doctores citatos *ad cap.cùm eſſes* 10.*n.ult.de teſtam.*

Cap. Relatum VII.

Monachi qui ſæculariter vivunt, & ſunt incorri- 1
gibiles, expelli debent, & in Monaſterium intrudendi ſunt Fratres alterius Ordinis, ſi de Monachis ejuſdem Ordinis reformari non poteſt. Colligunt ex Ordin.Abb.antiq. Innoc.Collect.Zabar. Joan. Andr.Butr. Hoſtienſ.Henric. Auchar. Panorm. Vivian. *in rationali libri tertii juris Pontificii, pag.*469. Alagona *in compendio Iuris Canon. pag.* 554. remiſſivè Ximen. *in concord. p.*1. & 2. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.*1. *Decretal. lib.*2. *tit.*37. *cap.*7. & eſt poſt Concil. Lateran. *p.*27.*cap.*7.

De ejectis à Religione latè dixi *in collect. ad cap.* 2
ultim.

ultimò, *de Regularibus*, *à princ.* ubi *num.* 23. refero decreta quædam Sacræ Congregationis cauſis Epiſcoporum & Regularium præpoſitæ de regularibus apoſtatis & ejectis, S. D. N. Vrbani VIII. juſſu edita.

SUMMARIUM.

1 *Clerici in ſacris compellendi ſunt per beneficiorum ſubtractionem, ut deſiſtant à tabellionatus exercitio.*

2 *Tabellionatus officium exercere non poteſt Clericus in Sacris Ordinibus conſtitutus, intellige ut* n. 3. & 4.

5 *Hæreſis in cauſa poteſt Clericus eſſe notarius, ſeu tabellio.*

6 *Clericus in minoribus poteſt eſſe tabellio.*

7 *Papæ notarius poteſt eſſe Clericus.*

8 *Tabellionatus officium exercere poſſunt Clerici in Curia Romana.*

9 *Clericus, ſi extet conſuetudo, poteſt exercere officium tabellionis.*

10 *Clericus non prohibetur notariatus officium exercere coram judice Eccleſiaſtico in cauſis ſpiritualibus, & Eccleſiaſticis.*

Cap. Sicut VIII.

Innoc. III.

1 Clericus in ſacris per beneficiorum ſubtractionem compellendus eſt, ut ab officio tabellionis deſiſtat. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Joan. Andr. Butr. Hoſt. Anchar. Henric. Panormit. Cened. *collect.* 147. Vivian. *in rationali lib.* 3. *Iuris Pontificii*, *pag.* 469. Alagona *in compend. Iuris Canon. pag.* 554. remiſſivè Xumen. *in concord. part.* 1. *&* 2. & Caſal. *in annot.* refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 3. *Decretal. lib.* 3. *tit.* 18. *cap.* 1.

2 Collige ex text. Clericum in ſacris Ordinibus conſtitutum tabellionatus officium exercere non poſſe, ut tradunt Hoſt. *num.* 1. & Abb. etiam *n.* 1. *cum ſeqq. in præſenti*, Roman. *conſ.* 215. *poſt med.* *&* *conſ.* 409. *num.* 8. Federic. *conſ.* 270. *&* 293. Chaſſan. *in conſuetud. Burgund. rubr.* 1. §. 6. *in princ. à num.* 24. Perez *l.* 15. *in gloſſ. ſi fueren clerigos*, *tit.* 18. *lib.* 2. *Ordinan.* Bonacoſ. *commun. crimin. p.* 2. *verbo Clericus*, *fol.* 11. Covar. *pract. cap.* 19. *num.* 7. Bernard. *reg.* 657. *& in pract. canon. cap.* 61. & ibi Salzed. *in noviſſ. edit.* Franc. Marc. *deciſ.* 194. *p.* 2. Viv. *tom.* 1. *communium opinionum*, *lib.* 4. *tit.* 11. *n.* 43. *verſic. & ideo Clerici*, *pag.* 565. Azeved. *l.* 10. *num.* 3. *tit.* 3. *lib.* 1. *nova recopil.* Cevall. *communium contra communes*, *quæſt.* 404. *num.* 3. Aldovin. *conſ.* 51. *n.* 29. Paſil. *in ſumma legum pœnal. p.* 2. *caſu* 54. *num.* 9. Maſtril. *Siciliæ deciſ.* 159. *à num.* 1. Marta *de juriſdict. p.* 5. *caſu* 116. *num.* 15. Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. p.* 5. *collect.* 1613. Farin. *fragment. crimin. p.* 1. *verbo Clericus*, *num.* 212. *cum ſeqq.* Sayr. *in clavi Regia*, *lib.* 12. *cap.* 25. *num.* 6. Camill. Borrell. *in ſumma omnium deciſ. tit.* 11. *num.* 37. Carol. de Graſſis *de effectibus Clerical. effectu* 8. *ex num.* 1. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 30. *tract.* 3. *num.* 23. Bellet. *diſquiſit. Clerical. part.* 1. *tit. de diſciplina Clericali*, §. 29. Sanchez *in præcepta Decalogi*, *tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 13. *num.* 48. & plures alios, quos ex antiquioribus refert Cened. *ad Decretal. collect.* 148. noviſſimè Illuſtriſſimus Dominus meus Roderic. à Cunha poſt primam hujus libri impreſſionem à me viſus *in comment. ad cap. multorum* 2. *num.* 4. *diſt.* 32.

Verumtamen ſi Clericus, qui eſt notarius, fecerit instrumentum, valebit ſi nondum fuerit illi interdictum hujuſmodi officium per ſuum ſuperiorem; nam interim quod non interdicitur, prohibitioque tranſeat in notitiam populi, valebunt inſtrumenta per illum facta, Bart. *in l. univerſos*, *C. de decurion. lib.* 10. *& conſ.* 54. *circa princ.* Abb. *hîc*, *num.* 9. 10. *&* 11. Ferret. *conſ.* 213. *num.* 7. Chaſſan. *d.* §. 6. *verbo maſſiers, & ſergens*, *num.* 42. Franc. Marc. *d. deciſ.* 194. Perez *l.* 15. *tit.* 18. *lib.* 2. *Ordin. pag.* 398. Flamin. *de reſignat. benefic. lib.* 4. *quæſt.* 9. *num.* 22. Bellet. *d.* § 29. *num.* 5. Maſtrill. *d. deciſ.* 159. *num.* 9. Carol. de Graſſis *d. effectu* 8. *num.* 4. 3

Amplia text. concluſionem in Monachis, nam illis interdici officium tabellionis reſolvit Sanch. *d. cap.* 13. *num.* 46. ubi *num.* 48. contra Dec. *conſ.* 494. *num.* 14. *& conſil.* 499. *num.* 19. *vol.* 4. & contra Covar. *d. cap.* 19. *num.* 8. *verſ. Monachus*, tenet valere inſtrumenta adversùs hanc prohibitionem confecta à Monacho, qui in ſæculo erat tabellio, quia nullibi invenitur verbum ea inſtrumenta irritans. Poteſt tamen hujuſmodi Monachus, qui in ſæculo erat tabellio, complere poſt profeſſionem, & ſignare inſtrumenta, quæ in ſæculo confecerat, vel in ſuo protocollo breviter, & ſuccinctè conſcripſerat, ut poſteà per otium, quoties opus ſit, latiùs extenderet, quia complere vetera inſtrumenta non eſt inſtrumenta de novo conficere, ſed executio, atque conſummatio inſtrumenti tempore habili confecti, gloſſ. *verbo præmiſſa*, *in cap. ut officium*, §. *verùm quia*, *de hæret. in* 6. Henric. *hîc*, *in fine*, Bernard. *d. cap.* 62. *num.* 3. Nav. *comment.* 2. *de Regular. n.* 42. Cov. *d. cap.* 19. *num.* 8. *verſ. Monachus*, Fr. Emman. *quæſt. Regul. tom.* 3. *quæſt.* 8. *art. ult.* quos refert, & ſequitur Sanch. *d. cap.* 13. *num.* 49. ubi *num.* 50. tenet ad hoc exigi ſuperioris licentiam: & *num.* 51. quod poteſt Monaſterium conveniri, ut Monachus antè notarius hæc inſtrumenta perficiat. 4

Limita primò ſupradictam concluſionem in cauſa hæreſis, in qua poteſt Clericus eſſe notarius, ſeu tabellio, ut per text. *in cap. ut officium*, §. *ad conſcribendum*, *de hæretic. lib.* 6. tradunt Franc. Marc. *deciſ.* 194. *num.* 3. *p.* 2. Dec. *in tract. crimin. lib.* 5. *cap.* 20. *num.* 47. *& cap.* 24. *num.* 15. Farin. *d. verbo Clericus*, *n.* 228. Bellet. *d.* §. 29. *num.* 9. Carol. de Graſſis *d. effectu* 8. *num.* 12. Maſtril. *d. deciſ.* 159. *num.* 7. 5

Limita ſecundò in Clericis in minoribus Ordinibus conſtitutis, ſumpto ex hoc text. argumento à contrario ſenſu, ut per Franc. Marc. *d. deciſ.* 194. *n.* 4. Farin. *d. verbo Clericus*, *n.* 233. *&* 234. ubi hoc intelligit procedere in Clerico nullum habente beneficium, aut aliunde unde vivere poſſit, de quo etiam Perez *l.* 12. *verbo Ni abogado*, *tit.* 3. *lib.* 1. *Ordin.* Azeved. *l.* 10. *n.* 3. *tit.* 3. *lib.* 1. *& l.* 20. *tit.* 25. *lib.* 4. *nova recop.* Redoan. *de ſpoliis Cleric. quæſt.* 8. *num.* 53. 6

Limita tertiò in notario Papæ, qui poteſt eſſe Clericus, ut per Franc. Marc. *d. deciſ.* 194. *num.* 2. Farin. *d. verbo Clericus*, *num.* 237. Bellet. *d.* §. 29. *n.* 9. *verſ. item ſi eſſet.* 7

Limita quartò in Curia Romana, ubi poſſunt Clerici in ſacris etiam beneficia habentes officium tabellionatus exercere propter Summi Pontif. conſenſum, & tantæ Curiæ dignitatem, ut per Albert. Trotium *de vero, & perfecto Clerico*, *lib.* 2. *cap.* 54. *num.* 9. Salzed. *ad Bernard. in pract. cap.* 58. *lit. B*, Sayr. *in clavi Regia*, *lib.* 12. *cap.* 25. *num.* 6. Farin. *d. verbo Clericus*, *num.* 237. *verſ. & idem.* 8

Limita quintò, ubi adeſt conſuetudo quod Clericus notariatus officium exercere valeat, ut per Franc, 9

Marc. *d.deciſ.*194.*num.*7. Farin. *verbo Clericus*, *n.*229. *cum ſeqq.*

10 In gloſſ. *Clericis in Sacris.* Notatur ad hoc, quod Clericus non prohibetur notariatus officium exercere coram judice Eccleſiaſtico in cauſis ſpiritualibus, & Eccleſiaſticis, ut per Maſtril. *d.deciſ.*159.*n.*8. Carol.de Graſſis *d.effectu* 8. *n.*14. Franc. Marc. *d.deciſ.*194. *n.*2. *&* 5. Cov. *d.cap.*19.*n.*8.*verſ.nam Clericus tabellio*, Bonacoſ. *commun. crimin. p.* 2. *verbo Clericus impunè*, *in princip.* Farin. *d.verbo Clericus*, *n.*224. ubi *n.*227. dicit, quod ſibi videtur receptior ſententia, quod Clerici ſive in ſacris, ſive in minoribus conſtituti,beneficium Eccleſiaſticum habentes, non poſſunt eſſe notarii etiam in foro Eccleſiaſtico, beneficium verò non habentes, poſſunt etiamſi ſint Sacerdotes.

SVMMARIVM.

1 *Clericus non debet dictare, aut proferre ſententiam ſanguinis, nec quicquam aliud exercere, per quod ad vindictam ſanguinis tendatur, vel purgationi vulgari opem præſtare non debet.*

2 *Sententiam ſanguinis nullus Clericus dictare, aut proferre poteſt, nec ſanguinis judicium agitare.*

3 *Clericus ſacris initiatus prohibetur uti officio chirurgi cum aduſtione, vel inciſione, etiam cauſa pietatis.*

4 *Clerici, vel Mônachi chirurgiam, vel medicinam exercentes,an & quando irregularitatem incurrant, remiſſivè.*

Cap. Sententiam ſanguinis IX.

1 Clericus non debet dictare, aut proferre ſententiam ſanguinis, nec vindictam ſanguinis exercere, nec ubi exercetur, intereſſe, nec literas dictare, vel ulli ſcribere pro vindicta ſanguinis, aut viris ſanguinis præponi. Item Clericus in ſacris non debet exercere artem chirurgiæ, quæ aduſtionem, vel inciſionem inducit, nec impendere ritum conſecrationis, vel benedictionis purgationi aquæ ferventis, vel frigidæ, vel ferri candentis, ſalvis prohibitionibus de duellis, & monomachiis. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Butr. Hoſt. Anchar. Henric. Panorm. Vivian. *in ration. lib.*3. *Iuris Pontif. pag.* 469. Alagona *in compend. Iuris Canon. pag.*555. remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. part.* 1. deſumitur ex Concil. generali Lateran. *cap.* 18. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 4. *Decret. lib.*3. *tit.*18. *cap.*2.

2 *Sententiam ſanguinis nullus Clericus dictet.*] Notatur ad hoc, quod ſententiam ſanguinis nullus Clericus dictare, aut proferre poteſt, nec ſanguinis judicium agitare, ut per Salzed. *in pract.Bernardi*, *cap.*101.*n.*1. *in noviſſ.edit.* Majol. *de irregul.lib.*2. *cap.*6.*à princ.* plures alios, quos refert Cened. *ad Decret.collect.*61.*n.*1. quibus adde Farin. *fragm. crimin. p.* 1. *verbo Clericus*, *num.*369. *cum ſeqq.* Camil. Borrel. *in ſumma omnium deciſ. tit.*11.*n.*39. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.*21.*num.*13. Bellet. *diſquiſit.Cleric. p.*1.*tit.de diſciplina Clericali*, §.26.*num.*3.

3 *Nec ullam chirurgiæ artem*, &c.] Notatur ad hoc, quod Clericus ſacris initiatus, prohibetur uti officio chirurgi cum aduſtione, vel inciſione, ut per Pariſ. *conſ.*136.*num.*34.*& ſeq.vol.*4. Henriq. *in ſum.lib.*14.*de irregul. cap.*11. §.1.*lit.F.* Farin. *d.verbo Clericus*, *n.*211. Camil. Borrel. *d.tit.*11. *n.*41. Bellet. *d.tit.de diſciplina clericali*, §.31. Sanch. *in præcepta Decalogi*, *tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 14. *num.* 15. ubi advertit nullum eſſe text. qui hoc ipſum extendat ad conſtitutos in minoribus habentes ſufficiens beneficium; cùm tamen Doctores communiter prohibitionem, de qua *in hoc text.* extendant ad Clericos in minoribus, ſi habeant ſufficiens beneficium ad victum: quam quidem reſolutionem ex eo procedere ait, quia omnia interdicta habentibus in ſacris conſtitutis,cenſentur quoque interdicta habentibus beneficium ſufficiens ad victum, & citat Nav. *in man.cap.*25.*n.*112.*verſ.*33.*& comment.*4. *de Regular.num.*28. quod adeo verum eſt, ut nec cauſa pietatis id liceat, Armil. *verbo irregularitas*, *num.*47. Navar. *dict.cap.*25.*num.*110. Sanch. *d.cap.*14.*num.*16. ubi *num.*17. quærit an interdictum quoque his omnibus ſit artem medicinæ, ſeu chirurgiæ abſque inciſione, & aduſtione exercere.

Quando autem Clerici, vel Monachi chirurgiam, vel medicinam exercentes irregularitatem incurrant? vide per Doctores citatos *ad cap. tua nos* 19. *de homicid.pag.*246. & ibi citatis addo Farin. *fragment.crimin. p.*2.*verbo irregularitas*, *num.*438. 4

Nec quiſquam purgationi aquæ ferventis, &c.] De purgatione vulgari per ignem, aquam calidam, vel frigidam, vide latè Torreblanc. *de Magia*, *lib.* 1. *cap.*23. *ex num.*29.

SUMMARIUM.

1 Cap. non magnopere, ſuprà hoc tit. *puniens Religioſos audientes leges, vel phyſicam, importat canonem latæ ſententiæ, & incidentes in illam debent per Ordinarios puniri, & extenditur ad habentes dignitates, & perſonatus, & Presbyteros.*

2 *Studium Medicinæ, & legum civilium prohibitum quibus ſit, oſtenditur, & declaratur n.*3.

4 *Iuri Civili operam dantes ante Clericatum, poſt illum aſſumptum non prohibentur ad Doctoratus gradum in eodem jure promoveri, etiamſi ſint Monachi.*

5 *Plebanus dignitatem habet.*

6 *Verba*, ſententiam excommunicationis incurrant, *denotant ipſo jure.*

7 *Clericis, & Monachis jus Canonicum, aut Theologiam profitentibus, licet ad majorem perfectionem jus civile publicè audire.*

Cap. Super ſpecula X. & ult.

Honor. III.

Cap. non magnopere, *ſuprà hoc tit.* puniens Religioſos extra clauſtrum exeuntes ad audiendas leges, vel phyſicam, niſi intra duos menſes revertantur, importat canonem latæ ſententiæ, itaut Epiſcopi, tum proprii, tum locorum, ubi ſtudent, publicare debeant tales incurriſſe pœnas *d. cap. non magnopere.* Inſuper ut ſtudium Theologiæ amplietur, idem cap. cum ſuis pœnis extenditur ad Archidiaconos, Decanos, Plebanos, Præpoſitos, Cantores, & alios Clericos perſonatus habentes, & ad Presbyteros. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Anania, Butr. Hoſt. Henric. Anchar. Panorm. Vivian. *in ration. lib.* 3. *Iuris Pontif. pag.* 470. Alagona *in compendio Iuris Canon. pag.* 555. remiſſivè Ximen. *in concord. part.* 1. 1

Vt

2 Ut ſacræ Theologiæ ſtudium, quod in Eccleſia Catholica ad impugnandas hæreſes, & ad fidem ſervandam maximè neceſſarium eſt, non intermittatur, Honor. III. *in præſenti* decrevit, ut excommunicatio, quam tulerat Alexand. III. contra Religioſos exeuntes ad audiendas leges, vel phyſicam, & intra duorum menſium ſpatium non redeuntes, ut habetur *in cap. non magnopere, ſuprà hoc tit.* extendatur ad Sacerdotes, Archidiaconos, & alios perſonatum habentes, niſi hujuſmodi ſtudium intra duos menſes dimiſerint, ut per Alber. Trotium *de vero & perfecto Clerico, lib. 2. cap. 35.* Menoch. *de arbitr. caſu* 425. *n.* 28. Salzed. *ad Bernard. in pract. cap. 62. in noviſſ. edit.* Soar. *tom. 5. diſp. 23. ſect. 3. num. 19.* Bellet. *diſquiſit. cleric. p. 1. tit. de diſciplina clericali*, §. 30. noviſſimè Bonac. *de cenſur. extra Bullam Cœnæ, diſp. 2. quæſt. 4. punct. 6.* ubi etiam docet prædictum duorum menſium ſpatium computandum eſſe à tempore auditionis. Adverte ſolum Papam diſpenſationem indulgere poſſe, ut Sacerdotes, & alii perſonatum habentes, leges, & Phyſicam audire poſſint, Rebuff. *in tract. nomin. q. 5. num. 35.* Salzed. *ad Bernard. d. cap. 62. verſ. ſolum*, Farin. *fragment. crimin. p. 2. lit. B, verbo Clericus, num. 206.*

3 Prædictis verò pœnis, quæ *in hoc cap.* infliguntur, non afficiuntur privatim, & in Camerâ juri Cæſareo, vel Phyſicæ operam dantes, ut melius Canonica decreta intelligant, ut per Albert. Trot. *d. cap. 35. num. 5.* Salzed. *d. cap. 62. verſ. nec ea*, Farinac. *d. verbo Clericus, num. 207.* Sunt equidem Canones magna ex parte juri Civili conjuncti, unde emanavit illud vulgare, *leges ſine Canone valent parum, Canones ſine lege nihil*, Roman. *ſing.* 654. ubi inquit: *Legiſta ſenza Capitoli, val poco; ma Canoniſta ſenza lege, val niente:* & poſt Rebuff. *de nominat. quæſt. 5. à num. 14.* Menoch. *de arbitr. caſu* 425. *num. 29.* facit notabile Baldi dictum *in proœmio Decretalium*, dum ait juris Canonici ſanctiones juris Civilis ſubtilitate decorari: ſequitur poſt Palat. Henric. Caniſ. *in tract. differentiarum utriuſque juris, à princip.* Bobadil. *in ſua politica, lib. 1. cap. 17. num. 186.* Unde Calderin. *conſil. ult. num. 7. de magiſtris*, Anchar. & alii, quos refert, & ſequitur Tolet. *lib. 2. cap. 38. num. 6.* & Bonac. *citato loco, num. 5.* tenent non videri ſub excommunicatione interdictum leges, vel Phyſicam domi ſuæ audire, quamvis contrariam ſententiam non ſine probabilitate tueantur Soar. *d. ſect. 3. num. 19.* Filliuc. *tract. 14. cap. 7. quæſt. 3. n. 103.* Navar. *cap. 26. num. 116.* Utrùm etiam prædictis Sacerdotibus, aliiſque perſonatum habentibus vetitum ſit præfatas facultates Sacerdotes, & alios Clericos docere? ab aliquibus ſolet dubitari, apud quos verior, & receptior eſt ſententia negativa, quia text. *in præſenti* loquitur de audientibus, non autem de docentibus, & in pœnis non eſt facienda extenſio ultrà propriam verborum ſignificationem: ita Navar. *d. num. 116. & conſ. 5. num. 2. ſub hoc tit.* Soar. *d. ſect. 3. num. 20.* Sayr. *de cenſur. lib. 3. cap. 32. num. 10.* Filliuc. *tract. 14. cap. 7. quæſt. 2. num. 104.* & alii contra S. Antonin. & Sylveſt. apud præcitatos Doctores.

Quando quis ante clericatum jure Civili operam 4
dedit, poſt clericatum aſſumptum non prohibetur ad Doctoratus gradum in eodem jure promoveri, etiamſi ſit Monachus, ut per Salzedo *d. cap. 59. verſ. illud verò*, Fr. Emman. *quæſt. Regular. tom. 2. quæſt. 74. art. 1.* Farinac. *d. verbo Clericus, num. 208.* ubi *num. 209.* reſolvit quod non prohibetur ad Clericatum, ſeu Sacerdotium promoveri, qui Doctoratum juris Civilis, ſeu Medicinæ aſſumpſit.

Plebanos.] Ergo Plebanus dignitatem habet, ut 5
per Azor. *inſtit. moral. part. 2. lib. 3. cap. 21. quæſt. 4.* ubi *quæſt. 1.* aſſerit propriè dici Plebanos, qui in minoribus, celebrioribuſque oppidis conſtituuntur, quibus præter Eccleſiæ propriæ curationem, certarum quoque Eccleſiarum, & certorum Preſbyterorum, qui minoribus Eccleſiis præſunt, inſpectio, & obſervatio committitur.

Sententiam excommunicationis incurrant. Ergo ipſo 6
jure, ſine alia ſententia, per ea, quæ Tiraq. *in l. ſi unquam, verbo revertatur, num. 145. & ſeq.* Sayr. *in clavi Regia, lib. 3. cap. 8. num. 21. verſ. fallit.*

Adverte tandem quod Clericis, & Monachis jus 7
Canonicum, aut Theologiam profitentibus, licet ad majorem perfectionem, & intelligentiam Canonum ſcholas ingredi, & jus Civile publicè audire, ut ex Abb. *in cap. non magnopere, num. 8. ſuprà hoc tit.* colligit Gom. *in reg. de non tollendo jure quæſito, quæſt. 3. in fine.* Nec ſtatuto noſtræ celebris Conimbricenſis Academiæ *lib. 3. tit. 43. §. 1. & tit. 44. §. 9.* contrarium diſpoſitum eſt, dum Clericos, & beneficiarios quoſcumque prohibet admitti ad curſum Imperialium, quia ſolùm procedit, ne hujuſmodi curſu probari poſſint, & ne valeant ad ſuffragia, vel ad actus admitti: non tamen ut contra facientes, & frequentantes ſcholas ad leges audiendas pro majori Canonum perfectione culpam aut pœnas incurrant præſcriptas jure Canonico.

FINIS LIBRI TERTII DECRETALIUM.

COLLECTANEA DOCTORUM

IN LIBRUM QUARTUM DECRETALIUM.

De Sponſalibus, & Matrimoniis.

TIT. I.

SUMMARIUM.

1 *Doctores referuntur ſuper hanc rubricam ſcribentes.*
2 *Matrimonii Sacramenti materia ubi tractetur, oſtenditur.*
3 *Sponſalia à verbo* Spondeo, *dicta ſunt, & idem quod* Sponſio *ſignificant.*
4 *Sponſalia per promiſſionem futuram nuptiarum rectè definiuntur.*
5 *Matrimonium plerumque ſic appellatur, interdum conjugium, ſæpiſſimè nuptiæ.*
6 *Matrimonium à matris officio circa prolem denominatur.*
7 *Conjugium ab ipſo vinculo, in quo ſubſiſtit Matrimonium, rectè dicitur.*
8 *Nuptiæ dicuntur propriè à traditione, quæ fit ſponſæ viro.*
9 *Matrimonium in quo differat à nuptiis, oſtenditur.*
10 *Matrimonium à Deo fuit inſtitutum in lege naturæ ante peccatum ad conſervationem naturæ humanæ.*
11 *Matrimonium non fuit ſimul inſtitutum ac præceptum à Deo.*
12 *Matrimonium in lege Evangelica de fide elevatum eſt à Chriſto ut ſit Sacramentum.*
13 *Matrimonium definitur ut ſit viri & mulieris conjunctio individuam vitæ retinens conſuetudinem.*
14 *Matrimonium duplex, aliud verum, aliud putativum, & quæ ſit differentia inter utrumque, oſtenditur.*

1 SUPER hanc rubr. ſcripſerunt Zabarel. Joan. Andr. Anchar. Butr. Felin. Panorm. Præpoſit. Marian. Socin. Aretin. Petr. Gregor. Alex. de Nevo, Cujac. Stephan. Ranchin. *in continuatione titulorum Decretalium*, Durand. *in ſpeculo juris, lib.* 4. *ſub hoc tit.* Joan. de Londri. *in breviario ſanctorum Canonum*, Petr. de Ravenna *in compendio Iuris Canon.* Martin. Meſnart. *in epitome Decretal.* Dan. Venar. *in analyſi methodica Iuris Pontif.* Goffted. & Hoſt. *in ſum. hujus tit.* Alex. Caſan. & Anaſt. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decretal.* Barthol. Carthag. *in expoſit. tit. Iuris Canon.* Zypæ. *in analytica poſtremi juris Eccleſiaſt. enarrat. pag.* 331. Lancel. *in inſtit. Iuris Canon.* Caniſ. *in ſumma Iuris Canon.* Caſarel. *in erothem. ejuſdem juris*, Joan. Honor. *lib.* 3. *ſum. Decret.* omnes *ſub hoc tit.*

De materia hujus tit. vide Veracr. *in ſpeculo conjug.* 2
Vivald. *in candelabro aureo, tit. de Matrim.* Matienzo *tit.* 1. *lib.* 5. *nova recop.* Card. Bellarm. *in ſuis controverſ. tit. de Matrim.* Jul. Salazar. *de Matrim. diſſolut.* Franc. Anton. Oliver. *de nullitate Matrim.* Petr. de Ledeſma *in ſpeciali tract. de Matrim. & ſua ſum. p.* 1. *de Sacram. Matrim.* Henr. *in ſum. lib.* 11. *de Matrim.* Zerol. *in praxi Epiſcop. p.* 1. *verbo Matrim.* Steph. Quarant. *in ſumma Bullarii, verbo Matrimonii impedimenta, & verbo Matrimoniales diſpenſationes*, Gabr. Vaſq. *in diſt. de Matrim.* Filliuc. *in ſum. tom.* 4. *tract.* 10. *de Matrim.* Ægid. de Coninch. *de Sacram. tom.* 2. *diſp.* 21. *cum ſeqq.* Joan. Franc. Leo *in theſauro fori Eccleſ. p.* 2. *cap.* 19. *de Sponſal. & Matrim.* Rebell. *de obligat. juſtitia, p.* 2. *lib.* 3. *de contractu Matrimonii.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 31. *de Matrimonii Sacramento*, Joan. Petr. Fontanella *in tract. de pactis nuptialibus, ſive capitulis Matrimonialibus*, Franc. Molina *de ritu nupt. & pactis in Matrim. conventis*, Fr. Baſil. Pont. *in tract. de Sacram. Matrim. & in tract. de impedim. Matrim.* Joan. Gutier. *in ſpeciali tract. de Matrim.* Bonacin. *in tract. de magno Matrimonii Sacramento*, noviſſimè Gaſp. Hurtad. *in tract. de Matrim.* omnium latiſſimè tribus tomis totam hanc materiam eleganter tractavit Doctiſſim. Thom. Sanch. illius quidem ſacri Ordinis, qui nominis, quod ſuper omne nomen eſt, titulo præſignitur.

Sponſalibus.] Sponſalia à verbo *ſpondeo* dicta ſunt, 3
& idem quod ſponſionem ſignificant, ex Alciat. *lib.* 1. *Parerg. c.* 2. Sanch. *de Matrim. lib.* 1. *diſp.* 1. *n.* 1. Spondere autem apud Jureconſultos promiſſionem per ſtipulationem factam ſignificat, *l. ſciendum* 29. §. *dictum, ff. de ædilit. edicto*, *l. ſponſio* 7. ubi Alciat. *ff. de verb. ſignific.* eo quòd antiquis mos fuit eas, quas ſibi uxores petebant, ab eis in quorum poteſtate erant, ſtipulari, *l.* 2. *ff. de ſponſalib.* Unde ſponſi quaſi adinvicem per ſtipulationem promiſſi dicti ſunt. Poſteà verò moribus, & legibus factum eſt, ut ſponſalia nudis promiſſionibus per nuntium, & epiſtolam contrahantur, ut res omnium frequentiſſima, & ad Reipubl. conſervationem in primis neceſſaria facilè expediri poſſet, *l.* 5. *& ult. ff. de ſponſal.* atque ideo parentes pro filiis ſponſalia faciunt, *l. ſponſalia, ff. de ſponſalib.*

Sponſalia per promiſſionem futurarum nuptiarum 4
rectè definiuntur, *l.* 5. *ff. de ſponſalib. cap. noſtrates* 30. *q.* 5. Palud. & Sot. *in* 4. *diſt.* 27. *q.* 1. Martin. Ledeſm. *p.* 4. *q.* 45. *art.* 1. Duaren. *in tract. Soluto matrim. de ſponſal. cap.* 1. Tiraq. *ad leges connub. gloſſ.* 1. *num.* 19. Sanch. *de matrim. lib.* 1. *diſp.* 1. *num.* 17. citati per me *in collect. ad cap. ad audientiam* 4. *num.* 8. *de ſponſal.*

Matrimoniis. Matrimonium aliquando, & plerum- 5
que ſic appellatur, interdum verò conjugium, ſæpiſſimè nuptiæ. Matrimonium *in l.* 1. §. *jus naturale, ff. de juſtit. & jure, & in tit. ff. ſoluto matrim. & tit. de ſponſal.* Conjugium *in tit. de conjugio ſervorum, cum ſeq.* Nuptiæ

in

in tit. ff. de ritu nupt. & C. de nupt. cum multis ſeqq. & de ſecundis nupt. Prima Matrimonii appellatio à matris officio circa prolem denominatur, nec immeritò, cùm
7 primus Matrimonii finis proles ſit. Conjugium verò ab ipſo vinculo, in quo ſubſiſtit Matrimonium, rectè dicitur & formaliter, eſtque nomen hoc cæteris præſtantius, quia ſubſtantiam actus petit, & colligitur ex
8 *cap. cùm initiatur*, & ex *cap. conjuges*, & ex *c. conjux 30. q. 5.* Nuptiæ autem dictæ ſunt ab iis, qui operto capite in ſignum pudoris mulieres viris tradebant, juxta doctrinam D. Pauli 1. *ad Corinth. cap. 11.* notant Doctores *in c. 24. Geneſeos.* Vnde nuptiæ dicuntur propriè à traditione, quæ fit ſponſæ viro, & primam contractus executionem continent, & citra copulam. Vnde Iureconſ. ait *in l. mulierem 5. ff. de ritu nupt.* mulierem abſente viro per procuratorem poſſe nubere, ſi ad eum ducatur, abſentem verò mulierem, quæ virum expectat non poſſe per procuratorem illi nubere. Intellige autem ad nuptias eſſe Matrimonium, ut mulier ducatur ad virum, & in ejus poteſtatem tradatur, nunquam tamen ad earum perfectionem copula requiritur, & hoc eſt, quod ſignificat Ulpian. *in l. cùm fuerit 15. ff. de condit. & demonſtr. l. nuptias, ff. de regul. juris.*

9 Conſtat autem apud Jureconſultos matrimonium à nuptiis in eo differre, quod Matrimonium ſignificat ſolum contractum, qui conſenſu perficitur, nuptiæ verò ſolemnitatem, qua mulier in domū viri ducitur, ut planè colligitur ex *d. l. mulierem*, juncta *l. Seia 5. ff. de donat. inter virum, & vxor.* quæ ſic ad concordiam reduci debent, idem probat *l. ſi donationem 22. l. ſancimus 24. C. de nupt.* quamvis Duaren. *in tract. ſoluto matrim. tit. de nupt.* exiſtimet, à Matrimonio nuptias non differre, nec ductionem ad domum requirere, cujus interpretationem præcitata jura non patiuntur, ſed hoc ſervat antiquitas, hodie verò & nuptiæ, & conjugium, & Matrimonium idem ſignificant, vt colligitur ex *cap. priuſquam 27. q. 2.* ideo fortaſſe, quia olim contractus Matrimonii priuatim, & domi fiebat, poſteà verò cum ſolemnitate ad domum viri mulier ducebatur, & nuptiæ celebrabantur, hodie verò cùm nuptiarum domus Eccleſia ſit, ex Gregor. *homil. 38. in Euang. col. 4.* & illa nuptiarum ſolemnitas aboleuerit, rectè his nominibus promiſcuè vtimur.

10 Matrimonium à Deo fuit inſtitutum in lege naturæ ante peccatum ad conſeruationem naturæ humanæ per productionem indiuiduorum ſub ſpe. Cùm enim Deus maſculum, & fœminam tantùm per ſe ipſum creauerit immediatè, & non aliter quàm per Matrimonium genus humanum conſeruari, & propagari potuiſſet, planè vbi primùm maſculus, & fœmina creati ſunt, Matrimonium fateri oportet, & ſic aſſerendum Matrimonium inſtitutum fuiſſe facto potius quàm verbis, dum Dominus maſculum & fœminam tantùm fecit, & Euam Adamo tradidit, & promulgatur ab ipſo Adamo lumine naturæ per illa verba, *Hoc nunc os ex oſſibus meis,* quæ habentur *Geneſ. cap. 2. ad fin.* & hoc apertè docuit Chriſtus Dominus *Matth. 19. poſt princ.* qui vt oſtenderet vxorem dimitti non poſſe, & Matrimonii vinculum indiſſolubile eſſe, illa tantùm verba adduxit: *Propter hanc relinquet homo, &c.* apertè ſignificans inſtitutionem Matrimonii indiſſolubilem facta creationis, & Adami promulgatione fuiſſe conſtitutam; quare hanc partem tuentur Magiſt. *in 4. diſt. 26. in princ.* Scot. *ibid. quæſt. 1. §. per hoc patet,* Bonavent. *art. 1. quæſt. 2.* Richard. *art. 1. quæſt. 4.* Hugo *lib. 2. de Sacram. quæſt. 11.* Alexand. de Nevo *in hac rubr. num. 17.* Covar. *de ſponſalib. part. 2. cap. 1. §. vnic. num. 6.* Fuit autem Matrimonium prædicto modo inſtitutum de ſe in officium naturæ, quia nullus alius finis, aut neceſſitas ante peccatum eſſe poſſit, poſtquam verò primi parentes peccaverunt, cœpit eſſe remedium concupiſcentiæ, quod docet Auguſtin. *lib. 9. ſuper Geneſ. cap. 7.* Hugo *d. loco*, ad hoc reducendus eſt Durandus, dum ait Matrimonium duplicem habere finem, & duplicem inſtitutionem, alteram quæ fuit facta in paradiſo ante peccatum in officium naturæ, alteram extra paradiſum poſt peccatum in remedium concupiſcentiæ; eſt enim hoc ineptum, niſi prædicto modo intelligatur, ut ſcilicet una tantùm fuerit Matrimonii inſtitutio in officium naturæ ante culpam, poſteà verò manſit in remedium concupiſcentiæ.

Quamvis Matrimonium inſtitutum ſimul, ac præceptum eſſe à Deo, illis verbis, quæ dixit Geneſ. 1. *Creſcite & multiplicamini*, &c. teneant Sot. *in 4. diſt. 26. q. 2. art. 2. verſ. nihilominus*, Syluest. *in ſum. verbo Matrimonium 1. q. 2.* Viuald. *in candel. aureo, part. 1.* vbi de Matrim. *num. 7.* Perez *l. 1. verſ. que es el paraiſo*, *tit. 1. lib. 5. Ordin. pag. 20.* Petr. de Ludeſma *de matrim. q. 42. art. 2.* Henriq. *in ſum. lib. 11. de matrim. cap. 1. §. 3.* & plures, quos refert, & ſequitur Sanch. *de matrim. lib. 2. diſput. 4. num. 3.* horum enim opinio confunditur primò, quia illa verba, *Creſcite, &c.* benedictionem Domini, & præceptum de generatione, & executione Matrimonii continent, quoniam illo tempore tenebantur homines liberis operam dare, nec potuiſſet aliquis in matrimonio ſine copula permanere propter neceſſitatem conſeruandæ naturæ humanæ, ac propagandæ ſpeciei, ſicut etiam brutis Dominus præcepit per eadem verba, præceptum de executione Matrimonii, licèt virtualiter mandatum de eo contrahendo contineat, aptum non erat ad inſtitutionem ſignificandam, priùs enim res inſtitui debet, & exiſtere quàm de ipſa præceptum detur. Accedit quod illa verba dicta ſunt poſtquam Deus Euam formauit, eamque Adamo adduxit, qui illico vxorem recepit, & Matrimonium ſignificauit illis verbis, *Hoc nunc os*, &c. & *Propter hanc relinquet homo*, &c. Poſtea verò Dominus dixit, *Creſcite & multiplicamini*, &c. & quamvis hæc verba referantur *Geneſ. c. 1.* verba autem Adami *c. 2. ad fin.* oportet intelligere illa verba Domini prolata fuiſſe poſtquam Adamus Matrimonium agnouit, & pronuntiauit, quia vbi primùm Eua creata eſt, adducta fuit ad Adamum, qui ea viſa ſtatim prædicta verba protulit. Unde fit, vt per illa verba, *Creſcite*, &c. Matrimonium inſtitutum non fuerit, quod prius Adamus pronuntiauerat. Accedit quod eadem verba habentur *Gen. c. 9.* & dicta ſunt Noë, & vxori ipſius, filiis & vxoribus eorum; igitur cùm ibi præceptum prolis ſuſcipiendæ, & benedictio tantùm continebatur, ſic dicendum eſt *in cap. 1.* 11

In lege etiam Euangelica conſtat de fide Matrimonium eleuatum eſſe à Chriſto, vt ſit Sacramentum, approbatum videlicet *Ioan. 2.* inſtitutum autem *Matth. 19.* dum Chriſtus illud commendauit, eiúſque inſeparabilitatem præcepit, dicens: *Quos Deus conjunxit, homo non ſeparet.* Ita Domin. Sot. *in 4. diſt. 26. q. 2. art. 2. verſ. ex quo fit.* Petr. Sot. *lect. de Matrim. verſ. de inſtitutione,* Henriq. *d. lib. 11. c. 2. §. 1.* Sanch. *d. lib. 2. diſp. 4. n. 5.* Vtrùm autem Matrimonium ſit homini naturale, dixi *ad cap. jus naturale diſt. 1. n. 21.* 12

Definitur Matrimonium, vt ſit viri & mulieris conjunctio, indiuiduam vitæ retinens conſuetudinem, *in l. 1. ff. de ritu nupt. §. 1. Inſt. de patria poteſt. ſum. 27. q. 2. cap. illud, in fine, de praeſ.* loco generis ponitur *conjunctio*, quæ vinculum vtriuſque ſignificat, in quo eſt ſubſtantia. Prima differentia eſt viri, & mulieris, per quam ſignatur de ratione Matrimonii eſſe vt ſit inter duos diuerſi ſexus, juxta illud Matth. 19. *Maſculum, &* 13

fœminam fecit eos. Secunda differentia eſt individuam vitæ conſuetudinem, per quam eſſentialiter ab aliis conventionibus, & ſocietatibus diſtinguitur, quæ non habent vinculum indiſſolubile, & perpetuum, & per eam contubernia excluduntur, quæ non ſunt de ſe individua, licèt enim in ea turpitudine toto vitæ tempore duo perſeveraverint, Matrimonium tamen non erit, nec individua vitæ conſuetudo dici poterit, illam enim individuam dicimus, quæ de ſe talis eſt, & dividi à contrahentibus non poteſt. Qua ratione non differt hæc definitio ab alia tradita à Theologis *in* 4. *diſt.* 25. *q.* 1. ſequitur Sanch. *d. lib.* 2. *diſp.* 1 *num.* 1. dum aiunt, Matrimonium eſt conjunctio maritalis viri, & mulieris inter legitimas perſonas individuam vitæ conſuetudinem retinens, ſiquidem dict. *maritalis*, includitur in conſuetudine individua, quoniam nulla alia individua eſſe poteſt. Rurſus illa verba, *inter legitimas perſonas*, eiſdem etiam verbis includuntur, quoniam individua eſſe non poteſt conjunctio inter inhabiles, propter defectum naturæ.

24 Multiplices in varias ſpecies à Doctoribus adducuntur Matrimonii diuiſiones, quas explicat Henriq. *in ſum. lib.* 11. *de Matrim. c.* 5. *in princip.* ſed inter alias ſciendum eſt Matrimonium duplex eſſe, aliud verum, aliud putatiuum: verum eſt illud quod verè interuenit inter perſonas habiles ad contrahendum cum omnibus ſolemnitatibus, & requiſitis ad ipſius validitatem neceſſariis. Putatiuum tripliciter diſtinguitur à D. Barboſ. *in l. ſi cùm dotem* 23. §. *vltim. n.* 22. *ff. ſoluto Matrim.* ſed in genere illud dicitur, quod de facto contractum eſt, ſed tamen propter aliquod juris impedimentum valere non potuit, diciturque putatiuum ad veri differentiam, quia figuram habet Matrimonii, & Matrimonium putatur, cùm tamen verè non ſit validum, explicat poſt alios Bapt. Coſt. *de facti ſcientia, & ignor. cent.* 2. *diſt.* 38. *ex n.* 2. Inter vtrumque illa eſt differentia, quod Matrimonium verum filios legitimos reddit, ſiue antecedat, ſiue ſubſequatur, ex dicendis *ad c.* 1. *& ad cap. tanta, infr. hoc tit.* & conſequenter inde profluunt effectus omnes, quos lex communicat legitimis filiis, tam reſpectu ſucceſſionis, quàm alimentorum. In Matrimonio putatiuo contraria regula eſt ſtatuenda, quod veri Matrimonii effectus non operatur, præterquam in caſibus ſpecialiter jure expreſſis, vt concludit vulgaris reg. *id quod de iure nullum eſt, nullum producit iuris effectum, l. non dubium, C. de legib.* ex quibus ita regulam conſtituit, & multis ſimilibus confirmat Anton. Gom. *l.* 50. *Tauri, n.* 59. paterque exemplum *in l... ff. vnde vir, & vx.* ibi, *ſi iniuſtum ſit Matrimonium, bonorum poſſeſſio nequaquam peti poterit,* & in terminis controuerſæ quæſtionis, vtrùm maritus accuſare poſſit jure mariti vxorem putatiuam, quam de facto duxit ſtante impedimento, propter quod Matrimonium de jure non valuit, quod non poſſe probare videtur text. *in l. ſi vxor,* §. 1. *verſ. ſed ſi ea, ff. ad leg. Iuliam de adult.* vnde eam non poſſe occidere in adulterio deprehenſam, ex reg. *l. marito, in fin. ff. eod. tit.* vt notat ex communi Anton. Gom. *l.* 80. *Tauri, n.* 48. latè D. Barboſ. *in l.* 2. *in princ. p.* 1. *n.* 98. *ff. ſoluto Matrim.* ſed non reſpondet ad text. *in d. l. ſi vxor, in fin. eiuſdem,* §. 1. ibi, *ſiue iuſta vxor fuerit, ſiue iniuſta,* ſed poterit reſponderi cum Briſſon. *lib. ſingulari de adulter. c.* 6. Cuiac. *lib.* 6. *obſeru.* 16. Iacob. Ræuard. *var. lib.* 4. *c.* 16. injuſtam vxorem intelligi ibi non de vxore contra leges Matrimonium contrahente, ſed de vera, quæ tamen ſine antiqua ſolemnitate contraxit, de qua meminit Briſſ. & alii nouiores poſt illum citati, atque etiam Henriq. *d. lib.* 11. *c.* 13. §. 8.

SUMMARIUM.

1 *Matrimonium ſolo conſenſu contrahitur, nec inualidatur ſi conſuetudo patria non ſeruetur.*

2 *Matrimonium valet, quamvis non ſeruetur conſuetudo regionis.*

3 *Conſuetudinis nulla ſunt vires circa ſubſtantiam Matrimonij.*

4 *Præſtatur intellectus ad hunc text.*

5 *Statutum laicorum diſponens circa ſubſtantiam Matrimonij inhibendo, vel impediendo illud, vbi Eccleſia non improbat, non valet.*

6 *Princeps ſæcularis inter Chriſtianos addere poſſet impedimenta irritantia, niſi Eccleſia eam facultatem ſuo judicio reſeruaſſet.*

7 *Statuta prohibentia mulieribus, ne extra territorium nubant, nulla ſunt.*

8 *Conditio poſita per teſtatorem hæredibus ſuis, ne cum alicuius ſectæ hominibus Matrimonium contrahant, an jure ſuſtineatur? remiſſiuè.*

9 *Mulier nubendo viro alterius fori mutat ſuæ originis forum.*

10 *Conjuges tenentur ſimul habitare ad adiuuandum ſe mutuò, atque familiam promouendam.*

Cap. De Francia I.

Ex Concil. Tribur.

Matrimonium tenet ſi contrahatur non ſecundùm leges, & conſuetudines illius loci, & ſi quis prima dimiſſa aliam ducit, debet ſecundam dimittere, & ad primam reueti, & pœnitentiæ ſubjici, quia primam dimiſit, & ſecundam accepit. Colligũt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Hoſt. Aretin. Anchar. Butr. Felin. Panorm. Præpoſ. Marian. Socin. Petr. Gregor. Alex. de Neuo, Caniſ. Cuiac. Viu. *in ration. lib.* 4. *juris Pontif. pag.* 1. Alagona *in compend. iur. Canon. pag.* 557. remiſſiuè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. deſumitur *ex Concilio Triburienſi, c.* 39. refertur à Burchard. *lib.* 9. *Decret. c.* 67. & Iuo. *p.* 8. *c.* 213. & ab Ant. Auguſt. *collect.* 2. *Decretal. lib.* 4. *tit.* 1. *cap.* 1. 1

Concilium Triburienſe celebratum fuit ſub Pontifice Formoſo, & Imperatore Arnulpho à viginti duobus Epiſcopis Germanorum anno Domini 595. Miſeratus ſanctus Præſul cladem, & deformitatem Eccleſiæ, quos voluit, collegit Epiſcopos tẽpore illo tumultuoſo. Triburienſis loci non meminerunt antiqui, eſt autem hodie villa, quæ Germanica lingua dicitur *Triburſita*, vltra Rhenum, propè Moguntiacum. Vide Card. Baron. *tom.* 10. *annal. Eccleſ. anno Chriſti* 895.

Collige ex text. valere Matrimonium, etiamſi non 2 ſeruetur conſuetudo regionis, vt per Perez *l.* 1. *gloſſ.* 4. *pag.* 24. *tit.* 1. *lib.* 5. *Ordinam.* Cened. *pract. & Canonic. quæſt. lib.* 1. *quæſt.* 21. *à princ.* nullæ enim ſunt conſuetudinis vires circa ſubſtantiam Matrimonii. Abb. *hîc, num.* 3. Zabarel. *num.* 5. & alii, quos refert Sanch. *de Matrimon. lib.* 7. *diſput.* 4. *num.* 9. ubi *num.* 11. exiſtimat conſuetudinem legitimè præſcriptam, & rationi conſonam (qualis petitur *in cap. fin. ſup. de conſuet.* ad legem ſtatuendam, & ad ſtatuta deroganda) vires habere inducendi nouum impedimentum dirimens, ac ſubinde Matrimonium aduersùs eam conſuetudinem initum eſſe nullum, & addit ibi conſuetudinis Gallicæ violationem in præſenti non obſtare valori Matri- 4 monii, eo quòd deficeret poteſtas in inducentibus eam;

eam; quia ſtatutum laicorum diſponens circa ſubſtantiam Matrimonii inhibendo, vel impediendo illud vbi Eccleſia non improbat, nec impedit, non valet, vti diſponens de materia ſpectante ad Eccleſiam, ita Bernard. *reg.698.* Couar. *de ſponſal. p.2. c.6. §. 10. n.16.* Brunel. *de ſponſal. concl.29. n.1.* Gaët. *in reper. cap.*
6 *ad limina 30. q.1. §. 4. n.299. cum ſeqq.* Poſſet tamen Princeps ſæcularis inter Chriſtianos addere impedimenta irritantia, niſi Eccleſia eam facultatem ſuo judicio reſeruaſſet, vt per Angl. *in florib. Theolog. p.1. de Matrim. q.13. de impedimentis conſanguin. art.3. diffic.4.* Barth. de Ledeſma *de Matrim. dub.29. concl.1. in fine,* Petr. de Ledeſma *eod. tract. q.50. art.1. dub.1.* Henriq. *in ſum. lib.12. de Matrim. c.1. §. 4.* Sanch. *de Matrim. lib.7. diſp.3. n.1.*

Sed tranſit de gente ad gentem, &c.] Ergo Matrimonium contrahendum eſt ſecundùm leges, ac loci conſuetudinem, vbi illud celebratur, & poſtquam ita contrahitur, non eſt diſſoluendum; nam cùm Matrimonium contractus ſit, quanquam à Chriſto Domino ad rationem Sacramenti eleuatum, *cap. fin. de condit. appoſ.* ſequitur quod quemadmodum in contractibus attenditur locus vbi illi met celebrantur, & eodem modo in matrimonio obſeruandum eſt, *l. ſi fundus 6. ff. de euict. l. vnicum, ff. ſi certum pet.* ac quemadmodum contractus alibi celebrati non diſſoluuntur, quanquam diuerſæ ſolemnitatis ſint, quæ obſeruantur in loco alterius ex contrahentibus: ita neque Matrimonium diſſoluendum erit, quia tranſitus de gente ad gentem non poteſt cauſare mutationem, re non integra atque perfecta, *l. ſicut, C. de act. & obligat.* ita Ant. de Fuertes *Canon. lect. lib.1.6.4.*

7 *Cauſatus eſt quod eam non ſua,* &c.] Notatur ad hoc, quod ſtatuta prohibentia mulieribus ne extra territorium nubant, nulla ſunt, vt per Hieron. Gabr. *conſ.12. n.9. lib.2.* me citato *in hoc loco*, Diana *reſol. moral. p.1. tract.3. reſol.56.* Franc. Molin. *de ritu nupt. lib.2. differ.7.*
8 *n.26. cum ſeqq.* & à *n.34.* diſputat, an conditio poſita per teſtatorem hæredibus ſuis, ne cum alicuius ſectæ hominibus Matrimoniam contrahant, jure ſuſtineatur.

9 Notatur etiam ad hoc, quod forum ſuæ originis mutat mulier nubendo viro alterius fori, vt per
10 Duenh. *reg.377.* Nam conjuges tenentur ſimul habitare, & conuiuere ad juuandum ſe mutuò, atque familiam promouendam, Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.32. n.302.*

SUMMARIVM.

1 *Sponſalia de futuro etiam juratata, diſſoluuntur ſi ſponſi ſe diſſoluunt.*
2 *Sponſalia etiam legitimè contracta per mutuum ſponſorum diſſenſum dirimuntur.*
3 *Procedit text. in præſenti, cùm ſponſi ſimul liberè mutuo conſenſu, non coactè ſponſalia præcedentia diſſoluunt.*
4 *Sponſaliorum diſſolutionem quomodo facere debeat Ordinarius, oſtenditur.*
5 *Impedimentum publicæ honeſtatis nullum naſcitur ex ſponſalibus mutuo conſenſu diſſolutis.*
6 *Sponſalia jurata certæ alicui perſonæ etiam intuitu Dei mutuo diſſenſu diſſoluuntur.*
7 *Remiſſio, qua diſſoluuntur ſponſalia, debet eſſe libera, non metu, aut dolo inducta.*
8 *Sponſalia obligant ſub culpa mortali.*
9 *Iuramentum à parte parti remitti poteſt.*

CAP. Propterea II.

Innoc. III.

SPonſalia, ſeu Matrimonium de futuro contrahens 1
purè ſine conditione, fide hinc inde data, ſi deinde ad invicem nolint contrahere, ſunt admonendi vt datam fidem ſeruent: ſed deinde non ſunt cogendi, ſed tolerandi, ne quid deterius contingat, cùm eam ducit quam odio habet, ſicut qui contrahunt ſocietatem data fide, & poſtea eam adinvicem ſibi remittunt. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Joan. Andr. Hoſt. Anchar. Butr. Felin. Panorm. Præpoſ. Marian. Socin. Petr. Gregor. Alex de Neuo, Caniſ. Cujac. Cened *collect.97.* Viv. *in ration. lib.3. juris Pontif. pag.517.* Alagona *in compend juris Canon. part.2.* remiſſiuè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.1. & 2.* refertur ab Anton. Auguſt. *collect.1. Decret. lib.4. tit.1. c.11.* & eſt poſt Concil. Lateran. ſub Alex. III. *p.6. cap.33.*

Collige ex text. ſponſalia etiam legitimè contracta 2
per mutuum ſponſorum diſſenſum dirimi, vt per Covar. *de ſponſal. p.2. c.5. n.3.* Mozz. *de contract. tit. de ſponſal. §. quomodo ſerventur, ſeu annullentur ſponſalia, ex n.3.* Hurtado *in tract. de Matrim. diſp.2. difficult.1.* Brunel. *de ſponſal. concl.9. n.2.* & plures apud Cened. *ad Decret. collect.97. n.4.* quibus adde Sanch. *de Matrim. lib.1. diſp.52. n.2.* Rebel. *de obligat. juſtitia, p.2. lib.4. quæſt.8. ſect.1. n.1.* Fr. Molin. *de ritu nupt. lib.1. comp.15. n.23.* Bonacin. *de Matrim. q.1. p.10. n.1.* Ægid. de Coninch. *de Sacram. & cenſur. tom.2. diſp.23. dub.2. n.1.* Gutier. *de Matrim. c.24. à princ.* vbi *n.3.* obſeruat text. 3
in præſenti, verè & propriè tunc procedere, cùm ſponſi ſimul liberè mutuo conſenſu, non coactè ſponſalia præcedentia diſſoluunt, & *n.4.* aduertit oportere pro 4
majori negotii ſecuritate, quod prædicta vera remiſſio vtriuſque partis fiat coram Ordinario Eccleſiaſtico contrahentium; & priùs moneantur, & modis omnibus inducantur ad obſeruantiam fidei interpoſitæ, & inter ſe præſtitæ de contrahendo Matrimonium, vt *in hoc text.* quo facto per judicem, ſi adhuc partes conſentiant in diſſolutione ſponſalium, judex eam diſſolutionem approbabit, licentiamque vtrique concedet liberè cum alio contrahendi. Et ex his ſponſalibus, quæ mutuo conſenſu diſſoluuntur, nullum naſci 5
publicæ honeſtatis impedimentum, tenent Baſil. Pont. *de impedimentis Matrimonii, c.18. §. 2. verſ. ſequitur quinto*, Sanch. *lib.7. diſp.68. n.21.* quod quidem verum eſt, nam Sacra Congreg. Concilii cenſuit ſponſalia per verba de futuro contracta, poſſe quandoque ante contractum Matrimonium per verba de præſenti mutuo contrahentium conſenſu diſſolui, ac vbi ſic diſſoluta fuerint, nullum hodie inducere impedimentum, prout teſtatur Rebell. *de obligat. juſtit. p.1. lib.3. q.14. n.2. & in declarat. ſect.5. n.99.* Armendar. *in addit. ad recop. legum Navarræ, lib.4. tit.5. l.1. in declar. n.86. & 72.* quos refero *de offic. & poteſt. Epiſc. p.3. alleg.51. num.88.*

Principalis hujus text. concluſio, quæ habet ſponſalia etiam juramento firmata mutuo conſenſu diſſolvi, intelligitur ſi cauſa eveniat, in cujus eventum contrahentes aut non poſſint, aut non intendunt ſe obligare; nam actus, qui ad effectus futuros diriguntur, principaliter diſſoluuntur ex prædictis cauſis; ſed nulla eſt, ex qua id manifeſtiùs appareat, quàm mutuus diſſenſus, per quem contractus ciuiles ex natura rei diſſolvuntur, *reg.1. de regulis juris, in 6.* Ergo &c. Deinde probatur, quia juramentum de ſe non

pertinet

pertinet ad faciendam obligationem, nec eius ſubſtantiam immutat, ſed eam confirmat juxta ſuam naturam, quam habet à lege, *cap. quemadmodum, de iurejur.* cum traditis per Aym. *conſ.* 12. *n.* 1. Sed omnis obligatio, quæ partium conſenſu perficitur, ex natura rei diſſoluitur earundem diſſenſu, ergo licèt juramentum accedat, diſſolui poteſt. Propterea juramentum promiſſorium in gratiam partis principaliter factum, ab eo remitti poteſt, *c.* 1. *de iureiur.* & *ibi* omnes ſcribentes, S. Thom. 2.2. *q.* 189. *art.* 4. Batt. receptus *in l. Labeo, n.* 4. *ff. de iureiur.* Couar. qui alios refert, *in cap. quamvis pactum, p.* 1. §. 2. *n.* 1. Roland *conſ.* 99. *n.* 5. *lib.* 3. ſed ſponſalia juramento firmata principaliter fiunt in fauorem partium: ergo ab illis remitti poterunt; nam cùm materia juramenti, in quam cadit, ſit promiſſio facta homini, altero remittente promiſſionem, ceſſat obligatio juramenti, quæ in illa fundabatur, *cap. debitores, de iureiur.* Tandem colligitur ab exemplo ſocietatis, quæ de jure communi partium conſenſu dirimitur, §. *manet, Inſtit. de ſocietate.* Quibus rationibus in hoc text. ſponſalia ſecundùm juris regulas diſſolui tenent Innoc. Butr. Zabarell. Abb. *num.* 5. & Præpoſ. *n.* 6. *in præſenti*, aſſerentes eſſe communem ſententiam, S. Thom. & alii Theologi *in* 4. *diſt.* 27. *q.* 1. *art.* 3. Sot. *q.* 2. *art.* 5. Ledeſm. 2.4. *q.* 45. *art.* 3. Syluest. *in ſum. verbo ſponſalia*, *quæſt.* 10. Angl. *eod. verbo*, *num.* 20. Cou. *de ſponſal. part.* 1. *cap.* 3. *in princ. num.* 1. Nauar. *in man. cap.* 22. *num.* 25. poſt Tolet. & Rebell. nouiſſimè Baſil. Pont. *in ſuo tract. de Sacramento Matrimonij*, *lib.* 13. *c.* 9. *n.* 1.

Verùm contra omnes contendit gloſſ. *in præſenti, verbo tolerari*, in hoc text. contineri promiſſionem minoris mali ad euitandum majus, eandem ſententiam repetit illa ſimilis *verbò compellas*, *in c. ex literis*, *infra hoc tit.* & alia *verbo iudicio, in fine, in cap. de illis, de deſponſat. impuberum.* Pro qua ſententia prædictarum gloſſarum verba huius text. multis modis expendi ſolent, primò ibi, *monendi ſunt, & modis omnibus inducendi.* Etenim ſi ſine peccato poterant recedere, quorſum induci & moneri debeant, vt id faciant, quod non tenentur, & Eccleſia non ſolet tam ſtrictè admonere ad illa, quæ juſtè omitti poſſunt. Rurſus contra communem faciunt illa verba, *Ne fortè deterius inde contingat*, quibus manifeſtè ſit comparatio inter duo mala; faciunt etiam illa ibi, *hoc poſſit in patientia tolerari*, etenim in patientia toleratur quod injuſtè, & non merenti fit, patientia enim voluntaria perpeſſio eſt mali, non meriti, atque ideo illis verbis oſtendit Pontifex malum aliquod hic tolerari. Quæ quidem gloſſarum ſententia vltra verba text. confirmatur ex eo, quia eiſdem ferè verbis vtitur text. *in cap requiſiuit, infrà hoc tit.* quinimò & plura habet text. *in præſenti*, ad permiſſionem ſignificandam: ſed nemo negat *in d. cap. requiſiuit*, permitti peccatum ad euitandum majus: ergo idem dicendum eſt *in hoc text.* Accedit etiam *cap. cùm iam dudum, ad fin. de præbend.* vbi gloſſ. vlt. & DD. notant tolerari in patientia, quod non jure fit.

Nec difficultatem tollunt DD. *prædictis locis*, dum aiunt propter vulgi opinionem falsò exiſtimantis perjurium committere eos, qui recedunt à ſponſalibus juratis, ſummum Pont. *in hoc text.* adhibuiſſe verbum *tolerantiæ:* etenim contra eos aduerto quod vel illa vulgi opinio tanquam vana contemni poterat, & potiùs oportebat errorem explicare, & tunc ineptè Pontifex adhiberet verba permiſſionis; aut illa vulgi opinio non poterat jure contemni, & jam datur hic vera permiſſio alicuius mali. Rurſus confunditur DD. reſponſio eo argumento, quod text. ille, quatenus lex eſt, non præſentem tunc temporis opinionem vulgi, & cauſam particularem definivit, ſed futuris ſponſalibus legem præſcribit: ergo quamvis vulgi opinio deficiat, oſtendit Pontifex non eſſe licitum in poſterum à ſponſalibus mutuo juramento confirmatis ſine cauſa recedere. Præterea ſic arguitur: ſi lex ad evitandum ſcandalum puſillorum credentium non licere ab eo juramento recedere, jubet illud ſervari, ut DD. volunt, jam & ratione præcepti Eccleſiæ id juſtè mendantis, & ratione ſcandali vitandi peccatum committit, ſiquidem & ſcandalum paſſivum puſillorum in iis, quæ non ſunt de neceſſitate ſalutis, ex præcepto vitari debet, *c.* 2. *de novi oper. nuntiat.* D. Thom. 2. 2. *q.* 43. *art.* 7. D. Anton. *p.* 2. *tit.* 7. *c.* 4. Covar. *in cap. quamvis pactum, p.* 1. *in princ. n.* 4. Navar. *in man. c.* 14. *n.* 30. Accedit quod hic text. nihil aliud conſiderat quàm fidem, & juramentum: ergo non agit de vitando ſcandalo, & vulgi opinione tunc exigente, ſed de vitanda occaſione in poſterum: quamobrem ſi verba legum propriè accipienda ſunt, concedendum eſt *in hoc text.* conſtitutum eſſe eos, qui mutuo juramento ſponſalia contraxerunt, non poſſe ſine culpa recedere mutata voluntate propter juramenti religionem, & reververentiam.

Quare dicendum puto, *in hoc text.* permiſſionem contineri, non quatenus juramentum ibi ex ſua vi obliget, ſed quatenus violatur lex humana jubens ſervari juramentum, quod ſine diſpendio ſpirituali ſervari poteſt, licèt de ſe non obliget ad conſervandam Religionem ipſius, in hoc enim text. præceptum ad futura continetur de ſervando tali juramento, & permiſſio conceditur faciendi, ſi contrahentes nolint ſe admittere, ne deterius contingat, quo pacto rectè ſenſit gloſſ. *in præſenti.* Summi namque Pontifices tantùm detulerunt jurisjurandi religioni, ne aut veniret in contemptum, aut perjuriis daretur occaſio, ut ſtatuerint ſervandum eſſe omne juramentum, quod ſine diſpendio ſalutis ſpiritualis ſervari poteſt; quamvis de ſe aliàs non obliget, conſtat hoc ex *cap. commiſſum, hoc tit.* & manifeſtè ex *c. cùm contingat*, *de jurejur.* dum juramentum mulieris, quod ex vi ſua non obligabat, ſervari jubet, idque euidentius apparet ex illis verbis, *non vi, aut dolo*; nam ſi juramentum illud obligaret de ſe, planè jus non tolleret obligationem, juxta *cap. ſi verò, illo tit. de iureiur.* Cùm ergo jubeat ſervari juramentum non vi, nec dolo præſtitum, ne periuriis detur occaſio, ſequitur quod non ex vi ipſius juramenti, ſed ex præcepto Eccleſiæ ad conſeruandam ejus religionem ſit adimplendum: idem colligitur ex *cap. quamvis pactum*, *de pactis lib.* 6. *& ex cap. verum*, §. *cæterùm*, *& ex cap. debitores*, *de iureiur.* Nec refert quod juramentum factum parti ab ea remitti poteſt, etenim in aliis juramentis, quæ ab vno tantùm fiunt, & alteri acquiruntur, id planum eſt: cæterùm in juramentis mutuis viciſſim factis, præſertim de Matrimonio contrahendo, non adeo manifeſtum apparet ex utriuſque remiſſione obligationem diſſolui, cùm ad id ſe partes videantur obligare, ne ſine cauſa recedant; poteratque vulgus, & non omninò imperiti exiſtimare contra juramentum facere eos, qui ſic receſſerint, & ideo non obſtante mutuo diſſenſu jubentur hoc juramentum ſeruare. Accedit quod in eo materia ipſa publicam utilitatem continet, juxta *l.* 1. *ff. ſoluto matrim.* & interim dum ſponſi de religione non cogitant, meritò jubentur juramentum ſervare. Nec me movet exemplum ſocietatis *in hoc text.* adductum, ſiquidem non agit Pontifex de Societate ſimplici, ſed de illa, quæ interpoſita fide, id eſt juramento, contracta fuit, quemadmodum enim in principio fides juramentum ſignificat, ſic etiam in fine, & in hac jurata ſocietate eadem ratione affirmandum eſt, quod niſi cauſa

aliqua

aliqua urgens ſuperveniat, non poterunt ſocii recedere.

6 Amplia principalem textus concluſionem procedere in ſponſalibus juratis certæ alicui perſonæ, etiam intuitu Dei, hoc eſt, propter ejus amorem & eleemoſynam pauperi faciendam; nam tunc per hujuſmodi perſonæ, cujus intererat, remiſſionem, etiamſi utrimque jurata ſunt, mutuo quoque diſſenſu diſſolvuntur. Vide Covar. *in cap. quamvis pactum, de pactis, lib. 6. p. 1. §. 3. num. 1. & 4. & de ſponſalib. p. 1. cap. 5. in initio, num.* 1. Navar. *in man. cap.* 22. *num.* 25. Brunel. *d. concl.* 9. *num.* 1. *&* 2. *& concl.* 16. *num.* 11. Fr. Emman. *in ſum. tom.* 1. *cap.* 245. *num.* 10. Lancel. *Inſtit. Iuris Canon. lib.* 2. *tit. de ſponſalib. verbo liberent.* Petr. Gregor. *ſyntagm. Iuris p.* 2. *lib.* 8. *cap.* 2. *num.* 8. Matienſ. *in rubr. tit.* 1. *gloſſ.* 1. *num.* 45. *lib.* 5. *nova recop.* Menoch. *de arbitr. caſu* 103. *num.* 2. Henriq. *in ſum. lib.* 11. *de Matrim. cap.* 14. §. 6. Vivald. *in candelabro aureo, p.* 1. *de ſponſalib. cap.* 5. *num.* 11. Sanch. *d. diſp.* 52. *num.* 6. *&* 7. Gutier. *d. cap.* 24. *num.* 1. *verſ. quod.* Rebello *d. quæſt.* 8. *ſect.* 1. *num.* 3. Ægid. de Coninch *d. diſput.* 23. *dub.* 1.
7 *num.* 2. ubi cum Leon. Leſſio intelligit modò libera utrimque ſit remiſſio; ſi enim una pars alteram metu, vel dolo ad remittendum induceret, maneret nihilominus in conſcientia obligata, ſecus ſi rationibus, vel precibus non nimium importunis alteram ad remittendum induceret.

8 *Vt præſtitam fidem obſervent.*] Quia ſponſalia obligant ſub culpa lethali. Petr. Sor. *lect.* 18. *de matrim. §. quoad primum,* Covar. *de ſponſalib. p.* 1. *cap.* 4. *in initio, num.* 2. Sarm. *ſelect. lib.* 1. *cap.* 5. *n.* 5. Fr. Emman. *d. tom.* 1. *cap.* 244. *num.* 1. Beja *reſponſ. caſuum conſcientiæ part.* 1. *caſu* 18. Vega *in ſum. lib.* 6. *caſu* 105. Brunel. *d. concl.* 16. *num.* 9. Petr. de Ledeſma *de matrim. quæſt.* 48. *art.* 1. *dub.* 1. Vivald. *d. part.* 1. *de ſponſal. cap.* 4. *num.* 23. Perez *l.* 1. *verſ. contrarium tamen, tit.* 1. *lib.* 5. *Ordinam.* Anaſtaſ. Germon. *de ſacrorum immunit. lib.* 3. *cap.* 21. *n.* 86. *&* 87. Gutier. *de juram. confirm. p.* 1. *cap.* 51. *num.* 5. Henriq. *d. lib.* 11. *cap.* 13. *num.* 2. Matienz. *in rubr. tit.* 1. *gloſſ.* 1. *num.* 43. *lib.* 5. *nova recopil.* ubi Azeved. *l.* 1. *n.* 1. Sanch. *de matrim. lib.* 1. *diſp.* 27.

9 *Et poſteà eandem ſibi remittunt.*] Ergo juramentum à parte parti remitti poteſt, ad quod jam citavi Doctores *ad cap.* 1. *in princ. ſupr. de jurejur.*

10 *Commonendi ſunt, & omnibus modis,* &c. Intellige prout dixi *ad cap. ex literis* 2. *infr. hoc tit.*

SVMMARIVM.

1 *Iuvenis qui duxit in uxorem minorem ſeptennio, & eam traduxit ad domum, oritur ex tali contractu publicæ honeſtatis juſtitia.*
2 *Affinitas non oritur abſque ſeminis emiſſione.*
3 *Declaratur text. in præſenti.*
4 *Impedimentum publicæ honeſtatis ex ſponſalibus ante ſeptennium initis ideo in præſenti oritur, quia apparet contrahentes eſſe proximos ſeptennio, & conſenſiſſe mutua cohabitatione cum nixu ad copulam.*
5 *Pars tutior in dubio eſt ſequenda.*
6 *Amplia non ſolùm in dubio facti, ſed etiam in dubio juris, quando ſcilicet dubitatur utrùm lex ſit ſtatuta, necne: intellige prout infrà.*
7 *Impedimentum publicæ honeſtatis per Concil. Trid. reſtrictum eſt ad primum gradum.*
8 *Delictum in dubio præſumitur in foro conſcientiæ, cùm agitur de ſalute animæ.*
9 *Sponſalia ante ſeptennium validè contrahuntur malitia ſupplente ætatem.*
10 *Intellige de matrimonio quando adeſt potentia generandi cum diſcretione.*
11 *Sponſa de futuro aliquando vocatur.*

Cap. Juvenis III.

Eugen. III.

JUvenis, qui duxit puellam, quæ non erat ſeptem annorum, ſi dubium eſt quod tentaverit id, quod explere non potuit, contraxit impedimentum publicæ honeſtatis, & non poteſt contrahere cum conſobrina, & ſi contrahat eſt ſeparandus, quia in dubiis debemus tenere quod certius exiſtimamus. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellarm. Joan. Andr. Hoſt. Anchar. Butr. Panorm. Præpoſ. Marian. Socin. Petr. Gregor. Alexand. de Nevo, Caniſ. Cujac. Ckned. *collect.* 19. Viv. *in ration. lib.* 4. *Iuris Pontif. pag.* 3. Alagona *in compend. Iuris Canon. pag.* 557. remiſſivè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 1. *Decret. lib.* 4. *tit.* 1. *cap.* 18. & eſt poſt Conc. Lateran. *p.* 12. *cap.* 18. 1

Quod complere non potuit.] Ergo copula imperfecta, id eſt, ſine ſeminis effuſione, ſufficit ad contrahendam affinitatem, nam conſtat ex hoc text. juvenem, qui puellam nondum ſeptennem duxit, & forſan tentavit conſummare, nec potuit, non poſſe permanere in matrimonio poſtmodùm cum conſobrina ejus contracto, & ideo hanc ſententiam ſolus ſequitur Mich. Medina *lib.* 5. *de ſacrorum hominum continent. cap.* 76. At citra dubium eſt tenendum, ex ſola vaſis fœminei penetratione abſque ſeminis emiſſione minimè oriri affinitatem, prout tenent Navarr. *in man. c.* 22. *n.* 42. Alphonſ. à Verac. *in ſpeculo conjug. p.* 1. *art.* 47. Stephan. de Gaëta *in repet. cap. ad limina* 30. *quæſt.* 1. §. 4. *num.* 515. & plures citati à Cened. *ad Decretal. collect.* 19. *num.* 1. quibus adde Azeved. *l.* 7. *num.* 17. *tit.* 20. *lib.* 8. *nova recop.* Sanch. *de matrim. lib.* 7. *diſp.* 64. *num.* 8. ubi plures refert, & *n.* 19. reſpondet cum Sot. *in* 4. *diſt.* 41. *quæſt. unic. art.* 2. *col.* 3. *verſ. ex quo fit, & verſ. quod ſi objicias,* impedimentum dirimens non eſſe inductum in hoc text. propter nixum ad copulam, quaſi ex illo oriatur affinitas, ſed propter publicam honeſtatem ex ſponſalibus de futuro, quæ ibi præceſſerant, ortam; & ideo dicitur in hoc text. propter honeſtatem Eccleſiæ id impedimentum eſſe. Nec obſtat, quod ex ſponſalibus contractis ante ſeptennium non oritur publica honeſtas, ex eo quod ſponſalia ante ſeptennium nulla ſint: reſpondetur enim ideo ex ſponſalibus ante ſeptennium initis oriri in præſenti publicæ honeſtatis impedimentum, quia apparet contrahentes eſſe proximos ſeptennio, & conſenſiſſe mutua habitatione cum nixu ad copulam, quo caſu oriri publicam honeſtatem reſolvit Baſil. Pont. *de impedim. matrim. cap.* 18. §. 2. *verſ. ſequitur* 4. 2 3 4

Quod certius exiſtimamus, &c.] Notatur ad hoc, quod in dubiis tutior pars eſt ſequenda, ut per Cov. *in cap. alma mater, part.* 1. §. 2. *num.* 5. *caſu* 1. *& de ſponſalib. part.* 1. *cap.* 4. §. 1. *num.* 9. Fr. Emman. *in ſum. tom.* 2. *cap.* 51. *n.* 6. *concluſ.* 4. Ugolin. *de cenſuris, tab.* 1. *cap.* 14. *in princ. num.* 14. Sayr. *eod. tract. lib.* 1. *cap.* 16. *num.* 30. *& lib.* 6. *cap.* 2. *num.* 16. *& in clavi Regia, lib.* 1. *cap.* 13. *n.* 9. *&* 36. Flores de Mena *var. quæſt. lib.* 1. *quæſt.* 9. *n.* 18. Azor. *inſtit. moral. p.* 1. *lib.* 2. *cap.* 18. *quæſt.* 4. *& cap.* 19. *quæſt.* 10. *& lib.* 11. *cap.* 15. *quæſt.* 2. Baſil. Pont. *de impedimentis matrimonii, cap.* 26. §. 2. Sanch. *de matrim. lib.* 2. *diſp.* 41. *n.* 9. *& in præcepta Decalogi, tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 10. *&* 50. Vaſquez 1. 2. *quæſt.* 19. *art.* 6. *diſp.* 65. *cap.* 3. *& diſput.* 66. *cap.* 1. ubi expreſsè reſolvit non 5

tantùm

6 tantùm in dubio facti, nempe quando dubitatur an res aliqua ſit in ſe licita, aut illicita, ſed etiam in dubio juris, ut quando dubitatur an lex ſit ſtatuta, necne, eſſe ſemper tutiorem partem ſequendam. P. Salas 1.2. *quæſt.*21. *ſect.*8. *diſp. unic. ſect.*17. *num.*52. dicit etiam in dubio juris loquendo per ſe, & regulariter tutiorem partem eſſe neceſſariò eligendam: & *num.* 154. limitat, niſi per accidens cauſa vitandi magnum incommodum, tunc enim ait licere partem minùs tutam eligi. Vide *in tract. de Axiom. Iuris uſufrequent. Axiom.*77. *num.*2.

7 *Tum propter honeſtatem Eccleſiæ.*] Hodie per Concil. Trid. *ſeſſ.*24. *de reform. Matrim. cap.*3. hoc impedimentum publicæ honeſtatis reſtrictum eſt ad primum gradum, & ita declaravit Pius V. *Motu proprio*, *incip. Ad Romanum ſpectat*, *de anno* 1568. prout referunt Nav. *in man. cap.* 22. *num.*56. Sanch. *d. lib.*7. *diſp.*7. *num.*5. Rebell. *de obligat. juſtit. part.*2. *lib.*4. *in appendice*, *num.* 98. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib.*31. *n.*128. Ægid. de Coninch *de Sacram. & cenſur. tom.*2. *diſp.*32. *dub.*5. *num.*70. *concluſ.*3. Ego ipſe *de offic. & poteſt. Epiſcopi*, *p.* 3. *alleg.*51. *num.* 128. ubi *numeris ſeqq.* quando impedimentum hoc publicæ honeſtatis ex ſponſalibus oriatur.

8 *Tum propter prædictam dubitationem.*] Ergo delictum in dubio præſumitur in foro conſcientiæ, cùm de ſalute animæ agitur, ut per Menoch. *de præſumpt. lib.*5. *præſ.*2. *num.*50. Franc. Molin. *de ritu nupt. lib.*1. *compar.*5. *num.*12.

9 In gloſſ. *Dubia*, ibi, *ſive quia malitia ſupplebat ætatem quoad ſponſalia.* Notatur ad hoc, quod malitia ſupplente ætatem, validè contrahuntur ſponſalia ante ſeptennium, ut per Anton. Cuchum *lib.*9. *inſtit. major. tit.*10. *n.*11. Vivald. *d. tit. de ſponſalib. num.*14. Vegam *lib.*6. *ſum. caſu* 101. Covar. *de ſponſalib. part.*1. *cap.*2. *n.*1. Petr. de Ledeſma *de Matrim. quæſt.*43. *art.*2. *dub.*2. Fr. Ludovic. Lopez *p.*1. *inſtruct. conſcient. tit. de Matrim. cap.*57. Perez *l.*1. *gloſſ.*1. *verſ. ſecunda opinio*, *tit.*1. *lib.*5. *Ordinam. pag.*6. Henriq. *in ſum. lib.*11. *cap.*13. *num.*9. Hurtado *de Matrim. diſput.*1. *diffic.*14. Gutier. *in auth. Sacramenta puberum*, *C. ſi adverſus vendit. num.*5. *& in tract. de Matrim. cap.*2. *num.*10. Sanch. *lib.*1. *diſput.*16. *num.* 9. Ex antiquioribus eandem ſententiam, quod ſcilicet infans ante ſeptennium, quia ita præcox natura ſit, ut plus ſapere videatur, quàm alii ſeptennes, ſponſalia valida contrahat, tenet S. Thom. *in* 4. *diſt.*27. *quæſt.*2. *art.*2. *ad* 7. *& ibid.* Sotus, Ledeſma 2. 4. *q.*45. *art.*2. qui aſſerunt ab omnibus receptum, S. Antonin. *p.*3. *tit.*1. *cap.*18. Armil. *verbo Sponſalia*, §.8. Pro qua ſententia hoc potiſſimum adducitur argumentum, quod quemadmodum ad ſponſalia ætas ſeptem annorum conſtituta eſt, ſic ad Matrimonium quatuordecim in maſculis, & duodecim in fœminis requiritur, ut probat *l. quæſitum*, *ff. de ſponſal. l. minorem* 4. *ff. de ritu nupt. cap. continebatur*, *de deſponſ. impub.* ſed in Matrimonio malitia ætatem ſupplet, text. *in præſenti*, *& in cap. de illis* 9. *de deſponſat. impub. & in cap. unic.* §.5. *eod. tit. lib.* 6. ergo idem in ſponſalibus recipiendum eſt. Accedit quod ideo ætas ſeptem annorum diffinita eſt, quia in ea jam ſapere incipiunt infantes, ſed hoc non contingit in omnibus eodem modo, & tempore, ut docet ex Ariſtot. & multis aliis Tiraquel. *l.*6. *connub. à num.* 36. ergo ſi appareat in aliquo ante illud tempus rationis uſus, ſponſalia valerent. Rurſus quod parum diſtat, diſtare nihil videtur, ut ex Philoſopho dicit S. Thom. *ubi ſuprà.* Poſtremò pro eadem ſententia expenditur Jureconſult. *in l. in ſponſalib.* 14. *ff. hoc tit.* dum habet non eſſe in eis certam ætatem conſtitutam, quaſi velit magis ex vi naturæ, quàm ex lege id definiendum eſſe, ſed ſecundùm naturam ſponſalia non ex annis, ſed ex prudentia, & aptitudine judicantur, ut patet: ergo non oportet ſeptennium expectare.

Contrariam tamen ſententiam, quod nullo pacto valeant ſponſalia ante completum ſeptennium, etiamſi malitia ætatem ſuppleat, probavit Panorm. *hic*, *n.*2. & in eam magis inclinat Anchar. *in præſenti*, Richard. *in* 4. *diſt.*27. *quæſt.*2. *art.*1. Argent. *ibid. art.*4. Durand. *quæſt.*3. *art.*2. Pro qua facit, quia ubi lex certum tempus requirit etiam ad judicandam prudentiam alicujus, non poteſt vel per diem præveniri, ut probat *l. qua ætate*, *ff. de teſtam. l. anniculus* 134. *ff. de verb. ſignific.* notat Abb. *in cap. atteſtationes*, *de deſponſat. imp.* multa Tiraquel. *de retract. tit.*1. §.1. *gloſſ.*11. *n.*17. Sed in ſponſalibus ſeptem anni requiruntur: ergo non licet eos prævenire. Secundò ratio, & finis à lege prætenſus non eſt in præcepto legis, ſed ſolum medium, atque ideò quamvis ipſa deficiat in caſu particulari, lex non ceſſabit, *l. proſpexit*, *ff. qui*, *& à quibus*, *Clem. ad noſtram*, *de hæret.* S. Thom. 1. 2. *quæſt.*100. *art.*9. Sot. *de juſtit. lib.*2. *quæſt.*4. *art.*4. Covar. *in cap. cùm eſſes*, *n.*9. *de teſtam. & lib.*4. *var. cap.*20. *num.*11. ergo licèt in aliquo caſu contingat ut aliquis infans uſum rationis habere videatur ante ſeptennium, non ideo minus lex ſervanda eſt. Tertiò obligatio in ſponſalibus ſimilis eſt aliis contractibus, ſed in aliis leges nolunt ut infantes ante ſeptennium, nec poſt, niſi proximi pubertati ſint, obligentur, *l. pupillus*, & *ibi* gloſ. *ff. de regulis juris*, gloſ. *in l.*1. *de donation.* gloſſ. *in* §. *pupillus*, *Inſtit. de inutilib.* ergo nec in ſponſalibus dabitur obligatio ante ſeptennium. Poſtremò colligitur hæc ſententia manifeſtè ex *cap. literas*, *cum ſeq. de deſponſat. impub.* quo loco Pontifex in ardua & periculoſa quæſtione rogatus ait, quod ſi is, qui cum infante contraxerat ante ſeptennium, matrem duxerit, valebit Matrimonium, quia ſponſalia non valuerunt, nec præſtiterunt impedimentum publicæ honeſtatis: & non curat ibi Pontifex, an malitia puellæ infantis ætatem ſuppleret, quod omittere non poterit, ſi id ad rem aliquid faceret, aliàs circumveniret partes, ſicut non omiſit in hoc text. Pontifex etiam expendi leges Pontificias, quæ ſimpliciter & abſolutè aiunt non valere ſponſalia ante completum ſeptennium, ut *in toto tit. de deſponſat. impub. & in cap. unic. eod. tit. in* 6.

Nec obſtant communis ſententiæ argumenta, ad primum enim neganda eſt ſimilitudo inter Matrimonium, & ſponſalia; in Matrimonio enim expreſſum eſt à lege, ut malitia ætatem ſuppleat, in ſponſalibus contrà. Rurſus in iis, qui pubertati ſunt proximi evidentiùs apparet, an ad Matrimonium apti ſint, in infantibus non ita. Præterea Matrimonium gravis eſt res, & non oportebat aliàs naturali jure validum à ſcientibus, & potentibus factum limitatione temporis infirmari, & ideo aptitudinem ad Matrimonium ſecundùm naturam judicari leges voluerunt; in ſponſalibus verò contrarium reperitur. Ad ſecundum reſpondetur dari in aliquo infante uſum rationis, nihil aliud eſſe quàm ceſſare rationem legis in caſu particulari, quæ non ideo ceſſat, ut dictum eſt. Ad tertium quod in his, quæ certum tempus à lege habent, non dicitur parum diſtare, quod vel per diem diſtat, ut probat text. *in d. l. qua ætate*, quia oportet legi ſatisfacere. Ad ultimum reſpondetur *d. l. in ſponſalib.* potiùs contra communem facere, ſiquidem licèt tempore, quo Jureconſultus ibi reſpondit, non eſſe lege aliqua taxatum tempus ad ſponſalia, id verum eſſet, poſtquam tamen ejus reſponſum auctoritate Imperatoris vim legis accepit, ideo lege civili cautum rectè dicimus ſponſalia ante ſeptennium contrahi non poſſe, quod leges Canonicæ paſſim habent. Deinde reſp.

Jure

Jureconſultum ibi agere de lege ſponſali, quæ nondum erat, attamen ex legibus generalibus, quæ decreverunt pupillum obligari non poſſe, etiam hæc quæſtio de ſponſalibus dirimebatur, & ſecundùm has leges reſpondet ante ſeptennium ſponſalia non valere. Circa hunc text. plures intellectus refert ingenioſè Baſil. Pont. *in ſuo noviſſimo tract. de Sacram. Matrim. lib. 2. cap. 12. num. 7. cum multis ſeqq.*

Malitia quando dicatur ſupplere ætatem, & alia circa hanc materiam utiliſſima, latè dixi *in collect. ad cap. de illis, il 2. in fine, & ad cap. ultim. ſub num. 3. de deſponſat. impuber.*

10 In ead. gloſſ. ibi, *Sicut ſupplet malitia quoad Matrimonium*, intellige quando adeſt potentia generandi cum diſcretione, ut per Aloyſ. Ricc. *in deciſionibus Curiæ Archiep. Neapol. deciſ. 20. p. 1.*

11 In gloſſ. *Conjux*, ibi, *id eſt, ſponſa.* In jure enim ſponſa de futuro aliquando vocatur uxor, Sanch. *de Matrim. lib. 1. diſp. 1. n. 1.* Gutier. *eod. tract. cap. 1. n. 6.* Quandoque verò uxoris appellatione etiam in ſtatutis venit ſponſa de præſenti, ut per Franc. Molin. *de ritu nupt. lib. 3. q. 6. n. 44.* ubi *n. 47.* reſolvit quod uxoris appellatione in favorabilibus ſponſa de præſenti continetur, vide quæ dixi *in tract. de appellativa verborum utriuſque juris ſignif. verbo Vxor, appell...*

SVMMARIVM.

1 *Impedimentum publicæ honeſtatis oritur ex ſponſalibus contractis cum conſanguinea.*

2 *Impedimentum publicæ honeſtatis etiam ex nullis ſponſalibus oritur.*

3 *Impedimentum ex ſponſalibus irritis deſcendens extendebatur uſque ad quartum gradum.*

4 *Hodie attento jure noviſſimo Concil. Trident. id impedimentum non excedit primum gradum conſanguinitatis, ſive in linea tranſverſa, ſive in recta.*

5 *Impedimentum publicæ honeſtatis attento jure noviſſimo Concil. Trid. oritur ex ſponſalibus validis, non verò ex illis, quæ fuerunt invalida.*

6 *Matrimonium putativum publicam honeſtatem producit.*

7 *Impoſſibile eſt quod contra bonos mores ſit.*

8 *Sponſalia ſunt promiſſio futurarum nuptiarum.*

Cap. Ad audientiam IV.

Alex. III.

1 IMpedimentum publicæ honeſtatis oritur ex ſponſalibus contractis inter conſanguineos, quamvis nulla ſint, ita ut mortuo ſponſo non poſſit mulier accipere fratrem ſponſi mortui, etiamſi interceſſerit juramentum. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Joan. Andr. Hoſt. Anchar. Butr. Panorm. Præpoſ. Mar. Socin. Petr. Greg. Alex. de Nevo, Caniſ. Cujac. Viv. *in ration. lib. 4. Iuris Pontif. pag. 4.* Alagona *in compend. jur. Canon. pag. 557.* remiſſivè Ximen. *in concord. p. 2.* refertur ab Ant. Auguſt. *collect. 1. Decretal. lib. 4. tit. 1. cap. 1.*

2 Collige ex text. publicæ honeſtatis impedimentum etiam ex nullis ſponſalibus oriri, ut per Covar. *de ſponſal. p. 2. c. 6. §. 2. in princ.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 31. num. 126.* & alios, quos refert Sanch. *de*

3 *Matrim. lib. 7. diſp. 68. n. 9.* ubi etiam cum aliis reſolvit impedimentum ex ſponſalibus irritis deſcendens extendi quoque ad quartum uſque gradum, neque in hoc text. ſummum Pontif. aliquid diſponere de gradu in quo ſponſalia irrita producunt hoc impedimentum, ſed ad caſum ſpecialem in quo conſultus fuit, reſpondet latè de hoc impedimento publicæ honeſtatis Baſil. Pont. *de impedimentis Matrim. cap. 18. §. 2.* ubi *in verſ. Igitur primum*, aſſerit olim attento jure communi ex ſponſalibus certis & abſolutis, etiamſi nulla eſſent, dummodo non eſſent invalida ex defectu conſenſus, oriri impedimenta ad dirimenda ſequentia tam ſponſalia, quàm Matrimonia, non tamen ad præcedentia. At verò jure noviſſimo Concil. Trid. *ſeſſ. 24. de reform. Matrim. cap. 3.* limitatur ſolummodo ad primum gradum, & cùm indiſtinctè loquatur, intelligi debet ut 4
id impedimentum non excedat primum gradum conſanguinitatis, ſive in linea tranverſa, ſive in recta. Quare iniens ſponſalia non poteſt validum Matrimonium contrahere cum patre, matre, fratribus, ſororibus, vel filiis ſponſi alterius, vel ſponſæ; at poteſt cum conſanguineis, ſive aſcendentibus, ſive deſcendentibus, ſive collateralibus. Vide Sanch. *lib. 7. diſp. 68. n. 10.* Gutier. *de Matrim. c. 105.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 31. c. 18. à n. 126.* Ægid. Coninch. *de Sacram. tom. 2. diſp. 32. à n. 58.* Rebel. *de obligat. juſtit. p. 2. lib. 3. q. 14.* & præterea ſtatuit idem Conc. *d. cap. 3.* ut tantùm 5
oriatur ex ſponſalibus validis, non verò ex his, quæ fuerint invalida, quamvis ratione id acciderit; unde non oriri ex ſponſalibus contractis inter illos, inter quos non poteſt valere Matrimonium ratione alicujus impedimenti, nec ex ſponſalibus celebratis poſt priora ſponſalia, nec ex conditionatis ante adventum conditionis, tenet idem Baſil. Pont. *loco proximè citato*, & ego ipſe pluribus ad id relatis Doctoribus *de offic. & poteſt. Epiſc. p. 3. alleg. 51. n. 283. cum ſeqq. uſque ad n. 188.*

Eam habere caſu aliquo, &c.] Notatur ad hoc, quod 6
Matrimonium putativum publicam honeſtatem producit, ut per Tiraq. *de jure mariti, gloſſ. 8. n. 269.*

In gloſſ. *Habere non poteſt*, ibi, *ſed impoſſibile id* 7
quod contra bonos mores eſt. Vide Perez *l. 1. gloſſ. 3. pag. 144. col. 1. tit. 2. lib. 5. Ordinam.*

In ead. gloſſ. ibi, *Quæ ſunt promiſſio futurarum* 8
nuptiarum. Vide Sanch. *de Matrim. lib. 1. diſp. 1. num. 7.* Franc. Molin. *de ritu nupt. lib. 1. cap. 14. n. 13. & 14.* Rota *deciſ... num. 8.* apud Farin. *p. 1. recent.* Franc. Leo *in theſauro fori Eccleſ. 2. part. cap. 9. n. 15.*

SUMMARIUM.

1 *Sponſus de futuro ſi ante copulam ad remota ſe transfert, ſponſa liberè cum alio contrahere poteſt; ſi tamen per eam ſtetit quominus Matrimonium perficeretur, ſibi pœnitentia imponitur.*

2 *Sponſa per verba de futuro non tenetur ſequi ſponſum ſuum quocunque vadat.*

3 *Sponſalia diſſolvuntur ob ſponſi abſentiam in terram longinquam, quando de proximo nulla eſt ſpes reditus.*

4 *Vxor non tenetur ſequi per Orbem virum vagabundum, ſi tempore contracti Matrimonii ignorabat illum eſſe vagabundum.*

5 *Sponſo in longinquam ſe regionem transferente abſque ſponſæ licentia, poterit ſponſa derelicta alii nubere, & in hoc eſt correctum jus Civile per Canonicum.*

Cap. De illis V.

PRomittens præſtito juramento mulieri eam ducere 1
de futuro, ſi poſtea diſcedens ab ea terra ſe transfert ad aliam partē, poteſt mulier, ſi non præceſſit conſummatio, alteri nubere, ſed ſi per eam ſtetit quominus Matrimonium cōſummaretur, pœnitentiam de perjurio

agere deber. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Joan. Andr. Hoſt. Anchar. Butr. Panorm. Præpoſ. Marian. Socin. Petr. Gregor. Alex. de Nevo, Cened. *ad Decretal. collect.* 74. Cujac. Viv. *in ration. lib.* 4. *Iuris Pontif. pag.* 4. Alagona *in compend. Iuris Canon. pag.* 558. remiſſivè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Ant. Auguſt. *collect.* 1. *Decret. lib.* 2. *tit.* 1. *c.* 4. & eſt poſt Concil. Lateran. *p.* 6. *cap.* 12.

2 Hanc eandem concl. ex hoc text. deſumunt Cov. *de ſponſalib. p.* 1. *cap.* 5. *n.* 7. Navar. *in man. cap.* 22. *n.* 626. *verſ. quartò*, Verac. *in ſpeculo conjug. p.* 1. *art.* 21. *verſ. tertius quando*, Vivald. *in candelabro aureo, tit. de ſponſalib. ex num.* 38. Petr. Mozz. *de contract. tit. de ſponſalib. §. quomodo ſolvantur, ſeu annullentur ſponſalia, n.* 12. Menoch. *de arbitr. caſu* 445. *num.* 7. Hurtad. *in tract. de Matrim. diſp.* 2. *diffic.* 10.

Collige ex text. ſponſam per verba de futuro non teneri ſequi ſponſum ſuum quocunque vadat, ut per Tiraq. *de jure mariti, gloſſ.* 2. *num.* 24. Farin. *in praxi crimin. p.* 5. *quæſt.* 142. *num.* 167. Sanch. *de Matrim. lib.* 1. *diſp.* 54. *num. ult.*

3 *Dimittit terram ſe ad alias partes transferens.*] Ergo ſponſalia non diſſolvuntur ob quamcunque ſponſi abſentiam, ſed dum in terram longinquam ſe transfert: ita poſt multos à ſe citatos reſolvit Sanch. *d. diſp.* 54. *num.* 10. *& num.* 12. ſimiliter intelligit ubi de proximo ſponſi reditu minimè eſt ſpes, cùm transferre ſe aliquò diuturnitatem quandam importet: & *num.* 13. reſolvit quod quando ſponſus de licentia ſponſæ ſe in longinquum tranſtulit cum conventione de abſentiæ tempore, tantùm tenetur ſponſa eo tempore expectare, itaut alii nubere poſſit, ſi ſtatuto tempore ſponſus non venerit.

4 In gloſſ. *Transferentes*, ibi, *unde non tenetur ſequi ipſum vagabundum*, juncto ibi, *imò de uxore jam cognita.* Notatur ad hoc, quod uxor non tenetur ſequi per Orbem virum vagabundum, ut per Bernard. *reg.* 800. *limit.* 2. Farin. *d. quæſt.* 142. *n.* 269. Intellige ſi tempore contracti Matrimonii ignorabat maritum eſſe vagabundum, ſecus ſi ſciebat; quia tunc tenetur eum ſequi, ut per Palar. *in repet. cap. per veſtras, de donat. inter virum, in princ. §.* 9. *n.* 13. Covar. *de ſponſal. p.* 2. *cap.* 7. *in initio, num.* 5. Navar. *in man. cap.* 14. *num.* 20. Guillelm. Bened. *in cap. Raynutius, verbo cuidam Petro, n.* 89. *ſup. de teſtam.* Tiraq. *l.* 2. *connub. gl.* 1. *p.* 1. *n.* 39. Fr. Emman. *in ſum. p.* 1. *cap.* 2. *n.* 15. Perez *l.* 29. *tit.* 3. *lib.* 4. *Ordin.* Menoch. *de arbitr. caſu* 469. *n.* 4. 5. *&* 7. Azeved. *l.* 29. *in fin. tit.* 3. *lib.* 3. *novæ recop.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 31. *num.* 311. Gutier. *de Matrim. cap.* 23. Bonacin. *eod. tract. quæſt.* 4. *punct.* 6. *n.* 34. Sanch. *de Matrim. lib.* 1. *diſp.* 41. *n.* 5. Farin. *d. quæſt.* 142. *n.* 272. ubi *num.* 274. reſolvit quod in hoc caſu potius præſumitur ſcientia, quàm ignorantia.

5 In gloſſ. *Liberum*, ibi, *poſt tres annos, ſecundùm l.* 2. *C. de repud.* Unde hæc gloſſa in ea eſt ſententia ut tempus, quo tenetur ſponſa abſentem ſponſum expectare jure Civili præſcriptum (ſcilicet trium annorum, ſi in alia Provincia ſit ſponſus, *l.* 2. *C. de repud.* & duorum ſi in eadem, quando abeſt ex cauſa probabili & juſta, non tamen neceſſaria, *l.* 2. *C. de ſponſal.* denique expectandus donec ceſſet impedimentum, ſi abfuerit ex cauſa neceſſaria, ut ob parentum obitum, morbum, &c. *l. ſæpè, ff. hoc tit.* quæ jura ita conciliat Sanchez *d. diſp.* 54. *n.* 4.) ſervandum ſit, itaut in hoc jus Canonicum minimè Civile correxerit. Ita tenent *in præſenti* Hoſt. *verbo liberum*, Joan. Andr. *n.* 6. Butr. *n.* 4. Anchar. *n.* 2. Gregor. Lop. *l.* 8. *verbo faſta, tit.* 1. *p.* 4. Menoch. *de arbitr. caſu* 454. *n.* 7. Matienſ. *rubr. tit.* 1. *gloſſ.* 1. *n.* 48. *lib.* 5. *novæ recop.* noviſſimè Baſil. Pont. *in tract. de Matrim. lib.* 12. *cap.* 15. *n.* 4. Sylveſt. Roſel. Ant. Cuch. D. Ant. & alii, quos refert, licèt non ſequatur, Sanch. *d. diſp.* 54. *n.* 5. Verùm probabilior ſententia ait correctum eſſe jus Civile per Canonicum, & ita ſponſo in longinquam ſe regionem transferenti non obtenta ſponſæ licentia, liberum eſſe huic relictæ alii nubere; ita tenent *in præſenti* Card. Zabar. *verſ. quæro*; Alex. de Nevo *n.* 15. Præpoſ. *n.* 5. Cov. *de ſponſal. p.* 2. *c.* 5. *in initio, n.* 7. Fr. Emman. *in ſum. tom.* 1. *cap.* 245. *n.* 4. plures quos refert, & ſequitur Sanch. *d. diſp.* 54. *n.* 6. Gutier. *de Matrim. cap.* 31. *n.* 3. Valer. Regin. *in praxi fori pœnit. lib.* 31. *n.* 261. *verſ. octavò*, Bonac. *de Matrim. q.* 2. *punct.* 6. *n.* 8.

In ead. gloſſ. ibi, *Pro iſtis, & ſimilibus dantur tales verſus.* Illos referunt Rebuff. *in praxi, tit. de diſpenſ. in gradu prohibito, gloſſ.* 5. *n.* 33. Petr. Mozz. *in d. §. quomodo ſolvantur, ſeu annullentur ſponſalia, in princ.* Perez *l.* 1. *verſ. quæro inſuper, tit.* 1. *lib.* 5. *Ordin. pag.* 7.

SUMMARIUM.

1 *Matrimonii contractum non omnis violentia impedit.*
2 *Vis duplex eſt, alia abſoluta, alia conditionalis, remiſſivè.*
3 *Vis etiam duplex, alia præciſa, alia cauſativa.*
4 *Metus duplex eſt, alius cadens in virum conſtantem, alius in virum non conſtantem.*
5 *Metus alius dicitur gravis, alius levis, remiſſivè.*

Cap. De muliere VI.

Matrimonii contractum non omnis vis annullat, 1
poſt quam ſi ſequitur conſenſus, valet. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Joan. Andr. Hoſt. Anchar. Butr. Panorm. Præpoſ. Marian. Socin. Petr. Greg. Alex. de Nevo, Caniſ. Cujac. Viv. *in ration. lib.* 3. *Iuris Pontif. pag.* 5. Alagona *in compend. Iuris Canon. pag.* 557. remiſſivè Ximen. *in concord. p.* 2. refertur ab Ant. Auguſt. *collect.* 1. *Decret. lib.* 4. *tit.* 1. *cap.* 5. & eſt poſt Concil. Lateran. *p.* 6. *c.* 19.

Cum inter vim, & vim ſit differentia.] De duplici vi, 2
abſoluta ſcilicet, & conditionali, agit Sanch. *de Matrim. lib.* 3. *diſp.* 1. *n.* 1. Et de vi præciſa, & vi cauſativa 3
benè Franc. Molin. *de ritu nupt. lib.* 3. *q.* 98. *à n.* 3. Et de 4
duplici metu, uno cadente in virum conſtantem, altero in virum inconſtantem, agit idem Franc. Molin. *lib.* 1. *c.* 3. *n.* 38. *cum ſeq.* Sanch. *d. diſp.* 1. *à n.* 8. ubi *n.* 10. *cum ſeqq.* refert, & explicat quinque conditiones requiſitas ad hoc ut metus cadat in conſtantem virum. Et quis cenſeri debeat gravis & levis metus, optimè 5
differit Baſil. Pont. *de impedimentis Matrim. cap.* 29. *§.* 6. Et vide quæ dixi *ad cap. veniens* 15. *infr. hoc tit.*

SUMMARIUM.

1 *Matrimonium, ſeu ſponſalia contrahentes per verba obſcura communem verborum intellectum ſequi tenentur.*
2 *Vſus communis loquendi attendendus, & obſervandus eſt in Matrimoniis contrahendis in dubio ad explicandum quem valorem habeant verba prolata.*
3 *Vſus communis utendi, & loquendi inſpicitur.*
4 *Appellatio vulgaris pro lege habetur.*
5 *Verborum communis ſenſus, qualitas, & conditio perſonarum attendenda eſt.*
6 *Verba ſecundum communem uſum loquendi ſunt intelligenda.*
7 *Dictiones interpretandæ ſunt juxta eum ſenſum qui vulgari*

vulgari & communi uſu,ac legum provinciæ ſignificatione eſt receptus.

8 *Conſenſus contrahentium ſufficit quod explicetur ab altero alteri per interpretem.*

9 *Verba interpretanda ſunt ſecundum propriam ſignificationem.*

10 *Verborum tenor ſemper eſt attendendus.*

11 *Verba ſecundùm ſimilitudinem ſunt intelligenda, quando de mente non conſtat.*

12 *Confeſſio partis ambigua ut juvet alteri parti,debet peti per eam declarari.*

Cap. Ex Literis j. VII.

1 SPonſalia , ſeu matrimonium quando duo contrahunt, itaut alter non intelligat quod alter proponit,tunc judex prius videat ſi contrahentes Matrimonium ſint idonei ſcientia,& ætate, deinde recurrat ad communem intelligentiam illorum verborum, & cogat utrumque ſervare verba ſecundùm ſenſum communem rectè intelligentium. Colligunt ex Ordin. Abb.antiq.Innoc. Collect.Zabar.Bellam. Joan.Andr. Hoſt. Butr. Anchar. Panorm.Præpoſ. Marian. Socin. Petr.Gregor.Alexand.de Nevo, Caniſ. Cujac. Viv. *in ration. lib.4.juris Pontif.pag.6.* Alagona *in compend. iuris Canon.pag.558.*remiſſivè Caſal.*in annot.* & Ximen. *in concord. p.1.&* 2. refertur ab Anton.Aug. *collect.1. Decret. lib.4. tit. 1. c.6.* & eſt poſt Concil. Lateran. *p.4. c.3.*

2 *Ad communem verbi intelligentiam recurratur.*] Notatur ad hoc , quod in matrimoniis contrahendis in dubio ad explicandum quem valorem habeant verba prolata, communis uſus loquendi attendendus,& obſervandus eſt,ut per Covar.*de ſponſalib.p.2.c.4.§.1.n.2.* Guttier.*canonic. quæſt.lib.1. c.21.à n.33.& de Matrim. c.3.n.14.* Sanch.*eod.tract.de Matrim.lib.1.diſp.18.n.4.* Camer. *de Matrim.c.2. dub.5.* Bonacin. *eod. tract.q.1.*
3 *puncto 1.num.17.* Nam communis uſus utendi & loquendi inſpiciendus eſt,ut per Chaſſan.*in conſuet, Burgund.rub.1.§...in princ.n.10.& rubr.9.§.17.n.8.fol. mihi 335. verſo,* Tiraq. *de retract.lig.§.1.gloſſ.2.n.3. & §.2.*
4 *gloſſ.1. n.5. cum ſeqq.* & vulgaris appellatio pro lege habetur.Gonzal. *ad reg 8. Cancel.gloſſ.11.n.68.& 69.*
5 *& gloſſ.13.n.62.*Et verborum communis ſenſus , qualitas, & conditio perſonarum attendenda eſt , ut per Cov.*de ſponſal.p.2.c.4.§.1.n.2.* Socin. *reg.539.limit.9.*
6 Ac verba ſecundùm communem loquendi uſum ſunt intelligenda, Surd. *conſ.313.n.87.& conſ.454.num.18.* Card.Mantic. *de conject.ult. volunt. lib.3.tit.8.n.1.* & ſecundùm communem hominum intellectum, Perez *l.2. gloſſ.cornudo,in princ. gloſſ.3.tit.9. lib.8.Ordin.* Sunt
7 denique dictiones interpretandæ juxta eum ſenſum, qui vulgari & communi uſu , ac legum provinciæ ſignificatione receptus eſt.Cov.*lib.3.var.c.5.n.1.*

8 In gloſ. *Intellexerit*. Notatur ad hoc, quod ſufficit, ut ipſi contrahentes alter alteri explicent conſenſum per interpretem,ut per Ioan.Andr. *hic,n.4.* Abb. *n.3.*& Præpoſ. *n.4. verſ.ſecundò,* Cov. *de ſponſal.p.2.c.4.§.1. n.3.*Sanch.*de matrim.lib.3.diſp.39.n.3.* ubi etiam ſimiliter reſolvit ſufficere hodie,ut conſtet Parocho & teſtibus de mutuo conſenſu per interpretem.

9 In gloſ. *Propoſuit*, ibi, *non eſt recedendum à ſignificatione verborum.* Nam verba interpretanda ſunt ſecundùm propriam ſignificationem, Bruuor.à Sole *in locis communib.verbo Verba 1.* Cardoſ.*in praxi iudicum,eod. verbo,n.6.*Mantic.*de conjecturis ultimarum volunt.lib.8. tit.18.n.35.* D.Barboſ.*in l.quia tale,n.37.ff.ſoluto Matrim.* Melch.Phœbos *Luſit.deciſ.77. n.1. tom.1.* Card. Tuſch.*tom.8.lit.V,concl.91.*Rota apud Farin.*deciſ.352. n.1.p.1.recent.* quia verborum tenor ſemper eſt attendendus,Franc.Molin.*de ritu nuptiarum, lib.1.c.20.n.7.* 10

In gloſſ. *Intelligentiam*,fin.ibi,*tunc id quod veriſimilius,accipiendum eſt.* Notatur ad hoc, quod licèt contra proferentem inſtrumenta fiat interpretatio,primo loco ſuſpiciendum eſt , quod veriſimilius eſt,etiamſi ſit pro proferente,ut per Tiraq.*in l.ſi unquam, C.de revocandis donat. in præfat.n.54.* unde verba ſecundùm ſimilitudinem ſunt intelligenda,quando de mente non conſtat.Card.Tuſch. *tom.8.lit.V,concl.94.*

In ead.gloſſ. ibi, *poſtea in confeſſionibus, &c.* Ex hac gloſſa colligit D.Barboſ.*in l.ſi quis intentione ambigua, n.9. ff.de iudic.* cautelam circa illum,qui ſe vult juvare ex confeſſione adverſarii , ut ſi ambigua ſit,petat per partem declarari,ne aliàs in dubio fiat interpretatio. 11

SUMMARIUM.

1 *Conſanguineus nullus poteſt accipere ſponſam alterius conſanguinei.*

3 *De vi, & effectibus dictionis,* maximè,*remiſſivè.*

4 *Declaratur* text.in c. juvenis, ſuprà hoc tit.

Cap. Sponſam VIII.

SPonſam alterius nullus conſanguineus accipere 1 poteſt.Colligunt ex Ordin.Abb.antiq.Innoc. Collect.Zabar.Bellam.Joan.Andr.Hoſt.Butr. Anchar. Panorm. Præpoſ. Marian. Socin. Petr.Greg. Alexand. de Nevo,Caniſ.Cujac.Vivian. *in rationali lib.4.iuris Pontif. pag.6.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag.559.* refertur ab Anton.Auguſt. *collect.1. Decret.lib.4.tit.1. c.7.* & eſt poſt Concil.Lateran. *p.6.c.4.*

Circa impedimentum publicæ honeſtatis oriens ex 2 ſponſalibus dixi *ſuprà commodiùs,ad c. ad audientiam 4. hoc tit.*

In gloſ.*Nubili*,ibi,*illud maximè ponitur propriè comparativè.* De vi,& effectibus dictionis *maximè*, dixi *in meis remiſſ. de dictionibus & clauſulis, dict.168.* aliàs *dict.197.* ſecundùm Lugdun. impreſſ. 3

In ead.gloſſ.ibi,*Idem videtur ſi eſt proxima ſeptennio & doli capax,ſupr.eod.c.iuvenis.*Advertit Baſil.Pont. *de impedimentis Matrimonii,c.18.§.1.*ideo *in d.c.juvenis 4. ſup.hoc tit.* ex Matrimonio ante ſeptennium orti publicæ honeſtatis impedimentum, quia jam erant proximi ſeptennio, & ita parum diſtabant, idque colligit, quia tentavit vir eam cognoſcere , licèt implere non potuerit , ex quo præſumit malitiam ſufficientem ad conſenſum. 4

SUMMARIUM.

1. *Matrimonium de præſenti eſt contractum, ſi vir & mulier invicem promittunt,quod ab eo tempore ſe pro conjugibus habebunt.*

2 *Verba futuri temporis,nulla addita particula faciente ſignificari de præſenti , important ſponſalia,non matrimonium, ut tenet probabilior opinio.*

3 *Intelligitur text. in præſenti.*

4 *Terminus quando ſtatuitur ab actu, non à die actus, computatur tempus momento ad momentum.*

5 *Marito non licet propter adulterium uxoris aliam ipſa vivente ducere.*

6 *Conjugi innocenti utrùm liceat,ubi fornicatio eſt notoria,propria auctoritate divertere ab adultero?*

Cap. Ex parte IX.

1 MAtrimonium verum eſt quando duo invicem ſibi promittunt, quod ex eo tempore ſe habebunt pro conjugibus, & fidem invicem ſervabunt. Item ex cauſa fornicationis manifeſta licitum eſt dimittere uxorem, ſed ipſa vivente debet vir continere, & non aliam ducere. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Hoſt. Anch. Butr. Panorm. Præpoſ. Mar. Socin. Petr. Gregor. Alex. de Nevo, Caniſ. Cujac. Vivian. *in ration. lib. 4. juris Pontif. pag.* 8. Alagona *in compend. juris Canon. pag. 559.* remiſſivè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Ant. Auguſt. *collect. 1. Decretal. lib. 4. tit. 1. cap.* 8. & eſt poſt Concil. Lateran. *p. 6. c. 25.*

2 *Quod eam ab eo tempore pro conjuge teneret.*] Notatur ad hoc, quod quando verbis futuri temporis importantibus executionem nulla additur particula faciens ſignificare de præſenti, veluti habebo, tenebo, tractabo te, &c. eſt Matrimonium, ut per Zabar. *hic, n. 1. q. 1. & 4.* Abb. *n. 3. 6. & 7.* & Præpoſ. *n. 6.* Gregor. Lopez *l. 2. verbo è prometo, tit. 1. p. 4.* Menoch. *de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 3. n. 3. & conſ. 368. n. 4. & 5.* Niſi præcedant verba clarè ſignificantia contractum ſponſalium. Menoch. *d. præſ. 3. n. 4.* Covar. *de ſponſalib. p. 2. c. 4. §. 1. n. 4.* Gutier. *Canon. quæſt. lib. 1. c. 21. n. 56.* Fr. Emman. *in ſum. tom. 1. c. 216. n. 6.* Sed contrarium probabilius eſt, & ita per hujuſmodi verba, habebo, tenebo te in vxorem; vel juro, aut promitto quod te habebo pro legitima vxore; aut quod nullam ducam vxorem niſi te, induci tantùm ſponſalia, tenent & pluribus tuentur Joan. Andr. *hic, n. 3.* Anchar. *n. 4.* Henric. Boich. *in fine*, Alex. de Nevo *n. 27.* Covar. *d. §. 1. n. 5.* Gutier. *d. c. 21. à n. 29.* Henriq. *in ſum. lib. 1. c. 11. n. 6.* Ant. Cuch. Veracr. Barthol. à Ledeſm. & alii, quos refert, & ſequitur Sanch. *de Matrim. lib. 1. diſp. 18. n. 18.* ubi *n. 21.* reſpon-

3 det ad hunc text, quod ſcilicet conſenſus de futuro ex particula adjuncta, ab eo tempore importat conſenſum de præſenti, & licèt mulier reſpondens non repetat eam particulam, ſubintelligitur tamen, cùm reſpondeat juxta verba præcedentia viri: & nuncupatim quod verba, promitto quod habebo pro legitima uxore, adjuncta particula, ab hoc tempore, Matrimonium important, tenet Menoch. *d. conſ. 368. n. 13.*

4 *Ab eo tempore.*] Notatur ad hoc, quod quando ſtatuitur terminus ab actu, non à die actus, computatur tempus de momento ad momentum, ut per Tiraq. *de retract. lign. §. 1. gl. 11. n. 24.* Garc. Girond. *de privilegior. & exemption. explicat. n. 493.*

5 *Quia igitur nemini licet.*] Notatur ad hoc, quod non licet marito propter adulterium uxoris aliam, ipſa vivente, ducere, ut per Perez *l. 2. gloſſ. porque no puede, tit. 15. lib. 7. Ordin. & l. 1. gloſſ. 1. part. 1. verſ. in contrarium, tit. 1. lib. 5. ejuſd. Ordinam.* Sanchez *de Matrim. lib. 10. diſp. 2. n. 2.*

6 *Sine manifeſta cauſa fornicationis dimittere.*] Ergo à contrario ſenſu, ubi fornicatio eſt notoria, licebit conjugi innocenti propria auctoritate divertere ab adultero quoad habitationem, de quo vide Covar. *de ſponſalib. p. 2. c. 7. §. 5. n. 11.* Gregor. Lop. *l. 2. verbo ſiendo, tit. 2. p. 2.* Cott. *in memorab. verbo uxor ſuſcepta.* Henriq. *in ſum. lib. 11. c. 17. n. 2. ad fin.* Fr. Emman. *tom. 1. ſum. c. 240. n. 4.* Surd. *de aliment. tit. 7. q. 16. num. 18.* Iacob. de Graff. *in deciſ. aureis, lib. 2. c. 84. n. 9.* D. Barboſ. *in rubr. ff. ſoluto matrim. p. 2. num. 26.* Sanch. *de Matrim. lib. 10. diſp. 12. n. 12.*

SVMMARIVM.

1 *Iurans cum aliqua contrahere, ſi non ſubeſt impedimentum, per cenſuram Eccleſiaſticam contrahere compellitur.*

2 *Impubes doli capax an cum juramento obligetur.*

3 *Concordatur text. in præſenti cum text.* in c. requiſivit, infr. hoc tit.

4 *Sponſalia etiam jurata per verba de futuro contrahens, non poteſt compelli ad Matrimonium rationabili cauſa ſubſiſtente.*

5 *Sponſi ad Matrimonium contrahendum juſta cauſa ceſſante cogi poſſunt per cenſuras Eccleſiaſticas.*

6 *Cauſa juſta & rationabilis quæ ſit in hac materia, arbitrio iudicis relinquitur.*

7 *Iurans ſe unam ex pluribus ducturum, & poſtmodum aliquam ex illis carnaliter cognoſcens, an illa ſponſalia tranſeant in Matrimonium, & quid attento decreto Concil. Trid.*

Cap. Ex Literis X.

QUando quis jurat accipere aliquam in uxorem, 1
& poſtea vult cum alia contrahere, priùs ab Epiſcopo eſt monendus, ut ſervet juramentum, & ſi monitus non acquieſcat, compellendus cenſuris, ut primam accipiat, & maritali affectione tractet, ſi tamen rationabilis cauſa non obſtet. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Joan. Andr. Hoſt. Butr. Anchar. Panorm. Præpoſ. Marian. Soc. Petr. Greg. Alex. de Nevo, Caniſ. Cujac. Viv. *in ration. lib. 4. juris Pontif. pag. 7.* Alagona *in compend. juris Canon. pag. 559.* remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Ant. Aug. *collect. 1. Decret. lib. 4. tit. 1. c. 9.* & eſt poſt Concil. Later. *p. 6. c. 26.*

Impubeſcentes, & ibi, *contra ſuum juramentum*, &c.] 2
ergo impubes doli capax cum juramento obligatur, ut tenent Abb. *hic, n. 6.* Alex. de Nevo *n. 15.* Seraphin. *de privilegiis iuram. privileg. 83. n. 22.* Mich. Graff. *tom. 1. commun. opin. lib. 5. tit. 27. n. 16. pag. 767.* Gregor. Lopez *l. 6. verbo maior, tit. 16. p. 6.* Gutier. *in auth. Sacramenta puberum, n. 117. C. ſi adverſus vendit.* Cald. Pereira *in l. ſi curatorem, verbo minoribus, num. 9. C. de in integr. reſtit.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib. 31. num. 261. verſ. ſexto*, Gabr. *commun. tit. de minorib. concl. 5. num. 39.* Verùm deſiderari pubertatem in minore juràte, ut ejus juramentum contractum firmet, tenent alii numero & fama non inferiores, videlicet Covar. *in cap. quamvis, p. 3. §. 1. n. 2. & de ſponſal. p. 1. c. 5. §. 1. n. 4.* Ant. Gomez *variar. lib. 2. c. 14. n. 18.* Menoch. *conſ. 29. n. 37.* plures per Sanch. *in præcepta Decalogi, lib. 3. c. 12. à n. 27. & de Matrim. lib. 6. diſp. 38. n. 16.* ubi advertit quod licèt in cauſa Matrimoniali, quippe quæ integrum intellectum potiùs quàm certam ætatem exigit, juramentum impuberis pubertati proximi obliget, ad confirmandos tamen cæteros contractus aliàs invalidos non ſatis eſt niſi pubertas adſit.

Et ſi monitus non acquieverit, cenſura compellas.] Ad- 3
verte quod fidem non ſervans priùs monendus eſt per judicem ſponſalium, & ſi renuat, cogendus eſt per cenſuram, & per carcerem, niſi attentis circumſtantiis prudenter arbitretur judex ex invitis nuptiis gravia mala & ſcandala timeri, veluti perpetuas diſſenſiones, jurgia inter conjuges, virum relicta uxore diſceſſurum, tunc enim potiùs eſt monendus, quàm cogendus, qui fidem ſervare non vult, quo caſu loquitur, &

& ſic neceſſariò intelligi debet textus *in cap. requiſivit, infra hoc tit.* ſi illius verba, *monenda eſt potiùs* (id eſt priùs) *quàm cogenda*, legere nolis prout alii legunt. Vide Covar. *de ſponſal. part.* 1. *cap.* 4. *in init. n.* 3. Greg. Lopez *l.* 2. *verbo Quando, & l.* 7. *verbo appremiar, el* 2. *tit.* 1. *p.* 4. Mench. *de ſucceſſ. creat.* §. 28. *n.* 15. Gutier. *de juram. confirm. p.* 1. *cap.* 51. *n.* 4. *& canon. qq. lib.* 1. *cap.* 18. *n.* 10. Petr. de Ledeſma *de Matrim. q.* 42. *art.* 3. *dub.* 3. Menoch. *conſ.* 386. *n.* 1. Farin. *Rot. deciſ.* 107. *n.* 2. *p.* 4. *ſuorum operum de delictis*, Azeved. *l.* 1. *n.* 15. *&* 16. *tit.* 1. *lib.* 1. *novæ Recop.* Sanch. *de Matrim. lib.* 1. *diſput.* 29. *à princ.* Perez *l.* 1. *gloſſ.* 1. *col.* 4. *verſ. in oppoſitum, tit.* 1. *lib.* 5. *Ordinam.* Ceval. *commun. contra commun. q.* 604. *num.* 12. *&* 14. Aloyſ. Riccius *in praxi fori Eccleſiaſt. reſol.* 207. *num.* 1.

4 *Niſi rationabilis cauſa obſtiterit.*] Collige ex textu quod ille qui contraxit per verba de futuro ſponſalia etiam jurata, non poteſt compelli ad matrimonium, rationabili cauſa ſubſiſtente, ut per Butr. *n.* 6. & Abb. *n.* 8. *in præſenti*, Ruin. *conſ.* 205. *n.* 5. *verſ. & plus dico, volum.* 1. Menoch. *conſ.* 69. *num.* 43. *& de arbitr. caſu* 455. *in princ.* Card. Mantic. *de tacitis & ambig. convent. lib.* 2. *tit.* 17. *n.* 5. *&* 18. Hieron. Gabr. *conſ.* 159. *&* 186. *in princ. vol.* 1. Rot. *deciſ.* 397. *p.* 1. *diverſ.* & apud Card. Seraph. *deciſ.* 1112. *n.* 4. *& deciſ.* 1258. *in princ.* quos refert & ſequitur *in Colimbrienſi Matrimonii*, 5. *Martii* 1618. coram bonæ mem. Buratto, inter ejus impreſſas *deciſ.* 311. *n.* 1.

5 Juſta autem cauſa ceſſante cogi poſſunt ſponſi ad matrimonium contrahendum per cenſuras Eccleſiaſticas, ut fuit reſolutum *in Mediolanenſi Matrimonii*, 27. *Octobris* 1616. coram bonæ mem. Manzanedo, *& in Hiſpalenſi Sponſalium*, 1. *Iulii* 1619. coram eodem; tamen ſi quis poſt declaratoriam nihilominus pertinaciter matrimonium contrahere recuſet, abſolvi debet, etiamſi non petat, quia aliàs deficeret conſenſus in matrimonio requiſitus. Henric. Boich. *in cap.* 2. *n.* 7. *verſ. compelli autem, hoc tit.* Hieron. Gabr. *conſ.* 186. *n.* 2. *& ſeq. lib.* 2. Sanch. *de Matrim. lib.* 1. *diſput.* 29. *n.* 8. Card. Mantic. *d. tit.* 17. *n.* 10. *& ſeq.* & fuit dictum *in Abulenſi Matrimonii*, 28. *Martii* 1593. coram Card. Blanchetto, *& in Mediolan. Matrimonii*, 1. *Iulii* 1619. coram bonæ mem. Patriarcha Manzanedo, refert Ferentil. *in annot. ad deciſ.* 311. *Buratti, num.* 5.

6 Quæ autem ſit juſta, & rationabilis cauſa in hac materia, eſt arbitrarium judici, ut notant Butr. *in cap. requiſivit, n.* 3. *in fine*, & Abb. *n.* 4. *hoc tit.* Hieron. Gabr. *d. conſ.* 159. *n.* 3. Seraph. *d. deciſ.* 1258. Menoch. *de arbitr. caſu* 455. Rot. *d. deciſ.* 397. Gregor. *deciſ.* 379. *n.* 5. ubi Add. *num.* 9. Cavaler. *deciſ.* 526. *n.* 2. Burat. *d. deciſ.* 311. *n.* 1. *in fine*, & fuit dictum *in Vlysbon. Matrim.* 7. *Iulii* 1599. coram Litta, *& in Tullenſi Sponſalium*, 8. *Iunii* 1628. coràm Card. Veroſpio.

In gloſſ. *Sub juramento*, ibi, *hìc poſuit Laur. talem quæſtionem, &c.* Diſputat hæc gloſſa quæſtionem illam, utrùm jurans ſe unam ex pluribus ducturum, ſi poſtmodùm aliquam ex illis carnaliter cognoſcat, ſponſalia illa tranſeant in Matrimonium? & poſtquam hinc inde plura adduxit, in negativam partem inclinat; addens tamen cogendum eſſe illam ducere. Pro hac gloſſæ ſententia præter illius fundamenta facit, quia ſponſalia cùm in Matrimonium ordinentur, quod eſt unius ad unam, *Matth. cap.* 19. tunc perfecta erunt quando promiſſionem uni tantùm factam continebunt: ergo hæc pluribus facta non valet. Secundò ſi eſſent ſponſalia, neutri earum, qui promiſit, poſſet nubere; etenim non poteſt dici quod magis contracta ſunt cum una quàm cum alia, ſed ubicunque dantur ſponſalia, dummodò conſenſus non deficiat, datur impedimentum publicæ honeſtatis, quod impedit & dirimit Matrimonium contractum cum conſanguinea ſponſæ, *cap. unic. hoc tit. lib.* 6. ergo ſequitur quod ſi in hoc caſu ſponſalia contracta judicantur, neutri nubere poterit; hoc autem eſt abſurdum, & implicat: ergo ſponſalia non ſunt, & per conſequens nulla ex ipſis naſcitur obligatio. Præterea quoties quis promittit pluribus capacibus, quibus obligatio acquiri poteſt disjunctivè, nulli eorum quæritur, & ſtipulatio non valet, *l. item ſi ſervus*, §. *ſed ſi, cum ſeqq. ff. de ſtipulat. ſervor.* ſic ſe res habet in propoſito: ergo hæc promiſſio non valet. Tandem pro hac parte eſt *d. cap. unic.* §. 1. ubi ex promiſſionibus incertis non naſcitur impedimentum honeſtatis, quaſi conſenſu careant, & obligatione: hæ autem ſunt incertæ: ergo, &c.

Verùm probabilius eſt tranſire in Matrimonium, quia erant ſponſalia conditionata ante electionem, qua ſequuta manent abſoluta: hæc autem electio facta eſſe per copulam cenſetur, nam per copulam purificatur conditio, & ſponſalia conditionata tranſeunt in Matrimonium, *cap. de illis, infr. de condit. appoſ.* Ita contra hanc gloſſ. tenent *in præſenti* Joan. Andr. *num.* 10. Butr. *num.* 16. Anchar. *num.* 7. Panorm. *num.* 7. Alex. de Nevo *num.* 25. & Præpoſ. *num.* 6. Covar. *de ſponſalib. part.* 1. *cap.* 3. §. 1. *num.* 17. Menoch. *de præſumpt. lib.* 2. *præſumpt.* 1. *num.* 13. *&* 17. Navar. *ſub hoc tit. conſil.* 38. *num.* 7. *in antiq.* Spin. *in ſpeculo teſtam. gloſſ.* 15. *princ. n.* 65. Bonacoſ. *commun. crimin. p.* 1. *verbo promittens, fol.* 140. *verſo*, Syr. *in clavi Regia, lib.* 1. *cap.* 6. *n.* 21. benè Sanch. *de Matrim. lib.* 1. *diſput.* 26. *num.* 8. ubi *num.* 9. intelligit quando illæ Matrimonium promittenti repromiſerant: & *num.* 10. quando promiſſio fuit facta cum una ex certis, non verò incertis fœminis: & *num.* 11. quando promiſſio contrahendi fuit cum una ex pluribus, non verò ſi fuiſſet facta pluribus inſimul, qui unicum tantùm pro ſe afferunt fundamentum, ſcilicet ſponſalia ſub conditione contracta valere, & ſequuta copula Matrimonium fieri, *cap. per tuas, de condit. appoſ.* Sed in hac promiſſione facta duabus ſororibus dantur ſponſalia ſub conditione, ſcilicet ſi hanc, vel illam elegerit: ergo valent, & ſequuta copula Matrimonium efficiunt jure communi. Sed ultra hoc fundamentum ex dictis colligitur promiſſionem illam obligare, & probatur efficaciter, quia promiſſio nuptiarum non differt ab aliis promiſſionibus quoad vim obligandi: ſed promiſſio facta duobus alternativè valet, & unuſquiſque ex illa agere poteſt, niſi uni tantùm facta fuiſſet, *l. ſi Titius* 9. *ff. de verbor. oblig. l. ex duobus* 19. *l. fin. ff. de duobus reis*: ergo ſic erit de ſponſalibus judicandum. Quorum ſententiam ut apertiùs declarem fateor ex ea promiſſione non contrahi ſponſalia pura & perfecta, ſed ſub conditione eligendi: & interim dum pendet conditio, & electio non fit, non producunt obligationem, ut contingit in omnibus actibus ſub conditione factis, *l. cedere diem* 213. *ff. de verbor. ſignific.* §. *ex conditionali, Inſtit. de verb. obligat. cap. de illis, cum ſeqq. de condit. appoſit.* nec interim actus dici poteſt ſimpliciter, *l.* 1. *ff. de donat.* unde hoc idem dicendum eſſe arbitror de hac promiſſione facta duabus ſororibus, quod de cæteris conditionalibus, & alternativis, ut non producant ſtatim obligationem, nec impedimentum honeſtatis ex defectu conſenſus, ſed cùm aut purificata fuerit conditio, aut ad certitudinem redacta promiſſio legitimis modis, ſcilicet per electionem promiſſoris, vel per litis conteſtationem; quoniam ubi quis promiſit duobus disjunctivè, qui vocantur in jure duo rei ſtipulandi, elapſo tempore ad implementum conſtituto, unuſquiſque agere poteſt,

ut dictum eſt, & cùm lis conteſtata fuerit, alium excludit, ita ut non poſſit ampliùs promiſſor alterum eligere, ſed huic præcisè ſolvere teneatur, ut probat textus *in d.l.Si Titius*, & *ibid.* notant Alex. *num.* 5. Jaſ. *num.* 2. Bart. *in d.l.ex duobus, n.* 3. Paul. & Imola *ad l.ſi Titio* 19. per textum *ibi, ff.de legat.* 2. poteſt enim uſque ad conteſtationem promiſſor variare, & alteram eligere, poſteà verò non poteſt, ex regula legis *in inſulam* 84. *ff.de verb.oblig.* & licèt à principio neutri ex duabus ſororibus actio competat, quia tamen litis conteſtatione ſtatim naſcitur, auditur in judicio, ex *d.l.ſi Titius*, quam in hoc commendant DD. *ubi ſup.* & communis hæc ultima ſententia hoc pacto explicata veriſſima eſt, & in judicio ſervanda. Argumenta verò pro prima, quam ſequuta eſt hæc gloſſa *in præſenti*, facilè diſſolvuntur ſi reſpondeatur, procedere pendente facultate eligendi, ſed electione facta à promiſſore, vel à lege per litis conteſtationem, argumenta ceſſant & impedimentum publicæ honeſtatis naſcitur: quod ſi conditione, vel eligendi facultate pendente promiſſor alii nubat, peccabit, juxta reg. textus *in l.qui balneum* 9. *ff.qui potior.in pignor.* Abb. & Præpoſ. *in cap.ſuper eo, de condit.appoſ.* Hodie attento decreto Concilii Trid. *ſeſſ.* 24. *de reform.matrim.cap.* 1. hujuſmodi ſponſalia conditionata jam non tranſeunt in matrimonium per copulam cum quadam ex illis fœminis ſubſequutam, ac proinde per illam non efficiuntur ſponſalia pura & abſoluta, ut obligent ad contrahendum, ex Sanch. *d.diſput.* 26. *num.* 12. quidquid dicat Spino *d.gloſſa* 15. *num.* 65.

SUMMARIUM.

1 *Pater per cenſuram Eccleſiaſticam compellitur reſtituere filio ejus uxorem, quam injuſtè detinuit, vel detinet.*

2 *Filiofamilias licet experiri adversùs patrem pro repetenda uxore.*

3 *Factum proprium quando eſt grave, & notabile, etiam data longinquitate temporis præſumitur quis ſcire.*

4 *Tota civitas, vel provincia plerumque ſubmittitur interdicto ob culpam unius, qui illius dominus eſt.*

5 *Divinorum nomine quæ contineantur, oſtenditur.*

6 *Interdicti tempore prohibetur recitari Horas Canonicas ex officio publico.*

7 *Baptiſmus tam parvulis, quàm adultis tempore interdicti miniſtrari poteſt cum ſolemnitate Unctionis, benedictione Fontis, & ſuſceptione patrinorum.*

8 *Interdicti tempore ſanis, & morientibus conceditur Pœnitentiæ Sacramentum, cum duplici tamen limitatione.*

9 *Sacramentum ſanctiſſimæ Euchariſtiæ tempore interdicti ut Viaticum miniſtrari poteſt.*

10 *Matrimonii Sacramentum quoad ſui ſubſtantiam licitè, & indiſtinctè tempore interdicti contrahi poteſt.*

11 *Ordinis Sacramentum in loco interdicto, & perſonis interdictis conferri non poteſt.*

12 *Pœnitentiæ Sacramentum Catholicus recipere poteſt ab hæretico in extremo vitæ periculo.*

CAP. Non eſt vobis XI.

1 PAter injuſtè detinens uxores filiorum eſt compellendus intra certum tempus illas reſtituere, alioquin poſſunt interdici terra ubi uxores ſunt. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Joan. Andr. Hoſt. Butr. Anchar. Panorm. Præpoſit. Marian. Socinus, Petr. Greg. Alex. de Nevo, Caniſius, Cujacius, Vivian. *in ration. libri* 4. *juris Pontif. pag.* 7. Alagona *in compendio Iuris Can. pag.* 560. remiſſivè Ximen. *in concord. part.* 1. & 2. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 4. *tit.* 1. *cap.* 13.

Iuſtum & honeſtum eſſe, &c.] Notatur ad hoc quod 2
filiofamilis licet experiri adversùs patrem pro repetenda uxore, cùm ſit res quam filius non acquirit patri, ut per Lar. *in l.ſi quis à liberis, in princ. n.* 61. *cum ſeqq.* & præcipuè *n.* 65. *ff.de liberis agnoſc.*

In quacumque provinciarum, &c.] Notatur ad hoc, 3
quod quando factum proprium eſt grave, & notabile, etiam data longinquitate temporis præſumitur quis ſcire, ut per Maſcard. *de probat.concl.* 735. *n.* 2.

Notatur etiam ad hoc, quod ob culpam unius qui 4
civitatis, aut provinciæ dominus eſt, vel in ea habet Sæcularem, Eccleſiaſticamve juriſdictionem, tota civitas, vel provincia ſubmittitur interdicto, ut per Covar. *var. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 10. Nobilibus tamen plerumque deferri ſolitum eſt, ut in literis contra illos obtentis ſoleat poni hæc clauſula, *Proviſo ne in terram dicti Nobilis excommunicationis, vel interdicti ſententiam proferas, niſi à nobis ſuper hoc mandatum receperis ſpeciale*: ut refert Tiraquel. *de Nobilit. cap.* 20. *num.* 162.

Nulla Divina Officia.] Adverte eo nomine Divino- 5
rum contineri omnia exercitia ſacris Ordinibus majoribus, vel minoribus deputata, ut ſi Acolytus offerat urceolos, Subdiaconus Epiſtolam ſolemniter cantet cum manipulo, & Diaconus Evangelium, Sacerdos Miſſam dicat, Epiſcopus Ordines conferat, aut Virgines, Abbates, Altaria, vel Calices conſecret, vel ſi Presbyter hebdomadarii officium agat in Choro dum Matutinum, aut aliæ Horæ Canonicæ peraguntur: hæc omnia Divina eſſe Officia, aſſerens novam eſſe rationem ab aliis perpenſam, reſolvit Navar. *in Man. cap.* 27. *num.* 171. & poſt Covar. & alios Henriq. *in ſum. lib.* 13. *cap.* 44. *in princ. juncta lit. A*, Ugol. *de cenſuris, tab.* 5. *cap.* 5. §. 2. *num.* 2. & alii plenè relati à Sayro *eod. tract. lib.* 5. *cap.* 15. *à num.* 4. & *cap.* 14. *à num.* 20. quorum ſententiam partim ſequitur, partim improbat Soar. *eod.tract.de cenſuris, diſp.* 34. *ſect.* 3. *num.* 6. & 7. ubi à principio latè diſputans communem doctrinam ſequitur, quatenus officia deputata alicui Ordini interdicto, prohiberi cenſet, ea eſſe explicans, quæ fiunt à Miniſtris ab Eccleſia deputatis ex eorum officio, & ipſius Eccleſiæ nomine; ideoque non immeritò etiam Eccleſiaſtica Officia dici poſſe notat *dicto num.* 5. Unde benè infertur ſolùm prohiberi tem- 6
pore interdicti recitari Horas Canonicas ex officio publico, modò communi Eccleſiæ nomine, non ita ſi privatim dicantur reſponſoria, Horæ diurnæ, vel nocturnæ, ut poſt Navar. explicant Sayr. *d.cap.* 14. *n.* 15. Soar. *d.ſect.* 3. *n.* 9.

Præter Baptiſmum parvulorum.] De jure Decreta- 7
lium per textum *in præſenti, & in cap.reſponſo, infra de ſent.excommun.* licitum tantùm erat tempore interdicti adminiſtrare Sacramentum Baptiſmi parvulis, quo nomine videbatur denegari adultis, in quibus tanta non cernitur neceſſitas. Deinde noviori jure Sexti etiam adultis miniſtrari poſſe expreſsè decidit textus *in cap. quoniam, de ſent.excommun.lib.* 6. ex ratione, quam inſinuat *ibi*, propter moræ periculum: addit etiam poſſe Baptiſmum adminiſtrari cum ſolemnitate Unctionis, & conſequenter catechiſmi, & exorciſmi, vide Ugolin. *d.tab.* 5. *cap.* 7. §. 4. *n.* 1. & 2. Soar. *d.diſp.* 33. *ſect.* 1. *num.* 3. Fr. Emman. *qq.Regular. tom.* 3. *q.* 109. *art.* 3. *in princip.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib.* 32. *tract.* 3. *num.* 23. Bonacin. *de cenſuris, diſput.* 5. *punct.* 2. §. 1. *à num.* 1. Sayr. *lib.* 5. *cap.* 7. *num.* 3. qui etiam reſolvunt

ſolvunt fontem benedici, & ſuſceptores, ſeu patrinos poſſe adhiberi, ex reg. *Conceſſo vno conceduntur omnia neceſſaria ad illud vnum*, de qua *in l. ad rem mobilem, ff. de procurat. & in cap. præterea, de officio delegat.*

8 *Et pœnitentias morientium.*] Aduerte per hunc text. tempore interdicti morientibus tantùm, & infirmis concedi Pœnitentiæ Sacramentum, de nouo verò jure *in cap. alma mater, poſt princ. verſ. quia verò, de ſententia excommunicat. lib. 6.* tanis etiam conceditur, vbi rationem reddit ibi, *Propter pronitatem & facilitatem hominis ad peccandum ſummè neceſſaria eſt*, cum duplici tamen limitatione, prima eſt ut recipiens non ſit excommunicatus, excepto mortis periculo; ſecunda dummodo non fuerit aliquo modo in cauſa culpabili, ob quam latum eſt interdictum, aut non ſit ſpecialiter interdictus. Vide Couar. *in cap. alma. p. 2. §. 3. n. 1.* Viuald. *in candelabro aureo, tit. de interdicto, num. 201.* Vgolin. *d. tab. 5. c. 7. §. 6.* Henriq. *in ſum. lib. 13. c. 45. n. 1.* Fr. Emman. *d. q. 109. art. 3. verſ. quantum ad Sacram. Pœnitent.*
9 Sayr. *d. c. 7. n. 8.* Soar. *d. ſect. 1. à num. 12.* Bonacin. *dict. puncto 2. §. 3. n. 1.* De Sacramento verò ſanctiſſimæ Euchariſtiæ, quod tempore interdicti vt viaticum miniſtrari poſſit, dicam commodiùs *ad cap. quod in te, de pœnit. & remiſſ.*

10 Et de Sacramento Matrimonii, quod licitè, & indiſtinctè quoad ſui ſubſtantiam contrahi poſſit tempore interdicti, atque ita tam in Eccleſia, quàm à perſonis ſpecialiter interdictis, latè defendi multis pro hac parte citatis Doctoribus, *in tract. de offic. & poteſt. Epiſcop.*
11 *p. 2. allegat. 32. à n. 198.* Et quod in loco interdicto, & perſonis interdictis Ordinis Sacramentum conferri non poſſit, dixi *ead. p. 2. alleg. 11. à n. 18.*

12 In gloſſ. *Baptiſmum, ibi, vnde etiam in neceſſitate poſſunt recipi ab hæretico.* Notatur ad hoc, quod Catholicus Sacramentum Pœnitentiæ recipere poteſt ab hæretico in extremo vitæ periculo, vt poſt D. Th. Angel. Roſel. & alios tenent Azor. *inſtit. moral. p. 1. lib. 8. c. 11. q. 12.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib. 1. n. 60.* Ægid. Coninch. *de Sacram. & cenſuris, tom. 1. 2. diſp. 14. à n. 234.* Quicquid contrarium teneant Couar. *in c. alma mater, p. 1. §. 6. n. 8.* Nauar. *in man. c. 26. num. 26. & in c. 2. de pœnit. diſt. 6. n. 87. & in §. laboret, n. 2.* niſi intelligas quando hæreticus & ſchiſmaticus fuerit omninò ab Eccleſia repulſus, & condemnatus, cum Gutier. *canon. lib. 1. c. 1. n. 67.*

cognouiſſe carnaliter illam mulierem, etiamſi hoc nolit publicè confiteri propter metum, & potentiam mulieris. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Hoſt. Butr. Anchar. Panorm. Præpoſ. Marian. Socin. Petr. Gregor. Alex. de Neuo, Caniſ. Cuiac. Viu. *in ration. lib. 4. juris Pontif. pag. 7.* Alagona *in compend. jur. Canon. pag. 560.* remiſſiuè Ximen. *in concord. part. 1. & 2.* refertur ab Ant. Auguſt. *collect. 1. Decretal. lib. 4. tit. 1. cap. 16.* & eſt poſt Concil. Lateran. *p. 50. c. 30.*

Probat hic text. vnicum teſtem ſufficere ad impediendum Matrimonium contrahendum, vt per Nauar. 2
in man. c. 22. num. 83. Zerol. *in praxi Epiſcop. p. 1. verbo Matrimonium, §. 10. verſ. ſecundùm,* Gregor. Lopez per text. *ibi in l. 18. tit. 9. p. 4.* Perez *l. 8. gloſſ. 1. pag. 361. col. 1. tit. 15. lib. 2. Ordinam.* Nauar. *in cap. Sacerdos, de pœnitent. diſt. 6. n. 27.* Maſcard. *de probat. concl. 63. & concl. 1035. num. 3.* Gutier. *canon. quæſt. lib. 1. c. 11. num. 28.* Sanch. *de Matrim. lib. 1. diſp. 71. n. 1.* idem Gutier. *eod. tract. c. 36. n. 2. cum ſeqq.* qui duo vltimo loco citati id ampliant, 3
etiamſi teſtis non fuerit citatus, ſed per partem oblatus, & quamvis eſſet denuntiator, ſeu accuſator, allegaretque turpitudinem ſuam.

Sed hoc publicè confiteri recuſat.] Notatur ad hoc, 4
quod vnicus teſtis ſufficit ad impediendum Matrimonium contrahendum, quamvis nolit parte citata & publicè, ſed clam, & abſque nominis publicatione teſtari. Ita tenent *in præſenti*, Innoc. *num. vnic.* Butr. *n. 6.* Abb. *n. 7.* Alex. de Neuo *n. 4.* Præpoſ. etiam *n. 4.* Maſcard. *d. concl. 1035. n. 4.*

Niſi iuramentum interueniſſet.] Ergo requiritur vt 5
teſtis aſſerat cum juramento ſe certò ſcire impedimentum, vt tenet Couar. *de ſponſalib. p. 2. c. 6. §. 10. num. 21.* Gutier. *d. c. 11. n. 32.* & ita de certa ſcientia deponere, Nauar. *conſ. 2. n. 1. ſub tit. de conſang. & affin.* Sanch. *dict. diſp. 71. num. 10. & 11.* vbi etiam tenet teſtem de ſolo auditu teſtificantem non impedire, quamvis alter teſtis ſimul cum eo abſque juramento de certa ſcientia deponeret.

In gloſſ. *Publicè.* Notatur hæc gloſſa ad hoc, quod 6
teſti publicè confitenti in caſu huius text. non eſt fides adhibenda, quæ recipitur à Ioan. Andr. *hic, n. 5.* Sed meritò eam reprobant Hoſt. *hic, paulò poſt princ.* Butr. *n. 7.* Abb. *n. 7.* Alex. de Neuo *n. 7.* Præpoſ. *n. 7.* quos refert, & ſequitur Sanch. *d. diſp. 71. n. 3. verſ. imò.*

SUMMARIUM.

1 *Dictum vnius aſſerentis impedimentum, impedit Matrimonium contrahendum non juratum.*
2 *Teſtis vnicus ſufficit ad impediendum Matrimonium contrahendum.*
3 *Amplia quamvis eſſet denuntiator, ſeu accuſator, allegaretque ſuam turpitudinem.*
4 *Amplia etiam quamvis nolit teſtari, niſi clam, & abſque nominis publicatione.*
5 *Teſtis ad impediendum Matrimonium requiritur quod aſſerat cum juramento ſe certò ſcire impedimentum.*
6 *Teſti publicè confitenti turpitudinem ſuam ad impediendum Matrimonium, an ſit fides adhibenda, oſtenditur.*

Cap. Præterea ij. XII.

1 IMpedimentum quando vnus adeſſe dicit, tunc ille impedit Matrimonium contrahendum non iuratum, v. g. ſi conſanguineus volentis contrahere dicat ſe

---

SUMMARIUM.

1 *Mulier ſi inuita cum aliquo contrahat, nec in eum poſtea conſenſit, tenet Matrimonium, ſi alteri poſtea nubat.*
2 *Amoris ardore nihil eſt vehementius.*
3 *Amor ebrietati æquiparatur, quia rectum judicium ſubuertit.*
4 *Amanti qui furore libidinis, & amoris aliquid prohibitum fecit, aliquatenus parcendum eſt.*
5 *Matrimonia contracta inter amore excæcatos, vtplurimum exitum habent infelicem.*
6 *Matrimonium à filiofam. contractum ſine parentum conſenſu validum eſt.*
7 *Leges, ſeu ſtatuta prohibentia filiis Matrimonia contrahere abſque parentum conſenſu, ſunt inualida.*

Cap. Veniens j. XIII.

MVlier, quæ Matrimonium contrahere cum aliquo jurauit, deinde inuita, & reclamans à pa- 1

rentibus alteri traditur, & nunquam conſentit, nec ſinit ſe ab eo cognoſci, ſi judicio Eccleſiæ conſtet non potuiſſe contrahere cum primo ob impedimentum conſanguinitatis (etiamſi mulier diceret ſe fuiſſe ab illo primo cognitam) poteſt cum aliquo tertio validè contrahere, & Matrimonium ſic contractum impedientes ſunt excommunicati. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Hoſt. Archar. Butr. Panorm. Præpoſ. Petr. Gregor. Alex. de Neuo, Caniſ. Cujac. Viu. *in ration. lib. 4. juris Pontif. pag. 8.* Alagona *in compend. juris Canon. pag. 560.* remiſſiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Ant. Auguſt. *collect. 1. Decret. lib. 4. tit. 1. c. 17.* & eſt poſt Conc. Lateran. *p. 50. c. 31.*

2 *Adamauit in tantum.*] Nihil enim ardore amoris vehementius eſt, quem intra debitos limites carcerare potius eſt philoſophicum, quàm muliebre, vt per Tiraq. *de pœnis temper. cauſa 4. n. 2. in fin. & de praeſcript. §. 1. gloſſ. 4. prope fin. verſ. ſed & amorem,* Farin. *in praxi*
3 *crimin. q. 98. num. 89.* Amor ebrietati æquiparatur, ex gloſſ. *verbo bacchata, in §. fin. Inſtit. de ſucceſſ. ſubl.* Mench. *illuſtrium quaeſt. c. 48. n. 43.* Direct. Inquiſit. *p. 2. q. 56. pag. 382. in fine,* Farinac. *d. q. 98. n. 77.* Et rectum judicium ſubuertit, Maſcard. *de probat. concl. 86. n. 20.*
4 Vnde aliquatenus parcendum eſſe amanti, qui furore libidinis, & amoris aliquid prohibitum fecit, cùm id videatur feciſſe quaſi furioſus, & demens, tenent Clar. *§. fin. q. 60. num. 7. verſ. eſt & amore,* Menoch. *de arbitr. caſu 328. n. 1. cum ſeqq.* Emman. Soar. *in theſauro communium opinion. verbo pœna, n. 159.* Tiraq. *d. cauſa 5. n. 1. cum ſeqq.* Farin. *d. q. 98. n. 80.* Simanch. *de Cathol. inſtit. tit. 17. ex n. 43.* Ant. Gom. *tom. 3. var. c. 14. n. 28.* Petr. Gregor. *ſyntagm. p. 3. lib. 30. c. 3. n. 9.* Torreblanc. *lib. 2. de magia, c. 47. n. 54.* quia potentiſſimus eſt effectus amoris, qui non conſilio, ſed furore ducitur, Sanctius & Minois *ad Alciat. embl. 105. cum duobus ſeqq.* Torrebl. *d. c. 87. n. 55.* vide poſita *ad cap. cùm in juuentute 15. n. 5.*
5 *de praeſumpt.* Matrimonium tamen inter amore excæcatos contractum, validum eſſe reſolvit Aloyſ. Ricc. *in praxi aurea, reſol. 135.* licèt vtplurimùm habeat infelicem exitum, vt aduertunt Menoch. *conſil. 59. à n. 45.* Gutier. *canonic. quaeſt. lib. 1. c. 20. n. 18. cum ſeqq.* Cened. *ad Decretal. collect. 20. n. 5.*

6 *Quod parentes mulieris ipſius ignorantes,* &c.] Notatur ad hoc, quod Matrimonium à filiofam. contractum ſine parentum conſenſu validum eſt, vt per Couar. *de ſponſalib. p. 2. c. 3. §. 8.* & plures, quos refert Valdeſ. ad Xuar. *l. 2. tit. de los caſamientos, pag. 47.* Perez *l. 2. gloſſ. 5. pag. 37. col. 1. & pag. 39. col. 2. verſ. conſtat etiam tit. 1. lib. 5. Ordinam.* Gutier. *canon. quaeſt. lib. 1. c. 20. n. 1. & 2. & in tract. de Matrim. cap. 79. à princ.* Melch. Phœbos Luſit. *deciſ. 45. n. 10. cum ſeqq.* Franc. Molin. *de ritu nuptiarum, lib. 2. differ. 7. n. 7.* poſt Syr. Bellarm. & Sanch. reſoluit Bonac. *de magno Matrim. Sacram. q. 44. puncto 17. n. 23.* & hodie hoc parum habet difficultatis ob expreſſam diſpoſitionem Concil. Trid. *ſeſſ. 24. de reform. Matrim. c. 1. in princ.* ibi, *quique falsò affirmarunt Matrimonia à filiisfam. ſine conſenſu parentum irrita eſſe.*
7 Vnde cùm poſſint filiæ & filii inſciis & contradicentibus parentibus nubere, ſi id faciant jure permittente, pœnam non merentur, arg. *l. Gracchus, C. ad legem Juliam de adulter.* & ideo leges municipales, ſeu ſtatuta prohibentia filiis Matrimonia contrahere ſine parentum voluntate ſub pœna exhæredationis, aut priuationis legitimæ, ſeu dotis, omninò inualidas, & de jure abrogatas eſſe tenent multi inſignioris eruditionis & pietatis viri, qui rectiùs de Matrimonii Sacramento ſentiunt, quoniam cùm Principes nequeant ſuper illo aliquid ſtatuere, quòd liberum ſit Sacramentum, conſequenter pœna adjecta non poteſt nullum & iniquum ſtatutum validare, vide Couar. *de ſponſalib. p. 2. c. 3. §. 8. num. 5.* Roderic. Soar. *tit. de los caſamientos, verſ. quarto 1. lib. 3.* vbi Valdeſ. *pag. mihi 50.* Greg. Lopez *l. 4. verbo desheredar, tit. 7. p. 6.* Molin. *de primog. lib. 2. c. 16. num. 6.* Azeued. *l. 2. n. 5. tit. 1. lib. 5. noua recop.* vbi Matienſ. *gloſſ. 4. n. 2. & num. 49.* Menoch. *de arbitr. caſu 453. n. 8. & de praeſumpt. lib. 4. praeſ. 189. n. 55. & conſ. 69. à n. 22.* Burg. de Pace *conſ. 20. n. 8.* Surd. *de alim. tit. 1. q. 6. n. 2.* Tiber. Decian. *reſp. 13. n. 10. vol. 1. & reſp. 24. n. 13. vol. 4.* Viuian. *Neapol. deciſ. 523. n. 3.* plures quos refert Cened. *ad Decretal. collect. 58. n. 7.* quibus adde Bapiſt. Coſta *de ſcientia, & ignor. cent. 2. diſt. 40. n. 71. & reg. 11.* D. Barboſ. *in l. 1. p. 4. n. 27. 32. & 35. ff. ſoluto matrim.* Cuall. *commun. contra communes, q. 5. num. 2. & q. 314. n. 3.* Petr. de Ledeſma *in ſum. part. 1. de Sacram. Matrim. c. 7. concl. 5. dub. vnic.* Pichard. *in princ. Inſtit. de nuptiis, n. 6. & 11. & in princ. Inſtit. de inoffic. teſtament. num. 9.* Armendar. *in addit. ad recopil. legum Nauarræ, fol. 158. à n. 124.* Gutier. *de Matrim. c. 80.* vbi refert alia loca ſuorum operum, optimè Franç. Molin. *de ritu nuptiarum, lib. 2. different. 7. n. 9. cum ſeqq.* Bernard. Græuæ. *ad practicam Cameræ Imper. lib. 2. concl. 95.* Don Garc. Maſtrillo *Siciliæ deciſ. 163.* Benedict. Ægid. *in repet. l. Titia, p. 3. à n. 30. cum ſeqq. ff. de condit. & demonſtrat.* Ex Theologis Azor. *inſtit. moral. p. 2. lib. 2. cap. 2.* Molin. *de juſtitia, tract. 2. diſput. 176. verſ. dubium,* Sanch. *de Matrim. lib. 4. diſp. 25.* Rebell. *de obligat. juſtitiæ, part. 2. lib. 3. quaeſt. 14. ſect. fin.* Ægid. Coninch. *de Sacramentis & cenſuris, tom. 2. diſp. 28. n. 48. cum ſeqq.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib. 19. n. 19. verſ. quod verò attinet.*

SUMMARIUM.

1 *Violentia ſi timetur inferri puellæ, de cuius Matrimonio agitur, debet index illi prouidere locum tutum, & honeſtum, donec cauſa terminetur.*
2 *Matrimonium contractum metu cadenti in conſtantem virum, ad eum finem iniuſtè incuſſo, eſt nullum.*
3 *Exterior expreſſio interni conſenſus eſt pars eſſentialis ipſius contractus Matrimonij.*
4 *Nuptiæ coactæ malos exitus habere ſolent.*
5 *Metus minor magis excuſat fœminam, quàm virum.*

Cap. Cùm locum XIV.

Alex. III.

QVando agitur de aliquo Matrimonio, & timetur ne metus, vel coactio inferatur puellæ ad conſenſum, judex debet puellam conſtituere in loco tuto & honeſto, vbi nihil timeat donec cauſa finiatur, & indagandus eſt liber conſenſus ab ea, quia Matrimonium fit ſolo conſenſu. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Joan. Andr. Hoſt. Butr. Anchar. Panorm. Præpoſ. Petr. Gregor. Alex. de Neuo, Caniſ. Cuiac. Viuian. *in rationali lib. 4. iuris Pontificij, pag. 4.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 561.* remiſſiuè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Anton. Auguſt. *collect. 1. Decretal. lib. 4. tit. 1. cap. 19.* 1

Locum non habeat conſenſus, vbi metus, &c.] Qui ſcilicet poſſit cadere in conſtantem virum, vt interpretatur gloſſ. *in praeſenti, verbo metus,* nam Matrimonium contractum metu cadenti in conſtantem virum, ad 2

cum

eum finem injuſtè incuſſo eſt nullum ; vide Mozz. *de contract. tit. de Matrim. in initio, n.5. verſ. item debet eſſe talis*, Matienſ. *in rubr. tit.* 1. *gloſſ.* 1. *d. num.* 27. *lib.* 5. *noua recop.* Gutier. *de iurament. confirmat. p.* 1. *cap.* 57. *num.* 22. Menoch. *de præſumpt. lib.* 3. *præſ.* 4. *à n.* 3. plures Doctores relatos à Cened. *ad Decretal. collect.* 93. *num.* 1. quibus adde ex nouioribus Viuian. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 5. *tit.* 2. *n.* 5. *pag.* 703. Bonacoſ. *commun. crimin. p.* 2. *verbo Matrimonium, fol.* 121. *verſo, & p.* 2. *eodem verbo, fol.* 48. D. Barboſ. *in rubr. ff. ſolut. Matrim. p.* 4. *num.* 29. & 30. Flamin. *de reſignat. benefic. lib.* 13. *q.* 2. *n.* 6. Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. p.* 3. *collect.* 535. Azor. *inſtit. moral. p.* 1. *lib.* 1. *c.* 11. *q.* 5. Marc. Anton. Genuenſ. *in praxi Curiæ Archiep. Neapol. c.* 87. Sayr. *in claui Regia, lib.* 2. *c.* 2. *num.* 11. Sanch. *de Matrim. lib.* 4. *diſp.* 12. *num.* 18. Paul. Comitol. *reſponſ. moral. lib.* 1. *q.* 111. & *quæſt.* 122. *num.* 3. Bernard. Græuæ. *ad pract. Cameræ Imper. lib.* 2. *concl.* 9. latè Farin. *fragment. crimin. p.* 2. *lit. M, ex num.* 46. Rebell. *de obligat. iuſtit. part.* 2. *lib.* 2. *quæſt.* 11. *à num.* 7. vbi *num.* 9. quod metus leuis non impedit Matrimonium : & *num.* 10. idem reſoluit de metu reuerentiali, de quo etiam Menoch. *illuſtr. quæſt. cap.* 35. *num.* 17. & Farin. *d. lit. M, num.* 56.

Nec etiam ex ſolo metu cadente in conſtantem virum annullatur Matrimonium, vt *ſuprà* diximus, ſed ex importunis perſuaſionibus, quæ juſtum metum, & compulſionem inducunt. *l.* 1. *§. fin. de ſeruo corrupto*, vbi communiter notant Doctores, cùm paria ſint obtinere per importunitatem, & obtinere per metum, Petr. Pech. *de teſtament. coniug. lib.* 1. *c.* 3. *n.* 4. & *ſeqq.* & cum pluribus aliis tenet Valenzuela *conſ.* 29. *n.* 31. & ita importunæ perſuaſiones eundem operantur effectum quem metus operatur ad annullandum Matrimonium, vt eleganter conſuluit Angel. de Vbaldis *conſ.* 46. *n.* 4. *p.* 1. inter Matrimonialia Ziletti, illis verbis : *Accedit etiam ad hoc quod nimia importunitas infert ad actus inualiditatem ſicut metus* : & pauló inferius, *Ergo ſequitur quod importunitas mulierum de domo facta dictæ Helenæ reddit dictum Matrimonium inutile.* Idem probat Martin. de Garratis inter eadem conſilia Matrimonialia, *conſ.* 15. *n.* 16. & his non relatis comprobat eleganter plures referens, & rationem reddens Baſil. Pont. *de Matrim. lib.* 4. *c.* 5. *n.* 17. Gregor. XV. *deciſ.* 326. *n.* 12. ibi : *Concurrunt importuna, & continua perſuaſiones, quibus nomine patris ſollicitabatur tam à nouerca, quàm à quodam Sacerdote, quæ ſufficiunt ſine minis, & verberibus.* Afflict. *deciſ.* 69. *n.* 4. Aym. *conſ.* 19. *n.* 34. Maximè quando perſuaſiones veniunt ex perſona cui debetur aliqua reuerentia, & reſpectus, vt per eundem Gregor. XV. *deciſ.* 326. *n.* 13. & 14. & patet ex his, quæ latè congeſſit Sanch. *d. lib.* 4. *diſp.* 7. *per tot.* In idem eſt text. optimus *in l. quiſquis, C. de petit. bonor. ſubl. lib.* 10. vbi Imperator importunis precibus ſe dicit compulſum, & ob eas multa contra ſuam voluntatem concedere ait, quæ aliàs minimè conceſſiſſet ; & hujuſmodi ſollicitudinem vocat *inuerecundam petentium inhiationem* ; non erit ergo legitimus conſenſus, qui ſollicitis precibus ſeu perſuaſionibus extorquetur, Baſil. Pont. *d. c.* 5. *n.* 17. ibi : *Quod ſi apud Principes, quorum ſuprema in Republica auctoritas eſt, importunæ preces adeo grauem moleſtiam afferunt, vt ſæpè annuant votis poſtulantium, quis dubitet etiam ſecundùm rectæ rationis iudicium adeò moleſtas eſſe inſtantes preces, vt meritò metui cadenti in conſtantem virum æquiparari poſſint.* Aym. Crauet. *conſ.* 461. *n.* 11. *vol.* 5. ibi : *Perſuaſio enim vim coactionis habet, l.* 4. *§. ſi quis volentem, verſ. ſed & ſi volentem, ff. de libero hom. exhib.* &c. & ſubdit quod hoc procedit in viro ſollicitè perſuaſo, quamvis reſpectu mulierum ſit facilius, & reſpectu illius qui habet ætatem iuuenilem, & debilem, Ioan. Bapt. Ferret. *conſ.* 296. *num.* 17. & 18. Franc. Monald. *conſ.* 1. *n.* 47. & 48.

Quando tractatur de nullitate Matrimonii celebrati per metum, non requiritur probatio actualis compulſionis, ſed ſufficit quod juſte timeret ne compelleretur, vt eſt text. *in l. nouiſſimè, ff. quod falſo tutore auctore*, vbi Barth. Hippol. Riminald. *conſ.* 177. *n.* 29. inter Matrimonialia Ziletti, Viuian. plures referens *deciſ.* 34. *num.* 7. *lib.* 1. Burg. de Pace *conſil.* 25. *num.* 73. Joan. Gutier. *conſ.* 16. *num.* 5. & *conſ.* 40. *num.* 1. & 2. & cum aliis Valenzuela *d. conſil.* 29. *num.* 52. Seraph. *deciſ.* 863. *num.* 3. vbi quod ita fuit ſæpiſſimè reſolutum, quod maximè procedit quando ſuſpicio eſt probabilis. Bald. *in l. interpoſitas, n.* 6. *in princ. verſ. item adde, C. de tranſact.* vbi dicit probabilem ſuſpicionem metus æquiparari ipſi illato metui, & ibi etiam Curt. jun. *num.* 29. Joan. Sichard. *num.* 9. *in fine*, Thom. Grammat. *deciſ.* 103. *num.* 57. Hercul. *de cautelis de non offendendo, c.* 2. *num.* 13. vbi quod metus præſumitur, probata illius cauſa, licèt metus in effectu non probetur, Farin. *in fragment. crimin. p.* 2. *verbo metus, num.* 26. vbi ampliat non ſolùm ſi matrimonium fiat ex metu, ſed etiam ex præſumptione metus, Alex. *conſ.* 99. *lib.* 3. vbi vult quod ſolus timor violentiæ inferendæ dicatur juſtus metus ad infirmandum Matrimonium tanquam metu factum, ex gloſſ. *in cap. bona, el* 1. *verbo metuebant, circa med. in verſ. timebant, de elect.* & ita etiam tenent in noſtris terminis, dicendo præfatam gloſſ. communiter approbari, Ferret. *conſ.* 296. *n.* 15. eleganter Franc. Monald. *conſil.* 5. *n.* 32. 33 & 34. *vol.* 2. Euerard. *conſil.* 4. *num.* 23. *tom.* 1. inter Matrimonialia Ziletti.

Metus ex conjecturis probatur, & primò vbi Matrimonium fuerit celebratum ſine conſanguineis, famulis, vel aliqua perſona illius, qui celebrare intendit, quia ex hoc vis, aut metus præſumptio colligitur. Alciat. *conſil.* 5. *num.* 22. Ferret. *conſil.* 296. *n.* 11. Seraph. *deciſ.* 859. *num.* 7. Gregor. XV. *deciſ.* 326. *n.* 29 ſicut è contrario ceſſare præſumptionem metus in actu in quo interuenit præſentia conjunctorum ipſius contrahentis, dixerunt Bart. & Doctores *in l. tranſactionem, la* 2. *ff. de tranſact.* Paul. Pariſ. *conſ.* 26. *n.* 68. *lib.* 3. Farin. *in fragment. crimin. p.* 2. *verbo metus, n.* 149. Sanch. *d. lib.* 4. *diſp.* 12.

Secundò præſumptio eſt quod metus interuenit in Matrimonio, quando illud celebratum fuit clauſis oſtiis, Alex. *conſ.* 99. *ſub n.* 4. *lib.* 3. Hippol. Riminald. *conſil.* 77. *n.* 18 & 19. & inter Matrimonialia Ziletti, Gregor. XV. *deciſ.* 326. *num.* 37. maximè ſi per oſtium introire nullus permittatur, dum Matrimonium celebratur, Menoch. *de præſumpt. lib.* 3. *præſ.* 5. *n.* 8. Farin. *in fragment. crimin. p.* 2. *verbo metu, num.* 88. Gregor. XV. *deciſ.* 326 *num.* 38. quia vt dicatur Matrimonium non metu contractum, non ſufficit ſimplex conſenſus, ſed requiritur plena ſecuritas, & libertas, Nauar. *conſil.* 3. *ſub num.* 3. *de ſponſalib.* Fachin. *lib.* 3. *controuerſ. c.* 28. *verſ. ad ſecundum reſpondeo*, Paul. Pariſ. *conſil.* 61. *num.* 31. *lib.* 4. Hippol. Riminald. *conſil.* 77. *n.* 14. inter Matrimonialia Ziletti, Fortun. Garc. *in tract. de vltimo fine, n.* 188. 189. & 429. Gregor. XV. *deciſ.* 326. *n.* 31. Rot. *deciſ.* 643. *num* 9. *p.* 1. *recent.* Circa metum, & non plenam ſecuritatem in Matrimonio contrahendo, perpendere debet judex ſeriem facti, & circumſtantias, & modum inſolitum, ex quo arguitur non bona fides, Alex. *conſil.* 99. *num.* 7. *lib.* 3. Pariſ. *dict. conſil.* 53. *num.* 55. *lib.* 4. Seraph. *deciſ.* 771. *num.* 6. Gregor. XV. *d. deciſ.* 326. *num.* 35. Ad probandum metum admittuntur præſumptiuæ probationes, etiam imperfectæ, & quæ per ſe non efficiunt, ſed ſimul junctæ faciunt plenam probationem, cùm tendant ad eundem finem,

finem, Franciſc. Perſonalis *conſil.* 53. *ex num.* 14. *lib.* 1. Hippol. Riminald. *conſil.* 52. *num.* 112. *lib.* 1. Cephal. *conſil.* 608. *n.* 58. *&* 59. *vol.* 4. *l.* 11. *tit.* 4. *p.* 3. vbi Gregor. Lopez *verbo por grandes ſoſpechas*, D. Barboſ. *l.* 2. *p.* 1. *ex n.* 79. *ff. ſoluto Matrim.* in terminis Petr. de Barbobus *conſil.* 24. *n.* 30. *&* 31. inter Matrimonialia Ziletti, *p.* 1. Franc. Monald. *d. conſil.* 5. *n.* 13. 14. 21. *&* 94. maximè quando conjecturæ ſunt propinquæ, & immediatæ ad actum. Rot. *deciſ.* 260. *n.* 2. 4. *&* 5. *in collectis per Farinac. tom.* 2. *crimin.* vbi ita eleganter: *Ex circumſtantiis inſuper in actu Matrimonij multa ſe offerebant, metus videlicet, nimia feſtinitas, clauſura oſtij, præſentia virorum armatorum exteris introitum prohibentium, abſentia propinquorum, & alia in deciſione deducta, quæ ſaltem ſimul juncta metum ſufficientem probant, præſertim ſtantibus proteſtationibus toties iteratis, quæ multum conferunt ad probationem metus.*

3 *Matrimonium autem ſolo conſenſu contrahitur.*] Notatur ad hoc, quod exterior expreſſio interim conſenſus eſt pars eſſentialis ipſius contractus Matrimonii, atque adeò Sacramenti, vt per Sanch. *de Matrim. lib.* 2. *diſp.* 30. *n.* 3. Ægid. de Coninch. *de Sacram. & cenſuris, tom.* 2. *diſp.* 24. *dub.* 8. *num.* 63. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 31. *n.* 16.

4 *Et ſequatur exitus, qui de inuitis*, &c.] Notatur ad hoc, quod nuptiæ coactæ malos exitus habere ſolent, vt per Farin. *p.* 4. *deciſ.* 69. *n.* 16. Cened. *ad Decretal. collect.* 161. *n.* 1.

Quocirca mandamus, &c.] Notatur ad hoc, quod ſi judex timet libertatem conſenſus in aliqua fœmina impediendam fore, id agere debet vt mulier illa in loco honeſto, ac tuto deponatur, vbi liberè poſſit conſenſum ſuum exprimere, vt per Couar. *de ſponſal. p.* 2. *c.* 3. *§.* 6. *ex n.* 1. Petr. Mozz. *de contractib. tit. de Matrim. tit. de ſubſtant. formalib. & eſſentialib. Matrimonij, n.* 10. Cened. *ad Decretal. collect.* 93. *n.* 4.

5 In gloſſ. *Metus, ibi, minor tamen metus magis excuſat fœminam, quàm virum.* Vide Couar. *de ſponſalib. p.* 2. *cap.* 3. *§.* 4. *num.* 9. Molin *lib.* 2. *de primog. cap.* 5. *num.* 10. Sarmient. *lib.* .. *ſelect. cap.* 11. *num.* 11. Fr. Emman. *tom.* 1. *ſum cap.* 131. *concluſ.* 3. *num.* 3. Boër. *deciſ.* 100. *num.* 2. Mandel. *conſil.* 77. *num.* 4. *lib.* 1. Card. Tuſch. *pract. concl. lit. M. concluſ.* 215. *num.* 26. Farin. *fragment. crimin. p.* 2. *lit. M, concluſ.* 73. Seraphin. *de priuilegiis juram. priuil.* 110. *n.* 14. Menoch. *de arbitr. caſu* 135. *num.* 4. *&* 5. Joan. Garc. *de nobilit. gloſſ.* 17. *n.* 2. 3. *&* 20. Henriq. *in ſum. lib.* 11. *cap.* 9. *num.* 3. *in comment. lit. D, & num.* 4. Tiraq. *l.* 9. *connub. gloſſ.* 1. *part.* 9. *num.* 260. Flamin. *de reſignat. benefic. lib.* 13. *quæſt.* 1. *num.* 61. Sanch. *de Matrim. lib.* 4. *diſp.* 3. *num.* 1. Gutier. *conſil.* 16. *num.* 3. *& eod. tract. de Matrim. cap.* 77. *num.* 2. vbi *num.* 3. dicit quod eodem modo minor metus cadit in puerum quàm in virum, ex text. *in l.* 3. *ff. ex quibus cauſis majores*, ibi, *& hoc ex affectu ejus intelligitur*, Barbat. *conſil.* 60. *num.* 4. Socin. *conſil.* 97. *lib.* 3. qui loquitur in minore quindecim annorum, Sanch. *d. lib.* 4. *diſp.* 3. *num.* 4. ibi: *Attendenda eſt ætas, vt ſi ſenex, vel puer ſit, cui metus incutitur, ſimiliter eius fortitudo, innataque animi magnitudo aut paruitas, & fragilitas*, Farinac. *in fragment. crimin. part.* 2. *verbo metus, num.* 74. Franc. Soar. *de Relig. tom.* 3. *lib.* 6. *cap.* 4. *num.* 11. ibi: *Aliam enim conſtantiam requirit recta ratio in viro, quàm in fœmina, & aliam in matura ætate, quàm in puerili*, &c. Idem Sanchez *de Matrim. lib.* 4. *diſp.* 17. *n.* 2. *propè fin.* vbi ait reſpectu fœminæ, aut meticuloſi adoleſcentis ex ſubjecti qualitate metum ex genere levem dici interdum in foro conſcientiæ, grauem reſpectiuè, & eſſe cadentem in virum conſtantem, reddereque Matrimonium irritum, & ideò metus efficitur magis veriſimilis, conſiderata perſona quæ illum patitur, vt tenuit Rot. coram Ludoviſ. *deciſ.* 328. *num.* 24. *&* 26. Menoch. *de præſumpt. lib.* 6. *præſ.* 50. *n.* 31. rationem reddit illis verbis: *Nam pueri, in quibus nullus eſt vſus, & qui omnia maiora quàm ſunt judicant, propter imperitiam ætatis, rebus quibuſcumque etiam leuiſſimis terrentur.* Et hoc non ſolùm in metu, quem coactivum appellamus, locum habere dicitur, ſed etiam in reuerentiali, vt in ſpecie affirmauit Marc. Ant. Cuch. *lib.* 5. *inſtit. major. tit.* 12. *n.* 134. à quo non diſſentit Sanch. *d. lib.* 4. *diſp.* 6. *n.* 8. & tenet Menoch. *conſil.* 125. *n.* 24.

SUMMARIUM.

1 *Sponſalia de futuro, ſi ſequuta eſt copula, non diſſoluuntur per ſponſalia de præſenti, niſi per metum, qui potuiſſet cadere in conſtantem virum, contracta ſint.*

2 *Coitus antecedens ſponſalia non præſumit Matrimonium contractum.*

3 *Metus cadens in conſtantem virum ad eum finem injuſtè incuſſus annullat Matrimonium in vtroque foro.*

4 *Metus quando juſtè incutitur, non reddit irritum Matrimonium.*

5 *Metus excuſat etiam eum, qui in illum incidit culpa ſua.*

Cap. Veniens ij. XV.

Alex. III.

SPonſalia de futuro cum vna contrahens, & deinde cum alia de præſenti, debet remanere cum ſecunda, niſi cum prima rem habuerit, vel cum ſecunda ex metu cadente in conſtantem virum contraxerit. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Hoſt. Butr. Anchar. Panorm. Præpoſ. Petr. Greg. Alex. de Neuo, Caniſ. Cujac. Viu. *in ration. lib.* 4. *juris Pontif. pag.* 9. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 561. remiſſiuè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* .. *Decretal. lib.* 4. *tit.* 1. *cap.* 1. 1

Collige ex text. Matrimonium metu factum dici ab eo, qui duxit in vxorem puellam, cum qua fuit repertus iacens in lecto à patre, vel aliis ejus conſanguineis, vt per Marſil. *ſing.* 286. *verſ. capias vnam*, Sebaſt. Medic. *de caſib. fort. p.* 1. *q.* 7. *n.* 57. *verſ. quadrageſimo ſecundo*, Maſcard. *de probat. concluſ.* 1051. *n.* 48. Menoch. *de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 4. *n.* 7. Card. Tuſch. *pract. concluſ. lit. M, concluſ.* 215. *num.* 9. 15. 19. *&* 22. *& concluſ.* 216. *n.* 2. *&* 3. Sanch. *de Matrim. lib.* 4. *diſp.* 12. *n.* 14.

Poſt fidem præſtitam cognouerit, &c.] Ergo coïtus antecedens ſponſalia non præſumit Matrimonium contractum, vt per Couar. *de ſponſalib. p.* 1. *cap.* 4. *§.* 1. *n.* 13. Menoch. *de præſumpt. lib.* 5. *præſ.* 1. *num.* 42. D. Barboſ. *in rub. ff. ſoluto matrim. p.* 1. *n.* 107. 2

Alioquin ſecunda, &c.] Aduerte quod licèt Matrimonium nullum ſit in vtroque foro per metum cadentem in conſtantem virum ad eum finem injuſtè incuſſum, Henriq. *in ſum. lib.* 11. *cap.* 9. *num.* 1. Sanch. *de Matrim. lib.* 4. *diſp.* 12. *n.* 18. Valer. Reginald. *in praxi pœnit. lib.* 31. *à n.* 75. tamen illud irritum non reddit metus quando juſtè incutitur, vt docent *in præſenti* Zabar. *num.* 2. Hoſtienſ. *ad finem, in* 1. *ſolut.* Ioan. Andr. *num.* 8. Anchar. *num.* 6. Henric. *num.* 3. Præpoſ. *num.* 5. & Abb. *num.* 8. quos refert, & ſequitur Sanch. *dict. lib.* 4. *diſp.* 13. *num.* 3. *verſ. quartò*, vbi *n.* 9. dicit ideo in præſenti 3

ſenti irritum fuiſſe Matrimonium, ad quod pater coëgit juuenem repertum cum filia in eodem lecto, quia injuſtè coëgit volens cum interficere, quod injuſtum erat: nec etiam pater poterat auctoritate propria juſtè talem cogere ad Matrimonium, quia id judicis officium eſt, vt aduertit Valer. Reginald. *d. lib.* 31. *n.* 79. vbi etiam reſoluit valere potuiſſe Matrimonium ſi pater non veniſſet animo cogendi illum ad Matrimonium, ſed animo interficiendi ob eam culpam, ille autem precibus impetraſſet ab eodem patre, vt vitam ſibi condonaſſet ſub conditione quod filiam ſuam acciperet in vxorem; tunc enim metus non eſſet incuſſus, vt Matrimonium fieret, nec conuentio illa contingeret vt Matrimonium obtineretur per metum, ſed vt metus per Matrimonium toleraretur, de quo etiam Fr. Baſil. Pont. *de impediment. Matrimonij, cap.* 29. §. 12. *verſ. neque obſtat*, vbi etiam dicit metum mortis in præſenti illatum fuiſſe.

5 In gloſſ. *Vt vxori*, fin. ibi, *& eſt hic argumentum, quod licèt culpa mea inciderim in metum, nihilominus excuſor propter metum.* Hæc gloſſa recipitur *in præſenti*, Hoſt. *ad fin. ſuper verbo niſi metu coactus*, Joan. Andr. *num.* 8. Anton. *n.* 3. Anchar. *n.* 7. Card. *n.* 1. Henric. Boich *n.* 1. Præpoſ. *n.* 2. Nauar. *in man. c.* 17. *n.* 15. quos refert & ſequitur Sanch. *d. lib.* 4. *diſput.* 8. *num.* 9. Monet. *Aragonie deciſ.* 45. *n.* 21. *verſ. nec obſtat*, Rot. *in Colimbrien. Matrimonij*, 2. *Decembr.* 1616. coram bonæ mem. Buratto, inter ejus impreſſas *deciſ.* 213. *n.* 8.

SUMMARIVM.

1 *Iurans cum aliqua contrahere, ſi vult Religionem ingredi, debet primo contrahere vt juramentum ſeruetur, & poſteà ante copulam Religionem ingredi.*

2 *Sponſalia jurans poteſt Religionem ingredi non contracto Matrimonio.*

3 *Declaratur text. in præſenti.*

4 *Sponſalia jurans, & poſtea adſtringens ſe Religionis voto, non poteſt ſine peccato mortali Matrimonium inire animo firmo ingrediendi Religionem ante conſummationem.*

Cap. Commiſſum XVI.

1 QUi dedit fidem contrahendi cum aliqua, & jurauit, ſi vult ingredi Religionem, tutius eſt prius contrahere cum illa, vt ſeruet juramentum, & poſtea ante copulam ad Religionem migrare. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Hoſt. Anchar. Butr. Panorm. Præpoſ. Petr. Gregor. Alex. de Neuo, Caniſ. Cujac. Viuian. *in ration. lib.* 4. *iuris Pontif. pag.* 10. Alagona *in compend. jur. Canon. pag.* 561. remiſſiuè Ximen. *in concord. p.* 1. & 2. refertur ab Ant. Auguſt. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 4. *tit.* 1. *c.* 4.

2 *Quod tutius eſt ei, &c.*] Verba hæc important conſilium, ac proinde illum qui ſponſalia jurauit poſſe Religionem ingredi non contracto Matrimonio, tenent D. Thom. *in* 4. *diſt.* 27. *quæſt.* 1. *art.* 3. *& in addit. ad* 3 *p. quæſt.* 43. *art.* 3. *in concl.*.. Sot. *d. diſt.* 27. *q.* 2. *art.* 5. *dub.* 1. Syluеſt. *in ſum. verbo Matrimonium* 7. *quæſt.* 5. Nauar. *in man. cap.* 22. *num.* 26. Menoch. *de arbitr. caſu* 455. *num.* 10. Soar. *de relig. tom.* 1. *tract. de jurament. lib.* 2. *c.* 13. *num.* 2. *cum ſeqq.* Couar. *de ſponſal. part.* 1. *cap.* 5. *in initio, num.* 11. Veg. *in ſumma, lib.* 6. *caſu* 21. Fr. Emman. *in ſumma, tom.* 1. *c.* 244. *num.* 5. Petr. de Ledeſma *de Matrim. quæſt.* 43. *art.* 3. *dub.* 1. *diffic.* 1. Lancel. *inſtit. juris Canonici lib.* 1. *de ſponſal. c.* 15. *verbo conſultius*, Henriq. *in ſum. lib.* 11. *cap.* 13. *num.* 3. *& cap.* 14. *num.* 3. Hurtad. *de Matrim. diſput.* 2. *diffic.* 5. Sanchez *de Matrim. lib.* 1. *diſput.* 43. *n.* 3. ex quibus communis eſt ſententia, quæ primò ſic probatur. Majus præjudicium reperitur, & fortius vinculum in Matrimonio de præſenti, quàm in ſponſalibus juratis: at Matrimonium Religione diſſoluitur: ergo & ſponſalia. Major probatur, quia per Matrimonium acquiritur jus indiſſolubile ad vſus Matrimoniales, ex ſponſalibus verò tantùm obligatio ad contrahendum. Minor probatur ex *c. verùm, & ex c. ex publico, de conuerſ. conjugat.* conſequentia bona eſt. Deinde ſi is, qui jurauit contrahere, teneretur ſeruare juramentum propter partis præjudicium, teneretur etiam manere in Matrimonio: hoc autem falſum eſt, & abſurdum: ergo, &c. Major probatur, quia is, qui jurauit nubere, cenſetur juraſſe cum effectu, & in Matrimonio permanere, vt ex natura rei conſtat, & ex D. Thom. colligit Sot. *loco citando*: ergo contrahendo eo animo vt ſtatim relinquat, & Religionem ingrediatur, jam non ſeruat juramentum juxta intentionem jurantis, & acceptantis, contra *cap. quemcumque* 22. *quæſt.* 5. conſequentia benè colligitur. Præterea ſi teneretur ſeruare juramentum, aut eſſet ex vi ipſius, vt reddatur Deo, aut propter partis præjudicium: ſed neutrum dici poteſt, quod ſic probatur. Iuramentum non poteſt impedire melius bonum, nec opera conſilii, etiamſi in eo jam exprimantur, vnde ſi quis juraſſet non ingredi Religionem vſque ad certum tempus, non commendare, non fidejubere, licet juramentum ſeruare potuiſſet, quia nullo præcepto ad illa opera tenetur, attamen juramentum non obligaret, quaſi boni impeditiuum, *cap. vlt.* 22 *quæſt.* 5. quod ſic declarant Palud. *in* 4. *diſt.* 38. *quæſt.* 2. *art.* 1. *col.* 4. Abb. *in cap. ſi verò, num.* 6. *de jureiurand.* Turrecr. *in c. ſi aliquid* 22. *quæſt.* 4. Sot. *de tollendo iuramentorum abuſu, c.* 9. *ad fin.* Couarruv. in *c. quamvis pactum, p.* 1. §. 6. *num.* 7. ergo juramentum, quatenus Deo reddendum eſt ex vi ſua non impedit quominus ſponſus ſtatim poſſit Religionem ingredi: quod verò nec partis præjudicium, ex eo patet, quia nullum mulieri fit præjudicium, ſi non adimpleatur illud, quod ſtatim reuocari debet, & quod ipſa non poſſet impedire, nec ſine peccato ſponſum à meliori bono vel per momentum retardare: ergo nihil eſt, quod impediat. Denique fornicatio, lepra, inimicitia, & aliæ cauſæ ſuperuenientes diſſoluunt ſponſalia propter defectum intentionis, ex *cap. quemadmodum, de jureiurand.* ergo à fortiori religio. Ex quibus fundamentis ſponſalia juramento confirmata per Religionem diſſolui tenent gloſſ. Innocent. Abb. *num.* 4. Præpoſ. *num.* 5. *in præſenti*, Palud. *diſt.* 28. *quæſt.* 1. *ad fin.* Richard. *diſt.* 29. *art.* 2. *quæſt* 4. Menoch. *de arbitr. caſu* 455. *num.* 10. nouiſſimè Baſil. Pont *de Sacramento Matrimonij lib.* 12. *cap.* 5. *à princip.* vbi *num.* 2. quærit an per ſolum ingreſſum, an verò profeſſio expectanda ſit. Quamvis eum, qui juramento promiſit contrahere Matrimonium, teneri prius contrahere, & non poſſe ante contractum Matrimonium ad Religionem tranſire, teneant Sot. Ledeſm. Nauar. & alii, quos refert, & ſequitur Rebel. *de obligat. lib.* 4. *de Matrimon. quæſt.* 8. *ſect.* 6. *concluſ.* 2. intelligentes per illa verba text. tutius eſſe, non explicari conſilium, ſed neceſſitatem, quos tamen cum judicio reprobant Sanch *citato loco*, Baſil. Pont. *d. lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 11. Unde retenta hac ſententia, & intellectu ad text. *in præſenti*, excuſari poſſunt circuitus, Azor. *inſtit. moral. part.* 1. *lib.* 11. *c.* 5. *q.* 4. *verſ. videtur itaque*, Baſil. Pont. *d. lib.* 12. *c.* 10. *num.* 12. videlicet quod juuenis, de quo *in præſenti*, ſub biennii finem ſuſpenſo & incerto animo fuit, contraheretne Matrimonium, an Religioſorum inſtitutum ſuſciperet, & ita tem totam in tempus

diffe-

differebat, nec enim promiſſum præſtabat, nec ad Religioſorum ordinem tranſibat, & proinde Pontifex decernit vt puellam ducat vxorem, & deinde ad religionis ſtatum ſe conferat, ſi velit, cùm in dubio tutius & certius ſit eligendum, & cùm is juuenis dubius ſit vtrùm ex his duobus agat, & propterea rem totam in dies differat, ſatius ducit Pontifex vt Matrimonium contrahat, & juſiurandum ſeruet, ſiquidem poſt Matrimonium ratum, & non conſummatum intra duorum menſium ſpatium, quod jus concedit, deliberare poterit, ſi velit de toto ad religioſæ vitæ inſtitutum tranſire; nam facilius eſt confugere ad communem intellectum, vt *ſuprà*. Vel potius tentari poteſt Summos Pont. tantum detuliſſe jurisiurandi religioni, vt ſæpè jubeant illud ſeruari in caſibus in quibus non obligat, ne alii occaſionem peierandi accipiant, neve ſcandalizentur, exiſtimantes juramentum violari. Vnde cùm votum Religionis conſilii ſit, & non præcepti, rectè conſtitutum fuit ad euitandum ſcandalum puſillorum, & propter reuerentiam juramenti, vt licèt in hac ſpecie non impediret religionem de ſe, ſeruaretur tamen quatenus fieri poterat. Qua ratione tutius dicitur in eo text. ſcilicet ne fortè alii occaſionem accipiant peierandi, aut ſcandalizentur, ſicque verbum, *tutius*, præſupponit de ſe tutum eſſe ſtatim religionem ingredi, niſi ex prædictis cauſis perfecta charitas contrarium ſuaderet, quæ maximè in eo conſiſtit, vt opera concilii differantur propter ſcandalum paſſiuum ignorantium, juxta *cap. 2. de noui operis nunciat.* reſoluit S. Thomas 2.2. *quæſt.* 43. *art.* 3. Albertin. *in libro de ſecreto, à n.* 236. Caſtro *lib.* 1. *de juſta hæreticorum punit. cap.* 20. tradunt noſtri *in c. Deus qui, de vita, & honeſtat. Cleric.* & ita hunc text. in effectu intelligunt gloſſ. *hic*, cuius opinionem recipiunt Panorm. & Cuiac. etiam *in præſenti*, Richard. *in 4. diſt. 29. art. 2. q. 4.* Sot. & Henriq. quos refert Baſil. Pont. *d. lib.* 11. *c.* 10. *n.* 9. Nec obeſt ſi quis dicat Summum Pont. potiùs debuiſſe declarare juramentum in ea ſpecie non obligare, prout fecit *in cap. ex parte, de Clericis non reſid.* Reſpondetur enim ex ea declaratione non ceſſare occaſionem periurii, aut ſcandali in ignorantibus, atque ideo negligitur periculum credendi juramentum in ea ſpecie obligare ad euitandam aliam majoris mali occaſionem, & bonum conſequendum conſeruandæ religionis juramenti, vt cum videant homines Eccleſiam velle ſeruare juramenta, quæ de ſe non obligant, intelligant quanta in veneratione haberi debeant; quod ſi quis dicat non debuiſſe illud fieri in hac ſpecie cum diſpendio boni ſpiritualis, dum Religio differtur, reſpondetur majorem eſſe charitatem propria bona, & opera perfectionis differre propter ſcandalum puſillorum, & in eo plus mereri eum, qui proximi vtilitatem ſuis commodis antepoſuit, vt reſoluunt D. Thom. & alii vbi *ſuprà*.

3 In gloſſ. *Tutius*, ibi, *vel dic tutius ſaltem quoad opinionem*. Secundùm hanc gloſſam tenent Sot. Angel. Syluest. & Lancellot. *ſuprà* citati, quos ſequitur Sayr. *in claui Regia, lib. 5. c. 7. n. 4. verſ. ſecunda propoſitio*, Pontificem in præſenti intelligere tutius eſſe prius contrahere non ſecundùm rei veritatem, ſed juxta vulgi opinionem, exiſtimantis illum eſſe periurii reum, niſi prius Matrimonium ineat. Verùm hunc intellectum improbat Sanchez *d. diſp. 43. n. 5.* meliorem reputans quem *ſuprà* ex illo & aliis præſtitimus, quod ſcilicet Summus Pontifex tutius conſulit juramentum adimplere, non quidem de præcepto, ſed de conſilio, ob euitandum ſcandalum puſillorum, & propter reuerentiam juramenti.

4 In ead. gloſſ. ibi, *videtur facere contra conſcientiam, & ſic peccat*. Notatur ad hoc, quod jurans ſponſalia, & poſtea adſtringens ſe religionis voto, non poteſt ſine peccato mortali matrimonium inire animo firmo ingrediendi religionem ante conſummationem, vt per Hoſtienſ. *paulò poſt princ. in præſenti*, & Joan. Andr. *n.* 3. But. *n.* 9. Præpoſ. *n.* 5. Fr. Emman. *in ſumma, tom. 1. c. 244. n. 5.* & alios plures, quos refert, & ſequitur Sanch. *d. diſp. 43. n. 7.*

In gloſſ. *Lege*. Hæc gloſſa, & Hoſtienſ. *in præſenti*, ſuper hoc verbo remittunt lectorem ad *c. licèt, de Regular.* vbi ponitur ſimile verbum, & conſtat non accipi pro voto: ſed gloſſ. *eod. cap. licèt, verbo priuata*, Hoſtienſ. *ſuper eod. verbo*, explicant ex amore & charitate Dei: addit Hoſt. vel ex lege, quæ inſtinctu Spiritus ſancti cordibus imprimitur. 5

SUMMARIUM.

1 *Iurans cum aliqua contrahere, moneri potius debet quàm compelli vt contrahat.*

2 *Cogi qualiter quis debeat ad Matrimonium poſt ſponſalia à ſe jurata, & numeris ſeqq.*

4 *Nuptiæ coactæ malos exitus habere ſolent.*

Cap. Requiſiuit XVII.

Luc. III.

Mulier, quæ iurauit nubere alicui, ſi poſtea non vult, monenda eſt potius quàm cogenda, quia Matrimonia debent eſſe libera, & coacta ſæpè habent exitus difficiles. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Hoſt. Butr. Anchar. Panorm. Præpoſ. Petr. Gregor. Alex. de Neuo, Caniſ. Cujac. Viuian. *in rationali lib. 4. iuris Pontif. pag.* 11. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 562. remiſſiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Anton. Aug. *collect. 1. Decret. lib. 4. tit. 1. c. 12.* & eſt poſt Conc. Lateran. ſub Alexand. III. *p. 45. c. 6.* 1

Collige ex text. ſponſalia voluntaria præcedentia nihil operari quin Matrimonium remaneat nullum, ſi conſtet metum in illo interueniſſe, vt per Fortun. Garc. *repet. c. 1. n. 121. verſ. vnum à ratione, de pactis*, Ferret. *conſil.* 181. *n.* 6. Couarr. *de ſponſalib. p. 1. in princ. c. 4. num.* 5. Hieron. Gabr. *conſil. 186. num. 12. lib.* 2. Card. Mantic. *de tacitis, & ambig. conuent. lib. 3. tit. 17. num.* 9. quos refert & ſequitur Rot. *in Colimbrien. Matrimonij*, 2. *Decembris* 1616. coram bonæ mem. Buratto, inter ejus impreſſas *deciſ. 213. n.* 8. 2

Quod cùm libera debeant eſſe Matrimonia &c.] Intellige ab omni extrinſeca neceſſitate, non tamen à neceſſitate intrinſeca, hoc eſt vt ex conſenſu obligentur partes ad obſeruandum quod promiſerunt, & tunc Matrimonia ad hoc non debent eſſe libera, quia eſſet euacuare omnem neruum Matrimonii, ſi diceremus quod conſenſus non adſtringeret inuitos, ita 3
4
Gutier. *de jurament. confirmat. part. 1. cap. 51. num. 4. & canon. quæſt. lib. 1. c. 18. num. 10. verſ. vltimò non poſſum*, & alii relati per Cened. *ad Decretal. collect. 161. num.* 2. non eſt enim contra Matrimonii libertatem quod Eccleſia homines jure compellat poſt ſponſalia præſertim jurata, Henriq. *in ſum. lib. 11. cap. 13. §. 4.* monendo eos priùs, & poſtea cogendo per cenſuram, ſi exponatur verbum, *potius*, de quo *in præſenti* id eſt, priùs; judex tamen debet ſemper procedere cum prudentia abſque ſtrictiſſima coactione, ne conſenſus requiſitus ad Matrimonium deficiat, & ſi ſponſum ita obſtinatum eſſe videat, vt liberè Matrimonio conſentire repugnet, monitione potius quàm exactiſſima coactione

coactione vetatur, & hoc etiam poteſt eſſe quod ſen ſit text. *in præſenti*, illis verbis, *monenda eſt potius, quam cogenda*. Vide Covar. *de ſponſal. p.1. cap.4. in initio, n.5.* Didac. Lopez de Stunica *de voto, quæſt.1. ex n.57.* Sarmient. *lib.1. ſelect. cap.5. n.5.* Joan. Segura Davalos *in direct. judic. Eccl. for. p.2. c.15. ex n.6.* Ægid. de Coninch *de Sacram. tom.2. diſp.13. dub.2.* Hurtad. *in tract. de Matrim. diſp.1. difficult.17.* Perez *l.1. gloſſ.1. pag.4. verſ. non obſtat, tit.1. lib.5. Ordin.* Azeved. *l.1. n.15. & 16. tit.1. lib.5. novæ recop.* Menoch. *conſ.386. n.2.* benè Sanch. *de Matrim. lib.1. diſp.29. n.7.* ubi *n.8.* dicit judicem ſi cenſura lata viderit ſponſum eſſe pertinacem, nihilque cenſuram prodeſſe, abſolvendum eſſe à cenſura, quamvis ſponſus abſolutionem minimè petat, & vide dicta *ad cap. ex literis, il ſecundo, ſupr. hoc tit.*

Sed adhuc ratio illa quam in præcitatis verbis reddit Pontifex, videbatur inepta, cùm coactio, quæ fit auctoritate legis & judicis, juſta præſumatur, & libertatem non tollat, ex multis, quæ congerunt Sanch. *de Matr. lib.4. diſp.13. à n.3.* & noviſſime Baſil. Pont. *eod. tract. lib.4. c.19. à num.7.* Nec ſatisfacit recepta doctrina Butr. *in præſenti*, dicentis eam coactionem libertatem tollere, quæ fit à cauſa extrinſeca, quæ verò ab intrinſeca, ſcilicet ab ipſo conſenſu contrahentium, libertatem non tollere, ſicut etiam quando quis in periculo mortis conſtitutus votum emiſit, *c. literaturam, de voto*, ac proinde cùm coactio in hoc text. proveniat ab obligatione mulieris, & à judice, non tollit libertatem.

4 Ego tamen verum credo in hoc propoſito curandum non eſſe utrùm coactio proveniat ab extrinſeca, vel intrinſeca cauſa, ſed tantùm utrùm fiat ex cauſa juſta cum debita moderatione; nam ſi ſic fiat, auget potius libertatem, quàm minuit, dummodo ad id impellat, quod ſub peccato mortali quis facere tenetur; quando enim juſtè metus infertur, non extorquetur conſenſus injuſtè, nec per injuriam, & is, qui cogitur, non eſt rationabiliter invitus, quandoquidem jure cogitur, & ille in non parendo recedit à jure, & æquitate, ut optimè conſiderat Baſil. Pont. *loco citato*, ubi ad plura infert. Sin autem cogendi cauſa juſta

1 non ſit, vel ſi in eo metu inferendo, etiamſi juſtam originem habuerit, aliquid fit contra bonos mores, aut non adhibeatur cum debita moderatione, coactio libertatem tollit, ut optimè probat Baſil. Pont. *loco citato*, ubi infert ad plura notabilia. Et ideo cùm ſuppoſita mulieris contumacia nimia coactio invitas faceret nuptias, & eſſet occaſio majoris mali, planè erat injuſta, ſicut quodlibet præceptum legis, aut judicis, quod cum probabili periculo majoris mali minus cogit evitare, & hac de cauſa rectè Pontifex ait, quia libera debeant eſſe Matrimonia.

5 Unde ex dictis infertur ſponſos teneri præciſè nubere, ubi ad id cauſa juſta cogi poſſunt, nec ſatisfacere ſolvendo intereſſe; nam cùm promiſſio per leges approbata obliget ad præſtandum id, quod promiſſum eſt, & in ſponſalibus nuptiæ ſint promiſſæ, non verò id, quod intereſt, ſequitur quod nuptiæ ſunt præciſè in obligatione: accedit quod ex *cap. ex literis, & ex cap. ſicut, hoc tit.* apertè colligitur hanc obligationem eſſe præciſam ad contrahendum: ita Præpoſ. *n.9. in d. cap. ex literis*, Abb. *in cap.1. n.7.* & Felin. *n.8. hoc tit.* Cortaſ. *lib.2. miſcell. cap.3. in fine*, Angel. *verbo ſponſalia, n.21.* Porrò ſi ſponſalia juramento confirmentur, inter omnes convenit præciſè obligare, eſt enim recepta concluſio, quod omnis promiſſio faciendi, ſi juramento vallata ſit, obligat præciſè, ut probat gloſ. *verbo neceſſe habeas, in l. ſi pecuniam, ff. de condict. ob cauſam*, quam *ibid.* receptam aſſerit Jaſ. *n.33.* Alexand. *n.27.* Duar. *in fine, ad l. ſtipulationes non dividuntur, ff. de verb. obligat.* Abb. *in cap. veniens, n.7. de jurejur.* Rip. *in*

cap.1. n.59. de judic. Præpoſ. *ubi ſuprà*, Covar. *in cap. quamvis pactum, part.1. §.4. n.6.* Aym. *conſil.12. num.2.* Menoch. *de arbitr. caſu 336. n.31.* & hoc probant auctoritate *cap. ult. ne Prælati vices ſuas*, & quia juramentum in forma ſpecifica ſervandum eſt, *cap. ad noſtram, de jurejur.* & *ibid.* Abb. *num.2.* idem Abb. *in cap. per tuas, num.13. de arbitr.* non ſervatur autem in forma ſpecifica, ſi loco facti promiſſi æquivalens pecunia ſolvatur; quamvis hujuſmodi Doctorum fundamentum juris principiis conſentaneum non ſit, ut alibi oſtendam, ſponſalia tamen præciſam habere obligationem cum eiſdem libenter fateor.

Cùm coactiones difficiles, &c.] Notatur ad hoc, quod nuptiæ coactæ malos exitus habere ſolent, Gig. *conſil.36. n.10.* Nevizan. *in ſylva nupt. lib.1. n.155. verſ. & quod nuptiæ, & lib.2. n.14.* Covar. *de ſponſal. p.1. cap.4. in init. n.5.* Farin. *part.4. deciſ.69. n.16.* Cened. *ad Decretal. collect.161. n.1.* Id enim plerumque etiam contingere ſolet, quando inter impares contrahuntur, Menoch. *conſil.385. n.6.* Sanch. *de Matrim. lib.2. diſp.6. n.2.* 6

SUMMARIUM.

1 *Litis pendentia ſuper Matrimonio non impedit ſecundum Matrimonium contrahi, ſi primum erat nullum.*

2 *Matrimonium pendente lite contractum valet.*

3 *Error qualitatis, ſeu dolus antecedens, Matrimonium non irritat.*

Cap. Cùm in Apoſtolica XVIII.

Urban. III.

Matrimoniali lite pendente ſi litigans ante ſententiam judicis accipit aliam uxorem ignorantem facti, poſteà ſi feratur ſententia de nullitate Matrimonii, tenet ſecundum Matrimonium, licèt fuerit contractum pendente lite, ſed viro debet injungi pœnitentia, & ut abſtineat à conjuge per tempus pœnitentiæ, &c. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Hoſt. Butr. Anchar. Panorm. Præpoſ. Petr. Gregor. Alex. de Nevo, Canſ. Cujac. Viv. *in ration. lib.4. Iuris Pontif. pag.12.* Aragona *in compend. Iuris Canon. pag.562.* remiſſivè Ximen. *in concord. p.1. & 2.* refertur ab Anton. Auguſt. *collect. 1. Decretal. lib.4. tit.1. cap.20.* & eſt poſt Concil. Lateran. ſub Alex. III. *p.6. cap 21.* 1

Pendente lite.] Ergo Matrimonium pendente lite contractum valet, ut per Covar. *de ſponſalib. p.1. cap.8. §.1. n.8.* Maſcard. *de probat. concl.1023. n.8.* 2

In maritali copula, &c.] Notatur ad hoc, quod error qualitatis, ſeu dolus antecedens Matrimonium non irritat, ut per Covar. *de ſponſ. p.2. cap.3. §7. n.3 & lib.1. var. cap.5. n.1.* Perez *l.1. verſ. dubitatur utrùm Matrimonium dolo contractum, tit.1. lib.5. Ordin. pag.15.* Molin. *de juſt. tract.2. diſp.259. verſ. illud poſtremò, & diſp.352. n.5.* Valent. *2.2. diſp.5. quæſt.20. punct.4. §. probatur concluſio*, Flamin. *de reſign. benef. lib.13. q.3. n.11.* Petr. de Ledeſm. *de Matrim. quæſt.51. art.2. dub.3. paulò ante ſecundam concluſionem*, Gutier. *de Matrim. cap.89. n.5.* Sanch. *eod. tract. lib.7. diſp.18. n.18.* ubi *n.19.* non capit limitationem, niſi tantus eſſet dolus, ut conſenſum auferret. 3

SUMMARIUM.

1 *Matrimonium ſecundum contrahere non poteſt mu-*

lier, niſi per certum nuntium certificata fuerit de morte primi viri, & num. 2.

3 *Teſtis unus de viſu an probet mortem, oſtenditur.*

4 *Fama ſola non ſufficit ad probandam mortem viri, ut uxor ſecundò nubat.*

5 *Iudicis prudentis arbitrio relinquitur qualis debeat eſſe certitudo mortis prioris viri, ut uxor ſecundò nubat.*

6 *Mulier ſecundò nubens adhuc vivo primo viro, ab omni pœna excuſatur, ſi veriſimiliter credit primum fuiſſe mortuum.*

7 *Certitudo ad probandam viri mortem ſufficit per teſtes, ſeu probabilitatem moralem.*

Cap. In præſentia XIX. *Clem. III.*

1 MVlier licèt juvenis, & incontinens, cujus vir eſt abſens ſeptennio, vel quocumque numero annorum, nec poteſt certificari de morte, vel vita, ſive ſit captivus, ſive peregrinus, non poteſt ſecundò nubere, nec canonicè poteſt hoc concedi donec recipiat certum nuntium de morte viri. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Joan. Andr. Hoſt. Butr. Anchar. Panorm. Præpoſ. Petr. Gregor. Alex. de Nevo, Caniſ. Cujac. Viv. *in ration. lib. 4. Iuris Pontif. pag.* 12. Alagona *in compend. Iuris Canon. pag.* 562. remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Ant. Auguſt. *collect. 1. Decretal. lib. 4. tit. 1. cap. 3.*

2 Hanc eandem concluſ. ex hoc text. deſumunt Cov. *de ſponſal. p. 2. cap. 7. §. 3. n. 3.* Greg. *l. 6. tit. 9. p. 4.* Steph. de Gaëta *in repet. cap. ad limina* 30. *q. 1. §. 4. n.* 490. Petr. Moz. *de contract. tit. de Matrim. §. fin. n.* 37. Matienz. *l. 5. gl. 1. ex n. 2. & gloſſ. 3. ex n. 7. tit. 1. lib. 5. nova recop.* Gom. de Leon. *reſp.* 62. Menoch. *de arbitr. caſu* 420. *ex n.* 118. Ant. Gom. *l. 80. Tauri, n.* 31. Navar. *conſil.* 15. *ſub hoc til. in 1. edit.* Perez per text. *ibi, in l. 7. gloſſ. 1. tit. 15. lib. 8. Ordin.* Maſcard. *de probat. concl.* 1069. *n. 4. cum ſeq. & concl.* 1074. *n.* 4. Joſeph. Ludov. *Peruſ. deciſ.* 12. *n.* 7. Fr. Emman. *in ſum. tom. 1. cap.* 233. *n. 2. &* 4. D. Barboſ. *in rubr. ff. ſoluto Matrim. p. 2. n. 71. & 72.* remiſſivè Cened. *ad Decretal. collect.* 171. *n.* 3. Henriq. *in ſum. lib. 12. cap. 6. n.* 4. Gutier. *practic. lib. 2. quæſt. 8. n. 3. cum ſeqq. & de Matrim. cap. 51. num. 1. cum ſeqq.* Sayr. *in clavi Regia, lib. 1. cap. 13. n.* 28. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 31. *num. 70. cum ſeqq.* Aloyſ. Ricc. *in praxi fori Eccleſiaſt. reſol.* 231. Paul. Comitol. *reſponſ. moral. lib. 1. q. 127. cum ſeqq. & precipuè quæſt.* 132. Farin. *in praxi crimin. p. 5. quæſt. 140. n. 50. cum ſeqq.* latè Sanch. *de Matrim. lib. 2. diſp.* 46. Pont. *de Matrim. lib. 7. cap.* 53. Et in hoc jura Civilia Digeſtorum, Codicis, & Authenticorum per text. *in præſenti*, eſſe correcta aſſerunt *hic* omnes, & Gutier. *d. quæſt. 8. n.* 4. Farin. *d. quæſt. 140. n.* 52. plures, quos refert, & ſequitur Sanch. *d. diſp. 46. n.* 6.

3 *Donec certum nuntium*, &c.] Ergo per unum teſtem de viſu deponentem, aliàs idoneum, mors viri probata cenſeretur, ſic Hoſt. Abb. Angel. & Veracr. quos referr, licèt non ſequatur, Sanch. *d. diſp. 46. n.* 10. admittit Farin. *d. q. 240. n.* 73. caſu, quo conjux obierit in loco ita diſtanti, ut facilè nequeant aliæ probationes haberi. Verùm Sanch. licèt cum hac limitatione Farin. ſententiam recipiat, aſſerit multò magis ſibi placere nunquã ſufficere unum teſtem, intelligens verbum *nuntium*, de quo in text. in genere neutro, ita ut ſignificet, *la nova*; ſed non poteſt dici nuntium certum, quod voce unius habetur, cùm jura clament vocem unius eſſe vocem nullius, *l. jusjurand. verſ. ſimili modo, C. de teſt. c. veniens,*

4 *in fin. ſupr. eod. tit.* Unde ſolam famam non ſufficere, niſi aliis adminiculis adjuvetur, reſolvunt Menoch. *remedio 4. adipiſcendæ, n.* 672. Maſcard. *de probat. concl.* 1075. *n. 4. cum ſeqq.* Abb. Sylveſt. Ant. Gabr. S. Antonin. Sot. & alii, quos refert, & ſequitur Sanch. *d. diſp. 46. n.* 15. quibus adde Farin. *d. q. 140. n. 61. cum ſeqq.* Paul. Comit. *d. lib. 1. quæſt. 127. n. 2.* Rebel. *de oblig. juſt. p. 2. lib. 3. quæſt.* 3. Baſil. Pont. *de imped. Matrim. cap. 13. §.* 5. ubi etiam *in verſ. ex dictis*, ampliat etiamſi verè obiiſſet conjux, reſolvens tunc Matrimonium revera nullum fore ſi fœmina ſola fama de obitu viri mota contraheret. Idem repetit ipſemet Baſil. Pont. *d. tract. de Sacram. Matrim. lib. 7. c. 53. n. 5. & 6.* colligens ſecundum Matrimonium non poſſe validè contrahi cum dubio de morte prioris viri, nam donec certus ſit nuntius, inhabilis eſt: unde etiam exiſtimat text. *in cap. dominus, de ſecundis nupt.* correctum eſſe per text. *in præſenti*, quatenus in illo text. colligitur valere Matrimonium initum cum dubio de morte viri.

De morte.] Cùm hæc certitudo mortis prioris viri 5 non omninò qualis eſſe debeat præſcribi poſſit, hoc judicis prudentis arbitrio, attentis circumſtantiis occurrentibus relinquitur. Vide Covar. *d. §. 3. n.* 4. Mantr. *in repet. l. is poteſt, ff. de acquir. hæred.* Perez *l. 3. propè fin. tit. 1. lib. 5. Ordin. pag. 50. & lib. 7. tit. 15. lib. 8. pag.* 318. Fr. Emman. *d. c. 233. n.* 2. Menoch. *de arbitr. caſu* 420. *n. 128. & de præſ. lib. 6. præſ. 49. n.* 28. Gutier. *d. quæſt. 8. n.* 9. Farin. *d. quæſt. 140. n.* 75. Sanch. *d. diſp. 46. num.* 7. ubi *num.* 8. advertit illud eſſe ſpeciale in morte probanda, ut teſtes non citata parte, ſed ex mero judicis officio examinari poſſint.

In gloſſ. *Viris.* Notatur ad hoc, quod mulier ſecundò nubens adhuc vivo primo viro, ab omni pœna excuſatur, ſi veriſimiliter credidit primum mortuum fuiſſe, ut per Ant. Gomez *l. 80. Tauri, n. 41. in princ.* Farinac. *d. quæſt. 140. n.* 42. ubi *num.* 43. ſecus reſolvit ſi mulieris credulitas ſuper morte viri non fuerit juſta, & veriſimilis, & multò minus ſi fuerit ficta, falſa, & ab ea procurata. Unde Baſil. Pont. *d. lib. 7. cap. 53. n.* 7. reſolvit quod ſi fortaſſe credens allato nuntio ſecundum inierit Matrimonium, ac poſteà maritum vivere reſciverit, planum eſt non poſſe petere, nec reddere debitum ſecundo, ſed ſeparari debere, ad prioremque reverti. At ſi dubitet probabiliter, ac pendeat animo an vir ejus vivat, exigere quidem non poteſt; nam in exigendo animum à dubitatione probabili non avertit, & dubitatio, quæ viro non debet obeſſe, ipſi nocet: reddere autem poteſt, quia in reddendo valet dubitationem excludere ex eo dictamine ne noceat, aut lædat jus ſecundi viri. 6

In gloſſ. *Donec*, fin. Notatur ad hoc, quod certitudo ad probandam viri mortem non tantùm requiritur per certum nuntium, ſed etiam per teſtes, ſeu probabilitatem moralem, ita ut judicio prudentis probabilis, & certa judicetur mors, ut per Abb. *hic, in fin.* & Alex. de Nevo *n.* 22. Cov. *d. §. 3. n.* 3. Joſeph. Lud. *d. deciſ. 12. n.* 7. Gutier. *d. quæſt. 8. n.* 4. Maſcard. *concl.* 1074. *n.* 4. & plures alios, quos refert, & ſequitur Sanch. *d. diſp. 46. n.* 6. 7

SVMMARIVM.

1 *Matrimonii contractus cum peccatrice volente ſe corrigere, proficit ad remiſſionem peccatorum.*

2 *Matrimonium quod quis contraxit cum meretrice, validum eſt.*

3 *Meretricem trahere de lupanari, & accipere in uxorem, proficit in remiſſionem peccatorum.*

4 *Condemnatus ad mortem an effugiat mortis pœnam, ſi velit ducere in uxorem meretricem in publico lupanari exiſtentem*, & num. 5.

6 Mere

6 *Meretrix dicitur, quæ multorum libidini paret.*
7 *Meretrix non eſt, quæ peccatum aliquod occultè commiſit, vel alicujus amore capta ei ſui copiam fecit.*
8 *Meretrix dicitur à merendo, quaſi mereatur ſtipendia.*
9 *Meretricium genus infame.*
10 *Meretrices tanquam perſonæ turpes non poſſunt capere ex teſtamento fratris ad excluſionem fratrum.*
11 *Meretrices cur permittantur in Chriſtiana Republ. oſtenditur.*

Cap. Inter opera XX.

Clem. III.

1 MEretricem publicam extrahere ex lupanari, & accipere in uxorem, eſt opus miſericordiæ, & proficit in remiſſionem peccatorum. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Hoſt. Butr. Anchar. Panorm. Præpoſ. Cened. *collect.* 140. Petr. Gregor. Alex. de Nevo, Caniſ. Cujac. Vivian. *in ration. lib.* 4. *Iuris Pontif. pag.* 13. Alagona *in compend. Iuris Canon. pag.* 563. remiſſivè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Ant. Auguſt. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 4. *tit.* 1. *cap.* 5.

2 *Et duxerint in uxores.*] Ergo Matrimonium, quod quis contraxit cum meretrice, validum reputatur, ut per Duen. *reg.* 350. *limit.* 8. *verſ. contrariam.* Palat. *in repet. cap. per veſtras, infrà de donat. inter virum, & uxorem, notab.* 3. §. 16. *num.* 2. Clar. *in* §. *fin. quæſt.* 98. *num.* 6. Menoch. *conſ.* 18. *num.* 12.

3 *In remiſſionem proficiat peccatorum.*] Notatur ad hoc, quod meretricem trahere de lupanari, & accipere in uxorem, proficit in remiſſionem peccatorum, ut per Chaſſan. *in conſuet. Burgund. rub.* 1. §. 5. *verbo s'il n'a grace, n.* 98. *pag.* 207. Plaza *de delict. cap.* 34. *num.* 6. *ad finem*, Menoch. *conſ.* 18. *n.* 11. Anton. Scap. *de jure non ſcripto, lib.* 1. *cap.* 54. *n.* 19. Covar. *de ſponſal. p.* 2. *cap.* 8. §. 11. *num.* 3. Viv. *tom.* 2. *commun. opin. lib.* 9. *tit.* 33. *n.* 1. *verſ. meretricem*, Gutier. *can. quæſt. lib.* 2. *cap.* 3. *n.* 25. Farin. *fragm. crim. lit. C, num.* 642. plures, quos refert Cened. *ad Decret. collect.* 140. *n.* 10.

4 Quæſtio eſt ad præſens inſtitutum non contemnenda, utrùm ſcilicet condemnatus ad mortem, ejus pœnam effugiat, ſi velit ducere in uxorem meretricem in publico lupanari exiſtentem? In qua partem affirmativam ſequuntur Suar. à Ribeira *in addit. ad* Ant. Gom. *var. tom.* 3. *c.* 13. *n.* 37. *lit. M*, Plaz. *de delict. lib.* 1. *cap.* 34. *num.* 6. Viv. *lib.* 1. *commun. verbo condemnatus ad mortem, verſ. tertiò etiam*, Rebuff. *in comment. ad l.* 245. *ff. de verb. ſignif.* Sebaſt. Medices *in tract. Mors omnia ſolvit, p.* 1. *n.* 158. Lancel. Gallia *in conſuet. Alexand. in gloſſ. uxori, q.* 4. *n.* 79. Farin. *d. lit. C, verbo condemnatus, n.* 641. Benedict. Ægid. *in repet. l.* 1. *C. de ſacroſ. Eccleſ. p.* 3. §. 5. *n.* 8. Cui opinioni non obſtat quod hujuſmodi condemnatus ad mortem non voluntariè, ſed metu ipſius mortis, ut illam effugere poſſit, meretricem in uxorem ducere videtur, quia facillimè reſpondetur (ſi hæc pars vera in ſe fuiſſet) validum eſſe hujuſmodi Matrimonium, quia is metus non eò tendit, ut Matrimonium fiat, ſed propriè & ſpontè id evadendi medium eligit, ſic poſt Sot. Covar. Cordub. & alios reſolvit Cened. *d. collect.* 140. *n.* 11. & Sanch. *de Matrim. lib.* 4. *diſp.* 12. *n.* 8. ubi *n.* 9. idem dicendum eſſe putat, etiamſi ipſe damnatus minimè offerat Matrimonium, ſed alius ei promittat immunitatem ab ea pœna, ſi certam fœminam ducat.

Verùm his non obſtantibus veritas eſt in contrarium: tum quia text. in præſenti ſolùm agit, an actus ille ducendi meretricem in uxorem proficiat ad remiſſionem peccatorum? & licèt dicat quod ſic, non ideo tamē quidquam in foro exteriori diſponit, ſed in foro animæ; tum quia contrariæ partis affirmativæ nullam afferre poſſumus concludentem rationem, niſi quod per Matrimonium cum meretrice major reo videtur pœna imponi quàm per mortem, quæ quidem ratio nec eſt ſufficiens, nec pia; tum denique quia ipſa affirmativa opinio ultra quam nec ex jure probatur, nec pro ſe habeat ſufficientem rationem, tenderet in grave Reipubl. præjudicium, ſi in praxi obſervaretur. Quare hanc contrariam negativam opinionem meritò tuentur Gam. *de Sacram. præſtandis ultimo ſupplicio damnatis, quæſt.* 4. *n.* 10. Tiraquel. *de pœnis temperandis, cauſa* 56. *in fine*, Bobadil. *in ſua politica, lib.* 3. *cap.* 15. *n.* 142. Cened. *pract. ac Canon. quæſt. lib.* 1. *quæſt.* 9. *n.* 9.

An habens rem cum meretrice teneatur in conſcientia ſolvere ei mercedem ſolitam, ſive eam promiſerit, ſive non? quæſtio eſt dubia, in qua probabilior ſententia affirmat, eamque tenent Cajet. 2. 2. *quæſt.* 32. *art.* 7. Sot. *de juſt. lib.* 4. *q.* 7. *art.* 1. Aragon. 2. 2. *q.* 37. *& quæſt.* 62. *art.* 5. *concl.* 8. Salon. etiam 2. 2. *q.* 62. *art.* 5. *controv.* 4. *concl.* 1. *&* 2. Sylv. etiam 2. 2. *q.* 32. *art.* 7. *concl.* 3. Turrian. 2. 2. *tom.* 2. *diſp.* 14. *dub.* 1. Cordub. *lib.* 1. *q.* 32. *art.* 2. Sayr. *in clavi Regia, lib.* 10. *tr.* 5. *cap.* 3. *n.* 34. Leſſ. *de juſtitia, lib.* 2. *c.* 14. *dub.* 8. Homob. de Bonis *de examine Eccleſiaſtico, p.* 2. *tr.* 9. *c.* 9. *q.* 24. Tannerus *in* 2. 2. *diſp.* 49. *dub.* 10. *n.* 300. Malder. 2. 2. *tr.* 1. *cap.* 9. *dub.* 7. Rebell. *de oblig. juſtit. p.* 2. *lib.* 18. *quæſt.* 1. *n.* 9. Azor. *inſtit. moral. p.* 3. *lib.* 4. *c.* 21. *q.* 2. Regius *in reſolut. caſu* 8. Villalob. *in ſumma, tom.* 2. *tr.* 11. *diffic.* 16. *n.* 8. Ratio eſt, quia pro omni actu pretio æſtimabili poteſt accipi merces: ſed actus meretricius ſi conſideretur non ut turpis, & illicitus, ſed ut naturalis, & delectationi hominum accommodatus, poteſt pretio æſtimari: ergo, &c. Contra Navar. *in man. cap.* 17. *n.* 40. *in fine*, Medina *in C. de reſtit. q.* 20. Paul. Comitol. *reſponſ. moral. lib.* 3. *quæſt.* 5. Joan. Valer. *de differ. utriuſque fori, verbo promiſſio, differ.* 8. exiſtimantes habentem rem cum meretrice non teneri in conſcientia ſolvere ei mercedem ſolitam. 5

In gloſſ. *Publicas*, ibi, *& dicitur meretrix, quæ multorum libidini paret*, &c. ita Covar. *de ſponſ. p.* 2. *c.* 8. §. 11. *n.* 4. Berinon. *de publicis concubinariis, verbo concubinam dimittat, n.* 10. *cum ſeqq.* Gom. *l.* 62. *Tauri, n.* 3. Menoch. *de arbitr. caſu* 201. *n.* 7. *& caſu* 328. *n.* 4. Maſcard. *de probat. concl.* 1066. *n.* 4. *cum ſeqq.* Marienſ. *l.* 10. *gloſſ.* 4. *n.* 2. *tit.* 3. *lib.* 5. *nova recop.* Farin. *conſ.* 33. *n.* 30. ubi *additio litera R, & in praxi crim. q.* 136. *n.* 76. *cum ſeqq.* Joſeph. Seſſe *Aragonia deciſ.* 95. *n.* 8. *&* 9. ubi *n.* 10. dicit meretricem non eſſe, quæ peccatum aliquod occultè cum aliquo commiſit, vel alicujus amore capta ei ſui copiā fecit, Farin. *d. q.* 98. *n.* 86. Rota apud eundem *deciſ.* 445. *n.* 2. *p.* 1. *recent.* Dicitur autem meretrix à merendo; mereri enim eſt ſtipendia facere. Petr. Greg. *ſyntagmatum juris lib.* 2. *cap.* 1. *n.* 1. Menoch. *d. caſu* 353. Farin. *d. q.* 136. *n.* 80. Bened. Ægid. *tract. de jure, & privilegio honeſtatis, art.* 9. *de meretrice.* Hujuſmodi tam turpe mulierum genus (quæ turpes, & infames reputantur in jure, Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſiaſtici, deciſ.* 166. *n.* 87. & nuncupatim, ut tanquam turpes perſonæ non poſſunt capere ex teſtamento fratris ad excluſionem fratrum, Gom. *tom.* 1. *var. c.* 11. *n.* 38. *verſ. ex quibus*, Graſſ. §. *teſtamentum, q.* 46. *n.* 8. Cald. Pereira *quæſt. forenſ. in comment. ad* §. *ſoror, n.* 44. *in medio, Inſtit. de inoffic. teſtam.* Bened. Ægid. *d. art.* 9. *de meretrice, n.* 13. & Steph. Grat. *Marchiæ deciſ.* 216. *n.* 3.) eſſe permittitur in Chriſtiana Republ. ad majora mala evitanda, adeo ut lupanaria meretricibus ſint deputata, Cov. *de ſponſ. p.* 1. *cap.* 4. *n.* 7. *& n.* 9. *verſ. Eccleſia igitur*, Rojas *de ſucceſſ. cap.* 10. *ex n.* 27. Menoch. *lib.* 1. *illuſtr. cap.* 48. *num.* 1. Spin. *in ſpeculo te-* 6 7 8 9 10 11

ſtament.gloſſ.15.princ.n.113. in princ. Petr. Magdalen. *de num.teſt.in teſtam. p.1.c.3.n.54. in fine*, Anton.Scap. *d.lib.1.cap.54. ex num.22.* Menoch. *caſu 535. num.6. cum ſeqq.*Matienſ. *l.6.gloſſ.1.n.13.tit.8.lib.4.nova recop.* Cald. Pereira *in l.ſi curatorem,verbo cùm non abſimilis, num.12.* Maſcard.*de probat.concluſ.*1063. Hieron.Fernan.de Otero *in interpretatione cap.ult.de conſuetudine, num.68.*

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium metu gravi extortum ratificatur per diutinam habitationem mutuam, & ſpontaneam,* & num.2.

3 *Conſenſus præſumptus ex mutua cohabitatione hodie non ſufficit, niſi denuò ratificetur coram parocho, & teſtibus, obſervata Concilij Tridentini forma.*

Cap. Ad id XXI.

1 MUlier etiam undecim annorum, ſi invita traditur viro, cum quo ſpontaneè poſtea cohabitat per aliquod tempus,ut per annum cum dimidio,cenſetur tacitè conſenſiſſe, & ſic coactio tranſit in conſenſum, & ſi mulier velit inducere teſtes ad probandam coactionem, non ſunt admittendi, ſed compelli debent conjuges affectu maritali ſe tractare,niſi velint pariter ad Religionem convolare; quod ſi interim uterque ad alienos, & illicitos concubitus tranſivit, pro hac agere debent pœnitentiam, antequam ingrediantur Religionem. Colligunt ex Ordin.Abb.antiq. Innoc.Collect.Zabar.Joan.Andr. Hoſt. Anchar. Butr. Panorm. Præpoſ. Caniſ.Petr.Gregor.Cujac.Alexand. de Nevo,Cened.*collect.93.* Vivian.*in ration.lib.4. juris Pontiſ.pag.13.*Alagona *in compend.jur.Canon.pag.563.* remiſſivè Ximen. *in concord.p.1.& 2.* refertur ab Ant. Aug. *collect.1.Decret.lib.3.tit.1.c.7.*

2 Hanc eandem concluſionem ex hoc text. quoad primam ejus partem deſumunt Sebaſt. Medic.*de caſib. fort.p.1.q.7.num.43.& 57.verſ.ſi metu contraxit*,Farin. *fragm. crimin.p.2.lit.M,n.58.*Alphonſ.à Veracr.*in ſpeculo conjug.p.1. art.8.pag.67. verſ.contra iſtam determinationem*, Stephan.à Gaëta *in repet. cap.ad limina 30. q.1.§.4.ex n.154.* Covar. *de ſponſalib. p.2.c.3.§.6.n.1. cum ſeqq.* Greg. *l.15. verbo le plugnieſſe, tit.2. partit.4.* Menoch. *de præſumpt.lib.3.q.4.n.24.cum ſeqq.*Maſcard. *de probat.concl.*1051.*à n.35.*Cened.*inDecret.collect.93. n.2.*Henriq.*in ſumma,lib.11.c.9.n.7.*Sanch.*de Matrim. lib.4.diſp.18. n.3.* ubi *n.5.* cum *ſuprà* citatis Doctoribus,quos refert,côncludit non eſſe neceſſariam habitationem anni,& dimidii, quam hic text. exigere videtur;narrat enim facti contingentiam dum ejus temporis habitationem ponderat:unde rectè dicit prudentis arbitrio diffiniendum eſſe hoc tempus, qui in dubio conſiderabit fugiendi opportunitatem, habitationiſque moram:nam quando conſtat de ſpontanea cohabitatione, tunc data opportunitate, ſi illico, & incontinenti non fugit, ſatis eſſe momentaneam cohabitationem, reſolvit idem Sanch. *d.diſp.18.n.6.*

3 Hodie tamen attento jure noviſſimo Concil. Trid. *ſeſſ.24. de reform. Matrim. c.1.* præſumptus conſenſus ex mutua cohabitatione non ſufficit niſi de novo ratificetur coram parocho,& teſtibus,obſervata ejuſdem Concilii forma,ita Gutier.*Canon.quæſt.1.lib.1.c.18.n.7.* Perez *l.1.gloſſ.5.pag.41.verſ.quintò,tit.1. lib.5. Ordin.* Ceval.*commun.contra commun.q.604.n.19.*Matienz. *in rub.tit.1.gloſſ.5.n.33.cum ſeqq.lib.5.nova recop.* Spin. *in ſpec.teſtam.gloſſ.25.principali,n.61.* Cened.*d.collect.93. num.5.* Franc. Molin. *de ritu nuptiarum, lib.1. compar.12. num.26.* Ego ipſe *de officio, & poteſt. Epiſcopi, allegat. 32. num.149.* Cabed. *practic.& Canonic, lib.2.q.30.n.15.*

SUMMARIUM.

1 *Sponſalia irritantur per ſubſequens Matrimonium Validè celebratum cum alia perſona,*& n.2.

3 *Sponſalia priora de futuro non diſſolvuntur per poſteriora juramento firmata.*

4 *Sponſalia præfixo termino non adimpleta reddunt liberum ab eorum fide illum per quem non ſtetit.*

5 *In matrimonij promiſſione an poſſet alter alteri abſenti ſtipulari, oſtenditur.*

Cap. Sicut ex literis XXII.

Innoc. III.

SPonſalia de futuro contrahentem cum una,& jurantem, ſi deinde cum alia contrahat de præſenti, poteſt judex hoc cognito compellere ſervare ſecundum Matrimonium, & injungere pœnitentiam viro pro fractione fidei,niſi forſan in juramento præſcripſit certum tempus contrahendi, & per eum non ſtetit in illo tempore; ſi verò cum utraque contrahit de futuro,compelli debet ſervare primum, & agere pœnitentiam ut perjurus de ſecundo; quod ſi de his non conſtat, tandiu cognoſcatur de cauſa donec ſufficienter judex ſuper his inſtruatur. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan.Andr. Hoſt. Butr.Anchar.Panorm.Præpoſ.Petr.Greg. Alexand.de Nevo,Caniſ.Cujac.Viv.*in ration.lib.4.juris Pontiſ.pag.14.*Alagona *in compend.juris Canon.pag.563.*remiſſivè Caſal.*in annot.* & Ximen. *in concord.p.1.& 2.* refertur ab Anton.Auguſt. *collect.5.Decret.lib.4.tit.1.c.1.* 1

Collige ex text. ſponſalia irritari per ſubſequens Matrimonium validè celebratum cum alia perſona, ut per Surd. *conſ.364.n.11.*Henriq.*in ſumma,lib.11.c.14 §.2.*Gutier. *de Matrim.c.27.n.1. cum ſeqq.* Menoch.*de arbitr.caſu 455.n.9.*Leſſ.*de juſt.lib.2.c.40.num.74.* Coninch. *diſp.23. dub.4.n.28.* Bonacin. *de Matrim.q.1. punct.7.n.2.* Baſil.Pont. *in tr.de Sacram.Matrim.lib.12. c.13.* Hurtad.*in tract.de Matrim.diſp.2.diffic.7.* Sanch. *eod.tract. lib.1. diſp.48.à princ.* ubi *n.3.* reſolvit priora ſponſalia hoc caſu omnino extincta eſſe, ac proinde ſoluto Matrimonio nullam perficiendi obligationem ſupereſſe,& *n.3.*advertit quod ſi ſponſus ex ſpe virginem violaſſet,teneretur ſoluto Matrimonio eam ducere,non vi ſponſalium, quæ extincta ſunt, ſed ratione damni illati, niſi jam aliunde eſſet ſatisfactum. 2

Priora verò ſponſalia de futuro non diſſolvuntur per poſteriora juramento firmata, quia hoc caſu non datur fortius vinculum ſicut in priori, nec juramentum obligare poteſt,cùm fuerit de re iniqua,& in præjudicium tertii,juxta *reg.non eſt obligatorium,de reg.jur. lib.6.*quare ita tenent Gutier.*de juram.confirm.p.1.c.51. n.6.*Covar.*de ſponſ.p.1.c.4.in princ.n.3.* Triviſan.*dec.9. n.11.lib.1.* Cened. *pract.& Canon.quæſt.lib.1.q.30.n.3. & ſeq.* Burat. *deciſ.412.n.5.* Hurtado *d.diſp.2. diffic.8.* Matienſ.*ad rub.tit.1.gloſſ.1.n.44.lib.5.nova recop.*plures,quos refert,& ſequitur Sanch. *d.lib.1.diſp.50. n.2.* ubi *n.6.* reſolvit quod quando ſecunda ſponſalia non fuerunt valida, quia contrahens primis ligatus erat, nec erat juſta recedendi cauſa,ſi ante celebratum Matrimonium cum priori diſſolvantur ſponſalia, non tenetur hic ad poſteriora. 3

Niſi

4 *Niſi forſan*, &c.] Notatur ad hoc, quod liber ſit ille à ſponſalium fide, ſi abſque ejus culpa ſponſalia præfixo termino impleta non ſint: ita Covar. *de ſponſal. p.1. cap.5. in initio*, n.8. Greg. *l.7. verbo excuſacion, tit.1. part.4.* Ægid. *de Sacram. & cenſur. tom.2. diſp.23. n.46.* Valer. Regin. *in praxi fori pœnit. lib.31. num.261. verſ.7.* Baſil. Pont. *d. lib.12. cap.16. à princ.* Joan. Brunel. *de ſponſal. concl.8. num.4.* Alex. Carrer. *in ſimili tract. cap.15. verſ. ſolvuntur quartò*, Bonac. *de Matrim. q.1. punct.6. in 2. propoſ.* Butarr. *deciſ.412. n.2.* Hurtad. *in tract. de Matrim. diſp.2. diffic.9.* Sanch. *d. lib.1. diſp.53. num.1.* ubi *n.* 5. reſolvit quod ſi tempore ipſo, quo ſponſalia contrahuntur, apponuntur termini, tunc lapſus termini eximit ab obligatione illum per quem non ſtetit: cùm enim nullus ſit contractus perfectè initus, ſed in ipſomet ſponſalium contractu terminus inhibitus ſit, cenſetur adjectus ad extinguendam obligationem, & in hoc caſu loquitur text. *in præſenti*, clarè demonſtrans in præcitatis verbis terminum, de quo agit, in ipſomet contractu interpoſitum fuiſſe. Unde neceſſarium eſt ut dicamus, ſi ſponſalibus jam contractis tractetur ex intervallo de die celebrandi Matrimonium, lapſum termini neutrum liberare à ſponſione, quia cùm accedat contractui ſponſalium perfectè inito, cenſetur adjectus potius ad ſollicitandam, quàm ad extinguendam obligationem, & in hoc poſteriori caſu procedere poteſt reg. text. *in l. Celſus 27. §.1. ff. de recept. arbitr.* quicquid dicat gloſſ. *hîc, verbo ad ſtatutum*, contra quam ſic conciliant ultra ſupraciratos DD. Gutier. *de Matrim. cap.24. n.6.* Bonacin. *eod. tract. quæſt.1. punct.6. n.6.* Rebell. *de obligat. juſtitiæ, lib.4. quæſt.8. ſect.4. num.20.*

5 *Cùm L. Parochianus*, &c.] Ex hujuſmodi verbis colligitur ſpeciale eſſe in Matrimonii promiſſione, ut poſſit alter alteri abſenti ſtipulari, id eſt, acquirere illi obligationem, & proinde non poterit promittens reſilire etiam ante abſentis acceptationem, ut per gloſſ. *verbo nihil, in cap. ubi non eſt, 30. quæſt.2.* & Alex. de Nevo *hîc, n.15.* Verùm Sanch. *d. lib.1. diſp.7. n.32.* id intelligit ſi alter ſtipulans contraheret promittendo pro abſente Matrimonium, quia eſt mutuus contractus utrimque celebratus, & ſicut ſtipulans poteſt cogi, ut curet, & facit quod in ſe eſt, ad quod ſe obligavit, ita & promittens tenetur fidem ſervare, & ideo *in præſenti*, promiſſio quam pater fecit de tradendo filiam, firma eſt non ratione ſponſalium, quia parentes ipſi ea contrahere non poſſunt pro filiis abſque eorum conſenſu, *cap. unic. §. fin. de deſponſ. impub. lib.6.* ſed ratione promiſſionis. Poteſt ideo ſtipulans antequam parti abſenti intimet remittere hanc ſponſionem, quia obligatio non eſt acquiſita abſenti, ſed huic ſtipulanti: ſed ſi intimaret abſenti, & ille acceptaret, jam non poſſet remittere: quia jus ut alter fidem ſibi ſervaret ceſſit in abſentem, in cujus favorem ſtipulatus fuerat.

SUMMARIUM.

1 *Mutus, & ſurdus, & omnes qui non prohibentur, Matrimonium contrahere poſſunt.*
2 *Mutus, & ſurdus poſſunt contrahere Matrimonium.*
3 *Verba non ſunt neceſſaria in Matrimonio carnali.*
4 *Edictum de Matrimonio eſt prohibitorium.*

Cap. Cùm apud XXIII.

1 MAtrimonium contrahere poteſt omnis ille qui non prohibetur, & ſic mutus, ac ſurdus poſſunt contrahere, quia ſufficit conſentire ſignis, & nutu, licèt non verbis. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Hoſt. Butr. Anchar. Panorm. Præpoſ. Petr. Greg. Alex. de Nevo, Caniſ. Cujac. Viv. *in ration. lib.4. Iuris Pontif. pag.15.* Alagona *in compend. Iuris Canon. pag.567.* remiſſivè Ximen. *in concord. p.1. & 2.* refertur ab Ant. Auguſt. *collect.3. Decretal. lib.4. tit.1. cap.3.*

An mutus, & ſurdus poſſint, &c.] Ex his verbis colligunt aliqui mutum ſimul, & ſurdum non poſſe contrahere Matrimonium, ex eo quia cùm in plurali numero loquatur, videtur loqui de diverſis, quorum alter mutus, alter verò ſurdus ſit, ut per Flamin. *de reſign. benef. lib.5. quæſt.3. n.26.* Bollum *in Œconomia canonica, claſſe 2. cap.4. §.7. lit.G.* Cæterùm in contrarium eſt communis, & recepta Doctorum opinio, aſſerentium poſſe mutum ſimul, ac ſurdum, ſi intellectum perſpicacem habeat, itaut ſignis edoceri poſſit quid ſit Matrimonium, & ſignis indicare conſenſum, validè contrahere ſponſalia, & Matrimonium, quæ quidem reſolutio ex hoc text. probatur ubi in reſponſione ſic dicitur, videtur ſi talis (nempe ſurdus, & mutus de quo erat quæſtio) velit contrahere, non debere ſibi denegari, &c. ubi collocatur in ſingulari videtur intelligere de eodem utroque morbo laborante: quare hanc ſententiam defendunt Covar. *de ſponſal. part.2. cap.2. in fin.* Greg. *in l.5. verbo que fueſſe, tit.2. partit.4.* Donat. à Fin. *tom.1. commun. opin. lib.5. tit.2. num.30. pag.705.* Cald. Pereira *in l. ſi curatorem, verbo cùm non abſimilis, num.58. cum ſeqq. & de nomin. emphyt. quæſt.1. n.30.* Matienz. *in rub. tit.1. gloſſ.1. n.67. lib.5. novæ recop.* Spin. *in ſpeculo teſtam. gloſſ.9. rub.9. n.3.* D. Barb. *in l. cùm Prætor, §. fin. n.29. ff. de judic.* Sanch. *de Matrim. lib.1. diſp.8. n.12.* Gutier. *eod. tract. cap.8. n.1. cum ſeqq.* Franc. Molin. *de ritu nupt. lib.1. compar.31.* ampliantes præcipuè tres ultimo loco citati, etiamſi aliquis ſit ſimul mutus, ſurdus, & cæcus, &c. 2

Et ſufficiat ad Matrimonium, &c.] Ergo in Matrimonio carnali verba non ſunt neceſſaria, etiam in iis, qui loqui poſſunt, ſed ſufficit ut conſenſus contrahentium Matrimonium aliquo ſigno exprimatur. Vide Viv. *tom.1. commun. opin. lib.5. tit.2. n.59. pag.307.* Ægid. *de Sacram. & cenſur. tom.2. diſp.24. n.65.* 3

Quod cùm prohibitorium, &c.] Notatur ad hoc, quod edictum de Matrimonio eſt prohibitorium, ut per Menoch. *de præſumpt. lib.6. præſ.16. num.11.* Perez *l.1. gloſſ.1. part.5. verſ. quæritur præterea, tit.1. lib.5. Ordinam.* 4

SUMMARIUM.

1 *Furioſus non poteſt Matrimonium contrahere, & num.2.*
3 *Mente captus rationis uſu omninò deſtitutus Matrimonium contrahere non poteſt.*
4 *Ebrius ebrietatis tempore Matrimonium non poteſt contrahere.*

Cap. Dilectus XXIV.

FUrioſus ſi aliquis perpetuò fuerit, non poteſt contrahere Matrimonium, quia non poteſt eſſe conſenſus. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Hoſt. Butr. Anchar. Panorm. Præpoſ. Petr. Gregor. Alex. de Nevo, Caniſ. Cujac. Vivian. *in ration. lib.4. Iuris Pontif. pag.15.* Alagona *in compend. Iuris Canon. pag.564.* remiſſivè Ximen. *in concord. p.1. & 2.* refertur ab Anton. Auguſt. *collect.1. Decret. lib.4. tit.1. cap.4.* 1

2 Hanc eandem concl. ex hoc text. deſumunt Cov. *de ſponſal. p.2.cap.2. n.*8. Gregor. *l.6.verbo el que fueſſe oco, tit.2.p.*4.Henriq. *in ſum. lib.*11. *cap.*13. *num.* 10. Spin. *in ſpeculo teſtam. gloſſ.*10. *rubr.num.*5. Cened. *ad Decret. collect.*148. *n.*1. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit.lib.*31.*num.*66.*cum ſeqq.* Sanch. *de Matrim.lib.*1. *diſp.*8.*n.*15.*cum ſeqq.* Gutier. *eod.tract.cap.*8.*num.*5. intelligentes ſupradictam concluſionem quando furioſus, vel mente captus rationis uſu omninò deſtitutus perpetuo furore laboraret.

3 Unde ex ratione hujus text. bene deprehenditur, mente captum rationis uſu omninò deſtitutum, ſicut & furioſum Matrimonium contrahere non poſſe, ut tenent Covar. *d.cap.*2. *n.*8. Henriq. *lib.*11. *cap.*4. *n.*3. Sanch. *d.diſp.*8.*n.*15. Gutier. *d.cap.*8.*n.*12.

4 Sic etiam colligitur ebrium, ſi ebrietatis tempore contrahat ſponſalia, aut Matrimonium dum rationis uſu orbatus eſt, nihil facere, quia libero conſenſu & debita deliberatione caret, tenent Covar. *d.cap.*2.*n.*9. Cened.*d.collect.*148.*n.*2. Sanch.*d.diſp.*8.*n.*19.ubi *n.*20. non immeritò dubitat quid dicendum ſit ſi ebrius & demens tempore ſanæ mentis voluntatem habuerant contrahendi ſponſalia, aut Matrimonium, illamque tempore ebrietatis, aut dementiæ exequantur.

5 In gloſſ. *Furore*, ibi, *quandoque tamen furioſus per dilucida intervalla redit ad ſanam mentem.* Adverte quod ſi furioſus habeat dilucida intervalla, & dubitetur an actus ab ipſo geſtus, ſit geſtus tempore furoris, vel intervalli, in dubio præſumitur geſtus tempore furoris, ut tenent Menoch. *de præſumpt.lib.*6.*præſumpt.*45.*n.*63. Maſcard. *de probat.concl.*39.*n.*4. Sanch. *d.diſp.*8.*n.*17.Cald.Pereira *quæſt.forenſ. conſ.*24.*n.*4.*cum ſeqq.* Gutier. *d.cap.*8.*num.*14. Valer.Reginald. *d.lib.*31. *n.*68.Furor enim præſumitur durare omni tempore,& illa dilucida intervalla, quia ſunt per accidens, minimè præſumuntur, Molin. *de primog.lib.*2. *cap.*9. *n.*30. Joſeph.Ludov. *tom.*2.*commun. opin.tit. de probat. concl. unic. verſ.infertur,n.*193. *pag.mihi* 477. Menoch.*d.præſumpt.*45.*n.*18.*& conſ.*374.*n.*45. Maſcard.*concluſ.*824. *n.*4.Molin. *de juſtit.tract.*1.*diſp.*136.*n.*3. Sanch. *d.n.*17. *verſ.& ratio eſt*, Valaſc. *conſ.*145.*num.*13.*&* 14. Farin. *fragm.crim. p.*1.*lit.F, verbo furioſus, n.*317.*cum ſeq.* Limita tamen, niſi ex actus qualitate, qui ita bene geſtus eſt,ut oſtendat non factum eſſe eo demente,præſumatur geſtum tempore ſanæ mentis, ex Menoch. *d.præſ.*45. *n.*66. & Matienz. *in rubr. tit.*1. *gloſſ.*1.*n.*67. *lib.*5.*nova recop.* Sanch. *d.num.*17. *verſ. limita tamen,* Farin. *d.verbo furioſus, n.*326.*cum ſeqq.*

6 In ead.gloſſ. ibi, *Et tunc ſi contrahat,tenet.* Notatur ad hoc, quod furioſus habens dilucida intervalla poteſt eo tempore ſponſalia & Matrimonium contrahere, tunc enim rationis uſus particeps eſt: ſequuntur *hic* Joan. Andr. *n.*5. Henric. *n.*1. Alex.de Nevo *n.*16. Præpoſ. *n.*1. & alii citati à Sanch. *d.diſp.*8.*n.*16.

7 In ead.gloſſ. ibi, *Sed pone quod mulier*, &c. Notatur ad hoc, quod neceſſarius non eſt conſenſus utriuſque conjugis ſimul tempore præſtari, ſed ſatis eſt temporis mora intercedente conſenſum ab utroque præſtari, modò ille prioris conjugis revocatus non ſit: ita Covar. *de ſponſal. p.*2. *cap.*5. *in initio*, *num.*7. Brunel. *de ſponſal. concluſ.*13. *n.*2. Greg. *l.*10. *verbo ni conſienten, tit.*1.*p.*4. Petr.de Ledeſm. *de Matrim. quæſt.*45. *art.*3. *dub.*2. Vivald. *in candelabro aureo*, *p.*1. *tit.de Matrim. n.*42. Fr.Emman. *in ſum. tom.*1. *cap.*216. *n.*8. Aveved. *l.*2.*num.*20. *ad fin. tit.*16.*lib.*6. *nova recop.* Henriq. *in ſum. lib.* 11. *cap.* 3. *num.* 6. Sanch. *de Matrim. lib.*2. *diſp.*32. *num.*3.

SUMMARIUM.

1 *Matrimonium ſolo legitimo conſenſu contrahitur, verba autem requiruntur quoad probationem.*

2 *Verba neceſſaria non ſunt in Matrimonio contrahendo, ſed ſatis ſunt in quibuſcumque ſigna conſenſum exprimentia.*

3 *Annuli immiſſio, & receptio, ſi præceſſerint verba unius, operantur verbum expreſſum alterius.*

4 *Sponſalia ſunt ſi ſponſus habito tractatu inter amicos de Matrimonio contrahendo,miſit arrhas, vel jocalia, nihil aliud exprimens, & ſponſa acceptavit.*

CAP. Tuæ fraternitati XXV.

Matrimonium contrahitur per ſolum conſenſum legitimum,verba autem exprimentia conſenſum de præſenti, requiruntur reſpectu Eccleſiæ, unde ſurdi, & muti per conſenſum mutuum ſine verbis poſſunt contrahere, & pueri ante ætatem per verba ſolùm non contrahunt, quia non intelliguntur conſentire. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Hoſt. Anchar. Butr. Panorm. Præpoſ. Marian. Socin. Petr. Greg. Alex.de Nevo, Caniſ. Cujac. Cened.*collect.*21. Viv.*in ration.lib.*4.*Iuris Pontif.pag.*15. Alagona *in compend. Iuris Canon. pag.* 564. remiſſivè Ximen. *in concord.p.*1.*&* 2. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.*1.*Decretal. lib.*4.*tit.*1. *cap.*5. 1

Nam & mutus ſine verbis poteſt contrahere.] Ergo verba neceſſaria non ſunt in Matrimonio contrahendo, ſed ſatis ſunt in quibuſcunque ſigna conſenſum exprimentia: ita Covar.*de ſponſal.p.*2.*cap.*4.*in init.n.*1. Victor. *in ſum.de Matrim. n.*250. Brunel. *de ſponſ.concluſ.*14.*n.*2. Bellarm. *lib.*1.*de Matrim.c.*8.*ad* 2.*objectionem,* Jacob.de Graff. *in aureis deciſ.p.*2.*lib.*1.*c.*12.*n.*10. *ad finem*,Caroc.*in tract.de juram.deciſ.*9.11.*&* 13.*princ. n.*2.*&* 3.Viv.*opin.*488.*n.*1.Fr.Emm. *in ſum.tom.*1.*c.*216. *n.*5. Navar. *in man.c.*22.*n.*20. Greg. *l.*5.*verbo palabras, tit.*2.*p.*4. Petr.de Ledeſma *de Matrim.q.*45.*art.*2.*dub.*2. Humad. *l.*2.*gloſſ.*2.*n.*2.*tit.*1.*p.*1. Gam. *de Sacram.præſt. ult.ſupplicio damnatis,quæſt.*4.*n.*6. Spin. *in ſpecul.teſtam. gloſ.*15.*princ.n.*3.*&* 13. Mozz.*de contract.tract.de ſponſal. tit.de ſubſtantialibus ſponſ.n.*4. *& tract. de Matrim. tit.de ſponſ.Matrim.n.*2. Maſcard. *concl.*1024.*n.*2.Bart. à Ledeſm. *de Matrim. dub.*17. *fol.*1271. D.Gutier. *de Matrim.c.*46.*à n.*10. Fr.Baſil.Pont. *de impediment.Matrim.c.*29. §.1.*à princ.* Matienſ. *in rubr.tit.*1. *gl.*1.*n.*22. *lib.*5.*nova recop.*Soar.*de Sacram.q.*60.*art.*8.*diſp.*2.*ſect.*1. *&* 2. Henriq. *in ſum.lib.*11. *c.*2.*n.*6. plures per Cened. *ad Decret. collect.*21. & alios per Sanch. qui hanc opinionem ſequitur *d.diſp.*31.*n.*5. ubi *num.*6.reſpondet ad hunc text. quatenus dicit verba eſſe neceſſaria quoad Eccleſiam, id eſt, quoad clariorem probationem, vel utilia ad meliorem probationem; vel poteſt intelligi de verbis non propriè, ſed latè, itaut amplectantur & omnia ſigna, quibus perinde ac verbis externùs exprimitur conſenſus interior ad Matrimonium requiſitus, ſecundùm Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.*31. *n.*17. Et etiam multipliciter reſpondet Franc. Molin. *de ritu nupt.lib.*1.*comp.*3.*n.*67.*cum ſeqq.* 2

Et ita ut ea, quæ breviter dicta ſunt, diſtinctè, & copioſiùs explicentur, dicendum puto quod vel agitur de Matrimonio contrahendo, vel de eo judicando per Eccleſiam: priori caſu Matrimonium fit mutuo conſenſu contrahentium inter eos quovis modo expreſſo, ſive verbis, ſive ſignis, quæ ipſi etiam ſoli intelligant; etenim eatenus contractus conventionem requirit, quatenus Sacramentum ſignum ſenſibile; in hoc

hoc autem caſu, ut Matrimonium revera ſit, non requiritur ut conſenſus exprimatur per verba, aut ſigna, quæ alii intelligant, aut per quæ Eccleſia judicet conſenſum inter eos, ſed ſatis eſt ut ipſis contrahentibus de conſenſu conſtet in terminis juris communis ante Concil. Trident. & hoc eſt quod vult text. *in præſenti*, dum ait Matrimonium in veritate contrahi per mutuum conſenſum, hoc inter ipſos contrahentes quovis modo declarato, licèt inde Eccleſia judicare non poſſit, ut ſi inter ſe ſtatuerent tunc contrahere, cùm alter alteri manum oſtenderit, certè eſſet inter eos verum Matrimonium, non tamen altero negante poſſet Eccleſia ex illo ſigno Matrimonium judicare, & hoc caſu procedunt argumenta omnia, tam à Theologis, quàm à noſtris adducta, quibus nituntur probare verba non eſſe neceſſaria ad Matrimonium ſcilicet faciendum. Poſteriori verò caſu quando agitur de judicando Matrimonio per Eccleſiam, diſtinguendum eſt inter mutos, & eos, qui loqui poſſunt, muti enim Matrimonium ſignis contrahunt, & ſufficienter declarant, ita ut ab Eccleſia judicetur, *ad cap. cùm apud, hoc tit.* inter illos autem, qui loqui poſſunt, non aliter Eccleſia verum Matrimonium judicavit, quàm ſi mutuum conſenſum verbis conſuetis expreſſerint, vel aliis id communiter ſignificantibus, & hoc eſt, quod inquit text. *in præſenti*, dum ait verba eſſe ad Eccleſiam neceſſaria, ſcilicet ut Eccleſia judicet Matrimonium eſſe contractum: quod etiam colligitur ex *cap. pen. hoc tit. & ex cap. licèt, de ſponſa duorum.* Quorſum enim toties jura repeterent verba eſſe neceſſaria, ſi alia ſigna ſufficerent ad judicandum, dubitare aliquis poſſet? Sed communiter tradunt DD. hoc fieri propter vehementem ſuſpicionem quod non conſentiunt illi, qui cùm poſſint verbis pauciſſimis ſuam voluntatem explicare, ea adhibere noluerunt, ut conſiderant Specul. conjug. *p. 1. art. 3.* Sot. *in 4. diſt. 27. p. 1. art. 3. verſ. ex hujuſmodi.*

Intellige verba hæc accipienda eſſe non ſolùm illa, quæ actuali voce proferuntur, ſed etiam, quæ per literas, vel nuntios explicantur, quoniam in materia favorabili, prout eſt Matrimonium, ex *cap. ultim. de re judic.* verba accipiuntur etiam per ſcripta, vel per nuntios dicta, quaſi per inſtrumenta, ut reſolvunt communiter DD. *in l. 1. in princ. ff. de verb. obligat.* ubi Alciat. *num.* 20. & Pariſ. *num.* 21. In aliquibus tamen caſibus Eccleſia Matrimonium ſine verbis non judicat directè quaſi ex certis probationibus, ſed ex cauſa præſumit ex conjecturis, ut *in cap. is qui fidem, inf. hoc tit.* ex hoc caſu audiendi ſunt DD. diſtinguentes inter Matrimonium verum, & præſumptum, quos refert Præpoſ. *in præſenti, num. 3. in princ.* ſic etiam videtur docuiſſe Catech. *tit. de Matrimon. verſ. ex his.* Oportet autem ut verba talia ſint, quæ ſecundùm communem loquendi uſum ſignificent conſenſum de præſenti. Eccleſia enim ex communi uſu verba accipit, ut probat text. *in d. cap. pen. & in d. cap. licet*, facit doctrina Bart. *in l. Labeo, n. 5. ff. de ſupell. leg.* quam exornat Socin. jun. *conſ. 19. lib. 2.* Covar. *lib. 3. var. cap. 5. num. 2.* Menoch. *de arbitr. caſu* 489. Unde nec verba de futuro juramento confirmata ſufficient, ut otioſè videntur diſputare Theologi *in 4. diſt. 28. quæſt. 1.* Neque verba, Volo te habere, vel habebo in uxorem, vel non habebo aliam niſi te, Matrimonium per ſe probant, ut latè poſt multos ſcribit Menoch. *de arbitr. caſu* 496. *num.* 19. Procedunt autem prædicta omnia jure communi, quo inſpecto Matrimonium contrahebatur mutuo conſenſu inter conjuges tantùm ſignificato. Hodie verò tam ad faciendum Matrimonium, quàm ad judicandum per Eccleſiam, oportebit ut conſenſus coram Parocho, & duobus, aut tribus teſtibus exprimatur, ita ut intelligatur ab omnibus, juxta decretum Concil. Trid. *ſeſſ. 24. de reform. Matrim. cap. 1.* ibi: *Qui intellecto ipſorum conſenſu*: & rurſus dum Parochum, ac teſtes ad validitatem Matrimonii requirit, neceſſariò præſupponit ita eſſe exprimendum conſenſum, ut ipſi intelligant, & judicent. Unde verba ab his, qui loqui poſſunt in communi uſu, & ſigna in mutis, ſecundùm communem eorum ſignificationem accipientur.

3 In gloſſ. *Verba* 3. ibi, *& idem crede ſi per alios contrahatur, ſubſequente annuli ſubarrhatione.* Notatur ad hoc, quod ſi verba unius præceſſerint, immiſſio annuli, & receptio operantur verbum expreſſum alterius, & conſenſum, ut per Menoch. *de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 2. n. 4.* Maſcard. *de probat. concl.* 1024. *n. 2. & 3.* Sanch. *de Matrim. lib. 1. diſp. 22. num. 3.*

4 Sic etiam quando habito tractatu inter amicos de Matrimonio contrahendo ſponſus miſit arrhas, vel jocalia, nihil aliud exprimens, & ſponſa acceptavit, ſunt ſponſalia, quia hoc eſt ſufficiens mutuæ promiſſionis ſignum, quando ſponſæ de tractatu conſtuit, ita Henriq. *in ſum. lib. 11. cap. 13. n. 6.* addens idem eſſe ſi pecunias nomine ſponſalitiorum mittat, Sanch. *d. diſp. 22. n. 5.* Gutier. *de Matrim. cap. 12. n. 5.*

5 In gloſſ. ead. ibi: *Verba & ſigna.* Imò potiùs dicere debebat per disjunctivam ſigna, vel verba, ut advertit Perez *l. 2. gloſſ. 2. pag. 208. tit. 7. lib. 5. Ordinam.* & tunc conformaretur reſolutioni Doctorum, quos ſuprà retuli, *num. 2. hoc eod. cap.*

SUMMARIUM.

1 *Matrimonium revera non eſt, ſi alter contrahentium utitur verbis dubiis, aut falſis, animo decipiendi mulierem, & eam poſtmodum cognoſcit carnaliter, ſed hoc in foro exteriori vix poteſt probari.*

2 *Sponſalia non judicantur Matrimonium in foro conſcientiæ, ſi ſponſus diceret ſe ad ſponſam acceſſiſſe animo fornicario.*

3 *Intentioni ſecundùm quam verba proferuntur ſtandum eſt in foro conſcientiæ.*

4 *Verbo quod quis non expreſſit, mente non videtur cogitaſſe.*

5 *Proteſtatio, qua alter conjux proteſtatus eſt ante Matrimonium ſe nolle per quacumque verba poſteà à ſe dicta Matrimonium contrahere, non prodeſt Matrimonio poſteà inito.*

6 *Dictio*, fortè, *regulariter eſt nota dubitationis.*

7 *Confeſſionis arcanum revelare non licet, ut Matrimonium aliquod probetur.*

8 *Matrimonii quæ ſit materia, & forma oſtenditur.*

Cap. Tua nos XXVI.

1 Matrimonium revera non, eſt ſi quis verbis æquivocis, aut falſis decipit mulierem, & ſine animo eam ducendi contrahit, & carnaliter cognoſcit, quia deeſt conſenſus, ſed hoc in foro exteriori vix poteſt probari. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Hoſt. Butr. Anchar. Panor. Præpoſ. Marian. Socin. Petr. Greg. Alex. de Nevo, Caniſ. Cujac. Viv. *in ration. lib. 4. Iuris Pontif. pag.* 16. Alagona *in compend. Iuris Canon. pag.* 564. remiſſivè Ximen. *in concord. part. 1. & 2.* refertur ab Ant. Auguſt. *collect. 4. Decret. lib. 4. tit. 1. cap. 1.*

2 Collige ex text. quod in foro interiori animæ, (quem conſcientiæ appellamus) ſi ſponſus diceret ſe ad ſponſam acceſſiſſe affectione fornicaria, non con-

jugali non judicantur illa ſponſalia Matrimonium, ſecus tamen in foro exteriori, ut per Covar. *de ſponſal. p.1.cap.4.*§.1.*n.9.*Menoch.*de præſumpt.lib.3.præſumpt.1. n.23.& 129.* nam ſi quis non habuit contrahendi animum, Matrimonium non eſt contractum, idem Menoch.*conſ.335.num.13.*

3 Quia in foro conſcientiæ ſtandum eſt intentioni ſecundùm quam verba proferuntur, Bonac. *de Matrim.quæſt.1. punct.1.à n.14.*

4 *Quod qualiter tibi conſtiterit non videmus.*] Notatur ad hoc, quod verbo quod quis non expreſſit, mente non videtur cogitaſſe, ut per Card.Tuſch. *tom.7.lit.V, concl.89. num.3.*

5 In gloſſ. *Mulierem*, ibi, *ſed pone quod aliquis proteſtetur*, &c. Notatur ad hoc, quod proteſtatio, qua alter conjux proteſtatus eſt ante Matrimonium ſe nolle per quæcumque verba poſteà à ſe dicta Matrimonium contrahere, non prodeſt, ſed adhuc præſumitur ab ea diſceſſum eſſe Matrimonio poſteà inito, ut per Nav. *in man.cap.22.n.78.* & alios citatos à Sanch. *de Matrim. lib.2.diſp.45. n.18.* ubi *num.19.* intelligit ſi fiat altero ignorante, aut ſi ſcivit, vel diſſenſit proteſtationi, ſecus tamen ſi ea proteſtatio fiat altero conjuge ſciente, & conſentiente, de quo etiam Covarr. *de ſponſal. p.2. cap.2.n.3.* Maſcard. *de probat.concl.1248.n.11.* Matienz. *in rubr.tit... gloſſ.1.n.66.lib.5.nova recop.*

6 In gloſſ. *Videtur forte.* Hæc dictio regulariter eſt nota dubitationis, Rebuff. *in comment.ad l.38. verſic. fortè, ff.de verb. ſignif. & in compendio alienat. num.71.* Cened. *practicar.& Canon.quæſt.ſingul.36.num.1.* Card. Tuſch. *tom.2.lit.D, concl.281.n.1.* Ego ipſe *de dictionib. & clauſ. diction. 109. num. 2.* aliàs *in tract. de diction. uſufreq. dict.127. num.1.* ubi *num.ſeqq.* alia videre poteris de hac dictione.

7 In gloſſ. *Qualiter*, ibi, *in pœnitentiali judicio, in quo cuilibet eſt credendum*, &c. Notatur ad hoc, quod arcanum Confeſſionis revelare licet, ut Matrimonium aliquod probetur, ut per Roman. *in l. ſi non ſpeciali, col. penult.C.de teſtam.* Jaſ. *in l.1.§ hujus ſtudii, num.6. ff.de juſtit.& in l.patre furioſo, n.7. ff.de his qui ſunt ſui, vel alien. juris*, Caſan. *conſ.1. verſ.ad ſecundum præſuppoſitum, n.17.* Contrarium tamen verius eſt, & ſequuntur Covar. *de ſponſal. p.2. cap.8. §.12. à n.9.* Salz. *ad Bernard.in pract.cap.109. lit. A, verſ. ſunt ex noſtris*, Maſcard. *concl.377. à num.4.* Menoch. *de præſumpt. lib.6. quæſt.95.n.3.* Gutier. *Canonic. quæſt. lib.1. cap.11. n.50.* Nec huic veriori ſententiæ repugnat gloſſ. *in præſenti*, nam ſi ea diligenter introſpiciatur, non dicit, nec intelligit Confeſſionem factam in foro pœnitentiali poſſe adduci in foro judiciali, ſed tantùm in eodem foro pœnitentiali, ut non obſcurè demonſtrant verba illa, *hoc ei confeſſus fuit in pœnitentiali judicio, in quo cuilibet eſt credendum*, expone verbum, *in quo*, id eſt, in quo judicio pœnitentiali, & non judiciali, dum de hoc foro judiciali nulla fuerit facta mentio; & ideò ad illud relatio fieri non poteſt.

8 In gloſſ. *Nec forma*, ibi, *pro ſubſtantia eſt ibi conſenſus, & pro forma verba*, &c. Notatur ad hoc, quod conſenſus contrahentium eſt materia, verba autem, quibus illi exprimuntur, forma, quia conſenſus informatur per verba, ita Navar. *in man.cap.22.n.20.* Alex.de Nevo *hic, n.25.* Humada *l.2.n.19.in fin.tit.1.p.1.* Vel meliùs dicere poteris contrahentes eſſe materiam, verba autem formam, prout tenet Covar. *de ſponſ.p.2. cap.1. §.unic.n.8.* Zambran. *in deciſ. caſuum conſcientiæ, cap.7.de Matrim.in princ.n.2.* & hanc partem eſſe veram ac tenendam dicit Gutier. *de Matrim.cap.41.n.1. verſ. tertia.* Denique ſi magis placet, cum receptiori DD. opinione dicere poteris verba, & ſigna, quibus conſenſus exprimitur, eſſe ſibi invicem materiam, & formam, & hujus partis Auctores ſunt Bellarm. Soar. Ledeſm. Spin. Fr.Emman. & alii, quos refert, & ſequitur Sanch. *de Matrim.lib.2. diſp.4.n.6.*

SUMMARIUM.

1 *Matrimonium contrahendum impeditur ad denuntiationem unius honeſti viri, qui defert conſanguinitatem, & de fama, vel ſcandalo docet.*

2 *Fama non ſufficit ad impediendum Matrimonium, adhibitis de contraria fama clarioribus probationibus.*

3 *Conſanguineorum juramentum admittitur contra famam, quæ impedit Matrimonium.*

4 *Teſti ſe offerenti ad teſtificandum creditur in materia in qua agitur de peccato evitando.*

5 *Fama ad impediendum Matrimonium non debet eſſe privata.*

6 *Scandalum quando timetur ex Matrimonio inter contrahentium conſanguineos, poteſt judex illud contradicere.*

Cap. Cùm in tua. XXVII.

Quando eſt fama quod interſit impedimentum 1
conſanguinitatis inter contrahere volentes, & iſti volunt producere juramenta majorum, quod nulla ſit propinquitas, tunc judex (ſi per ipſum poſſit certificari de plano, vel ei perſona grata & digna fide denuntiet eos eſſe conſanguineos, & de fama, vel ſcandalo doceat) non debet recipere juramenta parentum, & compellere tenetur contrahentes, ut deſiſtant à tali contractu, vel exhibeant juramenta propinquorum contra dictam famam pro arbitrio judicis. Sed ſi denuntians non eſt talis, & gravis, vel non poteſt docere de fama, vel ſcandalo, judex poteſt monere ut deſiſtant, ſed non compellere contrahentes. Colligunt ex Ordin. Abb.antiq. Innoc.Collect.Zabar. Bellam.Joan. Andr.Hoſt. Anchar.Butr.Panorm.Præpoſ.Marian. Socin.Petr. Gregor.Alex.de Nevo,Caniſ. Cujac.Viv. *in ration.lib.4. Iuris Pontif.pag.17.* Alagona *in compend. Iuris Canon. pag. 565.* remiſſivè Ximen. *in concord. p.1.& 2.* refertur ab Anton. Auguſt. *collect.4. Decretal.lib.4. tit.1.cap.2.*

Vel contra famam.] Notatur ad hoc, quod non ſatis eſt fama ad impediendum Matrimonium, adhibitis de contraria fama clarioribus probationibus, ut 2
per Navar. *in cap. Sacerdos, de pœnitent. diſtinct.6.n.27.* Maſcard. *de probat. concl.1031.num.14.* Sanch. *de Matrim.lib.1. diſp.71.num.16.*

Hujuſmodi juramentum adhibeat propinquorum.] Ergo ad deponendum contra hanc famam admittitur 3
conſanguineorum juramentum, ut per Maſcard. *dict. concl.1031.num.16.* Ant.Gabr. *commun. tit.de criminal. concl.8.num.44.* Menoch. *de arbitr.caſu 243. num.4.& caſu 454.num.1.& 2.* Sanch. *d.diſp.71.num.17.* Gutier. *de Matrim. cap.36. num.15.*

Sponte oblata.] Notatur ad hoc, quod in materia 4
in qua agitur de peccato evitando teſti ſe offerenti ad teſtificandum creditur, ut per Hyppolyt. *ſing.140. ad finem.*

In gloſſ. *Licèt fama.* Intellige quod fama ad impe- 5
diendum Matrimonium non debet eſſe privata, id eſt, ſi conſtet judici ut privato, quamvis ei facultatem det ad inquirendum & recipiendum probationem de illa: ita Abb.& Alexand.de Nevo, quos refert Sanch. *d. diſput. 71. num. 15.* ſecus dicentes quando aliquid conſtat judici ut notorium, quamvis enim id non probetur, poteſt judex juxta illud judicare: qui etiam adver tunt

aduertunt poſſe judicem ea fama priuata ductum per ſe ipſum de plano, & ſine aliquo ordine judiciario di-
6 ligenter de impedimento inquirere.

In gloſſ. *Scandalo.* Notatur ad hoc, quod quando ſcandalum timetur ex Matrimonii contractu inter contrahentium conſanguineos, poteſt & debet judex contradicere Matrimonium, vt per Menoch. *conſ.*1. *num.*44. *&* 66. Gutier. *Canonic. quæſt. lib.*1. *cap.*20. *num.*20. *&* 23. Sanch. *de Matrimon. lib.*1. *diſput.*14. *num.*3.

SUMMARIVM.

1 *Mulieri, quæ negat ſe in Matrimonium conſenſiſſe, non creditur marito probante contrarium, ſecus ſi probat ſe conſenſiſſe per metum qui poteſt cadere in conſtantem virum.*

2 *Metus an irritet ipſo jure Matrimonium.*

3 *Metus cadens in conſtantem virum quo jure irritet Matrimonium, oſtenditur.*

4 *Matrimonium coactum non ratificatur per copulam ſubſecutam metu graui extortam.*

5 *Metus cadens in conſtantem virum quis dicatur.*

Cap. Conſultationi XXVIII.

Honor. III.

1 MUlieres quando veniunt cum ſponſis ad benedictionem, & dicunt ſe nunquam conſenſiſſe Matrimonio, & ſponſi legitimè probant contrarium cum idoneis teſtibus, non ſunt audiendæ. Sed ſi poſt benedictionem, & ante copulam fugientes dicunt ſe metu conſenſiſſe, & non veraciter, debet inquiri diligenter de metu illarum, & ſi eſt cadens in conſtantem virum, ſunt audiendæ. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Hoſt. Anchar. Butr. Panorm. Præpoſ. Marian. Socin. Petr. Gregor. Alex. de Neuo, Caniſ. Cujac. Viuian. *in ration. lib.*4. *juris Pontif. pag.*17. Alagona *in compend. juris Canon. pag.*565. remiſſiuè Ximen. *in concord. p.*1. *&* 2.

2 *Erunt non immeritò audiendæ.*] Ergo metus non irritat ipſo jure Matrimonium, ſed fœmina metum paſſa audienda eſt, vt Matrimonium irritetur. Sed contrarium, imò metum illatum in contractu Matrimonii, facere illud ipſo jure nullum, tenent Villalob. *commun. opin. lit. M, ex n.*43. vbi *n.*45. ampliat etiamſi metum paſſus dederit cauſam metui, Couar. *de ſponſal. p.*2. *c.*3. *§.*5. *n.*1. Sebaſt. Medic. *de caſib. fort. p.*1. *q.*7. *n.*43. Menoch. *de præſ. lib.*3. *præſ.*4. *n.*1. *&* 2. Sanch *de Matrim. lib.*4. *diſp.*12. *n.*16. *cum ſeqq.* vbi ex *n.*21. ſubdit quod ſicut Matrimonium metu contractum eſt ipſo jure nullum, ita etiam & promiſſio dotis. Qua retenta opinione, non bene adducuntur in contrarium verba ſupradicta, quæ alium ſenſum habent diuerſum ab illo, ad quē ab aliquibus adduci ſolent, decidit enim text. audiendam eſſe fœminam, non vt judex reſcindat Matrimonium metu contractum, ſed vt declaret eſſe irritum, vt aduertit Sanch. *de Matrim. lib.*4. *diſp.*12. *num.*26. *in princ.* ac proinde illa eſt vera concluſio, Matrimonium contractum metu cadente in conſtantem virum ad illum finem injuſtè incuſſo, eſſe nullum in vtroque foro, ad quod citaui plures Doctores ad *cap. cùm locum, num.*2. *ſuprà hoc tit.* Triuiſ. *Venet. deciſ.*63. Philip. Paſcal. *de viribus patriæ poteſt. p.*3. *cap.*2. Monald. *conſ.*142. *vol.*2. Laderch. *conſ.*18. Chriſtinæ. *deciſ.*235. *vol.*1. Euerard. *conſ.*32. *vol.*2. me citato *in hoc loco,* Cabreiros *de metu, lib.*2. *c.*19. *n.*60.

Notatur etiam ad hoc, quod Matrimonium metu 3
cadente in conſtantem virum contractum jure poſitiuo irritatur, vt per Nauar. *in man. c.*22. *n.*50. Henriq. *in ſum. lib.*11. *c.*9. *n.*1. *&* 3. plures quos refert, & ſequitur Sanch. *d. lib.*4. *diſp.*14. *n.*1. *verſ. tandem,* quibus adde Azor. *inſtit. moral. p.*1. *lib.*1. *c.*11. *q.*6. Sayr. *in claui regia, lib.*2. *c.*2. *n.*11. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.*31. *n.*75. Et licèt hæc opinio vera ſit, contraria tamen, quæ ait metum cadentem in conſtantem virum irritare Matrimonium jure Diuino, & naturali, probabilitate non caret, eamque ſequuntur Couar. *de ſponſ. p.*1. *c.*3. *§.*5. *n.*6. Marienſ. *ad rubr. tit.*1. *gloſſ.*1. *num.*189. *lib.*5 *nouæ recop.* Molina *de juſtitia tract.*2. *diſp.*326. *in ſolutione ad ſecundum,* Barboſ. *in rubr. ff. ſoluto Matrim. p.*4. *num.*30. Paul. Comitol. *reſponſor. moralium lib.*1. *q.*122. Baſil. Pont. *de impediment. Matrim. q.*29. *§.*13. Sanch. *de Matrim. lib.*3. *diſp.*4. *n.*1. *cum ſeq.* Farin. *fragm. crimin. p.*2. *lit. M, n.*53.

Nec ad eandem carnaliter acceſſum habuit.] Ergo Ma- 4
trimonium coactum ratificatur per copulam ſubſecutam metu graui extortam, vt tenent Paludan. Gabr. Sor. Aug. Vega, & alii citati à Sanch. *d. lib.*4. *diſp.*18. *n.*13. Verùm multò probabilior eſt ſententia contraria, quæ ait nullo modo eſſe Matrimonium, quando aliquis metu graui cogitur contrahere & conſummare: ita Abb. *hic, in fin.* Præpoſ. *n.*2. & Alex. de Neuo *n.*10. Nauar. *in man. c.*22. *n.*51. *ad fin.* Petr. de Ledeſm. *de Matrim. q.*47. *art.*3. *dub. penult.* Menoch. *de præſumpt. lib.*3. *præſumpt.*4. *n.*31. *cum ſequentibus,* Henriq. *d. c.*9. *num.*7. Sanch. *d. diſp.*18. *n.*15. vbi ait text. *in præſenti,* & ſimiles tantummodò probare Matrimonium coactum per copulam voluntariam ratificari.

Qui potuit cadere in conſtantem virum.] Aduerte hæc 5
verba magis prouerbii loco pro eo metu, qui non leuis, & vanus eſt, accipienda eſſe, quàm vt verbis inhærendum ſit, vnde ſufficiet metus, qui cadat in fœmina conſtante, quare penſandum eſt ad annullandum Matrimonium, aut alios contractus à fœmina metu celebratos, quia fœmina conſtans tunc metueret penſata naturali fœminarum inconſtantia, quibus à natura ineſt minor animi vigor, corporiſque fortitudo, ita Sanch. *lib.*4. *diſp.*3. *n.*3.

SUMMARIUM.

1 *Libertas debet eſſe in Matrimoniis, & ſponſalibus, vnde in eis promiſſio pœnæ non obligat.*

2 *Pœna adiecta contractui ſponſalium eſt prorſus irrita, & fidem violans non tenetur in vtroque foro eam ſoluere.*

3 *Pœna promiſſa in ſponſalibus vel Matrimoniis quare ſolui non teneatur, arrha autem ſic, oſtenditur.*

4 *Pœna etiam promiſſa à parentibus, vel conſanguineis, adiecta contractui ſponſalium eſt irrita.*

5 *Amplia quamvis pœna ſit modica, attenta contrahentium dignitate.*

6 *Pœna adiecta contractui Matrimonij, quamvis non poſſit exigi, poteſt tamen exigi intereſſe conſiſtens in damno emergenti.*

7 *Pœnas apponere in ſponſalibus an ſit peccatum mortale, remiſſiuè.*

8 *Sponſus qui fidem datam non ſeruat, vel ob nimiam contumaciam, vel quia alij nupſit, ad quid teneatur, oſtenditur,* & n.9.

Cap. Gemma XXIX.

Gregor. IX.

1 MAtrimonia debent eſſe libera, ideo parentes non poſſunt jmponere pœnam in ſponſalibus filiorum, & ſi ponatur, altera pars non poteſt exigere, & eſt ſub excommunicatione prohibendum ne exigat. Colligunt ex Ordin. Abb.antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Hoſt. Butr. Anchar. Panorm. Præpoſ. Marian. Socin. Petr. Gregor. Alexand. de Nevo, Caniſ. Cujac. Viu. *in ration. lib.3. iuris Pontif. pag.* 18. Alagona *in compend. juris Canon. pag.* 566. remiſſiuè Ximen. *in concord. p.*1. *&* 2.

2 Collige ex text. pœnam adiectam contractui ſponſalium eſſe prorſus irritam, ac proinde fidem violantem non teneri in vtroque foro eam ſoluere: ita Cov. *de ſponſalib. p.*2. *c.*3. §.7. *n.*5. Gregor. *l.*39. *verbo la pena, tit.*11. *p.*5. Sanch. *de Matrim. lib.*1. *diſp.*30. *n.*1. Chaner. *c.*2. *de Matrim. dub.*9. Nald. *verbo ſponſalia, n.*10. Card. Tuſch. *tom.*7. *concl.*401. *n.*3. Gutier. *de Matrim. cap.*17. *à princ.* Hurtado *eodem tract. diſp.*1. *diffic.*18. Bonacina *eod. tract. q.*1. *punct. vltimo*, quamvis Molin. *de juſtitia, diſp.* 151. *verſ. dub.* Ægid. *de Sacram. & cenſur. tom.*2. *diſp.*22. *dub.*5. *n.*29. & alii ſentiant poſſe pœnam apponi ſoluendam ab eo, qui injuſtè diſſoluit ſponſalia.

3 Dubium facit cur pœna promiſſa in ſponſalibus, vel Matrimoniis non valeat, nec exigi poſſit, vt *ſuprà* citati DD. reſoluunt, arrhæ autem ſic, vt habetur *in l. vlt. C. de ſponſal.* in quacunque quantitate abſque limite, vt benè reſolvunt Couar. *de ſponſal. p.*2. *c.*2. *n.*7. Ægid. de Coninch. *d. diſp.*22. *n.*15. Hurtado *in tract. de Matrim. diſp.*1. *diffic.*19. in primis Coſta *tract. de ſponſal. c.*1. *n.*8. *cum ſequenti*, Couar. *d.* §.7. *num.*7. Ant. Gom. *l.*50. *Tauri, n.*22. Ægid. *d. diſp.*22. *dub.*3. *n.*14. Sanch. *d. lib.*1. *diſp.*35. *n.*9. & alii ab eo citati aſſerunt eam eſſe rationem, quia pœna faciliùs promittitur, cùm verbo tantùm promittatur ſoluenda in futurum: arrhæ verò maturiori conſilio traduntur, cùm ſtatim, & ipſo facto tradantur, ob idque jus aliter diſpoſuit in arrhis, quàm in pœnis, eo quòd quilibet proclivior ſit (vt ait Bart.) ad verba de ore, quàm ad pecuniam ex crumena depromendam. Verùm licèt hæc differentiæ ratio ſit communiter recepta, tamen magis placet illa, quam adducit Conluſitanus noſter Valaſcus *conſultat.*2. *n.*1. vbi ait veram eſſe rationem differentiæ, quia arrha datur in ſignum, & ad ſecuritatem rei geſtæ; pœna verò non pro ſecuritate, ſed vt ad nuptias adſtringantur contrahentes.

4 Amplia principalem text. concluſionem procedere etiamſi pœna ſit promiſſa à parentibus, vel conſanguineis, vt per Iaſ. *in l.*1. *num.*9. *ff. de in jus vocand.* Gregor. *l.*29. *verbo querer, tit.*11. *p.*5. Azeued. *l.*2. *num.*3. *tit.*2. *lib.*5. *nouæ recop.* Matienzo *in rub. tit.*1. *gloſſ.*2. *num.*2. *eod. lib.*5. Sanch. *d. diſp.*30. *num.*3. *& lib.*4. *diſp.*4. *num.*8.
5 Gutier. *de Matrim. cap.*17. *num.*2. Amplia etiam quamvis pœna ſit modica, attenta contrahentium dignitate, vt per Couar. *d.* §.7. *num.*5. Matienzo, & Azeued. dictis locis, Gutier. *cap.*17. *num.*5. Sanch. *dicta diſp.*30.
6 *num.*11. vbi *num.*14. reſoluit, quod licèt hæc pœna exigi non poſſit, poteſt tamen exigi intereſſe conſiſtens in damno emergenti, de quo etiam Rebell. *de obligat. juſtitiæ, part.*2. *lib.*4. *q.*7. *num.*5. Gutier. *d. cap.*17. *num.*14. Bonac. *d. q.*1. *puncto vltimo, num.*6. Amplia etiam quamvis hujuſmodi pœna poſita ſit in ſponſalibus cum juramento, nam eo non obſtante quaſi minimè obligans ad rem illicitam, & prohibitam pœna ſoluenda non eſt, vt reſolvunt plures, quos referunt, & ſequuntur Sanch. *d. lib.*1. *diſp.*32. *num.*21. Gutier. *d. cap.*17. *num.*19. *&* 21. Bonac. *d. puncto vltimo, num.*2. quicquid oppoſitum ſentiant Leſſ. *de iuſtitia, lib.*2. *c.*17. *dub.*7. *n.*56. Ægid. *d. diſp.*33. *dubio* 5. *n.*24. Amplia denique vt etiam non valeat pœna, qua conjuges ſe obligant ad abſtinendum ab alio conjugio poſt illud diſſolutum, vt per Sanc. *de Matrim. lib.*7. *diſp.*88. *n.*37.
Vtrùm verò ſit peccatum mortale apponere in ſpon- 7
ſalibus hujuſmodi pœnas, vide Sanch. *d. lib.*1. *diſp.*30. *n.*2. Gutier. *d. c.*17. *n.*1. Ægid. *d. dubio* 5. *n.*23. Bonac. *d. puncto vlt. n.*3.

Quæſtio difficilis eſt, vtrùm ſponſus, qui fidem da- 8
tam non ſeruat, vel ob nimiam contumaciam, juxta *cap. requiſiuit, hoc tit.* aut quia alii nupſit, ad pecuniam, vel intereſſe conueniri poſſit? & quid etiam in foro Conſcientiæ debeatur? Hanc quæſt. tetigi *in collect. ad cap. ſuam, num.*4. *de ordine cognit.* vbi etiam ſequutus fui ſententiam, quæ dictat hoc caſu nulla damna, & intereſſe peti poſſe, cum Abb. & Fr. Baſilio Pontio, quos *ibi* citaui, nunc verò vt illius ſolutio clarior appareat, à primordiis rem petendo, inueni gloſſ. *verbo Matrimonia, ad fin. in l. Titia* 134. *ff. de verb. oblig.* quæ affirmat ſponſum ad intereſſe poſſe agere, quam incautè teſtatur communiter receptam Coſta *in l. cùm tale*, §. *ſi arbitratu, limit.*5. *ad finem*, & idem videtur velle alia gloſſ. *in l.*2. *ff. hoc tit.* Dyn. & Salic. *num.*5. *in l.*1. *C. eodem*, ſi actione de dolo, vel in factum actum ſit, quorum fundamenta ſunt ſequentia. Primum eſt quod in ſtipulationibus facti poſt moram agitur ad intereſſe, Corraſ. *lib.*2. *miſcel. cap.*3. Dyn. *in reg. mora, de regulis juris, lib.*6. Xuar. *ad l. poſt rem iudicatam, limit.*4. *ad l. Regni, num.*9. ſponſalia verò ſtipulationem facti continent, ex *d. l.*2. ergo ex ipſis agi poterit ad intereſſe. Secundum, arrhæ peti poſſunt, *l. vlt. C. hoc tit.* ergo & intereſſe. Tertium pœnæ legales ad Matrimonium non prohibentur, *l. ſi ita ſtipulatio facta* 19. *ff. de verb. oblig.* intereſſe autem eſt pœna legalis, vt docet Bart. *ad l. cùm ſtipulatus, num.*4. *ff. eod.* ergo debebitur. Sed hæc ſententia defendi non poteſt, & meliùs contrarium probat gloſſ. *verbo ſororem, in l. ſi ſtipuler, ff. de verbor. ſignific.* vbi Alexand. *n.*7. teſtatur communem ſententiam, eandem probat Bart. *n.*3. Iaſ. *n.*17. *in d. l. Titia*, Abb. *hic, in fin.* & Præpoſ. *n.*11. ſentit Palat. *in repet. cap. per veſtras, de donat. inter virum*, §.68. *à num.* 4. Coſta *vbi ſuprà*, qui omnes eo tantùm nituntur fundamento, quod pœnalis ſtipulatio in ſponſalibus, & Matrimonio prohibetur, quia libertatem infringit, *d. l. Titia*, & text. *in præſenti.* Intereſſe autem eandem habet rationem, quia non minus quàm pœna conuentionalis libertatem minuit metus ipſius præſtandi, & aliquando plus eſſe poterit in eo, quàm in pœna: ergo peti non poterit.

Ego verò communem ſententiam in eo ſequendam 9
judico, quod exiſtimem ex ſponſalibus non poſſe agi ad pecuniam, hoc eſt, ad æſtimationem facti promiſſi, aut circa rem, fundamentum verò Doctorum ex *d. l. Titia*, & text. *in præſenti*, penitus improbo; etenim illa jura ad noſtram ſpeciem trahi non poſſunt, tum quia intereſſe non habet rationem pœnæ: tum etiam quia licèt habeat, prædicta jura non improbant omnem pœnam, ſed illam tantùm, quæ abſolutè ponitur ne quis à ſponſalibus, ſeu Matrimonio recedat etiam ex cauſa juſta, quando per leges permittitur. Vnde non habent locum quando pœna apponitur ne quis recedat ſine cauſa, idque manifeſta ratio demonſtrat in prædictis legibus expreſſa de libertate Matrimonii, quæ ſanè tunc infringitur cùm quis metu pœnæ inuitus cogitur aut Matrimonium contrahere, aut in eo permanere, caſu quo per leges non tenebatur, ſed juſtè, & liberè poterat recedere. Inſuper

eundem

eundem intellectum probat dicta lex *ſi ita ſtipulatio*, ubi ſtipulatio, ne quis divertat à matrimonio ſine cauſa, improbatur non quia libertatem minuit, ſed quia (inquit textus) contenti eſſe debemus pœnis legibus comprehenſis, quinimò addit in fine, quod ſi ſtipulatio non excedat pœnam legalem, valebit, atque ita probat ille textus, de quo priùs, quod cùm dicta lex *Titia*, & textus *in præſenti*, prohibeant ſtipulationem quæ minuit libertatem, illam certè prohibent quæ vetat etiam ex cauſa recedere; poſteriùs quod ſtipulatio pœnalis, per quam quis adſtringitur, ne recedat à Matrimonio ſine cauſa, valet quando non excedit pœnas legis, & ſic prædicta jura tantùm habent locum in ſtipulatione indiſtincta, & abſoluta: quod etiam apertè probatur *d.l.ult.in fin.C.hoc tit.* ubi valet ſtipulatio ne quis à ſponſalibus ſine cauſa recedat. Atque ideò vera ratio, ob quam intereſſe intrinſecum, vel circa rem peti non poteſt, eſt quia in hac promiſſione non reperitur in ipſo facto promiſſo aliquid quod æſtimationem recipiat, quia quod principaliter promittitur eſt matrimonialis conjunctio, quæ æſtimationem non patitur. Dos verò, nec ejus æſtimatio peti poteſt. Primò quia nòn eſt principaliter in promiſſione nubendi: ſecundò quia non habet cauſam lucrativam, ſed onerosam, *l.ult.§.ſi à ſocero, ff.quæ in fraud.cred.* & datur pro oneribus Matrimonii, *l.pro oneribus, C.de jure dot.* & frequenter non ſufficit, *cap. ſalubriter, de uſuris.*

10 Rurſus etiam à communi ſententia recedendum puto in eo quod aliquando intereſſe intrinſecum, ſaltem damni emergentis ex ſponſalibus peti poſſe cenſeo, ut ſi magnis ſumptibus nuptiæ præparatæ ſint, vel veſtes, aut aliam ſupellectilem ſponſus emat, aliàs non facturus, vel ſi in obtinenda diſpenſatione alicujus impedimenti expenſas fecerit, quo caſu qui ſine cauſa receſſerit, ad intereſſe conveniri poterit, nec actione de dolo, aut in factum, ut poſt alios contendit Salic. *in l.1. C. de ſponſal.* Abb. & Præpoſ. *ubi ſup.* ſed etiam ex ipſa promiſſione & contractu, tenetur enim unuſquiſque reſarcire damnum quod ſua culpa datum eſt, *l.1.ff ad leg.Rhod. cap.ult.de injur. Exodi* 21. dedit autem culpa ſua damnum ſponſa, quæ ſine juſta cauſa fidem fregit in prædictis caſibus: ergo tenebitur. Præterea quoties intereſſe intrinſecum non reperitur in promiſſione, extrinſecum peti poteſt, *l.nummis, ff.ſi cert.pet. l.3. §.ſi per venditorem, ff.de act.empti*; hìc autem non reperitur intereſſe intrinſecum, ut dictum eſt: ergo extrinſecum damni emergentis rectè petitur. Item ſi peti non poſſet, aut repugnaret rationi, aut legi: ſed convenit rationi, ex dictis: legi non repugnat, quia leges à DD. adductæ agunt de pœnis diverſo caſu appoſitis: ergo nihil impedit quominus ex ſponſalibus ad prædictum intereſſe agatur, & per conſequens non erit locus actioni de dolo, vel in factum, quæ cùm in ſubſidium dentur, ubi omnes aliæ deficiunt, juxta *l.1.in princ. & in §. ſi quis in dolo*, & hìc reperiatur actio ordinaria ex ſponſalibus, prædictæ non competent. Doctores enim ex eo decepti ſunt, quod crediderint omnem actionem ex ſtipulatione ad pœnam, vel ad intereſſe in hac materia prohiberi, quod ſuperiùs approbavimus. Denique illud etiam contra DD. aſſero pœnam conventionalem hodie in ſponſalibus apponi poſſe, ne quis ſine juſta cauſa recedat, quod ultra ſupradicta ex eo convincitur, quia illa tantùm ſtipulatio prohibetur, quæ à Matrimonio ſine cauſa prohibet recedere, ſi excedit pœnas legis, *d.l. ſi ita ſtipulatio*: ſed ubi quis à ſponſalibus injuſtè recedit, arrhis non datis, à lege pœnam non habet: ergo in ea ſpecie conventionalis rectè ſuſtinebitur, quod manifeſtè probatur *d.l.ult.in fin.C.hoc tit.* & faciunt Abb. Præpoſ. & Palat. *dictis locis.* Quæ omnia locum habent etiam in foro conſcientiæ, in quo intereſſe damni emergentis ſemper debetur, lucri verò ceſſantis, ſi certum ſit, juxta communem ſententiam *in cap.1. & in cap.conqueſtus, de uſur.* Sylveſt. *verbo Uſura 1. quaſt.* 19. Sot. *de juſtit. lib.6. q.1. art.3.* Navar. *in man.cap.17. quaſt.211.*

SUMMARIUM.

1 *Sponſalia de futuro per copulam ſubſequutam tranſeunt in Matrimonium*, & n.2.

3 *Dubia in meliorem partem ſunt interpretanda, & delicti ſuſpicio vitanda quoad fieri poteſt.*

4 *Objicitur contra concluſionem textus, & reſpondetur* num.5. & 6.

7 *Matrimonium contrahens poſt ſponſalia copulâ conſummata, cum alia, an & quando teneatur in foro conſcientiæ cum ſecunda permanere, oſtenditur*, & num.8.

9 *Sponſalia de futuro per copulam ſubſequutam ita tranſeunt in Matrimonium, ut nulla in contrarium admittatur probatio, etiam per confeſſionem partis.*

10 *Amplia etiamſi ambo ſponſi tempore copulæ proteſtentur ſe non intendere Matrimonium contrahere, quia nihilominus obligantur ad Matrimonium.*

11 *Matrimonia præſumpta ceſſarunt per Concilium Trident.*

12 *Probatio in contrarium non admittitur contra præſumptionem juris & de jure, niſi ſit confeſſio partis*, ut num.14.

13 *Fictio admittit probationem in contrarium.*

15 *Probatio contra præſumptionem juris & de jure, parte non opponente eſt valida.*

16 *Lex vel præſumit aliquid ſtatuendo tanquam pro certo & ſibi comperto, vel tantùm præſumit tanquam veroſimile, & probabile. Prior modus præſumendi dicitur præſumptio juris & de jure, poſterior præſumptio juris tantum.*

CAP. Commiſſum XXX.

SPonſalia de futuro per partium copulam tranſeunt in Matrimonium. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Hoſt. Butr. Anchar. Panorm. Præpoſ. Mar. Socin. Petr. Greg. Alex. de Nevo, Caniſ. Cujac. Cened. *collect.*131. Viv. *in ration. lib.4. Iuris Pontif. pag.*19. Alagona *in compend. Iuris Canon. pag.*566. remiſſivè Ximen. *in concord. part. 1. & 2.* & Caſal. *in annot.* 1

Hanc eandem concluſionem ex hoc textu deſumunt Covar. *de ſponſal.p.1.cap.4.§.1.n.2.& ſeqq.* Tiraq. *de retr.convent. ad fin.tit.n.77.* Victor *de Sacram.n.241. & ſeqq.* Greg. *l.3.verb.con ella, & l.8.verb.mas en todas, tit.1.p.4.* Palat. *in repet.rubr.de donat.inter vir.& uxor. §.4. n.1.* Franc. Leo *in Theſauro fori Eccleſ.p.2. cap.9. n.18.* Maſcard. *de probat. concl.*1027. Franc. Molin. *de ritu nupt. lib.1. cap.10.n.10. & compar.12.n.15.* Menoch. *lib.3. præſumpt.1. n.6.& ſeqq.* Petr. Mozz. *de contract.tit.de ſponſal. §.de naturalib.ſponſal. n.4.* Ledeſma 2.4. *q.48. art.2.* Sylveſt. *verbo Matrimonium 2. q.15.* Hurtado *in tract.de Matrim.diſp.3.diffic.14.* Baſil. Pont. *etiam de Matrim.lib.2.cap.12.* Gutier. *de juram.confirm. p.1.c.51.n.12. & de Matrim.c.27.n.4.* Valer. Regin. *in praxi for.pænit.lib.31.n.10.verſ.3.* plures per Cened. *ad Decret.collect.131.n.1.* Quod adeò verum eſt, ut etiamſi 2

ſponſus

ſponſus præſente ſponſa, & conſentiente proteſtatus eſſet nolle per hujuſmodi copulam Matrimonio conſentire, adhuc illud probabitur ex eadem copula ſubſecuta poſt ſponſalia, ut reſolvunt Menoch. *d. praeſ.* 1. *num.* 15. Maſcard. *concl.* 1027. *n.* 11. Gutier. *d. cap.* 51. *num.* 14. ſic etiam quando quis unam ex pluribus ductarum promittebat, cognita poſtmodum carnaliter una ex illis, ſponſalia illa tranſibunt in Matrimonium cum ea, Menoch. *d. præſumpt.* 1. *num.* 13. *&* 14. Spin. *in ſpeculo teſtam. gloſſ.* 15. *princ. num.* 65. Sanch. *de Matrim. lib.* 1. *diſp.* 26. *num.* 8.

3 Quæ quidem principalis concluſio ex hoc text. deſumpta probat Matrimonium vel ex verbis, vel ex facto aut aliis ſignis judicari poſſe in foro exteriori, cùm Eccleſia de occultis non judicet, ſed externas probationes, & conjecturas ſequatur, D.Thom. *in* 4. *diſt.* 28. *quæſt. unic, art.* 2. atqui nullum videtur factum, aut melior conjectura conſenſus, quàm ſi poſt ſponſalia ſponte ſe immiſceant, quia niſi ſponſos in eo facto maritalem animum habuiſſe exiſtimemus, oportet delictum grave contra divinum præceptum præſumere, & injuriam ſponſæ illatam; jubent enim divinæ, & humanæ leges dubia in meliorem partem interpretari, & delicti ſuſpicionem evitari quoad fieri poteſt, Math. cap. 7. *Nolite judicare*, gloſſ. *in Paul. ad Roman.* 14. circa illa verba: *Qui non manducat, manducantem non judicet*, D.Thom. 2. 2. *quæſt.* 60. *art.* 4. & *ibi* Cajet. in hac re legendus, *l. meritò, ff. pro ſocio*, docet Bart. receptus *in l. non ſolùm, §. ſed ut probari, ff. de novi oper. nuntiat.* Alciat. *de præſumpt. reg.* 3. *præſumpt.* 1. Hippol. *ad l.* 1. *num.* 68. *C. de ſicar.* Socin. jun. *conſ.* 76. *num.* 66. *lib.* 1. Aym. *conſ.* 151. *n.* 18. Roland. *conſ.* 11. *num.* 30. *lib.* 2. Ergo, &c. Confirmatur hæc juris præſumptio ex eo, quia cùm nubendi promiſſio præceſſit, non ineptè videtur Eccleſia judicare animo adimplendi promiſſionem copulam fuiſſe ſubſequutam; confirmatur etiam optimo ſimili à ſpirituali Matrimonio, in quo votum ſolemne, & legitima profeſſio judicatur, ſi aliquis ſe actibus profeſſorum immiſceat, juxta *cap. vidua, & cap. ultim. de Regul.* ergo cùm ſponſi immiſcent ſe actibus matrimonialibus, rectè videntur Matrimonium contraxiſſe.

4 Sed tamen adversùs hanc interpretationem, & præſumendi cauſam inſurgunt nonnulli, inter quos eſt Major, & alii, quos refert Sot. *citato loco*, negantes Matrimonium potuiſſe ab Eccleſia judicari ad evitandam delicti præſumptionem, moventurque primò ex eo quod actus mali, ſeu prohibiti, licèt aliquo caſu defendi poſſint, in malam partem interpretandi ſunt, ut probat text. *in l.* 1. *C. de ſicar. & in cap.* 1. *de præſumpt.* Felin. *in cap. cùm dilecti, num.* 2. *de accuſat.* Abb. *in cap.* 1. *num.* 7. *de cleric. non reſid.* Dec. *in cap. in præſentia, à n.* 14. *de probat.* atqui accedere ad ſponſam malum eſt, & prohibitum, quoniam etſi animo maritali fiat, contrahitur Matrimonium clandeſtinum, quod peccatum mortale eſt contra Eccleſiæ prohibitionem, de qua *in tit. de clandeſt. deſponſat.* & ſynodalibus conſtitutionibus incurritur excommunicatio: item peccatum ſcandali dum accedit ad eam, quæ ſua eſſe non creditur: ergo fruſtra Eccleſia ad excludendam delicti ſuſpicionem Matrimonium judicat. Deinde contra hanc interpretationem, & præſumendi cauſam à DD. excogitatam eſt *cap. ult. hoc tit.* ubi conatus ad copulam non facit ut ex ſponſalibus Matrimonium judicetur, cùm tamen eadem excludendi delicti ratio in eo caſu detur.

5 His tamen non obſtantibus retinenda eſt communis ſententia, & aſſerendum Eccleſiam dum Matrimonium contractum judicat delicti præſumptionem evitare, tum quia S.Thom. & omnes Theologi in propoſito aſſerunt non peccare ſponſos, qui animo maritali ſe immiſcuerunt: tum quia actus ille dubius in judicio Eccleſiæ potius in meliorem partem debuit aſſumi. Fatemur tamen illam præſumendi cauſam forraſſe non fuiſſe ſolam, ſed etiam eam quod cùm præceſſerit promiſſio, non per injuriam, ſed animo adimplendi id feciſſe exiſtimantur. Argumenta verò in contrarium adducta facilè refutantur, ſi ad prioris ſolutionem dicatur copulam inter ſponſos animo maritali poſſe conſiderari, aut per ſe, aut ſecundùm leges, aut per accidens ex aliqua circumſtantia, & humana prohibitione. Priori modo nullius culpa eſt accedere ad ſponſam, & ſic accipienda eſt præſumptio illorum jurium, & doctrina D. Thomæ; actus enim per ſe conſiderantur, & judicantur à lege, non verò ex circumſtantiis, & accidentibus, niſi lex id declaret. Unde licèt fateantur dari in ea copula peccatum aliquod, aut rationem ſcandali, aut humanæ prohibitionis, non inde aliquid ſequitur contra principalem hujus text. concluſionem. Rurſus in confeſſo eſt, quod quemadmodum in dubio non licet peccatum præſumere, ſic etiam ſi neceſſariò præſumendum ſit, minus credere oportet, hoc enim & proximi dilectio poſtulat, & fatentur DD. præcitati, & colligitur ex *l. ſi præſes* 32. *ff. de pœnis*, & probat ex aliis Socin. *in l. cùm quæritur, in fine, ff. de rebus dub.* Aym. *conſ.* 6. *num.* 69. Roland. *d. conſ.* 11. *num.* 37. atqui dum lex præſumit copulam animo maritali, majus delictum effugit contra legem divinam, & minus ſuſpicatur contra legem humanam: ergo licèt admittamus aliquam in eo caſu culpam eſſe præſumendam, non propterea argumentum convincit. Tandem ut omnem culpæ ſuſpicionem ab eo actu removeamus, & defendamus ſententiam D.Thomæ aſſerentis ſimpliciter nón peccare ſponſos, qui animo maritali ſe immiſcent, dicendum eſt prohibitionem Eccleſiæ, de qua *in cap. cùm inhibitio, de clandeſt. deſponſ.* tantùm habere locum in his, qui ita contrahunt clam, ut ſtatuant ſolemnitates Eccleſiæ non obſervare, cùm verò conſenſum adhibent de præſenti, ut ſtatim conſtituant in Eccleſia Matrimonium obſervare, non offendunt prohibitionem illam, quod & ipſa ratio ſuadet, ut probat *cap.* 2. *eod. tit. de clandeſt. deſponſ.* ibi: *Si perſonæ contrahentium hoc volunt publicare*, accipienda ſunt, & comprobanda tanquam ſi à principio in conſpectu Eccleſiæ contracta eſſent. Unde fit ut ſponſi, qui animo maritali ſe immiſcuerunt, ut poſteà ſervatis ſolemnitatibus Matrimonium celebrarent, nullam penitus culpam committant, juxta ſententiam D.Thom. *ubi ſupr.*

Poſterius verò argumentum ex *cap. ult. infr. hoc tit.* 6
majorem videtur habere difficultatem, ſed reſponderi poteſt conſequentiam parum valere, in his enim, quæ extenſionem non patiuntur, prout ſunt præſumptiones legum, licèt eadem ratio diverſo caſu vigeat, non licet extenſionem facere, prout in terminis reſolvunt Abb. *in d. cap. ultim. num.* 3. Ruin. *conſil.* 112. *col. pen. lib.* 2. Roland. *conſil.* 32. *num.* 22 *lib.* 1. Si autem quærat aliquis quare lex ad evitandam delicti ſuſpicionem non judicavit Matrimonium ex conatu *in d. cap. ultim.* facilè reſpondetur multò majorem dari cauſam judicandi Matrimonium ex copula, quàm ex conatu: tum propter graviorem culpam, & injuriam ſponſæ, tum etiam quia fortaſſe ex diſſenſu alterius conatus effectum non habuit. Item dicendum eſt Eccleſiam ex conatu nec judicare Matrimonium, nec delictum præſumere, non prius, quia non putavit eſſe illam ſufficientem conjecturam, non poſterius, quia de eo non agit, atque ideo ineptè DD. aiunt in conatu præſumi delictum, poteſt enim fieri ut nec detur delictum, quia maritali animo conatus factus fuit, nec judicetur

cetur Matrimonium, quia id Eccleſia non ſtatuit, cùm tamen revera potuerit eſſe Matrimonium. Etenim illa propoſitio, quod dubia in meliorem partem accipienda ſint, negativè ſumpta vera eſt, & in præcepto, ut ſcilicet non liceat privato judicio malum de proximo judicare ex quocumque actu ipſius, quia non pertinet ad privatos de actibus aliorum judicare. Affirmativè verò ſumpta, quod ſcilicet debemus bonum poſitivè judicare, nec ſemper vera eſt, nec in præcepto, ſed tunc cùm neceſſariò alterum judicandum eſt, prout contingit in judicio publico, ſi fieri poteſt, bonum judicetur, ſi id vel conjecturæ, vel probationes patiantur: quod ſi magis delictum ſuadeant, id judicare oportet, etenim publicum judicium neceſſitatem habet judicandi, & externas probationes ſequitur, privatum verò nec judicare poteſt, nec probationibus adſtringitur. Juxta quæ reſolvendum eſt quod Eccleſia ex copula Matrimonium judicat, quia apta viſa fuit probatio conſenſus, & non ſolùm delicti ſuſpicionem evitat, ſed bonum poſitivè credit in prædictis juribus, ex conatu verò non judicat Matrimonium, nec bonum credit poſitivè, nec etiam malum judicat, nec debuit judicare, quia fortaſſe in conatu peccatum non fuit, & juxta hanc reſolutionem refutatur argumentum, & explicanda eſt *reg.* 2. *de reg. juris*, *d. l. meritò*, & omnia quæ Doctores circa illam ſcribunt.

7 Ex quibus omnibus primò infertur, non videri veram Doctorum ſententiam, dum aiunt eum, qui poſt ſponſalia copula conſummata Matrimonium cum alia contraxit, in foro Conſcientiæ teneri cum ſecunda permanere, ſi animo fornicario ad priorem ſponſam acceſſit: quam ſententiam ante omnes probavit Vincent. *hic*, Butr. & Abb. *num.* 4. Præpoſ. *num.* 3. qui falsò contrarium imponit Butrio, Covar. *de ſponſal. part.* 1. *cap.* 4. §. 1. *num.* 9. Socin. *conſ.* 28. *num.* 7. *lib.* 1. Et ex Theologis D. Thom. *quolibet.* 7. *art.* 5. Dur. *in* 4. *diſt.* 28. *quæſt.* 1. & *ibid.* Palud. *art.* 2. Sot. *diſt.* 27. *quæſt.* 2. *art.* 4. *dub.* 2. aſſerens tam à noſtris, quàm à Theologis probari, Sylveſt. *verbo Matrimonium* 2. *quæſt.* 15. Ledeſm. 2. 4. *quæſt.* 48. *art.* 2. *in fine*, nec contrarium voluit Hoſt. quamvis à nonnullis perperam intelligatur. Moventur Doctores primùm eo fundamento. Eccleſia in hoc text. non irritat directè, & diſpoſitivè Matrimonium contractum poſt ſponſalia copulâ conſummata, ſed per conſequentiam irritum judicat, ex eo enim quod prius ab Eccleſia præſumitur, & contrarium non admittitur, infert Summus Pontifex non cenſeri verum poſterius Matrimonium: atque ideo quemadmodum prius ex præſumptione validum judicatur, ſic poſterius ex præſumptione irritum cenſetur, ut colligitur ex verbis hujus text. Sed in foro conſcientiæ veritas, & non præſumptio locum habet. Ergo ſi verè prius in Conſcientia non fuit Matrimonium, poſterius in ea valebit. Præterea non eſt fortius Matrimonium illud quod ab Eccleſia ex copula præſumitur, quàm quod verbis de præſenti palàm contrahitur; ſed ſi Matrimonium de præſenti verbis tantum ſine conſenſu contractum ſit, poſterius in Conſcientia contractum valebit, ut omnes fatentur. Ergo ſic erit in noſtro corollario judicandum. Inſuper ſi aliquid impediret ſecundum Matrimonium in Conſcientia valere, aut eſſet prius, aut Eccleſiæ conſtitutio, ut patet: ſed prius non impedit, quia in Conſcientia Matrimonium non fuit. Conſtitutio Eccleſiæ id non facit, quæ in foro exteriori tantum judicat ex præſumptione: ergo nihil eſt quod impediat. Tandem hoc videtur probare *cap. tua nos*, *hoc tit.*

Verùm ex dictis planè colligitur contrariam ſententiam veriorem eſſe, diximus enim Eccleſiam in hoc text. ex optimis conjecturis Matrimonium judicare, & contrariam probationem prohibere: ſed ex hoc ſequitur poſterius Matrimonium etiam in foro Conſcientiæ non valere: ergo conſequentia bona eſt: major patet ex dictis: minor verò ſic probatur, leges difficultatem, & grave peccati periculum hominibus injicere non ſolent, à quo ſe liberare non poſſint, ut in ſimili probat *cap. literas*, *verſic. porrò*, *de reſtitut. ſpoliat.* Injiceret autem quaſi perplexam difficultatem Eccleſia, ſi dum Matrimonium judicat ex copula, & contrarium probari vetat, poſterius aliquo pacto valere pateretur etiam in foro interiori, quia ad priorem conjugem redire cogeret, quæ conjux non eſſet in Conſcientia; & à poſteriori recedere, quæ verè eſſet conjux, nec ullum relinquebatur medium, quo hæc difficultas evitari potuiſſet, quod planè abſurdum eſt, & de lege Eccleſiaſtica minimè credendum. Inſuper ſi Matrimonium poſtea contractum non fuiſſet irritum, vel eſſet quia in ea lege deficit poteſtas, aut voluntas legiſlatoris: prius non eſt dicendum, poſterius ex ratione proximè adducta convincitur: ergo, &c. Tertiò ante hunc text. jam ab Eccleſia conſtitutum erat ut ex ſponſalibus ſubſequuta copula Matrimonium præſumeretur, *cap. veniens*, *il* 2. *hoc tit. cap.* 2. *cap. per tuas*, *de condit. appoſ.* & contraria probatio interdicta: Gregor. autem IX. *in hoc text.* antiquam Eccleſiæ conſtitutionem declaravit, inferens ex ea non valere Matrimonium, quod poſt illud præſumptum fuiſſet contractum, & hoc ſolùm fecit, ut conſtat ex text. in quo ſequitur quod ſi conſequentiam, & declarationem ad forum exterius tantum fecit, rem jam explicatam, & perſpicuam iterum tractavit, quod abſurdum eſt: ergo fateri oportet noviſſimum Pontificem, qui nunquam res antè conſtitutas, perſpicuas ſuis legibus reficicavit, dubium aliquod decreviſſe, & per conſequens ad utrumque forum conſequentiam illam deduxiſſe. Tandem colligitur noſtra ſententia manifeſtè ex hoc text. ibi, *nec verum*, *nec aliquid*: & ibi, *de facto*, &c. & hoc videtur ſentire Anchar. *hic*, *num.* 5. dum ait conſtitutionem, quam Hoſtienſ. optabat, hic contineri. Argumenta verò contraria parum urgent, ad primum enim reſpondetur, quod ſcilicet dum text. diſponit non valere poſterius Matrimonium, conſequentia illa ad forum interius ex antecedentibus rectè deducitur, ob prædictas rationes. Ad ſecundum, & tertium negamus minorem. Ad *d. cap. tua nos*, *hoc tit.* dicendum ſponſalia ibi antè contracta non valuiſſe, & hoc conſtabat tam ex nominis mutatione, quàm ex aliis, atque ideo ex copula non judicatur Matrimonium; noſtrum verò corollarium procedit quando ſponſalia valuerunt. Unde conſequitur ineptè Covar. *d. num.* 9. & alios contra Hoſtienſ. aſſerere Eccleſiam non potuiſſe ſtatuere, ut Matrimonium poſteà contractum in foro interiori irritum eſſet, quaſi tunc ſine conſenſu Matrimonium faceret. Etenim Eccleſia & potuit citra dubium, & fecit, nec tunc prius Matrimonium præſumptum ſine conſenſu facit; ſed præſumit per conſenſum fuiſſe factum: ſecundum verò indiſtinctè irritat, qua in re de poteſtate non licet dubitare, poteſt enim Eccleſia ex juſta cauſa, materia, aut cauſa efficiente, aliquos ad Matrimonium inhabiles reddere.

Secundò infertur adeò vehementem eſſe hanc Eccleſiæ præſumptionem, ut nulla in contrarium admittatur probatio etiam per confeſſionem partis; diximus Matrimoniũ ex prædictis conjecturis præſumi, 9

& probationes in contrarium prohiberi, ſed confeſſio probatio rectè dicitur, ut probat *cap. in præſentia, de renuntiat. Clem. conſtitutionem, de elect.* ibi, probationem tamen factam ſuper iis per confeſſionem, *l.1. in fin.ff.de interloqunt.action.* Bart. *in l.triticum, ff.de verb. oblig.* Jaſ. *in l.cùm te, num.11. C.de tranſactionibus*, & contra communem defendit Aretin. & Dec. *ad rubr. de probat. num. 9.* Marant. *de ordine judic. p.6. actu 5.* Ergo probatio per confeſſionem contra Matrimonium admitti non poteſt. Secundò quotieſcumque negotium ejus naturæ eſt, ut à partium conſenſu nihil pendeat, tunc confeſſio non admittitur, quia fieret fraus legi dum id quod per conſenſum efficere non poſſunt, ſimulata confeſſione faterentur, & obtinerent, contra *l.non dubium, C.de legibus*, obſervant poſt alios Felin. *in cap.quanto, num.3. de præſ.* Alciat. *de præſumpt. p.2. num.8.* & omnes *in præſenti.* Sed Matrimonium ſemel contractum à partibus diſſolvi non poteſt: ergo contra illud confeſſio non admittetur. Præterea ſi confeſſio valeret, fieri poſſet, ut ſi revera in eo Matrimonio ab Eccleſia præſumpto conſenſus adfuit, quo caſu verum eſt in utroque foro, poſtea partes in Matrimonium conſpirantes per confeſſionem damnabiliter recederent. Si verò non admittitur confeſſio, hoc ſolùm mali ſequitur, ut ſi revera non conſenſerunt, cogantur tamen permanere, quod malum adhibito conſenſu quocumque tempore poſſunt effugere, ſed prius graviſſimum continet periculum, poſterius verò nullum: ergo meritò confeſſio admitti non debet. Tandem hanc ſententiam apertè probat *cap. ſuper eo, de eo qui cognovit conſanguineam uxoris*, quibus argumentis hoc corollarium probant Butr. & Abb. *num.5. hic*, Zabar. *num.2.* Præpoſ. *num.7.* Felin. *n.8.* Alciat. *ubi ſuprà*, communis ex Cov. *dicto loco, num.3.* Menoch. *de arbitr.caſu 103. n.8.* qua in re immeritò Covar. communem rationem condemnat, quæ apertè colligitur ex *d.cap. ſuper eo*, & nulla alia excogitari poteſt. Nec obſtat recepta doctrina gloſſ. *in l.in contractibus, verbo nullo modo, C.de non num.pecun.* gloſſ. *in Auth.de æqualitate dotis, §.aliud, verbo privilegium*, quæ habet contra præſumptionem juris, & de jure admitti confeſſionem, reſolvunt Jaſ.& Dec. *n.5. in d. l.cùm te 7.* Socin.jun. *conſ.17.n.12.* Pariſ. *conſ.112. num.42. lib. 1.* Menoch. qui plures refert, *remed. 1. recuper.num.219.* eſt enim hoc argumentum, & communis traditio intelligenda, quando negotium, de quo agitur, tale eſt, ut partium conſenſu diſſolvi, aut mutari poſſit, prout Doctores *in prædictis locis* intelligunt. Nec etiam obſtat ſententia gloſſæ receptæ *in cap.atteſtationes, de deſponſ. impub.* dum ait contra Matrimonium admitti confeſſionem, ex cujus auctoritate Butr. Abb.& Præpoſ. *num.8. in d.cap.ſuper eo*, reſolvunt in eo text. admittendam eſſe confeſſionem, ſi utraque pars Matrimonio velit ſtare, aut alterius, ſi pro Matrimonio agat, & ceſſat colluſio: idem affirmat Covar. *ubi ſupr. n.4.* Menoch. *d. caſu 103. num.9.* etenim hæc ſententia periculoſa eſt, cùm evenire poſſit ut partes inter ſe de diſſolvendo Matrimonio agant, & ut eorum confeſſio probet impedimentum, ſimulant ſe velle Matrimonio ſtare, atque ideo ſola confeſſio in hac ſpecie non admitteretur, niſi aliis conjecturis juvaretur, ex quibus omnis fraudis ſuſpicio ceſſaret. Deinde contra Covar. advertendum eſt quod doctrina illius gloſſ. & communis *in dict.cap. ſuper eo*, tantùm procedit quando agitur de diſſolvendo Matrimonio propter impedimentum per partes irremiſſibile, prout eſt conſanguinitas, vel affinitas, atque ideo nunquam admitti debent, quando contra Matrimonium allegatur tantùm defectus conſenſus, prout eſt in hoc corollario; quia tunc cùm partes adhibito conſenſu poſſint verum facere Matrimonium, melius eſt ut nullo pacto audiantur, quàm cum periculo ab eo Matrimonio recedant. Ex quibus cavendum eſt à Sot. *in 4. diſtinct. 27. art.4. quæſt.2. & quæſt. 3.* dum ait admittendam eſſe probationem in hoc text. ejus, qui oſtendit ſigna diſſenſus tempore copulæ, loquitur enim contra manifeſta verba hujus text. Illud autem citra controverſiam eſt, quod omnis indirecta probatio, per quam concluditur ſponſalia non valuiſſe, vel fuiſſe ante copulam diſſoluta, admitti debet, juxta text. *in cap. tua nos, hoc tit.* & communem *ubi ſuprà*, quæ omnia admittenda ſunt, & intelligenda in Matrimonio de præſenti in facie Eccleſiæ contracto, & juxta formam Concilii Tridentini, itaut ſi quis velit probare tempore contracti Matrimonii non conſenſiſſe, nunquam admittatur directè, ſi autem velit probare propter aliud impedimentum Matrimonium non valuiſſe, admitti poterit.

Tertiò infertur quod etiamſi ambo ſponſi tempore copulæ proteſtentur ſe non intendere Matrimonium contrahere, nihilominus obligantur ab Matrimonium. Ratio eſt, quia proteſtatio, ſeu factum partis contra legem non valet, *cap. ſollicitudinem, de appellat. cap. cùm inferior, de majorit.* Sed hæc proteſtatio eſt contra legem volentem concurrentibus ſponſalibus, & copula cenſeri Matrimonium, ergo proteſtatio ad rem non facit, ita gloſſ. *verbo præſumendum, in cap. per tuas, de condit. appoſ.* nimis ad hoc celebrata per Aretin. *l.Titia, §.1.num.11. ff.ſoluto Matrim.* & communiter recepta ſecundùm Præpoſ. *in cap.veniens, il 2. num.4. de ſponſalib.* Abb. Felin. & Rip. *num. 95. in cap. cum M. de conſtitut.* ubi latè Baptiſta *in repetit. num.23.* refert plures alios Doctores, Covar. *de ſponſalib. part. 1. cap.4. §.1. num.18.* quicquid noviſſimè dicat Baſil. Pont. *de Sacramento Matrimonii, lib. 2. cap.12. num. 4.* Nec obſtat huic communi ſententiæ difficile argumentum, cui prædicti Doctores ſatisfacere debuiſſent, nempe præſumptio eſt conjectura ſumpta ex ſignis veriſimilibus, ut per Alciat. *in initio tractatus de præſumptionib.* poſt Doctores *in rubric. eod. tit.* ſed in præſenti ſpecie non eſt ulla conjectura probabilis conſenſus in Matrimonium, quoniam conſtat ex ſponſorum aperiſſima proteſtatione de diſſenſu; ergo non eſt locus præſumptioni legis cenſentis eſſe Matrimonium; in claris enim, & perſpicuis non habent locum conjecturæ. Sed reſpondere oportet text. *in præſenti*, non præſumpſiſſe, ſed motum illis conjecturis tanquam cauſa impulſiva ſtatuiſſe cenſeri Matrimonium, atque ideo etiamſi de diſſenſu conſter in caſu particulari, & ita cauſa impulſiva ceſſet, non ceſſat diſpoſitio, juxta deciſionem text. & gloſſ. *in cap. etſi Chriſtus, ad fin. de jurejur.* & DD. *in cap. cùm ceſſante, de appellat.* quocirca multò rectiùs loquuntur Doctores qui affirmant dicta ſponſalia fieri Matrimonium non per præſumptionem, ſed per ſtatutum juris, ut advertit Luſit. Philip. *de fiction. p. 2.* & ſatis hoc indicat hic text. ibi: *Licèt præſumptum Matrimonium videatur*, quaſi dicat, aliud amplius eſt. 10

Hodie per Concil. Trident. *ſeſſ. 24. de reformat. Matrimonii, cap. 1.* ceſſarunt Matrimonia præſumpta, itaut eo attento ſponſalia per copulam ſubſecutam, vel alios actus occultè habitos jam in Matrimonium non tranſeant, niſi conſenſus verus, & expreſſus præſtetur coram Parocho, vel teſtibus: unde Doctores noſtri Hiſpanici unico ore cenſuerunt text. in præſenti ſublatum fuiſſe Tridenr. Concil. decreto *in d. cap. 1.* Eorum omnium prior hujus ſententiæ auctor fuit Navar. vir memorandus, & omnium, quos anteriora ſæcula pepererunt, in Divino, 11

Cano

Canonico, & Cæſareo jure doctiſſimus ſimul & piiſſimus, *in man.cap.25.n.*144. & antè *cap.22.n.*28. quem ſequuntur Perez *l.1.gloſſ.5.verſ.ſecundò corrigitur,tit.1. lib.5. Ordin. & l.2. gloſſ.2. ante fin. verſ. infertur etiam, tit.15. lib.8. ejuſdem Ordinam. pag.* 289. Azeved. *l.1. n.29.& 37. tit.1.lib.5.novæ recop.& l.4.n.25.tit.2.ejuſd. lib.5.* Matienſ. *in rubr.tit.1.gloſſ.1.n.53.54.& 62.ejuſd. lib.5.* Gutier. *canonic.lib.1. cap.18.n.4. & de juramento confirmat. p.1.cap.51. n.12. cum ſeqq.* Lancel.Gallia *in conſuet.Alex.gloſſ.maritus,quæſt.3.n.1.* Spino *d.gloſſ.15. n.65.cum ſeqq.*Henriq. *in ſum.lib.11.cap.3.n.7.*Cevall. *commun.contra commun. quæſt.130. num.7.& quæſt.604. n.20.& 750. n.34.* Cened. *d.collect.131. n.2.* Sanch. *de Matrim.lib.3. diſp.40.n.3.* optimè Franc. Molin. *compar.10.à n.13.* & poſt virum illum inſignem mox eum ſequuti fuerunt Itali, præcipuè Menoch. *præſ.1. n.99.* latè Joan.Bapt.Coſt. *cent.2.diſt.40.* Maſcard.*concl.129. num.7.* & alii ab ipſis relati, apud quos hæc eſt receptiſſima opinio, quicquid audacius quàm par ſit contrarium tenuerit Joan.Petr.Bim. *conſ.62.n.33.* & Triviſan. *deciſ.20. num.4. lib.1.*

12 *Contra præſumptionem tamen*, &c.] Notatur ad hoc, quod contra præſumptionem juris, & de jure non admittitur probatio in contrarium, ut per Hippol. *ſing.116.* Alciat. *de præſ.in princ.p.2.ex n.4.* Covar. *de ſponſ.p.1.cap.4.§.1.n.3.* Rojas *ſing.166.* Bald. *conſ.250. n.16.lib.1.* Card. Tuſch. *tom.6.lit.P, concl.614. per tot.* Donat.à Fina *tom.1.commun. opin.lib.4. tit.9. num.369. pag.512.* Azeved. *l.1.n.13. tit.9.lib.4. nova recop.* Menoch. *de præſ. lib.1. præſ.31. & 60.* Maſcard. *de prob. concl.1222.* Dionyſ. Paul. *de vera quatuor Patriarchalium ſed.erect.c.16.n.12.* Farin. *in praxi crim. p.1.q.36. n.1000.cum ſeqq.* Cened. *d.collect.131.n.3.* Alex.Trentacinq. *var.reſol. lib.2. tit.de præſ. reſol.2.* Valaſc. *conſult.52.n.13.* Aldrete *de religioſa diſciplina tuenda,lib.2.*

13 *cap.7.n.5.* Fictio tamen admittit probationem in contrarium.Gonzal. *ad reg.9.Cancell. gloſſ.51.n.29.*

14 Per confeſſionem autem partis præſumptionem juris, & de jure admittere probationem in contrarium, reſolvunt Turzan.*tom.1.commun.opin.lib.3.tit.9.n.284. pag.507.*Donar. à Fina *d.num.369.* Menoch. *in remed. recuper. n.221.* Hippol. *conſ.17. n.7.& 8. & conſ.127. num.20.* Bald. *conſ.2. n.2.lib.3.* Butr. *conſ.28.n.2.in fin. & conſ.28.col.1.verſ.item ex quo,* Caſtr. *conſ.360. circa primum, num.4.lib.2.* Roman. *conſ.102. Super eo, n.4. verſ. aut procedit*, Abb. *conſ.89.num.3. lib.1.* Ozaſch. *Pedem. deciſ.101. n.33.* Card.Tuſch. *d.lit.P, concl.614. num.3.* Maſcard. *d.concl.1222.num.11.* idem Menoch. *d.lib.1.præſ.61.* Item & per teſtes legaliſſimos,Hippol. *conſ.1.n.77.* Menoch. *d.lib.1.præſ.64.*& per indirectum, Ægid.Bellam.*conſ.30.n.6.verſ.ſecundò,*Cravet.*de antiq. temp.verbo materia iſta, num.14. verſ. quartò reſpondeo,* Ozaſch. *d.deciſ.101. n.34.& ſeq.* Card.Tuſch. *d.lit.P,*

15 *concl.614. n.12.* Illud tamen advertendum duxi, omni caſu admiſſam probationem contra præſumptionem juris, & de jure, parte non opponente eſſe validam, ut reſolvunt Roman. *conſ.315.num.1.* Cald.Pereira *de extinct.emphyteuſis, cap.17.n.10.* & Maſcard. *d. concl. 1222. n.18.* ubi *num.* 19. limitat quando ageretur de jure publico, vel favore animæ.

16 Sed ut hujus materiæ termini meliùs percipi valeant, ſciendum eſt quod lex vel præſumit aliquid ſtatuendo tanquam pro certo, & ſibi comperto, vel tantùm præſumit tanquam veroſimile, & probabile, dum de contrario non apparet. Prior modus præſumendi dici poteſt præſumptio juris,& de jure; poſterior præſumptio juris tantùm, quam diſtinctionem tradunt Bald.*in rubr.n.4.C.de probat.*Bart.*in l.filium,ff.de his, qui ſunt ſui.* Alciat. *de præſ.p.2.à num.4.& part.3.à princ.* benè Menoch. *in ſimili tract. lib.1. præſ. 3. & 4.* Maſcard.*de probat.q.10.n.31.& 38.* Sanch. *de Matrim. lib.7.diſp.37.ex n.8.* varia utriuſque membri afferentes exempla; prioris, ſcilicet juris, & de jure præcipuum eſt ex hoc text. ubi ſi quis ſponſam de futuro carnaliter cognoverit, adeò lex præſumit Matrimonium de præſenti ſponſos facere voluiſſe, ut nullatenus probationem in contrarium admittat: aliud deducitur ex *l.5. §.ult. ff.de fidejuſſor. tut.* aliud ex *l.re judicata, ff.de regul.juris.*Poſterioris membri exemplum,ſcilicet præſumptionis juris tantùm,adducit Menoch. *ex d.l.filium,* ubi lex præſumit filium viri & uxoris illum, qui ex ipſis cohabitantibus naſcitur: aliud melius ſumitur ex *l.ſi chirographum,ff.de probat.* ubi ſi probo chirographum cancellatum, præſumit lex debitorem ſatisfeciſſe, & in multis aliis, veluti ubi lex præſumit pro judice, *cap.ſuper eo, de renuntiat. cap.quoniam contra,de probat.* pro Matrimonio, *cap.ult.de re judic.* pro innocentia, *l.merito,ff.pro ſocio, cap.eſtote, de regulis juris in Decretal.* & in multis aliis, quæ utroque jure paſſim occurrunt, & breviter congerit Duaren. *diſp. lib.1. cap.27.* quæ receptiſſima reſolutio eſt neceſſariò retinenda, licèt ab aliquibus impugnetur, quia hæc nomina nullibi in jure reperiuntur,& ex his,& aliis impugnare nititur Philip. *de fictionib.p.2.cap.2.* ſed hæc ratio nihil evincit, quia videmus plura nomina magiſtralia à Doctoribus fuiſſe non abs re excogitata, quibus faciliùs poſſent ſuos ſenſus explicare, & longiores diſtinctiones, quæ in varios caſus diffunduntur, brevi methodo complecti, & hæc de quibus agimus accommodatiſſima ſunt,ut lucem aliquam afferre poſſint huic materiæ præſumptionum,quæ latiſſimè patet,& innumerabiles propè continet caſuum figuras.

SVMMARIVM.

1 *Sponſalia de præſenti non ſolvuntur per ſequens Matrimonium, etiam carnali copula conſummatum: ſponſalia de futuro etiam jurata ſolvuntur per ſequentia de præſenti.*

2 *Sponſalia & Matrimonium quibus verbis contrahi cenſeantur, oſtenditur.*

3 *Verba in Matrimonio an ſint neceſſaria, remiſſivè.*

4 *Matrimonium de præſenti prius contractum præfertur ſecundo etiam copula carnali conſummato.*

5 *Sponſalia priora diſſolvuntur per Matrimonium cum alia contractum.*

6 *Annulum tradens vir fœminæ conſenſum conjugalem exprimenti Matrimonium cenſetur contrahere.*

Cap. Si inter XXXI.

SPonſalia de præſenti non ſolvuntur per ſecundum Matrimonium etiam carnali copula conſummatum, ſed primum in ſuo robore permanet: at verò ſponſalia de futuro etiam jurata ſolvuntur per ſequentia de præſenti. Colligunt ex Ordin.Abb. antiq.Innoc.Collect.Zabar. Joan.Andr. Hoſt.Butr. Anchar. Panorm. Præpoſ.Petr. Gregor.Alex.de Nevo, Caniſ.Cujac.Viv. *in ration. lib.4. Iuris Pontif. pag.* 20. Alagona *in compend. Iuris Canon. pag.* 566. remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.1. & 2.* 1

Collige ex text. quod quando verba in contractu Matrimonii proferuntur de præſenti, ut ſi vir dicat, accipio te in uxorem, hoc caſu contrahitur Matrimonium; quando verò ſonant in futurum, & denotant principium actus tantummodò, ut ſi vir dicat, promitto quod te ducam in uxorem, tunc ſolùm contrahuntur ſponſalia: ita Menoch. *conſ.36.num.11.& 12.* 2

Maſcard. *de probat. concl.* 1331. Gutier. *de matrim. num.* 1. *cum ſeqq.*

3 *Verbis conſuetis expreſſo.*] Ergo in Matrimonio verba ſunt neceſſaria: ſed pro veritate conſule Fr. Emm. *in ſum.tom.* 1. *cap.* 216. *n.* 5. Henriq. *in ſum.lib.* 11. *cap.* 2. *num.* 6. Valer.Reginald. *in praxi fori pœnit.lib.* 31. *n.* 17. *&* 19. latè Sanch. *de matrim. lib.* 2. *diſp.* 31. & citatos *ad cap. tua* 25. *ſup. hoc tit.*

4 *Etiamſi ſit carnalis copula ſubſequuta*, &c.] Notatur ad hoc, quod Matrimonium de præſenti priùs contractum præfertur ſecundo etiam carnali copula conſummato, ut per D. Barboſ. *ad rubr. ff. ſolut. Matrim.p.* 2. *num.* 82. ubi etiam agit de difficultate illa ex *reg. l.quoties, C.de rei vend.* quæ huic reſolutioni obſtat, & *num.* 85. poſt alia dicit quod ideo primum Matrimonium de præſenti præfertur ſecundo Matrimonio copula conſummato, quia cùm ex primo Matrimonio dominium corporis ad potentiam copulæ ſit tranſlatum in uxorem, non poteſt ille, qui jam dominus non eſt ſui corporis, illud in aliam uxorem transferre ad eandem potentiam copulæ, arg. *cap. quod autem, ſupr.de jurepatron.*

5 *Verùm ſi inter ipſos*, &c.] Notatur ad hoc, quod priora ſponſalia diſſolvuntur per Matrimonium cum alia contractum, ut per Sanch. *de Matrim. lib.* 1. *diſp.* 48. Gutier. *eod.tract.cap.* 27. *à princ.* Valer. Regin. *in praxi fori pœnit. lib.* 31. *num.* 260. Vnde ſi ſponſalia ſint contracta cùm duabus, & ſecunda fuerit carnaliter cognita, præſumitur cum ea Matrimonium in præjudicium primæ ſponſæ, ita Menoch. *de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 1. *num.* 17.

6 In gloſſ. *Dicente*, ibi, *per immiſſionem annuli.* Notatur ad hoc, quod ſi vir fœminæ conſenſum conjugalem exprimenti annulum tradiderit, Matrimonium cenſetur contrahere, ut per Cov. *de ſponſ.p.* 2. *c.* 4. *n.* 3. *in princ. & in verſ.id tamen*, Menoch. *de præſ.lib.* 3. *præſ.* 2. *num.* 4. Maſcard. *de prob. concl.* 1024. *n.* 2. *&* 3. Sanch. *de Matrim.lib.* 1. *diſp.* 22. *n.* 3. Gutier. *eod.tract.cap.* 12. *n.* 2.

SVMMARIVM.

1 *Niſus ad copulam non facit ſponſalia de futuro tranſire in Matrimonium.*
2 *Præſumptio proveniens ex copula non provenit ex niſu, & conatu ad illam.*
3 *Niſus ad copulam facit præſumi adulterium.*
4 *Conatus non reputatur pro actu perfecto.*
5 *Affectus non præſumitur, niſi ſequatur effectus.*

Cap. Adoleſcens XXXII. & ult.

1 SPonſus per verba de futuro ſi ſæpè nititur habere copulam, & non habet, ſi contrahat cum ſecunda de præſenti, valet ſecundum Matrimonium, quia in primo non fuit conſenſus de præſenti, nec præſumptus, & conatus non habuit effectum. Colligunt ex Ordin. Abb.antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Hoſt. Anch. Butr. Panorm. Præpoſ. Mar. Socin. Petr. Greg. Alex.de Nevo, Caniſ. Cujac. Viv. *in ration. lib.* 4. *Iuris Pontif. pag.* 20. Alagona *in compend. Iuris Canon. pag.* 556. remiſſivè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2.

2 Collige ex text. quod etſi præſumatur contractum Matrimonium inter ſponſos ob ſubſecutam copulam carnalem, attamen præſumptio hæc non inſurgit quando copula verè ſecuta non fuit, ſed ſolùm intervenit niſus, & conatus ad eam, ut per Menoch. *de præſ. lib.* 1. *præſ.* 21. *num.* 2. *& præſ.* 47. *n.* 1.

3 *Licet ſæpè niſus fuerit.*] Faciens ſcilicet quidquid potuit, ita quod per eum non ſtetit perveniendo ad actum proximum, & immediatum, ut per Boër. *deciſ.* 316. *n.* 1. nihilominus tamen ex hoc præſumitur adulterium, Perez *l.* 2. *gl.* 3. *pag.* 291. *col.* 2. *tit.* 13. *lib.* 8. *Ordinam.*

Cùm conatus non habuiſſet effectum.] Notatur ad hoc, 4
quod conatus non reputatur pro actu perfecto, Boër. *d.deciſ.* 316. *n.* 1. Nam affectus non punitur niſi ſequa- 5
tur effectus, Duen. *reg.* 35. Thomas de Thomaſ. *in floribus legum, reg.* 18. Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſionum, p.* 5. *collect.* 1895. Bened. Ægid. *in comment. ad l.ex hoc jure, ff.de Juſtit. & jure, p.* 1. *cap.* 7. *n.* 32. Franc. Galet. *in margarita caſuum conſcientiæ, verbo affectus*, Brun.à Sole *in locis commun.eod.verbo*, Farin. *in praxi crimin. p.* 1. *quæſt.* 17. *n.* 49. Card.Tuſch. *tom.* 2. *lit.C, concl.* 544. quorum aliqui limitant in delictis atrociſſimis, videlicet in crimine læſæ majeſtatis, ſimoniæ, aſſaſinii, veneficii, & in volente aliquem veneno perimere, latè & eleganter Illuſtriſ. D. meus Rodericus à Cunha poſt primam hujus libri impreſſionem à me viſus *in comment.ad cap.* 2. *num.* 2. *cum ſeqq.diſt.* 47.

De Deſponſatione Impuberum.

Tit. II.

SVper hanc rubr. ſcripſerunt Zabarel. Joan. Andr. Anchar. Butr. Panorm. Præpoſit. Marian. Socin. Alex. de Nevo, Durand. *in breviario aureo jur. Canon. & in ſpeculo juris, ſub hoc tit.lib.* 4. Stephan.Ranchin. *in continuatione titul. Decretal.* Joan. de Londris *in breviario ſanctorum Canonum*, Petr. de Ravenna *in compendio Iuris Canon.* Martin. Meſnart. *in epitome Decretal.* Dan. Venat. *in analyſi methodica Iuris Pontif.* Goffred. & Hoſt. *in ſum. hujus tit.* Alex. Caſan. & Anaſt. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decretal.* Barthol. Carthag. *in expoſit. tit. Iuris Canon.* Caniſ. *in ſum. ejuſdem juris*, noviſſimè Joan. Honor. *lib.* 3. *ſum. in Decretal.* omnes *ſub hoc tit.*

SUMMARIUM.

1 *Pater pro filio impubere ſponſalia contrahit, pro pubere verò non niſi conſentiat.*
2 *Verbum*, debet, *importat de ſui natura neceſſitatem.*
3 *Filius de honeſtatis debito tenetur adimplere ſponſalia, quæ pater ipſius nomine contraxit.*
4 *Filius, vel filia licèt patris conſenſum honeſtè exigant ad Matrimonium, tamen eo non petito tenet contractus conjugalis.*
5 *Filius quoad contrahendum Matrimonium non tenetur parenti illud præcipienti obedire.*
6 *Refertur novus intellectus ad text. in præſenti.*

Cap. Tua nos I. *Hormiſda.*

PAter pro filio non adulto poteſt contrahere ſpon- 1
ſalia, quæ cùm filius adoleverit, tenetur omninò adimplere, ſed pro filio adulto non poteſt, niſi ille conſentiat. Colligunt ex Ordin. Abb.antiq. Innoc.Collect. Zabar.Joan. Andr.Hoſt. Anch.Butr. Panorm.Præpoſ. Mar.Socin.Alex.de Nevo, Caniſ.Cujac.Viv. *in ration. lib.* 4. *Iuris Pontif.pag.* 22. Alagona *in compend.Iuris Canon.pag.* 568. remiſſivè Ximen. *in concord.p.* 1. *&* 2. refertur ab Ant.Auguſt. *collect.* 1. *Decret. lib.* 4. *tit.* 2.

Hormiſda

Hormiſda auctor hujus text. natione Campanus, ex Patre Iuſto, patria Fruſinate, fuit ſumma concordia creatus Pontifex 7. Kalend. Auguſti anno Chriſti 514. tempore Anaſtaſii Imper. Prouincialem Synodum in Vrbe habuit, omniumque conſenſu Eutychianos jam antea improbatos damnauit, & Manichæos iterum in Vrbe Roma pullulantes, eorumque Codices ante fores Baſilicæ Conſtantinianæ incendio conſumpſit. Obiit 8. Idus Auguſti 522. cùm ſediſſet annos nouem, & dies decem, perfunctus honeſtiſſimè Pontificio munere: vide Card. Baron. *tom. 6. anno Chriſti 514. cum ſeqq.*

2 *Omninò debet hoc adimplere.*] Ergo debet filius de præcepto implere ſponſalia, quæ pater ipſius nomine contraxit, tum ex illo verbo, *debet*, quod importat de ſui natura neceſſitatem, vel præceptum, vt referunt citati per me *de diction. & clauſul. dict. 62.* aliàs *in tract. de dictionib. vſufreq. dict. 77. n. 1.* tum quia adeſt etiam dictio, *omnino*, quæ præciſam neceſſitatem importat, vt etiam reſoluunt citati per me *dict. tract. dictione 206. n. 3.* Quare ita hanc partem per hunc text. tuentur Sot. *in 4 dist. 29. q. 1 art. 4. concluſ. 3.* Nauar. *in man. c. 14. n. 15.* Fr. Emman. *in ſum. tom. 1. cap. 231. n. 6.* tenentes per hunc text. poſſe patrem deſponſare infantem, qui cùm ad legitimam ætatem peruenerit, teneatur obſeruare, quod pater promiſit. Obſtant tamen primò, quia ſponſalia ſine promiſſione & conſenſu eorum, qui obligantur, contrahi non poſſunt, *l. ſponſalia 11. hoc tit.* text. *in præſenti*; ſed in infante non datur conſenſus, qui neſcit conſentire; ergo à patre obligari non poteſt. Secundò obſtat, quia non habet pater majorem poteſtatem ad obligandum filium, quàm ipſe filius habeat, filius autem in ea ætate non contrahit; ergo nec pater pro eo. Tertiò obſtat *hic text* dum in principio ait, non poſſe patrem obligare filium maiorem ſeptennio, niſi is conſentiat, ſed eandem poteſtatem habet in eo, quam in infante; ergo infantem, qui non conſentit, non obligabit. Quartò obſtat maximè text. apertus *in cap. vnic. hoc tit. lib. 6.* vbi ſponſalia contracta per parentes pro filiis infantibus non valent, niſi poſtquam peruenıant ad ætatem legitimam approbauerint. Quintò obſtat contra illa verba text. *omninò debet hoc adimplere*, quod etiam is, qui poſt ſeptennium contraxit, non tenetur omninò, ſed poteſt ſi voluerit, pœnitere, *cap. de illis, il 2. infr. hoc tit.* ergo & infans, quem pater obligauit, poterit recedere.

3 Vnde alii meliùs verba prædicta hujus text. intelligunt non de præcepti, ſed de honeſtatis debito: ſic gloſſ. *hic, verbo debet*, quam ſequuntur *in præſenti*, Joan. Andr. *n. 8.* Zabar. *n. 1.* Butr. *n. 4.* Anchar. etiam *n. 4.* Abb. *n. 74* Henric. Boich. *n. 4.* Præpoſ. *num. 4.* & Alex. de Neuo *n. 13.* Sarm. *ſelectarum lib. 1. c. 13. n. 8.* Pett. de Ledeſma *de Matrim. q. 43. art. 2. ad fin.* Henriq. *in ſum. lib. 11. c. 13. n. 13.* Sanch. *de Matrim. lib. 4. diſp. 23. n. 3.* Rebel. *de obligat. juſtitia, p. 2. lib. 4. de ſponſal. q. 6.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 31. n. 13.* Bonac. *de Matrim. q. 1.*
4 *puncto 4. num. 9. verſ. nec obſtat cap. 1.* Nam verum eſt quod licèt filius, vel filia patris conſenſum honeſtè exigat ad Matrimonium, tamen eo non petito tenet contractus conjugalis, vt per Couar. *de ſponſal. part. 2. c. 3. §. 8. num. 1.* Perez *l. 1. colum. 8. gloſſ. è ſi qualquiera, tit. 15. lib. 5. Ordinam. pag. 285.* Bonacin. *commun. crimin. part. 1. verbo Matrimonium, fol. 111.* Menoch. *conſil. 69. n. 19. cum ſeqq. & conſ. 198. n. 38. & de arbitr. caſu 453. n. 8. & de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 189. num. 55.* Franc. Viuian. *Neapol. deciſ. 523. n. 13.* Gamma *Luſitaniæ deciſ. 314. num. 3.* Ceual. *commun. contra commun. q. 503. n. 30.* Baptiſta Coſta *de facti ſcientia, & ignorantia, regul. 11.* Bernard. Græuæ. *ad pract. Cameræ Imper. lib. 2. concl. 95.*
conſiderat. 1. Et filius quoad contrahendum Matrimo- 5
nium eſt ita liber, & ſui juris, vt non teneatur parenti illud præcipienti obedire ſub aliqua lethali culpa, niſi quando multò intereſſet parentum, vt filius tale Matrimonium ineat, veluti ſi eſſet medium ad graues inimicitias componendas, quæ eſſent inter parentes, & conſanguineos eorum, cum quibus eſt contrahendum Matrimonium, vt per Pett. de Ledeſma *de Matrim. q. 47. art. 6. dub. 2.* Menoch. *concl. 2. conſ. 69. n. 28. & 31.* Fr. Emman. *in ſum. tom. 1. c. 201. n. 6.* Henriq. *in ſum. lib. 11. c. 9.* D. Barboſ. *in l. 1. ff. ſoluto Matrim. p. 4. n. 37.* Sanch. *d. diſp. 23. n. 4.* Sayr. *in claui regia, lib. 7. c. 5. n. 12.* Ceual. *d. q. 503. ſub n. 33.* Bernard. Græuæ. *d. concluſ. 95. conſid. 1. n. 8.*

Verùm licèt ſupradictus intellectus ad noſtrum 6
text. communis ſit, & receptus, tamen ei acquieſcere nunquam potui, offendit enim ejus literam; & ideo defendi non poteſt, quia de honeſtate tam adultus, quàm infans tenetur, niſi juſtam habeant contradicendi cauſam, quod text. *in præſenti* negat *in princ.* Deinde ex verbis ſubſequentibus colligitur in hoc text. neceſſitatem filio imponi, quia illa dictio *omninò*, præciſa eſt, & ideo meritò reprobat nouiſſimè Baſil. Pont. *in tract. de Sacram. Matrim. lib. 12 c. 9. n. 10.* vbi etiam rejicit intellectum Caniſii *in præſenti*, interpretantis filio impuberi hanc neceſſitatem imponi, vt pubes factus teneatur patris factum approbare, niſi juſtam habeat reclamandi cauſam, & tandem videtur remanere quod ex hoc text. ſolùm conuincitur neceſſitas olim impoſita filiis non contrahendi Matrimonium ſine parentum conſenſu.

Quare aduertendum duxi præcipuam filiorum curam ad patrem ea ætate, qua ſe gubernare non poſſunt, pertinere, id eſt, vſque ad 14 annum. Ariſt. *lib. 5. Ethicorum c. 6.* D. Thom. *2. 2. q. 100. art. 12. & quodlibet. 2. art. 27.* Sot. *in 4. diſt. 27. q. 2 art. 2.* Ledeſm. *in 2. 4. q. 9. art. 10.* Couar. *lib. 3. var. c. 14. n. 3.* & ideo ſi pater filium Religioni offert, vel eum collocat Matrimonio, non poterit vſque ad 14. annum contradicere, ſed dicitur in patris voluntate vſque ad eam ætatem perſeuerare, cùm infima illa ætas non habeat voluntatem ſanam, *l. furioſi, ff. de reg. juris*, perfecto autem 14. anno bene poteſt repugnare & reſilire: ſic ſunt intelligenda jura, quæ dicunt, Monachum facit paterna deuotio, vel profeſſio, ſcilicet vſque ad decimumquartum ætatis annum facit Monachum paterna deuotio, poſtea verò perfecto 14. anno profeſſio voluntaria profitentis, *cap. ſi virum, cap. cùm ſimus, ſup. de Regularibus, c. Monachum 20. q. 1.* vnde jam colligitur ad noſtrum text. vera interpretandi ratio, quia hic minor ſeptennio contraxit ſponſalia, & pater pro eo, & vſque ad 14. annum non poteſt diſſentire, quo impleto vel ratificare, vel diſſentire poteſt *c. 1. n. 20. q. 2.*

Re verò nunc maturè diſcuſſa hic intellectus refellitur primò, quia ſupponit filium abſque conſenſu ſuo dictis, aut factis expreſſo obligari ex patris promiſſione, & ſponſalia illa ſtatim valere, quod eſt falſum, & contra text. *in cap. vnic. 30. quæſt. 2. & in d. cap. vnic. hoc tit. lib. 6.* Secundò, quia ex eo ſequeretur quod etiam pro adulto non conſentiente pater poſſet promittere, qui pariter eſt in poteſtate patris, quod apertè negat text. *in præſenti.* Vnde pro vero intellectu dicendum puto, quod ad ſponſalia neceſſariò requiritur conſenſus eorum, qui obligantur, vt dictum eſt, qui tamen vel expreſſus, vel facto aliquo ſignificatus ſufficiet; atque ideo contracta ab infante, vel à patre pro eo, nullius eſſe momenti, quia conſentire neſcit, ex *d. cap. vnic.* & ex *cap. literas, cum ſeqq. hoc tit.* & ſponſalia contracta à patre pro filio adulto non conſentiente, & pro infante in eo

conueniunt quod vtraque non valent, & in eo differunt, quod illa nunquam valent, ejuſque voluntas expectatur, quia diſſentire poteſt, & conſentire; hæc verò vſque ad ſeptennium non valent, poſtea verò approbatione conualeſcunt, & negligitur ante ſeptennium infantis conſenſus, quia præſtare non poteſt, vt ex hoc text. colligitur, juxta quæ pater poteſt tradere infantem, non vt ex ea promiſſione, & facto patris obligetur, ſed vt cùm peruenerit ad annos diſcretionis approbando factum patris ex ſuo conſenſu maneat obligatus, habetque paterna promiſſio illam intrinſecam conditionem, ſi infans major factus traditionem patris approbauerit. Videbitur autem approbaſſe non ex eo ſolùm quod ſciens taceat, vt in adultis probat *l. ſed ea 12 ff. hoc tit.* ſed cohabitando cum ſponſa, aut accipiendo, & dando munera, vt expreſſit *d. cap. vnic. in princip.* gloſſ. Abb. & Præpoſ. *in d. cap. literas*, Inſtit. Canonica *ſub hoc tit. de deſponſat. impuberum, ad finem.*

His ſuppoſitis intellige in hoc text. infantem traditum à patre non obligari ante ſeptennium, quia ſponſalia non valuerunt, ſed poſt completum ſeptennium cohabitando cum ſponſa, contractus à principio nullus approbatione ejus conualeſcit, & tunc magis ex conſenſu ſuo, quàm ex pacto patris obligatur: quod autem text. *in fin.* ait teneri filium omninò adimplere cùm ad perfectam ætatem peruenerit, intellige eo modo, quo cæteri impuberes, vt ſi cùm primùm ſeptimum annum impleuerit, reclamet, obligatio euaneſcat, ſin autem taceat, præciſè teneatur, & hoc pacto ceſſant omnes difficultates, & ita text. in prædictis verbis dupliciter intelligi poteſt, aut poſt perfectam ætatem ad ſponſalia ante 14. annum, quo caſu reclamare non poteſt, aut poſt perfectam ætatem ad Matrimonium, quo tempore ſi ſtatim non reclamet, ampliùs pœnitere non poteſt, & præciſè tenebitur, vt probat text. *in d. cap. de illis.* Nec adhuc obſtat text. *in d. cap. vnic.* quia agit de ſponſalibus ante ſeptennium, & in eo ſtatu judicat non valere: text. autem *in præſenti*, conſiderat ſponſalia filii à patre traditi poſt ſeptennium, quo caſu confirmatur facto filii, licèt antea non valuerit.

SVMMARIVM.

1 *Impuberes ambo, vel alter, niſi pro bono pacis, coniungi non debent.*

2 *Præceptum, de quo in hoc text. obligat ad mortale.*

3 *Sponſalia contrahentes ante ſeptennium, an peccent mortaliter, oſtenditur,* & n. 4.

5 *Epiſcopus poteſt diſpenſare vt impuberes Matrimonio copulentur.*

Cap. Vbi non eſt II. *Nicol.*

1 Sponſalia contrahi non poſſunt quando vnus, vel ambo contrahentes non ſunt in ætate, niſi adſit aliqua vrgentiſſima cauſa, vt pro bono pacis. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Collect. Zabarel. Joan. Andr. Hoſt. Anchar. Butr. Panorm. Præpoſ. Mar. Socin. Alex. de Neuo, Caniſ. Viu. *in ration. lib. 4. iuris Pontif. pag. 23.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 568.* remiſſiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Ant. Aug. *collect. 1. Decretal. lib. 4. tit. 2. c. 4.*

2 *Diſtrictiùs inhibemus ne aliqui,* &c.] Ergo hujuſmodi præceptum, de quo in text. obligat ad mortale, vt docent Petr. de Ledeſma *de Matrim. q. 43. art. 2. dub. 3.* Henriq. *in ſum. lib. 11. c. 13. n. 13.* Sanch. *de Matrim. lib. 2. diſp. 17. à princ.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. l. 31. n. 171. verſic. notandum eſt ſecundò.*

Sed maximum dubium eſt, an text. *in præſenti*, intelligatur de ſponſalibus? in quo dubio duæ ſunt Doctorum ſententiæ ſibi inuicem contrariæ. Prima ait text. *in præſenti*, etiam loqui de ſponſalibus, ac per conſequens contrahentes ſponſalia ante ſeptennium peccare mortaliter, niſi vrgentiſſima neceſſitas, vel ignorantia legis illos excuſet, ita gloſſ. *verbo coniungantur, in præſenti*, quam hic ſequuntur Hoſt. *ſupr. eod. verbo,* Joan. Andr. *n. 5.* Anchar. *n. 3.* Butr. *n. 7.* & Alex. de Neuo *n. 10.* Henriq. *d. cap. 13. num. 13.* Bonac. *de Matrim. q. 1. puncto 4. num. 6.* reſoluentes etiam pueros ante ſeptennium ſponſalia contrahentes peccare mortaliter, ſi tunc habeant rationis vſum, & ob ignorantiam legis non excuſentur. 3

Verùm altera ſententia probabilior, & receptior tenet text. *in præſenti*, non intelligi de ſponſalibus, & ſic nullo modo eſſe culpam lethalem contrahere ſponſalia ante ſeptennium, quia hic text. dicit, *non coniungantur*: at ſponſalia non ſunt propriè conjunctio, ſed conjunctionis promiſſio, & cùm res pœnalis, & prohibitoria ſit, non eſt extendenda vltra proprium ſignificatum; tum quia ſi pueri ante ſeptennium rationis vſu deſtituti ſunt, non habent culpam, & nil prorſus agunt, ſed more pſittaci verbum proferunt: ſi autem vſus rationis ſeptennium præueniat, ea eſſet ætas Canonibus præſcripta ad ſponſalia, vt reſoluunt citati DD. *ad cap. iuuenis, n. 9. ſup. de ſponſal.* Quare hanc partem meritò tuentur Sanch. *d. diſput. 17. num. 4.* Ægid. *de Sacram. & cenſuris, tom. 2. diſp. 21. dub. 5. n. 54.* Gutier. *de Matrim. c. 2. n. 14.* 4

Niſi fortè, &c.] Notatur ad hoc, quod Epiſcopus poteſt diſpenſare vt impuberes Matrimonio copulentur, ad illumque pertinere cognitionem, an cauſa ſit juſta vt Matrimonium ineant, videlicet quando ſunt propè ætatem, & dubium eſt an malitia eam ſuppleat: ita Henriq. *d. c. 13. n. 12.* vbi dicit diſpenſationem valere pro vtroque foro, refert Sanch. *de Matrim. lib. 7. diſp. 104. n. 12.* ſequitur Bonac. *de Matrim. q. 1. punct. 4. num. 13.* & ſentire videtur Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 31. n. 171. verſ. notandum eſt ſecundò*, quos refero ego ipſe *de offic. & poteſt. Epiſc. p. 2. allegat. 35. n. 20.* vbi addo Summum Pontificem voluiſſe diſpenſationem, de qua hic, tacitè Epiſcopis concedere, cùm illam ſibi non reſeruaſſet, juxta reſoluta per me *d. tr. allegat. 33. n. 17.* 5

SVMMARIVM.

1 *Puberes ſunt quoad Matrimonium, qui ex habitu corporis concipere & generare poſſunt.*

2 *Fœminæ cur citius pubeſcant, quàm maſculi, oſtenditur.*

3 *Matrimonium ante pubertatem initum validum eſt, ſi adſit potentia generandi, & ſufficiens diſcretio ad ſe obligandum.*

4 *Maſculus, & fœmina ante pubertatem non præſumuntur apti ad generationem.*

5 *Potentia generandi ante pubertatem an aliquando extitiſſet, oſtenditur.*

Cap. Puberes III.

Puberes, ſeu apti ad Matrimonium dicuntur, & ſunt qui ex habitu corporis oſtendunt pubertatem, & generare poſſunt, & puerperæ ſunt, quæ in annis puerilibus pariunt, & ſic pubertas pro Matrimonio non conſideratur ex numero annorum. Colligunt 1

gunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Hoſt. Anchar. Butr. Panorm. Præpoſ. Marian. Socin. Alex. de Neuo, Caniſ. Cujac. Viu. *in ration. lib.* 4. *juris Pontif. pag.* 23. Alagona *in compend. juris Canon. pag.* 568. remiſſiuè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. deſumitur ex D. Iſid. *lib.* 11. *etymolog. c.* 2. & refertur ab Ant. Auguſt. *collect.* 1. *Decret. lib.* 4. *tit.* 2. *c.* 7.

2 *Quamvis tardiſſimè pubeſcat.*] Hic curioſè interrogari poteſt cur fœminæ citiùs pubeſcant quàm maſculi? & reſpondebitur hoc totum naturæ tribuendum, quæ mulierem citiùs admouet generationi, ſicut enim eſt breuioris vitæ, ita citiùs perficitur, vide Tiraq. *l.* 6. *connub. gloſſ.* 1. *p.* 6. *num.* 38. Gutier. *in auth. Sacram. puberum, n.* 1. *&* 2. *C. ſi aduerſus vendit.* & remiſſiuè *de Matrim. c.* 2. *n.* 17. *in fin.* Buccaron. *de different. inter iudicia ciuilia, & crimin. different.* 79. *n.* 8.

3 *Et generare non poteſt.*] Notatur ad hoc, quod validum eſt Matrimonium ante pubertatem initum, ſi tunc adſit potentia generandi, & ſufficiens diſcretio ad ſe obligandum, vt per Couar. *de ſponſal. p.* 2. *c.* 5. Cened. *ad Decret. collect.* 18. *n.* 5. *&* 6. latè Sanch. *de Matrim.*
4 *lib.* 7. *diſp.* 104. *n.* 1. *cum ſeq.* vbi *n.* 4. reſoluit quod in dubio nec maſculus, nec fœmina præſumuntur apti generationi ante dictam pubertatis ætatem completam, de quo etiam Surd. *conſ.* 364. *n.* 33.

5 Nec mirum eſt, quod ante pubertatem adſit potentia generandi, Salomon enim in decimo, vel vndecimo anno genuit Roboam; Achaz ejuſdem ætatis Ezechiam genuit; puer novem annorum nutricem grauidauit, vt refert D. Gregor. *lib.* 4. *dial.* relatus à gloſſ. *in ſumma*, 20. *q.* 1. & D. Hieron. *epiſt.* 32. *ad Vitalem presbyt.* narrat ſe audiuiſſe idem de puero decem annorum, de quibus omnibus vide ſi lubet Tiraq. *d. gloſſ.* 1. *p.* 6. *n.* 37. Couar. *d. c.* 5. *n.* 5. Henriq. *lib.* 11. *c.* 13. *n.* 11. *in comment. lit. P*, Ferret. *in conſtit. Catalauniæ, gloſſ.* 1. *n.* 12. Pined. *in Monarchia Eccleſ. lib.* 3. *c.* 22. §. 4. *ante fin.* Nau. *conſ.* 39. *n.* 13. *ſub tit. de ſponſal. in antiq.* vbi etiam refert puellam decem annorum pepetiſſe in regno Neapolitano, & Sanch. *de Matrim. lib.* 7. *diſp.* 104. *n.* 29.

SUMMARIUM.

1 *Impedimentum publicæ honeſtatis non oritur ex ſponſalibus contractis cum minore ſeptennio, ſecus ſi cum majore, vel cum minore conſentiente poſt ſeptennium, & affinitas ſequens diſſoluit ſponſalia præcedentia de futuro.*
2 *Sponſalia requirunt ætatem ſeptem annorum completorum.*
3 *Ætatem eandem ad ſponſalia, & diuerſam ad Matrimonium cur jus præſcripſerit in viris, & fœminis, oſtenditur.*
4 *Impedimentum publicæ honeſtatis non oritur ex ſponſalibus contractis cum minore ſeptennio.*

Cap. Literas IV.

Alex. III.

1 Sponſalia quando adultus contrahit cum minore ſeptennio, non naſcitur impedimentum publicæ honeſtatis, imò poteſt accipere matrem puellæ in vxorem; ſed ſi poſtquam puella compleuit ſeptennium, illam duxit in Matrimonium, non tenet Matrimonium, & ſunt ſeparandi, quia cùm ex tunc ſponſalia conſueverint placere, jam ſunt valida, & ſi cognouit matrem, non poteſt cognoſcere filiam. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Hoſt. Butr. Anchar. Panorm. Præpoſ. Petr. Greg. Alex. de Neuo, Caniſ. Cujac. Viuian. *in ration. lib.* 4. *juris Pontif. pag.* 28. Alagona *in compend. juris Canon. pag.* 568. remiſſiuè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Anton. Aug. *collect.* 2. *Decret. lib.* 4. *tit.* 2. *c.* 12. & eſt poſt Concil. Lateran. ſub Alex. III. *p.* 12. *c.* 2.

Antequam ſeptimum annum compleuiſſet. Ergo ſeptennium completum deſideratur in ſponſalibus, vt per Couar. *de ſponſ. p.* 1. *c.* 2. *n.* 2. Perez *l.* 2. *gloſſ.* 5. *verſ. quæ autem, tit.* 1. *lib.* 5 *noua recop.* Henriq. *in ſum. lib.* 11. *c.* 13. *n.* 9. Sanch. *de Matrim. lib.* 1. *diſp.* 16. *n.* 2. Gutier. *eod. tract. c.* 2. *n.* 1. *cum ſeqq.* Bonac. *eod. tract. q.* 1. *punct.* 4. *n.* 1. *cum ſeqq.* qui etiam reſoluunt ſponſalia contracta ante ſeptennium malitia ætatem non ſupplente eſſe nulla, niſi paulò ante ſeptennium contracta ſint, vel poſt legitimam ætatem expreſsè vel tacitè ratificentur. 2
Hic curioſè quæri poteſt cur eandem ætatem ad ſponſalia in viris, & fœminis jus præſcripſerit, cùm tamen diuerſam ad Matrimonium petat? Reſp. Sanch. *de Matrim. lib.* 1. *diſp.* 16. *n.* 6. ex eo procedere, quia ad ſponſalia ſufficit rationis vſus, qui eodem tempore viris, & fœminis aduenit; ad Matrimonium verò potentia generandi deſideratur, quæ tardiùs in viris reperitur. 3

Matrimonium non diſſoluas. Ergo ex ſponſalibus contractis cum puella minore ſeptennio, non oritur impedimentum publicæ honeſtatis, vt per Sot. *in* 4. *diſt.* 41. *quæſt. unic. art.* 2. *verſ. unde ſiue habens defectum ætatis*, Veracr. *in ſpeculo conjugatorum, p.* 1. *art.* 52. *verſ. ſecunda concluſio*, & Steph. de Gaëta *in repet. c. ad limina* 30. *q.* 1. *in* §. 4. *n.* 485. quos refert Cened. *ad Decret. collect.* 19. *n.* 3. 4

SUMMARIUM.

1 *Sponſalia nulla ex defectu conſenſus non creant publicæ honeſtatis juſtitiam, alia verò ſic, licèt legitimo modo fuerint diſſoluta.*
2 *Sponſalia nulla ob defectum ætatis, poſtquam illa aduenerit expreſsè, vel tacitè ratificari poſſunt.*

Cap. Acceſſit V.

Sponſalia quando contrahuntur cum aliqua puella, quæ non compleuit ſeptem annos, ſi poſteà adueniente ſeptennio puella non vult conſentire, ſponſus poteſt accipere matrem puellæ in vxorem, præcipuè ſi fuerit à tali deſponſatione ab Epiſcopo abſolutus; ſecus eſt ſi ſponſalia contrahat cum puella, quæ ſeptem annos jam compleuit; tunc enim licet puella nolit conſentire, & ſit ſponſus pro ipſo jure abſolutus, tamen ob honeſtatem non poteſt accipere matrem in vxorem. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Hoſt. Butr. Anchar. Panorm. Præpoſ. Mar. Socin. Alex. de Neuo, Caniſ. Cujac. Viu. *in ration. lib.* 4. *Iuris Pontif. pag.* 24. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 568. remiſſiuè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Ant. Auguſt. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 4. *tit.* 2. *c.* 6. & eſt poſt Concil. Lateran. ſub Alex. III. *p.* 6. *cap.* 7. 1

De materia vide dicta ad cap. præced. quod concordat cum text. *in præſenti.*

Si conſenſus poſteà non accedit.] Ergo ſponſalia nulla ob defectum ætatis, poſtquam illa aduenerit expreſsè vel tacitè ratificari poſſunt, vt per Sanch. *de Matrim. lib.* 1. *diſp.* 16. *n.* 5. Gutier. *eod. tract. c.* 2. *n.* 8. *&* 9. 2

SUMMARIUM.

1 *Puella inter nubiles annos deſponſata & traducta, ſi pubes facta petit licentiam alteri nubendi, non auditur ſi vir jurat ſe eam cognouiſſe, nec auditur ſi nondum pubet, ſed proxima pubertati probetur cognita.*

2 *Iuramentum deferendum eſt viro ſuper copula habita cum vxore ad ejus domum traducta, & quomodo id intelligi debeat declaratur.*

3 *Iuramento viri dicentis ſe copulam habuiſſe cum impubere non eſt ſtandum.*

5 *Verba*, circa duodecimum, *quomodo intelligenda.*

6 *Pubertati proximus quando quis dicatur, relinquitur judicis arbitrio.*

Cap. Continebatur VI.

Alex. III.

1 PVella inter annos nubiles ſi ſit tradita in vxorem alicui, & traducta ab ipſo, poſteà verò in ætate dicat ſe nunquam conſenſiſſe, & velle alterum, ſi vir juret eam cognouiſſe, creditur viro, & non puellæ. Si verò ſit proxima ætati, vt in vndecimum vel circa duodecimum annum, & cum ſuo conſenſu deſponſata & cognita à viro, non debet ſeparari, præſertim ſi parentes ejus dicant illam fuiſſe in ætate legitima. Item ſi infra nubiles annos puella eſt deſponſata, non licet ſponſo accipere conſanguineam ſponſæ, nec ſponſæ conſanguineum ſponſi. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Hoſt. Butr. Anchar. Panorm. Præpoſ. Mar. Socin. Alexand. de Neuo, Caniſ. Cujac. Viu. *in ration. lib. 4. juris. Pontif. pag.* 26. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 569. remiſſiuè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. 2. refertur ab Ant. Auguſt. *collect.* 1. *Decret. lib.* 4. *tit.* 2. *c.* 8. & eſt poſt Concil. Lateran. *p.* 6. *c.* 10.

2 *Si id firmauerit iuramento.* Notatur ad hoc, quod viro ſuper copula habita cum vxore ad eius domum traducta, & cum eo cohabitante, deferendum eſt juramentum, vt per Viu. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 5. *tit.* 2. *n.* 3. *verſ. idcircò.* Maſcard. *de probat. concl.* 312. *n.* 23. & *concl.* 452. *n.* 14. & *concl.* 1410. *n.* 12. *cum ſeqq.* Farin. *de delict. p.* 4. *deciſ.* 32. *n.* 1. & *Rota deciſ.* 281. *n.* 4. *in collect. nouiſſ.* aliàs *p.* 4. *diuerſ.* Intellige procedere extante ſola aſſertione viri & mulieris, nam ſtabitur tunc viro juranti, non autem mulieri, vt text. habet; ſi verò per alias probationes mulier intentionem ſuam, & aſſertionem probaret, tunc magis ſtabitur mulieri, quàm viro, quamvis jurato, cùm text. hic, & ſimiles locum habeant cùm mulier non probat contrarium, ita Tiraq. *de retr. tit.* 1. §. 4. *gloſſ.* 1. *n.* 1. Maſcard. *d. concl. n.* 25. & *concl.* 1410 *n.* 15.

3 Vtrùm autem ſtandum ſit juramento viri dicentis ſe copulam habuiſſe cum impubere, quæſtio eſt non contemnenda, in qua verior tenet opinio, non ſat eſſe id juramentum, quia text. *in præſenti, in verſ. ſi autem*, diuerſificari debet à præcedentibus in facto, & in iure, ob particulam illam aduerſatiuam, *autem*, juxta text. & DD. per me citatos *de diction. & clauſ. dict.* 37. & ideo debet intelligi dum ibi dicitur puellam pubertati proximam à viro cognitam non eſſe ab eo ſeparandam, quando ea copula ſufficienter probatur, quando autem paulò ante ibi dicitur ſtandum juramento viri in hac copula, intelligitur quando fœmina pubes eſt: ita Alex. de Neuo *in præſenti, num.* 32. Sanch. *de Matrim. lib.* 7. *diſp.* 104. *n.* 33. quicquid Abb. *hic, n.* 7. Butr. *num.* 10. & Præpoſ. *n.* 3. reſoluant ſtandum tali juramento, ac judicari Matrimonium, ſi puella proxima fuerit pubertati, vt in vndecimo anno, vel circa duodecimum.

In decretis.] In Concil. apud Compend. *c.* 20. vt eſt 4
apud Burchard. *lib.* 9. *Decret. c.* 42. & Iuon. *p.* 8. *c.* 180.

Ætati proxima, &c.] Intellige de vndecimo cœpto, 5
& non de plenè perfecto, & verba alia, ibi, *vel circa duodecimum*, intellige de ſemeſtri ante finem duodecimi, Menoch. *de arbitr. caſu* 57. *n.* 34.

In gloſſ. *Proxima*, ibi, *poteſt dici, quod cùm diſtat à* 6
pubertate per ſex menſes. Hæc gloſſ. dicit pubertati proximum dici eum, qui ab ea per ſex menſes diſtat, ſequuntur *hic* Innoc. *n.* 2. Anchar. *n.* 4. Zabar. *n.* 3. & 6. Alex. de Neuo *n.* 13. *in fine*, & Abb. *n.* 9. vbi refert valde notandum ad ſtatuta loquentia de proximo alicui ætati, vt talis dicatur quandò ab illa ſex menſibus, aut minori ſpatio diſtat, & procedere ſaltem in criminalibus agnoſcunt Ant. Gom. *var. tom.* 3. *tit. de delict. n.* 57. Farin. *in praxi crimin. q.* 92. *ex n.* 9. *vſque ad n.* 18. vbi *ſub d. n.* 9. concludit quod in criminalibus, & quando agitur de incurrendo pœnam, non dicitur quis proximus pubertati, niſi qui parum diſtat ab ea, & ſic per ſex menſes à decimotertio anno cum dimidio maſculus, & fœmina ab vndecimo cum dimidio erunt proximi pubertati, & non antea. Verior tamen eſt illorum opinio, qui totum reliquerunt judicis arbitrio, ex quorum numero ſunt Couar. *de ſponſal. p.* 2. *c.* 5. *num.* 5. & *in Clem. ſi furioſus, p.* 3. *in initio, n.* 5. Duen. *reg.* 259. *limit.* 3. Mich. Graſſ. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 2. *tit.* 4. *n.* 24. *pag.* 339. Scacc. *de iudic. cauſ. ciuil. lib.* 1. *c.* 7. *q.* 24. *n.* 721. & *ſeq.* Gutier. *in auth. Sacram. puberum, n.* 4. *C. ſi aduerſus vendit.* Menoch. *de arbitr. caſu* 57. *n.* 21. & 44. Surd. *conſ.* 364. *n.* 32. Farin. *in praxi crimin. p.* 3. *q.* 92. *n.* 12. & *p.* 4. *deciſ.* 72. *n.* 3. & *in collect.* 1. *deciſ. Rota nouiſſ. deciſ.* 246. *n.* 4. aliàs *p.* 4. *diuerſ.* Ceual. *commun. q.* 291. Sanch. *de Matrim. lib.* 7. *diſp.* 104. *n.* 40. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 31. *n.* 172. & *ſeqq.* vbi etiam tenet pubertati proximum poſſe dici illum, qui habet diſcretionem ad conjugalem conſenſum intelligendum, & potentiam ad carnalem copulam, quæ quidem potentia, ac proximitas ad pubertatem cognoſci poteſt tribus modis. Primus eſt quando inter perſonas Matrimonio conjunctas intercedit copula carnalis. Secundus quando quis ante pubertatem habet copulam cum quacumque perſona. Tertius ex ſignis corporis, de quibus omnibus plenè Sanch. *diſp.* 104. *num.* 24. *cum ſeqq.*

SVMMARIVM.

1 *Impuberes duo ſi ſponſalia contrahant, neuter poteſt ante pubertatem reſilire, pubes tamen factus poteſt quilibet*, & n. 2.

3 *Impuberes ſponſalia contrahens, ſi factus pubes non reclamauerit, ea ratificare cenſetur.*

4 *Sponſalia inualida diſſolui poſſunt abſque iudicis authoritate vbi adeſt certitudo cauſæ, & facti.*

5 *Pubes cum impubere contrahens nunquam reſilire poteſt, niſi impubes cùm pubes factus fuerit reclamauerit.*

6 *Pubes prius factus poteſt ſtatim reſilire, nec tenetur pubertatem alterius expectare quando ſponſalia à principio ambobus impuberibus contracta fuerint.*

7 *Sponſalia impuberum ita firmantur iuramento, vt neutri liceat pubertatem adepto reſilire.*

8 *Iuramentum quando in ſponſalibus non interuenit, an ſint inuiti compellendi, remiſſiuè.*

9 *Approbatum ſemel non poteſt reprobari.*

Cap.

Cap. De illis VII.

1 Sponſalia ſi contrahant majores ſeptennio, & poſtulent ſeparari ante annos aptos ad Matrimonium, non ſunt audiendi, & ille qui primò ſit pubes alterum expectabit, qui ſi deinde perueniens ad ætatem petat ſeparari, tunc erunt ſeparandi; ſi verò quando contraxerunt ſponſalia vnus erat in ætate Matrimonii, alter non, & qui erat in ætate petat ſeparari, non eſt audiendus, niſi minor cùm peruenerit ad ætatem petierit ſeparari. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Hoſt. Butr. Anch. Panorm. Præpoſ. Marian. Socin. Alex. de Neuo, Caniſ. Cuiac. Viuian. *in rationali lib. 4. juris Pontiſ. pag. 17.* Alagona *in compend. juris Canon. pag. 569.* rem. ſſiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Ant. Aug. *collect. 1. Decret. lib. 4. tit. 2. c. 9.* & eſt poſt Concil. Lateran *p. 26. c. 26.*

2 Collige ex text. quod ſi duo impuberes ſponſalia contrahant, neuter poteſt ante pubertatem reſilire, pubes tamen factus poteſt quilibet, ita Couarr. *de ſponſal. p. 1. c. 5. §. 1. n. 1.* Gregor. *l. 7. verbo excuſacion, tit. 1. p. 4.* Veg. *lib. 6. ſummæ, c. 105.* Vnald. *in candelabro aureo, p. 2. de ſponſal. c. 5. n. 44.* Barthol. à Ledeſma *dub. 11. de Matrim. poſt concl. 4.* Nauarr. *conſ. 2. n. 2. ſub hoc tit. in antiq. & conſil. 1. in nouis,* Gutier. *canonic. lib. 1. c. 18. n. 19.* Petr. de Ledeſma *de Matrim. q. 43. art. 3. caſu* 10. Matienſ. *in rub tit. 1. gloſſ. 1. n. 51. lib. 5. noua recop.* Henriq. *in ſumma, lib. 11. c. 13. n. 5.* Sanch. *de Matrim. lib. 1. diſp. 51. n. 6.* Gutier. *eod. tract. c. 29. à princ.* etiam reſoluentes text. *in præſenti* eſſe intelligendum de impuberum ſponſalibus.

3 *Dum ad omnes illos peruenerit, reclamauerit.*] Si verò non reclamauerit, quamvis expreſsè ſponſalia non ratificet, indiſſolubilia manebunt, quia eo ipſo quod non reclamat, videtur in ea priori voluntate perſiſtere, ita poſt Hoſtienſ. tenet Sanch. *d. diſp. 51. n. 15.* vbi *n. 6.* reſoluit diſſoluta manere ſponſalia, ſi impubes ante pubertatem reſiliat ab eis, & poſteà non iterat eum diſſenſum nec ampliùs recordetur poſt pubertatem: & *n. 14.* tenet illo caſu poſſe impuberem factum puberem à ſponſalibus reſilire, ſi ſtatim pubertate adepta reſiliat, & intelligit illud ſtatim triduo ante, vel poſt pubertatem.

4 *Judicio Eccleſiæ poterunt inuicem ſeparari.*] Ergo ſponſalia invalida non, propria, ſed judicis auctoritate ſunt diſſoluenda, vt per Innocent. *hîc, num. vnic.* Sed verius eſt vbi adeſt certitudo cauſæ, & facti, nullam deſiderari judicis auctoritatem, vt tenent Nauarr. *in man. c. 22. n. 18.* Gregor. *l. 8. verbo mas en todas, tit. 1. p. 4.* Fr. Emman. *in ſumma, c. 245. n. 11. tom. 1.* Chamerot. *c. 2. de Matrim. ad fin.* Emman. Sà *verbo ſponſalia* 12. Ægid. *de Sacrament. & cenſur. tom. 2. diſp. 23. dub. 8.* Valer. Reginald. *in praxi fori pænitent. lib. 31. n. 268.* Gutier. *de Matrim. c. 35. n. 4.* Bonac. *eod. tract. q. 1. puncto 10. n. 5. cum ſeqq.* Sanch. *d. lib. 1. diſp. 69. à princ.* vbi *n. 11.* reſpondet text. *in præſenti* nolle eſſe neceſſarium Eccleſiæ judicium, ſed tantùm jubere vt Eccleſiaſticus judex, ſi coram ipſo impubes adepta pubertate reclamauerit, eum ſeparet.

5 *Mulier autem,* &c.] Notatur ad hoc, quod pubes cum impubere contrahens nunquam reſilire poteſt, niſi impubes, cùm pubes factus fuerit, modo *ſuprà* relato reclamauerit, vt per omnes *in præſenti*, Henriq. *d. c. 13. n. 5. & c. 14. n. 7.* Nauarr. *conſil. 2.* aliàs 1. *in nouis ſub hoc tit.* vbi etiam reſoluit non poſſe puberem etiam de conſenſu impuberis reſilire, quia ob fragilem ætatem impubes conſenſu ſufficienti ad ſponſalium diſſolutionem caret: ſequitur Sanchez *d. diſp. 51. n. 10.* Gutier. *de matrim. c. 19. n. 8.* Valer. Reginald. *in praxi fori pænit. lib. 31. n. 261. verſ. 6. in fine.*

6 In gloſſ. *Minoris.* Quicquid hæc gloſſa inuoluat, dic priùs puberem factum poſſe ſtatim reſilire, nec teneri pubertatem alterius expectare; nam text. *hic, in verſ. ſi verò,* loquitur quando is, qui tempore ſponſalium erat impubes, factus pubes reclamat; at verò *in verſ. mulier,* quando ſponſalium tempore pubes erat, & reclamat altero impubere exiſtente: ita *in præſenti* Hoſtienſ. *ſuper verb. negauerit,* Ioan. Andr. *n. 4.* Anch. *n. 2.* Abb. *n. 5.* Alex. de Neuo *n. 15. &* 16. & alii, quos refert, & ſequitur Sanch. *d. diſp. 51. n. 9.*

7 In gloſſ. *Iudicio.* Notatur ad hoc, quod ſponſalia impuberum ita firmantur juramento, vt neutri liceat pubertatem adepto reſilire, ſequuntur *hic* Ioan. Andr. *n. 4.* Anchar. *n. 4.* Abb. *n. 6.* Præpoſ. *n. 1.* Alex. de Neuo *n. 13.* Couar. *de ſponſalib. p. 1. c. 5. §. 1. n. 3. & in cap. quamvis pactum. p. 3. §. 1. n. 3.* Henriq. *lib. 11. c. 14. num. 7.* & alii, quos refert & ſequitur Sanch. *d. diſp. 51. num. 22.* vbi *n. 23.* aſſerit juramentum hoc, vt firmet ſponſalia, præſtandum eſſe ab impuberibus doli capacibus. Gutier. *d. c. 29. n. 12.*

8 In ea l. gloſſ. ibi, *Si verò juramentum non interuenerit in ſponſalibus, non ſunt inuiti compellendi.* Contra hanc gloſſ. inſurgit Perez *l. 1. gloſſ. 1. col. 6. verſ. ex his infertur, tit. 1. lib. 5. Ordin pag. 3.* Et de materia illius agunt Couar. *de ſponſal. p. 1. c. 4. in initio, ex n. 4* Didac. Lopez de Stunica *de voto, q. 1. ex n. 57.* Ioan. Segura Daualos *in direct. jud. Eccleſ. p. 2. c. 15. ex n. 6.* Gutier. *de jurament. confirm. part. 1. cap. 51. ex num. 4. & canon. lib. 1. cap. 38. num. 10.*

9 In gloſſ. *Semel,* ibi, *argumentum quod ſemel probatum eſt, ampliùs non poſſum reprobare.* Vide Thom. de Thomaſſetis *in floribus legum, reg. 37.* Surd. *conſ. 18. num. 2. & conſ. 351. n. 41. & deciſ. 132. n. 4.* Sanch. *de Matrim. lib. 9. diſp. 6. n. 9.* Mari. Antonin. *variar. lib. 2. reſol. 10. num. 25.* meipſum *in tract. Axiom. juris vſufreq. axiom. 31. n. 1. cum ſeqq. & de diction. vſufreq dict. 39 n 2.*

10 In ead. gloſſ. ibi, *Item argumentum quod contractus claudicat.* Vide Perez *l. 2. gloſſ. 1. pag. 184. in fin. tit. 7. lib. 5. Ordin.* Contractus enim claudicare non poteſt, quia debet eſſe obligatorius hinc inde, de quo citaui plures Doctores *in tract. de Axiom. vſufreq axiom. 57. num. 2.*

SUMMARIUM.

1 *Impuberes ſponſalia contrahentes ante pubertatem ſeparari non debent, ſed poſt pubertatem poſſunt, ſi contradicunt ſponſalibus, niſi copula carnalis interueniret.*

2 *Ante pubertatem non licet reſilire à ſponſalibus præſumptis.*

3 *Sponſalia de futuro per copulam ſubſecutam tranſeunt in matrimonium.*

4 *Niſus ad copulam facit præſumere potentiam ad illam.*

5 *Impuberem poſſe procreare, & generare poſſibile, & contingibile eſt.*

Cap. A nobis VIII.

1 Sponſalia infra annos nubiles contrahentes non debent ſeparari antequam perueniant ad pubertatem, & tunc ſi ſimul eſſe nolunt, ſeparari debent, niſi intercesſerit copula, cùm malitia ſupplet ætatem. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Hoſt. Butr. Anchar. Panorm. Præpoſ. Marian. Socin. Alex. de Neuo, Caniſ. Cujac. Viuian. *in rationali*

nali lib. 4. *juris Pontif. pag.*28. Alagona *in compend. juris Canon. pag.*570. remiſſiuè Ximen.*in concord. p.*2. refertur ab Anton. Auguſt. *colleect.*1. *Decret.lib.*4.*tit.*2. *cap.*10.

2 Collige ex text. quod ſicut à ſponſalibus veris non licet reſilire ante pubertatem, ita neque à præſumptis, quæ reſultant ex Matrimonio per verba de præſenti ab impuberibus contracto, vt per Couarr. *de ſponſalib. p.*1.*c.*5.§.1.*n.*1. Anton. Cuch. *lib.*5.*inſtit. major. tit.*10. *n.*80. Sanch. *de matrim.lib.*1.*diſp.*51.*n.*7. Gutierr. *eod. tract.c.*29.*n.*12.

3 *Niſi carnalis commixtio*, &c.] Notatur ad hoc, quod ſponſalia de futuro per copulam ſubſequutam tranſeunt in Matrimonium, de quo plures citaui Doctores ad *cap.is qui fidem* 40.*ſupr.de ſponſal.* Et Matrimonium ſuſtineri ſi proximus pubertati attentauerit copulam, tenet Surd. *conſ.*364. *n.*3. nam niſus ad copulam facit præſumere potentiam ad illam, Couarr.*de ſponſal.p.*1. *c.*4.§.1.*n.*20. Menoch.*de præſ.lib.*3.*præſ.*2.*n.*53. Sanch.
4 *lib.*7. *diſp.*104. *n.*26. Verba tamen textus non verificantur in omni defloratione, ſed in ea, quæ interuenit cum his, qui à natura habiles ſunt ad generandum, vel ad concipiendum, Farin. *Rotæ deciſ.*246. *à n.*11. *in* 1. *collect.nouiſſ.*

5 *Cùm interdum illa*, &c.] Eſt enim poſſibile, & contingibile impuberem poſſe procreare, & generare, vt per Ferr. *in conſtit.Catalauniæ,gloſſ.*1.*n.*12. & de pluribus generantibus in nono, decimo, & vndecimo anno mentionem feci ad *cap.pubere* 3.*n.*4.*ſupr.hoc tit.*

SVMMARIVM.

1 *Minores, qui poſſunt copula carnali conjungi, ex contractu Matrimonij obligantur, niſi violentia intercedat.*

2 *Matrimonium contractum ante legitimam ætatem validum eſt, ſi malitia ſuppleat ætatem.*

3 *Sponſalia ante ſeptennium validè contrahuntur malitia ſupplente ætatem.*

4 *Potentia generandi ante pubertatam quomodo probetur, & ex quibus dignoſcatur, oſtenditur.*

5 *Malitia quando dicatur ſupplere ætatem, oſtenditur.*

Cap. De illis ij. IX.

1 Minores ita ætati proximi quod potuerint copula carnali coniungi, ſi deſponſantur, & traducuntur non ſunt ſeparandi, ſecus ſi interceſſit violentia, niſi poſt violentiam accedat conſenſus. Colligunt ex Ordin. Abb.antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Hoſt. Butr. Anchar. Panorm. Præpoſ. Petr. Gregor. Alex. de Nevo, Caniſ. Cujac. Viu. *in ration. lib.*4. *juris Pontif. pap.*28. Alagona *in compend. juris Canon.pag.*570. remiſſiuè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord.p.*1. & 2. refertur ab Anton. Aug. *collect.* 2. *Decretal. lib.*4. *tit.*2. *c.*12. & eſt poſt Concil. Lateran.*p.*50. *cap.*41.*verſ. de illis verò.*

2 Collige ex text. validum eſſe Matrimonium contractum ante ætatem legitimam, ſi malitia ſuppleat ætatem, vt per Couar.*de ſponſalib.p.*2.*c.*5.*n.*3. Tiraq.*in l.*6. *connub. gloſſ.*1.*p.*6. *n.*38.& *in præfat. primog. num.*181. Coſta *in cap.ſi pater,p.*1.*verbo impuberes, n.*8. & *ſeq. de teſtam. lib.*6. Gregor. *l.*6. *verbo la ſabedoria, tit.*1. *p.*4. Henriq.*in ſumma, lib* 12.*c.*7. *n.*1. Cened. *ad Decretal. collect.*18.*n.*2. Cald. Pereira *in l.ſi curatorem, verbo vel aduerſarij dolo,n.*55. Surd.*conſil.*364. *num.*1. Valer. Re-
3 ginald. *in praxi fori pœnitent. lib.*31. *n.*172. Sic etiam malitia ſupplente ætatem validè contrahuntur ſponſalia ante ſeptennium, Viuald. *in candelabro aureo, p.*1. *de ſponſalib. n.*14. Petr. de Ledeſma *de matrim. q.*43. *art.*2.*dub.*2. Perez *l.*1. *verſ. ſecunda opinio, tit.*1. *lib.*5. *Ordin.* Henriq.*lib.*1.*c.*19.*n.*9. Sanch.*de Matrim. lib.*1. *diſp.*19.*n.*9.& alios citaui ad *c.*3.*n.*9.*ſupr. de ſponſal.*

Quod potuerunt copula carnali conjungi.] Id eſt, ſi de 4
facto ſe conjunxerint, vt interpretatur Hoſtienſ. *hic*, vnde potentiam generandi ante pubertatem nullatenus probari poſſe, niſi per actualem copulam, & dum de hac non conſtiterit, minimè poſſe dici malitiam ſupplere ætatem ad Matrimonium petitam, reſoluunt Tancred. & Hoſtienſ. *in cap.puberes, ſupr. hoc tit.* vbi etiam Henric.*n.*3. D. Antonin. *p.*2. *tit.*1. *c.*19. *in princ. col.*3.*immediatè ante verſ.* & *quia ſecundum.* Sed verius eſt poſſe potentiam ad copulam ex ſignis probari, quamvis copula nondum habita ſit, quia text. *in præſenti* ponderat propinquitatem pubertati, ac coëundi potentiam, vt impuberis Matrimonium valeat; ſentit ergo potentiam non ex ſola copula probari, ſed ex aliis quibuſcunque ſignis, nam aliàs non potentiam, ſed potiùs copulam ipſam ponderaret; ita *hic* Innocent. & Joan. Andr.*n.*3. Abb. *n.*4. Præpoſ. *n.*1. & Alex. de Neuo *n.*8. Couarr. *d.cap.*5.*n.*3. Perez *l.*2.*verbo de quatorze, tit.* 15. *lib.*8. *Ordin.* Menoch. *de arbitr. caſu* 58. *n.*8. Surd.*conſil.*364.*n.*1.*in fine*, Sanch. *d.diſp.*104.*n.*28. Baſil. Pont.*de impedimentis Matrim.c.*32.§.5. *verſ.ſed quæret*, vbi etiam dicit ſigna arbitrio judicis cum medicorum conſilio relinquenda, qui loquentur inſpecta ætate, qualitate corporis, educatione, ſoli & cœli natura, ſeminis etiam effuſione, ſi aliquando id contingat, alias etiam conjecturas adducit Sanch. *vbi proximè, n.*19. vbi dicit quod judex arbitrabitur inſpecta perſonæ qualitate, membrorum diſpoſitione, ac valetudine bona.

Cùm in eis ætatem ſuppleuiſſe malitia videatur.] 5
Quando ſcilicet poſſunt copula carnali conjungi, vndè nomine malitiæ intelligi ſolam generandi potentiam, atque ita in quacunque ætate hæc adſit, poſſe validè iniri Matrimonium, reſoluunt Canoniſtæ noſtri *in d. cap.puberes* 3.*hoc tit.* Brunel. *de ſponſal. concl.*28.*decl.*3. *n.*9. Perez *l.*1. *verſ. rurſus non obſtat, tit.*1. *lib.*5. *Ordin. pag.*3. Sed multò probabilius eſt nomine malitiæ ſupplentis ætatem ad Matrimonium petitam comprehendi potentiam ad copulam, ac prudentiam, & diſcretionem ad intelligendam conſenſus conjugalis vim, vt per Abb.*hic, n.*4. & Alexand. de Neuo *n.*7. Couar. *d.c.*5.*n.*3. Sylueſt. Tabien. Sot. Henriq. & alios, quos refert, & ſequitur Sanch. *d.diſp.*104. *n.*21.& ita requiritur copulativè potentia ad carnalem copulam, necnon prudentia rationis ad ſufficienter diſcernendam vim conjugali sconſenſus, nec ſatis eſt alterum tantùm adeſſe. Couarr.*d.n.*3. Rot.*deciſ.* 246. *n.*16. *p.*4. *diuerſ.* Quod malitia ſuppleat ætatem circa potentiam generandi ante pubertatem, probatur concludenter ſi fœmina impubes ab alio cognita fuerit, vel puer impubes aliam fœminam cognouerit, Sanch. *d. diſp.*104. *num.*25. Rota *in Viterbien. Matrimonij*, 19. *Ianuarij* 1629. coram R.P.D. meo Pirouano. Copula verò ſubſequuta in muliere probatur ex relatione obſtetricum deputatarum per judicem ad id dignoſcendum, quæ probatio paſſim admittitur vrgente neceſſitate, ne Matrimonium jam contractum diſſoluatur. Alexand. de Neuo *in cap. continebatur, num.*31. *hoc tit.* Sanch.*d.diſp.*104. *num.*23.*in fine*, Rot. *in d. Viterbien. Matrimonij*, quicquid ſit quando Matrimonium nondum eſt initum, Sanchez *d. n.*23. vide *infr. in cap. vlt. hoc tit.*

SUMMARIUM.

1 *Matrimonium non facit contractus ante pubertatem etiam cum niſu carnalis copulæ.*

2 *Niſus ad copulam facit præſumere potentiam ad illam.*

3 *Confeſſioni conjugis adverſus ſeipſum quare in hoc text. ſtetur.*

4 *Confeſſioni conjugis contendentis Matrimonium eſſe contractum in præjudicium ſui ipſius ſtatur.*

Cap. Atteſtationes X.

Urban. III.

1 JUvenis nondum duodecimum annum attingens, ſi contrahat, & nitatur mulierem corrumpere, ſed corrumpere non potuit, & mulier non probat juvenem conſenſiſſe circa decimumquartum annum ſuæ ætatis accepto juramento ab ipſo quod in ætate legitima non conſenſerit, ſi modò non vult, eſt liberandus ab impetitione mulieris, & poteſt uterque ad ſecunda vota tranſire. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Hoſt. Anchar. Butr. Panorm. Præpoſ. Mar. Socin. Alex. de Nevo, Caniſ. Cujac. Viv. *in ration. lib.* 4. *Iuris Pontif. pag.* 29. Alagona *in compend. Iuris Canon. pag.* 570. remiſſivè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 4. *tit.* 2. *cap.* 13.

2 *Et licèt niſus fuiſſet.*] Quia niſus ad copulam facit præſumere potentiam ad illam, ut per Covar. *de ſponſal. part.* 1. *cap.* 4. §. 1. *num.* 20. Menoch. *de præſ. lib.* 3. *præſ.* 2. *num.* 52. Corraſ. *lib.* 3. *miſcell. cap.* 4. *n.* 6. Henriq. *in ſum. lib.* 11. *cap.* 13. *num.* 11. Sanch. *de Matrim. lib.* 7. *diſp.* 104. *num.* 26. Baſil. Pont. *de impedimentis Matrim. cap.* 32. §. 5. *verſ. ſed quæret.*

3 *Mulier tamen credit ſe virginem evaſiſſe.*] Ideo hîc confeſſioni conjugis adversùs ſeipſam ſtatur, quia confitetur ea, quæ jus ipſum, niſi contrariũ probatio oſtenderit, præſumit: confeſſa mulier fuit virum nondum puberem virginitatis tentaſſe clauſtrum perfringere: præſumit jus hunc adhuc impuberem impotentem, nec copulæ aptum, aut conjunctioni mulieris, etſi ſecus ſi malitia (ut gloſſ. ait) ætatem ſuppleret, item cùm confeſſa hic mulier fuiſſet ſe virginem evaſiſſe, facilè præſumitur, cùm qualitas hæc ſit à natura indita, Abb. Zabar. & alii *in cap.* 1. *de adult.* Aym. *conſ.* 156. *n.* 5. Maſcard. *concl.* 1310. *à n.* 1. Menoch. *lib.* 6. *præſ.* 89. *à princ.*

4 In gloſſ. *Evaſiſſe.* Nota ſtari confeſſioni conjugis intendentis Matrimonium eſſe contractum, & valuiſſe in præjudicium ſui ipſius, ac proinde ſufficere etiam confeſſionem alterius conjugis pro Matrimonio ſtantis abſque fama, ſequitur Covar. *de ſponſ. p.* 1. *cap.* 4. §. 1. *n.* 4. niſi, inquit, ſit aliqua colluſionis præſumptio, propter quod colluſionis periculum relinquitur judicis arbitrio, an talis confeſſio utriuſque conjugis pro Matrimonio ſtantis ſufficiens ſit, ita Menoch. *de arbitr. caſu* 103. *n.* 9. Maſcard. *de probat. concluſ.* 1035. *n.* 51. Sanch. *de Matrim. lib.* 2. *diſp.* 45. *n.* 35. Quicquid in re tam ardua hujuſmodi confeſſionem non ſufficere aſſerant multi, quos refert, & ſequitur Menoch. *de præſ. lib.* 3. *præſ.* 1. *n.* 9. *cum ſeq. & conſ.* 15. *n.* 3. & diſtinguat Franc. Molin. *de ritu nupt. lib.* 1. *comp.* 15. *n.* 39.

5 In gloſſ. *Circa*, ibi, *fortè per ſex menſes.* Notatur ad hoc, quod pubertati proximus dicitur is, qui per ſex menſes à pubertate diſtat, vide tamen pro veritate quæ dixi ad *cap.* 5. *num. ult. ſupr. hoc tit.*

SUMMARIUM.

1 *Sponſalia ſi major invita contraxit cum minore, non tenetur ipſum expectare donec veniat ad ætatem adultam.*

2 *Metus reverentialis niſi minæ, aut verbera illi adjungantur, non cadit in virum conſtantem.*

3 *Metus reverentialis datur in omni illo, qui jure aliquo ſubjectionis alicui ſubeſt.*

4 *Sponſalia metu gravi contracta non firmantur juramento.*

5 *Metus illatus poſt ſponſalia inita eſt juſta cauſa illa diſſolvendi.*

Cap. Ex literis XI.

1 PUella in ætate à parentibus jurata, & deſponſata cum viro non habente ætatem, & deinde invita traducta in domum ſponſi à quo poſt annum recedit ad domum propriam non cognita, ſi non vult expectare donec vir habeat ætatem, poteſt alteri nubere. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Hoſt. Butr. Anchar. Panorm. Præpoſ. Petr. Gregor. Alexand. de Nevo, Caniſ. Cujac. Vivian. *in ration. lib.* 4. *Iuris Pontif. pag.* 29. Alagona *in compend. Iuris Canon. pag.* 570. remiſſivè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 4. *tit.* 2. *cap.* 14.

2 *Ubi nolens & invita minis parentum impulſa*, &c. Ergo ſolus metus reverentialis, niſi minæ, aut verbera, aut alius metus gravis illi adjungantur, non cadit in virum conſtantem, ac proinde nec annullat Matrimonium, nec alios contractus reſcindit, ita Cov. *de ſponſal. p.* 1. *cap.* 3. § 6. *n.* 7. & Hippol. *ſing.* 347. *in ip. Matrim. & conſ.* 124. *n.* 16. Gomez *tom.* 2. *var. cap.* 14. *n.* 27. Soar. *alleg.* 24. *n.* 5. Gutier. *in auth Sacramenta puberum*, *n.* 94. *C. ſi adverſus vendit. & conſil.* 16. *n.* 16. *& de juram. confir. p.* 1. *cap.* 2. *n.* 15. Gregor. *l.* 10. *verbo todo, tit.* 1. *p.* 4. Molin. *de primog. lib.* 2. *cap.* 3. *n.* 9. Gamma *Luſitania deciſ.* 250. *n.* 4. *& deciſ.* 262. *n.* 1. Azeved. *l.* 9. *n.* 28. *tit.* 1. *lib.* 5. *nova recopil.* Flamin. *de reſignat. benefic. lib.* 13. *quæſt.* 2. *n.* 172. *& ſeq.* Marhienz. *l.* 11. *gloſſ.* 1. *n.* 2. *tit.* 1. *lib.* 5. *nova recop.* Joan. Garcia *de nobilit. gloſſ.* 17. *n.* 11. *&* 19. Henriq. *in ſum. lib.* 11. *cap.* 8. *n.* 5. D. Barboſ. *in l.* 2. §. *fin. n.* 7. *ff. ſoluto Matr.* plures DD. refert Sanch. *de Matr. lib.* 4. *diſp.* 6. *n.* 7. quibus adde Cald. Pereira *in l. ſi curatorem*, *verbo læſis*, *num.* 40. *& de renovat. emphyteuſis, quæſt.* 16. *n.* 59. Ceval. *commun. contra communes, quæſt.* 727. *n.* 21. *cum ſeqq.* Caſtill. *quotidianarum quæſt. lib.* 3. *cap.* 1. *n.* 147. Mendez à Caſtro *in praxi Luſit. lib.* 3. *cap.* 22. *n.* 25. *prope fin* Rebel. *de oblig. juſtitiæ, p.* 2. *lib.* 1. *quæſt.* 5. *à n.* 10. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 31. *n.* 38. *cum ſeqq.* ubi *n.* 85. dicit 3 metum reverentialem dari in omni illo qui jure aliquo ſubjectionis ſubeſt alicui, ut in Clerico reſpectu Epiſcopi, in laico reſpectu Magiſtratus, in filio, vel filia reſpectu patris, aut matris (quando hæc perinde ac ille auſtera fuerit, & ſolita minas exequi) aut aliorum aſcendentium; item in fratre, vel ſorore reſpectu fratris majoris, ſi cum hoc habitet, ab eoque gubernetur: itemque in minore annis reſpectu ſui curatoris, ac demum in nepote, aut nepte reſpectu patrui, vel avunculi cum quo habitat, & à quo gubernatur.

4 *Iurata fuit.*] Notatur ad hoc, quod ſponſalia metu gravi contracta non firmantur juramento, nec ratione illius obligant, aut relaxatione indigent, ut per Fr. Emman. *in ſum. tom.* 1. *cap.* 231. *concl.* 4. *num.* 4. *& cap.* 244. *concl.* 4. *num.* 4. Sanch. *d. lib.* 4. *diſp.* 21. *n.* 3. quamvis *n.* 2. aſſerat

aſſerat eſſe probabilem contrariam ſententiam te nen tem id juramentum obligare, indigereque relaxatione, & pro ea citet S.Bonauent. Syluest. Henriq.Petr.à Ledeſma, & alios.

5 *Tempore procedente*, &c.] Ex his verbis colligit Alex. de Neuo *in præſenti,n.5.& 6.* metum illatum poſt ſponſalia inita eſſe juſtam illa diſſoluendi cauſam, ſiue ab impuberibus, ſiue à puberibus contracta ſint; ſed illum reprobat Sanch. *d.lib.4.diſp.19.n.3.* ex ea ratione, quia ſi ſponſalia ſemel valida fuerunt,coactio ſubſequens circa Matrimonium, cùm minimè ipſa inficiat, ſolum Matrimonium ipſum irritabit manentibus illæſis ſponſalibus, eo vel maximè,quia puer ille, cui ſponſalium obligatio acquiſita erat, in nulla metus culpa fuit, parentes quippe puellæ illi metum incuſſerunt.

6 *Nec ad eandem carnaliter acceſſum habuit.*] Ergo Matrimonium coactum ratificatur per copulam ſubſequutam, de quo vide quæ dixi ad *cap.conſultationi, n.4. de ſponſal.*

SUMMARIUM.

1 *Sponſalia contracta cum minore ſeptennio per mutuam cohabitationem poſt ſeptennium conualeſcunt, & inducunt publicæ honeſtatis juſtitiam, ſoluuntur tamen per Matrimonium de præſenti.*

2 *Copulam aſſerenti fauore Matrimonij creditur.*

3 *Reſilienti abſque cauſa manifeſta à ſponſalibus non requiſito Eccleſiæ judicio imponitur pœnitentia.*

Cap. Duo pueri XII.

Clem. III.

1 MAtrimonium contrahendum impedit, & contractum dirimit publica honeſtas. Item ſponſalia ſoluuntur quando quis contrahit cum alia de præſenti, ſed propter ſcandalum eſt injungenda pœnitentia. Item inceſtus impedit Matrimonium contrahendum, & qui ſine judicio Eccleſiæ vxorem dimittit, eſt puniendus. Colligunt ex Ordin. Abb.antiq.Innoc.Collect.Zabar. Joan. Andr. Hoſt. Butr. Anchar. Panorm. Præpoſ.Mar.Socin.Petr.Gregor.Alex.de Neuo, Caniſ. Cujac. Viu.*in ration.lib.4. iuris Pontif.pag.13.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag.570.* remiſſiuè Ximen. *in concord.p.1. & 2.* refertur ab Anton. Auguſt. *collect.2. Decretal.lib.4.tit.2.cap.vnic.*

2 *Dicat ſe non cognouiſſe prius*, &c.] Colligunt omnes *in præſenti*, ex hoc text. credi viro aſſerenti copulam Matrimonii fauore, quòd copula firmabatur; ſecus fore ſi non ad Matrimonii valorem, ſed ad probandum delictum ageretur.Hi ſunt Jo n.Andr.*in præſenti, prope finem*, Hoſt. *ſuper verbo non cognouiſſe*, Butr. *n.14.* Abb. *n.6.* Alex.de Neuo *n.12.*quos refert Sanch.*de Matrim. lib.1.diſp.61.n.7.*

3 *Judicio Eccleſiæ non requiſito.*] Obſtant quæ *ſuprà* dixi *ad c.de illis 7.n.7.hoc tit.* Sed reſponde ideò in hoc text.Summum Pontif.imponendam jubere competentem pœnitentiam cuidam, qui pro ſua opinione judicio Eccleſiæ non requiſito à ſponſalibus reſiluit, quia agebatur de reſiliente abſque cauſa manifeſta, & clara, tum quoad veritatem, tum quoad juſtitiam, ita Ludouic. Beja *reſponſ.caſuum conſcientiæ p.1. caſu 13. verſ.nec obſtat,pag.mihi 194.* Vel ſi magis placet, dic cum Sanch. *d.lib.1.diſp.69.num.11.*text.hunc loqui de Matrimonio de præſenti, à quo alter conjux abſque juſta cauſa receſſerat.

SUMMARIUM.

1 *Matrimonium vel ſponſalia, quæ non ſunt, vt ſi cum minore ſeptennio contrahantur, accuſari non poſſunt, denuntiari tamen poteſt impedimentum ne contrahantur impoſterum.*

2 *Sponſalia inita contra Pontificis interdictum cum decreto irritante ſunt inualida.*

3 *Multa fieri prohibentur, quæ facta tenent.*

4 *Dictio, omninò, juncta verbo carere, importat ipſo iure.*

5 *Matrimonium aduerſus Pontificiam prohibitionem initum quando ſit inualidum, oſtenditur.*

Cap. Ad diſſoluendum XIII.

Innoc. III.

MAtrimonium, vel ſponſalia, quæ non ſunt, vt ſi infra ſeptennium contrahantur,non poſſunt accuſari, poteſt tamen denuntiari conſanguinitas, vt interdicatur Matrimonium contrahendum, & tunc aſſignabitur terminus ad probandas denuntiationes,ſaluis exceptionibus, & ſi interim aliquid attentatur in præjudicium puellæ, eſt irritum. Colligunt ex Ordin. Abb.antiq.Innoc.Collect.Zabar.Io.Andr. Hoſt. Butr. Anchar.Panorm.Præpoſ.Petr. Gregor.Alex. de Neuo, Caniſ. Cujac. Viu. *in ration. lib.4.iuris Pontif.pag.30.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag.570.* remiſſiuè Caſal.*in annot.* & Ximen. *in concord.p.1. & 2.* refertur ab Anton.Aug.*collect.3.Decret.lib.4.tit.2.c.1.* 1

Quod ſi contra interdictum noſtrum, &c.] Notatur ad hoc, quod ſponſalia inita contra Pontificis interdictum cum decreto irritanti, quamvis generali, nec ſponſalium mentionem facienti, ſunt inualida, vt per Sanch. *de Matrim. lib.7. diſp.2.n.9.* vbi *n.10.* reſoluit per *cap.2. de Matrim. contracto contra interd. Eccleſ.* Matrimonium aduerſùs ſimplicem prohibitionem Pontificiam initum, nimirum abſque decreto irritanti eſſe validum, ex ea ratione, quia multa prohibentur fieri, quæ facta tenent, de quo principio vide Scobar. *de ratioc. cap.6. num.38.* Anton. Monachum *Bononienſi deciſ.19.n.22.* 2 3

Omninò carere.] Id eſt, ipſo jure, ex traditis per Tiraq.*in l.ſi vnquam, C. de reuoc.donat.n.164. verbo reuertatur.* Vnde ſi conſtitutio dicat hæreticum,vel emphyteutam cadere omninò à beneficiis, vel ab emphyteuſi, intelligitur ipſo jure, ſine miniſterio, ſeu facto hominis, & ſine ſententia priuationis, vt per Rebuff. *in comment. ad l.pecuniæ 178. verſ.2.ff. de verb. ſignific.* Rebel.*de oblig.iuſtit.p.1. lib.1.q.6. num.44.* Bernardin. Muſcatel.*de modo fideiubendi,p.1.modo 14.n.12.* Cened. *pract.quæſt.ſing.24.n.6.* 4

In gloſſ. *Irritum*,ibi, *ſed quid ſi contraherent Matrimonium contra interdictum*, &c. Notatur ad hoc, quod Matrimonium aduerſùs Pontificiam prohibitionem initum non eſt inualidum, niſi aliud ſubſit impedimentum dirimens, & manifeſtè loquitur quando eſt interdictum cum decreto irritanti; nam præmiſerat cæteros contractus initos aduerſùs Pontificis decretum irritans eſſe inualidos, ſecus eo decreto irritante minimè adiecto prohibitioni: & immediatè quærit quid in Matrimonio aduerſùs Papæ interdictum celebrato? & reſpondet tanquam quid ſpeciale eſſe validum, & ita hanc gloſſ. intelligunt Abb. *hîc,num.9.* & Zabar. etiam *num.9.* quos refert Sanch. *d. diſp.2. n.3.* vbi *n.9.* cum Alexand. de Neuo *hîc*, *n.21.* conſtituit diſcrimen inter ſponſalia, & Matrimonium, aduerſùs 5

huiuſmodi

hujuſmodi prohibitionem contracta, ut illa irrita ſint, hoc autem minimè, niſi addatur clauſula ſpecificam mentionem Matrimonij irritationis faciens, quia Matrimonium cùm ſit res adeò ardua, & graviſſimum negotium, illud irritare ſpecificam clauſulam poſcit, ad ſponſalia verò irritanda non deſideratur ea clauſula ſpecifica, ſed ſatis eſt generalis, cùm ea irritare non ſit res tanti momenti.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium de præſenti, ſi contrahatur, & puella non eſt in ætate, nec malitia ætatem ſupplet, licet vir dederit ei arrham, non eſt Matrimonium, ſed ſponſalia.*

2 *Dictio, circiter, modicum tempus ſignificat.*

3 *Matrimonium fœminæ cui modicum tempus ad duodecimum annum completum deficit, eſt invalidum, niſi malitia ſuppleat ætatem.*

4 *Sponſalia annuli ſubarrhatione in Matrimonium tranſeunt.*

5 *Matrimonium inter impuberes contractum ut validum ſit, non ſatis eſt ut malitia ſuppleat ætatem, ſed ultra requiritur diſcretio, & prudentia requiſita ad conjugalem conſenſum.*

6 *Matrimonium per ſubarrhationem contrahitur.*

7 *Annuli traditio ſignum ſponſionis eſt, & ſecuti Matrimonii.*

8 *Matrimonium contractum inter impuberes obligat ut ſponſalia.*

Cap. Tuæ nobis XIV. & fin.

1 Matrimonium de præſenti ſi contrahatur, & puella non eſt in ætate, nec malitia ſupplet ætatem, licèt vir dederit ei arrham, non eſt Matrimonium, ſed ſponſalia. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Hoſt. Anchar. Butr. Panorm. Præpoſ. Marian. Socin. Alexand. de Nevo, Caniſ. Cujac. Viv. *in ration. lib. 4. juris Pontif. pag. 31.* Alagona *in comped. juris Canonici, pag. 571.* remiſſivè Ximen. *in concord. p. 1.* refertur ab Ant. Auguſt. *collect. 1. Decretal. lib. 4. tit. 2. cap. 2.*

2 *Circiter duodecim annos.*] Hæc dictio modicum tempus ſignificat, vide Rebuff. *in comment. ad l. caeterorum 160. verſ. communiter, ff. de verb. ſignif.* Menoch. *de arbitrar. caſu 49. à n. 3. & caſu 57. n. 30.* Maſcard. *de probat. concl. 1215. n. 13.* Cened. *pract. quæſt. ſing. 8. n. 4.* & ideo non valet.

3 Matrimonium fœminæ, cui modicum tempus ad duodecimum annum completum deficit, tam ex defectu præſumpto naturalis vigoris ad coëundum & generandum, quàm ex defectu conjugalis conſenſus, tenet. Sanch. *de Matrim. lib. 7. diſp. 104. n. 1.* ubi *n. 2.* ſubdit ſatis eſſe ſi ultima dies anni duodecimi in fœmina, & 14. in viro ſit incepta, & *n. 4.* reſolvit in dubio nec matrem, nec fœminam præſumi generationi aptos ante dictam pubertatis ætatem completam, de quo etiam Surd. *conſ. 364. n. 33.* Quod tamen non procedit quando malitia ſupplet ætatem, ut per Covar. *de ſponſal. p. 2. c. 5. n. 3.* Sanch. *d. diſp. 104. n. 7.* & fuit dictum *in Viterbien. Matrimonii, 19. Ianvarii 1629.* coram R.P.D. meo Pirovano. Ut autem malitia dicatur ſupplere ætatem, requiritur copulativè potentia ad carnalem copulam, necnon prudentia rationis ad ſufficienter diſcernendum vim conjugalis conſenſus, nec ſatis eſt alterum tantùm adeſſe, Covar. *n. 3.* cum aliis per Sanch. *d. diſp. 104. n. 21.* Rot. *deciſ. 246. n. 16. p. 4. diverſ.* Verùm quia præſumptio eſt in contrarium, contrahenti Matrimonium ante legitimam ætatem, incumbit onus probandi habilitatem, quæ ſuppleat utrumque defectum prædictum, Abb. per text. *ibi, in cap. de illis, il 2. hoc tit. n. 4.* Butr. *n. 5.* & Anch. *n. 3.* Sanch. *diſp. 104. n. 25.* Rot. *in d. Viterbien. Matrimonii,* coram R.P.D. meo Pirovano. Exceptio autem ſupradicta, quod malitia ſuppleat ætatem, admittitur etiam in iis, qui pubertati adeò proximi non ſunt, ut ab ea pluſquam ſex menſium ſpatio diſtent, ut per Card. *in cap. continebatur, n. 5.* & Alex. de Nevo *n. 30. 31. hoc tit.* Sanch. *in d. diſp. 104. ſub n. 31.* Rot. *in d. Viterb. Matrim.* quæ ſuſtinuit Matrimonium contractum cum puella annorum decem, & menſium novem, licèt contrarium tenuerit antea *deciſ. 246. n. 3. cum ſeqq. p. 4. diverſ.* in qua deciſ. Viterb. fuit etiam dictum concludenter probari malitiam ſupplere ætatem circa potentiam generandi ante pubertatem, ſi fœmina impubes ab alio cognita fuerit, vel puer impubes aliam fœminam cognoverit.

Deſponſavit, qui ſubarrhavit, &c.] Per hunc text. docuerunt *hic* Butr. & Præpoſ. ſponſalia re & verbis de futuro annuli ſubarrhatione in Matrimonium tranſire, & verbum *deſponſavit,* intelligunt de præſenti, Cov. *d. §. 3. loco citando, n. 2.* & Menoch. *lib. 3. præſ. 1. num. 26.* qui quidem intellectus vim literæ infert, quia deſponſare tempus futurum reſpicit, & ſponſalia ea propria dicuntur, quæ nuptias futuras reſpiciunt, & à verborum proprietate in dubio recedendum non eſt, *l. non aliter, ff. de leg. 3.* tum quia ſi illa verba de præſenti intelligenda forent, nullam text. dubitationem contineret, quare hoc cogitandum relinquo. 4

Verùm ne prudentia, &c.] Notatur ad hoc, quod ad Matrimonium impuberũ non ſatis eſt, ut malitia ſuppleat ætatem, id eſt, ut potentia generativa reperiatur: ſed ultra requiritur diſcretio, & prudentia requiſita ad conjugalem conſenſum: ita Sanch. *de Matrim. lib. 1. diſp. 16. n. 15.* & alii citati ad *c. de illis 9. n. ult. ſup. hoc tit.* 5

In gloſſ. *Subarrhata,* ibi, *& ita collige, quod per ſubarrhationem contrahitur Matrimonium,* &c. Vide Cov. *de ſponſ. p. 1. c. 4. §. 2. n. 2.* Menoch. *de præſ. lib. 3. præſ. 1. n. 62.* Annuli enim traditio ſignum ſponſionis eſt, & ſecuti Matrimonii, Menoch. *d. lib. 3. præſ. 2. n. 1. cum ſeqq.* Maſcard. *de probat. concl. 1020. à n. 1.* Franc. Molin. *de ritu nupt. lib. 3. compar. 11. n. 5.* 6

In ead. gloſſ. ibi, *Quod ſi minor in contrahendo utatur verbis pertinentibus ad Matrimonium contrahendum, contrahit ſponſalia.* Notatur ad hoc, quod Matrimonium contractum inter impuberes, obligat ut ſponſalia, vide Vivald. *in candelabro aureo, tit. de ſponſ. p. 1. c. 3. n. 10.* Fr. Emman. *in ſum. tom. 1. c. 220. n. 2.* Perez *l. 1. verſ. dubitatur, tit. 1. lib. 5.* Ordin. *pag. 7.* Spin. *in ſpeculo teſtam. gloſſ. 16. princ. n. 78.* Henriq. *in ſum. lib. 11. c. 13. n. 2. & c. 5. n. 4.* Sanch. *de Matrim. lib. 1. diſp. 21. num. 2.* Utrum autem Matrimonium contractum abſque præſentia Parochi, ſeu alterius Sacerdotis de ipſius Parochi, ſeu Ordinarii licentia, & duobus vel tribus teſtibus, juxta formam Concil. Trid. in vim ſponſaliorum reſolvatur, vide quæ diximus *in tract. de offi. & poteſt. Epiſc. p. 2. alleg. 33. n. 143. cum ſeqq.* 7

De Clandeſtina Deſponſatione.

Tit. III.

Super hanc rubr. ſcripſerunt Zabar. Ioan. Andr. Anchar. Butr. Panorm. Præpoſ. Mar. Socin. Alex. de Nevo, Durand. Cujac. *in breviario aureo iur. Canon. & in ſpeculo iuris Pontif. ſub hoc tit. lib. 4.* Stephan. Ranchin.

Ranchin. *in continuatione titul. Decretal.* Joan. de Londris *in breviario ſanctorum Canonum*, Petr. de Ravenna *in compendio juris Canon.* Martin. Meſnart. *in epitome Decretal.* Dan. Venat. *in analyſi methodica juris Pontiſ.* Goffred. & Hoſt. *in ſum. hujus tit.* Alex. Caſan. & Anaſt. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decretal.* Barthol. Carthag. *in expoſit. tit. ejuſdem juris Canon.* Lancel. *in inſtit. ejuſdem juris*, Caniſ. *in ſum. ejuſdem*, Caſarel. *in erot. ejuſdem juris*, noviſſimè Joan. Honor. *lib. 4. ſum. in Decretal.* omnes *ſub hoc tit.*

De materia tituli vide Alphonſ. à Vera Cruce *in append. ad ſpeculum conjug. dub.* 11. Maſcard. *de probat. concl.* 1032. Cevall. *commun. contra communes*, q. 604. *n.* 35. & 36. Sanch. *de Matrim. lib.* 3. ubi per 54. quæſtiones agit de clandeſtino Matrimonio, Gutier. *eod. tract. c.* 55. Cened. *pract. & canon. quæſt. lib.* 1. *q.* 30. Sanctarel. *var. reſol. q.* 20. Baſil. Pont. *de Sacram. Matrim. lib.* 5. de conſenſu clandeſtino, Hurtad. *in tract. de Matrim. diſp.* 5. *de Matrim. clandeſt.*

SUMMARIUM.

1 *Matrimonium quando negatur clandeſtinè contractum, ei qui ſtat pro illo, incumbit probatio,* & n. 2.

3 *Mulier unde dicatur.*

Cap. Si quis I. *Ex Concil. Arelat.*

1 QUando quis clam deſponſavit mulierem, & vir, vel mulier negat deſponſationem, probatio incumbit viro. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Hoſt. Anch. Butr. Panorm. Præpoſ. Mar. Socin. Alex. de Nevo, Caniſ. Cujac. Vivian. *in ration. lib. 4. juris Pontiſ. pag.* 34. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 572. remiſſivè Ximen. *in concord. p.* 1. & 2.

De Concilio Arelatenſi II. & III. agit illuſtriſſ. D. meus Roder. à Cunha *in comment. ad c.* 6. & 7. *diſt.* 38.

2 Collige ex text. quod quando negatur Matrimonium clandeſtinè contractum, ei qui ſtat pro illo, incumbit probatio, vide Azeved. *l.* 1. *n.* 45. *tit.* 1. *lib.* 5. *nova recop.* Perez *l.* 1. *gloſſ.* 4. *pag.* 28. *tit.* 1. *lib.* 5. *Ordin.* Cevall. *commun. contra commun. q.* 604. *n.* 39.

3 In gloſſ. *Viro*, ibi, *mulier à mollitie mentis.* Imò corporis, ſecundùm Tiraq. *l.* 1. *connub. n.* 55. & ad ſarietatem vide Alciat. *in l. mulieris appellatione, p.* 2. *ff. de verb. ſignif. pag.* 32. Blaſ. Alvares Miraball. *in libro quem inſcripſit, Conſervacion de la ſalud, cap.* 88. *pag.* 369. Orozco *en el theſoro de la lengua Spañola, verbo muger, pag.* 558.

Unde ex hac gloſſ. colligit Torreblanc. *lib.* 2. *de magia, c.* 38. *n.* 15. & 16. quod fœminæ ideo potius maleficæ quam viri repetiuntur, quia proniores ſunt ad credendum, & facilius decipiuntur quàm viri, quamobrem frequentiùs eas dæmones aggrediuntur, & fallunt: tum quia tota illa diabolica tragœdia quam maleficæ cum diabolo peragunt, ad id tendit, ut fœdiſſimis amplexibus conjungantur, in quos mulieres trahuntur magis propter inſatiabilem libidinem, quia trahuntur magis voluptate, appetitu & ſenſualitate.

SUMMARIUM.

1 *Eccleſia non judicat de clandeſtinis Matrimoniis, ſed ſi contrahentes volunt in Eccleſia publicari, ſunt recipienda, & comprobanda.*

2 *Matrimonii omnis probatio ubicumque deficit, non eſt exigendum juramentum à reo, ſed potiùs purè abſolvendus.*

3 *Matrimonia clandeſtina ante Trid. Concil. fuerunt valida.*

4 *Declaratur text. in præſenti.*

Cap. Quod nobis II. *Alex. III.*

ECcleſia non judicat de clandeſtinis Matrimoniis, 1
ſed ſi contrahentes volunt in Eccleſia publicari, ſunt recipienda & comprobanda. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Hoſt. Butr. Anchar. Panorm. Præpoſ. Alex. de Nevo, Caniſ. Cujac. Viv. *in rationali lib.* 4. *iuris Pontiſ. pag.* 35. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 572. remiſſivè Ximen. *in concord. part.* 1. & 2. refertur ab Anton. Aug. *collect.* 1. *Decret. lib.* 4. *tit.* 3. *c.* 3. & eſt poſt Concil. Lateran. ſub Alex. III. *p.* 50. *c.* 17.

Ab Eccleſia non ſunt aliquatenus compellendi.] Nota- 2
tur ad hoc, quod ubicumque deficit omnis probatio Matrimonii, non eſt exigendum juramentum à reo, ſed potiùs purè abſolvendus, ut per Soar. ad *l.* 4. *lib.* 2. *fori, tit. de las juras, n.* 10. *in princ.*

Si perſonæ contrahentium hoc voluerint publicare.] Er- 3
go Matrimonia clandeſtina ante Concil. Trid. fuerunt valida, id enim definit ipſum Concil. *ſeſſ.* 24. *de reform. Matrim. c.* 2. *in initio*, anathemate damnans oppoſitum aſſerentes, vide Sanch. *de Matrim. lib.* 3. *diſt.* 3. *n.* 2.

Niſi rationabilis cauſa prepediat.] Hæc verba jun- 4
genda ſunt illi verbo *approbanda*, & ita eſt ſenſus, approbanda eſſe Matrimonia, niſi impedimentum tempore approbationis detectum impediat: at ubi tunc non apparuit impedimentum, approbatur abſolutè, ac ſi à principio in conſpectu Eccleſiæ initum eſſet, ita Sanch. *d. lib.* 3. *diſp.* 43. *n.* 4. *verſ. ad ſecundum.*

Ab Eccleſia recipienda ſunt.] Intellige niſi adſit 5
præjudicium tertii, nam tunc confeſſio non recipitur, ut per Covar. *de ſponſ. p.* 1. *c.* 4. §. 1. *n.* 5.

SUMMARIUM.

1 *Matrimonia quando ſunt contrahenda, debent per Preſbyteros in Eccleſia edicta proponi, aſſignato termino infra quem, qui voluerit impedire, impedimentum opponat, & ſi probabilis conjectura fuerit de impedimento, interdicatur Matrimonium donec de hoc cognoſcatur.*

2 *Clandeſtina Matrimonia contrahentes quas pœnas incurrant, remiſſivè.*

3 *Epiſcopus attento iure huius text. non poterat diſpenſare ut denuntiationes prætermitterentur.*

4 *Ordinarius hodie poteſt diſpenſare in denũciationibus.*

5 *Parochus non tenetur denuntiare impedimentum Matrimonii, quod ſcivit in Sacramenti Confeſſione.*

6 *Ordinarius, vel Parochus quamvis ſciat impedimentum, & nemo denuntiet, poteſt illud diſſimulare, ſi ſibi conſtet de diſpenſatione pro foro conſcientiæ.*

7 *Matrimonium quod fit omiſſis denuntiationibus, dicitur clandeſtinum.*

8 *Filii geniti ex Matrimonio nullo ſemel, vel nullo ſimul, & clandeſtino, quando ſint legitimi, oſtenditur.*

9 *Matrimonia interdicta dicuntur quoties à iudice manaverit præceptum contra aliquos ne Matrimonium ineant, vel contra ipſum Parochum, ne auctoritatem interponat.*

10 *Dolus præſumitur in his, quæ clam facta ſunt, etſi prætendatur ignorantia, vel ſimplicitas.*

11 *Ignoran*

12 *Ignorantia adſcita, ſive affectata, nunquam prodeſt, cùm æquiparetur ſcientiæ, & nullo pacto ignorantem excuſat.*

13 *Matrimonium ubi nullum fuerit propter impedimentum conſanguinitatis, & an ſolùm procedat text. in præſenti, oſtenditur.*

14 *Matrimonium denuntiationibus omiſſis celebratum dicitur clandeſtinum quoad pœnas incurrendas.*

15 *Filii ex Matrimonio nullo concepti quoad omnia cenſentur legitimi propter bonam fidem unius ex parentibus.*

16 *Parochus concedens licentiam alii Sacerdoti aſſiſtendi Matrimonio clandeſtino, non comprehenditur ſub hoc text. ſicut nec comprehenditur Parochus alienus dans licentiam aſſiſtendi alii Sacerdoti.*

17 *Suſpenſionis triennalis pœna impoſita Parocho aſſiſtendi Matrimonio clandeſtino, ceſſat hodie per pœnam arbitrariam poſitam à Concil. Trid.*

18 *Parochus ſuſpenſus triennio, eo quòd interfuit clandeſtino Matrimonio, ſi eodem currente triennio iterum aſſiſtat, ſuſpendaturque iterum triennio, hoc poſterius triennium incipit ſtatim à die ſcientiæ judicis illud inferentis.*

19 *Suſpenſus ab officio, eo quòd interfuit Matrimonio clandeſtino, non eſt ſuſpenſus à beneficio.*

20 *Epiſcopus an poſſit diſpenſare in triennali ſuſpenſione comminata Parocho aſſiſtenti Matrimonio clandeſtino, oſtenditur.*

21 *Verbum,* ſuſpendatur, *importat ſententiam ferendam.*

22 *Contrahentes omiſſis denuntiationibus, quas pœnas incurrant, oſtenditur.*

23 *Pœnam triennalis ſuſpenſionis comminata in hoc text. an incurrat parochialis Sacerdos, qui interſit Matrimonio valido, clandeſtino tamen ob omiſſas denuntiationes.*

24 *Impedimenta falſa denuntians ut Matrimonium impediat, arbitraria pœna punitur.*

25 *Malitioſè fieri dicitur, quod fit injuria, dolo adhibito.*

Cap. Cùm inhibitio III. & fin.

Innoc. III.

1 MAtrimonia quando ſunt contrahenda, debent per Preſbyteros in Eccleſia edicta proponi, præfixo termino ad impedimenta revelanda, quæ etiam ipſi Preſbyteri inveſtigare debent. Si autem reveletur probabilis conjectura contra copulam, interdicendus eſt contractus, donec manifeſtiùs appareat quid agendum. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Hoſt. Butr. Anchar. Panorm. Præpoſ. Mar. Socin. Alex. de Nevo, Caniſ. Cujac. Viv. *in ration. lib.* 4. *Iuris Pontif. pag.* 36. Alagona *in compend. Iuris Canon. pag.* 572. remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 4. *Decretal. lib.* 4. *tit.* 2. *de clandeſtino Matrim. cap. unic.*

2 *Clandeſtina conjugia penitus inhibemus.*] De pœna contrahentium Matrimonia clandeſtina, vide Concil. Trid. *ſeſſ.* 24. *de reform. Matrim. cap.* 1. & plures, quos refert Cened. *ad Decret. collect.* 81. *n.* 1. quibus adde Baſil. Pont. *de impedim. Matrim. cap.* 26. §. 7. Sanch. *de Matrim. lib.* 3. *diſp.* 1. *& diſp.* 45. *cum ſeqq.* & Matrimonio clandeſtino intervenientes interceſſores, mediatores, teſtes, & tabellio, qua pœna puniantur, vide per Marienſ. *l.* 1. *gloſſ.* 3. *&* 4. *tit.* 1. *lib.* 5. *nova recop.*

3 *Publicè proponantur.*] Hodie noviori jure Concil. Trid. *in d. cap.* 1. habetur, ut antequam Matrimonium contrahatur, ter à proprio contrahentium Parocho, tribus continuis diebus feſtivis in Eccleſia inter Miſſarum ſolemnia publicè denuntietur, inter quos ſit contrahendum, ut omnes revelent impedimenta, ſi quæ ſint, de quibus denuntiationibus egi latè ſingula verba Concilii declarando in meo tractatu *de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg.* 32. *à princ. uſque ad n.* 55. Illud verò ex ibi dictis animadvertendum duxi, quod licèt attento jure antiquo, de quo in hoc text. non poſſet Epiſcopus diſpenſare, ne denuntiationes præmitterentur Matrimonio, quia erant præceptæ in Concilio generali Lateran. in cujus lege nequit Epiſcopus regulariter diſpenſare, ut reſolvunt Salzed. ad Bernard. *in pract. cap.* 75. *verbo diſpenſ. lit. D*, Soar. de Pace *tom.* 2. *ſua praxis, præl.* 3. *n.* 11. Sanch. *d. lib.* 3. *diſp.* 7. *n.* 1. hodie tamen poteſt Ordinarius ex cauſa ſibi benè viſa diſpenſare ut omittantur omnes denuntiationes, vel aliqua illarum ante, vel poſt Matrimonii conſummationem, ut expreſsè definitur in Concil. Trid. *d. cap.* 1. per quod ita reſolvunt plures citati per me *d. alleg.* 32. *n.* 26.

Legitimum impedimentum opponat.] Qualiter noſcens impedimentum inter volentes contrahere, ſive 4
illud ſit occultum, ſive audiverit ſub ſecreto, teneatur ſub peccato mortali denuntiare, dixi *d. alleg.* 32. *n.* 25. *&* 26. & de Parocho cognoſcente impedimentum ex Sacramentali Confeſſione, vide citatos à Cened. *d. collect.* 82. *n.* 6. quibus adde Sanch. *d. lib.* 3. *diſp.* 15. *&* 16. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 31. *n.* 242. *verſ. ultimò*, Ægid. *de Sacram. & cenſur. tom.* 2. *diſp.* 27. *num.* 60. *cum ſeqq.* Gutier. *de Matrim. cap.* 50. *à princ.*

Et ipſi Preſbyteri inveſtigent utrum aliquod impedimentum, &c.] Adverte quod ſi nullus denuntiet impedimentum coram Parocho, vel Ordinario, quamvis 5
ipſis conſtet de impedimento, ſi tamen eiſdem conſtet de diſpenſatione pro foro conſcientiæ, poſſunt diſſimulare, & ſic impeditos Matrimonio conjungere, ut per Henriq. *in ſum. lib.* 14. *cap. ult. num.* 11. *in commento lit. E*, Sanch. *d. lib.* 3. *diſp.* 15. *num.* 14.

In gloſſ. *Clandeſtina*, ibi, *dicitur clandeſtinum Matrimonium tribus modis*, &c. Refert hæc gloſſ. tres clan- 6
deſtini Matrimonii acceptiones, prima eſt quando ſine teſtibus celebratur; ſecunda quando ſine ſolemnitate: tertia quando ſine denuntiationibus: ita Martin. de Ledeſm. 2. *p.* 4. *quæſt.* 47. *art.* 4. *fol.* 451. *ad* 3. Petr. de Ledeſm. *de Matrim. quæſt.* 45. *art.* 5. *paulò poſt princ.* Lancel. *in inſtit. Iuris Canon. lib.* 2. *tit. de clandeſt. deſponſ. in initio.* Verùm rationi multò conformius eſt, ut duæ tantum ſint Matrimonii clandeſtini ſpecies, primò quando teſtes deficiunt, ac proinde clam omninò celebratur: ſecundò quando denuntiationes ad perfectam ejus publicationem ab Eccleſia petitæ deſiderantur; cùm verò abſque ſolemnitate celebratum fuerit, non clandeſtinum, ſed minùs ſolemne appellabitur: & ideo ita meritò tenent Jacob. de Graff. *in aureis deciſ. p.* 1. *lib.* 2. *cap.* 85. *n.* 1. Barth. à Ledeſm. *dub.* 21. *de Matrim. in initio*, Perez *l.* 1. *verſ. plura tamen*, *tit.* 1. *lib.* 5. *Ordin. pag.* 38. Spin. *in ſpeculo teſtam. gloſſ.* 15. *princ. n.* 22. Gutier. *lib.* 2. *pract. quæſt.* 4. *n.* 13. & alii quos refert, & ſequitur Sanch. *de Matrim. lib.* 3. *diſp.* 1. *num.* 3.

In ead. gloſſ. ibi, *Tertiò dicitur clandeſtinum, quod fit* 7
contra tenorem hujus conſtitutionis, videlicet non præmiſſa denuntiatione. Notatur ad hoc, quod Matrimonium omiſſis denuntiationibus, ubi fieri conſueverunt, dicitur clandeſtinum, intellige quoad omnes effectus clandeſtinitatis, præterquam nullitatis Matrimonii, Menoch. *conſ.* 69. *n.* 70. Perez *l.* 2. *verſ. item ſolent, pag.* 30. *& verſ. plura tamen, pag.* 38. *tit.* 1. *lib.* 5. *Ordin.* Gutier. *pract. lib.* 2. *quæſt.* 3. *n.* 9. *in fine, cum ſeqq.* Spin. *in ſpecul. teſtam. gloſſ.* 15. *princ. n.* 23. 24. 26. *&* 74. Henriq. *in ſum. lib.* 11. *cap.* 6. *n.* 2. *& in commento lit. M*, *& cap.* 20. *n.* 2. *& in commento lit. C*, Sanch. *de Matrim. lib.* 3. *diſp.* 1. refert plures,

plures Doctores Campan. *in diverſorio juris Canonici, rub.*11. *cap.*13. *num.*143.

§. Si quis verò.

8 Probat hic §. filios genitos ex Matrimonio nullo, quando ſimul fuit clandeſtinum, eſſe illegitimos, non obſtante bona fide parentum, quamvis filii ex Matrimonio verè nullo, non tamen clandeſtino geniti, quando adfuit bona fides in utroque, vel in altero ignorante impedimentum, ſint legitimi, ex ea ratione quia ſaltem alter parens laborabat ignorantia probabili, ut docent omnes ſcribentes *in cap. ex tenore, infrà qui filii ſint legitimi*, quæ ratio ceſſat quando clandeſtinè contrahitur, omiſſis denuntiationibus, & ideo filii non ſunt legitimi: non eſt enim probabilis ignorantia, cùm omittantur requiſita ad aſſequendam veritatem. Unde ut illa pœna illegitimitatis prolis ſequatur, duo requiruntur in hoc §. itaut unum ſine alio non ſufficiat. Primum ut omittantur denuntiationes. Secundum ut ob id in gradu prohibito contrahatur. Unde ſi omiſſis denuntiationibus contrahat in gradu prohibito, quamvis cum ignorantia impedimenti, vel juris, in hanc pœnam incurrit, quia ex omiſſis denuntiationibus præſumitur affectata ignorantia, cùm illi taliter contrahendo non expertes ſcientiæ, vel affectatores ignorantiæ videantur, inquit Pontifex: ſi verò non omiſſis denuntiationibus contrahat in gradu prohibito bona fide, legitima proles eſt: imò etiamſi adſit mala fides ex parte unius tantùm conjugis, ex vi hujus §. ille enim in poſtrema parte exigit malam amborum fidem, quando in facie Eccleſiæ, & præmiſſis denuntiationibus contrahitur: ſimiliter ſi omittant denuntiationes, non tamen contrahant in gradu prohibito. Colliguntur hæc ex Gabr. *commun.tit.de legitim.concl.*3.*à n.*5. Peregr. *de fideicom. art.*24.*num.*74. Menoch. *conſ.*199.*à num.*39. Paleoth. *de nothis, & ſpuriis, cap.*9.*num.*1. Fuln. Pacian. *de probat.lib.*2. *cap.*16. *num.*68. Card.Mantic. *de conject.ult. volunt.lib.*12.*tit.*12.*n.*13. Menoch. *de præſumpt. lib.*4. *quæſt.*67.*num.*3. Perez *l.*1.*col.*2.*tit.*2.*lib.*5.*Ordin.pag.*29. Rebuff. *de privil. ſcholaſt. privil.* 106. *verſ.* 55. Caſtil. *rerum quotid. lib.*2. *cap.*11.*n.*8. Sanch. *d.lib.*3. *diſp.*42. *&* 43. Baſil. Pont. *d.cap.*26.§.7.

9 *Vel interdicta.*] Dicuntur autem Matrimonia interdicta, quoties à judice emanaverit præceptum contra aliquos, ne Matrimonium ineant, vel contra ipſum Parochum, ne auctoritatem interponat, ut per Maiol. *de irregul. lib.* 3. *cap.*25. *num.* 17. Sanch. *de Matrim. lib.*3.*diſp.*48.*num.*5.*& num.*17.

10 *Cùm illi taliter contrahendo*, &c.] Notatur ad hoc, quod in his, quæ clam facta ſunt, etſi prætendatur ignorantia, vel ſimplicitas, præſumitur dolus, nec excuſatur aliàs excuſandus, ut per Tiraq. *de pœnis temper.*

11 *caſu* 11.*n.*11. Et ignorantia adſcita, ſive affectata nunquam prodeſt, cùm æquiparetur ſcientiæ, idem Tiraq. *eod. tract. cauſa* 13. *à num.*22. *& de retract. lign.* §.35. *gloſſ.*4. *à num.*28. & nullo pacto ignorantem excuſat, *Clem.* 1.§.*non rigorem, de judic.* Honded. *conſ.*87.*n.*41. *lib.*1. Seraphin. *de privileg. juram. privileg.*4. *à n.* 102. Maſcard. *de probat.concluſ.*869.*n.*31. Baptiſta Coſta *de facti ſcientia, & ignor.inſpect.*81.*num.*9.*cum ſeqq.* Farin. *fragm.crimin. p.*2.*lit.I, num.*167.

12 *In gradu prohibito.*] Ex his verbis colligunt Joan. Lup. *in tract. de Matr. p.*2.*num.*9.*&* 19. Cephal. *conſ.* 503. *à num.*18. & alii ſtatim referendi, text. in præſenti procedere ſolùm quando Matrimonium nullum fuit propter impedimentum conſanguinitatis, itaut ſi ob aliud nullum fuerit, licèt clandeſtinè fiat, reſolvunt filios eſſe legitimos, ſi parentes fuerint in bona fide; moventur quia text. in præcitatis verbis reſtrictè loquitur de contrahentibus in gradu prohibito, quæ verba conveniunt ſolummodò impedimento conſanguinitatis, vel affinitatis, & conſequenter ad alios caſus trahi non poteſt deciſio illa, quæ novam inducit præſumptionem odii pleniſſimam contra filios innocentes propter copulam parentum clandeſtinè contrahentium, ideoque non amplianda, ſed reſtringenda eſt ad caſum expreſſum, *ex reg.l.odia, de regul.jur.lib.*6.*cap. pœna, de pœnit.diſt.*1. cum ſimilibus, ſequitur novè Baſil.Pont. *de imped.Matrim.cap.*26.§.7.*verſ.ſecundò.*

Quo tamen fundamento non obſtante contrariam 13
ſententiam ſequuntur Doctores communiter, reſolventes hujus text. deciſionem procedere tam in impedimento conſanguinitatis, quàm in alio quocumque dirimente, Hoſt.Innoc.Butr.Anch.Panorm.Alex.de Nevo, & alii communiter *hic*, ut teſtatur Cov. *de ſponſ.p.*2. *cap.*6.*in initio*, Ant.Gabr. *comm.lib.*6.*tit.de legit.concl.*4. *n.*17. Maſcard. *concl.*798.*n.*6. Pereg. *de fideicom.art.*24. *n.*65. Sanch. *d.diſp.*42.*n.*4. Azor. *inſtit.mor. p.*2.*lib.*2. *cap.*13.*quæſt.*9. Sayr. *de cenſ.lib.*6.*cap.*10.*n.*31. Probatur, quia etſi deciſio hujus text. pœnalis videatur, in favorem tamen animæ condita eſt ad coërcendū peccatum eorum, qui contra Canonica inſtituta Matrimonium audent contrahere, & inſuper clam contrahendo ignorantiam affectant, ſubindeque non reſtringenda, ſed magis amplianda eſt, juxta doctrinam gloſ. *verbo alios, in cap.ſciant cuncti, de elect.lib.*6. recepta ex multis, de quibus Tiraq. *tr. pia cauſa, privil.*161. & pluribus, de quibus Sanch. *de Matr.lib.*1.*diſp.*39.*n.*5.*& lib.*3.*diſp.*1. *n.*8. Sed meliùs confirmabis ſi advertas non eſſe neceſſarium hoc caſu recurrere ad interpretationem extenſivam, cùm conſtet ex verbis expreſsè hujus text. non limitativè agere de Matrimonio nullo ob impedimentum conſanguinitatis, ſed generaliter de quocunque alio, quod dirimat Matrimonium: oſtenditur, quia hic §. refert ſe ad principium text. ibi: *Hujuſmodi clandeſtina, vel interdicta*, id eſt, hæc de quibus *ſup.in princ.* dixerat: conſtat autem in principio de omnibus aliis impedimentis egiſſe, quamvis enim in exordio locutus ſit de contrahentibus in gradu prohibito, deinde deciſionem concipit per verba generalia, ibi: *Qui voluerit, & valuerit, legitimum impedimentum opponat.* Et clariùs ibi: *Inveſtigent utrùm aliquod impedimentum obſtet:* quare prædicta verba §. ſequentia, ibi, *hujuſmodi*, &c. in toto rigore, abſque alia extenſione referri debent ad Matrimonia clandeſtina, & interdicta, & invalida propter conſanguinitatem, vel aliud quodcunque impedimentum dirimens, ut manifeſtè deducitur *ex cap.ex tenore, qui filii ſunt legit.* ubi non de conſanguinitatis impedimento agebat text. ſed de conjugato, qui mulierem ignaram duxit, & tamen requiri ad hoc ut filii ſint legitimi, quod publicè, & in facie Eccleſiæ cum ea contraxerit, apertè oſtendens illegitimam eſſe prolem, ſi etiam in eo caſu clandeſtinè Matrimonium eſſet contractum, ut ibi notarunt omnes.

In gloſſ. *Clandeſtina, la* 2. ibi, *ſcilicet non præmiſſa denuntiatione.* Notatur ad hoc, quod Matrimonium denuntiationibus omiſſis celebratum dicitur clandeſtinū quoad pœnas incurrendas, ut per Majol. *de irreg.lib.*3. *c.*25.*n.*12.*verſ.clandeſtinum*, Menoch. *conſ.*69.*n.*70. Gutier. *pract.lib.*2. *q.*4.*n.*9.*in fin.* Segura Davalos *in direct. judicum, p.*2.*c.*15.*n.*30.*& ſeqq.* Spin. *in ſpeculo teſtam. gloſſ.*16.*à n.*23. Sanch. *de Matrim.lib.*5. *diſp.*1.*n.*7. ubi probat ex hoc text. & *n.*10. idem tenet, quamvis Matrimonium ſciente majore viciniæ parte celebretur. 14

In gloſſ. *Si ambo*, ibi, *ſed quid ſi unus ſcit?* &c. Notatur ad hoc, quod filii ex Matrimonio nullo concepti quoad omnia cenſentur legitimi propter bonam fidem unius ex parentibus, ut per Covar. *de ſponſ.p.*2. *cap.*8. 15

*cap.*8.§.1.*num.*2. Coſta *in cap. ſi pater, de teſtam.lib.*6. *p.*1. *verbo uxorem, num.* 4. Gregor. *l.* 3. *tit.*3. *part.*4. Avendan. *l.* 6. *Tauri, gloſſ.* 1. Gutier. *lib.* 3. *practic. quaſt.*79. *num.*4. Dueñ. *reg.*150. *limit.*2. *verſ.contraria*, Gom. *tom.*1. *var. cap.*6. *num.*36. Xuar. *in l.quoniam, ſuper declarat. legum regni, limit.*22. *num.*4. Cott. *in memoral. verbo Epiſcopalis dignitas.*

§. Sanè.

Parochialis Sacerdos qui Matrimonia interdicta, vel clandeſtina prohibere contempſerit, & quilibet Clericus etiam Regularis qui interfuit, per triennium à beneficio ſuſpenduntur, & ſi culpa exegerit etiam graviùs punientur. Contrahentibus autem contra hanc formam pœnitentia eſt imponenda, & qui obtulit impedimentum malitioſè, canonicè puniri debet. Colligunt Doctores in principio text. citati, & plenè declarat Sanch. *de Matrim. lib.* 3. *diſput.*48. *à princ.*

16 *Qui eis præſumpſerit intereſſe.*] Ergo non comprehendit Parochum ob licentiam conceſſam alii Sacerdoti aſſiſtendi, ſi aſſiſtat Matrimonio clandeſtino, latè Sanch. *d.lib.*3. *diſput.*49. Mar. Alter. *de cenſur. tom.*2. *diſp.*11. *de ſuſpenſione, cap.*5. *verſ. ſecunda principalis quæſtio.* Ego ipſe *d. alleg.*32. *num.* 163. Nec comprehendit parochum alienum, vel Sacerdotem, qui non eſt Parochus, dantem licentiam aſſiſtendi alii Sacerdoti; quia pœna ſuſpenſionis triennalis hic comminata comprehendit proprium Parochum non impedientem clandeſtina Matrimonia; hic autem qui prædictam licentiam dedit, non erat proprius Parochus horum qui contraxerunt: ita Sanch. *d. lib.* 3. *diſp.*49. *num.* 2. ubi ſubdit, nec talem ſuſpenſum eſſe per Concil. Trid. *ſeſſ.*24. *de reform. Matrim. cap.* 1. quia ſolùm ſuſpendit Parochum, vel alium Sacerdotem conjungentem vel benedicentem alienos Parochianos, & non exprimit dantem licentiam, vel mandantem, aut conſulentem: & *num.*3. reſolvit quod ſi proprius Parochus det licentiam non Sacerdoti aſſiſtendi Matrimonio, ſimiliter neutram ſuſpenſionem incurret, non hujus text. cùm illud clandeſtinum Matrimonium ſit nullum, quia invalida eſt licentia conceſſa non Sacerdoti, ut dixi *d.alleg.*32.*num*... ac proinde per illud Matrimonium ſic invalidè contractum non incurritur pœna clandeſtinitatis, juxta opinionem ejuſdem Sanch. *d.lib*... *diſp.*2.*ex n.*2. Non Tridentini, quia tantum ſuſpendit Parochum, vel alium Sacerdotem, qui ſine licentia proprii Parochi alienos Parochianos conjungit: at illic nec Parochus conjungit alienos Parochianos, & ille conjungens non eſt Sacerdos, nec conjungit ſine licentia Parochi, item idem Sanch. *d.lib.*3.*diſp.*49. *num.*3. ſubjicit idem dicendum, ſi non Sacerdos abſque licentia proprii Parochi conjungeret aliquos Matrimonio, quia utraque ſuſpenſio fertur in Parochum, vel alium Sacerdotem abſque licentia proprii aſſiſtentem: nomine autem Sacerdotis in materia pœnali, qualis eſt hæc, non comprehenduntur illi, qui Sacerdotes non ſunt.

17 *Per triennium*, &c.] Pœna hæc triennalis ſuſpenſionis impoſita Parocho aſſiſtenti Matrimonio clandeſtino non eſt ſublata per Concil. Trident. *in d. cap.*1. in illis verbis, *inſuper Parochum*, &c. ut tenent plures citati per me *d. alleg.*32. *num.*162. Cujus tamen contrarium, imò ceſſare hodie hanc triennalem ſuſpenſionem per pœnam arbitrariam poſitam in Concil. Trid. tenent Matienſ. *l.*1.*gloſſ.*7.*num.*2.*in fin.tit.*1.*lib.*5. *nova recop.* Sanch. *d.lib.*3.*diſp.*48.*n.*3.*cum ſeqq.* Gutier. *de Matrim. cap.*75. *num.* 14. Si autem Parochus qui interfuit clandeſtino, triennio ſuſpenſus, & eodem currente triennio iterum aſſiſtat, ſuſpendatur iterum triennio, hoc poſterius triennium incipit ſtatim à die ſententiæ judicis illud inferentis, aut quando incurritur ipſo jure ſtatim à die commiſſi delicti, & ita confunditur cum priori tempore, niſi judex in ſententia declararet, ut incipiat finito priori tempore. Ita Sanch. *d.lib.*3. *diſp.*50. *num.*3.

Ab officio.] Non tamen à beneficio, quia ſuſpenſum ab officio, qui interfuit Matrimonio clandeſtino, non eſſe ſuſpenſum à beneficio, quia in hoc text. ſolùm exprimitur ſuſpendendum eſſe ab officio, reſolvunt Perez *l.*1. *verſ.in oppoſitum, tit.*1.*lib.*5. *Ordin. pag.*31. Gutier. *canon.lib.*1.*cap.*5.*num*... Sanch. *d.lib.*3. *diſp.*51. *per tot.* Mar. Alter. *d.cap.*5. *verſ. quartò dubitatur*, advertit tamen Sanch. *d. diſp.*51. *num.*14. *in fine*, poſſe judicem ſuſpendere ſimul à beneficio, quando culpæ gravitas hoc poſtularet, per text. *in præſenti*, ibi: *Gravius puniendus ſi culpa qualitas poſtulaverit.* Utrùm autem Epiſcopus in hac triennali ſuſpenſione diſpenſare valeat? Negativè reſpondent Sanch. *d. lib.*3. *diſp.*52. Mar. Alter. *d. cap.*5. *verſ.*5. & alii, quos refero ego ipſe *d.alleg.*32.*num.*166. ubi *num.*167. hanc reſolutionem amplio, ut nec etiam virtute decreti Concil. *ſeſſ.*25. *de reform. cap.* 6. id ſibi permiſſum ſit, Baſil. Pont. *d.cap.*37. *num.* 11. 19 20

Suſpendatur.] Intellige non ipſo jure, nam cùm hoc verbum ſit futuri optativi modi, reſpiciens actum ac judicis miniſterium, ideo importat ſententiam ferendam, ex reſolutis per Tiraq. *in l. ſi unquam, C.de revoc. donat. verbo revertatur, num.*39. & per Monet. *de diſtribut. quotid. p.* 3. *quaſt.*7. *num.*21. quo fundamento in his terminis reſolvunt Sanch. *d. lib.*3. *diſput.*48. *num.* 2. Gutier. *d. cap.*75. *num.*13. Ego ipſe *d.alleg.*32. *num.* 161. 21

Sed his qui taliter, &c. Collige ex text. contrahentibus omiſſis denuntiationibus condignam pœnitentiam imponendam eſſe, ſed attento Concil. Trid. *ſeſſ.*24. *de reform. Matrim. cap.* 1. ibi, *Sancta Synodus eos arbitrio Ordinarii puniri præcipit*, illi ſolùm arbitrio Epiſcopi puniendi ſunt, qui contrahunt clam abſque Parocho, vel alio Sacerdote, de ejus licentia, aut minori teſtium numero quàm duorum: ita Sanch. *d.lib.*3.*diſp.*46.*n.*6. ubi ſubdit quod ſi id Matrimonium conſummaverint, cùm gravius delictum ſit, rigidior debet eſſe pœna: & *num.* 8. addit quod licèt contra teſtes nec hic, nec alibi pœna imponatur, tamen cùm peccent auctoritatem præſtando Matrimonio ab Eccleſia interdicto, condigna pœnitentia puniendi ſunt. 22

Dubitari poteſt an pœnam triennalis ſuſpenſionis comminatam in hoc text. incurrat Parochialis Sacerdos, qui interſit Matrimonio valido, clandeſtino tamen ob denuntiationum omiſſionem? In quo dubio videtur reſpodendum affirmativè, quia hoc § ſic dicitur: *Sanè ſi Parochialis Sacerdos tales conjunctiones prohibere neglexerit*, ubi verbum illud, *tales*, refertur ad nuptias, de quibus §.præcedenti actum fuerat: text. autem egerat de clandeſtinis, vel interdictis conjugiis, ibi: *Si quis verò hujuſmodi clandeſtina, vel interdicta conjugia*, ponderando verbum illud, *hujuſmodi clandeſtina*, quod referri debet ad principium text. qui præmiſerat denunciationes ante Matrimonium faciendas eſſe, eo quòd Eccleſia deteſtetur Matrimonia clandeſtina; ac proinde manifeſtè Matrimonium non præmiſſis denuntiationibus celebratum appellat clandeſtinum, quod etiam agnoſcunt Doctores citati ſuprà ad gloſſ. *verbo clandeſtina, la* 2. *num.*14. Quare hanc partem affirmativam tuentur Maiol. *de irregular. lib.* 3. *cap.* 25. *num.* 17. & Sanch. *dict. lib.*3. *diſp.*48. *num.* 5. qui advertit cùm Concilium Tridentinum in hoc caſu nullam ſtatuat pœnam, ſtandum eſſe 23

pœnæ hujus text. ac proindè talem parochum ſuſpendendum eſſe termino.

24 *Si quis autem*, &c.] Notatur ad hoc, quod falſa impedimenta denuntians, ut Matrimonium impediat, arbitraria pœna punitur, ut per Anch. *hìc*, *num.* 13. Menoch. *de arbitr. caſu* 453. *num.* 2. Ugolin. *de poteſt. Epiſcop. cap.* 15. §. 11. *num.* 6. quos refero ego ipſe *d. alleg.* 32. *num.* 24.

25 In gloſſ. *Malitiosè*, fin. Notatur ad hoc, quod malitiosè fieri dicitur, quod injuria fit, dolo adhibito, cùm malitia ſit calumnia, ut per Gutier. *canon. lib.* 1. *cap.* 20. *num.* 12.

De Sponſa duorum.

TIT. IV.

SUPER hanc rubr. ſcripſerunt Zabarel. Joan. Andr. Anchar. Butr. Panorm. Præpoſ. Mar. Socin. Alex. de Nevo, Durand. *in breviario aureo Iuris Canon. & in ſpeculo Iuris, ſub hoc tit. lib.* 4. Steph. Ranchin. *in continuat. tit. Decret.* Joan. de Londris *in breviario ſanctorum Canon.* Petr. de Ravenna *in compend. Iuris Canon.* Martin. Meſnart. *in epitome Decret.* Dan. Venat. *in analyſi method. Iuris Pontif.* Goffred. & Hoſt. *in ſum. hujus tit.* Alex. Caſan. & Anaſtaſ. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decret.* Barth. Carthag. *in expoſit. tit. Iuris Canon.* Caniſ. *in ſum. ejuſdem juris*, noviſſimè Joan. Honor. *lib.* 3. *ſum. Decret.* omnes *ſub hoc tit.*

SUMMARIUM.

1 *Matrimonium de præſenti contrahens ſucceſſivè cum duabus, tenetur adhærere primæ: ſi autem primò contraxit per verba de futuro, deinde ſecundò per verba de præſenti, adhærere debet ſecundæ.*

2 *Matrimonium validum diſſolvit priora ſponſalia eo modo, ut illo ſoluto nulla ea perficiendi obligatio ſuperſit.*

CAP. Duobus I. *Auguſt.*

1 MUlier dans fidem pactionis, id eſt, promittens ſponſalia de futuro cum pacto, ut tunc eam cognoſcat, non debet aliam ducere, ſed ſi ducit, tenet Matrimonium, debet tamen de fide mentita pœnitentiam agere. Si verò dat fidem conſenſus, id eſt, ducit de præſenti, tenet Matrimonium, & ſi aliam ducit, non tenet cum ſecunda. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Hoſt. Anchar. Butr. Panorm. Præpoſ. Marian. Socin. Alex. de Nevo, Caniſ. Cujac. Viv. *in ration. lib.* 4. *Iuris Pontif. pag.* 38. Alagona *in compend. Iuris Canon. pag.* 573. remiſſivè Ximen. *in concord. p.* 1. & 2. refertur ab Ant. Auguſt. *collect.* 1. *Decret. lib.* 4. *tit.* 4. *cap.* 1.

2 Cùm Matrimonium fortius vinculum ſit, ſi illud validum fuit, nemini dubium eſt priora ſponſalia diſſolvere eo modo, itaut ſoluto Matrimonio nulla illa perficiendi obligatio ſuperſit, ut per Fr. Emman. *in ſum. tom.* 1. *cap.* 245. *n.* 5. Azeved. *l.* 1. *n.* 13. *in fin. tit.* 1. *lib.* 5. *novæ recop.* Henriq. *in ſum. lib.* 11. *cap.* 23. *num.* 3. & *cap.* 14. *num.* 2. Sanch. *de Matrim. lib.* 1. *diſp.* 48. *per tot.*

SUMMARIUM.

1 *Pœnitentia illius, qui alterius ſponſam de præſenti ſibi accepit in uxorem, oſtenditur.*

2 *Pœna, quas incurrat ſciens uxorem adhuc vivere, & ducit ſecundam remiſſivè.*

4 *Carena quid dicatur, oſtenditur.*

CAP. Accepiſti II.

CONjugem alterius in uxorem ducens nunquam 1
poterit eſſe ejus legitima uxor, & debet quadraginta diebus jejunare in pane, & aqua, & pœnitere per ſeptem annos. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Hoſt. Henric. Butr. Anchar. Panorm. Præpoſ. Mar. Socin. Alex. de Nevo, Caniſ. Cujac. Viv. *in ration. lib.* 4. *Iuris Pontif. pag.* 39. Alagona *in compend. Iuris Canon. pag.* 573. remiſſivè Ximen. *in concord. p.* 2. deſumitur ex Burchard. *lib.* 19. *cap.* 5. *tit. de fornicat.* §. *recepiſti illam*, & refertur ab Ant. Auguſt. *collect.* 1. *Decret. lib.* 4. *tit.* 2. *cap.* 2.

Quam alter ſibi deſſponſatam habuerat.] Adverte 2
quod ille, qui ſciens uxorem adhuc vivere, ducit ſecundam, præter peccatum mortale quinque pœnas incurrit, de quibus Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 31. *num.* 74.

Et quadraginta dies in pane, &c.] Hæc pœnitentia 3
in foro exteriori locum habet, nam in foro animæ Preſbyter, qui audit confeſſionem ſecundùm ſuum arbitrium poterit eam modificare: ita Perez *l.* 3. *col.* 4. *verſ. punitur, pag.* 45. *tit.* 1. *lib.* 5. *Ordin.*

Cùm ſeptem ſequentibus annis pœniteas.] Non intelligas continuis, & per ſingulos dies, quaſi per omnes pœnitentia agi debeat, ſed per quoſdam in unaquaque hebdomada, qui vulgò legitimæ feriæ dicebantur, ſcilicet ſecunda, quarta, & ſexta, juxta *cap. de illis, & ibi gloſſ.* 1. *quæſt.* 3. Sot. *in* 4. *diſt.* 19. *q.* 2. *art.* 5. Covar. *lib.* 4. *var. cap.* 20. *num.* 8.

In gloſſ. *Carenam.* Dicitur tempus quadraginta die- 4
rum in pane, & aqua cum ſeptem ſequentibus annis, & in literis Papalibus, ubi conceditur carena indulgentiæ, intelligitur tempus quadraginta dierum, & ſeptem annorum pœnitentiæ. Ita Fr. Emman. *quæſt. Regul. tom.* 2. *quæſt.* 85. *art.* 3. *verſ. pro explicatione.* Vide quæ dixi *ad cap. accuſaſti* 8. *num.* 3. *de accuſat.*

SUMMARIUM.

1 *Sponſalia de præſenti non diſſolvuntur per ſequens Matrimonium etiam carnali copula conſummatum.*

2 *Conjuges non poſſunt ſecundum Matrimonium contrahere exiſtente primo, etiam carnali copula non conſummato.*

3 *Verba*, ego accipio te in meam, *an ſint de eſſentia Sacramenti Matrimonii.*

4 *Verba in Matrimonio ſunt ſaltem de neceſſitate præcepti.*

5 *Papa an poſſit ſtatuere ut Matrimonium ratum dirimatur per ſubſequens copulâ conſummatum, oſtenditur.*

CAP. Licèt III. *Alex. III.*

MAtrimonium de præſenti non ſolvitur per al- 1
terum ſequutum, etiam cum copula, & cogi debet vir redire ad primam. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Joan. Andr. Hoſtienſ. Butr. Anchar. Panorm. Præpoſ. Marian. Socin.

Alex.

Alex. de Nevo, Caniſ. Cujac. Vivian. *in ration. lib.4. juris Pontiſ. pag.40.* Alagona *in compend. juris Canon. pag.573.* remiſſivè Ximen. *in concord. p.1. & 2.* refertur ab Ant. Auguſt. *collect.1. Decret. lib.4. tit.4. c.3.* & eſt poſt Concil. Lateran. *p.7. c.8.*

2 Collige ex text. conjuges non poſſe ſecundum Matrimonium contrahere exiſtente primo, etiam carnali copula minimè conſummato, ut per Covar. *de ſponſal. p.2. c.7. §.3. n.5.* Menoch. *de praeſumpt. lib.3. praeſ.1. n.17.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.31. n.72. in fin.*

3 *Ego accipio te in meam,* &c.] Hæc verba non eſſe de eſſentia Sacramenti reſolvunt Perez *in l.1. verſ. praeterea neceſſarium eſt, tit.2. lib.5. ordinam. pag.39.* Petr. de Ledeſma *de Matrim. q.43. art.1. dub.4. concl. fin. & q.45. art.5. puncto 3. ante primum dubium, concl.2. & in ſum. p.3. de Sacram. Matrim. cap.1. concl.15. in fin.* Henriq. *in ſum. lib.11. c.2. n.7.* Ceval. *commun. contra communes, q.604. n.53.* Cened. *pract. & canon. quaeſt. lib.1. q.30. n.38.* Gutier. *de Matrim. c.69. n.3.* Et ad text. *in praeſenti, & ad cap. ſi inter, ſupr. de ſponſalib.* benè reſpondet Franciſc. Molin. *de ritu nupt. lib.1. comp.3. à num.4.* illa jura non aſſerere, certa, & diffinita ab Eccleſia verba fuiſſe præſcripta, quibus contrahentes ſe invicem in matrimonium copularent, ſed conſenſum debere volunt tantùm eos oſtendere, vel verbis illis, *Ego te in meam accipio,* &c. addit text. *in d.c. ſi inter,* vel alia verba cōſenſum exprimentia de præſenti, & id ipſum dicit text. *in praeſenti,* cùm antea dixiſſet conſuetis verbis cōſenſum contrahentes producere poſſe, & novè Concil. Trid. *ſeſſ.24. de reform. Matrim. c.1.* ibi, vel aliis verbis juxta receptum uniuſcujuſque provinciæ ritum, &c.

4 *Verbis conſuetis.*] Notatur ad hoc, quod verba in Matrimonio ſunt ſaltē de neceſſitate præcepti, vide Petr. de Ledeſm. *d.q.45. art.2. concl.1.* Fr. Emman. *in ſum. to.1. c.216. n.5.* Henriq. *d.c.2. n.6.* Sanch. *de Matrim. lib.1. diſp.31. n.9.* ubi *n.10.* tenet nullum de hoc eſſe Eccleſiæ præceptum, ſed tantùm eſſe venialem culpam non exprimere verbis, ſed ſolùm ſignis conſenſum.

5 *Quamvis aliter,* &c.] Notatur ad hoc, quod poteſt Papa ſtatuere ut Matrimonium ratum dirimatur per ſubſequentē copulam cōſummatum, ut per Hoſt. *in c. fin. verb. volumus, infra hoc tit.* ubi Card. *in fin.* Abb. *n.5.* & Henric. *n.4. cum ſeqq.* Metina *lib.5. de ſacrorum hominum continentia, c.87.* Sed verius eſt non poſſe, ſic Cov. *d.c.7. §.4. n.15.* Gutier. *canonic. lib.1. c.17. n.22.* Matienſ. *in rubr. tit.1. gloſſ.1. n.76. lib.5. novae recop.* Sanch. *d. lib.2. diſp.14. n.4.* ubi cum Covar. *d.n.15.* reſpondet ad hunc text. ea ſcilicet judicia Summorum Pontificum non pertinere ad Canonum univerſalium inſtitutionem, ſed ad quarundam litium deciſionem, & eodem quaſi modo reſpōdet Azor. *inſtit. moral. p.2. lib.5. c.4. q.3. verſ. tertiò objicitur,* ubi refert text. *in praeſenti* non dicere ſuos quoſdam Prædeceſſores definiſſe, ſed judicaſſe, & judicare idem eſt quod ſentire, & non diffinire.

SUMMARIUM.

1 *Appellatio in cauſa Matrimoniali interdici debet, ne aliud Matrimonium contrahat lite pendente, & ſi contraxerit, debet ſeparari.*

2 *Matrimonium initum contra interdictum Eccleſiae an ſit nullum?*

CAP. Tua fraternitas IV.

1 APpellans ad Sedem Apoſtolicam in cauſa Matrimoniali de præſenti ante ſententiam, & cognitionem illius, eſt publicè interdicendus, nec ante deciſionem cauſæ aliam ducere poteſt, & ſi ducere præſumpſerit, tale Matrimonium eſt irritandum. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Hoſt. Butr. Anchar. Panorm. Præpoſ. Marian. Socin. Alex. de Nevo, Caniſ. Cujac. Viv. *in ration. lib.4. juris Pontiſ. pag.140.* Alagona *in compend. juris Canon. pag.573.* remiſſivè Ximen. *in concord. p.1. & 2.* refertur ab Anton. Auguſt. *collect.1. Decret. lib.4. tit.4. c.5.* & eſt poſt Concil. Lateran. *p.50. c.41.*

Et ſi contra interdictum Eccleſiae, &c.] Notatur ad hoc, quod Matrimonium initum contra interdictum Eccleſiæ eſt nullum, ut per citatos à Sanch. *de Matrimon. lib.3. diſp.2. à princ.* Sed pro veritate vide quæ ſuprà dixi *ad c. penult. de deſponſatione impuberum.* 2

SUMMARIUM.

1 *Contrahens de praeſenti cum duabus, primam deſponſatam debet habere in uxorem.*

2 *Matrimonium à filiis contractum abſque conſenſu parentum validum eſt.*

3 *Conſuetudo etiam improba inducit probabile dubium & excuſat à pœna.*

4 *Sponſus, & ſponſa per concubitum ſe ſibi invicem tradunt.*

CAP. Tuas dudum V. & fin.

COntrahens de præſenti cum una, & ante copulam contrahens cum alia, primam deſponſatam debet habere in uxorem, quia ſolus conſenſus ſine copula ſufficit, nec valet conſuetudo in contrarium. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Hoſt. Anchar. Butr. Panorm. Præpoſ. Mar. Socin. Alexand. de Nevo, Caniſ. Cujac. Viv. *in ration. lib.4. juris Pontiſ. pag.41.* Alagona *in comped. juris Canonici, pag.574.* remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.1. & 2.* refertur ab Ant. Auguſt. *collect.1. Decretal. lib.4. tit.3. cap. unic.* 1

Ad materiam hujus text. faciunt quæ dixi *ad cap. licèt 3. ſuprà hoc tit.* & pro concordia hujus text. & regulæ *l. quoties, C. de rei vendicat.* dixi *ad cap. ſi inter, de ſponſalibus,* & quod validum ſit Matrimonium à filiis contractum abſque parentum conſenſu, nec ab ipſis parentibus irritari poſſit, dixi *ad c.1. ſup. de deſponſat. impuber.* 2

Collige ex text. nullam conſuetudinem, etiamſi ſcandalum oriatur, vires habere ad diſſolvendum Matrimonium ſemel legitimè initum, cùm ſit vinculum juris naturalis, & divini, ut per Sylveſt. *verbo Matrimonium 2. q.3.* Brunel. *de ſponſ. concluſ.20. n.8.* Sanch. *de Matrim. lib.7. diſp.4. n.2.* 3

Ne verò turpis ſit, &c.] Notatur ad hoc, quod conſuetudo etiam improba inducit probabile dubium, & excuſat à pœna, ut per Roch. *in c. fin. ſup. de conſuetudine, ſect.1. num.2. & 3.* Baptiſta *in repet. l. ſi quando, à num.15. C. unde vi,* Covarr. *de ſponſ. p.2. cap.7. §.3. num.5.* Tiraq. *de pœnis temperand. cauſa 42. à princ.* 4

In gloſſ. *Cognoviſſet 1.* ibi, *poſſeſſio,* &c.] Notatur ad hoc, quod per concubitum ſponſus, & ſponſa ſe ſibi invicem tradunt, ut per Tiraq. *de retract. convent. ad fin. tit. n.77.* 5

De Conditionibus appoſitis in Deſponſatione, & aliis Contractibus.

Tit. V.

SUMMARIUM.

1 *Doctores referuntur ſuper hanc rubr. ſcribentes.*
2 *Conditio definitur vt ſit euentus futurus, in quem diſpoſitio ſuſpenditur, vel melius vt ſit qualitas diſpoſitioni adiecta, aut inhærens, quæ in dubium euentum futurum ſuſpendit, ſeu diſſoluit.*
3 *Conditiones in quinque ſpecies diuiduntur, aliæ enim ſunt poſsibiles, & honeſtæ, aliæ impoſſibiles, aliæ difficiles, aliæ contra ſubſtantiam, aliæ turpes, & ſingulæ declarantur.*
4 *Impoſſibilium conditionum tres ſunt ſpecies, aliæ impoſſibiles, aliæ difficiles, aliæ turpes, & declarantur ſingulæ ſpecies.*
5 *Impoſſibiles conditiones, quas poſſibiles partes credebant, quam vim habeant, oſtenditur.*
6 *Conditiones natura impoſſibiles, & difficiles, quam vim habeant, oſtenditur.*

1 SVPER hanc rubr. ſcripſerunt Zabarel. Joan. Andr. Butr. Anchar. Panorm. Præpoſ. Marian. Socin. Alex. de Neuo, Cened. *collect.* 85. Durand. *in breuiario aureo juris Canon. & in ſpeculo juris Pontif. ſub hoc tit. lib.* 4. Stephan. Ranchin. *in continuatione tit. Decretal.* Joan. de Londris *in breuiario ſanctorum Canon.* Petr. de Rauenna *in compendio juris Canon.* Martin. Meſnart. *in epitome Decret.* Dan. Venat. *in analyſi methodica juris Pontif.* Goffred. & Hoſtienſ. *in ſumma huius tit.* Alex. Caſan. & Anaſtaſ. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decret.* Lancel. Carthag. *in expoſit. tit. iuris Canon.* Zypæ. *in analytica poſtremi iuris Eccleſiaſt. enarrat. pag.* 352. nouiſſimè Joan. Honor. *lib. 4. ſum. in Decretal.* omnes *ſub hoc tit.*

2 *Conditionibus.*] Conditio definitur vt ſit euentus futurus, in quem diſpoſitio ſuſpenditur, ſecundùm Bart. communiter receptum *in l. 1. n. 1. ff. de condit. & demonſtr.* ſequitur Socin. *in rubr. ff. eod. tit.* Doct. *in l. cùm ad præſens, ff. ſi certum petatur.* Aliter verò definit Alciat. *in l. debitori, n. 2. ff. de pactis*, ſecundùm verbi etymologiam, vt ſit qualitas, qua res condi, id eſt, fieri actum eſt; atque ideo pactum, modum, tenorem, & conditiones de præſenti, ſeu præterito eſſe veras conditiones, contendit ipſe *in d. l. cùm ad præſens.* Sed nec Alciat. audiendus eſt, quia grammaticè agit: in jure enim conditio non eſt quævis qualitas, ſed illa quæ in euentum futurum rem confert: nec etiam exacta eſt Bart. definitio, primò quia comprehendit diem certum, in quem ſaltem quoad effectum ſuſpenditur diſpoſitio, *l. cedere diem, ff. de verb. ſignif.* Inſuper conditiones neceſſarias, quas Iuriſconſulti negant eſſe proprias conditiones *in l. illa, §. vlt. ff. de verb. oblig. l. ſi pupillus, §. qui ſub conditione, ff. de nouat.* fatetur idem Bart. *vbi ſupr.* Rip. *in l. hæc verba, n. 1. ff. de legat. 1.* Coſt. *in cap. ſi pater, p. 3. verb. verbis, num. 2.* Et poſtremò Bart. definitio non comprehendit conditiones reſolutiuas, quæ propriè conditiones ſunt, juxta text. *in l. 2. ff. de in diem addict.* licèt Bald. *in rubr. C. de inſtitut.* exiſtimet illam tantùm eſſe propriè conditionem, quæ à principio impedit originem actus. Quambrem ex ſententia Card. *in cap. verum, n. 7. infr. hoc tit.* quem ſequitur Abb. *in rubr. huius tit.* Socin *vbi ſupr. ad fin.* definienda eſt conditio, vt ſit qualitas diſpoſitioni adiecta, vel inhærens, quæ in dubium euentum futurum ſuſpendit, aut diſſoluit: continet enim omnia neceſſaria requiſita, ſcilicet conditiones reſolutiuas, & ſuſpenſiuas, expreſſas, & tacitas, & quæ inſunt à jure: inſuper & declarat conditionis ſubſtantiam in eo eſſe, vt contineat euentum dubium, & futurum, verùm vel præteritum, aut præſens excludat, juxta *l. itaque 39. ff. ſi certum pet.* recipit autem vtplurimum tripartitam diuiſionem, ex *l. in facto 59. ff. de condit. & demonſtrat.*

Omnes autem conditiones in quinque ſpecies diui- 3
duntur, aliæ enim ſunt poſſibiles, & honeſtæ, aliæ impoſſibiles, aliæ difficiles, quæ fermè impoſſibilibus comparantur, aliæ contra ſubſtantiam, aliæ turpes. Poſſibiles, & honeſtæ ſunt illæ, quæ vel per caſum, vel per poteſtatem impleri debent, vel per vtrumque poſſunt, & ſolent exiſtere, vt ſi nauis ex Aſia venerit, ſi nupſeris Titio, ſi centum dederis, ſi pater voluerit, & de his agit totus ferè *tit. ff. de condit. appoſ. & cap. ſuper eo, cap. per tuas, hoc tit.* Impoſſibiles verò ſunt illæ, quæ per rerum naturam non poſſunt exiſtere, quamvis per diuinam potentiam poſſint, vt ſi cœlum tetigeris, ſi montem tranſtuleris. Conditiones verò contra ſubſtantiam ſunt illæ, quæ ſubſtantiam ipſius actus, aut expreſsè offendunt, aut opponuntur alicui rei, quæ in ipſa ſubſtantia eſſentialiter includitur, vt contraho tecum ſi obligatus non maneo, inſtituo te hæredem, vt ſuccedere non poſſis, quarum exempla habentur *in l. ſi is qui hæres, ff. de hæred. inſtit. in l. ſub hac, ff. de actionib.* Conditiones difficiles ſunt illæ, quæ cùm per rerum naturam poſſint exiſtere, ſunt tamen partim impoſſibiles, vt ſi montem aureum dederis, vel ſi pauper homo ad ingentem pecuniæ quantitatem obligetur. Conditiones verò turpes ſunt, quæ cùm per rerum naturam de facto poſſint exiſtere, & non opponantur ſubſtantiæ actus, per leges tamen diuinas, aut humanas ſine culpa impleri non poſſunt, vt ſi hominem occideris, ſi furtum feceris, quæ aliquando ſolent impoſſibiles de jure appellari, vt *in cap. vlt. infr. hoc tit.* Conditiones poſſibiles, & honeſtæ non improbantur, ſed ſuſpendunt quouſque adimpleantur, vel aliter remittantur, juxta text. *in d. c. ſuper eo, cum ſeq.* quod in aliis etiam diſpoſitionibus procedit. Conditiones impoſſibiles, vel turpes licèt alios contractus vitient, ex *l. non ſolùm, ff. de actionib.* ab vltimis tamen voluntatibus, & à Matrimonio rejiciuntur, *l. 3. l. non dubitamus, ff. de condit. & demonſtr. cap. ſolet, cum ſeq. 32. q. 2. d. cap. vlt.* Conditiones contra ſubſtantiam omnes actus vitiant, *l. per ſeruum 14. §. 1. ff. de vſu, & habit. l. pacta conuenta 73. ff. de contrahenda, l. 1. ff. de adim. leg. l. ſtipulatio 17. ff. de verb. oblig. d. cap. vlt. in princ.*

Quamvis Bart. & communiter Doct. *in l. 1. ff. de* 4
condit. inſtit. ſoleant impoſſibilium conditionum quatuor ſpecies conſtituere, ſcilicet natura, jure, perplexitate, & facto; verius tamen aliter diſtinguendum eſt, ut ſcilicet dicamus alias eſſe impoſſibiles, alias difficiles, alias turpes. Impoſſibiles ſunt in duplici differentia, aliæ enim ſunt natura, & per ſe, ſeu abſolutè tales, de quibus *in §. ſi impoſſibilis, Inſtit. de inutil. ſtipul.* quas Doctores noſtri generaliter impoſſibiles appellant. Aliæ verò ſunt impoſſibiles per ſuppoſitionem, quas Doctores vocant in ſpe, cùm ſcilicet aliquo ſuppoſito ſequitur aliquid impoſſibile, vt ſi nauis ex Aſia venerit hoc anno, quæ vel ab Indis profecta non eſt, vel medio fracta itinere: ſi Titius viuit, qui mortuus jam erat, de quibus *in l. multa 6. §. ſi ſeruos, in fin. de condit. & demonſtr. l. ſi Mæuia 45. ff. de hæred. inſtit.*

inſtit. Conditiones verò difficiles ſunt illæ, quæ cùm impleri poſſunt per rerum naturam, nec aliquo ſuppoſito ſunt impoſſibiles, non poſſunt ab eo præſtari, cui injunguntur per ſe, vel per alios, ita vt penè impoſſibiles videantur illis, quas Doctores impoſſibiles de facto dicunt, & de his agit text. *in l.cùm hæres* 4. *§.1.ff. de ſtatuliber. l. Arethuſa* 15. *ad fin. ff. de ſtatu homin.* Turpes tandem conditiones illæ ſunt, quæ cùm facto præſtari poſſint, & ſubſtantiæ non repugnent, diuinis tamen, aut humanis legibus, aut bonis moribus improbantur, vt ſi furtum feceris, ſi occideris, &c. de quibus *in l.conditiones* 9. *&* 12. *& in l.filius* 15. *ff. de condit.inſtit. & in l.non dubitamus* 9. *ff. de condit. & demonſtr.* Inter has autem conditiones illud obſeruandum eſt diſcrimen, quod impoſſibilis conditio, quæ vel à natura, vel abſolutè talis eſt, tam ab vltimis voluntatibus, quàm à Matrimonio rejicitur ſine controuerſia ex conjecturata voluntate diſponentium, *l.3.ff.de condit.& demonſtr.§.impoſſibilis, Inſtit.de hæred.inſtit.d.cap. vlt.* quæ autem per ſuppoſitionem fuerit impoſſibilis, pariter vitiabit ſi diſponens impoſſibilitatis conſcius eam adiecerit, vt *in d.l.multa, & in d.l.ſi Meuia*, apertè probatur, quod ſi poſſibilem credebat ob manifeſtum defectum voluntatis, diſpoſitio non vitiabitur, vt probat *l.ſeruo manumiſſo, ff. de condict.indeb.* juxta communem interpretationem Doctorum *ibid.* quod ipſum docet Bart. *in d.l.1.n.5.ff.de cond. inſtit.* Imol. *ibid. n.*11. quam tamen communem ſententiam poſt alios impugnat Coſt *lib.2.ſelect.c.1.* cujus noua interpretatio manifeſtam vim infert verbis illius text. atque ideo cùm ratio oſtendat immeritò reiici conditionem quam diſponens probabiliter credebat poſſibilem, cùm eo animo appoſita videatur vt impleri debeat, nec aliter videatur judicandum de voluntate partium in conditione verè poſſibili, ac de impoſſibili, quam poſſibilem credebant, text. verò *in d. l.ab omnibus* 107. *§. in teſtamento, ff. de legat.*1. qui in contrarium adduci ſolet, cùm agat de patrimonio, & facto teſtatoris, rectè cum Bart. & communi *vbi ſuprà*, intelligi poteſt vbi ignorantia nulla fuerit, vel aliter cum Iaſ. *in d.l.ſeruo*, & Aretin. *in l.impoſſibilis.ff.de verb.oblig.*

5 Ego verò circa has impoſſibiles conditiones, quas poſſibiles partes credebant, diſtinguendum puto, vt ſi talis ſit conditio, quam teſtator, vel qui Matrimonium contraxit, intelligeret non poſſe adimpleri, aliter diſpoſuiſſet, tunc vltima voluntas, & Matrimonium non valeant propter manifeſtum voluntatis defectum, vt ſi quis nauem ſuam mercibus onuſtam expectans mille alicui reliquiſſet ſub conditione, ſi nauis ſua ex Aſia veniret, vel Titium hæredem inſtitueret, ſi nuberet ſorori, aut conſobrinæ, quam maximè diligebat, vel Matrimonium contraxiſſet cum aliqua ſub conditione, ſi pater aut patruus, à quo honorem expectabat & dotem, viueret, vel ſi bona, quæ mulier alibi poſſidebat, extarent: in his caſibus ſi tempore perſonæ non viuebant, vel res non extabant, itavt impoſſibilis reddita fuiſſet conditio, idque diſponens ignorabat, proculdubio vitiatur diſpoſitio, quia conjectura voluntatis apertè ceſſat, & ſic Bart. ſententia & communis procedit, & interpretandus eſt text. *in d. l. ſeruo*, quoniam conditio libertatis ex eo teſtamento conſequendæ vtilitatem maximam teſtatoris continebat, ſin autem inanis eſſet conditionis euentus, nihilque vtilitatis, aut voluntatis diſponenti afferre poſſet, ignorantia impoſſibilitatis non vitiabit actum Matrimonii, aut vltimæ voluntatis, quia tunc nihilominus is, qui talem conditionem adiecit, etiamſi ſciret impleri non poſſe, ſic diſpoſuiſſet, quia non creditur inani conditionis euentu commotus id feciſſe, & ſic procedit contraria ſententia, quæ res boni judicis arbitrio relinquitur, qui conſiderata perſonarum qualitate, materia ſubjecta & aliis circumſtantiis rectè perpenſis vel ignorantiam impoſſibilitatis vitiare actum, vel eſſe negligendam pronuntiabit.

Circa conditiones verò natura impoſſibiles inter ignorantes, & ſcientes non eſt diſtinguendum: tum 6
quia in ipſis juſta ignorantia non datur: tum etiam, quia iſtarum euentus inanis eſt. Porrò difficilis conditio, neque ab vltimis voluntatibus, nec à Matrimonio reiicitur, quia & ceſſat voluntatis conjectura, & illa dubia ac difficilis juris interpretatio in vltimis voluntatibus & Matrimonio facta, cùm de impoſſibilibus conditionibus tantùm agat, non eſt ad difficiles trahenda, in quibus & ratio, & verba deficiunt, quod bene docet recepta *in d. §. impoſſibilis*, communis *in d. l.1.ff.de condit.inſtit.* Coſta *ſelect.lib.1. cap.8. n.14.* Menoch. *de arbitr.lib.2.caſu* 89. *n.*8. Molin. *de primog. lib.2. c.13. n.*8. Vnde in his difficilibus conſtituendum eſt, quod ſi ita ſint difficiles, vt conſiderata qualitate perſonæ, cui iniunguntur, æquè pateat manifeſtè non poſſe per eum aliquo modo præſtari etiam ex amicorum auxilio, diſpoſitio ab initio non valeat, iuxta text. ſic intelligendum *in l.cùm hæres, §.1. ff. de ſtatulib.* Sin autem difficultas talis eſt, quam perſona, cui injungitur per amicos, per fidem, atque æſtimationem ſuam poſſit adimplere, tunc non valebit à principio diſpoſitio, & expectabitur futurus euentus, vt ſi adimpleatur actus, valeat, ſi verò deficiat conditio, non valeat, juxta text. *in l.Arethuſa ff. de ſtatu hom. & in l. Stichum* 39. *§. ſi Stichus, ff. de ſtatulib.* Conditio verò impoſſibilis de jure, quæ propriè turpis appellari debet, indiſtinctè reiicitur in vltimis voluntatibus in pœnam adjicientis, in Matrimonio verò, ex præſumpta voluntate, quæ omnia ſi non ex verbis, ex mente Doctorum colligi poſſunt, & Iuriſconſultorum auctoritate manifeſta ſunt.

SVMMARIVM.

1 *Conditionis turpis defectus in contractu Matrimonij appoſita non vitiat Matrimonium, ſed vitiatur.*
2 *Declaratur text. in præſenti.*

CAP. Quicumque I.

Ex Concil. Afric.

CONditionis nomine non debet frangi Matrimonium, ſed reiecta conditione deſponſatio irrefragabiliter teneatur. Colligunt ex Ordin. Abb.antiq. Innoc. Collect. Z.barel. Ioan.Andr. Hoſt Butr. Anchar. Panorm. Præpoſ. Marian. Socin. Alex. de Neuo, Cardiſ. Cujac. Viuian. *in rationali lib. 4. juris Pontif. pag. 62.* Alagona *in compend. juris Canon. pag.* 574. remiſſiuè Ximen. *in concord.p.1.* refertur ab Ant.Auguſt. *collect.1. Decret.lib.4.tit.5.c.1.* & eſt poſt Concil. Lateran. ſub Alex. III. *p.6.c.5.* 1

Hunc text. intelligit ſi à principio reſolutiuè, vel 2
poſt contractum ſuſpenſivæ conditiones ponantur. Nauar. *in man. c.22. n.62. verſ. tertium.* Deinde intelligendus eſt quando coïtus interceſſit ante conditionis defectum, ex quo à conditione receſſum eſt per ipſam copulam, & Matrimonium valet, exploſa conditione, quia verba huius text. ibi, *eam relinquere voluerit*, præmittunt cohabitationem, & carnalem copulam: ita Couar. *de ſponſal.p.2.c.3.§.1.n.13.*

SVMMA

SVMMARIVM.

1 *Seruus manumiſſus ea conditione vt fiat Monachus, & Monaſterio ſeruiat, aliàs in ſeruitutem redeat, manumittentis voluntatem cogitur obſeruare, ſi hoc acceptato Monachus factus ſit.*

2 *Declaratur text. in praſenti*, & n. 3.

Cap. Cùm ſit II. *Gregor.*

1 MAnumittens ſeruum ea conditione vt fiat Monachus in tali Monaſterio, aliàs redeat in ſeruitutem, debet ſeruari conditio, & voluntas manumittentis. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Hoſt. Butr. Anchar. Panorm. Præpoſ. Mar. Socin. Alex. de Nevo, Viv. *in ration. lib. 4. juris Pontif. pag.* 43. Alagona *in compend. jur. Canon. pag.* 574. remiſſiuè Ximen. *in concord. p.* 1. deſumitur ex D. Greg. *lib. 7. epiſt. 36. indict. 2. regiſtri*, & refertur ab Ant. Aug. *collect. 1. Decret. lib. 4. tit. 5. c. 2.*

2 Difficilis eſt hic text. dum dicit duo mancipia fuiſſe manumiſſa ſub conditione vt Monachi fierent, cui quidem conditioni cùm alterum parere noluiſſet, reſpondet Pontifex cogendum eſſe, vt ſic manumittentis voluntas impleatur; & ex eo conſurgit difficultas, quia illa conditio circa ſpiritualia verſabatur, nempe circa Religionis ingreſſum, vnde videbatur non eſſe admittēdam. Rejecto intellectu gloſſæ, Antonini, Abb. & aliorum, probabilior eſt ille, quod ſcilicet in ſpecie hujus text. conditio, ſeu modus de ingrediendo Religionem adiectus libertati, ideo non improbetur, quia pro ſubſtantia non requirebat partis acceptationem: quod autem is modus non requirat partis acceptationem ex eo patet, nam adiectus fuit manumiſſioni proprii ſerui, ac proinde ſicut libertas data proprio ſeruo ſtatim ſuum habet effectum antequam à parte acceptetur, *l. 2. C. de manumiſſ. vindicta*, ita idem de modo adjecto omninò dicendum erit, *reg. acceſſorium, de reg. juris in 6.* Cùm igitur modus ille de ingrediendo Religionem abſque partis acceptatione ſuam habeat vim, rectè, vt quantumcunque circa ſpiritualia verſetur, improbari non debeat, quia quando modus, ſeu conditio pro ſui ſubſtantia partis acceptationem non deſiderat, quantumcunque ad inſtar conuentionis circa ſpiritualia adjiciatur, regulariter admittitur, quia hi modi, ſeu conditiones nullo jure in ſpiritualibus improbantur; jura enim de hoc agentia ſolùm prohibent pactiones, ſeu conuentiones text. *in cap. vlt. ſup. de pactis*, & de ratione conuentionis eſt, vt actus abſque partis acceptatione non ſubſiſtat, *l. quamcunque gerimus* 10. *ff. de action. & oblig.* juncta *l. 1. §. conuentiones, ff. de pactis*, vide Soar. *de Relig. tom. 1. tract. 3. lib. 4. de ſimonia, c. 16. n. 13.*

3 Vel forſan melius verus hujus text. ſenſus duobus propoſitis principiis conſtabit. Prius ſit, nullam ſimoniam, vel ejus ſpeciem dari poſſe, niſi vbi onerofus contractus celebratur, vel non gratuita ſpiritualium datio, aut receptio fit, ſaltem ſecundùm figuram conuentionis: gratioſa autem, & liberalis donatio nullo jure poteſt improbari: patet hoc ex diffinitione ſimoniæ à noſtris & Theologis tradita, dum aiunt eſſe ſtudioſam voluntatem emendi, &c. & nomine emptionis omnem contractum onerofum intelligunt, vt colligitur ex omnibus auctoritatibus à Gratiano congeſtis 1. *q. 1 per totam*, & apertiùs ex *c. ſuper eo, ad fin. de tranſact.* quo loco gratis, & amicabiliter componere in ſpiritualibus culpa non eſt. Poſterius eſt, donationem libertatis, vel alterius rei ſub modo, ſeu conditione factā, vel ob cauſam, in duplici eſſe differentia, aliquando enim modus, cauſa, & conditio in fauorem donatoris, aut tertii adjiciuntur, aliquando ipſius donatarii recipientis vtilitatem continent, prout contingit cùm alicui pecunia datur, vt domum ſibi ædificet, & prædium ſuum melius faciat. Priori caſu conditio, aut modus, vel cauſa efficiunt, vt donatio illa jam non ſit propria & liberalis, ſed magis oneroſi contractus naturam accipit, vt docet Paul. *in l. 1. n. 2. ff. de donation.* Roger. *in l. Modeſtinus, n. 32. ff. eod.* Tiraq. qui alios refert, *in l. ſi vnquam, verbo donatione, n.* 145. Poſteriori caſu conditio, modus, & cauſa non efficiunt quominus omninò gratuita, & liberalis donatio fiat, vt colligitur ex *d. l. 1.* & præcitati DD. verum affirmant. His ſuppoſitis dicendum eſt text. *in præſenti, & in cap. eo libentius, de ſeruis non ordin.* donationem libertatis ſub modo ſpirituali vitio carere, quia ex omni parte erat liberalis, nam & libertas data, & Religionis, ordiniſve conditio ſolius recipientis fauorem continebat principaliter, atque ideo meritò Romani Pontifices rem quaſi perſpicuam ſtatuerunt, quinimò dicendum, non ſolùm libertatem, ſed pecuniam ſub eo modo rectè dari, idque quotidie fit dum virginibus legata, aut donationes fiunt ſub conditione Religionis, & aliquibus bona relinquuntur ſi Clerici fiant: quod in terminis probat Bald. *in auth. cui relictum, C. de indicta viduit. tol.* & ibi Paul. & Jaſ. *n. 4.* Coſta *in l. cùm tale, §. ſi arbitratu, limit. 3. ff. de condit. & demonſtr.* quo pacto etiam intelliges hæretico, & infideli rectè dari, vt conuertatur. Nec his obſtat argumentum ex *cap. quàm pio 1. q. 2.* reſpondetur enim *in eo text.* conditionem, vel pactum non gratuitum fuiſſe, quia is, qui temporalia dabat, ſponſalia recipiebat, ſic etiam factum eſt *in c. tua nos, de ſimonia.*

SUMMARIUM.

1 *Iurans aliquam in vxorem accipere, ſi centum ſibi donauerit, illis non datis, recipere non tenetur, niſi poſteà purè conſenſerit, vel eam cognouerit.*

2 *Conditio poſſibilis, & honeſta de futuro ſuſpendit contractum Matrimonij, vt nullo modo valeat dum conditio non adimpletur.*

3 *Intellige ſi conditio adjiciatur in ipſo actu contrahendi Matrimonium, ſecus ſi ex interuallo.*

4 *Sponſa ſi promittat ſponſo aliquid in dotem, non tenetur ſponſus cum ea contrahere, niſi id ſibi daretur, quid verò ſi vir promittat vxori, vide ibi.*

5 *Sponſalia de futuro contracta cum conditione per copulam carnalem, tranſeunt in Matrimonium recedente conditione; quid verò attento jure Concilij Trident.*

Cap. De illis III.

Alex. III.

IUrans dicendo, Ego te in vxorem accipiam ſi centum dederis, ſi non dederit centum, non tenetur eam accipere, niſi conſenſus de præſenti, ſeu carnalis commixtio interceſſiſſet. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Hoſt. Anchar. Butr. Panorm. Præpoſ. Marian. Socin. Alex. de Nevo, Caniſ. Cujac. Viv. *in ration. lib. 4. juris Pontif. pag.* 43. Alagona *in compend. juris Canon. pag.* 574. remiſſiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Ant. Auguſt. *collect. 1. Decret. lib. 4. tit. 5. c. 4.* & eſt poſt Concil. Lateran. *p. 6. c. 12.* 1

Reus

2 *Reus periurij non habebitur.*] Notatur ad hoc, quod conditio poſſibilis, & honeſta de futuro ſuſpendit contractum Matrimonii, vt nullo modo valeat dum conditio non impletur, vide *l.3. tit. 4. partita* 4. vbi Gregor. *verbo caſar*, Couar. *de ſponſal. p.2. c.3. in initio, n.2.* Nauar. *in man. c.22. n.61.* Syluest. *verbo Matrimonium, à n.1.* Candelab. aureum *tit. de Matrim. p.1. n.53.* Spino *in ſpec. teſtam. gloſſ. 15. princ. n.63.* Franc. Molin. *de ritu nupt. lib. 1. comparat. 16. n.5.* Sanch. *de Matrim. lib. 5. diſp. 6. in princ.* Intellige ſi conditio adjiciatur in ipſo actu contrahendi Matrimonium, ſecus ſi ex intervallo, vt per Couar. *d. cap. 3. §. 1. n.8.* Sanch. *d. diſp. 6. n.3.* Gutier. *de Matrim. c.81. n.3.*

4 *Si tantum mihi donaueris.*] Notatur ad hoc, quod ſi ſponſa promittat aliquid in dotem ſponſo, non tenetur ſponſus cum ea contrahere, niſi id ſibi datetur, vt per Couar. *de ſponſal. p.1. c.4. n.4 & p.2. c.3. § 3. n.2.* Et ideo text. hic dum decidit juratam promiſſionem mulieri factam de accipiendo eam in vxorem ſub conditione ſi centum daret, valere, ex eo procedit, quia in hac promiſſione ceſſat turpitudinis præſumptio, tum quia vir promittit fœminæ Matrimonium, ſi centum ſibi dederit, intelligitur cauſa dotis, & in dubio non præſumitur libidinis cauſa, ſed honeſta, ac proinde cauſam juſtam ſubeſſe promittendi. Si verò vir promittat vxori, tunc præſumitur libidinis cauſa, niſi vir ſit ignobilior, aut ſenior, & ita vxori promittat in juuentutis, aut nobilitatis compenſationem, & hoc caſu procedit text. *in l. ſi ita ſtipulatus fuero 97. §. ſi tibi nupſero, ff. de verb. oblig.* neceſſariò intelligendus quoties promiſſio quantitatis lucri gratia principaliter fit: ita Couar. *d. c.3. §.3. n.1. & 2.* Palat. *in repetit. c. per veſtras, de donationibus inter virum & vxorem, notabili tertio, §.21. n.1. & 2.* Franc. Molin. *d. compar. 16. n.101. & 102.* Sanch. *de Matrim. lib. 1. diſp. 33. n.4.* vbi dicit non obſtare huic diſpoſitioni prædicta text. verba, cùm dotis gratia largitum non cenſeatur donatum, ſed ad onera Matrimonii ſuſtinenda detur, ex *l. pro oneribus, C. de jure dotium*; quia reſpondet, verbum *donaueris*, non vſurpari hic in rigoroſa ſignificatione, ſed pro eo quod eſt date ex aliqua cauſa, vt conſtat, quia ea donatio deducta eſt in pactum, & conditionem Matrimonii contrahendi, ergo non fuit gratuita.

5 *Aut carnalis ſit inter eos, &c.*] Notatur ad hoc, quod ſponſalia de futuro contracta cum conditione per copulam carnalem tranſeunt in Matrimonium, accedente conditione, vt per Palat. *in repet. rubr. § 4. n.1.* Sanch. *de Matrim. lib. 1. diſp. 26. num. 8.* Menoch. *de præſumpt. lib. 3. q.1. n.80. & 81.* vbi etiam quod hæc præſumptio eſt juris, & de jure, & ſolùm inducitur per copulam carnalem ſubſecutam, non autem per alios actus, putà per amplexus, oſcula, & alia ſimilia. D. Barboſ. *in rubr. ff. ſolut. matrim. p.2. n.108.* vbi etiam dicit quod non erit idem ſi copula præceſſerit Matrimonium. Hodie verò cùm Matrimonia præſumpta ceſſauerint per Concil. Trid. *ſeſſ. 24. de reform. Matrim. c.1.* vt aſſerunt citati DD. per me *in c.30. n.3. ſuprà de ſponſalib.* hujus text. diſpoſitio jam non procedit, vt tenet Perez *l.1. gloſſ. 5. pag. 41. verſ. 2. tit. 1. lib. 5. Ordinam.*

SVMMARIVM.

1 *Donatio modalis facta Eccleſiæ, vel pio loco, non poteſt reuocari, niſi expreſsè fuerit conuentum,* & n.2.

3 *Modus fauore Eccleſiæ præſumitur cauſa impulſiua, vel finalis, prout ipſi Eccleſiæ magis vtile fuerit.*

4 *Dominium rerum donatarum retrò confertur in donantem, ſi in donatione appoſitum ſit pactum quod donatarius teneatur alere donatorem, & ille deficiat in eo.*

5 *Legis duplex prohibitio magis operatur, quàm ſimplex.*

7 *Delictum ſolius Prelati Eccleſiæ non nocet.*

8 *Iuramentum quando factum eſt in fauorem tertij cum aliqua conditione, niſi ea adimpleatur, jurans ad juramentum ſeruandum non obligatur.*

9 *Donans in donatione facta Eccleſiæ poteſt eam legem apponere, vt non liceat Eccleſiæ alienare, & ſi contra factum fuerit, poſſit eadem res ab eo reuocari.*

10 *Alienandi prohibitio hominis vbi concurrit cum prohibitione legis, impedit dominij tranſlationem.*

11 *Donata Eccleſiæ cum conditione ne alienentur, an poſſint in caſu aliàs permiſſo abalienari, oſtenditur.*

Cap. Verùm VI.

DOnans Eccleſiæ aliquid, v.g. prædium cum conditione vt quid faciat, vel donet ſimpliciter, ſi Eccleſia non facit, vel donat, non poteſt donator reuocare donum, niſi adiectum ſit in donatione, quod ſi pactum, vel modus non ſeruetur, poſſit reuocari. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Hoſt. Butr. Anchar. Panorm. Præpoſ. Marian. Socin. Alex. de Neuo, Caniſ. Cujac. Viu. *in ration. lib. 4. juris Pontif. pag. 41.* Alagona *in compend. juris Canon. pag. 574.* remiſſiuè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.1. & 2.* refertur ab Ant. Auguſt. *collect. 1. Decret. lib. 4. tit. 5. c.3.* & eſt poſt Concil. Lateran. *p. 29. c.3.* 1

Probat hic text. donationem modalem factam Eccleſiæ, vel loco pio, non poſſe reuocari, niſi expreſsè fuerit conuentum, vt per Socin. *reg. 82. priuileg. 60.* Ioſeph. Ludou. *Peruſ. deciſ. 93. n.43.* Nam fauore Eccleſiæ 2
ſemper modus præſumitur cauſa impulſiua, vt per Rip. *in l. fin. C. de reuoc. donat. q.52. n.173.* Covar. *lib. 1. variar. c.14. n.6.* Surd. *de aliment. tit. 1. q.48. num. 70.* Et etiam fauore piæ cauſæ præſumitur cauſa finalis, ſi ſit fauor, & commodum ipſius piæ cauſæ, vt talis præſumatur. ſi verò è contra id tenderet ad odium, & incommodum ipſius piæ cauſæ, tunc contrà præſumeretur non eſſe finalem, vt per Tiraq. *in tract. Ceſſante cauſa, limit. 1. n.58.* vnde ex contractu innominato facto cum Eccleſia, non poteſt agi contra eam conditionem ob cauſam, ſed ſolùm præſcriptis verbis ad implementum contractus, Duen. *reg. 110. limit. 5.* 3

Notatur text. hic ad hoc, quod ſi in donatione appoſitum ſit pactum, quod donatarius teneatur alere 4
donatorem, & ille deficit in obſeruatione pacti, retro transfertur dominium rerum donatarum in donatorem, & ei datur vtilis rei vendicatio ſpeciali alimentorum fauore, vt per Rip. *in l. fin. q.38. num. 129. C. de reuoc. donat.* Couar. *lib. 1. var. c.14.* Laram *n.4. in l. ſi quis à liberis, §. verùm, n.20. ff. de liber. agnoſc.* Surd. *de aliment. tit. 8. priuil. 61. n.8.*

Notatur etiam ad hoc, quod duplex prohibitio, legis 5
ſcilicet, & hominis, plus operatur quàm ſimplex, vt per Farinac. *in praxi crimin. p.1. q.25. n.37.* Menoch. *conſ. 95. n.124.* Surd. *de conſ. 254. n.35.*

Notatur etiam ad hoc, quod poteſt quis facere donationem bonorum Monaſterio jam dotato atque fundato ſub conditione reſolutiua, quod obſeruarentur conditiones, vel res donatæ reſtituerentur, vt per Præpoſ. *hîc, num. 6. col. 4. in med. verſ. quintus eſt intellectus,* Abb. *in cap. cùm dilecti*, per illum text. *num. 3. verſ. nota tertiò,* & ibid. Imol. *num. 4. verſ. item poteſt notare,*
de

de donat. qui text. loquitur in puncto de conditionibus appoſitis in ſecunda donatione facta Eccleſiæ, quas ſupponit ſuſtineri tanquam poſteriori donationi inſertas, Felin. *in cap. cùm venerabilis, n.39. verſ. nota tertiò, de except.* Lambertin. *de jurepatron. art. 1. lib. 1. quæſt. 9. art. 4. num. 3. verſ. tertio verò caſu,* Rip. *in l. fin. quæſt. 38. n. 132. C. de revocand. don.* & fuit dictum *in Lucana bonorum, 5. Decembris 1603.* coram bonæ mem. Cardin. Pamphilio, & *in Toletana juriſpatronatus, 17. Novembris 1628.* coram R. D. meo Coccino Decano.

6 *Interpoſita conditione.*] Id eſt, interpoſito modo, ex gloſſ. & Doct. *hìc*, nam text. præſupponit donatum Eccleſiæ acquiri, & poſtea onus eſſe implendum, quo caſu cenſetur modus, & non conditio, quamvis conditio appelletur, *l. cùm tale 71. §. 1. ff. de cond. & demonſtr.* Nec novum eſt modum conditionem appellari, ut patet ex *l. liberto 21. §. Lucius, ff. de annuis legatis, & l. Titio centum 70. §. 1.* & *ibi* notat Paul. *n. 2. ff. de condit. & demonſtr. l. liberis 106. eod. tit. l. licet 12. ff. ut legatorum nomine caveatur.*

7 *Quod ea ceſſante, &c.*] Scilicet ſi id expreſſum fuerit, ex mente omnium *hic*, facit *l. liberto 21. §. Lucius, ff. de annuis legatis*; unde habet hic text. expreſſum de eo quod dubitat Socin. *in l. quibus diebus, §. fin. n. 17. ff. de condit. & demonſtrat.* & inferas etiam in Eccleſia modum reſolventem donationem eſſe obſervandum, ut etiam inſinuat *cap. cùm dilecti, de donat.* adeò quod ſi ponatur pactum, ut modo non obſervato, donator propria auctoritate rem recuperet, id pactum obſervandum ſit, argum. *l. 4. de pignoribus*, quod ita contra Innoc. *in cap. verum, de foro compet.* reſolvunt eſſe receptum Tiraquel. *de retractu convent. ad fin. tit. n. 14.* Pinel. *in l. 1. C. de bonis matern. p. 3. n. 54. verſic. infertur 21.* Intellige autem hunc text. quando Prælatus cum capitulo modum non impleverunt, aliàs enim delictum ſolius Prælati Eccleſiæ nocere non debet, juxta *reg. delictum, de reg. jur. in 6.* cùm enim ex donatione facta ſub modo ſtatim jus quæratur, juxta tradita per Bart. *in l. quibus diebus, §. fin. n. 1. ff. de condit. & demonſtrat.* in hoc jure jam quæſito Prælatus Eccleſiæ non potuit præjudicare, ut eleganter conſiderat Panorm. *in cap. brevi, n. 7. ſupr. de jurejur.* & in ſpecie ita explicant Cardin. *hic, n. 6.* & Socin. *in d. l. quibus diebus, §. fin. n. 17.* quibus tamen addere debes id procedere quando Eccleſia conventum habet, aliàs enim ſolus Prælatus poteſt Eccleſiæ præjudicare, juxta traditionem gloſſ. *in cap. potuit, ſuprà de locato,* & ita Felin. *in cap. verùm, n. 9. de foro compet.*

8 *Debeat revocari.*] Notatur ad hoc, quod quando juramentum factum eſt in favorem tertii cum aliqua conditione, niſi illa adimpleatur, jurans ad juramentum ſervandum non obligatur, ut per Sayr. *in clavi Regia, lib. 5. c. 8. n. 5.*

9 In gloſſ. *Debeat revocari.* Notatur ad hoc, quod in donatione facta Eccleſiæ ea lex apponi poteſt à donante, ut non liceat Eccleſiæ alienare, & ſi contrà factum fuerit, poſſit eadem res à donante revocari, & ita etiam ut ne ob redemptionem quidem captivorum, aut aliam neceſſariam cauſam ea res poſſit alienari, ut per Tiraquel. *de retract. convent. ad fin. tit. num. 15.*

10 Notatur ad hoc, quod prohibitio alienandi hominis, ubi concurrit cum prohibitione legis, impedit dominii tranſlationem, nec poteſt fieri alienatio in caſibus aliàs jure communi permiſſis, ut per Surd. *deciſ. 254. num. 35.*

11 In ead. gloſſ. ibi, *Alii dicunt*, &c. Vult gloſſa veriorem eſſe eorum ſententiam, qui conſtituunt rem Eccleſiæ donatam cum conditione ne alienetur, non poſſe etiam in caſu aliàs permiſſo alienari, quantumcunque neceſſitas urgens, ac ſubinde evidens utilitas occurrat, & frequentiùs recipitur ex Alex. *in l. filiusfam. §. divi, n. 1. ff. de legatis 1.* pro qua maximè urget text. *in auth. de alienat. & emphyt. §. ſanctiſſimas*, & *ibi* gloſſ. notabilis *collat. 9.* urget etiam text. per locum à ſpeciali *in l. legatum, ff. de adminiſtr. rerum ad civ.* facit etiam, quia verba teſtatoris in relicto facto Eccleſiæ cum prohibitione de non alienando, aliquid debent operari, juxta *l. ſi quando 109. ff. de legatis 1.*

Verùm contrariam ſententiam, ſcilicet quod ſaltem in ſubſidium, hoc eſt, ſi nõ ſint aliæ res, quas alienando poſſit ſatisfieri neceſſitati Eccleſiæ, tunc poterit res relicta Eccleſiæ cum prohibitione de non alienando, alienari, obſervat poſt alios Ruin. *d. §. divi, col. 4.* dicit receptam Cæpol. *in l. 2. n. 28. & ſeq. C. de uſucap. tranſf.* quam ſequuti ſunt antiquiores, ut refert gloſſ. *in Clem. 1. de rebus Eccleſ.* & recentiores, quos congerit Redoan. *de rebus Eccleſiæ non alien. q. 19. à n. 1. cum ſeqq.* Ex quibus ſaltem illud colligitur, magis ſcilicet adſtringere alienationis prohibitionem inductam ab homine, quàm inductam à lege. 12

Ego tamen in hac controverſia dicendum puto, quod ſive prohibitio alienationis fiat à lege, ſive ab homine, in dubio legitimus adminiſtrator ſubſiſtente evidenti utilitate rem poteſt alienare, obſervat in ſpecie Aretin. *conſil. 25. n. 5.* Claud. *d. §. Divi, col. 3.* Bald. *in auth. res quæ, n. 24. C. communia de leg.* Redoan. *ubi ſup.* etenim cùm alienatio in hac ſpecie prohibita non cenſeatur, ſed potiùs ex mente prohibentis permiſſa, neque defectus intentionis poſſit conſiderari, ratione cujus ſpeciale mandatum requiritur, juxta text. *in l. procurator, ff. de procurat. l. tranſactionis, C. de tranſact.* gloſſ. recepta *verbo mandato, in cap. qui ad agendum, de procurat. lib. 6.* rectè fit, ut ſi aliàs ritè celebretur, hoc eſt, obſervatis ſolemnitatibus iure requiſitis, valida ſit, iuvat reg. *c. pervenit 2. de iureiur. & in c. ſcriptura, de voto.* Inſuper reg. gloſſ. receptæ *in l. tale pactum, §. fin. ff. de pactis*, ſcilicet id quod diſponens veriſimiliter diſponeret, ſi de eo cogitaſſet, debet pro diſpoſito haberi, quam in id expendit Molin. *de primog. lib. 4. cap. 4. n. 6.* Nec obſtat reg. text. *in d. §. ſanctiſſimas*, reſpondetur enim in primis, text. illum agere de alienatione neceſſaria ex cauſa pietatis, redemptionis ſcilicet captivorum, quæ neceſſitas non dicitur provenire ex pacto, ſeu debito prohibentis, qualis requiritur ut alienatio permittatur, iuxta text. *in d. §. divi, & in l. cum fidei, ff. de fideicom. libert.* obſervat poſt alios Alexand. *ubi ſupr.* proſequitur longo diſcurſu Molin. *d. lib. 4. c. 6. n. 1.* Vel aliter dici poſſet prohibitionem alienationis inductam à teſtatore, concurrentem cum prohibitione legis, illud operari ne extantibus aliis bonis, ex quibus Eccleſiæ indigentiæ ſuccurri poſſit, alienatio fiat, iuxta receptam ſententiam, de qua per Ruin. *ubi ſuprà.* Nec etiam oſtabit reg. text. *in l. 1. iuncta l. legata, ff. de admin. rerum ad civ. & Clem. quia contingit, de relig. domib.* fatemur namque bona deſtinata in aliquos uſus, in alios converti non poſſe, niſi ex Summi Pontif. aut ſæcularis Principis licentia, iuxta illa iura: non tamen inde ſequitur, ut alienari non poſſint, ut alia utiliora ſubrogentur in eoſdem uſus; ſiquidem alienatio eo caſu non fit contra voluntatem diſponentis, ſed potiùs ex tacita eiuſdem mente, iuxta prædicta. 13

SUMMA

SUMMARIUM.

1 *Matrimonium contrahens ſub conditione non improbata, non compellitur illud conſummare ante conditionis eventum.*

2 *Conditiones appoſitæ Matrimonio, faciles ſcilicet, & contingentes, illud ſuſpendunt.*

3 *Matrimonium nec diem, nec conditionem recipit.*

4 *Matrimonium ſub conditione contractum, ea pendente dirimitur per ſecundum purè contractum.*

5 *Conditio illa, ſi parentibus placuerit, ut honeſta poteſt adjici in contractu Matrimonii.*

6 *Matrimonium contractum ſub ea conditione ſi pater conſenſerit, regulatur ex primo illius conſenſu, aut diſſenſu.*

7 *Matrimonium contractum ſub conditione honeſta, non efficitur Matrimonium adveniente conditione, ſed tantum ſponſalia, niſi novus conſenſus accedat.*

8 *Matrimonium contractum inter inhabiles ſub illa conditione, ſi Papa diſpenſaverit, non efficitur validum adveniente conditione abſque novo conſenſu, niſi diſpenſatum fuerit in radice.*

9 *Papa poteſt diſpenſare in radice Matrimonii etiam poſt mortem alterius ex conjugibus, ſi diſpenſatio per parentes in vita petita fuerat.*

10 *Matrimonium inter conſanguineos nulliter contractum cenſetur à Papa diſpenſatum in radice, quando ipſe Papa declarat legitimos filios natos ante diſpenſationem, & poſteà naſcituros, & tunc operatur etiam in præjudicium tertii ad ſucceſſionem vocati.*

11 *Promittens contrahere Matrimonium ſub illa conditione, ſi Papa diſpenſaverit, poteſt pœnitere etiam poſt obtentam diſpenſationem, non tamen in radice.*

12 *Copula an ſit mentio facienda in diſpenſatione obtinenda pro conſanguineis, vel affinibus?*

13 *Conditio honeſta quamvis ſuſpendat tam ſponſalia quàm Matrimonium uſque ad conditionis eventum, non poteſt alter antequam conditio deficiat recedere.*

Cap. Super eo V. *Vrban. III.*

1 MAtrimonium contrahens ſub conditione non improbata ab Eccleſia, ut contraho tecum ſi meus pater voluerit, non eſt cogendus ad contrahendum Matrimonium, niſi accedat voluntas patris, quia conſentius poſitus in alieno arbitrio non dicitur liber, nec poteſt dici conſenſus de præſenti. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Joan. Andr. Hoſt. Butr. Anchar. Panorm. Præpoſ. Mat. Socin. Alex. de Nevo, Caniſ. Cujac. Viv. *in ration. lib. 4. Iuris Pontif. pag. 45.* Alagona *in compend. Iuris Can. pag. 575.* remiſſivè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Ant. Auguſt. *collect. 1. Decret. lib. 4. tit. 5. cap. 4.* & eſt poſt Concil. Lateran. ſub Alex. III. *p. 6. cap. 21.*

2 Collige ex text. conditiones appoſitas Matrimonio, faciles ſcilicet, & contingentes, veluti, ſi mihi centum dederis in dotem, aut ſi pater meus voluerit, illud ſuſpendere, ut nihil actum cenſeatur dum conditio pendet: ita Covar. *de ſponſalib. p. 2. cap. 3. num. 2. in fin.* Sylveſt. *in ſum. verbo Matrimonium 3. num. 1. ad finem,* Mozz. *de contract. tit. de Matrim. §. diviſio Matrimonii, n. 10. verſ. quædam verò,* Nav. *in man. c. 22. n. 72.* Franc. Molin. *de ritu nupt. lib. 1. comp. 26. n. 91.* Sanch. *de Matr. lib. 5. diſp. 6. à princ.* Nec obſtat quod Matrimonium

3 nec diem, nec conditionem recipit. Cov. *de ſponſal. p. 3.* *cap. 3. in princ. n. 3.* Sot. *in 4. diſt. 29. quæſt. 2. art. 1. col. 4.* Cotta *in memorab. verbo Matrimonium, pag. 568.* quia reſpondetur conditiones illas non adjici Matrimonio, nec illud ſuſpendere, ſed magis adjici conſenſui futuro, cùm non ſit Matrimonium, ſed cauſa illius, ex D. Thom. *ad 3. p. quæſt. 45. cap. 1. ad ſecundum,* & probat *l. nuptias, ff. hoc tit.* non eſt actus legitimus, & conſequenter ſuſpendi poteſt, non obſtante *reg. actus legitimi 77. ff. de reg. jur.* de qua latè Molin. *d. comp. 26. à num. 11.* unde Matrimonium ipſum conditionem non recipere, bene tamen ejus conſenſum, reſolvit Sanch. *de Matrim. lib. 6. diſp. 1. num. 5.*

Quæ quidem principalis text. concluſio adeò vera eſt, ut ſi interim hac conditione pendente, ſcilicet ſi mihi centum dederis in dotem, vel patri meo placuerit, qui ſub dicta conditione contraxit, cum alia contrahat, valet Matrimonium ſecundò contractum, quamvis poſteà conditio ſequatur, dum Matrimonium hoc fuerit purè contractum; cenſetur enim à priori nondum perfecto receſſum, ita Navar. *d. cap. 22. n. 64.* Franc. Molin. *d. compar. 16. n. 92.* ubi *n. 93.* reſolvit Matrimonium cum alia contractum ſub conditione valere, non obſtante conditione in priori contractu appoſita, dum hæc poſterior prius purificetur: & *num. 92.* tenet quod Matrimonium ſecundo loco contractum, & ſub conditione, ſicut primum, ſtante dubio quæ conditio priùs fuerat purificata, neutrum valet Matrimonium. 4

Ad conditionem ipſam, &c.] Notatur ad hoc, quod conditio illa, ſi parentibus placuerit, ut honeſta poteſt in contractu Matrimonii adjici: ita Menoch. *conſ. 69. num. 42.* 5

Niſi voluntas patris, &c.] Adverte quod ſi contractum eſt Matrimonium ea conditione, ſi pater conſenſerit, & primùm pater diſſenſerit, poſteà verò mutata voluntate conſenſerit, non propterea erit contractum Matrimonium, quia intelligitur de primo conſenſu, aut diſſenſu, ut per Tiraq. *in l. boves, §. hoc ſermone, in reg. n. 132.* & reſolvit Sanch. *d. lib. 5. diſp. 7. n. 9.* 6

Cùm hujuſmodi conſenſus non ſit de præſenti, &c.] Notatur ad hoc, quod quando uterque contrahens eſt habilis, & contrahit per verba de præſenti, ſub conditione honeſta, ut ſi pater voluerit, vel dotem dederis, non efficitur Matrimonium adveniente conditione, ſed tantùm ſponſalia, niſi novus conſenſus accedat, cùm text. in præſenti dicat apertè conſenſum interpoſita conditione, ſi pater conſenſum præſtiterit, non eſſe de præſenti habendum, quamvis de præſenti exprimatur: ita Angl. *in florib. p. 5. de Matrim. quæſt. 2. de conſenſu conditionato, art. unic. cap. 1. diffic. 2.* Vivald. *in candel. aureo, p. 1. de Matrim. n. 54.* Nav. ubi contrarius *conſ. 14. n. 7. ſub tit. de ſponſ. in novis, & conſ. 1. ſub hoc tit. in utraque edit.* Cov. *de ſponſal. p. 2. cap. 3. in initio, n. 5.* Petr. de Ledeſma *de Matrim. p. 47. art. 5. dub. 7. princ. concl. 12.* Matienſ. *in rubr. tit. 1. gloſſ. 1. n. 63. lib. 5. nova recop.* Gut. *lib. 1. canon. c. 22. n. 21.* Henriq. *in ſum. lib. 11. cap. 12. n. 3.* Paul. Comitol. *reſponſ. caſuum conſc. lib. 1. quæſt. 113. n. 6.* Quamvis contrarium, imò adveniente conditione ſtatim abſque novo conſenſu effici Matrimonium, teneant ſcribentes omnes *in præſenti, & in cap. de illis 3. ſupr. hoc tit.* Navar. *in man. cap. 22. n. 63. in princ. & n. 64. in fin. & conſ. 2. ſub hoc tit.* Fr. Emman. *in ſum. tom. 1. cap. 219. concl. 18. n. 19.* & alii, quos refert, & ſequitur Sanch. *d. lib. 5. diſp. 8. n. 5. verſ. tandem,* hoc colligentes ex hoc text. arg. à contrario. 7

Unde quando Matrimonium contrahitur inter perſonas inhabiles, ſub illa conditione, ſi Papa diſpenſaverit, non efficitur validum abſque novo conſenſu, adveniente diſpenſatione, quia Summus Pontifex diſpenſando dat ſolùm facultatem contrahendi, non appro- 8

bandi quod illicitè factum eſt, ita Innoc. & Hoſt. *hic*, & Joan. Andr. *n*.3. Abb. *n*.8. & Alex. de Nevo *n*.16. Sylveſt. *verbo Matrimonium tertiò, quæſt*.9. Tello *l*.22. *Tauri*, *n*.17. Nav. *conſ*.15.*n*.7.*ſub tit.de ſponſ.in novis*, Gutier. *de juram.confir.p*.1.*cap*.51.*n*.32.*& 33. & canon. lib*.1.*cap*.22. Peregr. *de jure fiſci,lib*.3.*tit*.18.*n*.85.Clar. *lib*.5. *§.inceſtus*, *n*.6. Nald. *verbo. ſponſalia*, *n*.4. Mant. *deciſ*.201.*n*.4. Seraphin. *deciſ*.858.*n*.12. Rota etiam *in una S. Severini ſponſalium*, 11. *Maii* 1609. *coram Illuſtriſſ.Ludoviſio, poſtea S.D.N.Gregorio XV*. Aloyſ.Ricc. *in praxi aurea,reſol*.129.Farin. *deciſ*.107.*n*.4.*in* 1.*collect. noviſſ*. Covar. *de ſponſ.p*.2. *cap*.14.*in initio*, *n*.10. Surd. *conſ*.364. *n*. 44. Cevall. *communium contra communes, quæſt*.391.*n*.2.*verſ.ſed contrariam*.Stephan.Grat.*diſcept. forenſ.cap*.138. *n*.45. Paul. Comitol. *reſp. moral.lib*.1. *quæſt*.155.*in fine*.Quamvis contrariam ſententiam cum Angelo & Gregor. Lop. teneat Sanch. *d.lib*.5. *diſp*.8.
9 *n*.10.Verùm quando à Papa eſt diſpenſatum in radice, non requiritur novus conſenſus adveniente diſpenſatione, ſed ſufficit primus cum affectu maritali præſtitus, Rot. *deciſ*.687.*num*.12. apud Farin. *p*.2.*recent*. ubi *n*.13. cenſuit Papam poſſe diſpenſare in radice Matrimonii, etiam poſt mortem alterius ex conjugibus, ſi tamen diſpenſatio per parentes in vita petita fuerit,
10 & *n*.14. *&* 15. quod Matrimonium inter conſanguineos nulliter contractum, cenſetur à Papa diſpenſatum in radice, quando ipſe Papa declarat legitimos filios natos ante diſpenſationem, & poſteà naſcituros: & *à num*. 16. quod tunc operatur etiam in præjudicium tertii ad ſucceſſionem vocati.

11 Hinc evenit, ut promittens contrahere Matrimonium ſub illa conditione, ſi Papa diſpenſaverit, poſſit pœnitere, quamvis ſit obtenta jam diſpenſatio (non tamen in radice) tenebitur tamen pœnitens alteri parti conventionis ſtare volenti refundere expenſas pro impetranda diſpenſatione factas, ut per Gutier. *canon. lib*.1.*cap*.12. *num*.19. Gonzal. *ad reg*.8. *Cancel. gloſſ*.12.*in princ.n*.81.82.84.*&* 85. quod autem in hoc caſu locus ſit pœnitentiæ, tenuit Rota penes Mantic. *deciſ*.201.*n*.3. & penes Seraphin. *deciſ*.638.*n*.12.*in fin. & num*.13. & fuit dictum *in una Ulixbonen. Matrimonii*, 25. *Iunii* 1613. coram Illuſtriſſ. Sacrar. quamvis non poſſe recedere altero invito, dicat Bonac. *de Matrim.quæſt*.1. *punct*.7.*num*. 10.

12 Quæſtio eſt ad præſens inſtitutum non contemnenda, utrùm in diſpenſatione Matrimonii inter conſanguineos, vel affines, & generaliter inter eos inter quos eſt impedimentum dirimens, ſit copulæ inter eos habitæ mentio facienda? ad quam plures refert DD. Cened. *ad Decret.collect*.85.*n*.2. Pro parte affirmativa, quod ſcilicet ſit facienda mentio, aliàs diſpenſatio ſubreptitia cenſeatur, vide Ludov.Lopez *in inſtructorio conſcientiæ, tom*.1.*c*.296. Gallet. *de cognatione ſpirituali, cap*.24.*à n*. 1. Sarm. *lib*. 1. *ſelect. cap*.9. *n*.3. Fr.Emman. *del orden del juizio, cap*.10.*n*.5. Gutier. *canon.lib*.1.*c*.15. & noviſſimè *in tract.de Matrim. c*.124.*n*.12.*cum ſeqq*. Steph. Quaranta *in ſum. Bullar. verbo Matrimoniales diſpenſationes, n*.13. Prax.Epiſcop.*p*.1.*verbo diſpenſatio*, §.4.Nicol.Garc. *de benef.p*.8.*cap*.3.*n*.31.*cum ſeqq*.Paul. Comitol. *reſponſ.moral.lib*.1.*quæſt*.104. Sanch. *de Matrim.lib*.4.*diſp*.14.*n*.3.*& lib*.8.*diſp*.25.*à princ*. Rebel. *de oblig.juſtitiæ, p*.2.*lib*.3.*quæſt*.5.*num*.24. Valer.Regin. *in praxi fori pœnit.lib*.31. *n*.200. *verſ.ſimulque*. Pro parte verò negativa vide Navar. *conſ*. 1. *quæſt*.19. *ſub tit. de conſtit.& conſ*.5. *ſub tit.de conſanguinit. in antiquis*, *& conſil*.8.9.10. *&* 11. *ſub eod.tit.in novis*, Læl. Zech. *de repub.Eccleſiaſt.cap*.28.*de Parocho, pag*.367. Emman.Sà *verbo diſpenſatio*, *num*.10. Salzed. *ad Bernard. in pract. cap*.126. *verſ. unde meritò*. Vegam *tom*.2. *ſum. cap*.34. *caſu* 97. Fr.Emm. ſibi contrarium *in ſum. tom*.1.*c*.236. *n*.5. Petr.de Ledeſma *de Matrim. quæſt*.56. *art*.5.*& in ſum.de Sacram.Matrim. cap*.27.*diffic*.3.*concl*.1. Henriq. *in ſum.lib*.2. *cap*.2. §.4.*&* §.7. Ceval. *communium contra commun. quæſt*.737.

In gloſſ. *Alieno*. Notatur ad hoc, quod quamvis 13
conditio honeſta ſuſpendat tam ſponſalia, quàm Matrimonium uſque ad conditionis eventum, nec ſit uſque tunc perfectè obligatio, non tamen poteſt alter antequam conditio deficiat recedere à ſponſione: ita Petr.de Ledeſma *de Matrim.quæſt*.47.*art*.5.*dub*.7.*princ. §.colligitur tertiò*, Matienſ. *in rubr.tit*.1. *gloſſ*.1. *num*.63. *lib*.5.*nova recop*. Sanch. *de Matrim.lib*.5. *diſp*.6.*num*.8. *& diſp*.8.*n*.1. Gutier. *eod.tract.cap*.81.*à n*.5.

SUMMARIUM.

1 *Sponſalia contrahens ſub honeſta conditione, & ante conditionis eventum deſponſatam cognoſcens, à conditione recedit.*

2 *Sponſalia ſub conditione contracta per copulam tranſeunt in Matrimonium.*

3 *Confeſſio dubia in Matrimonialibus eſt intelligenda contra confitentem.*

4 *Proteſtatio facta à ſponſo, quod non intendit ſponſalia debere tranſire in Matrimonium per copulam ſubſequentem, nihil valet.*

5 *Matrimonium initum ſub neceſſaria conditione, eſt abſolutum, & validum.*

6 *Conditio, ſi te virginem invenero, quando ſit turpis, & quando honeſta, oſtenditur.*

Cap. Per tuas VI. *Innoc.III.*

Sponſalia contrahens ſub conditione honeſta, ut ſi 1
meus pater velit, & ante expletam conditionem habens copulam, recedit à conditione, & tenet. Colligunt ex Ordin.Abb.antiq.Innoc.Collect.Zabar.Joan. Andr.Hoſt.Butr.Anchar.Panorm. Præpoſ.Alexand.de Nevo, Caniſ.Cujac.Vivian. *in ration. lib*.4.*Iuris Pontif. pag*.45. Alagona *in compend. Iuris Canon, pag*.575. remiſſivè Ximen. *in concord.p*.1.*&* 2. refertur ab Anton. Auguſt. *collect*.3.*Decret.lib*.4.*tit*.4. *cap.unico*.

Collige ex text. ſponſalia ſub conditione contra- 2
cta, per copulam tranſire in Matrimonium, de quo vide Sylveſt. *verbo Matrimonium* 3. Tiraq. *de retract. convent. ad fin. tit. num*.77. & adde citatos *ad cap*.3. *num. ult. ſub hoc tit*.

Pro Matrimonio eſt præſumendum.] Notatur ad hoc, 3
quod in Matrimonialibus dubia confeſſio eſt intelligenda contra confitentem, licèt ſecus ſit in aliis contractibus, quando nulla datur contumacia ex parte confitentis, ut per Covar. *de ſponſal.p*.2.*cap*.3.*§*.1.*n*.23. & ita quod extra Matrimoniales cauſas confeſſio dubia interpretari debeat ad favorem confitentis, firmat Rot. *deciſ*.806. *num*.1. *p*.1.*& deciſ*.90.*num*.21. *part*.2. *diverſ.& deciſ*.366.*ſub num*.5.*& deciſ*.633. *num*.7.*p*.2. *recent*. etiam verba impropriando, Rot. *deciſ*.121.*n*.18. *p*.1.*diverſ. & deciſ*.56. *num*.11.*in fin*. poſt *lib*.1. *conſil*. Farin. Hoc tamen procedit, quando agitur adversùs confitentem, ſecus autem ubi ipſe eſt actor; tunc enim habet locum alia concluſio, quod verba interpretanda ſunt contra confitentem. Alex. *conſ*.47.*n*.16. *in fine*, *& num. ſeq.lib*.1. ubi quod verba ſcripturæ per aliquem productæ ut probent, clara, & neceſſariò concludentia eſſe debent, aliàs interpretantur contra producentem. Caſtrenſ. *conſil*.461. *in fin.lib*.1. Rot. *in Ariminen. dotis*, 15. *Maii* 1623. coram Reverendiſſ. D. meo Coccino Decano.

In

4 In gloſſ. *Præſumendum*, ibi, *ſed quid ſi ante coitum proteſtetur ſe nolle*, &c. Notatur ad hoc, quod ſi ſponſi futuri proteſtentur, quod quamvis ſequatur copula, non intendunt ſponſalia debere tranſire in Matrimonium, nec illud velle contrahere, attamen hujuſmodi proteſtatio nihil valet, nec eam præſumptionem juris, & de jure tollit, ut per Cov. *de ſponſal. p.1. cap.4. §.1. n.18. & 19.* Menoch. *lib.1. de præſumpt. quæſt.75. n.5.* Sic etiam proteſtatio unius conjugis, qui ante Matrimonium coram pluribus profeſſus eſt, altero conſentiente ſe nolle per quæcunque verba à ſe dicta, vel dicenda Matrimonium contrahere, non eſſe ſufficiens indicium diſſenſus, niſi poſtea copula ſubſecuta ſit, tunc enim videtur omnino à proteſtatione receſſum, & præſumitur Matrimonium, ita Menoch. *de præſumpt. lib.3. præſ.1. n.15.* Matienſ. *in rubr. tit.1. gloſſ.1. num.66. lib.5. novæ recop.* Sanch. *de Matrim. lib.2. diſp.45. n.21.* Gutier. *eod. tract. cap.52. à princ.*

5 In ead. gloſſ. ibi, *item quid ſi contrahitur Matrimonium ſub conditione, quæ omninò extitura eſt*, &c. Notatur ad hoc, quod Matrimonium initum ſub neceſſaria conditione, eſt abſolutum, & validum, nec conditio illa ſuſpendit, ſed perinde eſt ac ſi appoſita non eſſet, ut per Covar. *de ſponſal. p.2. cap.3. §.2. num.10.* Henriq. *in ſum. lib.11. cap.12. n.4.* Sanch. *d. lib.5. diſp.2. n.2.* Anton. Gom. *var. tom.1. cap.12. num.63.* Ægid. *de Sacram. & cenſur. tom.2. diſp.29. dub.1. n.8. verſ. idem*, Rebello *de obligat. juſtitiæ, p.2. lib.2. q.10. n.11.* Bonac. *de Matrim. punct.10. n.5.* ubi *n.6.* dicit validum eſſe Matrimonium de præſenti ſub his conditionibus celebratum, Duco te in uxorem ſi cras ſol orietur, aut ſi ſtellæ erunt in cœlo, &c. advertit tamen cum Henriq. *d. cap.12. n.4.* Sanch. *d. diſp.2. num.3.* & Ægid. *d. dub.1. num.8.* conditiones neceſſarias ſæpiùs apponi non tanquam conditiones, ſed tanquam præfinitiones, & determinationes temporis, quo contrahentes intendunt Matrimonium celebrare, in quo caſu contractus non cenſetur ſtatim factus, ſed faciendus, cùm illa conditio ſit poſita, tanquam terminus ad illum contractum celebrandum.

6 In ead. gloſſ. ibi, *ſi te virginem invenero.* Adverte quod ſi hæc conditio, ſi te virginem invenero, non referatur ad coitum, ſed ad aſpectum matronarum, vel hujuſmodi, non eſt turpis conditio, ſed honeſta, & ſuſpendit actum; ſi verò referatur ad coitum, eſt conditio turpis, quia præſupponeret rem veneream cum futura uxore priuſquam eſſet uxor, & tunc tanquam turpis rejiceretur, & teneret Matrimonium ſaltem in foro exteriori, licèt non eſſet virgo, ut per Greg. *l.10. verbo que le diziese, tit.2. p.4.* Cov. *de ſponſ. p.2. cap.3. §.2. n.12.* Petr. de Ledeſma *de Matrim. quæſt.47. art.4. dub.3.* Fr. Emm. *in ſum. cap.244. concl.8. n.8.* Henriq. *in ſum. lib.11. c.12. num.6.* Sanch. *de Matrim. lib.5. diſp.16. n.7.* Gutier. *de Matrim. cap.82. n.28.* Bonac. *d. punct.10. n.28.*

SVMMARIVM.

1 *Conditio turpis, vel impoſſibilis ſi in contractu Matrimonii apponitur, habetur pro non adjecta, niſi ſit contra ſubſtantiam matrimonii, quia tunc vitiat contractum.*
2 *Conditio turpis, & inhoneſta adverſus Matrimonii ſubſtantiam illud irritat.*
3 *Conditiones honeſtæ, & licitæ, quæ tamen bonis Matrimonii adverſantur, illud irritant.*
4 *Matrimonium an verum fuit inter Beatiſſimam Virginem, & Ioſeph, oſtenditur.*
5 *Modus adverſus ſubſtantiam Matrimonii omnino illud irritat.*
6 *Sponſalia redduntur nulla per conditionem contrariam ſubſtantiæ Matrimonii.*
7 *Copula carnalis non efficit validum Matrimonium contractum ſub conditione turpi, & inhoneſta adverſus Matrimonii ſubſtantiam.*
8 *Conditiones veræ non ſunt, quæ ponuntur de præterito, vel de præſenti tempore.*
9 *Conditiones turpes contra ſubſtantiam Matrimonii appoſitæ de conſenſu utriuſque partis, illud non irritant.*
10 *Conditiones turpes, quæ Matrimonii ſubſtantiæ, & illius bonis non adverſantur, illud non irritant.*
11 *Matrimonium contractum ſub conditione impoſſibili, eſt ſtatim validum, illa rejecta.*
12 *Aſſignatur ratio quare contractus ſub impoſſibili conditione geſti non valeant, Matrimonium verò ſic.*
13 *Votum ac profeſſio valida eſt ea adjecta conditione, ut proprium quid ad uſum poſſideat.*
14 *Matrimonium inter Chriſtianum & Iudæum non ſubſiſtit.*
15 *Matrimonium inter Chriſtianum, & hæreticum an ſit validum, remiſſivè.*

Cap. Si conditiones VII. & fin.

Gregor. IX.

MAtrimonium contractum cum conditione contraria conjugio, ut ſi evites generationem prolis, vel donec inveniam aliam ditiorem, vel ſi adulterabis, Matrimonium non tenet; & ſi cum conditione turpi, vel impoſſibili, Matrimonium tenet, & conditio habetur pro non adjecta. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Joan. Andr. Hoſt. Anchar. Butr. Panorm. Præpoſ. Alex. de Nevo, Caniſ. Cujac. Viv. *in ration. lib.4. Iuris Pontif. pag.34.* Alagona *in compend. Iuris Canon. pag.575.* remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.1. & 2.* 1

Collige ex text. in prima ejus parte conditionem turpem, & inhoneſtam adversùs Matrimonii ſubſtantiam appoſitam, Matrimonii contractum irritare omninò. Exemplum perhibent omnes Doctores *in præſenti*, ubi adversùs tria Matrimonii bona, aut unum ex his conditio apponeretur. Veluti ſi quis cùm diceret, Contraho tecum donec aliam inveniam ditiorem, aut meliorem; repugnat enim individuo vitæ conjugalis vinculo, & illius humanæ ſocietati, quæ ex tribus Matrimonii bonis eſt. Aliud exemplum ubi quis contraheret ſub conditione, ſi prolem vitaret uxor, eſt enim prolis ſuſceptio ſecundum Matrimonii bonum. Tertium exemplum ubi quis contraheret ſub conditione ſi ſe adulterandam præberet, eſt enim conditio contra bonum fidei: itaque has omnes conditiones vitiare Matrimonium, per hunc text. docent Cov. *de ſponſ. p.2. cap.3. §.1. n.1.* Sylveſt. *verbo Matrimonium tertiò, n.1.* Navar. *in man. cap.23. n.61. & 62.* Sanch. *de Matrim. lib.5. diſp.9.* Leſſ. *de juſtitia, lib.2. cap.18. dub.15. n.122. ad fin.* Ægid. *de Sacram. & cenſur. tom.2. diſp.29. dub.3.* Petr. de Ledeſma *de Matr. quæſt.47. art.5. dub.4.* Gutier. *de Matr. cap.82.* Bonac. *eod. tract. quæſt.2. punct.19. n.8.* Franc. Molin. *de ritu nuptiarum, lib.1. comp.26. n.63. cum ſeqq.* latè Baſil. Pont. *de Matrim. lib.3. cap.5. cum ſeqq.* & *cap.7.* agit de conditione, ſi nupſerit, an turpis ſit, *c.8. n.3. & 4.* tractat de conditione, ſi virginem te invenero, & *n.8.* de conditione, ſi decem dederis. 2

Amplia primò ad conditiones honeſtas, & licitas, quæ tamen bonis Matrimonii adverſantur, veluti ſi quiſpiam aliquam ducat ſub conditione, ſi in eo 3

Matri

Matrimonio ſecum in perpetua vivat caſtitate & continentia, quia Pontifex *in præſenti*, expreſsè aſſerit conditionem contra bonum prolis illud annullare, nec diſtinguit an conditio honeſta ſit, an turpis, ita Cov. *d.cap.3.§.1.n.3.* Navar. *conſ.18.n.2.& 3.ſub tit.de ſponſalibus,in antiq.& conſ.11.n.1.& 3. ſub tit.de voto,in novis*, Petr.Ledeſm. *d.quaſt.47. art.5.dub.4.ad ſecundum*, Vivald. *in candelabro aureo, p.1.tit.de Matrim. quaſt.5. n.56.* Henriq. *in ſum.lib.11.cap.4.n.1.& lib.12.cap.2.in fin.* Sanch. *d. lib.5. diſp.10.* Gutier. *d. cap.82. num.11.* Franc.Molin. *d.comp.26.à num.113.* Quamvis contrarium, imò validum eſſe Matrimonium cum illa conditione contractum, aſſerant Ægidius *d.tom.2.diſp.24. dub.4. num.43.* Rebell. *de oblig. juſtitia, part.2. lib.2.*
4 *quaſt.19. num.19.* Bonac. *d.punct.10. num.13.* ea moti ratione, quod inter Beatiſſimam Virginem, & Joſeph verum fuit Matrimonium, *cap.conjux 27.quaſt.2.* Soar. *p.3.quaſt.29. art.2.diſp.7.ſect.1.* Cæterùm huic rationi reſpondet Cov. *ubi ſuprà*, contracto Matrimonio verè continentiam poſſe voveri, & caſtitatem ab ipſis conjugibus, *cap.quod Deo Patri, 33. quaſt.5.* additque Beatiſſimam Virginem in conjugio cum Joſeph in pactum caſtitatem non deduxiſſe, quamvis certa eſſet divinitus, Joſeph cum ea in eodem propoſito caſtitatis fuiſſe, quod claré videtur ſignificare D. Thom. *in 3. diſtinct.30. quaſt.2.art.1. quaſtiuncula 2. ad tertium*, his verbis: Virgo implicitè conſenſit in copulam, at copula nunquam fuit in propoſito, erat enim adeò certificata nunquam ſubſequi debere, quem optimè explicant Soar. *loco citato*, & Baſil. Pont. *de impediment. Matrim.cap.16. pag.193.* & latè *in ſuo noviſſimo tract. de Matrim. lib.1. cap.19.*

5 Secundò amplia, ut nedum conditio expreſſa adverſùs ſubſtantiam Matrimonii, ſed & modus illud omninò irritet, & annullet, ita Navar. *d.cap.22. n.62. in fin.* Covar. *d. §.1. n.8.* Mozz. *d. §.diviſio Matrimonii, num.14.* Franc.Molin. *d.comp.26.n.127.*

6 Tertiò amplia in ſponſalibus, redduntur enim nulla per conditionem contrariam ſubſtantiæ Matrimonii & bonis ejus, ſicut vitiatur Matrimonium, præcipuè ſi conditio contraria ponatur tanquam implenda poſt Matrimonium: ita S. Thom. S. Bonavent. Durand. Palud. Sylveſt. Turrecrem. & alii, quos refert Sanch. *d.lib.5. diſp.14. num.1.* ubi *num. 3.* ſub diſtinctione reſolvit.

7 Quartò amplia etiamſi poſt Matrimonium ſub conditione, vel modo illo contractum ſequeretur carnalis copula, nam non efficeret ut Matrimonium hoc omninò nullum propter prolem ſupervenientem reviviſceret, ita poſt Panorm. Præpoſ. & alios tenet Cov. *d. § 1. num. 12.* quæ quidem opinio hodie ſine dubio procedit, cùm per Concil. Trident. ſubſequens copula nihil efficiat, ut dixi *ad cap. is qui fidem, num.3. de ſponſal.*

8 Limita primò, ut procedat in propriis, & veris conditionibus, id eſt, in iis, quæ à futuro pendent eventu, ſecus in conditionibus de præterito, vel præſenti tempore, quæ verè conditiones non ſunt. *l.inſtitutio talis, ff.de condit. inſtit. l.cùm ad præſens, ff.ſi certum pet.* cum ſimilibus: quare ita tenent Cov. *d. §.1. n.9.* Henriq. *lib.11.cap.2. n.7.& cap.4. n.1. in comment. lit.F*, Franc. Molin. *d.compar.26.n.137.* Sanch. *d.lib.5.diſp.9.n.6.*

9 Secundò limita ubi conditiones hujuſmodi turpes contra ſubſtantiam Matrimonii apponuntur de conſenſu utriuſque partis, ita Cov. *d.§.1.num.11.* Franc. Molin. *d.comp.26. num.138.*

10 *Si turpes.*] Notatur ad hoc, quod conditiones turpes, quæ Matrimonii ſubſtantiæ, & illius bonis non adverſantur, non irritant Matrimonium, modò adſit conſenſus contrahentium abſolutus, ita Valent. *tom.4. diſp.10.q.3.punct.3.* Molin. *de juſtitia, tract.1.diſp.208. verſic. modus impoſſibilis*, Leſſ. *d.lib.2. cap.18. dub.15. num.122.* Franc. Molin. *d.comparat.26. num.142. cum ſeqq.* Gurier. *d. cap.82. à num.21.* Bonac. *dict. quaſt.2. punct.10. num.16.* Sanch. *d.lib.5.diſp.15.* ubi *diſp.16.* quærit quid dicendum ſit de his conditionibus, ſi mecum concubueris, contraham tecum, vel ſi primo concubitu mihi placueris, an ſcilicet tanquam turpes rejiciantur.

Aut impoſſibilis.] Notatur ad hoc, quod Matrimonium ſub conditione impoſſibili eſt ſtatim validum, rejecta ea conditione: ita Sanch. *lib.5.diſp.3.* Gutier. *cap.82. n.37.cum ſeqq.* Franc.Molin. *d.comp.26.n.156.* Baſil.Pont. *de Matrim.lib.3.cap.3.num.3.* & præcipuè *cap.4.à princ.* Rebell. *de obligat.juſtit.* ubi *de Matrim. lib.2. quaſt.10.ſect.4.à num.25.* qui varias hujus text. interpretationes aſſignant, intellige de conditione natura impoſſibili, ſecus ſi ex accidenti, veluti ex lapſu alicujus rei, quæ denuò redire nequit: ita Covar. *d.cap.3.§.2.num.3.* Navar. *d.cap.22.num.62.* Moz. *d.§.diviſio Matrim.num.10.* Sanch. *d.lib.3. diſp.4.n.15. & 16.* Franc.Molin. *ubi proximè, num.157.* ubi *n.158.* reſolvit hujuſmodi conditionem impoſſibilem non irritare Matrimonium quando reſpicit tempus præteritum, vel præſens, quæ nec contingit, aut contingere potuit, ſed ſubduci, rato manente Matrimonio: & *num. 159.* reſolvit valere Matrimonii contractum quoties quis contrahit ſub conditione natura poſſibili, ſed jure impoſſibili, ſive jus illud ſit commune, ſive municipale. 11

Nec obſtat quod omnes contractus ſub impoſſibili conditione geſti minimè valent, *l. non ſolùm 30.ff.de action. & oblig. l.cùm hæres 4. §.1.ff.de ſtatuliber.* Nam multipliciter reſpondent DD. quidam enim dicunt noſtrum text. eſſe intelligendum quando contrahentes non ſciunt conditionem eſſe impoſſibilem. Alii quod cùm Matrimonium ſit res appetibilis, propenſionique naturæ conforme, quamvis adjiciatur conditio impoſſibilis, præſumit Eccleſia joco appoſitam eſſe, & ſic validum eſſe Matrimonium: alii autem meliùs tenent non fuiſſe Pontificis mentem, dum dicit impoſſibilem conditionem habendam pro non adjecta, quod eo ipſo judicetur Matrimonium ſub tali conditione contractum validum eſſe, ſed ejus ſenſum eſſe, impoſſibilis conditio habetur pro non adjecta, id eſt, non magis nocet contractui Matrimonii, quàm ſi non fuiſſet appoſita. Sed hujuſmodi intellectus reprobatur à Sanch. *d.diſp.3.num.2. cum ſequentibus*, ubi ſex præſtat, & omnes rejicit. Verus ergo intellectus ad noſtrum text. erit ſi dicas deciſionem illius procedere quando ſciebant contrahentes conditionem eſſe impoſſibilem, quia tunc rejicitur à contractu Matrimonii, vel ſponſalium; nam cùm non apponantur ut adimplendæ ſint, pro non adjectis habentur: ſic è contra conditio impoſſibilis, reputata poſſibilis non rejicitur à contractu Matrimonii, vel ſponſalium, ſed ſuum ſortitur effectum in utroque foro, argum. *l. ſervo manumiſſo, ff.de condict.indebiti*, ubi gloſſ. *verbo, ex teſtamento*: ſic docent Covar. *de ſponſalibus, p.2.cap.3.§.2. num.5.* Barthol. à Ledeſma *dub.25.de Matrim.concl.8.* Petr.Soto *lect.3. de matrim. verſ. quartò denique infertur*, Petr. de Ledeſma *de matrim. quaſt.47. art.5.dub.2. concl. 3.* ſubobſcurè Henriq. *in ſum. lib. 11. cap.12. num.5.in commento lit.C*, Sanch. *d.diſp.3.num.8.* D.Gutier. *d.cap.82.num.41.* Gabr. Vaſquez *de reſtitut. cap.7. dub. 10.* Leſſ. *de juſtit. lib.2. cap. 18. dub. 15.* Vel forſan tentari poteſt cum Rebello *d.loco,num.27.*& Baſil. Pont. *d.lib.3. cap.4. num.9. in hoc text.* nomine conditionis impoſſibilis, vel turpis intelligi à Pontifice eas conditiones adhibitas in rationem pacti, vel modi, 12

modi, & præſumere non appoſitas eſſe ut conditiones, ſed modos; & pacta quæ in futurum otiantur. Cùm enim ſi duo contrahant Matrimonium ſub conditione impoſſibili, vel turpi, per verbum de præſenti, nullo alio addito, ex quo de eorum mente judicari poſſit, meritò dubitari queat, an voluerint contrahere ſub conditione propriè dicta, & ſuſpendente conſenſum uſque ad eventum conditionis, an verò ſub modo, itaut velint contractum Matrimonii ſtatim validum eſſe per conſenſum abſolutum de præſenti, cum obligatione tamen præſtandi in poſterum rem ipſam, quæ ſub conditione continetur: meritò Pontifex præſumit, cùm videat conſenſum exprimi per verba de præſenti, adhibitas conditiones illas, ut modos & pacta, & non ut propriè conditiones. Eſt autem optima ratio præſumptionis ex eo deſumpta, ut optimè aſſignant Gregor. de Valent. *diſp.* 10. *generali*, *quæſt.* 3. *punct.* 3. *verſ. ſed vera*, quia cùm aliqua perſona contrahit, non ſolet id ipſum in vanum & otioſè facere, ſed ut expectationi, & deſiderio perſonæ ſatisfaciat; non autem ſatisfaceret, niſi ſaltem vellet conſenſum illum eſſe de præſenti, quamvis cum obligatione exinde orta adimplendi, quod in conditione expreſſum eſt. Atque ita admiſſo per Pont. conſenſu de præſenti, quem præſumit, repellit obligationem inde ortam adimplendi aliquid impoſſibile, vel turpe, & vult haberi pro non adjectis.

13 In gloſſ. *Contrà*, ibi: *item quid ſi dicet, Profiteor talem Religionem, ita quod poſſim proprium habere*, &c. Notatur ad hoc, quod votum & profeſſio valida eſt adjecta ea conditione, ut proprium quid poſſideat is, qui ſolemni ſe voto devincit, non quidem quod dominium & proprietatem retineat, ſed uſum duntaxat, ut per Azor. *inſtit. moral. p.* 1. *lib.* 11. *cap.* 15. *quæſt.* 9. *verſ. porrò ſciendum, cum ſeqq.* vide tradita *ad cap. inſinuante* 7. *qui clerici, vel voventes.*

14 In ead. gloſſ. ibi, *Vt cùm Chriſtianus dicat Iudæa*, &c. Adverte Matrimonium inter Chriſtianum & Judæam conſiſtere non poſſe, *cap. fin.* 29. *quæſt.* 1. *l. nemo, C. de Iud.* D. Thom. *in* 3. *diſt.* 30. *quæſt. unic. art.* 1. Bero. *in cap.* 1. *num.* 187. *de conſtit.* Bellarm. *in controv. tit. de Matrim. lib.* 1. *cap.* 23. latè Anton. Ricc. *de jure perſonarum extra*
15 *gremium Eccleſiæ exiſt. lib.* 2. *cap.* 2. An autem Matrimonium inter Chriſtianum, & hæreticum ſit validum, vide Covar. *de ſponſ. p.* 2. *cap.* 6. §. 11. *num.* 4. Vivald. *in candelabro aureo, tit. de cultus diſparit. n.* 219. Petr. Rebuff. *in praxi benef. in reg. de diſpenſat. in gradibus prohib. gloſſ.* 5. *n.* 34. Mozz. *de contract. tract. de Matrim. tit. qui poſſint contrahere Matrimonium, n.* 27. Marienſ. *in rubr. tit.* 1. *gloſſ.* 1. *n.* 16. *lib.* 5. *nova recop.* Azor. *inſtit. moral. p.* 3. *lib.* 5. *cap.* 2. *quæſt.* 2. ubi etiam an poſſit Romanus Pontifex diſpenſare in hujuſmodi Matrimonio, plures refert Doctores Cened. *ad ſextum, collect.* 13. *n.* 3. & Ant. Ricc. *d. cap.* 2. *n.* 24. Sanch. *lib.* 5. *diſp.* 72. *n.* 2. Gutier. *eod. tract. cap.* 104. latè & eleganter Baſil. Pont. poſt ſimilem *tract. in appendice de Matrimonio Catholici cum hæretico*, Cornel. à Lapide 2. *Corinth.* 6. *in fine*, Ægid. de Coninch. *tom.* 1. *de Sacram. diſp.* 31. *dub.* 3. *concluſ.* 3. Reginald. *in praxi fori pœnit. tom.* 2. *lib.* 31. *n.* 169. Fillluc. *tom.* 1. *tract.* 10. *de Sacram. Matrim. p.* 2. *cap.* 6. *quæſt.* 2. *n.* 229. ex quibus verior eſt ſententia illa quæ habet Matrimonium Catholici cum hæretico non eſſe irritum, ſed jam ex multis temporibus valere in Eccleſia ſemel contractum: quamvis contrarium cenſeat gloſſ. *in præſenti*, Hoſt. *in cap... de conjugio ſervorum, n.* 11. ubi Anchar. etiam *n.* 1. Carrer. *de hæret. n.* 157. Simanc. *de Cathol. cap.* 40. *&* 46. Rojas *ſing.* 228. *num. unic.*

Qui Clerici, vel Voventes Matrimonium contrahere poſſunt.

TIT. VI.

SUPER hanc rubr. ſcripſerunt Zabarel. Joan. Andr. Butr. Anchar. Panorm. Præpoſ. Alex. de Nevo, Cujac. Durand. *in breviario aureo juris Canon. & in ſpeculo juris, ſub hoc tit. lib.* 4. Stephan. Ranchin. *in continuat. tit. Decret.* Joan. de Londris *in breviario ſanctorum Canon.* Petr. de Ravenna *in compend. juris Canon.* Martin. Meſnart. *in epitome Decret.* Dan. Venat. *in analyſi method. juris Pontif.* Goffred. & Hoſt. *in ſum. hujus tit.* Alex. Caſan. & Anaſtaſ. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decret.* Barth. Carthag. *in expoſit. tit. juris Canon.* noviſſimè Joan. Honor. *lib.* 4. *ſum. in Decret.* omnes *ſub hoc tit.*

SUMMARIUM.

1 *Diaconus, vel Subdiaconus Matrimonium contrahere non poſſunt, & ſi contraxerint, etiamſi ſint facti irregulares, debent ſeparari.*

2 *Matrimonium poſt ſacrum Ordinem contractum eſt irritum.*

3 *Matrimonium contractum poſt ſacrum Ordinem vi præciſa, vel metu in conſtantem virum cadente ſuſceptum, non eſt irritum.*

4 *Promotus ad ſacros Ordines invalidè, vel ante pubertatem, contrahit validè Matrimonium.*

5 *Irregularitas per ſolam pœnitentiam nunquam tollitur.*

6 *Clericus in ſacris conſtitutus ſi uxorem duxerit, fit irregularis.*

CAP. De Diacono I. *Alex. III.*

DIaconus ſi vulneravit alium Diaconum, & uxorem duxit, illam dimittere tenetur, ſi autem contritus accedat, debet abſolvi, & pœnitentia pro utroque exceſſu injungi, qua peracta ſi fuerit perfectæ vitæ, & converſationis, Epiſcopus poteſt diſpenſare cum eo ut exerceat officium Diaconatus, & aſcendat ad Sacerdotium. Subdiaconus non poteſt contrahere Matrimonium, ſive fuerit homicida, ſive non. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Joan. Andr. Hoſt. Anchar. Butr. Panorm. Præpoſ. Alex. de Nevo, Caniſ. Cujac. Viv. *in ration. lib.* 4. *Iuris Pontif. pag.* 47. Alagona *in compend. Iuris Canon. pag.* 576. remiſſivè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Ant. Auguſt. *collect.* 1. *Decret. lib.* 4. *tit.* 6. *cap.* 1. & eſt poſt Concil. Lateran. ſub Alex. III. *p.* 26. *cap.* 21. 1

Collige ex text. Matrimonium poſt ſacrum Ordinem contractum eſſe irritum, ut per Valent. *tom.* 4. *diſt.* 10. *quæſt.* 5. *punct.* 3. §. *Ordo*, Henriq. *in ſum. lib.* 12. *cap.* 5. *num.* 9. Ægid. *de Sacram. Ordin. diſp.* 20. *dub.* 11. *num.* 116. Azor. *inſtit. moral. p.* 1. *lib.* 13. *cap.* 13. *quæſt.* 13. Valer. Regin. *in praxi fori pœnit. lib.* 31. *num.* 120. Baſil. Pont. *de impedim. Matrim. cap.* 3. §. 1. Sanch. *de Matr. lib.* 7. *diſp.* 28. Gutier. *eod. tract. cap.* 94. Bonac. *eod. tract. quæſt.* 3. *punct.* 9. *n.* 8. & novè de Fide definit Concil. Trid. *ſeſſ.* 24. *de reform. Matrim. can.* 9. 2

Limita principalem text. concluſionem in promoto, ſive aſſumpto ad Ordinem ſacrum vi præciſa, vel metu cadente in conſtantem virum. Sanch. *d. lib.* 7. 3

diſp.29. n.5. Ægid. d.dub.11. n.145. Gutier. d.cap.94. n.14. Bonac. d.punct.9. n.11. Limita etiam in promoto invalidè ad ſacros Ordines, qui tamen verè promoveri voluit: at Ordo fuit irritus deficiente aliquo ſubſtantiali requiſito, ita Gutier. d. cap.94. n.13. Limita denique in promoto ad Ordinem ſacrum ante pubertatem, ut per Henriq. in ſum. lib.1. cap.22. §.3. Sanch. d.lib.7.diſp.30.n.8. & alios plures, quos refero ego ipſe de offic.& poteſt. Epiſcopi, p.2.alleg.15. num.4. ubi aſſero improbabilem non eſſe contrariam opinionem, quam ſequuntur Cajetan. Sayr. Ægid. & Bonacin. quos ibi refero.

5 *Injuncta ſibi pœnitentia.*] Notatur ad hoc, quod per ſolam pœnitentiam nunquam tollitur irregularitas, ut per Henriq. in ſum.lib.14.cap.17.§.1.lit.E.

6 *Poteris ei Diaconatus officium reddere*, &c.] Notatur ad hoc, quod Clericus in ſacris conſtitutus, ſi uxorem duxerit, efficitur irregularis, adeò ut nec in ſuſceptis Ordinibus miniſtrare, nec ad majores Ordines ſuſcipiendos admitti poſſit: ita Decian. tract. crim. lib.6. cap.22.n.9.verſ.item Clericus, Petr.de Ledeſm.de Matr. quæſt.66.art.3.col.antepen. Cov.de ſponſal.p.2.cap.6.§.3. n.1. Vivald. in candelabro aureo, p.1.tit.de Matr.n.230. Azor. d.lib.13. cap.13. quæſt.6. Matienſ. in rubr. tit.1. n.157.lib.5.nova recop. Ceval. commun. contra commun. quæſt.558.n.unic. Sanch.d.lib.7.diſp.85.n.5.in fin. Valer. Reginald. d.n.120. Bonacin. d.punct.9.n.17.

SUMMARIUM.

1 *Subdiaconus Matrimonium contrahere non poteſt.*
2 *Matrimonium contrahere poſſunt in minoribus Ordinibus conſtituti.*
3 *Ordinibus minoribus non credens annexum votum caſtitatis, non tenetur ad illius obſervantiam.*
4 *Diſpenſare poteſt Epiſcopus cum Clerico in ſacris conſtituto contrahente Matrimonium cum unica & virgine, ſecus ſi cum vidua, vel corrupta, &c.*

Cap. Ex literarum II.

1 Subdiaconus, qui de facto contrahit Matrimonium, debet prius ad Religionem tranſire, & poſt laudabilem converſationem, ſi Epiſcopus judicaverit, poteſt ei concedere ut ad altiores Ordines promoveatur. Si verò non vult tranſire ad Religionem, non eſt permittendum ut aſcendat ad majores, nec ut miniſtret in Subdiaconatu, poterit tamen miniſtrare in minoribus. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Joan. Andr. Hoſt. Butr. Anchar. Panorm. Præpoſ. Alex. de Nevo, Caniſ. Cujac. Viv. in ration. lib. 4. Iuris Pontif. pag. 48. Alagona in compend. Iuris Canon.pag.579. remiſſivè Ximen. in concord. p.1. & 2. refertur ab Anton.Auguſt. collect.1.Decretal.lib.4.tit.6. cap.2. & eſt poſt Concil.Lateran. p.50.cap.58.

2 *In Subdiaconatus officio conſtitutus.*] Qui enim in minoribus Ordinibus ſunt conſtituti, Matrimonium contrahere poſſunt, quia illud non dirimunt Ordines minores: ita Fr.Emman. in ſum.cap.225. n.1. Sanch. de Matrim. lib.7. diſput.31. Gutier. eod.tract. cap.94.

3 num.19. Bonacin. eod.tract. quæſt.3. punct.9.num.1. reſolventes etiam accedentem ad Ordines minores, credentem illis annexum eſſe votum caſtitatis, nullo modo teneri ad illius obſervantiam, nec prohiberi Matrimonium contrahere.

4 *Ad majores Ordines promoveri concedas*, &c.] Notatur ad hoc, quod Epiſcopus poteſt diſpenſare cum Clerico in ſacris conſtituto contrahente Matrimonium cum unica, & virgine, ſecus ſi cum vidua, vel corrupta, vel quando Clericus duplex iniit Matrimonium, & quamvis text. hic, & cap.1. ſub hoc tit. non explicent quando cum virgine, & unicum initum eſt Matrimonium, ita neceſſariò intelligendi, ne adverſentur duplici textui neganti in his caſibus diſpenſationem, nempe cap.nuper, & cap.ult.de bigam. ita Cov. in Clem. ſi furioſus, p.1.§.2.n.2.verſ.2. Petr.de Ledeſma de Matrim. quæſt.66. art.5.in fin. Tolet. lib.1.ſum.c.26. num.8. Aloyſ. Ricc. in praxi aurea, reſol.220. Valent. part.4.diſp.7. quæſt.18.punct.3.in prima ſpecie irregularitatis, in fin. Ludov. Miranda in man. Prælator. tom.2. quæſt.8.art.2. concl.3. Sanch. de Matrim. lib.7. diſp.86. num.20. ubi etiam aſſerit text. hunc, quatenus concedit Epiſcopis facultatem diſpenſandi cum his Clericis, quando verè pœnitentes ſunt, ac Religionem ingrediuntur, intelligi de conſilio.

SUMMARIUM.

1 *Votum ſolemne impedit, & dirimit Matrimonium poſt contractum: votum ſimplex tantùm impedit contrahendum, ſed non dirimit poſt contractum.*
2 *Matrimonium ſubſequens poſt factam ſolemnem Religionis profeſſionem eſt irritum.*
3 *Religioſi Soc. IESV poſt emiſſa tria ſimplicia vota ſunt incapaces Matrimonii.*

Cap. Meminimus III.

Votum ſolemne Religionis impedit, & dirimit Matrimonium poſteà contractum, ſimplex verò impedit, ſed non dirimit. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Joan. Andr. Hoſt. Butr. Anchar. Panorm. Præpoſ. Alex. de Nevo, Caniſ. Cujac. Viv. in ration. lib.4. Iuris Pontif. pag. 48. Alagona in compend. Iuris Canon. pag.576. remiſſivè Ximen. in concord. p.1. refertur ab Ant. Auguſt. collect.1. Decret. lib.4. tit.6. cap.6. & eſt poſt Concil. Lateran. p.69. cap.6. 1

Collige ex text. Matrimonium ſubſequens poſt factam ſolemnem Religionis profeſſionem eſſe irritum: ita Sanch. de Matrim. lib.7. diſp.26. n.1. & in præcepta Decalogi, tom.2. lib.5. cap.5. num.35. Gutier. de Matrim. cap.94. & latè adversùs hæreticos noſtræ tempeſtatis eorum rationibus confutatis defendit Card. Bellarm. in ſuis controverſiis Fidei, lib.2. de Monach. cap.22. cum ſeqq. Peculiare eſt in Soc. Jesu, ut qui tria ſimplicia paupertatis, caſtitatis, & obedientiæ vota, expleto novitiatus biennio in illa emiſerit, ſit incapax Matrimonii, ab ipſoque contractum ſit invalidum, vide Henriq. in ſum. lib.12. c.5. §.5. & 6. Valent. tom.4. diſp.10. q.5. punct.3. Valer. Reginald. in praxi fori pœnitent. lib.31. n.225. verſ. porrò. Qualiter autem dimiſſus à Soc. Jesu poſt hæc ſimplicia biennii vota maneat ab illis liber, vide Vaſq. 1.2. quæſt.96. art.4. diſp.165. cap.8. n.83. Ribadeneira de inſtit. Soc. IESV, cap. 17. in ſolutione ad quintum, & cap.19. ad fin. Azor. inſtit. moral. p.1. lib.12. cap.6. quæſt.2. in fin. Sanch. d.tom.2. lib.6. cap.1. n.11. citantes conſtitutionem Greg. XIII. incip. *Aſcendente Domino*, de anno 1584. 8. Kal. Iunii. 2 3

SUMMARIUM.

1 *Matrimonium contrahendum impedit, ſed non dirimit contractum ſuſceptio habitus profeſſorum extra Religionem à non habente poteſtatem incorporandi Religioni.*

2 Votum

2 *Votum ſimplex caſtitatis impedit Matrimonium licitè iniri, non verò dirimit contractum.*

3 *Profeſſio an & quando potuit fieri in manibus Epiſcopi, remiſſiuè.*

Cap. Conſuluit IV.

1 Habitum profeſſorum, vel velamen Virginum ſuſcipiens à non habente poteſtatem incorporandi Religioni, nec propriis renuntians, nec profeſſus obedientiam, ſi deinde dimittat habitum, non poteſt contrahere, ſed ſi contrahit, Matrimonium tenet, quia ſicut votum ſimplex impedit contrahendum, ſed non dirimit contractum, ita habitus Religionis ſuſceptus ſine profeſſione. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Hoſt. Anchar. Butr. Panorm. Præpoſ. Alex. de Neuo, Caniſ. Cujac. Viu. *in ration. lib. 4. juris Pontif. pag.* 49 Alagona *in compend. juris Canon. pag.* 577. remiſſiuè Ximen. *in concord. p.* 1. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 3. *Decret. lib.* 4. *tit.* 6. *c.* 7. & eſt poſt Concil. Lateran *p.* 45. *c.* 4.

2 Collige ex text. votum ſimplex caſtitatis impedire Matrimonium licitè iniri, non tamen dirimere contractum: ita D. Barboſ. *in rubr. ff. ſolut. Matrim. p.* 2. *n.* 93. Gutier. *de Matrim. c.* 85. *à princ.* Sanch. *eod. tract. lib.* 7. *diſp.* 11. *n.* 4. vbi *n.* 9. reſoluit, iis votis adſtrictum non poſſe Matrimonium abſque diſpenſatione inire, quamvis vehementiſſimis carnis ſtimulis vrgeatur, expertuſque ſit paſſim ſe ſuccumbere, nec vires ad reſiſtendum ſentiat, ſiue votum anteceſſerit difficultatem hanc ſe continendi, ſiue ſubſecutum ſit, & *n.* 11. reſoluit quod ſcienter contrahens cum habente votum caſtitatis peccat mortaliter, & *n.* 12. docet qualiter reſpondere liceat adſtricto caſtitatis voto roganti vtrum valeat Matrimonium contra illud initum? Et ad illud quod qui poſt votum ſimplex caſtitatis ante obtentam diſpenſationem ſummi Pontif. Matrimonium contrahit animo illud conſummandi, peccet mortaliter, docet nouiſſimè Barth. à S. Fauſto *in theſauro Religioſorum, lib.* 1. *q.* 317. *& q.* 318. contra Scot. Caietan. Angel. & Tabien. reſoluit eum, qui poſt ſimplex votum caſtitatis etiam animo non conſummandi contrahit Matrimonium, peccare mortaliter.

Vtrùm autem qui poſt ſimplex caſtitatis votum Matrimonium peccando contraxit, illud prima vice conſummando, peccatum denuò committat? quæſtio eſt difficilis, in qua talem mortaliter delinquere dum prima vice Matrimonium conſummat, ſiue petendo, ſiue reddendo, docent S. Thom. *in* 4. *diſt.* 38. *q.* 1. *art.* 2. *q.* 2. *ad* 3. *&* 2. 2. *q.* 189. *art.* 8. *ad* 3. Scot. *in* 4. *diſt.* 38. *quæſt. vnic. ad fin.* Caiet. *verbo Matrimonium, concl.* 1. Azor. *inſtit. moral. p.* 1. *lib.* 11. *c.* 12. *q.* 2. Couar. *in cap. quamvis pactum, p.* 1. §. 6. *n.* 8. Nauar. *in man. c.* 12. *n.* 80. *& c.* 22. *n.* 73. quos, & alios refert Barth. à S. Fauſto *lib.* 1. *q.* 319. quicquid diſtinguant Sot. *in* 4. *diſt.* 38. *q.* 2. *art.* 1. Henriq. *in ſum. lib.* 12. *de Matrim. c.* 2. *n.* 8. Philiarch. *de officio Sacerd. tom.* 1. *p.* 2. *lib.* 3. *c.* 10. Veg. *in ſum. tom.* 2. *c.* 129. *caſu* 118.

3 *Nec in manu alicuius Epiſcopi,* &c.] An & quando profeſſio poſſit fieri in manibus Epiſcopi, dixi *in collect. ad cap. porrectum* 13. *n.* 5. *de Regul.*

4 *Aut ſuper Altare.*] Profeſſio ſuper altare emitti poteſt acceptante eo, qui habet poteſtatem admittendi ad Religionem, vt reſoluunt Doctores citati *ad d. cap. porrectum, n.* 4.

SUMMARIUM.

1 *Votum caſtitatis de præſenti impedit Matrimonium contrahendum, Eccleſia tamen ex cauſa Matrimonium contrahi quandoque permittit.*

2 *Sponſalia non dirimuntur per ſimplex caſtitatis votum.*

3 *Matrimonij promiſſio facta abſenti, nullo pro eo acceptante, eſt reuocabilis in vtroque foro ante acceptationem.*

4 *Sponſalia diſſoluuntur quoties denuo agnoſcitur notabilis morum aſperitas, & ſæuitia.*

5 *Diſpenſare an poſſit Epiſcopus in votis caſtitatis perpetuæ, oſtenditur.*

Cap. Veniens j. V.

Mulier, quæ dedit fidem ſponſo, & poſtea vouit caſtitatem, ob idque ſponſus aliam duxit, ſi non valet continere, ſeu timet peccatum fornicationis, petere poteſt ab Eccleſia diſpenſationem, & nubere, alteri impoſita pœnitentia pro fide mentita, & voto violato. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Hoſt. Anchar. Butr. Panorm. Præpoſ. Alex. de Neuo, Caniſ. Cujac. Viv. *in ration. lib.* 4. *juris Pontif. pag.* 50. Alagona *in compendio juris Canon. pag.* 577. remiſſiuè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 1. *Decret. lib.* 4. *tit.* 6. *c.* 8. & eſt poſt Concil. Lateran. *p.* 5. *c.* 10. 1

Collige ex text. per votum ſimplex caſtitatis ſponſalia non dirimi, conſtat enim in hoc text. fœminæ, quæ Matrimonium promiſit, imponi pœnitentiam de fide mentita, ſponſo ſcilicet, vt explicant *hic* Hoſt. *verbo de fide*, Ioan. Andr. *n.* 3. Anchar. *n.* 2. & Alex. de Neuo *n.* 4. cùm per ipſam ſteterit ne Matrimonium ſequatur, & tamen emiſit poſteà votum caſtitatis: ergo votum caſtitatis non dirimit ſponſalia, vt reſoluunt Nauar. *in man. c.* 22. *n.* 27. Henriq. *in ſum. lib.* 11. *c.* 14. *num.* 4. Gutier. *de Matrim. c.* 26. Sanch. *eod. tract. lib.* 1. *diſp.* 46. *n.* 9. *&* 11. reſpondet fœminam, de qua *hic*, non petiiſſe licentiam nubendi illi, cui fidem dederat, hic enim jam cum altera contraxerat, vt text. aſſerit, ſed ad nubendum alii, quod diſpenſatione indigebat, valet enim votum reſpectu aliorum, vt videtur tenere gloſſ. *hic*, *verbo Voto violato*, & reſoluunt Innoc. *num. vnico*, Hoſt. *ad finem*, Ioan. Andr. *n.* 9. Anchar. *n.* 3. Zabar. *ad finem*, & Alex. de Neuo *n.* 5. *&* 6. 2

Cuidam viro abſenti, &c.] Aduerte quod promiſſio Matrimonii facta abſenti, nullo pro eo acceptante eſt reuocabilis in vtroque foro ante acceptationem abſentis, vt per Veracruc. *p.* 1. *ſpeculi, art.* 16. §. *ſed dubitatur vtrùm*, Azeued. *l.* 2. *n.* 2. *tit.* 16. *lib.* 5. *noua recop.* Sanchez *d. lib.* 1. *diſp.* 6. *n.* 24. Hurtad. *de Matrim. diſp.* 1. *diffic.* 3. 3

Audiens plura de ſeueritate, &c.] Nota ſponſalia diſſolui quoties denuò agnoſcitur notabilis morum aſperitas, & ſæuitia alterius: ſic docent *in præſenti* Abb. *n.* 2. & Alex. de Neuo *n.* 2. Syluest. *verbo ſponſalia, q.* 10. *caſu* 15. Henriq. *lib.* 11. *c.* 14. *n.* 6. Sanch. *d. lib.* 2. *diſp.* 58. vbi *n.* 4. aſſerit in hoc text. ſponſam hoc non certò nouiſſe, ſed ex auditu, & ideo ex hac cauſa non fuiſſe diſſoluta ſponſalia. 4

Licentiam tribuere non poſtponas.] Ex his verbis colligunt aliqui, poſſe Epiſcopum diſpenſare in votis caſtitatis perpetuæ, ac religionis: ſed hoc non ita indiſtinctè text. proponit; nam Hoſt. *hic, in fine*, Joan. Andr. *num.* 5. Butr. *num.* 9. Anchar. *n.* 3. Gutier. *canon. lib.* 2. *c.* 22. *num.* 49. dicunt *in præſenti*, Epiſcopum non diſpenſare 5

diſpenſare propria auctoritate, ſed ex Papæ commiſſione, in idem coincidit reſponſio Azor. *inſtit. moral. p.1. lib.11. c.19. q.11.* dum ait hic diſpenſare Epiſcopum in voto continentiæ ex commiſſione Pontificis, vel quia fœmina juuenis erat, aut incontinentiæ periculum patiebatur. Verùm multò probabilius eſt poſſe Epiſcopum diſpenſare in voto continentiæ, ſi detur vrgens cauſa, ſeu grauis neceſſitas, quæ ſuadeat neceſſariam eſſe diſpenſationem in tali voto, prout eſt probabile periculum incontinentiæ, vel ſimile, & interueniat ſimul impotentia moralis, vel graue impedimentum adeundi Pontificem, & ita detur probabile periculum in mora, in quo caſu poteſt Epiſcopus diſpenſare: ita Nauar. *in man. c.22 n.76.* Fr. Emman. *quæſt. Regul. tom.1. q.63. art.6.* Soar. *de Relig. tom.2. tract. de voto, lib.6. c.26. n.8. cum ſeqq.* Leſſ. *de Iuſtit. lib.2. c.40. dub.13. n.106 verſ.4.* plures refert DD. Sanch. *de Matrim. lib.8. diſp.9. n.22.* quos omnes cito ego ipſe *de officio, & poteſt. Epiſcop. p.2. alleg.37. n.8.* Et ideo nihil mirum ſi Papa in hoc text. reſcribat, quod Epiſcopus licentiam nubendi tribuere non poſtponat mulieri habenti ſimplex caſtitatis votum emiſſum, quia erat in magno periculo incontinentiæ, vt text. inſinuat, ibi: *Matrimonium potiùs contrahat, quàm fornicationis reatum incurrat.*

SVMMARIVM.

1 *Votum ſimplex impedit ſponſalia de futuro, non autem dirimit Matrimonium ſequens, ſecus in voto ſolemni.*

2 *Votum ſimplex, & ſolemne non differunt per ſe ex ipſius voti ratione & natura, ſed ſola Eccleſiæ conſtitutione.*

Cap. Rurſus VI. Cœleſt. III.

1 CAſtitatem vouens, ſi deinde jurat aliquam ducturum, ſeruare debet votum, quia votum ſimplex non minus obligat apud Deum, quàm ſolemne, & agere pœnitentiam de juramento temerario. Si verò de præſenti contraxit, tenet Matrimonium, quia votum ſimplex impedit, ſed non dirimit. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Hoſt. Anchar. Butr. Panorm. Præpoſ. Alex. de Neuo, Caniſ. Cujac. Viu. *in ration. lib.4. juris Pontif. pag.50.* Alagona *in compend. juris Canon. pag.577.* remiſſiuè Ximen. *in concord. p.1.* refertur ab Ant. Aug. *collect.2. Decret. lib.4. tit.4 c.2.*

2 *Quod cùm ſimplex votum apud Deum*, &c.] Aduerte quod votum ſimplex, & ſolemne non differunt per ſe ex ipſius voti ratione, & natura, vel jure diuino, ſed ſola Eccleſiæ conſtitutione, vt per Medin. *lib.4. de continentia ſacrorum hominum, c.23.* & alios, quos refert Azor. *inſtit. moral. p.1. lib.12. c.6. q.1.* Caiet. *2.2. q.88. art.7.* Vaſq. *1.2. q.96. art.4. diſp.165. c.7. n.73.* Barth. à S. Fauſto *in theſauro Religioſorum, lib.1. q.11.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.31. n.123. verſ. verùm.* Sanch. *de Matrim. lib.7. diſp.25. à princ. & in præcepta Decalogi, tom.2. lib.5 c.1. n.7.* Vnde cùm votum ſolemne à ſimplici non differat ſpecie, neque alterius rationis vinculum eſt, ſed ſolùm accidentaliter, ſufficit in confeſſione Regularem ſeu Monialem profeſſam dicere ſe fregiſſe toties votum caſtitatis, & tacere circumſtantiam profeſſionis, vt benè reſoluunt Llamas *in ſum. p.3. c.8. §.14.* Megal. *in 1. part. lib.5. c.11. n.8.* Fillinc. *tom.2. tract.30. c.9. à n.124.* Sanch. *d. Matrim. lib.7. diſp.27. n.27.* Villalob. *in ſum. tom.1. tract.9. dub.37. n.13* Diana *reſol. moral. tract. de circumſtant. aggrauant. reſol.4.* vbi ſubdit idem dicendum eſſe de Sacerdote ſæculari, non enim in confeſſione tenetur dicere ſe habere ſacros Ordines, ſed ſatis eſt dicere ſe habere votum caſtitatis, & contra illud toties peccaſſe, & deinde addit contra Fagund. *in quinque Eccleſiæ præcepta, tract.2. lib.4. c.3. n.10.* qui votum caſtitatis ſimplex in ſæculo, vel in nouitiatu emiſit, & poſtea in Religione profeſſus eſt, vel ſi poſt votum caſtitatis ſimplex ſacris Ordinibus initiatur, ſufficere ſi dicat ſe habere votum caſtitatis, & non tenetur explicare circumſtantiam ſacrorum Ordinum, vel profeſſionis in Religione. Contra Henriq. *lib.5. de pœnit. c.5. §.6. lit.G,* Arag. *2.2. q.88. art.7.* Azor. *p.3. lib.3. c.27. q.10.* Paul. Layman. *in Theolog. moral. lib.4. tract.10. c.7. n.4.* Fagundez *d. c.3. n.6.* Coninch. *de Sacram. diſp.7. dub.4. n.20.* Petr. de Ledeſm. *in ſum. p.1.* vbi *de pœnit. c.19. in circumſt. perſonæ, dub.2.* In eo verò votum ſolemne & ſimplex differunt, quia ſolemne religionis votum conſiſtit eſſentialiter in traditione actuali dominii ſui ipſius, non immediatè in manus Dei, ſed ex Dei commiſſione per miniſtros ab Eccleſia ad id deputatos; votum autem ſimplex mediatè ſoli Deo fit abſque illa apparenti traditione, vide Couar. *de ſponſ. p.2. c.7. §.4. n.7.* Viuald. *in candelab. p.1. tit. de Sacram. Matrim. n.129.* Matienz. *in rubr. tit.4. gloſſ.1. n.7. lib.5. nouæ recop.* D. Barboſ. *in rubr. ff. ſolut. Matrim. p.2. n.93. cum ſeqq.* plures refert Sanch. *d. lib.7. de Matrim. diſp.35. cum ſeqq.* Quo jure autem votum ſolemne in profeſſione Religionis emiſſum Matrimonii contractum poſteà initum dirimat, vide eundem Sanch. latè diſputantem *d. lib.7. diſp.26.*

SUMMARIUM.

1 *Votum ſolemne impedit, & dirimit Matrimonium poſteà contractum.*

2 *Profeſſio ea conditione facta, vt profitens domi maneat, & certam ſuorum bonorum portionem habeat ad neceſſaria vitæ ſubſidia ex Abbatis voluntate pendente, valida eſt.*

3 *Declaratur Concil. Trid. ſeſſ.25.* de Regularibus, cap. 2.

4 *Nouitiatus annus extra Monaſterium de licentia ſuperioris juſta de cauſa peragi, & adimpleri poteſt.*

5 *Metus ſolum reuerentialis non annullat profeſſionem.*

7 *Nullum, & modicum æquiparantur.*

Cap. Inſinuante VII. & fin.

Innoc. III.

SOlemniter vouens licèt cum modica coactione, 1
quam patientia ac perſeuerantia temporis per ſe tollit, ſi deinde contrahat Matrimonium de præſenti, non tenet, & cogendus eſt per cenſuram vt reuertatur ad Religionem. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Hoſt. Butr. Anchar. Panorm. Præpoſ. Alex. de Neuo, Caniſ. Cujac. Viu. *in ration. lib.4. iuris Pontif. pag.51.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag.578.* remiſſiuè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.1. & 2.* refertur ab Anton. Auguſt. *collect.3. Decretal. lib.4. tit.5. cap. vnic.*

Vt in domo propria, &c.] Notatur ad hoc, quod fœ- 2
mina poteſt religionem profiteri ea conditione, vt domi ſuæ maneat, & certam ſuorum bonorum portionem habeat ad neceſſaria vitæ ſubſidia, & alimenta ex ſuperioris voluntate pendentem, vt per Nauar. *comment. 2.*

*comment.2. de regularibus, num.*14. Azor. *inſtit. moral. part.*1.*lib.*12.*cap.*9.*quæſt.*4. latè Joan. à Cruce *de ſtatu*
3 *relig.lib.*1.*cap.*3.*dub.*2. ubi aſſerit prohibitionem Concil.Trident.*ſeſſ.*25.*de regularibus,cap.*2. habere tantùm locum in redditibus ut propriis & irrevocabilibus per Prælatos, & ſine eorum licentia diſtrahendis. Barthol. à S.Fauſto *in theſauro Relig.lib.*5.*quæſt.*246. ubi hoc limitat, niſi Religionem profiteretur cum pacto,ut in propria domo maneat independenter à ſuperioris voluntate, quia tunc nulla erit profeſſio, cùm hujuſmodi pactum ſit contra obedientiæ votum, ac ſubinde contra Religionis ſubſtantiam pugnet. Unde text. *in præſenti*, intelligi de retentione, ſeu reſervatione bonorum ad uſum profitentis in domo propria pro ſuis neceſſitatibus, tanquam obedientiarii, & ex voluntate Prælati, tenent Navar. *conſ.*20.*num.*3.*ſub tit.de regul. in antiq.& d.com.*2.*n.*16. Azor. *d.lib.*12.*cap.*5.*quæſt.*2. *in fine*, Beja *reſponſorum caſuum conſcientiæ part.*1. *caſu* 17. Fr.Emman. *quæſt.regul. tom.*3. *quæſt.* 17. *art.*6. Sanch. *de Matrim.lib.*7. *diſp.*25. *num.*21.*& in præcepta Decalogi, lib.*5.*cap.*4 *num.*99. Nicol. Garc. *de beneficiis, part.*7. *cap.*10. *num.* 100. & ita non quoad proprietatem, ſed quoad uſum, ut intelligit Sanchez *lib.*5. *diſp.*9.*num.*14.*verſ.ad* 4. Alii tamen clariùs, ut ipſi dicunt, in hac quæſtione ſub diſtinctione procedunt, dicentes quod ſi quis Religioſus ſub ea conditione, ut ſibi liceat proprium & bona immobilia poſſidere, & liberè acquirere, profiteatur retinendo ea ut propria, etiam invito Prælato, talis profeſſio erit nulla, & irrita, utpote contra eſſentiam atque ſubſtantiam religionis, & omninò contraria voto paupertatis, ſecus autem eſſet quando uſum ſolum ſibi reſervaret profitens pro ſuis neceſſitatibus ex ſuperioris licentia, ejuſque nutu revocabilem; tunc enim valet profeſſio, nec conditio rejicitur, ita gloſſ. *hic, verbo ut in domo*, Bart. *in auth.ingreſſi, de ſacroſ.Eccleſ.num.*29. ubi Paul.*num.*18. Bernard.*reg.*521. Garc. *reg.*420.*num.*2. Spin. *in ſpeculo teſtament. gloſ.*12. *num.*12. Leſſ. *de juſtitia, lib.*2.*cap.*41.*n.*63. Ceval. *commun.contra communes, quæſt.*85.*n.*2. Ludovic.Miranda *in manual. Prælatorum, tom.*1.*quæſt.*28.*art.*2. Humad. *l.*7.*gloſſ.*1.*n.*2.*tit.*7. *part.*1. Sylveſt. *verbo religio* 3.*quæſt.*8. Fr. Emman. *d. quæſt.*1.*art.*6.Barthol.de Vecchis *in praxi novit.diſp.*13. *dub.*1.*n.*11. Baſil. Pont. *de Matrim. lib.*5.*cap.*10.*n.*10. Soar. *tom.*3.*de Relig.lib.*6.*cap.*12.*n.*14.*&* 15. noviſſimè poſt primam impreſſionem viſus Hieron. Roder. *in comp.qq.Reg.reſol.*136. *n.*13. benè Sanchez *in præcepta Decalogi, tom.*2.*lib.*5. *cap.*4.*n.*97. ubi *n.*98.reſolvit in dubio reſervationem aliquorum bonorum tempore profeſſionis à Religioſo factam eſſe hoc modo intelligendam, nempe quoad uſum ex licentia Abbatis, ab ipſoque revocabilem, & in his terminis credo intelligendum Marc. Anton. Genuenſ. nimis largè loquentem *in pract.Eccleſ. quæſt.*265.

Sed mirum eſt, quod Pontifex hic profeſſionem Religionis validam judicaverit cum bonorum retentione,etiam ad effectum dirimendi Matrimonium poſteà contractum, contra text. *in cap.unic.de voto, lib.*6. & contra reſoluta *ad cap.*2. *de teſtament.* & quæ noviſſimè tradit Bonacina *de clauſura, & pœnis eam violantibus impoſitis, quæſt.*2. *punct.* 10.*diffic.*2. §.1.*num.*4. circa omnimodam repugnantiam monachatus cum proprii retentione. Quare Zabarell. *num,* 3. *propoſ.*2. *&* 3. cum communi *hic*, poſt Innocent. *in cap. porrectum, n.*1.*de Regul.* arbitrantur propterea hîc valuiſſe Religionis profeſſionem, quia immediatè ſubſequuta eſt habitus ſuſceptio cum lapſu biennii, per quæ inducitur religionis profeſſio, ſaltem tacita, ſeu virtualis, arg. *cap. vidua* 4. *cap. ad Apoſtolicam* 16. ibi, *habitum recepit, de Regular. Clement.ult.eod.tit.* Conſtat autem nobilem mulierem, de qua *hic*, in Ordinis habitu per biennium perſeveraſſe, ut patet in litera, & ideò tacitè fuiſſe profeſſam,ac ſubinde ſaltem tacitè voluiſſe abdicare bonorum proprietatem, quod erat antecedens omninò neceſſarium ad validitatem profeſſionis, ex reg. *cap. præterea* 3. *ad fin.de officio deleg.* cum aliis. Ergo, &c. Verùm communis placere non poteſt,quia multò fortior probatio voluntatis eſt illa, quæ fit per expreſſum viventis conſenſum, quàm quæ per tacitum, qui reſultat ex habitus ſuſceptione, etiam cum temporis perſeverantia, *gloſſ.ult. in d.cap. vidua, gloſſ. verbo ſignatos, in cap. tuarum* 11. *de privileg. gloſſ.verbo fallens, in l.qui in aliena,* §.*ult.ff.de acquirend. hæred,* cum his quæ Covar. *de ſponſal.p.*1. *cap.*4.§.2.*n.*5. *verſ.hinc.* Igitur cùm mulier hæc tempore, quo habitum ſuſcepit, votum emiſit, expreſsè fuerit proteſtata ſe non aliter velle profiteri quàm adjecto tenore, ut in domo propria cum omni ſubſtantia ſua remaneret,ſit conſequens ſuſceptionem habitus,& perſeverantiam in illo, ex quibus tacita inducitur voluntas, non poſſe plus operari, quàm expreſſam ejuſdem voventis, & proteſtantis: fatemur quidem ſuſceptionem habitus cum perſeverantia tanti temporis metum illatum penitus profugaſſe, ut text. habet: negamus tamen tacitum illum conſenſum prævalere potuiſſe contra expreſſum de manendo in domo cum omni ſubſtantia. Eodem modo rejecta diſtinctione Innocent.*hic,n.*5.*ad fin.verſ. vel d.cap.& in d.cap.porrectum, n.*3.rejectoque intellectu, quem præſtitit gloſſ. *hic,verbo ut in domo*, conſonantiùs dici poteſt profeſſionem hic valuiſſe ex eo, quia manſio extra clauſtrum cum omni ſubſtantia fuit de licentia ſuperioris removibili ad ipſius nutum, quo caſu nihil proprium retineri dicitur, & profeſſionem ſub hujuſmodi conditione factam validam eſſe, ultra citatos in Collectaneis ad hunc text. noviſſimi tenent Barth.à S. Fauſto *in theſauro Religioſorum, lib.*8. *quæſt.*33. Bonacina *d.num.*4.*verſ.ſecundò infertur*, advertens iſtam conditionem non repugnare ſubſtantiæ voti paupertatis, cùm paupertatis votum actuali retentione uſus alicujus rei dependenter à voluntate ſuperioris non violetur; additque hoc pacto explicandum eſſe in dubio, dum quis in profeſſione reſervat ſibi aliqua bona; & cùm in dubio nullus præſumatur delinquere, credendus eſt voluiſſe modo licito promittere, & profeſſionem validam emittere.

Ex prædictis hujus text. verbis colligi videtur,no- 4
vitiatus annum extra Monaſterium de licentia ſuperioris juſta de cauſa peragi, & adimpleri poſſe, quia ſatis dicitur manere in Monaſterio, imò verò intra Monaſterium, qui manet extra ipſum ſub obedientia Prælati, & de ejus licentia juſta de cauſa data, & cum habitu probationis, qui ferri conſuevit in tali religione: vide Fr.Emman. *quæſt.Regul.tom.*3.*quæſt.*15.*art.*10. *verſ.tum quia*, Ludov. Mirand. *d.tom.*1.*quæſt.*22.*art.*5. & plures citatos per me *de officio, & poteſtate Epiſcopi, p.*3. *alleg.*101. *n.* 28. quibus adde Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.*2.*lib.*5. *cap.*4. *n.*27.*cum ſeqq.* Bonac. *de clauſura & pœnis eam violantibus impoſitis, quæſt.* 2. *punct.*9.*diffic.*2.§.3. *n.*6. ubi citat meipſum *in collect. ad cap.*16.*num.*5.*&* 8. *de Regular.* Barthol. à S. Fauſto *in theſauro Relig.lib.*5.*quæſt.*176.

Non igitur, &c.] Notatur ad hoc,quod metus levis 5
non eſt ſufficiens ad irritandam profeſſionem,nedum in foro externo, ſed nec in foro conſcientiæ, quia non immutat multùm voluntatem, ac proinde non diminuit notabiliter libertatem profitentis, ut per Sot.*de juſtit.lib.*7.*quæſt.*2.*art.*1.*verſ.ad ſecundum,col.*12. Valent.2.2. *diſp.*6.*q.*6. *punct.*4. *col.ult. verſ.neque verò eadem*, Philiarch. *de officio Sacerd..tom.*1. *part.*2. *lib.*3. *cap.*18.*verſ.decimò*, Azor. *inſtit. moralium part.*1.*lib.*11. *cap.*15.

c.15.q.6. Sayr. *in claui Regia, lib.6.c.4. num.19.* Leſſ. *de juſtit.lib.2. c.40.dub.3. num.18. verſ. hinc ſequitur,* Soar. *tom.3.de Relig.lib.6.c.4.n.12.* Bonac. *de legib.diſp.4.q.2. punct.3.n.7.* Fr. Barthol. de Vecchis *in praxi obſeruanda in admittendis ad Religionis ſtatum nouit.diſp.13. dub.12. n.16.* vbi ampliat etamſi hic metus leuis ſit cauſa ſine qua profeſſio non emitteretur, dummodo non tollat rationis vſum, nec libertatem ad lethaliter peccandum ſufficientem.

5 *Non tam metu regio,* &c.] Notatur ad hoc, quod metus ſolùm reuerentialis nō annullat profeſſionem, Cou. *de ſponſal.p.2.c.3.§.6.n.7.& 8.* Salzed. ad Bernard. *reg. 532.ampliat.1.* Henriq. *in ſumma, lib.11 c.9.n.5.* Sanch. *de Matrim.lib.4.diſp.6.n.18.* Sayr. *in claui Regia, lib.6. c.4.n.18.* Beltramin. *in annot.ad deciſ.385.Gregor. XIV.* Rot. *deciſ.579.n.1.p.1.recent.* Barthol. de Vecchis *d.loco, n.11.* Secus autem ſi præceſſerunt minæ, aut verbera, quia tunc ſui valore careret profeſſio expreſſa metu reuerentiali emiſſa, ſecundùm Henriq. & Sayr. *d.locis,* Rot. *d.c.4. n.17.* Sanch. *in præcepta Decalogi, lib.4.c.3. n.26.* Fr. Barthol. de Vecchis *vbi ſuprà, n.19.*

6 *De parentum conſilio.*] Id eſt, de conſanguineorum conſilio, vt per Tiraq. *de retract.tit.1.§.1.gloſſ.8.n.2.*

7 *Vel modica.*] Ergo nullum, & modicum æquiparantur, vide tamen Tiraq. *in l.ſi vnquam, verbo donatione largitus, n.107. de reuocandis donat.*

De eo, qui duxit in Matrimonium, quam polluit per adulterium.

TIT. VII.

SVPER hanc rubr. ſcripſerunt Zabarel. Joan. Andr. Anchar. Butr. Panorm. Præpoſ. Marian. Socin. Alexand. de Neuo, Cened. *collect. 85.* Durand. *in breuiario aureo juris Canon. & in ſpeculo juris Pontif. ſub hoc tit. lib. 4.* Steph. Rauchin. *in continuat. titul. Decret.* Joan. de Londris *in breuiario ſanctorum Canon.* Petr. de Rauenna *in compend. juris Canon.* Martin. Meſnart. *in epitome Decret.* Dan. Venat. *in analyſi method. juris Pontif. à pag.543.* Goffred. & Hoſt. *in ſum. hujus tit.* Alex. Caſan. & Anaſtaſ. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decret.* Barth. Carthag. *in expoſit. titul. juris Canon.* omnes *ſub hoc tit.*

De materia hujus tit. & quæ crimina ad mortem conjugis relata Matrimonium contractum dirimant, vide apud Sot. *in 4. diſt.37.queſt.vnica, art.4.* Alphonſ. Veracruz *in ſpecul.conjug p.1.art.33.34. & 36.* Rebuff. *in praxi, tit.de diſpenſat. in grad. prohib. gloſſ.3. ex n.27.* Viuald. *in candel.aureo tit.de impediment.dirim.Matrim. n.212.cum ſeqq.* Mozz. *de contract.lib.tit.de Matrim.§.fin. ex n.25.* Stephan. Gaeta *in repet. cap. ad limina 30.q.1. §.4.ex n.410.* Henriq. *in ſumma, lib.12. c.12.* Valent. *tom.4.diſp.10.q.5.punct.3.* Baſil. Pont. *de impedimentis Matrimonij, cap.27.* Ægid. *de Sacram. & cenſ. diſp.31. dub.5.* Rebell. *de oblig.juſtitiæ p.2. lib.3.q.8.n.10.* Sanch. *de Matrim.lib.3.diſp.78.& 79.* Gutier. *eod. tract.c.105.* Bonac. *eod.tract.q.3.puncto 6.*

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium contrahens viuente prima vxore cum ſecunda hoc ignorante, prima mortua de ſui petitione non ſeparabitur à ſecunda.*

2 *Ignoranter rem habens cum vxorata, poteſt poſt obitum coniugis cum ea Matrimonium contrahere.*

3 *Amplia etiamſi habita ſcientia adſit copula, ſi ante eam ineatur Matrimonium.*

4 *Adulterium committens data fide de Matrimonio contrahendo, priore coniuge ſuperſtite, non poteſt cum adultera Matrimonium contrahere.*

6 *Machinatio in mortem viri debet effectum ſortiri, vt ex ea impedimentum hoc oriatur.*

7 *Metu contrahens fit vxor illius cum quo contrahit ſine aliquo nouo conſenſu, ſi cohabitauerit illi.*

8 *Matrimonium prius inualidè contractum non ratificatur, ſi ſublato impedimento ignorans coniugem carnaliter cognoſcat.*

CAP. Propoſitum I.

Alex. III.

VIuente prima vxore, quando quis contrahit cum 1
ſecunda hoc ignorante, ſi moriatur prima, & vir petat diuortium à ſecunda, non ſunt ſeparandi, niſi mulier petat diuortium, non obſtante quod ſecundùm jura vir non poteſt ducere illam, quam polluit per adulterium, præſertim illam, cui fidem dedit viuente prima, vel quæ machinata eſt in mortem vxoris. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Hoſt. Butr. Anchar. Panorm. Præpoſ. Caniſ. Cujac. Cened. *collect.95.* Alex de Neuo, Viu. *in ration. lib. 4. juris Pontif. pag. 52.* Alagona *in compend. juris Canon. pag. 578.* remiſſiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Anton. Auguſt. *collect.1.Decret.lib.4. tit.7. c.1.* & eſt poſt Concil. Lateran. *p.6.c.1.*

Probat hic text. quod is, qui viuente prima vxore cum alia contraxit huius rei inſcia, & cum ea permanſit mortua prima, cogendus eſt cum ſecunda vitam agere mulieri verò datur ad diſcedendum facultas. Verùm hic text. difficilis apud DD. reputatur, & difficultas ex duobus potiſſimùm perpenditur: primò dum judicat Matrimonium inter eos, inter quos legitimus conſenſus non fuit. Secundò dum cogit virum in hoc conjugio permanere, quaſi Matrimonio alligatum, mulieri verò quaſi liberè diuertendi licentiam facit, atque ideo videtur in eo text. Pontifex Matrimonium ſine conſenſu judicare. Accedit quod paria ſunt in jure noſtro aliquid non fieri, vel fieri minus legitimè, *l.quoties 6.ff.qui ſatiſdare cog. l.eleganter 24. §. qui reprobos, ff.de pignor.act.* Mantu. *lib.1. dial. claſſ.18.c.17.* Tiraq. *de retractu lign.§.8. gloſſ.7. à n.3.* Si autem nullus præceſſiſſet conſenſus, ex ſola cohabitatione Matrimonium judicari non potuiſſet, *cap.illud, de præſumpt.* Ergo ex antecedenti conſenſu inutili, per cohabitationem non bene judicatur Matrimonium in hoc text. Tandem in contrarium videtur text. *in cap. pen.* ibi, *de nouo, hoc tit.*

Doctores igitur circa explicationem hujus text. mirum in modum ſe inuoluunt, nam gloſſ. *in præſenti, & in d.cap.penult. verbo nouo,* requirit nouum conſenſum, atque ideo inquit quod ſi antequam de nouo conſentirent, vir alteri nuberet, Matrimonium valere: ſequuntur communiter DD. vt teſtatur Abb. *hic, num.4.* Bald. Nouel. *de dote, p.11. §.hactenus, num.18.* Pariſ. *conſ.52. in princ.lib.4.* & pro hac ſententia facit *reg. non firmatur, de reg. iur. lib.6.* & quæ *ibi* gloſſ. & DD. tradunt, Dec. & Cagnol. *in l.quod ab initio, ff.de reg. iur,* eandem ſententiam confirmat gloſſ. recepta *in l.etſi contra, verbo depoſitum, C. de nuptiis,* & *ibi* Bald. *n.2.* Sed hæc communis ſententia apertè confunditur ex hoc text. vbi tantùm requiritur, vt ſublato impedimento

mento in eadem cohabitatione maneant. Rurſus in contrarium eſt auctoritas gloſſæ communiter receptæ *in cap. debet, verbo de cætero, de conſang.* dum ait quod ſi duo in gradu prohibito contrahant, & ſublato impedimento per legem, vel diſpenſationem in Matrimonio maneant abſque alio nouo conſenſu, Matrimonium judicatur, ſequuntur multi, quos refert Couar. *de ſponſ.p.2.c.2.in princ.n.5.*

Quare rejecta concordia Pariſ. & Couar. *dictis locis*, quæ manifeſtè repugnat menti, & verbis DD. *vbi ſupra*, qui nouum conſenſum requirunt, præmittenda ſunt duo. Prius eſt, conſenſum ſemel expreſſum, quamvis propter aliquod impedimentum non poſſit effectum ſortiri, naturaliter tamen & verè conſenſum expreſſum eſſe, cùm ſit aſſenſus voluntatis circa rem intellectam, conſenſus autem hic ſemel expreſſus, quamvis effectu ſuo careat per accidens, manere tamen creditur donec vel expreſsè, vel virtualiter actu contrario reuocetur, juxta reg. text. *in l. 5. & l. eum qui, ff. de probat. cap. majores, §. 2. de Baptiſm.* tradit Alciat. *de præſ. reg. 2. præſ.* 16. Et verum eſt, quamvis longum temporis ſpatium elapſum ſit, vt ſcribit Iaſ. *in l. ſancimus, n.6.C. de teſtam.* & in Matrimonio reſoluit Ruin. *conſ.*151.*lib.*5. Tiraq. *l.9.connub.n.*33. quod abſque dubio procedit quando facto aliquo voluntatis perſeuerantia oſtenditur.

Hoc ſuppoſito dicendum eſt, quod ſiue agatur de Matrimonio, ſiue de quocunque alio contractu celebrando, qui certam verborum formam non requirat, ſed naturali conſenſu perficiatur, ſi ſemel conſenſus ſit expreſſus, & propter impedimentum juris non poſſit effectum ſortiri, vt actus ſtatim valeat, ſublato impedimento ex vi prædicti conſenſus, qui perſeuerat, actus perficitur, patet hoc ex dictis manifeſtè, & ex eo probatur, quoniam verum eſt dicere, in eo actu reperiri conſenſum, qui per actum nullum rectè ſignificatur, vt probat text. & *ibi* Batt. notat *in l. vlt. ff. de rebus eorum*, Menoch. *de arbitr. caſu* 161. *num.*70. Item ſublato impedimento, nihil obſtat quominus conſenſus olim expreſſus, eo modo manens effectum ſortiatur: ergo, &c. Probatur etiam hoc auctoritate Iuriſconſ. *in l. obſeruare 4. ff. de offic. Proconſ. in fin. & in l. ſi quis 37. ff. de ritu nupt. l. quæſitum, ff. de ſponſal.* juxta quæ dicendum eſt in hoc textu, cum ſimilibus perfici Matrimonium ex conſenſu olim expreſſo inualidè, cohabitatione tamen continuato, non vt à principio conſenſus præſtiti, ſed vt ex nunc, quaſi tempore remoti impedimenti exprimeretur. Neque audiendi ſunt DD. exiſtimantes cohabitationem nouum facere conſenſum per ſe ſufficientem ad Matrimonium faciendum, quoniam ſi nullus præceſſiſſet conſenſus expreſſus tempore inhabili, cohabitatio non ſufficeret: ergo ex vi prioris conſenſus, qui manere præſumitur, hoc fit, & ita in ſpecie probat text. *in cap. ad id quod, de ſponſal. & in cap. duo, de deſponſ. impub. & in cap. vlt. de conjug. ſeru.* oportet autem vt ſciant conjuges impedimentum eſſe ſublatum, quia ignorantia effectum conſenſus impedit, & ita in effectu reſoluit Innoc. receptus *in præſenti*, gloſſ. *in d. cap. non debet*, & alii DD. proximè citati. Ad text. verò *in d. cap. vlt.* quatenus videtur requirere nouum conſenſum, reſp. in eo text. non fuiſſe dubitationem, vtrùm ex antecedenti conſenſu cohabitatione continuato perficeretur Matrimonium, ſed vtrùm inter illos potuerit eſſe conjugium, non obſtante impedimento adulterii? & huic quæſt. reſpondet Pontif. impedimentum non obſtare, quia poſſunt de novo matrimonialiter conſentire. Vel dici poteſt, nouum conſenſum appellari ibi ſcientiam impedimenti ſublati cum perſeuerantia prioris, quia nouum ex tunc Matrimonium facit, ideo antea fit facultas mulieri ad recedendum in hoc text. quia antequam ſciret impedimentum ſublatum, conſenſus non ſufficiebat, & cum primùm ſciuit, potuit recedere, & conſenſum reuocare, maritus autem in pœnam non poteſt, vterque tamen ſi per diem cohabitauerit, impedimento ſublato ſcienter, Matrimonio alligatus manet.

2 *Erat inſcia quod ille aliam haberet, &c.*] Ergo conjuge altero ignorante reliquum habere conjugem, cùm non fuerit adulterium formaliter ex parte vtriuſque, poterit inter eos conſiſtere Matrimonium poſt conjugis obitum, ita Sylu. *verbo Matrimonium* 8.*q.*9.*dict.*4. Sanch. *de Matrim. lib.*7. *diſp.*79.*n.*31. vnde hoc crimen vxoricidii non irritare Matrimonium, ſiue ex altera parte, propter ignorantiam circunſtantiæ non fuit formaliter adulterium, ſed ſimplex fornicatio, tenet Nau. *conſ.*12. *n.*2. *ſub tit. de ſponſal. in antiq.* Henriq. *in ſum. lib.*12 *c.*14.*n.*3.

3 Vtrùm verò deſideretur poſt ſcientiam conjugii alterius Matrimonium de facto iniri, & copulam haberi, an potiùs ſufficiat ſi ante ſcientiam ineatur Matrimonium, & habita ſcientia adſit copula? id ſufficere ad hoc impedimentum incurrendum, reſoluit Sanch. *d. diſp.*79.*n.*32.& *n.*34. dicit ſufficere fidem dari ante conjugii notitiam, dummodo ea habita ſequatur adulterium nondum priori fide diſſoluta, & *n.*37. dicit haberi tunc ſcientiam quando adeſt certitudo, aut probabilis opinio, & *n.*38. contra communem tenet excuſare ignorantiam craſſam, & ſupinam.

4 *Cui fidem dederat.*] Notatur ad hoc, quod quando quiſpiam fide data de Matrimonio contrahendo adulterium committit, vel de facto cum eadem Matrimonium init, priori conjuge ſuperſtite, Matrimonium ſubſequens inter eos dirimitur, vt per Valer. Regin. *in praxi fori pœnit. lib.*31.*n.*130.*cum ſeqq.* Sanch. *d. lib.*7. *diſp.*78. *à princ.* vbi *n.*28. aliquos citat, qui ex prædictis noſtri text. verbis perſuaderi videntur ad hoc impedimentum contrahendum neceſſarium eſſe, vt promiſſio illa non ſit nuda, & ſimplex, ſed fide vallata: at *n.*29. contrarium meritò ſequitur.

5 *Et illam maximè, cui fidem dederat.*] Id eſt, quamvis fides minimè data ſit, prout colligi videbatur ex contextura verborum text. ſed id verum non eſt, nam dictio *maximè*, accipi debet pro tantùm, vt explicant *hîc* Abb. *n.*3. Alex. de Neuo *n.*6. Præpoſ. *n.*2. quos refert Sanch. *d. lib.*7. *diſp.*78.*n.*1.

6 *Vel quia machinata eſt in mortem vxoris.*] Aduerte hujuſmodi machinationem debere effectum ſortiri, ſi enim conjux mortem conjugis machinetur, nec ea ſubſequatur, locus non erit huic impedimento, ſed poterunt adulter, & conjux ſuperſtes altero defuncto Matrimonium inire, ita Sanch. *d. lib.*7. *diſp.*78.*n.*7.

7 In gloſſ. *Inſciam* 1. Notatur ad hoc, quod illa, quæ metu contraxit, fit vxor illius cum quo contraxit, ſine alio nouo conſenſu, ſi cohabitauerit illi, vt per Nau. *conſ.*12.*n.*2. *ſub tit. de ſponſ. in antiq.*

8 Notatur etiam ad hoc, quod non ratificatur prius Matrimonium inualidum, ſi ſublato impedimento ignorans conjugem carnaliter cognoſcat, ita Sanch. *de Matrim. lib.*2. *diſp.*36.*n.*3. *in medio.*

SUMMARIUM.

1 *Vxore prima viuente, & non cognita, ſi quis contraxit cum ſecunda ſciente, & eam cognouit, etiam mortua prima ſecundam habere non poteſt, ſecus ſi prima erat non legitima vxor.*

2 *Adulterium exiſtimatum interueniente promiſſione futuri Matrimonij non dirimit ſequentes cum adultera nuptias, ſi Matrimonium prius contractum fuit inualidum.*

3 *Matrimo*

3 *Matrimonium contractum metu cadenti in conſtantem virum ad eum finem injuſtè incuſſo eſt inualidum.*

4 *Matrimonium metu initum non ratificatur copula metu graui extorta.*

5 *Iuramento non efficitur validum Matrimonium metu contractum.*

6 *Iuramentum adiectum Matrimonio metu graui extorto non obligat.*

Cap. Significauit II.

1 QVi contrahit cum vna, & deinde contrahit cum alia ſcienter, cum qua habet copulam, ſi primum Matrimonium non fuit validum, vtpote quia coactè contraxit, nec eam cognouit, habebit ſecundam, ſi verò fuit validum, licet prima ſit mortua, non poteſt habere ſecundam, ſi ſcienter contraxit, ſecus ſi ignoranter, ſed aliam habere poteſt. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Hoſt. Anchar. Butr. Panorm. Præpoſ. Alex. de Nevo, Caniſ. Cujac. Viu. *in ration. lib. 4. juris Pontif. pag. 52.* Alagona *in compend. juris Canon. pag. 579.* remiſſiuè Ximen. *in concord. p. 1.* refertur ab Ant. Aug. *collect. 1. Decret. lib. 4. tit. 7. cap. 2.* & eſt poſt Concil. Lateran. *p. 6. cap. 13.*

2 *Quod non ſponte in primam conſenſerit.*] Notatur ad hoc, quod adulterium exiſtimatum interueniente promiſſione futuri Matrimonii non dirimit ſequentes cum adultera nuptias, ſi Matrimonium prius contractum fuit inualidum: ita Viuald. *in candel. aureo, p. 1. tit. de Matrim. n. 213.* Iacob. de Graff. *in deciſ. aureis, p. 1. lib. 2. c. 85. n. 7.* Matienz. *in rubr. tit. 1. gloſſ. 1. n. 183. lib. 5. noua recop.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 31. n. 135. verſ. 4.* Sanch. *de Matrim. lib. 7. diſp. 70. num. 30.*

3 *Tanta vis*, &c.] Ergo Matrimonium contractum metu cadenti in conſtantem virum ad eum finem injuſtè incuſſo eſt invalidum, de quo vide Fr. Emman. *in ſum. tom. 1. c. 23. n. 11.* Henriq. *in ſum. lib. 11. c. 9. num. 1.* Sanch. *de Matrim. lib. 4. diſp. 12. n. 18.*

4 *Ipſam carnaliter cognouerit*, &c.] Notatur ad hoc, quod Matrimonium metu initum non ratificatur copula metu graui extorta: ita Palud. Gabriel, & alii, quos refert Sanch. *d. lib. 4. diſp. 18. n. 13.* vbi *n. 15.* cum multis, quos citat, reſoluit nullo modo eſſe Matrimonium quando aliquis metu graui cogitur contrahere; & conſummare, & *n. 18. in princ.* reſpondet text. *in præſenti*, cum ſimilibus intelligi quando copula eſt ſpontanea.

5 In gloſſ. *Tanta.* Notatur ad hoc, quod juramento non efficitur validum Matrimonium metu contra-
6 ctum, vt per Sanch. *d. lib. 4. diſp. 20. n. 12.* Nam juramentum adiectum Matrimonio metu graui extorto non obligat, nec indiget relaxatione, Couar. *de ſponſ. p. 2. c. 3. §. 5. n. 3.* Greg. *l. fin. verbo en orden, tit. 11. p. 3.* Gutier. *de juram. confirm. p. 1. cap. 57. n. 22.* Seraphin. *de priuil. juram. priuil. 110. n. 11.* Matienſ. *d. gloſſ. 1. n. 120.* Henriq. *lib. 11. c. 9. n. 6.* Sanch. *d. diſp. 20. n. 15.*

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium quis cum illa contrahere non poteſt, quam vxore viuente cognouit, ſi machinata fuit in mortem vxoris.*

2 *Adulterium vbi interuenit machinatio mortis alterius conjugis, impedit, ac dirimit Matrimonium ſubſequens.*

3 *Crimen machinationis mortis alterius coniugis quando Matrimonium dirimit, oſtenditur.*

Cap. Super hoc III.

COntrahens de facto cum alia viuente prima vxore, ſi iſta adultera aliquid eſt machinata in mortem vxoris, ſiue fidem dederit, quod prima defuncta eam duceret, ſecundùm jura non poteſt in perpetuum illam habere. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Hoſt. Anchar. Butr. Panorm. Præpoſ. Alex. de Neuo, Caniſ. Cujac. Viu. *in ration. lib. 4. iuris Pontif. pag. 59.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 579.* remiſſiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Anton. Auguſt. *collect. 1. Decret. lib. 4. tit. 7. c. 3.* & eſt poſt Concil. Lateran. *p. 6. c. 16.* 1

Collige ex text. adulterium vbi interuenit machinatio mortis alterius conjugis impedire, ac dirimere Matrimonium ſubſequens, etiamſi de eo non adſit promiſſio, ita Sanch. *de Matrim. lib. 7. diſp. 78. n. 2.* Bonac. *in eod. tract. q. 3. punct. 6. n. 5.* At verò machinatio in mortem conjugis, ſi ab vno tantùm fiat, & ſine adulterio, nec impedit, nec dirimit Matrimonium, vt reſoluunt Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 31. n. 130. verſ. 2.* Baſil. Pont. *de impedim. Matrim. c. 27. in princ. verſ. ſimiliter neque.* 2

Aduertit tamen Sanch. cum pluribus, quos citat *d. diſp. 78. à n. 7.* aliquot conditiones requiri vt crimen machinationis mortis alterius conjugis Matrimonium dirimat. Prima eſt vt machinatio illa effectum ſortiatur, nam ſi conjux mortem conjugis machinetur, nec ea ſubſequatur, locum non eſſe huic impedimento reſoluunt multi, quos refert, & ſequitur idem Sanch. *d. n. 7.* quibus adde Rebell. *de obligat. juſtit. p. 2. lib. 3. q. 8. n. 10.* Bonac. *d. punct. 6. n. 5. in fine*, Secunda eſt vt occiſio ſit vxoris, non ſolùm quando vir occidit vxorem per ſe, vel per alium, ſed etiam quando vxor ipſa occidit virum intentione contrahendi Matrimonium, ita Sanch. *d. diſp. 78. n. 8.* & *ibi* per eum citatis adde Ægid. *de Sacram. & cenſur. diſp. 31. dub. 5. n. 55.* Gutier. *de matrim. c. 105. n. 10.* Baſil. Pont. *d. c. 27. verſ. tertius.* Bonac. *d. punct. 6. n. 7.* Tertia conditio eſt, vt cum mortis machinatione interveniat adulterium. Quarta ad adulterium illud requirit, quod altero ſolo conjugis mortem machinante, ſit vtrobique Matrimonium contracturo notum. Quinta vt illa conjugis interfectio veſtiatur fine ineundi alterius Matrimonii, quas omnes conditiones percurrit, & declarat Sanch. *d. diſp. 78.* vbi in vnaquaque explicanda plures refert Doctores. 3

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium contrahens cum ſecunda conſcia primæ viuentis etiam ob adulterium ſeparatæ, prima mortua ſeparabitur ſecunda, & cum alia contrahere poterit.*

2 *Matrimonium cum aliqua contractum viuente prima coniuge & ſuperſtite, impedimentum dirimens eſt.*

3 *Concubina publica quæ dicatur, oſtenditur.*

Cap. Ex literarum IV.

Clem. III.

VIuente prima vxore etiam ob adulterium ſeparata & facta Monacha, qui contrahit cum ſecunda conſcia primæ, mortua prima eſt ſeparandus à ſecunda. 1

cunda, & facta pœnitentia de adulterio, poteſt accipere non ſecundam, ſed aliam. Colligunt ex Ord. Abb.antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Hoſt. Butr. Anchar. Panorm. Præpoſ. Alex. de Nevo, Caniſ. Viv. *in ration. lib.4. Iuris Pontiſ. pag.54.* Alagona *in compend. Iuris Canon. pag. 579.* remiſſivè Ximen. *in concord. p.2.* refertur ab Anton. Auguſt. *collect.2. Decretal. lib.4. tit.5. cap.1.*

2 Collige ex text. Matrimonium cum aliqua contractum vivente primo conjuge, & ſuperſtite, eſſe impedimentum dirimens, ut habetur *in epiſt.53. Nicol.I. in cauſa Lotharii Regis*, qui Theuperga prima uxore legitima vivente ſibi Valdradam conjunxit, & copulavit, & poſtea retinere volebat, ut refert, & declarat alias auctoritates Baſil. Pont. *de imped. matrim. cap. 27. verſ. ſecundus, & de Sacram. Matrim. lib.7. cap.45. num.3.*

3 In gloſſ. *Deprehenſam.* Ex hac gloſſ. juncto text. colligit Aviles *ad cap. 47. Pretorum, verbo manceba, num.1.* concubinam publicam non dici, quæ invenitur in lecto, vel in menſa cum Clerico, Religioſo, vel uxorato, vel quæ fuerit in delicto, vel acceſſu deprehenſa, quia talis deprehenſio non dicitur, nec reddit delictum, & concubinatum publicum, vel notorium, niſi aliter convincatur.

SUMMARIUM.

1 *Vivente legitima uxore, contrahens cum ſecunda adultera, etiam prima mortua, à ſecunda eſt ſeparandus.*
4 *Alimenta à patre ſpuriis debentur,* & n.2.
5 *Alimenta filiis ſpuriis non ſolùm pater tenetur præſtare dum vivit, ſed etiam eo mortuo ejus hæredes.*
6 *Clericus ex redditibus beneficii tenetur alere filios ſpurios.*
7 *Mater in ſubſidium patris tenetur filios alere.*
8 *Avus tenetur alere nepotem, & deſcendentes ab illo.*
9 *Filii etiam ſpurii tenentur parentes alere.*
10 *Dotare tenetur pater filiam ſpuriam.*
11 *Pater non tenetur alere filium ſpurium, ſi ipſe ex ſua arte, vel aliunde commodè vivere poſſit.*
12 *Alimenta præſtanda ſunt filiis ſpuriis, attentis, & conſideratis divitiis paternis, & ejus qualitate.*
13 *Pontificium jus quando naturali innititur, & ab illo procedit, eſt ubique obſervandum.*

Cap. Cùm haberet V.

1 Vxore vivente ſi quis cum aliqua adulteravit, & in jus vocatus abjuravit adulteram, mox ſpreto juramento cum ea contraxit vivente legitima uxore, & diu, id eſt, per decem annos vixit cum ea habens ab ea plures filios, iſti ſunt omninò ſeparandi, etiam mortua legitima uxore, & injuncta pœnitentia eſt eis indicenda perpetua continentia, quia Eccleſiam ſcandalizarunt gravi ſcandalo, præſertim ſi jam ſunt ſenes, & Epiſcopus provideat, ut ipſi pro ſuis viribus filiis provideant. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Hoſt. Butr. Anchar. Panorm. Præpoſ. Mar. Soc. Alex. de Nevo, Caniſ. Cujac. Cened. *collect. 168.* Viv. *in ration. lib.4. Iuris Pontiſ. pag.54.* Alagona *in compend. Iuris Canon. pag. 579.* remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.1. & 2.* refertur ab Ant. Auguſt. *collect.2. Decret. lib.4. tit.5. cap.2.*

2 Hanc eandem concluſ. ex hoc textu deſumunt *l.12.* ubi *gloſſ.1. tit.1. lib.3. fori leg.* Perez *l.3. gloſſ.1. pag.47. col.2. ad med. tit.1. lib.5. Ordin.* Stephan. de Gaëta *in repet. cap. ad limina 30. quæſt.1. §.4. num.416.*

Et diuturnitas temporis peccatum non minuat.] Vide dicta *ad cap. ult. num.2. ſup. de conſuet.* 3

Neceſſaria ſubminiſtret, &c.] Notatur ad hoc, quod ſpuriis debentur alimenta à patre, ſaltem de juris Canonici æquitate, vide Covar. *de ſponſ. p.2. cap.8. §.16. à princ.* Cott. *in memorab. verbo ſpuriis,* Perez *l.22. gloſ.1. pag.101. colum.1. tit.3. lib.1. Ordinam. & in l.1. gloſſ.1. pag.69. & gloſſ.2. pag.98. verſic. ſpuriis, tit.2. lib.5. & l.2. gloſſ.3. pag.307. colum.2. verſic. utrum autem, tit.15. lib.8.* Mader. *in animadverſ. juris Civilis, c.32. n.7.* Gom. *l.9. Tauri, à n.37.* Sim. de Prætis *de interpret. ultim. volunt. lib.3. ſolut.2. n.7.* Navar. *de ſpoliis Cler. §.18. n.9.* Menoch. *de ſucceſſ. creat. lib.2. §.20. num.513.* Menoch. *conſ.60. n.6.* Corſet. *ſing.330. verbo ſpurius, in 2.* Matheſ. *ſing.147.* Paul. Fuſc. *ſing.131. lit F, in fine, & ſing.115. lit. A,* Hippol. *ſing.358.* Du r. *reg.266. verſ. quartò limita, & in reg.363.* Gabr. *lib.5. commun. tit. de alim. concl.1. n.2.* Paleoth. *de nothis & ſpuriis, c.45. n.8. & cap.46. cum ſeqq.* Olan. *in antinom. jur. lit. F, n.47.* Molin. *de primog. lib.2. cap.15. n.42. & 49.* Mozz. *de contract. Matrim. tit. de natural. matr. n.15.* Laram *in l. ſi quis à liberis, §. idem reſcripſit, à n.9. ff. de lib. agnoſc.* Cornel. Beneue. *de privil. paup. in 2. ſpecie, jud. à n.9.* Garc. *de expenſ. cap.3. n.8.* Brunor. à Sole *in q. leg. q.25. n.16. & 17. cum ſeqq.* Spin. *in ſpeculo teſtam. gloſſ.26. princ. à num.69.* Matienſ. *l.8. gloſſ.1. n.1. tit.8. lib.5. nova recop.* Lancel. Gallia *in conſ. Alexand. in gloſſ. ſolidos, quæſt.6. n.9. & n.30. verſ. & proprius,* Menoch. *de præſumpt. lib.1. præſ.36. n.13.* Pontan. *de aliment. cap.1. à n.9.* Molin. *de juſtit. tract.2. diſp.168. verſ. jure tamen,* Leſſ. *eod. tract. lib.2. cap.19. dub.6. n.67.* Sanctarel. *var. reſol. lib.1. q.30. à princ.* & præcipuè *n.8.* Cened. *collect.168. n.5.* Surd. *de alim. tit.1. q.10. n.6. cum ſeqq.* Gam. *deciſ.201. 204. & 225.* Peregr. *de jure fiſci, lib.3. tit.10. n.55.* Morl. *in emporio juris, p.3. tit.1. q.11. n.32.* Gutier. *pract. lib.2. q.109. & ſeq.* Valaſc. *conſil.92. n. fin.* Cevall. *commun. contra commun. quæſt.757. à n.39.* Card. Mantic. *de tacitis, & ambig. convent. tom.2. lib.13. tit.12. num.5.* Cabed. *p.1. deciſ.148.* Farin. *noviſſ. Rotæ deciſ.747.* Azor. *inſtit. moral. p.1. lib.5. cap.20. col.457. & p.2. lib.2. c.12. q.2.* D. Garc. Maſtr. *Siciliæ deciſ.85. n.2. & deciſ.144. n.8.* Mart. *de juriſd. p.4. caſu 162. n.12.* Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. p.1. collect.110. & p.4. collect.1099. & collect.1212.* D. Barboſ. *in l.1. p.4. n.65. ff ſolut. matr.* Card. *in praxi judicum, verbo filius, n.37.* Cened. *pract. & canon. quæſt. lib.1. q.13. n.11.* Valer. Regin. *in praxi fori pœnit. lib.20. n.29. & 32.* Rebell. *de oblig. juſt. p.2. lib.5. q.8. ſect.2. n.8. & ſeq.* noviſſimè Luſit. Benedict. Ægid. *ad l. ex hoc jure, ff. de juſt. & jure, in initio, n.21.* 4

Amplia primò hujuſmodi obligationem alendi filios illegitimos, & ſpurios non ſolùm ſubſiſtere in patre vivente, ſed etiam eo mortuo tranſire ad hæredes, ut per Duen. *reg.367. n.4.* Cov. *d. §.6. n.14.* Laram *d. §. idem reſcripſit, n.79. & §. item reſcriptum, n.9.* Molin. *d. cap.15. n.43.* Cened. *d. collect.168. n.12.* Bened. Ægid. *d. l. ex hoc jure, in initio, n.32.* D. Barboſ. *d. l.1. p.4. n.72. & 127.* Surd. *de alim. tit.1. q.50. per tot.* Rebell. *d. q.8. n.7.* Gam. *deciſ.11. n.6.* Molin. *diſp.168. verſ. non ſolùm,* Aloyſ. Ricc. *d. collect.1099. verſ. infertur ſecundò, & collect.1212. verſ. amplia ſecundò*, ubi refert de Franchis *deciſ.178.* quicquid dicat Capyc. *deciſ.144.* non enim poteſt pater diſponere ut filius non alatur. Surd. *tit.8. privil.85. n.10.* Covar. *d. §.6. n.5. verſ.5.* Paleoth. *d. c.47. n.6.* Lara *n.82. dictis locis*, quia obligationem legis immutare poteſt, præcipuè quando ex naturali vinculo procedit, *l. nemo poteſt, ff. de legat.1.* Et ad omnes alios tranſit ſucceſſores, ut eſt donatarius omnium bonorum, ex Rip. *in l. ſi unquam, quæſt.23. C. de revoc. donat.* Paleoth. *cap.34. n.10.* Surd. *tit.1. quæſt.39. à n.8.* 5

6 Secundò amplia, hanc obligationem alendi filios ſpurios comprehendere Clericum etiam ex redditibus beneficii, ut per Navar. *de ſpoliis cleric. §.fin. num.* 11. Surd. *conſil.*177.*num.*13.*& conſil.*310.*n.*2. Azor. *inſtit. moral.p.*2.*lib.*2.*cap.*4. *quaeſt.*20.*verſic.ſi roges, & cap.*40. *quaeſt.*7.Paul.Comit.*reſponſ.moral.lib.*1.*quaeſt.*45.D.Garc. Maſtrillo *Siciliae deciſ.*144. *n.*21. D. Barboſ. *d.l.*1. *p.*4. *num.* 133. Cald.Pereira *de poteſtate elig.cap.*3.*n.*11.*& de empt.cap.*16.*n.*45. Martam *de juriſdict.p.*2.*cap.*20.*n.*18.

7 Tertiò amplia in matre, per text. *in praeſenti,* ubi commune utrique parentum onus rejicit libetis ſic natis alimenta miniſtrare, intellige non ordine conjunctivo, ſed ordine ſucceſſivo, ut ſcilicet pater per prius teneatur, mater verò in ſubſidium, ut per Peregr. *de jure fiſci, lib.*3.*tit.*18.*n.*59. Surd.*tit.*1.*quaeſt.*15. *num.*11. Gam. *deciſ.*304. Covar. *d.*§.6. *n.*13. Palat. *in repet. cap. per veſtras, de donat.inter virum, & uxor.notab.*3.§.23.*num.*12. Latam *d.*§.*idem reſcripſit, num.*35. Sanctarel. *dict.lib.*1. *quaeſt.*33.

8 Quartò amplia, quod nedum pater filium ſpurium, ſed & nepotes, & deſcendentes ab illis alere tenetur, & praeterea avus nepotem ſpurium, & reliquos, ut per Gammam *deciſ.*11.*n.*7.*& ſeqq.* Laram *in* §.*idem reſcripſit, n.*39. Vincent.de Franch. *deciſ.*283. *num.*15. Peregr.*d.tit.*18.*n.*64.Surd. *tit.*1.*quaeſt.*13.*n.*6.D.Barboſ. *d.l.*1.*p.*4.*n.*-0. Perez *tit.*2.*lib.*5. *Ordinam. pag.*98. Ant. Gom. *l.*9.*Tauri, n.*38. Molin. *d.diſp.*168. *verſ. non ſolum,* Azor. *p.*2.*lib.*2. *cap.*12. *quaeſt.*6. Sanctarel. *d.lib.*1. *quaeſt.*31.*num.*11. Nepos quanquam legitimè natus ex filio ſpurio, non poteſt avo ab inteſtato ſuccedere. Bernard.Graevae. *ad pract.Camer. Imper.lib.*2.*concl.*115. Joſeph.Ludoviſ.*Peruſ.deciſ.*18.*n.*37. Gamma *deciſ.*11. *num.*5. *& deciſ.*136. *n.*4. at verò ex teſtamento poſſe hunc nepotem avo ſuccedere, reſolvunt Joſeph. Ludoviſ. *d.deciſ.*18.*n.*53.*cum ſeq.* Duen. *reg.*366.*limit.*2. Peregr. *d.tit.*18.*n.*45.*cum ſeqq.* Gama *d.deciſ.*11. *n.*5.*& deciſ.*236.*ad fin.* D.Barboſ. *d.l.*1.*p.*4.*n.*76.

9 Quintò amplia per reg. correlativorum è contrario filios non ſolùm legitimos, ſed etiam naturales & ſpurios utriuſque ſexus obligari ipſo jure naturali, & humano ad alendos parentes, ut per Menoch. *de praeſumpt.lib.*3. *quaeſt.*29. *n.*16. Laram *in* §.*parens, à n.*14. Surd. *tit.*1. *quaeſt.*17.*&* 20. *& tit.*4. *quaeſt.*18. *n.*52.*cum ſeqq.* Molin. *de juſtitia, tract.*2. *diſp.*228. *verſ. quintus effectus,* Azor. *inſtit.moral.p.*2.*lib.*2.*cap.*3. Aſcan.Clem. *de patria poteſt. cap.*4. *n.*44. Lancel.Gall. *in conſuetud. Alexand.verbo uxori, quaeſt.*4.*num.*32. Padil. *in ſumma legum poenalium, p.*2. *cap.*49. *n.*2. Sayr. *in clavi Regia, lib.*7.*cap.*5.*num.*15. Cardoſ. *in prax.judicum, verbo alimenta, num.*14.*& verbo filius, n.*40. Rebel. *d.quaeſt.*8. *num.*8. Bened. Aegid. *d.l.ex hoc jure, in initio, num.*36. Sanctarel. *d.quaeſt.*31.*num.*32.

10 Sextò amplia, ut etiam pater teneatur dotare filiam ſpuriam, ut per Covar. *d.* §.6. *num.*11. Hieron. Gabr. *conſil.*25.*n.*4.*&* 5. Molin. *de primog.lib.*2. *cap.*15.*n.*45. Sanctarel. *d. quaeſt.*31. *num.* 14. Perez *ad lib.*8. *Ordin. pag.*307.*in fine,* Peregr. *d.tit.*18.*n.*56. D.Barboſ. *d.l.*1. *p.*4.*n.*64.*&* 65. Duen. *reg.*366. *ampl.*3. Craſſ. §.*inſtitutio, quaeſt.*7.*num.*17.*&* 18. Cevall. *commun. contra commun. quaeſt.*565. Aldovin. *conſil.*103. *à num.*14. Surd. *conſil.*210. *num.*2.*& de aliment. tit.*1. *quaeſt.*10. *num.*15. D.Barboſ. *d.l.*1. *p.*4. *num.*56. Card.Mantic. *de tacitis, & ambiguis convent.lib.*12. *tit.*16.*num.*19. Cald.Pereira *d.quaeſt.*18. *num.*10.

11 Limita tamen principalem text. concluſionem, ſi ſpurii de ſua arte vel operibus, aut aliunde commodè vivere poſſint, ut per Palat. *in repet. cap. notab.*3. §.23.*n.*7. Covar. *d.*§.6.*num.*9. Spino *d.gloſſ.*16.*à n.*15. *&* 216. Gutier. *pract.lib.*2.*quaeſt.*109.*n.*3. Cened. *d.collect.*168.*n.*5.*in medio,* Rebel. *d.lib.*5.*quaeſt.*8.*n.*7.Henriq. *in ſum.lib.*11. *cap.*19. *num.*2. *lit.N,* Surd. *tit.*7.*quaeſt.*8. Aloyſ.Ricc. *d.collect.*1099. *in fin.& collect.*1212. *verſ. nunc limita,* ubi refert Theſaur. *deciſ.*211. Aym. *conſ.* 219.*n.*8.*vol.*2.Rot. *Bononien.deciſ.*22.*n.*6.

Secundùm quod eis ſuppetunt facultates.] Ergo alimenta praeſtanda ſunt filiis ſpuriis, attentis, & conſideratis divitiis paternis, & ejus qualitate, ac dignitate, ut tenent Cov. *d.*§.6.*n.*8. Gom. *l.*10.*Tauri, n.*40. Mol. *lib.*2.*de primog.cap.*15.*num.*54.*verſ.ſed verius eſt,* Vincent.de Franch. *deciſ.*284.*n.*17.*&* 19. Matienſ. *l.*8. *gloſſ.*1.*n.*10. *tit.*8.*lib.*5. *nova recop.* Surd. *de alim. tit.*4. *quaeſt.*18.*num.*51. Mol. *de juſt.tract.*2. *diſp.*168.*in princ.* Leſſ. *eod.tract.lib.*2.*cap.*19.*n.*67. Azor. *inſtit.moral.p.*2. *lib.*2.*cap.*3.*quaeſt.*2. Megal. *in p.*2.*lib.*2.*cap.*2.*quaeſt.*2.*n.*4. Sanctarel. *var. reſol. lib.*1. *quaeſt.*31. *n.*29. me citato *in hoc loco,* Diana *reſol.moral. p.*1.*tract.*2. *reſol.*85. quamvis in alimentorum praeſtatione conſiderandam eſſe filii ſpurii indigentiam, inſpecto jure naturali, & non ipſius, nec patris nobilitate, ac patrimonii viribus, minus bene tueantur Palat. *in repet. d.cap. per veſtras,* §.24.*n.*3. Lara *d.*§.*idem reſcripſit, num.*48. Gam. *Luſit. deciſ.*201.*num.*4.*& deciſ.*225.*&* 342. Barboſ. *d.l.*1.*p.*4. *n.*65.*verſ.ſed prima opinio,* Rebel. *d.quaeſt.*8.*n.*4.*&* 7. 12

In gloſſ. *Secundùm facultates,* fin. ibi, *hoc intelligitur de benignitate Canonica,* &c.] Notatur ad hoc, 13 quod Pontificium jus quando naturali innititur, & ab illo procedit, eſt ubique obſervandum, non ſolùm in terris Eccleſiae, ſed etiam Imperii, & in utroque foro, civili lege exploſa, ut per Molin. *de juſtit.tract.*2. *diſp.*168. *verſ. jure tamen Canonico,* Azor. *inſtit.moral. p.*1.*lib.*5.*cap.*21. *poſt princ.& p.*2.*lib.*2. *cap.*12. *quaeſt.*3. Card.Tuſch. *tom.*2. *lit. A, concl.*287. *n.*48. Soar. *de legib.lib.*3.*cap.*6. *n.*8. Aegid. *d.l.ex hoc jure, in init.n.*31. *verſ.hoc autem,* ubi referunt Gabr. *n.*2. Covar. *num.*6. Rot. *n.*19. Duen. *ampl.* 1. Lara *n.*17. Paleoth. *cap.*47. D.Barboſ. *n.*56. Surd. *quaeſt.*10.*n.*7. *citatis locis.* Verùm non defuerunt, qui contrariam ſententiam ſecurè tueantur, contendentes aequitatem Canonicam in ſuo foro, legem Civilem in ſuo eſſe obſervandam, ita Joan. de Imola, quem refert & ſequitur Alexand. *conſil.*74. *num.*3. *vol.*3. Felin. *in cap. Eccleſia, n.*45.*de conſtit.* ita alii, quos refert Gabr. *d.num.*2.*in princ.* & pertinaciter multis defendere nititur Menoch. *d.* §. 20. *num.*313. adducentes generalem regulam de diſtinctione utriuſque poteſtatis, Eccleſiaſticae & Civilis, de qua *in cap. ad verum,*96.*diſt.* Deinde ait Mench. quod lex Civilis non habet ſe in hac materia tanquam prohibens, ſed tanquam permittens, non concedendo ſcilicet actionem, qua patres cogantur alere ſpurios, in quibus terminis utraque lex in ſuo foro ſervatur, ut in materia pacti nudi, & *l.*2. *C.de reſcind.vend.* notant omnes *in cap.*1.*de pactis.* Verùm ex juris principiis prior ſententia verior eſt ex fundamento pro ea deducto, indeque ſolvitur praecipuum contrariae de diſtinctione duplicis poteſtatis; non enim procedit ubi lex Civilis peccatum approbat, tunc enim cedit Canonicae, *cap.ult.de praeſcript.*

SUMMARIUM.

1 *Uxore vivente habens copulam cum altera, mortua uxore, ſi non praeceſſit fides, vel machinatio, poteſt illam ducere.*

2 *Adulterium ſimplex non efficit Matrimonium invalidum, ne quidem contractum, &c.*

3 *Excommunicatus poteſt contrahere Matrimonium.*

4 *Excommunicatus poteſt invitus abſolvi.*

Cap. Significaſti VI.

Innoc. III.

1 UXore vivente habens copulam cum altera, mortua uxore, ſi non præceſſit fides, vel machinatio, poteſt illam ducere. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Joan. Andr. Hoſt. Butr. Anch. Panorm. Præpoſ. Alex. de Nevo, Caniſ. Cujac. Viv. *in ration. lib.*4. *Iuris Pontif. pag.*55. Alagona *in compend. Iuris Canon. pag.*580. remiſſivè Ximen. *in concord. p.*1. *&* 2. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 3. *Decret. lib.*4. *tit.*6. *cap.*1.

2 Collige ex text. ſimplex adulterium non efficere Matrimonium invalidum, ne quidem contractum inter perſonas à quibus illud commiſſum eſt, ut per Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 31. *num.*132. Sanch. *de Matrim. lib.*7. *diſp.*78. *num.*1. ubi dixi *cap.*1. *& cap. illud verò,* 31. *quæſt.*1. in quibus ſtatuitur nulli licere ducere in uxorem eam, quam priùs per adulterium polluit, intelligi quando cum adulterio concurrit duplex crimen, videlicet adulterium cum machinatione mortis alterius conjugis, ac proinde adulterium cum fide data de contrahendo poſt conjugis mortem, vel cum contractu Matrimonii de præſenti cum adultera: unde obſervandum eſt, per adulterium tantùm, ſi non adſit promiſſio, vel fides data de Matrimonio futuro, vel machinatio in mortem conjugis, nullum gigni impedimentum, ut ex hoc textu docuerunt Bonacin. *de Matrim. q.*3. *punct.*6. *n.*8. Baſil. Pont. *de imped. matrim. cap.*27. *in princ.* ubi etiam reſolvit ſolam fidem de contrahendo matrimonio, imò nec matrimonium re ipſa contractum, non conſummatum, ſi conjugem, cui fidem adſtrinxit, non cognoſcat, nec impedire, nec dirimere.

3 *Si petierit.*] Collige ex text. excommunicatum, vel ſimili cenſura ligatum abſolvendum non eſſe, niſi abſolutionem humiliter petierit, ut per *gloſſ. ult.* & Abb. *n.*20. ac alios communiter *in cap. ab excomm. de reſcr.* latè Ugol. *de cenſ. tab.*1. *cap.* 19. §.3. Soar. *eod. tract. diſp.*7. *ſect.*10. licèt enim ad abſolutionis juſtitiam hoc pertineat, ſi tamen qui abſolutionem non petit, vel etiam invitus abſolvatur, abſolutionem mero jure validam eſſe reſolvunt ipſe Abb. & alii communiter, ut per Ugolin. *d. cap.*19. §.2. Jacob. de Graff. *in aureis deciſ. part.*1. *lib.*4. *cap.*19. *num.*5. Tolet. *in inſtruct. Sacerd. lib.*1. *cap.*14. *n.*4. Ratio autem facilis eſt, quemadmodum enim quis excommunicatur invitus, ita abſolutio ipſius excommunicationis non pendet ex voluntate illius, qui abſolvitur, ſed ex poteſtate abſolventis, ſicut etiam cernitur in omnibus aliis actibus juriſdictionis contentioſæ, quæ in invitum redditur, *l. inter ſtipul.* §.1. *ff. de verbor. oblig.* Unde pendet ratio, quare abſolutio pœnitentialis non valet, niſi reddatur volenti & petenti, quia ſcilicet ad juriſdictionem pertinet voluntariam, ultra alias rationes, quod contritionem, & pœnitentis diſpoſitionem exigat, notat Nav. *de indulgent. notab.*20. *num.*7. Quamvis autem præcitati latè controvertant, an caſu aliquo licitè excommunicato invito præſtari poſſit abſolutio, ut per prædictos, præcipuè Ugolin. §.2. *n.*3. videri poteſt, placet diſtinguere, vel enim excommunicatus adhuc in ſua perdurat contumacia, & regulariter vera videtur Calderini ſententia negativa, ſi adjungas limitationem D. Thomæ, quem Abb. refert, & ſequuntur alii *citatis locis,* ſcilicet ſi judex viderit magis expedire ſaluti illius ſpirituali, in cujus medicinam protulit excommunicationem, ut ea, quamvis excommunicatus non petat, relaxetur, licèt enim per viam regulæ cenſurarum naturæ, & inſtitutioni repugnet, ut cenſura ad correctionem ſubditi prolata durante cōtumacia relaxetur, cùm tamen finis ipſius ſit medicinalis, maximè eidem fini videtur contravenire, ut tali caſu, quamvis effectus ſequutus non ſit, præſtetur abſolutio non petenti.

4 *Excommunicato.*] Notatur ad hoc, quod matrimonium contrahi poteſt ab excommunicato, ut per Cov. *de ſponſal. p.*2. *cap.*6. *in initio, n.*3. Tolet. *lib.*7. *ſum. cap... num.*1. Vivald. *in candelabro aureo, part.*1. *de matrim. num.*80. Petr. de Ledeſma *de matrim. quæſt.*59. *num.*1. §. *penult.* Graffiis *in aureis deciſ. p.*2. *lib.*1. *cap.*1. *num.*25. Ugol. *de cenſur. tab.*2. *de excomm. cap.*7. §.2. *n.*4. Matienſ. *in rubr. tit.*1. *gloſſ.*1. *num.*36. *lib.*5. *novæ recop.* Henriq. *in ſum. lib.*13. *de excomm. cap.*10. *n.*1. Sanch. *de Matrim. lib.*7. *diſp.*9. *n.*2. D. Covar. *eod. tract. cap.*83. *n.*4. Anton. Ricc. *in tract. de jure perſonarum extra gremium Eccleſiæ exiſtent. lib.*4. *cap*4. §.8. *n.*13.

5 In gloſſ. *Si petierit,* ibi, *imò videtur quod compelli debeat,* &c. Notatur ad hoc, quod excommunicatus poteſt invitus abſolvi, non à copula, ſed à cenſura, ut per D. Antonin. *part.*3. *tit.*24. *cap.*77. Felin. *in cap. Apoſtolicæ, num.*3. *de except.* Sylveſt. *verbo abſolutio* 3. *dub.*6. Henriq. *lib.*13. *de excommun. cap.*29. §.1. Ugolin. *de cenſuris, tab.*1. *cap.*10. §.2. Sayr. *eodem tract. lib.*2. *cap.*20. *num.*2. Soar. *in ſimili tract. diſp.*7. *ſect.*7. *num.*5. Palar. *in repet. cap. per veſtras, de donat. inter virum, & uxor.* §.18. *num.*17.

SUMMARIUM.

1 *Uxoratus ſi contrahit cum ſecunda neſciente, mortua prima, licitè remanet cum ſecunda, novo conſenſu interveniente.*

2 *Capitulum Sede vacante cognoſcere poteſt de cauſis matrimonialibus.*

Cap. Veniens VII.

1 UXoratus ſi contrahit cum ſecunda hujus rei ignara, mortua prima poteſt ſecundam habere, ſi de novo conſentiat, dummodo non præceſſerit machinatio, vel fides. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Hoſt. Butr. Anchar. Panorm. Præpoſ. Alex. de Nevo, Caniſ. Cujac. Viv. *in ration. lib.* 4. *Iuris Pontif. pag.* 56. Alagona *in compend. Iuris Canon. pag.*480. remiſſivè Ximen. *in concord. p.*1. *&* 2. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 3. *Decret. lib.*4. *tit.*6. *cap.*2.

2 In ſuperſcript. text. ibi, *Meſſanen. Capitulo.* Ergo Capitulum Sede vacante cognoſcere poteſt de cauſis matrimonialibus, de quo vide Stephan. Quarant. *in ſumma Bullarii, verbo Capitulum Sede vacante, quæſt.*5. Covar. *de ſponſalib. part.*2. *cap.*8. §.12. *num.*1. *in princ. verſic. atque etiam,* Pavin. *de officio, & poteſtate Capituli Sede vacante, part.*1. *quæſt.*10. *ſub num.*8. Aloyſ. Ricc. *in praxi fori Eccleſiaſtici, deciſ.*245. *in* 1. *edit. & reſol.*215. *in* 2. *edit.* quos refero ego ipſe *de officio, & poteſtate Epiſcopi, p.*3. *alleg.*84. *num* 4. ubi ex Quarantra adverto, quod licèt per Concil. Trident. *ſeſſ.*24. *de reformat. cap.* 20. *verſ. ad hæc,* cauſæ matrimoniales relinquantur examini, & juriſdictioni Epiſcopi tantùm, ut excluderentur alii Prælati inferiores, non tamen excludit Capitulum in hoc caſu, cùm non dicatur inferior, ſed par.

3 *De novo potuit matrimonialiter conſentire.*] Ergo iterum debet conſentire, ut per Perez *l.*1. *gloſſ.*1. *pag.*16. *verſ. ex quo clarè, tit.*1. *lib.*5. *Ordin.* Nam ſi

Matrimonium fuerit ſimpliciter inter inhabiles contractum, licèt inhabilitas, ſeu impedimentum poſtea ceſſet, non ex hoc ratificatur Matrimonium ex priori conſenſu, ſed ex novo, cùm novum contrahatur Matrimonium, ut per Boër. *deciſ.*264. *num.*27. *col.*2. In ratificatione enim actus nullius conſideratur tempus ratificationis, ſecundùm Surd. *deciſ.*241. *num.*7. Gregor. *deciſ.*395. *num.*9. & ideo profeſſio irrita non incipit eſſe valida, niſi à tempore ratificationis, & non antea. Navar. *conſil.*17. *num.*3. *de Regul. in novis*, Barthol. de Vecchis *in praxi obſervanda in admittendis ad Religionis ſtatum novit. diſp.*15. *dub.*8. *num.*2. Unde Rota coram Seraphin. *deciſ.*900. ait Sacram Congregationem reſpondiſſe, quod ſi Matrimonium eſſet nullum propter impedimentum occultum, & partes poſtea in Matrimonio ita contracto permanere conſentiant, ex ſtylo Pœnitentiariæ Papa ſolet diſpenſare, ut de novo poſſit contrahi, non repetitis ſolemnitatibus à Concilio requiſitis, ſecus ſi impedimentum ſit manifeſtum.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium contrahens cum ſecunda, vivente prima, quam tamen non cognovit, nec ante contractum, nec poſt, mortua prima poteſt contrahere cum ſecunda.*

2 *Promiſſio alterutrius de contrahendo cum ea, quam polluit per adulterium, non inducit impedimentum, niſi ab altera expreſsè acceptata ſit.*

3 *Adulterium, & promiſſio matrimonii ad impedimentum contrahendum fieri debent vivente conjuge illius, qui eſt complex adulterii.*

4 *Conatus ad copulam non ſufficit ad hoc impedimentum inducendum.*

CAP. Si quis VIII. & fin.

Gregor. IX.

1 VXore prima vivente dans fidem ſecundæ, immò de facto cum illa contrahens, dummodo nec antè, nec poſt vivente prima ipſam cognoverit, prima mortua, ſi contrahit cum ſecunda, Matrimonium tenet, utrique tamen pro iſto delicto debet pœnitentia injungi, ſecus ſi vivente uxore illam cognovit ante, vel poſt fidem, ſeu Matrimonium. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Hoſt. Anch. Butr. Panorm. Præpoſ. Alex. de Nevo, Caniſ. Cujac. Vivian. *in ration. lib.*4. *Iuris Pontif. pag.*56. Alagona *in compend. Iuris Canon. pag.*580. remiſſivè Ximen. *in concord. p.*1. *&* 2.

2 *Fide data.*] Intellige cum effectu, id eſt, acceptata; nam ante acceptationem non eſt propriè promiſſio, ſed pollicitatio; unde non ſufficere ad hoc impedimentum inducendum promiſſionem alterius, niſi ab altero acceptata ſit expreſsè, non verò per taciturnitatem, tenent Sanchez *de Matrimonio, lib.*7. *diſp.*79. *num.*22. *cum ſeqq.* Gutierr. *eod. tract. cap.*105. *num.* 20. Bonacina *eodemmet tract. quæſt.*3. *puncto* 6. *num.* 9. *verſ. ſecundò*, Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.*31. *num.*137.

3 *Cognovit eandem*, &c.] Notatur ad hoc, quod adulterium, & promiſſio Matrimonii fieri debent vivente conjuge illius, qui eſt complex adulterii ad hoc impedimentum contrahendum; requiritur enim, ut utrumque interceſſerit durante eodem Matrimonio, & non ſufficit ut interceſſerit in diverſis conjugiis, ſeu Matrimoniis: ita Sanchez *d. lib.*7. *diſp.*79. *num.*5. Sot. *in* 4. *diſtinct.*37. *quæſt. unic. art.*4. Ægid. *de Sacramentis*, *& cenſuris*, *diſp.*31. *num.* 54. Bonacina *d. punct.*6. *num.*12.

In gloſſ. *Cognovit*, ibi, *quia non obfuit conatus, ubi voluntas, vel injuria non habuit effectum.* Ergo conatus ad copulam non ſufficit, ſed debet intervenire adulterina copula, quæ delictum conſummatum importet, ita Sanch. *d. lib.*7. *diſp.*79. *num.* 2. Valer. Reginald. *d. lib.*31. *num.*134. 4

In ead. gloſſ. ibi, *Idem intellige de eo, vel ea*, &c. Notatur hæc gloſſ. ad hoc, quod nihil refert ad hoc impedimentum dirimens incurrendum, ſive vir uxorem, ſive uxor virum perimat gratiâ migrandi ad alterum Matrimonium, ut per Vivald. *in candel. aureo, p.*1. *de Sacram. Matrim. num.*212. *concl.*3. Fr. Emman. *in ſum. tom.*1. *cap.*229. *num.*5. Graffiis *in deciſ. aureis, p.*1. *lib.*2. *cap.*85. *num.*6. Ugolin. *de Sacram. tit. de Matrim. cap.*19. *num.*9. Card. Bellarm. *lib.*1. *de Matrim. cap.*22. *caſu* 1. Matienz. *in rubr. tit.*1. *gloſſ.*1. *num.*177. *lib.*5. *nova recop.* Henriq. *in ſum. lib.*12. *cap.*14. *num.*2. Sanch. *de Matrim. lib.*7. *diſp.*78. 5

De Conjugio Leproſorum.

TIT. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur ſuper hanc rubr. ſcribentes.*

2 *Leproſi extra civitatem ponendi.*

3 *Leproſi expelli poſſunt à civitate.*

4 *Eccleſiaſticus judex ſolùm eſt competens, quando agitur de conjugum ſeparatione ob lepram.*

5 *Vicarius Epiſcopi poteſt viſitare laicos ſuſpectos de lepra.*

SUPER hanc rubr. ſcripſerunt Zabar. Joan. Andr. Anchar. Butr. Panorm. Præpoſ. Alex. de Nevo, Durand. *in breviario aureo Iuris Canon. & in ſpeculo Iuris, ſub hoc tit. lib.*4. Stephan. Ranchin. *in continuatione tituli Decretal.* Joan. de Londris *in breviario ſanctorum Canonum*, Petr. de Ravenna *in compendio Iuris Canon.* Martin. Meſnart. *in epitome Decretal.* Dan. Venat. *in analyſi methodica Iuris Pontificii*, Goffred. & Hoſt. *in ſum. hujus tit.* Alex. Caſſan. & Anaſt. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decret.* Barthol. Carthag. *in expoſit. tit. ejuſdem Iuris Canon.* Zypæ. *in analytica poſtremi Iuris Eccleſ. enarrat. pag.*354. noviſſimè Joan. Honor. *lib.*4. *ſum. in Decretal.* omnes *ſub hoc tit.* 1

De leproſis, & quod ſint extra civitatem ponendi, vide apud Hiſpanos *l.*1. §.10. *tit.*16. *lib.*3. *nova recop.* Gregor. *l.* 7. *verbo porque no ſean*, *tit.*12. *p.*4. *& tit.* 1. *p.*7. *princip. verbo apartado*, Franciſc. Marc. *deciſ.* 1017. *num.*6. *cum ſeqq.* Avendan. *de exequendis mandat. p.*1. *cap.*6. *num.*6. Azeved. *ad l.*2. *n.*28. *tit.*10. *lib.*8. *nova recop.* & poſſunt expelli à civitate, ut per Aviles *ad cap.*26. *Prætorum*, *num.*4. Et quando agitur de ſola conjugum ſeparatione ad tempus ob lepram, ſolus Eccleſiaſticus eſt competens, ut per Covar. *de ſponſal. part.*2. *cap.*7. §.6. *num.* 8. Sanch. *de Matrim. lib.*7. *diſp.*8. *num.* 15. & poteſt Vicarius Epiſcopi viſitare laicos ſuſpectos de lepra, ut per Rebuff. *in tract. quando ſæcularis*, *num.*82. 2 3 4 5

SVMMA

SUMMARIUM.

1 *Lepra ſuperveniens non diſſolvit Matrimonium, nec Matrimonij effectum, ideo ad invicem maritali affectione conjuncti ſe tractare debent, aut ad perpetuam continentiam vovendam induci.*

2 *Conjux ſanus an teneatur reddere debitum conjugi leproſo, remiſſivè.*

3 *Conjuges non poſſunt eſſe diutiùs ſeparati.*

4 *Judicis arbitrio relinquitur quando maritus diu abeſſe dicatur ab uxore.*

5 *Uxor an, & quando teneatur ſequi virum ſuum, remiſſivè.*

Cap. Pervenit I.

Alex. III.

1 VIr, & uxor cùm ſint una caro, non debet alter ſine altero eſſe diutiùs, quare ſi alter incidit in lepram, debet conjux illum ſequi, & affectu maritali ei miniſtrare; & ſi ad hoc ab Epiſcopo induci non poteſt, Epiſcopus imponat, ut uterque altero vivente ſervet continentiam, quod ſi contemnat, excommunicet. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Hoſt. Butr. Anch. Panorm. Præpoſ. Alex. de Nevo, Caniſ. Cujac. Viv. *in ration. lib. 4. juris Pontif. pag. 57.* Alagon. *in compend. juris Canon. pag. 586.* remiſſivè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Ant. Auguſt. *collect. 1. Decret. lib. 4. tit. 8. c. 1.* & eſt poſt Conc. Lateran. ſub Alex. III. *p. 37. c. 2.*

2 An, & quando conjux ſanus teneatur reddere debitum alteri conjugi leproſo, dicam commodiùs *cap. ſeq.* ubi propriè ſedet hæc materia.

3 *Non debet alter ſine altero diutius eſſe.*] Notatur ad hoc, quod conjuges non poſſint eſſe diutiùs ſeparati, nec valet ſtatutum, aut conſuetudo, ut viri diutius ſine uxore ſint: ita Sanch. *de Matrim. lib. 9. diſp. 4. num. 12.* ubi *n. 2.* aſſerit quod conjuges jure naturali, ac divino ſimul habitare tenentur.

4 In gloſſ. *Diutius.* Notatur ad hoc, quod judicis arbitrio relinquitur quando maritus diu abeſſe dicatur ab uxore, ut per Menoch. *de arbitr. caſu 456. n. 2.*

5 In gloſſ. *Sequantur.* An, & quando uxor teneatur ſequi virum ſuum, vide Cov. *de ſponſ. p. 2. c. 7. n. 5.* Tiraq. *l. 1. connubiali, gl. 1. p. 1. n. 39. & 40.* Bernard. *reg. 800.* Perez *l. 29. verbo ſi alguna muger, tit. 11. lib. 4.* Ordin. Matienſ. *in rubr. tit. 1. gl. 1. n. 94. cum ſeqq. lib. 5. nova recopil.* D. Barboſ. *in l. maritum, n. 55. ad fin. ff. ſolut. matrim.* Farin. *Rotæ deciſ. 28. n. 15. in collect. 1. noviſſ.* Cened. *ad Decretal. collect. 74. in fine*, Sanch. *de Matrim. lib. 9. diſp. 4. n. 14.* Gutier. *eod. tract. c. 23.*

SUMMARIUM.

1 *Conjuges propter lepram ſeparandi non ſunt à conjugio, & contrahere poſſunt Matrimonium, & invicem ſibi reddere debitum tenentur.*

2 *Leproſo conjugi tenetur ſanus debitum reddere, quando redditio non cedit in reddentis notabile damnum.*

3 *Gallico morbo laboranti conjugi non tenetur ſanus conjux cum periculo notabilis infectionis debitum reddere.*

4 *Leproſo tenetur ſanus conjux debitum reddere, etiam cum notabili damno, quando lepra Matrimonium præceſſit.*

5 *Horror naturalis conſurgens ex acceſſu ad conjugem lepra infectum excuſat à debito reddendo, ubi virga erigi, aptaque copula reddi minimè poſſet.*

6 *Auctoritas Chriſti Domini Matth. 5. & 19. aſſerens ob ſolam fornicationis cauſam licitum eſſe divortium, declaratur.*

7 *Divortium perpetuum cur ob fornicationem concedatur, ob alias verò cauſas ad tempus, quo durant, oſtenditur.*

Cap. Quoniam II.

UXor ſive fuerit leproſa, ſive alia infirmitate detenta, non eſt ſeparanda, vel dimittenda. Item leproſi ſi nolunt continere, poſſunt contrahere Matrimonium, ſi inveniant mulierem, quæ illos velit, & uxor tenetur reddere debitum leproſo, & è contra, non enim fit ſeparatio, niſi cauſa fornicationis. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Hoſt. Anchar. Butr. Panorm. Præpoſ. Alexand. de Nevo, Caniſ. Cujac. Viv. *in ration. lib. 4. juris Pontif. pag. 58.* Alagona *in comped. juris Canonici, pag. 581.* remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Ant. Auguſt. *collect. 1. Decret. lib. 4. tit. 2. c. 2.* & eſt poſt Concil. Lateran. ſub Alex. III. *p. 37. c. 3.* 1

Probare videtur text. hic; conjugem ſanum teneri ad reddendum debitum conjugi leproſo, ut ex illo docent D. Thom. *in 3. diſt. 32. quæſt. unic. art. 1. ad 5.* ubi S. Bonavent. *art. 2. q. 4. n. 19.* & alii Theologi. Verùm hujus text. deciſio intelligitur ubi illa redditio non cedit in reddentis notabile damnum, unde DD. communiter reſolvunt propter morbum lepræ poſſe uxorem à conjuge recedere, ac ei debitum denegare, ubi judicio medicorum notabilis infectionis periculum immineret ſano ex debiti redditione. Ita tenent Petr. de Soto *lect. 16. de Matrim. § ſunt etiam præter hæc.* Greg. *l. 7. verbo ſu deudo, tit. 2. p. 4.* Angles *in florib. Theologicis, p. 1. de Matrim. q. 6. de obligat. ſolvendi debitum, art. 1. difficult. 1.* Vict. *de Sacram. n. 256.* Fr. Emman. *in ſum. tom. 1. c. 243. n. 2.* Jacob. de Graffiis *in deciſ. aureis, p. 1. lib. 2. c. 83. n. 16.* Navar. *in man. c. 16. n. 25.* Vivian. *tom. 1. commun. opinion. lib. 5. tit. 16. num. 1. verſ. imò ſi maritus, pag. 754.* Petr. de Ledeſma *de Matrim. quæſt. 64. art. 1. dub. 2. concl. 1.* Henriq. *in ſum. lib. 11. c. 15. n. 7.* Ægid. *de Sacram. & cenſ. tom. 2. diſp. 34. num. 221.* D. Barboſ. *in rub. ff ſolut. matrim. p. 2. n. 28.* Farin. *in praxi crimin. p. 5. q. 113. n. 7.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 31. n. 234.* Sanch. *de Matrim. lib. 9. diſp. 24. n. 17.* Bonacin. *eod. tract. q. 4. punct. 1. n. 8.* 2

Amplia, non ſolùm in leproſo, ſed etiam in laborante morbo Gallico, non enim tenetur ei ſanus conjux cum periculo notabilis infectionis debitum reddere: ita Petr. de Ledeſm. *d. art. 1. dub. 2.* Flamin. *de reſignat. beneficiorum, lib. 5. quæſt. 6. num. 29.* Henriq. *d. n. 7.* D. Barboſ. *d. n. 29.* Sanch. *d. diſp. 24. n. 18.* ubi extendit ad quemcumque morbum contagioſum, Bonacin. *d. num. 8.* 3

Limita, quando lepra Matrimonium præceſſit, nec ab altero conjuge ignorata fuit; tunc enim tenetur reddere, quia per contractum matrimonium ſcienter ſe ad hoc obligavit, ita Petr. de Ledeſma *d. dub. 2. concluſ. 2.* Fr. Emman. *d. c. 243. n. 2. in fine*, Sanch. *d. diſp. 24. num. 22.* Bonacin. *d. num. 8.* validum enim eſt Matrimonium contractum cum leproſo, quia periculum ſit ægritudinis contrahendæ in congrediendo, nihilominus adeſt potentia congrediendi: ita poſt Sanch. & Gutier. tenet Bonacin. *quæſt. 3. punct. 13. num. 15.* Limita etiam ubi ſublatum periculum fuerit infectionis 4

lepræ, vel morbi gallici, quamvis ſit periculum infectionis in prole naſcitura, ita Sanch. *d. diſp.* 24. *n.* 25. Rebell. *de oblig. juſtitiæ, p* 2. *lib.* 2. *q.* 19. *n.* 4. Bonacin. *d. punct.* 1. *n.* 9. An autem ubi infectionis periculum ceſſat, excuſet à debito reddendo horror naturalis conſurgens ex acceſſu ad conjugem lepra, vel alio morbo horrorem inferente infectam? Affirmativè ubi uxor eo morbo laboraret, tantuſque horror eſſet in viro, ut virga erigi, aptaque copulæ reddi minimè poſſet, reſpondet Sanch. *d. diſp.* 24. *n.* 21.

6 *Excepta cauſa fornicationis.*] Dicit hic text. ob ſolam fornicationis cauſam licitum eſſe divortium, ex teſtimonio Chriſti Domini *Matth.* 5. *&* 19. Veritas tamen Catholica in Concil. Trid. *ſeſſ.* 24. *de reformat. matrim. canon.* 8. definivit ob aliquas alias cauſas permiſſum eſſe divortium quoad thorum, ſeu quoad cohabitationem, ad certum incertumve tempus; unde multipliciter ſolent declarare DD. prædicta hujus text. verba, ut videre eſt apud Sanch. *de Matrim. lib.* 10. *diſp.* 15. *n.* 2. Quidam dicunt dictionem illam exceptivam non firmare regulam in contrariũ circa caſus alibi exceptos in jure, ut latè Everard. *in ſuis topicis juris, loco ab exceptione ad reg. n.* 5. Alii verò reſpondent ſolam fornicationem carnalem eſſe cauſam perpetuæ dimiſſionis, & divortii abſoluti, de quibus Chriſtus loquebatur (divortium enim non eſt verum, niſi quod animo conſtituendæ perpetuæ ſeparationis fit, *l. divortio* 3. *ff. de divortiis,*) at propter alia crimina non eſt licita ſeparatio, niſi dum ea durant, ſi enim conjux ſævus ſit, aut ad peccandum alliciat conjugem, quam ob cauſam hic divertat, ceſſante ſævitia, & inductione inſtauratur Matrimonium. Sed Bellarm. *lib.* 1. *de matrim. c.* 14. *verſ. dicendum eſt,* Maldonat. *d. cap.* 5. *Matth. n.* 32. Valent. *in ſuis controverſiis, lib. unico, de indiſſolubilitate matrimonii, c.* 6. aſſerunt bifariè intelligi poſſe ut conjux à conjuge dimitti valeat. Priori modo quatenus conjux eſt, id eſt, taut cauſa dimiſſionis petita ex ipſamet coniugii natura, ſit propria, & peculiaris ratio ſolius Matrimonii, & hoc modo ſola fornicatio carnalis eſt cauſa divortii, & ſic locutus eſt Chriſtus de cauſa divortii, ſola enim fornicatio carnalis fidei conjugali, & ſubſtantiæ ipſius Matrimonii opponitur. Poſteriori modo, ut perſona quædam eſt, cujus conſortium contingit alteri eſſe pernicioſum, ſicut etiam poſſet accidere inter alias perſonas ſimul habitantes, & hoc modo multæ aliæ cauſæ poſſent accidere, propter quas jus divinum naturale cauſa incolumitatis corporis, vel animæ à conjuge diſcedere concedit.

7 Hinc infertur ratio, cur ob fornicationem concedatur divortium perpetuum, ob alias verò cauſas ſolummodò ad tempus, quo durant, quia cauſa in fornicatione eſt ex ipſa conjugii natura, eo quòd fides promiſſa violata eſt, & cùm hæc ſit perpetua, ita & dimiſſio: cæteræ autem cauſæ ex natura ipſius coniugii non ſunt perpetuæ, ac proinde tantùm dum ipſæ permanent, permittitur divortium. Dico ergo in hoc text. agi de ratione peculiari, & propria contractus Matrimonii, & quæ eſt cauſa perpetui divortii, atque ita ſolùm concludi huiuſmodi cauſam non eſſe lepram, non autem non licere ad tempus durationis morbi divertere, debitumque negare.

SUMMARIUM.

1 *Sponſus non tenetur contrahere Matrimonium cum ſponſa, quæ poſt ſponſalia incidit in lepram,* & num. 2.

3 *Idem ſi ſuperveniat morbus contagioſus, vel infirmitas incurabilis.*

Cap. Literas III. & fin.

Urban. III.

Sponſus non tenetur contrahere Matrimonium de præſenti cum ſponſa, quæ poſt ſponſalia incidit in lepram, Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Hoſt. Butr. Anchar. Panorm. Præpoſ. Alex. de Nevo, Caniſ. Cujac. Viv. *in ration. lib.* 4. *iuris Pontif. pag.* 59. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 581. remiſſivè Ximen. *in concord. part.* 1. *&* 2. refertur ab Anton. Aug. *collect.* 1. *Decret. lib.* 4. *tit.* 8. *c.* 3. & eſt poſt Concil. Lateran. ſub Alex. III. *p.* 50. *c.* 63. 1

Hanc eandem concluſ. ex hoc text. deſumunt Navar. *in man. c.* 21. *n.* 27. *verſ.* 8. Sanch. *de Matr. lib.* 1. *diſp.* 57. Gutier. *eod. tract. c.* 32. *n.* 3. Bonac. *eod. tract. q.* 1. *punct.* 8. *n.* 9. Ægid. *de Sacram. & cenſ. tom.* 2. *diſp.* 23. *dub.* 8. *n.* 66. *&* 67. Card. Tuſch. *tom.* 5. *concl.* 126. *n.* 6. Molin. *de iuſtit. tract.* 2. *diſp.* 272. *num.* 4. *&* 5. Valer. Regin. *in praxi fori pœnit. lib.* 31. *n.* 263. Seraph. *deciſ.* 112. *n.* 8. Aloyſ. Ricc. *in praxi fori Eccleſ. reſol.* 207. *in fin.* extendentes ad quemlibet morbum contagioſum ſupervenientem alteri ſponſo, ut ſi habeat morbum gallicum, vel ad gravem infirmitatem incurabilem, ut epilepſiæ, ſupervenientem. 2

De Conjugio Servorum.

Tit. IX.

Super hanc rubr. ſcripſerunt Zabar. Joan. Andr. Anchar. Butr. Panorm. Præpoſ. Alex. de Nevo, Durand. *in breviario aureo juris Canon. & in ſpeculo juris Pontif. ſub hoc tit. lib.* 4. Stephan. Ranchin. *in continuatione titul. Decretal.* Joan. de Londris *in breviario ſanctorum Canonum*, Petr. de Ravenna *in compendio juris Canon.* Martin. Meſnart. *in epitome Decretal.* Dan. Venat. *in analyſi methodica juris Pontif. à pag.* 544. Goffred. & Hoſt. *in ſum. hujus tit.* Alex. Caſan. & Anaſt. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decretal.* Barthol. Carthag. *in expoſit. tit. ejuſdem juris Canon.* noviſſimè Joan. Honor. *lib.* 4. *ſum. in Decretal.* omnes *ſub hoc tit.*

De materia hujus titul. vide Sot. *in* 4. *diſt.* 35. *q. unic. ex art.* 1. Anton. Butr. *conſ.* 64. Navar. *in man. cap.* 22. *ex n.* 33. Paleoth. *de nothis & ſpur. c.* 15. Alphonſ. à Veracruce *in ſpeculo conjug. p.* 1. *art.* 29. *& ſeq.* Mozz. *de contract. lib. tit. de Matrim.* §. *qui poſſunt contrahere Matrim. vel non, n.* 14. Henriq. *in ſum. lib.* 11. *c.* 10. Covar. *de ſponſal. p.* 2. *cap.* 3. §. 7. Baſil. Pont. *de imped. Matrim. c.* 23. Sanch. *de Matrim. lib.* 7. *diſp.* 19. *&* 29. Gutier. *eod. tract. c.* 80. *cum ſeqq.* Bonac. *eod. tract. q.* 3. *punct.* 3. Ægid. *de Sacram. & cenſ. tom.* 2. *diſp.* 31. *dub.* 2. Baſil. Pont. *de Sacram. Matrim. lib.* 6. *ex c.* 42.

SUMMARIUM.

1 *Servus contradicente domino Matrimonium contrahere poteſt, ſed propter hoc non liberatur à ſervitiis domino debitis.*

2 *Servi invitis dominis poſſunt licitè Matrimonio copulari.*

3 *Servum Matrimonio conjunctum an liceat domino vendere in longinquam provinciam ab emptore transferendum.*

4. Servus

4 *Servus poſt contractum Matrimonium minimè eximitur ab obſequiis conſuetis domino præſtari.*

5 *Obſequium domini, ac reddere uxori debitum, quando ſimul non ſtant, an potius favendum ſit conjugali obligationi, quàm domini obſequio, remiſſivè.*

Cap. Dignum eſt I. *Adrian.*

1 SErvus ſi invito, & contradicente domino Matrimonium contrahit, illud tenet, ſed debet exhibere domino debita, & conſueta ſervitia. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Hoſt. Butr. Anchar. Panorm. Præpoſ. Alex. de Nevo, Caniſ. Cujac. Viv. *in ration. lib. 4. juris Pontif. pag. 59.* Alagona *in compend. juris Canon. pag. 581.* remiſſivè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Ant. Auguſt. *collect. 1. Decret. lib. 4. tit. 9. c. 1.* & eſt poſt Concil. Lateran. ſub Alex. III. *p. 45. c. 3.*

2 Collige ex text. poſſe ſervos invitis dominis licitè Matrimonio copulari, ita *l. 1. tit. 5. p. 4.* Valaſc. *de jure emphyt. q. 37. n. 4. & 5.* Henriq. *in ſum. lib. 11. c. 10. n. 4. in med.* Azor. *inſtit. moral. p. 2. lib. 4. c. 38. q. 4.* Cened. *ad Decret. collect. 88. n. 1.* Flores *ad Gam. Luſit. decis. 142.* ubi etiam quod poteſt maritus accuſare uxorem ſervam, Sanch. *de Matrimon. lib. 7. diſp. 22.* Gutier. *eod. tract. c. 97.* Bonac. *eod. tract. q. 3. punct. 3. n. 7.* ubi reddit rationem, quia Matrimonium conceſſum fuit à jure naturali, & Divino in remedium concupiſcentiæ, & ad propagationem naturæ humanæ; hoc autem jus non poteſt ſervis à dominis auferri, imò graviter peccant domini contra juſtitiam poſitivè impediendo ſervos ne Matrimonium ineant, aut impediendo eorum maritale commercium poſt contractum Matrimonium; faciunt enim contra jus tributum illis à natura: ita Gutier. *d. c. 91. n. 3.* Sanch. *d. lib. 7. diſp. 21.* Baſil. Pont. *de imped. Matrim. c. 23. §. 2. verſ. ex dictis colligitur, & de Matrim. lib. 7. c. 42. n. 5.*

3 Utrùm autem domino liceat vendere ſervum Matrimonio conjunctum in longinquam provinciam ab emptore transferendum? quæſtio eſt dubia, de qua vide Sot. *in 4. diſt. 35. art. 4.* Rebell. *de oblig. juſtit. p. 3. lib. 3. q. 2. n. 10.* Sanch. *d. lib. 7. diſp. 22.* Azor. *d. c. 38. q. 6.* remiſſivè Gutier. *d. c. 92. n. 8.* Bonac. *d. punct. 5. n. 9.* Baſil. Pont. *d. §. 1. verſ. ſecundò colligitur,* quos notat ad gloſſ. *infrà, verbo ſervitia.*

4 *Debita tamen,* &c.] Notatur ad hoc, quod ſervus poſt contractum Matrimonium minimè eximitur ab obſequiis conſuetis domino præſtandis, id eſt, maximè conſuetis, ut explicat *hic* Hoſt. *n. 9. ſuper verbo conſueta,* Joan. Andr. *n. 4.* Ant. *num. 7.* Anch. *n. 5.* & Alex. de Nevo *n. 12.* quos refert Sanch. *d. lib. 7. diſp. 21. n. 11.*

5 In gloſſ. *Servitia,* in princ. Diſputat hæc gloſſ. quando non ſimul ſtant obſequium domini, ac reddere uxori debitum, an potiùs favendum ſit conjugali obligationi, quàm domini obſequio? de quo vide Gregor. *l. 2. verbo de ſu ſeñor, & verbo enemiga, tit. 5. p. 4.* Petr. de Ledeſm. *de matrim. q. 52. art. 2. ad fin.* Azor. *d. c. 38. q. 5.* Sanch. *d. diſp. 21. n. 12. cum ſeqq.* Baſil. Pont. *d. §. 1. verſ. ex dictis colligitur.*

SUMMARIUM.

1 *Matrimonium ſeparatur quando liber ignoranter cum ancilla contraxerit, niſi poſtea hoc ſciens illam cognoverit.*

2 *Error conditionis ſervilis reddit irritum Matrimonium, quod ampliatur multipliciter.*

3 *Error in ſervitute adſcriptitia, vel originaria non dirimit Matrimonium.*

4 *Servitutis ignarus conjux an poſſit propria auctoritate quoad thorum recedere, quando ſervitutem alterius detegeret, oſtenditur.*

5 *Matrimonium, quod liber contraxit cum ſerva, ignorans ſervam eſſe, an ſit validum, ſi poſt cognitam ſervitutem habeat copulam cum ea, & quid attento Concil. Trid. oſtenditur.*

6 *Serva non poteſt transferre dominium dotis in maritum ſine conſenſu domini.*

7 *Matrimonium eſt nullum ex errore perſonæ, aut conditionis, durante ipſo errore.*

8 *Conjux dubius de ſervitute alterius tenetur reddere debitum.*

Cap. Propoſuit II.

Alex. III.

MAtrimonium contrahens ignoranter cum ancilla, ubi hoc ſciverit, poterit eam dimittere reſtituta dote, ſi verò poſtquam ſciverit illam carnaliter cognovit, non poteſt. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Hoſt. Butr. Anchar. Panorm. Præpoſ. Cened. *collect.* 88. Alex. de Nevo, Caniſ. Cujac. Vivian. *in ration. lib. 4. Iuris Pontif. pag. 19.* Alagona *in compend. Iuris Canon. pag. 572.* remiſſivè Ximen. *in concord. part. 1. & 2.* refertur ab Anton. Auguſt. *collect. 1. Decret. lib. 4. tit. 9. cap. 2.* 1

Collige ex text. errorem conditionis ſervilis, quando ſcilicet liber contrahit cum ancilla, vel libera cum ſervo, reddere irritum Matrimonium, vide Vict. *de Sacram. n. 251. & relect. 1. de matrim. n. 10.* Henriq. *in ſum. lib. 11. c. 10. n. 3.* Gutier. *de matrim. c. 90. n. 16.* Rebell. *de oblig. juſtit. p. 2. lib. 3. q. 3. ſect. 2.* Bonacin. *de matrim. q. 3. punct. 1. n. 3. & 4.* Baſil. Pont. *de imped. matrim. c. 23. §. 2.* Sanch. *de matrim. lib. 7. diſp. 19. n. 2.* ubi *n. 3.* ampliat, etiamſi ſervitus ignorata non ſit perpetua, ſed pro certo tempore concedatur, ut eo ſcilicet tranſacto in priſtinam redigatur ſervitutem: & *n. 4.* ampliat etiam minimè valere Matrimonium liberi cum ancilla ſtatulibera, cui ex tempore aliquo, ut abhinc biennio, conceſſa eſt libertas, ignorante libero eam conditionem ſervilem, niſi modicum tempus deficiat, ut ſtatulibera plenam acquirat libertatem; tunc enim Matrimonium valebit. 2

Quo autem jure ſervitus ignorata dirimat Matrimonium, diſſenſio eſt. Nonnulli cenſent jure naturali id fieri, alii verò cum D. Thoma cenſent jure tantùm Eccleſiaſtico, quod valdè tamen conſonum ſit juri naturali, in favorem ſcilicet libertatis, & etiam quia ſtatus ſervitutis impediat multùm conjugalis debiti obligationem. Ego tamen cum Baſil. Pont. *de Sacram. Matrim. lib. 7. c. 43. n. 2.* exiſtimo diſtinctione utendum. Si enim error ſervitutis ſit antecedens, & in eum feratur conſenſus, nubatque quia liberum exiſtimavit, certum eſt jure naturali etiam dirimi Matrimonium. At verò cùm error ſervitutis non dat cauſam contractui, neque animus expreſsè quidquam de ea conditione cogitat, in hoc caſu jure naturali valeret Matrimonium, cùm ſit error circa qualitatem, nullum eſt jure tantùm Eccleſiaſtico, ut poſterioris ſententiæ Doctores affirmant. Hæc Baſil. Pont. *loco citato*, ubi *num. 3.* dicit Matrimonium tenere, ſi adſit vel ſcientia ſervitutis, vel ſaltem opinio, aut probabile dubium, vel affectata ignorantia, quæ in hoc caſu ſcientiæ æquiparatur.

3 Limita in ſervitute non vera, ſed adſcriptitia, vel originaria, cujus errorem non dirimere Matrimonium, tenet poſt multos, quos refert Sanch. *d. diſp.* 19. *n.* 9. ubi *n.* 10. reſolvit etiam valere Matrimonium cum libera, id eſt, cum ea, quæ ancilla fuit, jam tamen li-
4 bertate donata eſt. Utrum autem conjux ſervitutis ignarus poſſit propria auctoritate quoad thorum recedere quando ſervitutem alterius detegeret, vide Sanch. *d. diſp.* 19. *num.* 5. Baſil. Pont. *d.* §. 5. ubi reſpondet recedere poſſe quoad thorum, & etiam quoad habitationem, ſi ſcandalum abſit, aliàs neceſſarium eſſe Eccleſiæ judicium, quod ſi defectus fuerit probationis, tuta conſcientia poterit in partes longinquas recedere, ubi ſine ullo ſcandalo inire cum alio conjugia poſſit. Utrum verò validum ſit Matrimonium contractum à libero cum ſerva, quæ contrahendo fit libera, ut accidit quando dominus ducit ſervam ſuam in eum locum, in quo fit libera per hujuſmodi contractum, vide Covar. *de ſponſalib. p.* 2. *cap.* 3. §. 7. *num.* 1. Sylveſt. *verbo Matrimonium* 8. *q.* 2. Henriq. *d. cap.* 10. *num.* 4. Emman. Sà *verbo Matrimonium, tit. de impediment. Matrim. num.* 1. & alios citatos à Bonacin. *d. punct.* 2. *num.* 3.

5 *Carnaliter cognovit.*] Notatur ad hoc, quod Matrimonium, quod liber contraxit cum ſerva neſciens ſervam eſſe, fit validum ſi poſt cognitam ſervitutem habeat copulam cum ea: hodie verò poſt Concil. Trid. *ſeſſ.* 24. *de reform. Matrim. c.* 1. cùm præſumptus conſenſus non ſufficiat ad Matrimonium inducendum, niſi poſt ſublatum impedimentum novus conſenſus contrahentium interveniat coram Parocho & teſtibus, ceſſat hujus text. diſpoſitio quoad hanc partem, itaut vir liberè contrahens Matrimonium ignoranter cum ancilla, etiamſi poſtquam ſibi conſtiterit eam eſſe ancillam, carnaliter ipſam cognoſcat, non eſt compellendus ut eam ſicut uxorem maritali affectione pertractet: vide Cened. *ad Decret. collect.* 88. *n.* 2. *& pract. quæſt. lib.* 1. *q.* 30. *n.* 14. Ægid. *d. diſp.* 31. *num.* 25. Gutier. *de Matrim. c.* 90. *n.* 9. Bonacin. *d. punct.* 2. *n.* 9. Baſil. Pont. *d.* §. 2. *verſ. ſed quæret aliquis, & de Matrim. lib.* 7. *c.* 43. *n.* 5.

6 *Pro dote conceſſit.*] Advertit D. Barboſ. *in l. cùm dotem*, §. *fin. n.* 10. *ff. ſolut. matrim.* quod ſerva non poteſt transferre dominium dotis in maritum ſine conſenſu domini, & *n.* 21. quod ſervæ non competunt privilegia dotis repetitioni conceſſa, quia in ſerva ceſſat ratio *l.* 3. *ff. de privil.* cùm ipſa non liberos, ſed ſervos procreet Reip.

7 In gloſſ. *Audivit*, ibi, *non enim cuilibet referenti credere tenetur.* Notatur ad hoc, quod quando Matrimonium eſt nullum ex errore perſonæ, aut conditionis, durante eodem errore nunquam cenſetur ratificatum, niſi audita ſervitute cum probabili credulitate, ita Hoſt. & Innoc. *ſuper illo verbo audivit*, Henric. *n.* 10. & Anton. *num.* 5. Sylveſt. *verbo Matrimonium* 8. *quæſt.* 3. *dict.* 2. & alii, quos refert, & ſequitur Sanch. *de matrim. lib.* 2. *diſp.* 36. *num.* 1. ubi etiam tenet cum Alex. de Nevo *hic*, *n.* 9. minimè ratificari in foro conſcientiæ, licèt veriſimiliter credere debuerit, ſi non credit.

8 In ead. gloſſ. ibi, *Nunquid Eccleſia debet ei præcipere ut debitum reddat*, &c. Notatur ad hoc, quod conjux dubius de ſervitute alterius tenetur reddere debitum, ſequuntur *hic* Joan. Andr. *in fine*, Butr. *n.* 6. Anchar. *n.* 6. Henric. *n.* 11. *&* 12. Alex. de Nevo *n.* 11. Sylveſt. *verbo matrimonium* 8. *q.* 3. *dict.* 24. *&* 25. Petr. de Ledeſma *de matrim. q.* 45. *art.* 1. *dub.* 2. *ad ultimum primæ ſententiæ.* Sanch. *lib.* 2. *diſp.* 43. *n.* 5. *cum ſeqq.* ubi *n.* 8. tenet iſtam ſententiam eſſe probabiliorem, nempe conjugem in hoc dubio teneri reddere debitum, etiam judice non præcipiente, nec ſibi præjudicium inferre; quamvis contrarium, imò non teneri hunc reddere, etiamſi Eccleſia præcipiat, teneant *hic* Abb. *n.* 6. Præpoſ. *num.* 19. *verſ. venio ad ſecundam*, Gregor. *l.* 4. *verbo de partit. tit.* 5. *p.* 4. Covar. *de ſponſal. p.* 2. *c.* 7. §. 2. *in fin.* Navar. *in cap. ſi quis autem, de pœnit. diſt.* 7. *n.* 84. Henriq. *in ſum. lib.* 1. *c.* 10. *num.* 6. *& c.* 25. *n.* 7. Sayr. *in clavi Regia, lib.* 5. *c.* 13. *n.* 40. *in fine.*

SUMMARIUM.

1 *Conſuetudo ſi eſt in loco quod partus conditionem patris ſequatur, natus ex libero, & ancilla liber eſt, & uti liber matrimonium contrahit.*

2 *Conſuetudo legitimè præſcripta valet, ut filius non matris, ſed patris, aut utriuſque conditionem ſequatur.*

3 *Matrimonium liberi cum ancilla, ignorata errore conditionis ſervilis valet, ſi tranſierit decennium, ex quo illa ancilla eſt in libertatis poſſeſſione.*

4 *Matris conditionem de jure Civili quoad ſervitutem ſequuntur filii.*

Cap. Licèt III. *Urban. III.*

Mulier, quæ ignorans contraxit cum ſervo, ſi ſervus probet ſuum patrem fuiſſe liberum, & ſecundùm morem provinciæ illius, partus ſequitur patrem, & à decennio non fuit moleſtatus in libertate, Matrimonium tenet, quia favore libertatis liber cenſetur. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Hoſt. Anch. Butr. Panorm. Præpoſ. Alex. de Nevo, Caniſ. Cujac. Vivian. *in ration. lib.* 4. *juris Pontif. pag.* 61. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 582. remiſſivè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 3. *Decret. lib.* 4. *tit.* 9. *cap.* 3. 1

Collige ex text. valere conſuetudinem, ſi alicubi legitimè præſcripta ſit, ut filius non matris, ſed patris, aut utriuſque parentis ſervitutem ſequatur: ita in præſenti docent Butr. *n.* 3. Abb. *num.* 2. Anchar. *n.* 2. & Alex. de Nevo *etiam num.* 2. Sylveſt. *verbo Matrimonium* 8. *q.* 2. *dict.* 8. Lancell. *Inſtit. juris canon. lib.* 2. *tit. de nuptiis*, §. *ſi quis tamen*, *verbo leges*, Molin. *de juſtit. tract.* 2. *diſp.* 33. *ad fin.* Sanch. *de matrim. lib.* 7. *diſp.* 24. *n.* 9. 2

Elapſo decennio.] Ergo valet Matrimonium liberi cum ancilla, ignorato errore conditionis ſervilis, ſi tranſierit decennium, ex quo illa ancilla eſt in libertatis poſſeſſione, ut per Tiraq. *de præſcript.* §. 1. *gloſſ.* 4. *verſ.* 12. Sanch. *d. lib.* 7. *diſp.* 11. *n.* 6. ubi id veriſſimum dicit, ſi ante matrimonium initum ancilla illam jam legitimè præſcripſiſſet libertatem, concurrentibus ad eam præſcriptionem requiſitis; unde valere Matrimonium cum liberta, id eſt, cum ea, quæ ancilla fuit, jam tamen libertate donata eſt, tenent Covarr. de *ſponſalibus*, *p.* 2. *c.* 3. §. 7. *num.* 1. *verſ. primum.* Vivald. *in candel. aureo*, *part.* 1. *de matrim. n.* 123. Henriq. *in ſum. lib.* 11. *c.* 10. *n.* 3. *in comment. lit. N*, Sanch. *d. diſput.* 19. *num.* 10. 3

In gloſſ. *Secundum.* Notatur ad hoc, quod de jure communi filii quoad ſervitutem ſequuntur matris conditionem, atque ita ſi mater ancilla ſit, filii ſunt ſervi ejus, cujus eſt mater: & ſi mater ſit libera, filii quoque liberi ſunt, cujuſcunque conditionis ſit pater: ita pluribus citatis juribus reſolvunt Sanch. *d. lib.* 7. *diſp.* 24. *n.* 5. Pich. *de nobilitate communicativa*, *n.* 12. ubi *num.* 93. dicit quod partus matrem potiùs, quàm 4

patrem

partem ſequitur, quia mater, quod attinet ad ſtatum ingenuitatis, vel ſeruitutis, cauſam partui pluribus temporibus accommodare poteſt in nanciſcenda partui libertate, quàm pater ipſe, in quo vnicum tantùm tempus, nempe generationis conſiderari poterat, quia illo ſolo tempore pater eſt cauſa potentior, & effectiua.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium ignoranter contrahens cum ſerua, ſi deinde cognita ipſius conditione, nec facto, nec verbo conſenſit, poteſt aliam ducere.*
2 *Legatus Papæ poteſt judicare de cauſa Matrimoniali.*
3 *Seruitutis ignorantiam alleganti an incumbat onus probandi.*
4 *Ingenuus ſi ducat ſeruam ignarus ſeruitutis, poteſt cognita ſeruitute reſilire, non autem ſerua.*

Cap. Ad noſtram IV. & fin.

Innoc. III.

1 Matrimonium ignoranter contrahens eum ſerva, ſi deinde cognita ipſius conditione nec facto, nec verbo conſenſit cum illa, poteſt aliam ducere. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Joan. Andr. Hoſt. Butr. Anch. Panorm. Præpoſ. Alex. de Neuo, Caniſ. Viu. *in rationali lib. 4. juris Pontif. pag. 61.* Alagona *in compend. juris Canon. pag. 583.* remiſſiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Anton. Auguſt. *collect. 2. Decret. lib. 4. tit. 7. c. vnic.*

2 *Apoſtolicæ Sedis Legatus*, &c.] Ergo Legatus Papæ poteſt cognoſcere de cauſa Matrimoniali, vt per Corſet. *in ſing. Matrim. incip. de jure.*

3 *Si conſtiterit quod miles ignoranter*, &c.] Notatur ad hoc, quod alleganti ignorantiam ſeruitutis incumbit onus probandi, vt tenet Henriq. *in ſum. lib. 11. c. 10. n. 5.* Verùm dicendum eſt conjugi ſeruilis conditionis incumbere onus probandi ſcientiam ſuæ conditionis in altero, & ignorantiam liberi præſumi, dum contrarium minimè probatur, ita Hoſt. *hic, n. 3.* Ioan. Andr. etiam *n. 3.* Butr. *n. 6.* Abb. *n. 6.* Zabar. *in princ. oppoſ. 1.* Alex. de Neuo *n. 5.* Præpoſ. *n. 4.* quos refert, & ſequitur Sanch. *d. lib. 7. diſp. 19. n. 8.*

4 In gloſſ. *Nec facto*, vlt. ibi, *ſed pone libera contraxit*, &c. Notatur ad hoc, quod ſi ingenuus ducat ſeruam ignarus ſeruitutis, poteſt cognita ſeruitute reſilire, ſed ſi ſerua velit inuito ingenuo reſilire, cogenda eſt ab Eccleſia ſtare Matrimonio, quia ipſa fuit in deceptionis culpa: ſequuntur Butr. *hic, in fin.* Anch. *n. 4. verſ. quærit gloſſa*, Panorm. & Alex. de Neuo pariter *in fine*, Nauar. *in man. c. 22. n. 33.* Henriq. *lib. 11. c. 10. num. 5.* Sanch. *de Matrim. lib. 4. diſp. 15. n. 4. verſ. 4.* vbi etiam reſoluit decipientem teneri ante compulſionem Eccleſiæ ſtare Matrimonio.

De Natis ex libero ventre.

Tit. X.

Super hanc rubr. ſcripſerunt Zabar. Ioan. Andr. Butr. Anchar. Panorm. Præpoſ. Alex. de Neuo, Durand. *in breuiario aureo iuris Canon. & in ſpeculo iuris, ſub hoc tit.* Steph. Ranchin. *in continuatione tit. Decret.* Joan. de Londris *in breuiario ſanctorum Canon.* Petr. de Rauenna *in compendio iuris Canon.* Martin. Meſnart. *in epitome Decret.* Dan. Venat. *in analyſi methodica iuris Pontif.* Goffred. & Hoſt. *in ſumma huius tit.* Alex. Caſſan. & Anaſtaſ. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decret.* Barthol. Carthag. *in expoſit. tit. iuris Canon.* nouiſſimè Joan. Honor. *lib. 4. ſum. in Decret.* omnes *ſub hoc tit.*

SVMMARIVM.

1 *Liber eſt qui naſcitur ex libera, vel liberta.*
2 *Ancillæ etiam coniugatæ filius, quamvis patrem habeat liberum, naſcitur ſeruus.*
3 *Filij quare ſequantur ſeruitutem matris, oſtenditur.*
4 *Partus ex ancilla, vt liber ſit, ſufficit matrem liberam eſſe tempore conceptionis, natiuitatis, aut medio.*
5 *Indi, & Æthiopes quomodo poſſunt in ſeruitutem redigi, oſtenditur.*

Cap. Indecens I. *Greg.*

Filii nati ex libera, vel liberta ſunt liberi, & Eccleſia debet libertatem defendere potius quàm impugnare. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Hoſt. Anch. Butr. Panorm. Præpoſ. Alex. de Neuo, Caniſ. Cujac. Viu. *in ration. lib. 4. iuris Pontif. pag. 62.* Alagona [*in compend. iuris Canon. pag. 583.* remiſſiuè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p. 1.* refertur ab Anton. Auguſt. *collect. 1. Decretal. lib. 4. tit. 10. cap. vnic.* & ab Iuo. *c. 16. p. 73.* deſumitur ex D. Greg. I. *lib. 1. epiſt. 53. regiſtri.* 1

Collige ex text. quod filius ancillæ etiam conjugatæ, quamvis patrem habeat liberum, & ingenuum, naſcitur ſeruus, vt per Henriq. *in ſumma, lib. 11. c. 20. n. 4. lit. E*, nam filii ſequuntur ſeruitutem matris, *l. partum 7. C. de rei vendic.* ratio eſt ſecundùm aliquos, quia mater grauida non eſt ſatis apta obſequiis domini ſui, & pariendo ſubit periculum mortis: ergo æquitas poſtulat vt domini, qui priuantur obſequiis, & ſubeunt periculum damni, & incommodi, ſentiant commodum ex partu illius, juxta illud axioma, *Qui ſentit incommodum, par eſt vt ſentiat commodum*, ita Sanch. *de matrim. lib. 6. diſp. 24. n. 5.* Gutier. *eod. tract. c. 93. n. 5.* ſufficit tamen vt partus libertate gaudeat tempore conceptionis, aut natiuitatis, aut medio tempore matrem liberam eſſe, ita probat text. *in §. ſed & ſi quis, Inſtit. de ingen. l. & ſeruorum 5. verſ. ingenui ſunt, ff. de ſtatu homin.* gloſſ. *verbo deteriorem, in c. fin. 32. q. 4.* Bonac. *de Matrim. q. 3. punct. 3. n. 11.* Sanch. *d. diſp 24. num. 10.* vbi *num. 11.* intelligit quando ex vi natalium & ſtatus matris eſt futura ſoboles libera, aut ſeruituti ſubdita: & *n. 16.* reſoluit quæſtionem illam, ſi tempore, quo mater ſe vendidit, vel à patre venundata eſt, prægnans eſſet, an fœtus ſit liber? 2 3 4

Indecens eſſe credimus, &c.] Indi, & Æthyopes, vt conſtat ex iis, qui à Luſitanis noſtris, & Hiſpanis illuc nauigantibus capiuntur, & emuntur, ſi exiſtant maiores viginti annorum, poſſunt ſe ipſos ſua ſponte vendere, vel eorum parentes egeſtate oppreſſi valent etiam eos vendere, qui tunc ita ſerui facti poſſunt licitè poſſideri, aliiſque vendi, ſi tamen fraude, vel dolo homines illi nigri capiantur, aut vi abducantur, aut allecti, & ſeducti quibuſdam iocalibus, & munuſculis ad naues ducantur, tunc nec illi, qui capiunt, nec alii, qui ab eis illos emunt, nec etiam illi, qui modò eos poſſident tuti ſunt in conſcientia; ſed tenentur eos manumittere, & ſuæ libertati reſtituere, 5

etiamſi

etiamſi non poſſint pretium recuperare, vide Sot. *lib... de juſtitia, q. 2. art. 2. concl. 2.* Petr. de Alagona *tract. de dominio,* Mich. Salon. *eod. tract. q. 5. art. 1. poſt concluſ. 4.* Sayr. *in claui Regia, lib. 9. c. 6. n. 24. cum ſeqq.* Molin. *de juſtit. tract. 2. diſp. 35. & ſeq.* Rebel. *de oblig. juſtit. p. 2. lib. 18. q. 23. ſect. 5. n. 30. cum ſeqq.*

De Cognatione Spirituali.

TIT. XI.

SVPER hanc rubr. ſcripſerunt Zabarel. Joan. Andr. Anchar. Butr. Panorm. Præpoſ. Alex. de Neuo, Cuiac. Durand. *in breuiario aureo iuris Canon. & in ſpeculo iuris, ſub hoc tit. lib. 4.* Steph. Ranchin. *in continuat. tit. Decret.* Joan. de Londris *in breuiar. ſanctorum Canon.* Petr. de Rauenna *in compend. iuris Canon.* Mart. Meſnart. *in epitome Decret.* Dan. Venat. *in analyſi method. iuris Pontif.* Goffred. & Hoſt. *in ſumma hujus tit.* Alex. Caſan. & Anaſtaſ. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decret.* Barth. Carthag. *in expoſit. titul. iuris Canon.* Zypæ. *in analytica poſtremi iuris Eccleſ. enarrat. fol. 355.* nouiſſimè Joan. Honor. *lib. 3. ſum. in Decret.* omnes *ſub hoc tit.*

De materia hujus tit. vide Sot. *in 4. diſt. 42. q. 1.* Alphonſ. à Veracruce *in ſpeculo coniug. p. 1. art. 55. cum ſeqq.* Nauar. *in man. c. 22. ex n. 36.* Rebuff. *in praxi, tit. de diſpenſ. in gradibus prohib. ex n. 28.* Viuald. *in candel. aureo, tit. de cognat. ſpirit. ex n. 148.* Mozz. *de contract. tit. de Matrim. §. pro declaratione, ex n. 19.* refert plures Cened. *ad Decretum, collect. 38. n. 3.* quibus adde Ludov. Bejam *reſponſ. caſuum conſcient. p. 1. caſu 16.* Fr. Emman. *in ſum. tom. 1. c. 226.* Iodoc. Cocc. *in theſauro Catholico, tom. 2. lib. 5. art. 13.* Petr. de Ledeſm. *in ſum. tract. de Baptiſm. c. 13. & tract. de Matrim. c. 16.* Galleg. *in ſpeciali tract. de cognatione ſpirituali,* Henriq. *in ſum. lib. 12. c. 11.* Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. p. 4. collect. 1224.* Sanch. *de Matrim. lib. 7. diſp. 54. cum ſeq.* Gutier. *eod. tract. c. 100.* Bonac. *eod. tract. q. 3. punct. 5. §. 2.* Baſil. Pont. *de imped. Matrim. c. 14.* Rebel. *de oblig. juſt. p. 2. lib. 3. q. 6.* Ægid. *de Sacram. & cenſ. tom. 2. diſp. 32. n. 22. cum ſeqq.* Valer. Regin. *in praxi fori pœnit. lib. 31. n. 148. cum ſeq.* Ferdin. *in examine Theologiæ moralis, p. 3. c. 2. §. 9. & 10.* Vgolin. *de offic. Epiſc. c. 15. §. 6. à n. 8. & c. 8. & c. 25. §. 1.* Molfeſ. *in ſum. Theologiæ moral. tract. 4. c. 10. ex n. 120.* Filliuc. *tom. 1. tract. 10. n. 187. cum ſeqq.* plura tetigi *in meo tract. de offic. & poteſt. Epiſc. p. 2. alleg. 30. n. 32. cum multis ſeqq.*

SUMMARIUM.

1 *Compaternitas impedit ſolum filios, quorum ratione ſunt contracta, matrimonium inire, niſi conſuetudo alicuius Eccleſiæ obuiet, cui ſtandum eſt.*

2 *Confraternitas, paternitas, & compaternitas indirecta ſublata eſt per Conc. Trid.*

3 *Cognatio ſpiritualis inter ipſoſmet patrinos non contrahitur.*

4 *Vir, & Vxor ſuſcipientes alienum puerum in Baptiſmo, vel Confirmatione, non peccant.*

5 *Conſuetudo circa validitatem Matrimonij an valeat oſtenditur.*

CAP. Vtrùm I. *Alex. III.*

FIlii duorum compatrum, per quorum neutrum de- 1
ventum eſt ad compaternitatem, licitè contrahunt, niſi conſuetudo repugnet, ſeparantur autem, ſi per eorum alterum vel utrumque compaternitas eſt contracta. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Hoſt. Butr. Anchar. Panorm. Præpoſ. Alex. de Nevo, Caniſ. Cujac. Viv. *in ration. lib. 4. iuris Pontif. pag. 62.* Alagona *in compend. iur. Canon. pag. 581.* remiſſivè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Ant. Aug. *collect. 1. Decret. lib. 4. tit. 9. c. 3.* & eſt poſt Concil. Lateran. ſub Alex. III. *p. 32. c. 1.*

Extitit olim gravis dubitatio, utrùm omnes fratres 2
baptizati, confratres eſſent omnium filiorum eorum, qui ſuſceperant, compatrum, commatrumque? nonnulli omnium, alii eorum, qui prius ſuſcepti eſſent, alii eorũ, qui poſtea, ac juxta hanc opinionum diverſitatem intelligendi ſunt text. *in cap. ſuper quibus, & in c. poſt ſuſceptum 30. q. 3.* quos legitimè ad concordiam reducit text. *in præſenti,* quatenus dicit primum canonem, text. ſcilicet *in d. c. poſt ſuſceptam,* eſſe contractum per illud poſterius *in d. c. ſuper quibus,* per quod ſtatur, ut ſive ante, ſive poſt compaternitatẽ geniti ſint, ſimul poſſint conjungi, excepta illa perſona dumtaxat, per quam perventum eſſet ad compaternitatem. Sed tandem Concil. Trid. magno Eccleſiæ bono celebratum *ſeſſ. 24. de reform. Matrim. c. 7.* ſuſtulit confraternitatem omnẽ, item & paternitatem, ac compaternitatem indirectam, ſequentibus verbis: *Unus tantum, ſive vir, ſive mulier juxta ſacrorum Canonum inſtituta, vel ad ſummum unus, & una baptizatum de Baptiſmo ſuſcipiant, inter quos, ac baptizatum ipſum, & illius patrem, ac matrem, necnon inter baptizatum, ac baptizantem, baptizatique patrem, & matrem tantùm ſpiritualis cognatio contrahatur.* Unde ex prædicto Conc. Trid. decreto jam colligitur cognationem ſpiritualem à viro contractam non transfundi ad uxorem, nec è cõtra, ut reſolvunt Tolet. *in ſumma, lib. 7. c. 4. n. 5.* Fr. Emman. *in ſum. tom. 1. c. 226. n. 1.* Matienſ. *in rubr. tit. 1. gloſſ. 1. n. 168. lib. 5. nova recop.* Petr. de Ledeſma *de Matrim. q. 56. art. 3. verſ. concluſio ſit, & in ſumma, p. 1. tract. de Sacram. Matrim. c. 17. concl. 6. dub. 3.* Henriq. *in ſum. lib. 12. c. 11. §. 2.* Sanch. *de Matrim. lib. 7. diſp. 54. n. 11.* Ægid. *de Sacram. & cenſ. tom. 2. diſp. 32. n. 14. verſ. inter fœminam,* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 31. n. 159.* Armendar. *in addit. ad recop. legum Navarræ, lib. 14 tit. 15. l. 1. de Matrim. in declar. n. 64.*

Secundò colligitur hujuſmodi cognationem inter 3
ipſoſmet patrinos non contrahi, ut ſtatuit Pius V *in ſua Bulla,* quæ incip. *Cum illius vicem,* tenent Fr. Emman. & Soar. *citatis locis,* Sanch. *d. lib. 7. diſp. 54. n. 12.* Bonac. *de Matrim. q. 3. puncto 5. §. 2. n. 6.* Reginald. *d. lib. 31. n. 130.*
Armendar. *n. 84.* Et ita virum, & uxorem maximè pec- 4
care ſuſcipientes alienum puerũ in Baptiſmo, vel Confirmatione, reſolvunt Nav. *in man. c. 12. n. 39.* Armend. *d. n. 84.* Sanch. *d. lib. 7. diſp. 57. n. 5.* Bonac. *d. §. 2. n. 5.*

Niſi conſuetudo Eccleſiæ, &c.] Notatur ad hoc, quod 5
valet conſuetudo circa validitatem Matrimonii, ut per Palat. *in repet. c. per veſtras, de donat. inter virum & uxor. notab. 3. §. 3. num. 15. verſ. nec videtur.* Sanch. *de Matrim. lib. 7. diſput. 4. num. 11.* ubi reſoluit conſuetudinem legitimè præſcriptam, ac rationi conſonam, qualis petitur *in c. fin. de conſuet.* ad legem ſtatuendam, & ſtatutam derogandam, vires habere inducendi novum impedimentum dirimens, ac ſubinde Matrimonium adversùs eam conſuetudinem initum eſſe nullum, idque ſola conſuetudine poſſe abſque ſcandalo, & adminiculo alterius juris; additque idem Sanch. text. *in præſenti,* quatenus exprimit, ut talis ſit

ſit conſuetudo, quæ ſcandalum generet, non cenſeri reſtrictionem conſuetudinis, contra reg. generaliter traditam *in cap.fin.* ſed potiùs eſſe declarationem conditionum conſuetudinis, quæ petuntur *d.cap.fin.* nempe ut ſit rationi conſentanea, & legitimè præſcripta; ſi enim eas conditiones habeat, ejus violatio ſuaptè natura ſcandalum generabit; atque ita ſenſus eſt, quod non ſit conſuetudo contra rationem, nec denuò introducta, ſed talis ac tam diuturna, ut ejus violatio jure optimo ſcandali orituri anſam præbeat, quicquid aliter intelligat Baſil. Pont. *de impediment. Matrimon. cap.1.§.2.*

In gloſſ. *Niſi conſuetudo.* Notatur ad hoc, quod nulla conſuetudo, etiamſi ſcandalum oriatur, vires habet ad diſſolvendum Matrimonium ſemel legitimè initum, cùm ſit vinculum juris naturalis, & divini, ut per Sylveſt. *verbo Matrimonium 2.quæſt.3.* Brunel. *de ſponſal. concl.20. num. 8.* Sanch. *de Matrim. lib.7. diſp.4. num.2.*

SUMMARIUM.

1. *Compaternitas ſcienter, vel ignoranter ſuperveniens inter conjuges conjugium non diſſolvit.*
2. *Doctores quando in aliquo articulo ſunt varii, ſequenda eſt opinio æquior, & rationabilior.*
3. *Baptizans ſcienter conjux extra neceſſitatem, aut tenens in Baptiſmo, vel Confirmatione communem filium, aut alterius conjugis, tenetur debitum reddere, privatur tamen poteſtate illud exigendi.*
4. *Cognationem ſpiritualem non contrahit levans per errorem filium Petri, exiſtimans ſe filium Pauli levare.*
5. *Ignorantia facti quando in hoc excuſet, oſtenditur.*
6. *Delictum eorum, qui caſu, aut imprudentia, ſive etiam facti ignorantia quicquam admiſerunt, leviùs punitur.*
7. *Ignorantia vincibilis, & culpabilis non excuſat.*

Cap. Si vir II.

1 CONjuges contrahentes compaternitatem in proprio filio, ſive ex ignorantia, ſive ex malitia, non ſunt ſeparandi, nec debitum negare debent. Colligitur ex Ord.Abb.antiq.Innoc. Collect.Zabar. Joan. Andr.Hoſt.Butr.Anchar. Panorm. Præpoſ.Alexand.de Nevo, Caniſ.Cujac.Vivian.*in ration. lib.4.Iuris Pontif. pag.62.* Alagona *in compend. Iuris Canon, pag.584.* remiſſivè Ximen. *in concord.p.1.& 2.* refertur ab Anton. Auguſt. *collect.1. Decret. lib.4. tit.11.cap.1.* & eſt poſt Conc. Lateran. ſub Alex.III.*p.32.cap.21.*

2 *Humanius*, &c.] Notatur ad hoc, quod ubi Doctores in aliquo articulo ſunt varii, ſequenda eſt opinio humaniorum, id eſt, rationabilior, & æquior, ut per Corſet. *in ſing.opinion.*

3 *Quia ex ignorantia*, &c.] Notatur ad hoc, quod conjux extra neceſſitatem ſcienter baptizans, aut tenens tanquam patrinus in Baptiſmo, vel Confirmatione communem filium, aut alterius conjugis, tenetur debitum reddere, privatur tamen poteſtate illud exigendi: ita gloſſ. *verbo non fraudentur, in cap. noſſe, 30. quæſt.1.* & in præſenti Hoſt. *num. 3.* Henric. etiam *num.3.* Butr. *num.6.* Joan.Andr. *num.5.* Alex.de Nevo *num.8.* Panorm. *num.5.* Navar. *in man. cap.22. num.40.* Fr.Emman. *in ſum.tom.1.cap.243.n.10.* Jacob. de Graff. *in deciſ.aureis, p.2.lib.1.cap.5. n.31.* Vivald. *in candel.aureo, p.1.tit.de Matrim.num.149.* Matienſ. *in rubr.tit.1. gloſſ.1.n.143. lib.5.nova recop.* Henriq. *lib.3. de Confirm. cap.3. in fin. & lib.11. de Matrim. cap.15. num.11.* Paul. Comitol. *reſponſ. moral. lib.1. quæſt.137.* latè Sanch. *de Matrim. lib.9. diſp.26. num. 7.* ubi *n.8.* reſolvit conjugem non ſolùm ex certa ſcientia, ſed etiam ex malitia, atque in Matrimonii fraudem baptizantem, aut tenentem communem filium, aut alterius conjugis, teneri reddere, non tamen poſſe petere inſtar illius, qui ſcienter fecit: & *num.10.* dicit quod quamvis hujuſmodi conjux debitum petere nequeat, non poteſt tamen excludi domo, & à cura alterius conjugis.

4 Notatur etiam ad hoc, quod per errorem levans filium Petri, exiſtimans ſe filium Pauli levare, non contrahit cognationem ſpiritualem, ut per Abb. *hic, num.4.* & Alex. de Nevo *num.6.* qui ex hoc text. colligunt requiri ſcientiam, & animum ad contrahendam cognationem: ſequitur Sanch. *de Matrim. lib.7. diſp.58.num.7.* ubi *num.8.* rogat an ſit credendum juramento patrini teſtantis ſe non habuiſſe animum tenendi inſtar veri patrini.

5 *Ex ignorantia.*] Notatur ad hoc, quod ignorantia facti, qualiſcumque ſit, & quantumcumque craſſa, modò non ſit adeò craſſa, ut ſit ingens temeritas ignorare, vel non ſit affectata, excuſat conjugem, qui affinitatem, aut cognationem ſpiritualem cum ſuo conjuge contraxit, ne debiti petitione privetur, ita Sanch. *d.lib.9. diſp.32.num.47.*

6 *Excuſare videtur.*] Notatur ad hoc, quod delictum eorum, qui caſu, aut imprudentia, ſive etiam facti ignorantia, non de induſtria, aut doloſè quicquam admiſerunt, aut non puniuntur, aut leviùs puniri debent, ut per Tiraq. *de pœnis temper.cauſa 13. num.1. cum ſeq.*

7 In gloſſ. *Si ex ignorantia*, ibi, *probabili, aliàs non excuſaretur à peccato.* Ergo vincibilis & culpabilis ignorantia non excuſat, ut docent Petr. de Ledeſma *de Matrim. quæſt.56. art.1. dub.4.* Fr. Emman. *in ſum. tom.1.cap.43. num.10.* Henriq. *lib.3.de Confirm.cap.3.in fin.* Sanch. *d.lib.9. diſp.32.num.44.*

SUMMARIUM.

1. *Filii compatrum, ratione quorum non fuit contracta compaternitas, poſſunt conjungi, niſi conſuetudo Metropolitanæ Eccleſiæ, vel vicinorum eſſet contraria, ut faceret Matrimonium nullum.*
2. *Conſuetudo an efficax ſit ad reddendos quoſpiam habiles ad Matrimonium, qui jure Canonico inhabiles erant.*
3. *Papa poteſt inhabilitare perſonas Matrimonium contrahentes.*
4. *Vicini loci attenditur conſuetudo.*
5. *Contractus ſimpliciter factus cenſetur celebratus ſecundùm conſuetudinem loci.*

Cap. Super eo III.

1 FIlii duorum compatrum, per quorum neutrum deventum eſt ad compaternitatem, licitè invicem contrahunt Matrimonium, niſi conſuetudo Metropolitanæ Eccleſiæ, vel vicinorum impediat, & dirimat talia Matrimonia, quia ſervanda eſt. Colligunt ex Ordin. Abb.antiq. Innoc.Collect. Zabar. Joan. Andr. Hoſt. Butr. Anchar. Panorm. Præpoſ. Alex.de Nevo, Caniſ. Cujac. Viv. *in ration. lib.4. Iuris Pontif. pag.64.* Alagona *in compend. Iuris Canon. pag.584.* remiſſivè Ximen. *in concord. p. 2.* refertur ab Anton. Auguſt. *collect.1. Decret. lib.4. tit.11. cap.3.*

Probare

Probare videtur text. *in præſenti*, conſuetudinem efficacem eſſe ad reddendos quoſpiam habiles ad Matrimonium, qui jure Canonico inhabiles erant: quæ quidem deciſio aduerſari videtur alteri *in cap. quod ſuper, in fin. verſ. ne autem, infrà de conſang. & affin.* pro quorum jurium conciliatione maximè laborat Sanch. *de Matrim. lib. 7. diſp. 4. à princ.* & contra eum nouè conciliat Baſil. Pont. *de imped. Matrim. c. 1. §. 2.* qui in illis juribus conciliandis aliquatenus immorantur, & ideo vide apud eos.

3 Notatur communiter hic text. ad hoc, quod Papa poteſt inhabilitare perſonas ipſas Matrimonium contrahentes, quia illud nimium accedit humano contractui, vt per Couar. *de ſponſal. p. 2. c. 6. §. 10. n. 17. ad fin.* Matienſ. *in rubr. tit. 1. gloſſ. 1. n. 38. lib. 5. noua recop.* D. Barboſ. *p. 2. rubr. ff. ſolut. Matrim. n.* 84.

4 In gloſſ. *Circumadjacentium*, ibi, *& ita vicinorum locorum non eſt contemnenda conſuetudo.* Notatur ad hoc, quod loci vicini attenditur conſuetudo, vt per Sylu. *conſ. 60. n. 10.* Boër. *deciſ. 263. n. 9.* Menoch. *conſil. 312. n. 13. & conſ. 3*[illegible]*. n. 22. & conſ. 395. n. 9. & 10.* Maſcard. *de probat. concl. 1415. n. 12.* Gam. *Luſit. dec. 16. n. 6. & deciſ. 144. n. 10.* Valaſc. *conſ. 51. n. 48. & conſ. 70. num. 5.* Cald. Pereira *de poteſt. elig. c. 15. ad fin.* Bernard. Græuæ. *ad pract. Cam. Imper. lib. 1. concl. 36. n. 15.* Camil.

5 Borrel. *in ſum. omnium deciſ. tit. 14. n. 11.* Et contractus ſimpliciter celebratus, cenſetur factus ſecundùm conſuetudinem loci, Brunor. à Sole *in locis communibus, verbo conſuetudo 7.* & quod conſuetudo patriæ ſit ſequenda, vide Molin. *de primog. lib. 2. c. 11. n. 1.* Cald. Pereira *de renouat emphyt. q. 15. n. 47.*

SUMMARIUM.

1 *Pater Baptizati non poteſt accipere vxorem leuantis ab eodem leuante cognitam.*
2 *Cognatio ſpiritualis contracta à viro non transfunditur ad vxorem, nec è contra, ſecundùm Motum proprium Pij V.*
3 *Matrimonium conſummatum ſolùm ſignificat eam conjunctionem, per quam Chriſtus factus eſt vna caro cum Eccleſia per incarnationis myſterium.*

Cap. Martinus, IV. *Clem. III.*

1 Compaternitas efficax ad Matrimonium dirimendum contrahitur inter patrem baptizati, & vxorem leuantis priùs ab eo cognitam. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Innoc. Zabar. Ioan. Andr. Hoſt. Butr. Anchar. Panorm. Præpoſ. Alex. de Neuo, Caniſ. Cujac. Viu. *in ration. lib. 4. juris Pontif. pag. 65.* Alagona *in compend. juris Canon. pag. 584.* remiſſiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Ant. Auguſt. *collect. 2. Decret. lib. 4. tit. 6. cap. 1.*

2 Verùm non obſtante huius text. diſpoſitione, ſanctæ mem. Pius V. in quodam ſuo motu proprio incip. *Cùm illius vicem*, edito de anno 1566. declarauit cognationem ſpiritualem ab illo contractam, eo quòd aliquem baptizauerit, aut tenuerit in Baptiſmo, vel Confirmatione, ad vxorem, & è contra non transfundi, cùm Trident. Concil. *ſeſſ. 24. de reformat. Matrimon. cap. 2.* decidat cognationem non contrahi ab aliis perſonis præter *ibi* numeratas, inter quas non continetur vxor patrini, vel baptizantis: ita Nauar. *in man. cap. 22. num. 39.* Tolet. *inſtruct. Sacerd. lib. 7. cap. 4. num. 5.* Petr. de Ledeſm. *de Matrim. quæſt. 56. art. 3. verſ. concluſio ſit.* Henriq. *in ſum. lib. 12. c. 11. n. 2.* Zerol. *in praxi Epiſcop. p. 1. verbo Baptiſmus, §. 6.* Sanch. *de Matrim. lib. 7. diſp. 54. num. 11.* & alii citati per me *de officio, & poteſtate Epiſcopi, p. 2. alleg. 30. num. 56.*

Efficiantur per connubium vna caro.] Id eſt, per carnalem copulam, vt gloſſ. exponit, quare ſolum Matrimonium conſummatum ſignificare eam conjunctionem, per quam Chriſtus factus eſt caro cum Eccleſia per Incarnationis myſterium, docet Sanch. *de Matrim. lib. 2. diſp. 13. n. 1.* 3

In gloſſ. *Cum quo*, ibi, *ſi verò compaternitas*, &c. Vide Ceual. *commun. contra commun. q. 271.* 4

SUMMARIUM.

1 *Compaternitas per catechiſmum contracta impedit Matrimonium contrahendum, ſed contractum non dirimit.*
2 *Catechizans eum catechizato contrahit cognationem ſpiritualem impedientem quidem, ſed non dirimentem Matrimonium*, & n. 4.
3 *Catechiſmi impedimentum eſt omninò ſublatum cum Concil. Trident.*

Cap. Contracto V.

Compaternitas contracta per catechiſmum, ſeu per pabulum ſacrati ſalis, vix impedit contrahendum, non dirimit contractum. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Hoſt. Butr. Anchar. Panormit. Præpoſ. Alexand. de Neuo, Caniſ. Cujac. Viuian. *in rationali lib. 4. juris Pontif. pag. 66.* Alagona *in compend. juris Canon. pag. 584.* remiſſiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Anton. Auguſt. *collect. 1. Decret. lib. 4. tit. 6. cap. 2.* 1

Collige ex text. tenentem puerum in Catechiſmo contrahere cognationem ſpiritualem, impedientem quidem, ſed non dirimentem Matrimonium: ita Sanch. *de Matrim. lib. 7. diſp. 10. cum ſeqq.* Gutier. *eod. tract. c. 84. n. 2. cum ſeqq.* Bonac. *eod. tract. q. 3. punct. 14. num. 6.* 2

Difficultas eſt, vtrùm hoc Catechiſmi impedimentum ſit omninò ſublatum per Concil. Trid. *ſeſſ. 24. de reform. Matrim. c. 2. in fin. verſ. omnibus inter alias perſonas*, in qua vna ſententia tenet adhuc manere, quam tuentur Nauar. *in man. c. 22. num. 72.* Vgolin. *de Matrim. c. 20.* & alii plures, quos refert Sanch. *d. diſp. 10. n. 11.* quibus adde Ludou. Bejam *reſponſ. caſ. conſcient. p. 2. caſu 16. verſ. dubitatur.* Verior tamen ſententia eſt, hujuſmodi impedimentum catechiſmi eſſe per dictum Tridentini decretum omninò ſublatum, eamque meritò ſuſtinent Petr. de Ledeſma *de Matrim. q. 56. art. 3. verſ. in huius expoſitionem, & in ſum. p. 1. c. 13. de Baptiſmo, dub. 2. poſt 5. concluſ.* Henriq. *in ſum. lib. 2. de Baptiſmo, c. 15. n. 4. & c. 18. n. 2. in fin. & lib. 12. de Matrim. c. 2. n. 1.* plures, quos refert & ſequitur Sanch. *d. diſp. 10. n. 12.* quibus adde Valer. Reginal. *in praxi fori pœnit. lib. 31. n. 190.* Rebel. *de oblig. juſtit. p. 2. lib. 3. q. 18. n. 20. cum ſeqq.* Ægid. *de Sacram. & cenſ. tom. 2. diſp. 30. dub. 3. n. 24.* Gutier. *de Matrim. c. 84. n. 6.* 3

In gloſſ. *Vix contrahendo*, ibi, *& ideo dico quod catechiſmus impedit, & dirimit.* Hanc gloſſ. reprobat Beja *d. caſ. 16. verſ. falſa eſt*, dum habet illum, qui per totum catechiſmum tenet puellam inualidum contrahere Matrimonium, ſi eam poſteà ducat, eo quòd ex hujuſmodi catechiſmo oriri videatur cognatio ſpiritualis impediens, & dirimens, ſicut ex Baptiſmo, & Confirmatione, 4

matione, argumento *cap. ſi qui ex una* 39. *quæſt.* 4. *& cap. in catechiſmo, de conſecrat. diſtinct.* 5. quibus juribus illa tria æquiparantur. Dicit igitur Beja hanc gloſſæ opinionem falſam, quia ſicut conſanguinitas non niſi ex generatione carnali oritur, ita nec ſpiritualis filiatio, ſeu ſpiritualis cognatio cauſatur, niſi per generationem ſpiritualem, & hæc cùm non fiat alio modo, quàm per Sacramentum Baptiſmi, ſcilicet per quem homo in utero Eccleſiæ concipitur, quaſi ab ipſa fovendus; vel Confirmationis, per quam homo quaſi extra uterum exponitur fide roboratus, ut publicè Chriſti fidem tueatur; Catechiſmus autem nequaquam eſt Sacramentum, ideo per hunc cognatio ſpiritualis ſtrictè, & propriè non contrahitur, quæ Matrimonium dirimat: nec obſtat quod *in d. c. in catechiſmo, & in d. cap. ſi quis*, æquiparantur illa tria, Catechiſmus, Baptiſmus, & Confirmatio: nam, ut ex verbis ſatis apparet, non fit ibi æquiparatio univoca, quaſi quod ejuſdem rationis, & efficaciæ ſit impedimentum ortum ex catechiſmo, ut eſt illud, quod oritur ex Baptiſmo, & Confirmatione, ut per ſe patet.

SUMMARIUM.

1 *Cognatio ſpiritualis valida ad dirimendum Matrimonium jam contractum, contrahitur inter patrem baptizati, & levantem, ſeu tenentem baptizatum*, & num. 2.

Cap. Veniens VI.

Innoc. III.

1 IMpedimentum impediens, & dirimens contractum Matrimonium, naſcitur inter patrem baptizati & levantem, ſeu tenentem baptizatum. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Hoſt. Butr. Anchar. Panorm. Præpoſ. Alex. de Nevo, Caniſ. Cujac. Viv. *in ration. lib.* 4. *Iuris Pontiſ. pag.* 67. Alagona *in compend. Iuris Canon. pag.* 584. remiſſivè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 3. *Decret. lib.* 4. *tit.* 1. *cap.* 1.

2 Innovatur per Concil. Trident. *ſeſſ.* 24. *de reformat. Matrim. cap.* 2. vide Farinac. *in praxi crimin. part.* 5. *quæſt.* 149. *num.* 51. & alios relatos per me *de officio, & poteſtate Epiſcopi, part.* 2. *allegat.* 30. *num.* 53. *cum ſeqq.*

SUMMARIUM.

1 *Filii duorum compatrum, per quorum alterum deventum eſt ad compaternitatem, ſi Matrimonium contrahant, illud non tenet, & qui hoc ſciunt, tempore contractus revelare tenentur.*

2 *Denuntiationes hodie quomodo fieri debeant, & qui teneantur denuntiare, oſtenditur.*

Cap. Tua nos VII.

1 FIlii duorum compatrum, per quorum neutrum deventum eſt ad compaternitatem, ſi Matrimonium contrahant, ſeparari debent, quia non tenet, & ſcientes impedimentum, tempore contractus illud denuntiare tenentur. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Hoſt. Butr. Anch. Panorm. Præpoſ. Alex. de Nevo, Caniſ. Viv. *in ration. lib.* 4. *Iuris* *Pontiſ. pag.* 67. Alagona *in compend. Iuris Can. pag.* 584. remiſſivè Ximen. *in concord. p.* 1. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 3. *Decret. lib.* 4. *tit.* 8. *cap.* 2.

Debent Eccleſiæ illud nuntiare.] Hodie per novum Decretum Concil. Trid. *ſeſſ.* 24. *de reform. Matrim. c.* 1. denuntiationes fieri debent eorum, qui Matrimonio jungi volunt, ut ſi quis ſciat inter eos aliquod impedimentum eſſe, illud in medium proferat: ita qui novit aliquod impedimentum inter volentes contrahere, etiamſi occultum ſit, & illud probare minimè poſſit, ſub peccato mort. illud tenetur nuntiare, Sanch. *de Matrim. lib.* 3. *diſp.* 13. *n.* 2. Ægid. *de ſacram. tom.* 2. *diſp.* 27. *dub.* 7. *num.* 61. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 31. *num.* 228. Gutier. *de Matrim. cap.* 59. Bonac. *eod. tract. quæſt.* 2. *punct.* 6. *num.* 20. niſi cognoverit ſub ſecreto, vel ſit adeò occultum, ut ipſe ſolus noverit, præcipuè ſi naſcitur ex infamia, aut peccato, Bonac. *d. punct.* 6. *num.* 2. Baſil. Pont. *de imped. Matrim. cap.* 26. §. 4. *verſ. denique.* 2

SUMMARIUM.

1 *Impedimentum impediens, & dirimens naſcitur inter baptizatam, & filium baptizantis.*

2 *Baptizans in neceſſitate, an contrahat cognationem ſpiritualem, oſtenditur.*

3 *Cognationem ſpiritualem an contrahat tenens puerum in Baptiſmo non ſolemniter celebrato, oſtenditur.*

4 *Vicarius Epiſcopi de cauſa Matrimoniali cognoſcere poteſt.*

Cap. Ex literis VIII. & fin.

Gregor. IX.

COgnatio ſpiritualis impediens, & dirimens Matrimonium, oritur inter baptizatam, & filium baptizantis. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Hoſt. Anchar. Butr. Panorm. Præpoſ. Alex. de Nevo, Caniſ. Cujac. Vivian. *in ration. lib.* 4. *Iuris Pontiſ. pag.* 70. Alagona *in compend. Iuris Canon. pag.* 585. remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. 1

Qui Sacerdos extitit, &c.] Ex his verbis colligunt aliqui, laicum in neceſſitate baptizantem non contrahere cognationem ſpiritualem, quaſi illa non contrahatur niſi ex Baptiſmo ſolemniter à Sacerdote miniſtrato: ſed dicendum prorſus eſt, baptizantem etiam laicum in extremo neceſſitatis periculo contrahere cognationem ſpiritualem perfectam ſubſequens Matrimonium dirimentem cum baptizato, ejuſque parentibus: ita Covarr. *de ſponſalib. p.* 2. *cap.* 6. §. 4. *num.* 4. Gregor. *l.* 1. *verbo Clerigo, tit.* 7. *p.* 4. Galet. *in tract. hujus tit. cap.* 11. *num.* 5. Vivald. *in candel. aur. p.* 1. *tit. de Baptiſmo, num.* 42. *& tit. de Matrim. num.* 155. *&* 157. Petrus de Ledeſma *de Matrim. quæſt.* 59. *art.* 1. *dub.* 2. Henriq. *in ſumma, lib.* 12. *cap.* 11. *n.* 1. Marienſ. *in rubr. tit.* 1. *gloſſ.* 1. *n.* 170. *lib.* 5. *nova recop.* Fr. Emman. *in ſum. tom.* 1. *cap.* 226. *num.* 2. *concl.* 2. *& num.* 11. *concl.* 5. Baſil. Pont. *de impedim. Matrim. cap.* 24. §. 4. *verſ. ſecundò*, Sanch. *de Matrim. lib.* 7. *diſp.* 62. *num.* 10. ubi *num.* 12. reſpondet in hoc text. narrari factum, nec vim efficit ad contrahendam cognationem ſpiritualem in ſacerdotio miniſtri baptizantis. 2

Quæſtio eſt dubia, utrùm tenens puerum in Baptiſmo non ſolemniter miniſtrato, contrahat cognationem ſpiritualem? Una ſententia, quæ probabilis eſt, tenet 3

hoc caſu illam contrahi, quia in eo caſu verum confert baptiſmum, ex quo conſurgit cognatio ſpiritualis, quæ contractum dirimit Matrimonium: ita Vivald. *d. tit. de Matrim. num.* 154. Ægid. *de Sacram. & cenſ. tom.* 2. *diſp.* 32. *num.* 39. *concl.* 5. ubi declarat ſi id faciat ut munus ſuſceptoris obeat, ſecus ſi faceret ut puer commodiùs poſſet baptizari, Gutier. *de Matrimon. c.* 100. *n.* 7. Navar. *in man. c.* 22. *n.* 40. ſed probabilius eſt illam in hoc caſu non contrahi à ſuſceptore, prout docent Soar. 3. *part. q.* 67. *art.* 8. *dub. ult.* Fr. Emman. *d. c.* 226. *n.* 2. *concl.* 2. Sanch. *d. diſp.* 62. *n.* 13. & alii, quos refert, & ſequitur Bonac. *de Matrim. q.* 3. *punct.* 5. §. 2. *num.* 11.

4 *Sed cùm idem officialis.*] Ergo Epiſcopi Vicarius de cauſa matrimoniali cognoſcere poteſt, ut per Cov. *de ſponſ. p.* 2. *c.* 8. §. 12. *n.* 1. Gomez *ſuper Bullam Cruciatæ, c.* 4. *q.* 4. *n.* 28. Jacob. de Sbroz. *de Vicario Epiſc. lib.* 1. *q.* 44. *in fin.* Sanch. *de Matrim. lib.* 3. *diſp.* 29. *num.* 28. & alios plures, quos refero *de officio, & poteſtate Epiſcopi*, & ante *ad ſeſſ.* 24. *de reform. Matrim. c.* 2. *num.* 6.

De Cognatione Legali.

TIT. XII.

SUMMARIUM.

1 *Doctores referuntur ſuper hanc rubr. ſcribentes.*
2 *Cognationis legalis materiam qui Doctores tractent referuntur.*
3 *Cognatio legalis eſt neceſſitudo perſonarum per adoptionem contracta.*
4 *Cognatio legalis lege humana dirimit.*
5 *Cognatio legalis ad quem gradum extendatur, & quæ ſint ejus ſpecies, oſtenditur.*

1 SUPER hanc rubr. ſcripſerunt Zabarel. Joan. Andr. Anchar. Butr. Panorm. Præpoſ. Alex. de Nevo, Durand. *in breviario aureo juris Canon. & in ſpeculo juris, ſub hoc tit. lib.* 4. Stephan. Ranchin. *in continuat. titul. Decretal.* Joan. de Londris *in breviario ſanctorum Canon.* Petr. de Ravenna *in compend. juris Canon.* Matt. Meſnatt. *in epitome Decretal.* Dan. Venat. *in analyſi methodica juris Pontif. à pag.* 547. Goffred. & Hoſt. *in ſum. hujus tit.* Alex. Caſan. & Anaſt. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decretal.* Barthol. Carthag. *in expoſit. tit. juris Canon.* omnes *ſub hoc tit.*

2 De materia hujus tituli vide Cov. *de ſponſalib. p.* 2. *c.* 6. §. 5. Vivald. *in candelabro, tit. de cognat. legali, n.* 175. *cum ſeqq.* Emman. Sà *in ſum. verbo Matrimonium, ubi de imped. dirim. n.* 9. Gregor. *l.* 7. *per text. ibi, tit.* 7. *part.* 4. Henriq. *in ſum. lib.* 12. *c.* 12. Sot. *in* 4. *diſtinct.* 32. *q.* 2. Alphonſ. à Veracruce *in ſpeculo conjug. part.* 1. *art.* 59. *&* 60. Navar. *in man. c.* 22. *ex n.* 44. Mozz. *de contractib. tit. de Matrim.* §. *pro declaratione hujus, ex n.* 23. Petr. de Ledeſma *de Matrim. q.* 57. *art..*. Cened. *ad Decretum, collect.* 38. *n.* 5. Sanch. *de Matrim. lib.* 7. *diſp.* 63. Gutier. *eod. tract. c.* 102. Bonac. *eod. tract. q.* 3. *puncto* 5. §. 3. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 31. *n.* 158. *cum ſeqq.* Baſil. Pont. *de impedim. Matrim. c.* 25. Ægid. *de Sacram. & cenſ. tom.* 2. *diſp.* 31. *dub.* 3. *à n.* 42.

3 Cognatio legalis, quæ nihil aliud eſt, quàm neceſſitudo perſonarum per adoptionem contracta, lege 4 humana dirimit, quia inter eos qui per adoptionem cognati efficiuntur, lex non patitur nuptias conſiſtere, *c. intelligere, c. per adoptionem* 30. *q.* 3. *l. ſi qua* 12. *l. adoptivus* 14. *ff. de ritu nupt. l. ſi ſtipuler* 35. *in fin. princ. ff. de verb. obligat.* explicant ordinarii *in cap. unic. hoc tit.* S. Thom. *in* 4. *diſt.* 42. *q.* 4. *art.* 1. Bonavent. *ibid. art.* 1. *q.* 2. Scot. *quæſt. unic. verſic. juxta quod*, Durand. *quæſt.* 2. Richard. *art.* 2. *q.* 2. Sot. *q.* 2. *art.* 1. idem S. Thom. *in addit. ad* 3. *p. q.* 57. *art.* 2. Nav. *in man. c.* 22. *n.* 34. Sylveſt. *in ſum. verbo Matrimonium* 8. *q.* 15. Viguer. *inſtit. c.* 16. §. 7. *verſ.* 9. *imped.* 9. Covar. *de ſponſal. p.* 2. *c.* 6. §. 5. & alii *ſuprà* citati, *n.* 2.

Continet autem hujuſmodi legalis cognatio tres 5 partes. Prima eſt linea recta aſcendentium, & deſcendentium, quæ inter parentes, & adoptivos filios, avos, & nepotes uſque ad quartum gradum Matrimonium prohibet, *d. l. adoptivus, l. quando, ff. de ritu nupt.* §. 1. *verſ. adeò*, §. *inter eos, verſ. ſed ſi qua, Inſtit. de nupt.* Secunda ſpecies lineæ tranſverſæ inter naturales, & adoptivos filios ejuſdem parentis vetat, ex *d. cap. unic.* & hæc primum gradum non excedit collateralem. Tertia ſpecies per Matrimonium affinitatis ad uxores adoptivorum, parentum, & filiorum extenditur, ut præcitata jura probant, neque refert utrùm per abrogationem, per quam aliquis ſui juris reſcripto principis in filium, aut nepotem accipitur, & in poteſtatem adoptantis tranſit, *l.* 2. *ff. de adopt.* §. *adoptio, Inſtit. eod.* an verò ex adoptione propria cognatio hæc proveniat, per quam is, qui in alterius eſt poteſtate, ab extraneo in locum filii, vel nepotis ſubrogatur, & hodie ex lege Juſtiniani non tranſit in poteſtatem adoptantis, niſi proavus, vel avus ſit qui adoptat, *l. qui adoptivis, C. de adoption.* §. *ſed noſtra, Inſtitut. eod.* omnes enim liberorum, fratrumve locum obtinent, & de omnibus indiſtinctè præcitata jura agunt, atque ideo ab omnibus impedimentum dirimens contrahetur, ut bene docet gloſſ. *in d. cap. unic. infr. hoc tit.* quam communiter receptam teſtatur Abb. Præpoſ. *ibid. num.* 6. *&* 7. S. Thom. & frequentiùs Theologi *ubi ſuprà*, Covar. Nav. & noviores præcitati: quamvis ergo Innocent. *ibi*, & eum ſequutus Sylveſt. *ubi ſupr.* contendat ex adoptione, per quam quis non tranſit in poteſtatem adoptantis, non contrahi hoc impedimentum, ita ut dirimat, quaſi in his propriè adoptivis ceſſet, & prohibitionis ratio, per quam indiſtinctè leges diſtinguantur. Sed audiendi non ſunt, tum quia generales leges ſine manifeſta ratione diſtinguere non oportet: tum etiam quia in adoptivis ratio legis non ceſſat, illa enim quam affert D. Thom. & Theologi *ubi ſupr.* quia ſcilicet in eadem domo habitant adoptivi, & ideo oportuit prohibitione nuptiarum eos à turpitudine deterrere, non eſt ſola hujus impedimenti ratio, ſed honeſtas, quæ non patitur eos Matrimonio jungi, qui parentum, filiorumve loco cenſentur, aut fratrum; & nihilominus conſiderant patriam poteſtatem, cùm ea finita adhuc inter aſcendentes, & deſcendentes impedimentum maneat, ut præcitata jura probant, & ſolùm inter fratres ceſſat finita adoptione, & hæc honeſtatis ratio in omnibus adoptivis viget. Nec etiam refert, quod non reperiatur expreſſa lex Canonica, quæ inter aſcendentes, & deſcendentes nuptias prohibeat, ſed tantùm inter fratres, ut conſtat ex *d. cap. ita diligere*, & ex *d. cap. unic.* ſufficit enim virtualis approbatio, & uſus Eccleſiæ, quæ dum inter fratres adoptivos Matrimonium irritat juxta leges Civiles, cenſetur proculdubio eandem prohibitionem in aliis caſibus recipere, in quibus longè major ratio reperitur, quinimò cùm leges Civiles ante legem Evangelicam hujuſmodi nuptias prohibuerint, quo tempore leges ſæculares poterant impedimenta Matrimoniis objicere, quæ

quæ nondum erant Sacramentum, ut etiam hodie poſſunt illi, qui ſunt extra Eccleſiam infideles, ut ſentit D.Thom. Bonav. & Palud. *in 4. diſt.39.quæſt.1. art.1.* & *ibid.* Sot. *art.2.in fine*, Sylveſt. *verbo Matrimonium 8.quæſt.10.* Spec. conjug. *p.1. art.32. concl.9.* Victor. *in relect.de Matrim.p.1.num.12.* ſequitur prædictas leges Civiles hoc impedimentum ſtatuentes juſtas, & validas fuiſſe, ac ſi de reliquis contractibus diſponerent, unde cum per Eccleſiam poſtea nec expreſsè, nec virtualiter fuerint abrogatæ, ſed potiùs tacitè receptæ, adhuc requirendæ ſunt, argum. *cap.1.& 2. de novi oper.nunt.*

SVMMARIVM.

1 *Cognatio legalis impedit, & dirimit Matrimonium inter adoptatum, & filios carnales adoptantis, quæ tamdiu permanet, quandiu durat adoptio,* & n.2.

3 *Cognationis legalis quot ſpecies ſint oſtenditur,* & num.4.

5 *Adoptivæ filiæ poteſt copulari filius illegitimus.*

CAP. Si qua, unic. *Nicol.*

1 COgnatio legalis impedit, & dirimit Matrimonium inter adoptatum, & filios carnales adoptantis, durante adoptione. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Hoſt. Anchar. Butr. Panorm. Præpoſ. Alex. de Nevo, Cujac. Vivian. *in ration. lib.4. Iuris Pontif. pag. 70.* Alagona *in compend. Iuris Canon. pag. 585.* remiſſivè Ximen. *in concord. p.1. & 2.* refertur ab Anton. Auguſt. *collect. 1. Decret.lib.4. tit.12.cap.unic.*

2 Hanc eandem concl. ex hoc text. deſumunt *in præſenti* Innoc. *num.unic.* Butr. *n.6.* Abb. *n.6.* Anchar. *n.7.* Alex. de Nevo *n.12.* Henriq. *n.6.* & alii plures, quos refert, & ſequitur Sanch. *de Matrim. lib.7. diſp.63. n.15.* quibus adde Bonac. *de Matrim. quæſt.3. punct.5. §.3.n.15.* Baſil. Pont. *de imped.matrim. cap.25.§.tertia,* quæ cognatio legalis tandiu permanet, quandiu durat adoptio; unde ſi moriatur pater, vel emancipetur carnalis, aut adoptivus filius, ceſſat hoc impedimentum, Sanch. *d.diſp.63.n.24.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.31. n.163.* Bonac. *d.§.3. n.5.in fin.* Baſil. Pont. *d.verſ.tertia,* ibi: *Extinguitur autem adoptio, vel morte civili, vel naturali, vel emancipatione, vel ſi adoptivus contrahat inceſtuoſas nuptias, vel ſi adoptatus fiat Patritius, vel Epiſcopus,* &c.

3 Vltra hujuſmodi adoptionis tranſverſalis ſpeciem inter adoptatum, & filios carnales adoptantis, de qua agit text. *in præſenti*, ſunt & aliæ duæ ſpecies cognationis legalis. Prima eſt recta inter adoptantem & adoptatum, & deſcendentes adoptati, quæ perſeverat uſque ad quartum gradum, Navar. *in man. cap.22. num.45.* Tolet. *in inſtruct. Sacerd. lib.7. cap.4.* Bonac. *d.§.3. num.5. verſ. primò*, ubi etiam dicit hanc cognationem inter has perſonas ſemper impedire, etiamſi adoptio diſſoluta fuerit, Baſil.Pont. *d.cap.25.verſ. ſunt autem, & verſ.ex dictis ſequitur.*

4 Altera ſpecies cognationis legalis eſt per modum cujuſdam affinitatis legalis inter adoptantem & uxorem adoptati, & inter adoptatum & uxorem adoptantis, & menſuratur gradibus affinitatis, ob reverentiam, quæ parentibus naturalibus debetur, quæ quidem cognatio perpetuò dirimit, ac ſubinde non poterit etiam adoptione ſoluta adoptatus cum uxore adoptantis, nec adoptans cum uxore adoptati Matrimonium inire: ita Bonac. *d.§.3. num.5. verſ. ſecundò,*

Sanch. *d. diſp.63. num.24.* ubi *num.26.* reſolvit inter adoptantem, & filii adoptivi parentes nullam contrahi cognationem, ac proinde poſſe inter illos conſiſtere Matrimonium, quia nullo jure cavetur eam contrahi: & *num.27.* ſimiliter tenet integrum eſſe filiis legitimis contrahere cum adoptivis Matrimonium poſt parentis adoptantis obitum: & *num. 29.* tenet cum aliis, quos citat, poſſe inire Matrimonium filios duorum fratrum adoptivorum, & *num.35.* pariter dicit nullam cognationem contrahi, & ſic poſſe conſiſtere Matrimonium inter patrem adoptantem, & filiam filiæ adoptivæ.

In gloſſ. *Quandiu*, ibi, *ſic etiam poteſt dici quod filius illegitimus poteſt copulari filiæ adoptivæ, quia illegitimus non eſt in poteſtate patris.* Vide Covar. *de ſponſ.p.2.cap.6. §.5.ad fin.* Tolet. *d.cap.10.n.7.* Henriq. *in ſum. lib.12. cap.12.n.3.in fin.* Petr. de Ledeſma *de Matrim.quæſt.57. art.3.dub.1.* Marienſ. *in rubr.tit.1. gloſſ.1.n.172. lib.5. novæ recop.* Sanch. *d.diſp.63.n.30.cum ſeq.* Bonac. *d.§.3. num.8.* Baſil.Pont. *d.cap.25.in fin.* 5

De Eo, qui cognovit conſanguineam uxoris ſuæ.

TIT. XIII.

SVPER hanc rubr. ſcripſerunt Zabar. Joan. Andr. Anchar. Butr. Panorm. Caſal. *in annot.* Præpoſ. Alex. de Nevo, Cujac. Durand. *in breviario aureo Iuris Canon. & in ſpeculo Iuris, ſub hoc tit.lib.4.* Stephan. Ranchin. *in continuat. tit. Decretal.* Joan. de Londris *in breviario ſanctorum Canonum*, Petr. de Ravenna *in compendio Iuris Canon.* Martin. Meſnart. *in epitome Decretal.* Dan. Venat. *in analyſi methodica Iuris Pontificii, à pag.544.* Goffred. & Hoſt. *in ſum.hujus tit.* Alex. Caſan. & Anaſt. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decret.* Barthol. Carthag. *in expoſit.tit.Iuris Canon.* Zypæ. *in analyt.poſtremi Iuris Eccleſ.enarrat. pag.356.* noviſſimè Joan. Honor. *lib.4. ſum.in Decretal.* omnes *ſub hoc tit.*

De pœna inceſtus agit apud Luſitanos Ordinatio Regia, *lib.4.tit.17.* & apud Caſtellanos *tit.18. p.7.& l.7.tit.20.lib.8.novæ recop.* Vela *de delictis, cap.17.* Clar. *dub.5.§.inceſtus,* Perez *l.4.tit.15.lib.8. Ordinam.* Padil. *in ſumma legum pœnal.p.1.cap.8.* Azor. *inſtit.moral.p.3. lib.3.cap.9.& 10.* Sayr. *in clavi reg.lib.8. cap.4.à princ.* Farin. *in praxi crim. quæſt.149.*

SVMMARIVM.

1 *Filiaſtram ſuam qui ſcienter cognovit, non poteſt petere debitum à matre, nec unquam habere filiam in uxorem, nec ipſe, nec filiaſtra unquam poterit Matrimonio alicui copulari.*

2 *Inceſtus commiſſus à viro cum conſanguineis ſuæ uxoris impedit, non tamen dirimit Matrimonium.*

3 *Conjugatus non poteſt à ſuo conjuge, cujus conſanguineam vel affinem cognovit, amplius debitum petere.*

4 *Inceſtus cum conſanguineis uxoris impedit Matrimonium, quando ſcienter admiſſus fuit.*

CAP. Si quis I.

FIliaſtram ſuam qui ſcienter cognovit, non poteſt petere debitum à matre, nec unquam habere filiam in uxorem, nec ipſe, nec filiaſtra unquam po- 1

terunt Matrimonio alicui copulari. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Hoſt. Butr. Anchar. Panorm. Præpoſ. Alex. de Nevo, Caniſ. Cujac. Vivian. *in ration. lib.4. Iuris Pontif. pag.71.* Alagona *in compend. Iuris Canon. pag.585.* remiſſivè Ximen. *in concord. p. 2.* refertur ab Anton. Auguſt. *collect.1. Decret. lib.4. tit.13. cap.1.* & à Burchard. *lib.19. Decret. cap.5. tit. de fornicat.2. verſ. feciſti fornicationem cum filiaſtra tua, &c.*

2 Collige ex text. inceſtum commiſſum à viro cum conſanguineis ſuæ uxoris impedire, non tamen dirimere Matrimonium, vide Gutier. *de Matrim. cap.87. à princ.* Sanch. *eod. tract. lib.7. diſp.15. num.1.* ubi *num. 3.* notat ex hoc text. non ſolùm ipſis conjugibus hujuſmodi inceſtus reis interdici aliud Matrimonium, ſed etiam illis conſanguineis conjugis, cum quibus alter conjux inceſtum admiſit, & *num.6.* reſolvit quod copula habita cum conſanguineis ſponſæ de præſenti ante Matrimonium conſummatum, præſtat impedimentum perpetuum Matrimonio alii contrahendo, ſicut ſi fuiſſet copula habita cum conſanguineis conjugis cognitæ: & ita accedenti ad conſanguineam ſponſæ de præſenti ante Matrimonii conſummationem, interdici petitionem debiti tenent Covarruv. *de ſponſ. p.2. cap.7. §.2. n.6.* Vivald. *in candelabr. aur. p.1. tit. de Matrim. n.207.* Petr. de Ledeſma *de Matr. quæſt.55. art.6. dub.4. quod movet circa tertium ſtatum affinitatis,* Gutier. *canon. lib.1. cap.23. num.15.*

3 *Nec à matre debitum petere.*] Notatur ad hoc, quod conjugatus non poteſt à ſuo conjuge, cujus conſanguineam, vel affinem cognovit, ampliùs debitum petere: vide Menoch. *de arbitr. caſu 502. n.89.* Farin. *in praxi crim. p.5. quæſt.149. n.29.* Sanch. *de Matrim. lib.9. diſp.27. n.1.* Bonac. *eod. tract. quæſt.4. punct.16. n.10.*

4 *Scienter.*] Notatur ad hoc, quod inceſtus cum conſanguineis uxoris impedit Matrimonium, quando ſcienter admiſſus eſt, vide Gutier. *d. cap.87. num.11.* Sanch. *d. diſp.15. num.9.* ubi *num.11.* etiam petit, quod ſit copulâ conſummatus, & vide eundem Sanch. *d. lib.9. diſp.32. num.43. & num.47.*

5 In gloſſ. *Copulare*, ibi, *propter inceſtum.* Notatur ad hoc, quod interdictum petendi debitum, de quo in præſenti, conſurgit ex peccato inceſtus, vide Petr. de Ledeſma *d. art.6. dub.5. verſ. in hujus rei expoſitionem,* Jacob. de Graff. *in deciſ. aureis, p.1 lib.2. cap.81. num.4.* Sanch. *d. lib.9. diſp.27. num.13.*

SUMMARIUM.

1 *Affinitas ſuperveniens etiam per illicitum coitum diſſolvit ſponſalia de futuro, ſed non Matrimonium, & inceſtuoſus contrahere non poteſt.*

2 *Epiſcopus poteſt diſpenſare in impedimentis impedientibus, non tamen dirimentibus Matrimonium.*

3 *Inceſtum committenti, etiamſi ſit juvenis, non licet debitum conjugale exigere.*

Cap. Veniens j. II.

Alex. III.

1 SPonſalia de futuro contrahens cum filia, ſi cognoſcit matrem, ſolvuntur ſponſalia, ſecus ſi eſſet Matrimonium de præſenti. Item inceſtuoſus, veluti qui cognovit uxorem patris, vel matrem uxoris, non poterit ampliùs aliquam ducere, niſi ex diſpenſatione. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Hoſt. Henric. Butr. Anch. Panorm. Præpoſ. Alex. de Nevo, Caniſ. Cujac. Viv. *in ration. lib.4. Iuris Pontif. pag.72.* Alagona *in compend. Iuris Can. pag.585.* remiſſivè Ximen. *in concord. p.1. & 2.* refertur ab Ant. Auguſt. *collect.1. Decret. lib.4. tit.13. cap.3.* & eſt poſt Concil. Lateran. *p.12. cap.4.*

Poterit ex diſpenſatione.] Ergo Epiſcopus poteſt diſpenſare in impedimentis impedientibus, non tamen dirimentibus Matrimonium, vide Ugol. *de poteſt. Epiſc. cap.60. §.3.* Henriq. *in ſum. lib.12. cap.2. n.2. verſ. ſecundò.* Gutier. *canon. lib.1. cap.23. à n.10.* Bonac. *de Matrim. quæſt.3. punct.15. n.3.* Sanch. *eod. tract. lib.7. diſp.17. n.15.* quos refero *de offic. & poteſt. Epiſc. p.2. alleg.35. num.2.* ubi *num. ſeqq.* quando Epiſcopus poſſit diſpenſare in impedimento dirimente Matrimonium, de quo etiam Aloyſ. Ricc. *in praxi, reſol.228. in 2. edit.* 2

In gloſſ. *Ex diſpenſatione.* Notatur ad hoc, quod committens inceſtum, ſi ſit juvenis, non ex hoc ei licebit debitum conjugale exigere, vel uxore mortua cum alia de novo contrahere abſque diſpenſatione, quamvis juventus juſta cauſa ſit ad illam faciliùs impetrandam, ut per Gutier. *canon. lib.1. cap.23. n.7.* 3

In gloſſ. *Matrem ſponſæ*, ibi, *de futuro.* Unde hunc text. intelligunt de ſponſalibus de futuro citati à Sanch. *d. lib.7. c.15. n.5.* & Gutier. *de Matr. c.87. n.7.*

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium non ſeparatur ex dicto unius aſſerentis affinitatem inter conjuges præceſſiſſe.*

2 *Confeſſio utriuſque, vel alterius ſponſi, an ſufficienter probet impedimentum, remiſſivè.*

3 *Impedimentum ne Matrimonium contrahatur, plenè probatur unico teſte.*

Cap. De illo III.

MAtrimonium non ſeparabitur ad dictum unius aſſerentis ſe priùs cognoviſſe conjugem ſui fratris, niſi hoc ſit publicum, & notorium, aut probetur idoneis teſtibus. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Hoſt. Butr. Anchar. Panorm. Præpoſ. Alex. de Nevo, Caniſ. Cujac. Viv. *in ration. lib.4. Iuris Pontif. pag.73.* Alagona *in compend. Iuris Canon. pag.586.* remiſſivè Ximen. *in concord. p.2.* refertur ab Anton. Auguſt. *collect.2. Decret. lib.4. tit.7. cap.2.* 1

Se propoſuit cognoviſſe.] Utrùm confeſſio utriuſque, vel alterius ſponſi, quod impedimentum ſubſit, ſufficienter illud probet, vide Sanch. *de Matrim. lib.1. diſp.72.* ubi *diſp.71.* diſputat qualis probatio plena ac ſufficiens ſit impedimenti Matrimonii. 2

Aut idoneis teſtibus comprobatum.] Impedimentum tamen, ne Matrimonium contrahatur, plenè probatur unico teſte, ut per Sanch. *d. diſp.71. à princ.* Cardoſ. *in praxi judicum, verbo teſtis, num.43.* Farin. *in praxi crim. p.2. quæſt.63. num.48.* 3

SVMMARIVM.

1 *Inceſtuoſus Matrimonium contrahere non debet, ſed ſi contrahit, tenet, & tunc tenetur reddere, ſed non poteſt debitum exigere.*

2 *Inceſtus commiſſus cum conſanguineis uxoris defunctæ, an præſtet impedimentum, oſtenditur.*

4 *Dictio, videlicet, eſt ſui naturâ præcedentium declarativa, & ſimul reſtrictiva.*

5 *Conjux qui affinitatem, aut cognationem contraxit, non* poteſt

poteſt reddere debitum alteri, quoties ex lege juſtitiæ reddere non adſtringitur.

6 *Impedimentum hoc an incurratur, ſi uxor inceſtum committat cum conſanguineis viri, oſtenditur.*

7 *Inceſtuoſus Matrimonium contrahere non debet, ſi tamen contrahat, tenet, & tunc tenetur uxori debitum reddere, non tamen poteſt exigere.*

Cap. Tranſmiſſæ IV.

Cæleſt. III.

1 Uxore mortua, ſi quis cognoverit ejus filiam, id eſt, privignam, & poſteà ducit aliam, tenetur reddere, ſed non poteſt debitum exigere, & agere debet pœnitentiam; ſi verò ſupervixerit, quia inceſtuoſus, ſine ſpe conjugii manere oportet. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Hoſt. Butr. Anchar. Panorm. Præpoſ. Alex. de Nevo, Caniſ. Cujac. Viv. *in ration. lib. 4. Iuris Pontif. pag. 73.* Alagona *in compend. Iuris Canon. pag. 586.* remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Ant. Auguſt. *collect. 2. Decret. lib. 4. tit. 7. cap. 3.*

2 *Uxore ſua defuncta.*] Ergo conjuge etiam mortuo inceſtus commiſſus cum conſanguineis conjugis defunctæ præſtabit hoc impedimentum, ita Gaeta *in repet. cap. ad limina 30. q. 1. §. 4. n. 295.* Sarm. *ſelectarum lib. 7. cap. 10. ſtatim in princ.* & alii, quos refert, & ſequitur Sanch. *de Matrim. lib. 7. diſp. 16. n. 12.* Quamvis inceſtum mortuo jam conjuge perpetratum, impedimentum non præſtare reſolvant Vega *in ſum. tom. 2. cap. 5. caſ. 2.* Vivald. *in candel. aur. de Sacram. p. 1. tit. de matrim. n. 96.* Henriq. *in ſum. lib. 12. cap. 2. n. 1.*

3 *Filiam ejus, &c.*] Utrùm idem ſit, ſi cum propria conſanguinea fiat inceſtus? vide Ceval. *comm. contra comm. quæſt. 737.* Sayr. *in clavi Regia, lib. 3. cap. 8. n. 10.* ubi negativè reſpondet.

4 *Videlicet propriam.*] Dictio illa, *videlicet*, eſt ſui naturâ præcedentium declarativa, & ſimul reſtrictiva, ut docent Marant. *de ord. judic. p. 3. tit. judicii telam aggreditur, n. 115.* Menoch. *conſ. 21. num. 27.* Surd. *conſ. 315. num. 65. & deciſ. 161. num. 7.* & de alim. *tit. 1. quæſt. 42. n. 100.* Cald. Pereira *de renovat. emphyt. quæſt. 11. n. 15.* Steph. Grat. *Marchiæ deciſ. 44. n. 7.* Cened. *pract. & can. quæſt. ſing. 66. n. 1.* Farin. *p. 4. conſ. 95. n. 6.* & alii citati *in tract. de dictionib. uſufreq. dict...*

5 *Non cognoſcat eam.* Notatur ad hoc, quod ipſe conjux, qui affinitatem, aut cognationem contraxit, non poteſt reddere debitum alteri, quoties ex lege juſtitiæ reddere non adſtringitur: ita Sylveſt. *verbo Matrimonium 8. q. 15. dict...* Sanch. *lib. 9. diſp. 6. n. 14.* ubi ponderat ſolùm inceſtuoſo, de quo agit hic text. concedi facultatem accedendi ad uxorem, quando legitimè fuerit exactus: additque hoc importare ea verba hujus text. (non ſine gravi cordis dolore accedat) id eſt, coactus lege juſtitiæ, ne innocentem ſuo jure privet.

6 Utrùm verò id impedimentum incurratur, ſi è contra uxor inceſtum committat cum conſanguineis viri; in quo dubio, licèt nullus loquatur text. *in hoc text.* cùm de ſolo viro cognoſcente uxoris conſanguineam ſermo ſit, idem prorſus dicendum puto de uxore inceſtuoſa, quod nequeat ſcilicet petere debitum à viro, ſunt enim correlativa, & militat eadem ratio in utroque: ita Sarm. *d. c. 10. ſtatim in princ.* Victor. *in ſum. ubi de Matr. n. 288.* Gutier. *canon. lib. 1. cap. 23. n. 5. & 21.* Matienſ. *in rub. tit. 1. gl. 1. n. 103. lib. 5. novæ recop.* & alii, quos refert, & ſequitur Sanch. *d. lib. 7. diſp. 15. n. 2.*

7 *Poſteà aliam accipiens.*] Notatur ad hoc, quod inceſtuoſus Matrimonium contrahere non debet, ſed ſi contrahat tenet, & tunc debet uxori debitum reddere, non tamen poteſt exigere, ita Sylv. *verbo luxuria, q. 4. dict. 1.* Cov. *de ſponſ. p. 2. c. 7. §. 2. n. 6.* Sanch. *lib. 9. diſp. 27. n. 5.* ubi advertit quod cùm hoc ſit pœna Matrimonii iniquè contracti, ſi conſuetudo obtinuerit, ut inceſtuoſus abſque diſpenſatione ineat Matrimonium, cùm jam culpa ceſſaverit, ceſſabit quoque pœna. Quamobrem hodie nulla erit culpa petere debitum, eo quòd propter conſuetudinem jam præſcriptam culpa vacat Matrimonium cum eo impedimento inire, ut multis citatis DD. probat idem Sanch. *d. lib. 7. diſp. 17. n. 8.*

SUMMARIUM.

1 *Matrimonium ſeparandum non eſt ad confuſionem conjugum, qui dicunt affinitatem præceſſiſſe, quamvis rumor viciniæ conſentiat.*

2 *Confeſſio ſola conjugum non ſufficit ad diſſolvendum Matrimonium contractum.*

3 *Ratio aſſignatur cur ſtetur confeſſioni conjugum aſſerentium Matrimonium eſſe contractum, & non contendentium Matrimonium eſſe diſſolvendum.*

4 *Confeſſioni conjugum ad diſſolvendum Matrimonium non ſtatur, etiamſi concurreret rumor viciniæ.*

5 *Confeſſioni conjugum ſtatur quando ſolùm agitur de ſeparatione thori.*

6 *Aſſertioni contrahentium in præjudicium conſanguinei non ſtatur.*

7 *Confeſſione conjugum contractus Matrimonii probatur.*

Cap. Super eo V.

Matrimonium ſeparari non debet, etiamſi uterque 1
conjugatus fateatur maritum ante Matrimonium cognoviſſe conſanguineam uxoris, & ſit rumor viciniæ, quæ hoc reclamet, niſi accedant rationabiles, & fide dignæ probationes. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Hoſt. Butr. Anchar. Panorm. Præpoſ. Alex. de Nevo, Caniſ. Cujac. Vivian. *in ration. lib. 4. Iuris Pontif. pag. 75.* Alagona *in compend. Iuris Canon. pag. 586.* remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Anton. Auguſt. *collect. 3. Decret. lib. 4. tit. 7. cap. 4.*

Collige ex text. ad dirimendum Matrimonium jam 2
contractum ſolam conjugum confeſſionem non ſufficere, etſi ambo conformes id confiterentur, ut per Dec. *conſ. 133.* Cov. *de ſponſ. p. 1. c. 4. §. 1. n. 3. & 4.* Malvet. *inter conſ. matr. conſ. 87. n. 2.* Brunel. *tract. de ſponſ. concl. 29. n. 1.* Nav. *conſ. 8. n. 3. ſub tit. de ſponſ.* Maſcard. *de prob. concl. 1026. n. 7. & concl. 1031. n. 29.* Franc. Marc. *deciſ. 754.* Menoch. *de præſ. lib. 3. præſ. 1. n. 10. & de arbitr. caſ. 103. n. 8. verſ. tertius caſus,* Franc. Molin. *de rit. nupt. lib. 1. comp. 15. n. 37.* ubi *n. 40. & 41.* quærit cur ſtetur confeſſioni conjugum contendentium Matrimonium eſſe contractum, juxta *c. atteſtationem, de deſponſat. impub.* & minimè ſtetur eorum confeſſioni adversùs Matrimonii contractum quoad diſſolvendum, vel ſeparandum? & reſpondet, quia aſſertio conjugum pro Matrimonio diſponentium eſt tota favorabilis, & confitentibus, & Reip. cujus intereſt Matrimonium augeri, & liberis hominibus civitates repleri, ad ea quæ omnes *in l. 1. ff. ſoluto Matrim.* At confeſſio adversùs vinculum Matrimonii eſt omninò odioſa: primò quia præſumitur colluſio, ut habet text. *in præſenti,* ſecundò quia confitentur de ea re, quæ in ipſorum poteſtate non ſit ratione Sacramenti indiſſolubilis, de quo ipſi diſponere nequeunt, ut per text. *in præſenti,* advertit Pacian. *de probat. lib. 1. cap. 38. num. 17.* tertiò quia ea confeſſione

bona Matrimonii, proles ſcilicet, & alia omnia auferuntur.

4 Amplia primò principalem text. concluſionem procedere, etſi cum aſſertione conjugum concurrat rumor viciniæ, ut per Panorm. *hic, notab.* 2. Brunel. *de ſponſal. concl.* 29. *n.* 1. *ad med.* Franc. Molin. *d. comp.* 14. *n.* 42. & probat text. *in præſenti, verſ. rumor.* Amplia ſecundò, ut multò magis procedat in confeſſione conjugum aſſerentium valere Matrimonium præſens in præjudicium alterius; nam nec hujuſmodi aſſertioni in damnum primi Matrimonii ſtatur, ut per Panorm. *hic, num.* 6. quoniam crederetur eorum teſtimonio in cauſa propria, Cov. *d.* §. 1. *num.* 5. Menoch. *d. caſu* 103. *num.* 6. Brunel. *d. concl.* 29. *num.* 3.

5 Limita primò quando ſolùm agitur de ſeparatione thori; nam eo caſu ſtatur confeſſioni conjugis aſſerentis impedimentum contra ſe ipſum, quemadmodum ſi mulier, vel vir ſe commiſiſſe adulterium fatentur, ut ad invicem fieret ſeparatio, Panorm. *hic, n.* 5. Rom. *ſing.* 620. Menoch. *d. præſ.* 1. *n.* 11. *& d. caſu* 103. *n.* 7. Brunel. *d. concl.* 29. *n.* 2. Maſcard. *d. concl.* 1031. *n.* 33. Secundò limitatur quoties ageretur de diſſolutione Matrimonii propter impedimentum conſanguinitatis; nam eo caſu confeſſioni conjugum illud aſſerentium, ſi cum ea concurreret fama, ſtaretur, & poſſet diſſolvi, dum ipſi cuperent impedimentum hujuſmodi non reperiri, ut in matrimonio contracto perſiſterent: ita Panorm. *hic, n.* 6. ubi communem teſtatur Doctorum ſententiam, refert & ſequitur Menoch. *d. caſu* 103. *n.* 9. etſi adjiciat in hac ſpecie plurimùm judicis arbitrio tribui debere propter periculum colluſionis, & ante Panorm. hîc, etiam ejuſdem fuere ſententiæ Hoſt. Innoc. Anchar. Henric. & Joan. Andr. quos refert, & ſequitur Brunel. *d. concl.* 29. *n.* 3. *verſ. quartò*, & in eadem conſcendit Covar. *de ſponſ. p.* 1. *cap.* 4. §. 1. *n.* 4. qui etiam plurimùm judicis arbitrio tribuit, ſequitur Maſcard. *d. concl.* 1031. *num.* 31.

6 *Cùm & quandoque,* &c.] Notatur ad hoc, quod de ſimulatione non ſtatur aſſertioni contrahentium in præjudicium conſanguinei, ut per Tiraq. *de retract. tit.* 2. §. 1. *gloſſ.* 7. *num.* 47.

7 In gloſſ. *Confeſſionem*, ibi, *ſed ſi confiteatur pro Matrimonio contrahendo, benè ſtatur confeſſioni.* Notatur ad hoc, quod contractus Matrimonii conjugum confeſſione probatur, ut per Menoch. *de arbitr. caſu* 103. *num.* 4. *& de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 1. *num.* 10. *&* 11. Maſcard. *de probat. concl.* 1026. *num.* 1. Ceval. *commun. contra commun. quæſt.* 449. Franc. Molin. *de ritu nupt. lib.* 1. *comparat.* 13. *num.* 17.

SUMMARIUM.

1 *Affinitas ſuperveniens non diſſolvit ſponſalia de præſenti.*

2 *Fœmina violenter cognita à conſanguineo mariti nullius culpæ rea eſt.*

3 *Divortium non poteſt vir petere propter conjugis adulterium, quando ab illo invita, & renitens proſtituta eſt.*

4 *Debitum petere an poſſit uxorata per vim cognita ab affine.*

5 *Copula cum fœmina invita, &c. ſufficit ad contrahendam affinitatem.*

6 *Affinitatis impedimentum ſuperveniens poſt contractum Matrimonium, non impedit, nec dirimit illud quoad vinculum.*

7 *Sponſa ſponſi concubitum pati non debet.*

8 *Adulterium minimè committitur cum ſponſa de futuro.*

CAP. Diſcretionem VI.

Innoc. III.

Affinitas ſuperveniens non dirimit contractum 1 Matrimonium de præſenti. Item maritus, qui tradit uxorem adulterandam, præſertim invitam, non poteſt ei objicere de adulterio, nec ſeparari, & nemo debet ſine ſua culpa privari jure ſuo. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Hoſt. Butr. Anchar. Panorm. Præpoſ. Alex. de Nevo, Caniſ. Cujac. Viv. *in ration. lib.* 4. *Iuris Pontif. pag.* 76. Alagona *in compend. Iuris Canon. pag.* 586. remiſſivè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Ant. Auguſt. *collect.* 3. *Decret. lib.* 4. *tit.* 9. *cap.* 1.

Cùm adulterium ei non poſſit objicere, &c.] Notatur 2 ad hoc, quod ſi fœmina à conſanguineo mariti violenter cognita ſit, nullius culpæ rea eſt, omnemque evadit pœnam, ut per Sanch. *de Matrim. lib.* 7. *diſp.* 15. *num.* 10. ubi etiam reſolvit mariti conſanguineum, qui violenter cognovit ejus uxorem, tanquam veri inceſtus reum incurrere impedimentum contrahendi Matrimonium.

Qui eam adulterandam tradidit, &c.] Notatur ad 3 hoc, quod divortium non poteſt petere vir propter conjugis adulterium, quando ab illo invita, & renitens proſtituta eſt, intelligendo verba text. ibi, *præſertim invitam*, ut tenet gloſſ. *hic, verbo præſertim*, verùm in hoc caſu tenendum eſt ſufficere, ut de viri beneplacito uxor etiam volens committat adulterium, ne ob id à viro dimitti poſſit: ita contra gloſſ. tenent *in præſenti*, Abb. *n.* 8. Præpoſ. *n.* 5. & Alex. de Nevo *n.* 9. Jacob. de Graff. *in deciſ. aur. p.* 2. *lib.* 1. *cap.* 12. *n.* 72. *caſu* 3. Henriq. *in ſum. lib.* 11. *cap.* 17. *n.* 4. Navar. *ſub tit. de ſponſ. conſ.* 19. *n.* 3. *in antiq. & ſub tit. de converſ. conjugat. conſ.* 4. Fr. Emman. *in ſum. tom.* 1. *cap.* 240. *n.* 3. *in fin.* Farin. *in praxi crimin. p.* 5. *quæſt.* 143. *n.* 25. *&* 26. Sanch. *de Matrim. lib.* 19. *diſp.* 5. *num.* 4.

Vir prior cogatur redire ad ipſam.] Ergo uxorata per 4 vim cognita ab affine, non impeditur poteſtate debitum petendi, quia affinitas iniquè contracta ei non officit conjugi, quia iniquitatis particeps minimè fuit: vide tamen Petr. de Ledeſm. *de Matrimonio, quæſt.* 55. *art.* 6. *difficult.* 5. *concl.* 1. Henriq. *d. lib.* 12. *cap.* 2. *n.* 2. *lit. l*, Valer. Regin. *in praxi fori pœnit. lib.* 31. *n.* 259. Gurier. *de Matrim. cap.* 87. *n.* 12. Sanch. *eod. tract. lib.* 9. *diſp.* 31. *n.* 1. ubi etiam advertit, quod licèt text. hic loquatur quando viri conſenſu vis ea uxori illata eſt, idem prorſus ſuadet ubi abfuit mariti conſenſus.

Eam licèt invitam cognovit.] Notatur ad hoc, quod 5 copula cum fœmina invita & coacta, ignorante, dormiente, ebria, & inſana, cùm ſatis ſit ad generationem, ſufficit ad contrahendam affinitatem, ita Sanch. *lib.* 7. *diſp.* 64. *n.* 17. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 31. *n.* 147. Baſil. Pont. *de imped. Matr. cap.* 38. §. 1. & alii citati per me *de offic. & poteſt. Epiſc. p.* 2. *alleg.* 51. *n.* 169.

Affinitas, quæ poſt contractum, &c.] Notatur ad hoc, 6 quod impedimentum affinitatis ſuperveniens poſt contractum Matrimonium non impedit, nec dirimit illud quoad vinculum, ut per Navar. *conſ.* 43. *num.* 1. *ſub tit. de ſponſ. in antiq.*

Vel uxor virum, &c.] Ergo ſponſa ſponſi con- 7 cubitum pati non debet, ut per Tiraq. *de jure mariti, gloſſ.* 2. *num.* 23.

In gloſſ. *Reatum adulterii*, ibi, *& eſt hoc notabile* 8 *quod adulterium committitur cum ſponſa nondum cognita à viro,* &c. Hanc gloſſam, & aliam ſimilem verbo *non admittere, in cap. quemadmodum, de jurejur.* approbat, lateque

lateque defendit Sarmient.*ſelect.lib.1.c.5.à princ.* Contrarium tamen, imò cum ſponſa de futuro adulterium minimè committi, tenent plures, quos retuli ad *d. gloſſ.non admittere*, quibus adde Zerol. *in praxi Epiſc. p.1.verbo adulterium*, Don Chriſtoph. de Pace *in ſcholiis ad leges ſtyli*, *l.72.n.2.* Padil. *in ſum. legum pœnal. p.1.c.9.n.1. in fine*, Molin. *de juſt. tom.4.tract.2.diſp.96. à n.6.* Rebel. *de oblig.iuſtit.p.2.lib.4.q.8.ſect.2.* Guttier. *de Matrim. c.2. à n.16.* Vnde videbatur colligi ſponſum, vel ſponſam de futuro, & cum eis carnaliter ſe commiſcentes, minimè teneri hanc circumſtantiam in confeſſione aperire, quia cùm non detur adulterium in hoc caſu, illa minimè ſpeciem mutat, ita Couar. *de ſponſal. p.1.c.3.n.12.* Vnald. *in candelabro aureo, p. 1. tit.de ſponſal.n.10.* Megal. *p.1. lib.5.c.11. q.5. n.9.* & probabile dicit Petr. de Ledeſma *de Matrim. q. 43. art.1. dub. vlt.* Contrarium tamen tenent magis communiter Doctores ex ea ratione, quia datur hic duplex malitia, altera fornicationis, altera fractorum ſponſalium, quæ ob id dirimi poſſunt, *cap. quemadmodum, de jureiur.* & ita reſoluunt Sarmient.*ſelect.lib.2. c.5.n.3.* Ludon Lop.*inſtruct conſcient.p.1.c.29.* Sylu.*in 3. part.q.43.art.1.quæritur 2.* Petr.Fay *in addit. ad 3. part. q.9.art.2.diſp.7. ad 4.* Homobon. de Bonis *de exam. Eccleſiaſtico, tom.1. tract.7.c.36. q.140.* Nald. *in ſum. verbo ſponſalia, n.12.* Ego verò has contrarias opiniones facilè ad concordiam reduci poſſe exiſtimo, vt ſcilicet prima procedat quando circumſtantia ſe tenet ex parte viri, quia ſponſus de futuro fornicatur; tunc enim hujuſmodi circumſtantia non eſt de neceſſitate detegenda in confeſſione: vt verò ſecunda habeat locum quando circumſtantia hæc ſe tenet ex parte fœminæ, id eſt, dum aliquis fornicatur cum ſponſa alterius de futuro; tunc enim tenetur fornicans & ipſa ſponſa fateri hanc ſponſalium circumſtantiam, ita magis communiter Fr. Emman. *in ſum.tom.1. c.109.n.13.* Sanch.*de Matrim.lib.1.diſp.2.n.6.* Filliuc. *tom.2.tr.50. c.2. n.53.* Fagundez *in quinque Eccleſiæ præcepta, tr.2. lib.4.c.3. n.21.* Villalob. *in ſum. tom.1. tract.9. dub.36. num. 16.*

SVMMARIVM.

1 *Sponſalia contrahens cum puella ſeptem annorum, & eam polluens, non poteſt habere ejus ſororem in uxorem.*

2 *Affinitas an oriatur ex penetratione vaſis fœminei, abſque ſeminis emiſſione, oſtenditur.*

Cap. Fraternitati VII.

1 Sponſalia contrahens cum puella ſeptem annorum, & eam polluens, non poteſt habere ejus ſororem in uxorem. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Hoſt. Butr. Anchar. Panorm. Præpoſ. Alex.de Nevo, Caniſ. Cujac. Viv. *in ration. lib.4. juris Pontif. pag.76.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 581.* remiſſivè Ximen. *in concord. p.2.* refertur ab Anton. Auguſt. *collect.1. Decret. lib.4. tit.9.c.2.*

2 *Extraordinaria libidine*, &c.] Notatur ad hoc, quod ad contrahendam affinitatem ſufficit imperfecta copula, penetratio ſcilicet vaſis fœminei abſque ſeminis emiſſione. conſtat enim copulam carnalem extraordinaria libidine habitam cum puella ſeptem annorum dirimere Matrimonium poſteà contractum cum conſanguinea: ita Michaël Medina *lib.5. de ſacrorum hominum continentia, cap.76.* Verùm ſine dubio tenendum eſt, ex ſola vaſis fœminei penetratione, non emiſſo intrà virili ſemine, minimè oriri affinitatem, vt tenent Sot. *in 4. ſentent. diſt.41. quæſt. unic. art.2. verſ. quod ſi objicies,* Henriq. *in ſum. lib.12. c.16. n.1.* plures, quos refert, & ſequitur Sanch. *lib.7. diſp.64.n.7.* vbi *n.19.* cum Sot. *loco proximè citato,* reſpondet *in hoc text.* impedimentum dirimens non eſſe inductum propter nixum ad copulam, quaſi ex illo oriatur affinitas; ſed propter publicam honeſtatem ex ſponſalibus de futuro, quæ *hic* præceſſerant, ortam.

SUMMARIUM.

1 *Affinitas cauſata ex copula illicita rumpit ſponſalia præcedentia, & privat facultate contrahendi Matrimonium.*

2 *Affinitas contracta ob crimen inceſtus commiſſum cum affine, an privet inceſtuoſum poteſtate contrahendi Matrimonium, oſtenditur.*

3 *Diſpenſandum facilius eſt cum iuvene ob incontinentiæ periculum.*

Cap. Ex literis VIII.

Sponſalia rumpit qui carnaliter cognoſcit matrem ſponſæ de futuro, & neque mater, nec filia, nec ipſe poterunt amplius contrahere Matrimonium cum aliqua, niſi de lapſu carnis timeatur. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Joan. Andr. Hoſt. Butr. Anchar. Panorm. Præpoſ. Alex. de Neuo, Caniſ. Cujac. Viu. *in ration. lib.4. iuris Pontif. pag.76.* Alagona *in compend. iuris canon. pag.587.* remiſſivè Ximen. *in concord. p.1. & 2.* refertur ab Ant. Auguſt. *collect.3. Decret. lib.4. tit.9. c.3.* 1

Collige ex text. affinitatem contractam ob crimen inceſtus commiſſum cum affine, priuare inceſtuoſum facultate contrahendi Matrimonium, vt per Couar. *de ſponſ. p.2.c.6.n.4.* Sanch. *de Matrim. lib.7. diſp.15 num.3.* qui *diſput.17. n.8.* refert jam hodie nullius culpæ reos eſſe, qui affecti hoc impedimento Matrimonium abſque diſpenſatione ineunt. 2

Præſertim ſi circa, &c.] Notatur ad hoc, quod cum juuene faciliùs eſt diſpenſandum ob incontinentiæ periculum, vt per Sanch. *diſp.17.n.12.* 3

SVMMARIVM.

1 *Cognoſcens unam, & mox contrahens cum altera ſorore, debet ab utraque abſtinere.*

2 *Conſuetudo cupidinis mater, ac veneris miniſtra eſt.*

3 *Fœminarum conſortium fugiendum eſt.*

4 *Malorum conſortia bonos corrumpunt.*

5 *Confitenti delictum in foro pœnitentiali animæ, in ſui ipſius datur præiudicium.*

Cap. Veniens ij. IX.

Cognoſcens vnam, & mox contrahens cum altera ſorore, debet ab vtraque abſtinere. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Hoſt. Butr. Anchar. Panorm. Præpoſ. Alex. de Neuo, Caniſ. Cujac. Viuian. *in ration. lib.3. iuris Pontif. pag.77.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag.586.* remiſſiuè Ximen. *in concord. p.1. & 2.* refertur ab Ant. Auguſt. *collect.1. Decretal. lib.4. tit.9. c.4.* 1

Deinde ex conuerſatione diuturna, &c.] Notatur ad 2

Zz 4 hoc

hoc, quod conſuetudo cupidinis mater, ac veneris miniſtra eſt, vt per Tiraq. *l.6. connubiali, gloſſ. 1. p. 6. n. 24.*

3 Et fœminarum conſortium, quatenus à viris ſpiritualibus fugiendum, exemplis confirmat Conluſitanus noſter Emman. de Valle *de enſalmis, & incantat. ſect. 3. c. 3. n. 19.* inueni namque fuerunt, quia diabolica ſuggeſtione inceſta, & ſtupra ex nimia mulierum conuerſatione commiſerunt, Menoch. *de præſumpt. lib. 5. præſumpt. 17. num. 9.* Valer. Reginald. *in praxi fori*
4 *pœnit. lib. 30. tract. 4. n. 18.* Vnde malorum conſortia bonos corrumpere, probat text. *in cap. ſæpè. 28. q. 1.* Camil. Borrel *ad Bellug. in ſpeculo Principum, rub. 11. §. viſo, lit. C, verſ. item hæreticus,* Tiraq. *l. 5. connub. gloſſ. 1. p. 5. n. 29.* quia conſuetudine mali faciliùs corrumpitur bonus quàm boni familiaritate emendetur malus, S. Chryſoſt. *in Matth.* & B. Iſidor. *li. 2. ſoliloq.* ante ignem, inquit, conſiſtens, etiamſi ferreus ſis, aliquando diſſolueris, proximus periculo diu tutus non eris, per aſſiduitatem citò peccat homo; ſæpè familiaritas implicauit, ſæpè occaſionem peccandi dedit, ſæpe quod voluntas non potuit, aſſiduitas ſeparauit; meliùs igitur eſt malorum habere odium, quàm conſortium: ſicut bona multa habet communis vita ſanctorum, ſic plurima mala ſocietas affert malorum. *

5 *Verùm licèt in præſentia tua,* &c.] Notatur ad hoc, quod confitenti delictum in foro pœnitentiali animæ in ſui ipſius ſtatur præjudicium quoad pœnitentiam, vt per Hoſt. Panorm. & cæteros Ordinarios *in præſenti,* Iacob. à Can. *inter conſilia matrim. conſil. 19. n. 6.* Brunel. *de ſponſalib. concl. 20. n. 2.* Maſcard. *de probat. concl. 1026. n. 9.* Ratio eſt, quia agitur in hac ſpecie de interiori animæ foro, in quo ſoli confitentis aſſertioni ſtatur, quia ſuæ ſalutis nemo immemor præſumitur, & veritatem exponere creditur, vt peccati juſtam conſequatur pœnitentiam & remiſſionem, Gloſſ. & Panorm. *in cap. tua nos, ſupr. de ſponſ.* Couar. *de ſponſ. p. 1. c. 4. §. 1. n. 9.* Maſcard. *d. concl. 1026. n. 10. ad finem,* quos alios, & longè plures congerit Menoch. *de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 1. n. 29. & 30.* Et generaliter affirmant Theologi credendum pœnitenti pro ſe, & contra ſe in foro conſcientiæ, quemadmodum docet Nauar. *in man. c. 17. n. 250.* & latiùs *in c. placuit, à n. 171. vſque ad n. 174. de pœnit. diſt. 6.*

SUMMARIUM.

1 *Affinitas ſuperueniens non diſſoluit Matrimonium.*
2 *Inceſtuoſus conjux propter inceſtum cum alterius conjugis conſanguineo, vel conſanguinea actum intra vas conſummatum, non poteſt debitum petere, tenetur tamen reddere.*
3 *Quoto conſanguinitatis gradu debeat perſona carnaliter cognita à conjuge conjuncta eſſe alteri conjugi, vt conjux ille inceſtuoſus arceatur à debiti petitione, oſtenditur.*
4 *Affinitas oritur ex copula illicita.*

Cap. Tuæ fraternitatis X.

1 Affinitas ſuperueniens non diſſoluit Matrimonium, ſed impedit petitionem debiti. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Hoſt. Anchar. Butr. Panorm. Præpoſ. Alex. de Neuo, Caniſ. Cujac. Viu. *in ration. lib. 4. iuris Pontif. pag. 77.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 587.* remiſſiuè Ximen. *in concord p. 1. & 2.* refertur ab Ant. Aug. *collect. 4. Decret. ſub tit. 10. de conſanguin. & affinit. c. 3.*

2 Collige ex text. conjugem inceſtuoſum propter inceſtum commiſſum cum alterius conjugis conſanguineo, aut conſanguinea actu intra vas conſummato, non poſſe debitum petere, teneri tamen reddere: ita poſt multos à ſe relatos colligit Sanchez *de Matrim. lib. 6. diſp. 27. n. 1.* vbi *n. 9.* reſoluit peccare mortaliter hujuſmodi inceſtuoſum, ſi abſque diſpenſatione debitum petat, quia contrauenit præcepto Eccleſiæ in re gravi.

Quæſtio eſt ad præſens inſtitutum non contemnenda, quoto conſanguinitatis gradu debeat perſona 3
carnaliter cognita à conjuge conjuncta eſſe alteri conjugi, vt conjux ille inceſtuoſus arceatur à debiti petitione? & quidem attento jure antiquo inuenies omnes, quotquor de hac re diſputant, vnanimiter aſſerentes extendi eam conſanguinitatem vſque ad quartum gradum, aſſerit Sanch. *d. diſput. 28. n. 12.* vbi *n. 13.* controvertit quid dicendum ſit attento decreto Concil. Trid. *ſeſſ. 24. de reformat. matrim. c. 4.* & tandem *n. 14.* probabilius aſſerit, correctum eſſe jus commune per dictum Concilii decretum, atque ita copulam habitam cum conſanguineis alterius conjugis vltra ſecundum gradum, minimè impedire debiti exactionem, addit. ad Nauar. *conſil. 6. n. 4. de conſanguinit. & affinit.* ait ſacram Pœnitentiariam in hanc ſententiam magis inclinaſſe, eamque ſuſtinent Viuald. *in candelabro aureo de Sacrament. p. 1.* vbi *de Matrim. n. 200.* Gutier. *canon. lib. 1. c. 23. in fine,* Henriq. *lib. 11. c. 15. n. 11. & lib. 12. c. 10. n. 1.* Fr. Emman. *in ſum. tom. 1. c. 243. n. 12. & ſuper Bullam Cruciatæ, §. 13. n. 8.* & hoc jam caret difficultate, cùm habeamus expreſſam declarationem à ſacra Concil. Trid. Congregatione emanatam, quæ ita habet: *Congregatio Concilij cenſuit decretum Trident.* ſeſſ. 24. de Matrim. c. 4. *Ad primum, & ſecundum gradum reſtringens impedimentum inductum propter affinitatem ex fornicatione contractam, cenſeri etiam ad eoſdem gradus reſtrinxiſſe impedimentum exigendi debitum ab vxore, quod inducitur ex affinitate proueniente ex illicita copula à viro cum conſanguinea ſua vxoris poſt Matrimonium habita,* refert Sanch. *d. diſp. 27. n. 14.*

Honeſtatem.] Anſam præbuit text. hic appellans pu- 4
blicam honeſtatem impedimentum, quod ex copula illicita conſurgit, Corraſio, & aliis antiquioribus ad aſſerendum, ex copula illicita naturali non oriri affinitatem, ſed ſolùm ex copula conjugali. Veritas tamen eſt, ex copula illicita oriri affinitatem, vt nouè conſtat ex Concil. Trid. *d. c. 4.* & aliis juribus, quæ adducit Sanch. *d. lib. 7. diſp. 64. n. 16.* vbi cum hac gloſſ. declarat hunc text. dum hoc impedimentum appellat publicam honeſtatem, vt nomine illius intelligat affinitatem, provt ſtatim ſe explicat.

De Conſanguinitate, & Affinitate.

Tit. XIV.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur ſuper hanc rubr. ſcribentes,* & n. 2.
3 *Conſanguinitatis materiam qui Doctores tractent, oſtenditur.*
4 *Affinitatis materia vbi tractetur, oſtenditur.*
5 *Conſanguinitas dicitur quaſi ſanguinis vnitas, & conſanguinei quaſi ſanguine iuncti.*
6 *Conſanguinitas definitur vt ſit vinculum perſonarum ab eodem ſtipite deſcendentium, carnali propagatione contractum. Vel meliùs vt ſit relatio ſanguinis per naturalem generationem communicati.*

7 Conſan

7 *Conſanguinitatis nomen dupliciter in jure reperitur, vel ſtrictè, & civiliter, vel naturaliter, ſecundùm propriam ac totam ſignificandi vim.*
8 *Conſanguineorum appellatione qui veniant, remiſſivè.*
9 *Affinitas dicitur quaſi finium propinquitas.*
10 *Affinitas definitur ut ſit propinquitas ex carnali copula proveniens, omni carens parentela.*
11 *Affinitatis genera quæ? oſtenditur.*
12 *Affinium appellatione qui veniant, remiſſivè.*

1 SUPER hanc rubr. ſcripſerunt Zabar. Joan. Andr. Anchar. Butr. Panormit. Præpoſ. Marian. Socin. Alexand. de Nevo, Cujac. Cened. *collect.* 85. Durand. *in breviario aureo Iuris Canon. & in ſpeculo juris Pontif. ſub hoc tit. lib.* 4. Steph. Ranchin. *in continuat. tit. Decret.* Joan. le Londris *in breviario ſanctorum Canon.* Petr. de Ravenna *in compend. Iuris Canon.* Martin. Meſnart. *in epitome Decret.* Dan. Venat. *in analyſi method. Iuris Pontif. à pag.* 551. Goffred. & Hoſt. *in ſum. hujus tit.* Alex. Caſan. & Anaſtaſ. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decret.* Barthol. Carthag. *in expoſit. tit. Iuris Canon.* Zypæ. *in analytica poſtremi juris Eccleſ. enarrat. pag.* 361. noviſſimè Joan. Honor. *lib.* 4. *ſum. in Decret.* omnes *ſub hoc tit.*

2 De materia tituli ex profeſſo tractarunt Gregor. Rhanuſ. *tom.* 6. *tract. Doct. fol.* 178. Hieron. Mangiaria *tom.* 9. *fol.* 158. Joan. Andr. *eod. tom.* 9. *fol.* 136. & ſigillatim

3 De Conſanguinitate vide Covar. *de ſponſ. p.* 2. *cap.* 6. §. 6. Henriq. *in ſum. lib.* 12. *cap.* 9. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 31. *num.* 110. *cum ſeqq.* Sanch. *de matrim lib.* 7. *diſp.* 50. *cum ſeqq.* Gutier. *eod. tract. cap.* 98. Bonac. *eod. tract. quæſt.* 3. *punct.* 5.

4 De affinitate vide Henriq. *d. lib.* 12. *cap.* 10. Covar. *d. cap.* 5. §. 7. Gutier. *cap.* 99. Valer. Reginald. *d. lib.* 31. *num.* 145. *cum ſeqq.* Sanch. *d. lib.* 7. *diſp.* 64. *cum ſeqq.* Bonac. *d. quæſt.* 3. *punct.* 12.

5 *Conſanguinitate.*] Dicitur conſanguinitas quaſi ſanguinis unitas, & conſanguinei quaſi ſanguine juncti, ut inquit Juriſconſ. *in l.* 1. §. *ſciendum, verſ. conſangui-*
6 *neos autem, ff. de ſuis & leg. hæred.* Diffinitur autem conſanguinitas, ut ſit vinculum perſonarum ab eodem ſtipite deſcendentium, carnali propagatione contractum: quæ diffinitio communis eſt tam Jureperitis, quàm Theologis, ut videre licet per ſcribentes *in hac rubr.* & notatur *in cap.* 1. *& per tot.* 34. *quæſt.* 1. Cov. *de ſponſal. p.* 2. *cap.* 6. *ex n.* 1. Nav. *in man. cap.* 22. *n.* 42. Guillelm. *in cap. Raynutius, verbo in eodem teſtam. il* 1. *n.* 220. Sylveſt. *in ſum. verbo Matrimonium* 3. §. 6. Henriq. etiam *in ſum. lib.* 12. *cap.* 9. *in princ.* Sanch. *de Matrim. lib.* 7. *diſp.* 50. *à princ.* ubi ſingulas prædictæ definitionis particulas explicat. Verùm licèt hæc definitio communis ſit, nec nobis diſpliceat, brevior tamen & forſan melior illa eſt quæ dictat, ut ſit relatio ratione ſanguinis per naturalem generationem communicati. Dixi, *relatio*, loco generis, & ut ſignificarem conſanguinitatem non eſſe ipſum vinculum, prout Doctores communiter arbitrantur, ſed potiùs eſſe cauſam ipſius vinculi, itaut vinculum effectus ſit ipſius conſanguinitatis, ut etiam advertit Richard. *in* 4. *diſt.* 40. *art.* 1. *quæſt.* 1. qui conſonat cum Ciceron. *lib.* 1. *de offic.* dicente ſanguinis conjunctione ac benevolentia devinciri charitate homines, meminit Cov. *d. n.* 1. *ad fin.* Dixi, *ratione ſanguinis*, ad excludendas cæteras relationes, quæ aliunde, & ex aliis cauſis reſultant, de quibus Ariſtot. 8. *Ethicor. cap.* 12. Dixi, *per naturalem generationem*, ad excludendos collactaneos; etenim licèt hi eodem ſint nutriti ſanguine, & eo reſpectu dici poſſint conjuncti ratione ſanguinis, nunquam tamen conſanguinei ſunt nuncupandi, quia talis conjunctio non inducitur per naturalem generationem, quod tamen requiritur ad eſſe conſanguinitatis, juxta prædicta. Dixi, *etiam per naturalem generationem*, tum ut ſignificarem Evam non fuiſſe Adamo conſanguineam, ex cujus coſta non naturaliter, ſed miraculosè fuit formata, juxta illud Geneſ. *cap.* 2. tum vel maximè ut oſtenderem inter Chriſtum Salvatorem, & ejus matrem, ac Virginem Beatiſſimam Mariam verè, & propriè reperiri conſanguinitatis relationem, quia, ut etiam advertit D. Thom. *p.* 3. *quæſt.* 33. *art.* 4. *in corpore*, generatio divini Verbi ex parte materiæ per Virginem & matrem exhibitæ fuit omninò naturalis, ac proinde ipſa verè dicitur mater Dei, juxta illud Pauli ad Roman. 1. *Chriſtus factus eſt de ſemine David*, & ad Galat. 4. *factum ex muliere.*

Conſanguinitatis nomen dupliciter in jure accipitur, vel enim ſtrictè, & civiliter; vel naturaliter, & ſecundùm propriam ac totam ſignificandi vim. Primo modo tantùm comprehendit fratres ex eodem patre, vel ad plurimum eos, qui per maſculinam lineam conjunguntur. Secundo modo refertur non tantùm ad eos, qui ex parte patris ſunt conjuncti, ſed etiam ad illos, qui per lineam maternam copulantur, & ita non ſolùm agnatos, ſed cognatos complectitur: ita Covar. *d.* §. 6. *num.* 2. *verſ. ex eadem.* Apud Jureconſultos, & Imperatores conſanguinitatis nomen frequentiſſimè in ſtricta ac civili ſignificatione uſurpatur, licèt aliquando, ſed raò, eo etiam utantur in propria ac naturali, & ita per illud tam agnatos, quàm cognatos comprehendat: conſtat hoc ex text. ubi gloſſ. *verbo conſanguineus, in l. cùm quidam,* §. *quod dicitur, ff. de acquir. hæred. & in l. hac parte, ff. unde cognati, l. vacantia, C. de bonis vacant. lib.* 10. Pontifices verò prædicto nomine in propria & tota ſua ſignificandi vi utuntur, ut vix aliquando in ſtricta & civili illud exceperint, ut videre licet ex *cap. tua nos*, & ex *cap. non debet*, cum multis *ibid. hoc tit. cap. poſtremò* 66. *de appell.* juncto *cap. conjunctiones, in fin.* 35. *quæſt.* 2. quem ita intelligit Peregrin. *de fideicom. art.* 22. *n.* 35. Hodie tamen ex conſuetudine, & communi loquendi uſu conſanguinitatis nomen ſecundùm propriam ac totam ſignificandi vim accipitur, atque ita utriuſque lineæ deſcendentes ſub eodem comprehendit, ut fatentur Bald. *in l. ultim. num.* 3. *C. de verbor. ſignif.* Corn. *conſ.* 167. *col.* 1. *lib.* 2. Conſanguineorum appellatione 8
qui veniant, dixi latè *in tract. de appellat. verborum utriuſque juris ſignif. appel.* 257.

Affinitate.] Affinitas juxta nominis etymologiam 9
ac geminam ſignificationem dicitur quaſi finium propinquitas, unde affines dicuntur ex eo, quod duas cognationes inter ſe diverſas copulent, ac conjungant, ut teſtatur Modeſtin. *in l. non facilè, verſ. affines, ff. de gradib.* proſequuntur Stephan. Coſta *in tract. de affinit. n.* 1. *verſ. ad ſecundum*, Peregr. *de fideicom. art.* 22. *n.* 4. Covar. *d. c.* 6. §. 7. *à n.* 1. Definitur autem affinitas, ut ſit 10
propinquitas ex carnali copula proveniens, omni carens parentela, ita eſt communis & noſtris, & Theologis, ut per Henriq. *in ſum. lib.* 12. *de Matrim. cap.* 10 *à princ.* Sanch. *d. lib.* 7. *diſp.* 64. *à num.* 1. loco generis ponitur *propinquitas*, etenim plures aliæ ſunt propinquitates, quæ minimè ad affinitatem ſpectant, ut eſt in evidenti. Adjicitur, *ex carnali copula*, tum ad oſtendendum in quo differat affinitas à cognatione carnali, & cæteris impedimentis: tum etiam ut ſignificetur carnalem copulam eſſe eſſentiale affinitatis fundamentum. Dicitur etiam ſimpliciter, *ex carnali copula*, ut conſtet hujuſmodi impedimentum æquè reſultare ex licita & illicita copula, *cap. deſcriptionem, de eo qui cognovit conſang. cap. in literis* 24. *de teſtib. cap.* 2. *hoc tit.*

Covar.

Couar. *d.c.6.§.7.n.3.* Ant. Cuch. *lib.5.inſtit.major.tit.12. n.24.* Viuald *in candelabro aureo, p.1.n.20. & 21.* Tandem additur, *omni carens parentela*, vt notum ſit ad eſſentiam affinitatis non requiri, vt aliqua conſanguinitatis ratio interueniat, licèt aliquando per accidens vtrumque impedimentum in eadem perſona concurrere poſſit, vt aduertit D. Thom. *in 4. diſt.41. quaſt. vnic.art.1. ad 2.*

11 Tria olim fuerunt affinitatis genera, de quibus nuncupàtim Pontif. *in cap. de propinquis, & in cap. & hoc quoque, & in cap. vlt. 35.q.3.* explicant Palud. *in 4. diſt.41.q.1.* Couar. *d.§.7.n.6.* & alii citati à Sanch. *d. lib.7.diſp.67. à princ.* Ex quorum dictis reſolue primum affinitatis genus contrahi inter conſanguineos viri, & mulierem ab eo licitè, vel illicitè cognitam, & è conuerſo inter conſanguineos ejuſdem mulieris, & ipſum virum, de quo genere agitur per totum *tit. de eo, qui cognouit conſang.* Secundum verò affinitatis genus reperitur inter affines, & maritum, ſeu vxorem ſui affinis. Tertium autem genus conſideratur inter ipſos affines, & conjugem illius, qui erat in ſecundo affinitatis genere. Colliguntur hæc omnia ex juribus *ſuprà* citatis, quæ in hunc modum communiter explicant Doctores, inde deducentes antiquitus ex affinitate affinitatem poſtulare, quod jam hodie non procedit, quia tam ſecundum, quàm tertium affinitatis genus omninò ſunt abrogata; primum verò licet attento jure Decreti vſque ad ſeptimum gradum duraret, tamen poſtea per Concil. Lateran. generale, de quo *in cap. non debet, infr. hoc tit.* reſtrictum fuit ad quartum gradum, itavt amplius illud non excederet, vt præter *ſuprà* citatos latè probat Mant. *lib.1. dial.14.* Sed nouiſſimo jure Concil. Trident. *ſeſſ.24. de reform. Matrim. c. 4.* impedimentum affinitatis ad ſecundum gradum eſt reſtrictum, & coarctatum, circa cuius decreti explicationem aliqua adduxi *in collect. ad eundem.*

12 Affinium appellatione qui veniant, dixi latè *in tract. de appellat. verbor. vtriuſque juris ſignif. appell. 224.*

SUMMARIUM.

1 *Matrimonium ſeparatur inter affines & conſanguineos vſque ad quartum gradum.*

2 *Teſtes duo omni exceptione maiores ad diſſoluendum Matrimonium non deſiderantur.*

3 *Fama cum vnico teſte non ſufficit ad Matrimonium diſſoluendum.*

4 *Matrimoniales cauſæ ſunt judicandæ ab iis, qui ſtatuta Canonum non ignorant.*

5 *Sententia in cauſa Matrimoniali lata à Canonum imperito valet.*

6 *Teſtes debent eſſe omni exceptione maiores, vbi agitur de diſſoluendo Matrimonium.*

7 *Teſtes omni exceptione maiores an ſicut requiruntur in diſſolutione Matrimonij, ita & in eius celebratione requirantur, remiſſivè.*

8 *Duo teſtes, qui præſentes eſſe debent Matrimonio contrahendo iuxta formam Concil. Trident. an debeant eſſe omni exceptione majores, remiſſivè.*

9 *Teſtes omni exceptione maiores dicuntur illi, qui repelli non poſſunt aliqua exceptione, etiam debili.*

10 *Mulieres licèt non ſint teſtes omni exceptione maiores, in cauſis Matrimonij teſtes eſſe poſſunt.*

11 *Teſtes quod ſint omni exceptione maiores, per producentem articulandum, & probandum eſt.*

12 *Qualitas vbi in teſte requiritur in ſuperlatino gradu, per producentem eſt omninò articulanda, & probanda.*

CAP. Ex literis I.

Alex. III.

Matrimonium ſeparatur ſi poſt illud contractum de præſenti inquiſita diligenter veritate per teſtes circumſpectos omni exceptione majores, inuenitur contrahentes eſſe in aliquo ex primo vſque ad quartum conſanguinitatis, vel affinitatis gradum conjunctos. Item cauſæ Matrimoniales non ſunt tractandæ à quolibet, ſed per judices diſcretos, qui habeant poteſtatem, & ſciant Canones. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Hoſt. Butr. Anchar. Panorm. Præpoſ. Alex. de Neuo, Caniſ. Cujac. Viuian. *in ration. lib.4. iuris Pontif. pag.78.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag.587.* remiſſiuè Ximen. *in concord. p.1. & 2.* refertur ab Ant. Auguſt. *collect.1. Decret. lib.4.tit.14.c.2.* & eſt poſt Concil. Later. ſub Alex. III. *p.6.c.32.* 1

Si per teſtes circumſpectos, &c.] Notatur ad hoc, quod ad diſſoluendum Matrimonium duo teſtes omni exceptione maiores deſiderantur, vt per Couar. *de ſponſal. p.2.c.8.§.12.n.7. & 8.* Maſcar. *de probat. concl.1035. n.19.* Perez *l.3. in fine, tit.1. lib.5. Ordin.* Sanch. *de Matrim. lib.2. diſp.45. n.30. cum ſeqq.* Farin. *in praxi crimin. p.2.q.61.n.106.* vnde in Matrimonio diſſoluendo, quia grauis cauſa reputatur, non ſufficit fama cum vno teſte, Dueñ. *reg.300. verſ. amplia ſecundò.* 2 3

Si ſtatuta Canonum non ignorent.] Notatur ad hoc, quod cauſæ Matrimoniales ob ſui grauitatem ſunt judicandæ ab iis, qui ſtatuta Canonum non ignorant, vt per Menoch. *conſ.100.n.240. & 258.* reſoluit quod ſententia in cauſa Matrimoniali lata à Canonum imperito valet, licèt ipſe judex peccet, non enim imperitia reddit ſententiam nullam, ſed ſolùm defectus poteſtatis, vnde text. *in præſenti*, intelligitur cùm cauſa Matrimonialis mandatur judicanda Canonum imperito, vt ipſemet judicaret, ſecus verò cum ſimpliciter ei mandatur, quia ſi delegatus ignorat Canones, à peritis conſilium habere poteſt. 4 5

Omni exceptione maiores.] Notatur ad hoc, quod vbi agitur de reſcindendo Matrimonium, teſtes debent eſſe omni exceptione majores. Rota apud Farin. *deciſ.137.n.2.p.2. recent.* vbi *n.3.* cenſuit teſtes non omni exceptione majores ſuppleri ex numero, ſi ſit vltra tres, & declara vt *ibi* optimè aduertit Gutier. *de Matrim. c.44.n.38. cum ſeqq.* text. *in præſenti*, requirentem teſtès omni exceptione majores ad diſſoluendum Matrimonium propter conſanguinitatem, vel affinitatem, non excludere parentes, vel conſanguineos ad probandam conſanguinitatem, vel affinitatem inter conjugatos, nec *cap. videtur, qui Matrimonium accuſare poſſunt, & cap. in literis, de teſtibus*, corrigi per hunc text. Vtrùm autem teſtes omni exceptione majores, ſicut in ſeparatione Matrimonii, ita etiam in ejus celebratione, & probatione requirantur, vide Turzan. *tom.1. commun. opin. lib.5. tit.2. n.62. pag.707.* Viuian. *tom.2. lib.6. tit.13. n.95. verſ. imò,* Maſcard. *concl.1019. n.4. & concl.1356. n.56. & concl.1360. n.1.* Burg. de Pace *conſ.6.n.2.* Menoch. *conſ.342.n.14.* Bernard. Græuæ. *ad practic. Camer. Imper. lib.2. concl.94. in coronide, n.1.* Vtrùm verò duo teſtes, qui præſentes eſſe debent Matrimonio contrahendo, juxta formam Concil. Trid. *ſeſſ.24. de reform. Matrim. c.1.* debeant eſſe omni exceptione majores, jam dixi *de offic. & poteſt. Epiſc. p.2. alleg.32. n.138.* 6 7 8

In gloſſ. *Maiores*, ibi, *illi dicuntur omni exceptione maiores, qui repelli non poſſunt aliqua exceptione.* Vide Farin. *d.p.2.* 9

d.p.2.q.62. à princ. Rota apud ipſum *d.deciſ.*147.*n.*16. *p.*1.*recent.* Gutier. *de Matrim.c.*44 *n.*84. Aldret. *de religioſa diſciplina tuenda, lib.*2.*c.*3.*n.*9. Maſcard. *de probat. in præfatione, q.*6.*num.*69. *& ſeq.* vbi ampliat etiam ad minimam exceptionem debilem, & penè nullius momenti, & *concl.*585. *n.*10. *& concl.*1019. *n.*5. *& concluſ.*1306.*n.*6. Menoch. *conſ.*149.*n.*2. *cum ſeqq.* Franc.
10 Molin. *de ritu nupt.lib.*1.*compar.*8.*n.*5. Mulieres autem licèt non ſint omni exceptione majores, Menoch. *conſ.*380. *n.*15. in cauſis tamen Matrimonii teſtes eſſe poſſunt, Viu. *d.n.*95. *verſ. claudicat, pag.*48. Maſcard. *d.concl.*1019.*n.*6.

11 Qualitas hæc quod teſtis ſit omni exceptione major, per producentem articulanda, & probanda eſt, Maſcard. *concl.*222.*num.*15.*& concl.*1360.*n.*7.*& concl.*1019.*n.*16. Menoch. *conſ.*380.*n.*11. Aueud. *de exequend. mand.p.*1.*c.*2.*n.*19.*& c.*6.*n.*7. Azeued. *l.*6. *num.*15.*tit.*9. *lib.*3.*noue recop.pag.*339. Viu. *d. n.*95. *in fine*, Farin. *d.*
12 *q.*62. *n.*12. Vbi enim requiritur in teſte qualitas in ſuperlatiuo gradu, videlicet vt ſit optimæ opinionis, tunc iſta qualitas non præſumitur, & per conſequens per producentem teſtem eſt omninò articulanda, & probanda, vt per Maſcard. *concl.*222.*num.*14.*& concl.*1248.*n.*13.*& concl.*1019.*n.*17. Molin. *de primog. lib.*2. *c.*6.*n.*30. Ioan. Garc. *de expenſis*, *c.*9.*n.*15. Menoch. *de præſumpt. lib.*5. *præſumpt.*1. *n.*34. *& ſeq.* Farin. *d.q.*62. *num.*6.*&* 10.

SVMMARIVM.

1 *Affinitas ſuperueniens, de qua ſaltem conſtat per famam, ſoluit ſponſalia de futuro.*
2 *Fama impedimenti ſufficit ad impediendum Matrimonium contrahendum.*
3 *Declaratur* cap. cùm in tua, ſupr. de ſponſalibus.

Cap. Super eo II.

Vrban. III.

1 PVellam ſi quis deſponſauit, & poſtea excipit illius propinquam ſe carnaliter cognouiſſe, ſi fama loci hoc habet, liberatur à ſponſalibus. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Hoſt. Butr. Anchar. Panormit. Præpoſ. Alexand. de Neuo, Caniſ. Cujac. Viuian. *in rationali lib.* 4. *juris Pontif. pag.*78. Alagona *in compend. juris Canon. pag.*588. remiſſiuè Ximen. *in concordant. p.*2. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.*1. *Decret. lib.*4. *tit.*8. *cap.*1.

2 *Fama tamen, &c.*] Notatur ad hoc, quod ante contractum Matrimonium, vt illud impediatur ſufficit fama impedimenti ſine alia ejus probatione, *l.*18. *tit.*9. *p.*4. Couar. *de ſponſal.p.*2.*c.*6.§.10.*n.*20. Duen. *reg.*299. *limit.*6. Maſcard. *de probat. concl.*410.*n.*9. *& concl.*733. *n.*17.*& concl.*1031. *n.*11.*cum ſeqq.* Sanch. *de Matrim. lib.*1.*diſp.*71.*n.*13. Gutier. *eod.tract. c.*56. *num.*13. quod quidem notabile verum eſt, quamvis ſponſalia juramento confirmata ſint, quia in hoc text. dicitur famam impedire Matrimonium contrahendum, fide data, & gloſſ. *hîc verbo fide*, explicat, id eſt, juramento: ita docent Butr. *hîc,n.*6.& Abb. *n.*5. Cou. *d.*§.10. *n.*22. Maſcard. *concl.*1035.*n.*12. Sanch. *d.diſp.*71.*n.*14. Gutier. *d.*
3 *n.*23. vbi aſſerit non obſtare text. *in cap.cùm in tua, ſuprà, deſponſ.* vbi vltra perſonam fide dignam requiritur fama, eo quòd ſponſalia jurata erant, quia ibi teſtis non deponebat, ſed tantùm denuntiauit.

SVMMARIVM.

1 *Diſpenſatio quando alicui conceditur, vt poſſit contrahere in certo gradu aliàs prohibito, exquiritur quod vterque contrahentium toto gradu diſtet à ſtipite, præſertim ſi hoc habet conſuetudo.*
2 *Diſpenſandi poteſtas conſuetudine reſtringi poteſt, vt caueatur ſcandalum.*
3 *Filiorum vnuſquiſque facit ſuam lineam.*
4 *Legatus an poſſit diſpenſare in gradibus conſanguinitatis, vel affinitatis lege tantùm Canonica prohibitis, quando eſſet in prouincia remota, oſtenditur.*

Cap. Quod dilectio III.

Cæleſt. III.

DIſpenſatio quando alicui conceditur, vt poſſit contrahere, v.g. in quarto gradu, vterque debet diſtare in quarto, alioquin ſi alter diſtaret in tertio ſtipite, non valeret diſpenſatio, præſertim ſi hoc habet conſuetudo loci, cui ſtandum eſt ad vitandum ſcandalum. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Hoſt. Butr. Anch. Panorm. Præpoſ. Alex. de Neuo, Caniſ. Cujac. Viu. *in ration. lib.*4. *jur. Pont. pag.*79. Alagona *in compend. juris Canon. pag.*588. remiſſiuè Ximen. *in concord. p.*1. *&* 2. refertur ab Ant. Auguſt. *collect.*1. *Decret. lib.*4.*tit.*8.*c.*2. 1

Qua permiſſum eſt hominibus, &c.] Notatur ad hoc, quod ratione conſuetudinis reſtringenda eſt poteſtas diſpenſandi, vt caueatur ſcandalum, Gambac. *de auctoritate legati, lib.*10.*num.*194. Sanch. *de Matrim. lib.*8. *diſp.*1.*n.*8. 2

Per deſcendentem lineam, &c.] Notatur ad hoc, quod vnuſquiſque filiorum facit ſuam lineam, vt per Valaſc. *tom.*2.*conſult.*171.*n.*8. 3

Apoſtolicæ Sedis Legati.] Notatur ad hoc, quod Legatus poteſt diſpenſare in gradibus conſanguinitatis, vel affinitatis lege tantùm Canonica prohibitis, quando eſſet in prouincia ita remota, vt facilè Papam conſulere nequiret, vt per Gambac. *de offic.legati, lib.*7. *n.*375. *& ſeq.* Sed contrarium verius eſt, imò Legato Pontificis integrum non eſſe in his impedimentis diſpenſare, reſoluunt Gaët. *in repet. cap.ad limina* 30. *q.*1.§.4.*q.*134.*n.*363.*& q.*115.*n.*313. *& ſeq.* Couar. *de ſponſ.p.*2.*c.*6.§.10.*n.*11. Henriq. *in ſum. lib.*12. *cap.*3. *n.*1. Azor. *inſtit. moral.p.*2. *lib.*5. *c.*30. *quæſt.*15. Sanch. *d.lib.*8. *diſp.*6. *n.*15. nam gloſſ. *hîc, verbo indulgentiam*, dicit Legatum de auctoritate ſpeciali Papæ diſpenſaſſe, aliàs non tenuiſſet indulgentia ab eo conceſſa. 4

Multitudini, & obſeruatæ conſuetudini deferendum, &c.] Ergo Pontifex *in præſenti*, non innititur interpretationi ſtrictè faciendæ diſpenſationis, ſed ratione conſuetudinis, quæ in eo loco vigebat, ex cuius violatione ſcandalum oriebatur: ita gloſſ. *hîc, verbo vterque*, Couar. *d.*§.10.*n.*12. Petr. de Ledeſma *de Matrim. q.*54.*art.*2.*ad fin.* Sanch. *de Matrim. lib.*8. *diſp.*1.*n.*33. *propè fin.* 5

SVMMARIVM.

1 *Infideles conjuncti in gradu prohibito à lege Canonica, poſt Baptiſmum non ſeparantur.*
2 *Matrimonium apud infideles legitimè, & validè contrahi poteſt.*
3 *Repudij libellum dant inter ſe Iudæi.*

4 *Matrimo*

Couar. *d.c.6.* §.7. *n.* 3. Ant. Cuch. *lib.* 5. *inſtit. major. tit.* 12. *n.* 24. Vinald *in candelabro aureo*, *p.* 1. *n.* 20. & 21. Tandem additur, *omni carens parentela*, vt notum ſit ad eſſentiam affinitatis non requiri, vt aliqua conſanguinitatis ratio interueniat, licèt aliquando per accidens vtrumque impedimentum in eadem perſona concurrere poſſit, vt aduertit D. Thom. *in* 4. *diſt.* 41. *quaſt. vnic. art.* 1. *ad* 2.

11 Tria olim fuerunt affinitatis genera, de quibus nuncupatim Pontif. *in cap. de propinquis*, & *in cap.* & *hoc quoque*, & *in cap. vlt.* 35. *q.* 3. explicant Palud. *in* 4. *diſt.* 41. *q.* 1. Couar. *d.* §. 7. *n.* 6. & alii citati à Sanch. *d. lib.* 7. *diſp.* 67. *à princ.* Ex quorum dictis reſolue primum affinitatis genus contrahi inter conſanguineos viri, & mulierem ab eo licitè, vel illicitè cognitam, & è conuerſo inter conſanguineos ejuſdem mulieris, & ipſum virum, de quo genere agitur per totum *tit. de eo, qui cognouit conſang.* Secundum verò affinitatis genus reperitur inter affines, & maritum, ſeu vxorem ſui affinis. Tertium autem genus conſideratur inter ipſos affines, & conjugem illius, qui erat in ſecundo affinitatis genere. Colliguntur hæc omnia ex juribus *ſuprà* citatis, quæ in hunc modum communiter explicant Doctores, inde deducentes antiquitus ex affinitate affinitatem poſtulare, quod jam hodie non procedit, quia tam ſecundum, quàm tertium affinitatis genus omninò ſunt abrogata; primum verò licet attento jure Decreti vſque ad ſeptimum gradum duraret, tamen poſtea per Concil. Lateran. generale, de quo *in cap. non debet*, *infr. hoc tit.* reſtrictum fuit ad quartum gradum, itavt amplius illud non excederet, vt præter *ſuprà* citatos latè probat Mant. *lib.* 1. *dial.* 14. Sed nouiſſimo jure Concil. Trident. *ſeſſ.* 24. *de reform. Matrim. c.* 4. impedimentum affinitatis ad ſecundum gradum eſt reſtrictum, & coarctatum, circa cuius decreti explicationem aliqua adduxi *in collect. ad eundem.*

12 Affinium appellatione qui veniant, dixi latè *in tract. de appellat. verbor. vtriuſque juris ſignif. appell.* 224.

SUMMARIUM.

1 *Matrimonium ſeparatur inter affines & conſanguineos vſque ad quartum gradum.*

2 *Teſtes duo omni exceptione maiores ad diſſoluendum Matrimonium non deſiderantur.*

3 *Fama cum vnico teſte non ſufficit ad Matrimonium diſſoluendum.*

4 *Matrimoniales cauſa ſunt judicanda ab iis, qui ſtatuta Canonum non ignorant.*

5 *Sententia in cauſa Matrimoniali lata à Canonum imperito valet.*

6 *Teſtes debent eſſe omni exceptione maiores, vbi agitur de diſſoluendo Matrimonium.*

7 *Teſtes omni exceptione maiores an ſicut requiruntur in diſſolutione Matrimonij, ita & in eius celebratione requirantur, remiſſivè.*

8 *Duo teſtes, qui præſentes eſſe debent Matrimonio contrahendo iuxta formam Concil. Trident. an debeant eſſe omni exceptione maiores, remiſſivè.*

9 *Teſtes omni exceptione maiores dicuntur illi, qui repelli non poſſunt aliqua exceptione, etiam debili.*

10 *Mulieres licèt non ſint teſtes omni exceptione maiores, in cauſis Matrimonij teſtes eſſe poſſunt.*

11 *Teſtes quod ſint omni exceptione maiores, per producentem articulandum, & probandum eſt.*

12 *Qualitas vbi in teſte requiritur in ſuperlatiuo gradu, per producentem eſt omninò articulanda, & probanda.*

Cap. Ex literis I.

Alex. III.

Matrimonium ſeparatur ſi poſt illud contractum de præſenti inquiſita diligenter veritate per teſtes circumſpectos omni exceptione majores, inuenitur contrahentes eſſe in aliquo ex primo vſque ad quartum conſanguinitatis, vel affinitatis gradum conjunctos. Item cauſæ Matrimoniales non ſunt tractandæ à quolibet, ſed per judices diſcretos, qui habeant poteſtatem, & ſciant Canones. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Hoſt. Butr. Anchar. Panorm. Præpoſ. Alex. de Neuo, Caniſ. Cujac. Viuian. *in ration. lib.* 4. *iuris Pontif. pag.* 78. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 587. remiſſiuè Ximen. *in concord. p.* 1. & 2. refertur ab Ant. Auguſt. *collect.* 1. *Decret. lib.* 4. *tit.* 14. *c.* 2. & eſt poſt Concil. Later. ſub Alex. III. *p.* 6. *c.* 32. 1

Si per teſtes circumſpectos, &c.] Notatur ad hoc, quod ad diſſoluendum Matrimonium duo teſtes omni exceptione maiores deſiderantur, vt per Couar. *de ſponſal. p.* 2. *c.* 8. §. 12. *n.* 7. & 8. Maſcar. d. *de probat. concl.* 1035. *n.* 19. Perez *l.* 3. *in fine*, *tit.* 1. *lib.* 5. *Ordin.* Sanch. *de Matrim. lib.* 2. *diſp.* 45. *n.* 30. *cum ſeqq.* Farin. *in praxi crimin. p.* 2. *q.* 61. *n.* 106. vnde in Matrimonio diſſoluendo, quia grauis cauſa reputatur, non ſufficit fama cum vno teſte, Duen. *reg.* 300. *verſ. amplia ſecundò.* 2 3

Si ſtatuta Canonum non ignorent.] Notatur ad hoc, quod cauſæ Matrimoniales ob ſui grauitatem ſunt judicandæ ab iis, qui ſtatuta Canonum non ignorant, vt per Menoch. *conſ.* 100. *n.* 240. & 258. reſoluit quod ſententia in cauſa Matrimoniali lata à Canonum imperito valet, licèt ipſe judex peccet, non enim imperitia reddit ſententiam nullam, ſed ſolùm defectus poteſtatis, vnde text. *in præſenti*, intelligitur cùm cauſa Matrimonialis mandatur judicanda Canonum imperito, vt ipſemet judicaret, ſecus verò cum ſimpliciter ei mandatur, quia ſi delegatus ignorat Canones, à peritis conſilium habere poteſt. 4 5

Omni exceptione maiores.] Notatur ad hoc, quod vbi agitur de reſcindendo Matrimonium, teſtes debent eſſe omni exceptione majores. Rota apud Farin. *deciſ.* 137. *n.* 2. *p.* 2. *recent.* vbi *n.* 3. cenſuit teſtes non omni exceptione majores ſuppleri ex numero, ſi ſit vltra tres, & declara vt *ibi* optimè aduertit Gutier. *de Matrim. c.* 44. *n.* 38. *cum ſeqq.* text. *in præſenti*, requirentem teſtes omni exceptione majores ad diſſoluendum Matrimonium propter conſanguinitatem, vel affinitatem, non excludere parentes, vel conſanguineos ad probandam conſanguinitatem, vel affinitatem inter conjugatos, nec *cap. videtur*, *qui Matrimonium accuſare poſſunt*, & *cap. in literis*, *de teſtibus*, corrigi per hunc text. Vtrùm autem teſtes omni exceptione majores, ſicut in ſeparatione Matrimonii, ita etiam in ejus celebratione, & probatione requirantur, vide Turzan. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 5. *tit.* 2. *n.* 62. *pag.* 707. Viuian. *tom.* 2. *lib.* 6. *tit.* 13. *n.* 95. *verſ. imò*, Maſcard. *concl.* 1019. *n.* 4. & *concl.* 1356. *n.* 56. & *concl.* 1360. *n.* 1. Burg. de Pace *conſ.* 6. *n.* 2. Menoch. *conſ.* 342. *n.* 14. Bernard. Græuæ. *ad practic. Camer. Imper. lib.* 2. *concl.* 94. *in coronide*, *n.* 1. Vtrùm verò duo teſtes, qui præſentes eſſe debent Matrimonio contrahendo, juxta formam Concil. Trid. *ſeſſ.* 24. *de reform. Matrim. c.* 1. debeant eſſe omni exceptione majores, jam dixi *de offic. & poteſt. Epiſc. p.* 2. *alleg.* 32. *n.* 138. 6 7 8

In gloſſ. *Maiores*, ibi, *illi dicuntur omni exceptione maiores, qui repelli non poſſunt aliqua exceptione.* Vide Farin. *d. p.* 2. 9

d.p.2.q.62. à princ. Rota apud ipſum *d.deciſ.*147.*n.*16. *p.*1.*recent.* Gutier. *de Matrim.c.*44 *n.*84. Aldret.*de religioſa diſciplina tuenda, lib.*2.*c.*3.*n.*9. Maſcard.*de probat. in præfatione, q.*6.*num.*69. *& ſeq.* vbi ampliat etiam ad minimam exceptionem debilem, & penè nullius momenti, & *concl.*585. *n.*10. *& concl.*1019. *n.*5. *& concluſ.*1306.*n.*6. Menoch. *conſ.*149.*n.*2. *cum ſeqq.* Franc.
10 Molin. *de ritu nupt.lib.*1.*compar.*8.*n.*5. Mulieres autem licèt non ſint omni exceptione majores, Menoch. *conſ.*380. *n.*15. in cauſis tamen Matrimonii teſtes eſſe poſſunt, Viu. *d.n.*95. *verſ. claudicat, pag.*48. Maſcard. *d.concl.*1019.*n.*6.

11 Qualitas hæc quod teſtis ſit omni exceptione major, per producentem articulanda, & probanda eſt, Maſcard. *concl.*222.*num.*15.*& concl.*1360.*n.*7.*& concl.*1019.*n.*16. Menoch. *conſ.*380.*n.*11. Auend.*de exequend. mand.p.*1.*c.*2.*n.*19.*& c.*6.*n.*7. Azeued. *l.*6. *num.*15.*tit.*9. *lib.*3.*noua recop.pag.*339. Vin. *d. n.*95. *in fine*, Farin. *d.*
12 *q.*62. *n.*12. Vbi enim requiritur in teſte qualitas in ſuperlatiuo gradu, videlicet vt ſit optimæ opinionis, tunc iſta qualitas non præſumitur, & per conſequens per producentem teſtem eſt omninò articulanda, & probanda, vt per Maſcard. *concl.*222.*num.*14.*& concl.*1248.*n.*13.*& concl.*1019.*n.*17. Molin. *de primog. lib.*2. *c.*6.*n.*30. Ioan.Garc. *de expenſis*, *c.*9.*n.*15. Menoch. *de præſumpt. lib.*5. *præſumpt.*1. *n.*34. *& ſeq.* Farin. *d.q.*62. *num.*6.*&* 1c.

SVMMARIVM.

1 *Affinitas ſuperueniens, de qua ſaltem conſtat per famam, ſoluit ſponſalia de futuro.*

2 *Fama impedimenti ſufficit ad impediendum Matrimonium contrahendum.*

3 *Declaratur* cap. cùm in tua, ſupr. de ſponſalibus.

CAP. Super eo II.

Vrban. III.

1 PVellam ſi quis deſponſauit, & poſtea excipit illius propinquam ſe carnaliter cognouiſſe, ſi fama loci hoc habet, liberatur à ſponſalibus. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Hoſt. Butr. Anchar. Panormit. Præpoſ. Alexand. de Neuo, Caniſ. Cujac. Vinian. *in rationali lib.* 4. *juris Pontif. pag.*78. Alagona *in compend. juris Canon. pag.*588. remiſſiuè Ximen. *in concordant. p.*2. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.*1. *Decret. lib.*4. *tit.*8. *cap.*1.

2 *Fama tamen*, &c.] Notatur ad hoc, quod ante contractum Matrimonium, vt illud impediatur ſufficit fama impedimenti ſine alia ejus probatione, *l.*18. *tit.*9. *p.*4. Couar. *de ſponſal.p.*2.*c.*6.§.10.*n.*20. Duen. *reg.*299. *limit.*6. Maſcard. *de probat. concl.*410.*n.*9. *& concl.*733. *n.*17.*& concl.*1031. *n.*1 1.*cum ſeqq.* Sanch. *de Matrim. lib.*1.*diſp.*71.*n.*13. Gutier. *eod.tract. c.*56. *num.*13. quod quidem notabile verum eſt, quamvis ſponſalia juramento confirmata ſint, quia in hoc text. dicitur famam impedire Matrimonium contrahendum, fide data, & gloſſ. *hic verbo fide*, explicat, id eſt, juramento: ita docent Butr. *hic n.*6.& Abb. *n.*5. Cou. *d.*§.10. *n.*22. Maſcard. *concl.*1035.*n.*12. Sanch. *d.diſp.*71.*n.*14. Gutier. *d.*
3 *n.*23. vbi aſſerit non obſtare text. *in cap.cùm in tua, ſuprà, deſponſ.* vbi vltrà perſonam fide dignam requiritur fama, eo quòd ſponſalia jurata erant, quia ibi teſtis non deponebat, ſed tantùm denuntiauit.

SUMMARIUM.

1 *Diſpenſatio quando alicui conceditur, vt poſſit contrahere in certo gradu aliàs prohibito, requiritur quod vterque contrahentium toto gradu diſtet à ſtipite, præſertim ſi hoc habet conſuetudo.*

2 *Diſpenſandi poteſtas conſuetudine reſtringi poteſt, vt caueatur ſcandalum.*

3 *Filiorum vnuſquiſque facit ſuam lineam.*

4 *Legatus an poſſit diſpenſare in gradibus conſanguinitatis, vel affinitatis lege tantùm Canonica prohibitis, quando eſſet in prouincia remota, oſtenditur.*

CAP. Quod dilectio III.

Cœleſt. III.

DIſpenſatio quando alicui conceditur, vt poſſit contrahere, v.g. in quarto gradu, vterque debet diſtare in quarto, alioquin ſi alter diſtaret in tertio ſtipite, non valeret diſpenſatio, præſertim ſi hoc habet conſuetudo loci, cui ſtandum eſt ad vitandum ſcandalum. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Hoſt. Butr. Anch. Panorm. Præpoſ. Alex. de Neuo, Caniſ. Cujac. Vin. *in ration. lib.*4. *jur. Pont. pag.*79. Alagona *in compend. juris Canon. pag.*588. remiſſiuè Ximen. *in concord. p.*1. *&* 2. refertur ab Ant. Auguſt. *collect.*2. *Decret. lib.*4. *tit.*8. *c.* 2. 1

Quæ permiſſum eſt hominibus, &c.] Notatur ad hoc, quod ratione conſuetudinis reſtringenda eſt poteſtas diſpenſandi, vt caueatur ſcandalum, Gambac. *de auctoritate legati, lib.*10.*num.*194. Sanch. *de Matrim. lib.*8. *diſp.*1.*n.*8. 2

Per deſcendentem lineam, &c.] Notatur ad hoc, quod vnuſquiſque filiorum facit ſuam lineam, vt per Valaſc. *tom.*2.*conſult.*171.*n.*8. 3

Apoſtolicæ Sedis Legati.] Notatur ad hoc, quod Legatus poteſt diſpenſare in gradibus conſanguinitatis, vel affinitatis lege tantùm Canonica prohibitis, quando eſſet in prouincia ita remota, vt facilè Papam conſulere nequiret, vt per Gambac. *de offic.legati, lib.*7. *n.*375. *& ſeq.* Sed contrarium verius eſt, imò Legato Pontificis integrum non eſſe in his impedimentis diſpenſare, reſoluunt Gaët. *in repet. cap.ad limina* 30. *q.*1.§.4.*q.*134.*n.*363.*& q.*115.*n.*313. *& ſeq.* Couar. *de ſponſ.p.*2.*c.*6. §.10. *n.*11. Henriq. *in ſum. lib.*12. *cap.*3. *n.*1. Azor. *inſtit. moral.p.*2. *lib* 5. *c.*30. *quæſt.*15. Sanch. *d.lib.*8. *diſp.*6. *n.*15. nam gloſſ. *hic, verbo indulgentiam*, dicit Legatum de auctoritate ſpeciali Papæ diſpenſaſſe, aliàs non tenuiſſet indulgentia ab eo conceſſa. 4

Multitudini, & obſeruatæ conſuetudini deferendum, &c.] Ergo Pontifex *in præſenti*, non innititur interpretationi ſtrictè faciendæ diſpenſationis, ſed ratione conſuetudinis, quæ in eo loco vigebat, ex cuius violatione ſcandalum oriebatur: ita gloſſ. *hic, verbo vterque*, Couar. *d.*§.10.*n.*12. Petr. de Ledeſma *de Matrim. q.*54.*art.*2.*ad fin.* Sanch. *de Matrim. lib.*8.*diſp.*1.*n.*33. *prope fin.* 5

SVMMARIVM.

1 *Infideles conjuncti in gradu prohibito à lege Canonica, poſt Baptiſmum non ſeparantur.*

2 *Matrimonium apud infideles legitimè, & validè contrahi poteſt.*

3 *Repudij libellum dant inter ſe Iudæi.*

4 Matrimo

4 *Matrimonium inter Iudeos initum pacto expreſſo ut liceat dare libellum repudii ſecundum ritum eorum, eſt invalidum.*

Cap. Infidelibus IV.

Innoc. III.

1 INfideles conjuncti Matrimonio in gradu prohibito ab Eclceſia, ſi convertantur, non ſunt ſeparandi, quia quos Deus conjunxit, homo non ſeparet. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Hoſt. Butr. Anchar. Panorm. Præpoſ. Alex. de Nevo, Caniſ. Cujac. Viv. *in ration. lib.4. Iuris Pontif. pag.* 80. Alagona *in compend. Iuris Canon. pag.*588. remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. & 2. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 2. *Decretal. lib.4.tit.* 10. *cap.*1.

2 Collige ex text. Matrimonium apud infideles legitimè, & validè contrahi poſſe, vide Sanch. *de Matr. lib.2.diſp.8.& 9.& lib.7. diſp.73. n.2.* Bonac. *eod.tract. quæſt.2. punct.2.n.2.* Addunt nonnulli quod Matrimonium Judæorum (quia non habet ſuum ſignificatum, ex quo non poteſt denotare unionem inter Chriſtum, & Eccleſiam) etiamſi ad fidem convertantur, non prius effici Sacramentum, quàm iterum inter ſe contrahant in facie Eccleſiæ, ut viſum eſt Palud. & Capr. *in 4.ſentent.diſt.26.quæſt.unic. art.6.ad* 2. Verùm contrarium in hac parte, ſcilicet quod ad hoc ut efficiatur Sacramentum, ſufficiat quod permaneant in antiquo contractu, & mutuum conſenſum quocunque ſigno viſibili, etiam nuda copula declarent, magis communiter recipitur à novioribus, ut docent Petr. de Ledeſma *de matrim. quæſt.59. art.2. dub.33.* Bellarm. *lib.1. tit.de matrim.cap.5.* Navar. *conſ.4.ſub tit.de pactis, in antiq.& conſ.2.ad fin.de converſ. infid. in novis*, Henriq. *in ſum. lib.11.cap.8.n.1.ad fin.& cap.15.n.3.* Veg. *in ſum.lib.4. caſu* 319. Rebell. *de oblig.juſtit.p.2.lib.2.quæſt.6.num.2.* Sanch. *d.lib.2.diſp.9.n.5.* Bonac. *d.quæſt.2. punct.2.n.5.* Gutier. *de matrim.cap.42.* Ant.Ricc. *de jure perſonarum extra gremium Eccleſ.exiſt.lib.2.cap.13.n.12.* Unde probabiliter defendi poteſt, hanc expreſſionem, vel ratificationem conſenſus non opus eſſe fieri coram Parocho, & teſtibus, juxta formam Concil.Trid. *ſeſſ.24. de reform. matrim. cap.*1. quia dictum Concilii Decretum requirit præſentiam Parochi, & teſtium, ut contractus validè celebretur; nos verò ſupponimus contractum infidelium validè celebratum fuiſſe ante Baptiſmum, conſequenter non videtur neceſſaria præſentia Parochi, & teſtium, ut Matrimonium infidelium poſt ſuſceptum Baptiſmum fiat Sacramentum, ſed videtur ſufficere expreſſio novi conſenſus, vel ratificatio præcedentis, qua poſita fit Sacramentum Matrimonii, & recipitur Sacramentalis gratia ad ritè obeunda munia conjugalia, ita Sanch. *diſp.9.n.1.* Gutier. *d.cap.42. n.6.* Rebel. *d.quæſt.6.n.5.* Fr.Emman. *in ſum.p.1.c.230.n.1.* Bonacin. *d.quæſt.2. punct.2. n.9.* de qua re commodiùs *ad cap.gaudemus, infr.de divortiis.*

3 In gloſſ. *Eſſe Matrimonium*, fin. ibi, *ſed ipſi ſeparantur dato repudii libello*, quia repudii libellum dant inter ſe Judæi, Cov. *de ſponſal.p.2.cap.7.§.4.n.3.* omnes *hîc, in præſenti*, videlicet Joan. Andr. *n.5.* Zabar. *n.4.* Anchar. *n.4.* Butr. *n.9.* Abb. *n.6.* Alex. de Nevo *num.*10. Præpoſ. *n.5. verſ.item nota*, Tiraq. *de primog. quæſt.66. ſub n.25.* Sanch. *de matrim.lib.5.diſp.12.n.1.* Ant.Ricc. *in tract.de jure perſonarum extra gremium Eccleſiâ exiſtentium, lib.2.cap.18.n.11.* ubi *n.12.* cum Bald. Tiraq. & aliis ſubdit, poſſe Judæum impunè facto repudio tranſire ad ſecunda vota, & *num.13.* advertit ex eodem Bald. *conſ.428. num.4. lib.5.* cùm iſta repudiatio ſit de concernentibus ritus, meritò fieri debere coram Sacerdote Judæorum, non autem coram Epiſcopo.

In gloſſ. ibi, *Sed hoc eſt contra ſubſtantiam Matrimonii.* Notatur ad hoc, quod Matrimonium inter Judæos 4 initum pacto expreſſo, ut liceat dare libellum repudii ſecundùm ritum eorum, eſt invalidum: ita Hoſt. *hîc, in fine*, Cov. *d.p.3.cap.3.§.1.n.5.* Sanch. *d.diſp.12.n.3.* quicquid contrarium defendant Abb. *hîc, n.6.* Anch. *n.4.* Butr. *n.9.* Alex. de Nevo, *n.10.* Præpoſ. *n.5.verſ. item nota*, & Ant.Ricc. *d.cap.18.n.11.in fine.*

SVMMARIVM.

1 *Conſanguinei mariti cum conſanguineis uxoris licitè contrahere poſſunt.*

2 *Conſuetudo contrahendi Matrimonium in gradibus conſanguinitatis, ſeu affinitatis jure prohibitis, an & quando valeat, oſtenditur.*

Cap. Quod ſuper V.

COnſanguinei mariti poſſunt accipere conſangui- 1
neos uxoris, quia nulla eſt affinitas. Item conſuetudo contrahendi intra gradus prohibitos eſt corruptela, & non valet. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Hoſt. Butr. Anch. Panorm. Præpoſ. Alex. de Nevo, Caniſ. Cujac. Viv. *in ration. lib.4. Iuris Pontif. pag.*80. Alagona *in compend. Iuris Canon. pag.*588. remiſſivè Ximen. *in concord. p.1. & 2.* refertur ab Anton. Auguſt. *collect.3. Decret. lib.4. tit.10. cap.2.*

Non obſtante conſuetudine, &c.] Ergo non valet con- 2
ſuetudo contrahendi Matrimonium in gradibus conſanguinitatis, ſeu affinitatis jure prohibitis, quod quidem videtur ex diametro obſtare deciſioni text. *in cap.ſuper eo, de cognat.ſpirituali*, quatenus probat quod ſi conſuetudine inductum ſit, ut aliqui utantur Matrimonio in gradu prohibito contracto, tolerandi ſunt: quapropter in his juribus concordandis non eodem modo Juris Canonici DD. locuti ſunt, variis enim diſtinctionibus rem iſtam obſcurarunt, dum explicare conantur, ut videre licet apud Ordinarios *in præſenti*, & Cov. *de ſponſal. p.2.cap.6. §.10.num.18.* Henriq. *in ſum.lib.11. cap.1.n.5.*

Præceptores igitur noſtri difficultati ſuccumbentes 3
reſponderunt text. *in præſenti*, cui ſimilis eſt *cap.non debet, ad fin.infr.hoc tit.* eſſe Innoc.III. ut patet ex orig. Concil.Lateran. ſub eod. Pontifice. At verò *d.cap.ſuper eo*, eſſe Alex.III. qui multis annis præceſſit Innoc. atque adeò nil mirum ſi conſuetudo illa valuiſſet tempore *d. cap.ſuper eo*, quamvis poſteà fuerit reprobata per text. *in præſenti*: ſecundò iidem præceptores reſpondent, quod per text. *in præſenti*, tantùm reprobatur conſuetudo in conſanguinitate, & affinitate carnali, quod non debet extendi ad cognationem ſpiritualem, in qua eſt minor ratio, & ideo mihi videtur quemlibet ex his Præceptorum intellectibus poſſe ſuſtineri, ſi evitare velis difficultates quas in his juribus conciliandis elevant dum plures intellectus referunt Sanch. *de matr.lib.7.diſp.4.* & Baſil.Pont. *de imped.matr.c.1.§.2.*

SVMMARIVM.

1 *Diſpenſatio facta à Papa contrahendi in gradu prohibito, ſi eſt ex falſa cauſa, non valet, niſi de novo à Papa confirmetur.*

2 *Diſpen*

2 *Diſpenſatio erit ſubreptitia, ſi tempore conceſſionis Pontificis, vel Pœnitentiariæ cauſa allegata vera non ſint, quamvis tempore ſubſequenti vera exiſtant.*

3 *Diſpenſationem & actus validitatem inducit Papa & ſuperioris tolerantia.*

4 *Conſenſus ſuperiorum inducitur per eorum patientiam, vel tolerantiam.*

5 *Declaratur text.* in cap. cùm jamdudum, ſupr. de præbend.

6 *Diſpenſare in Concilio generali etiam ex magna cauſa Epiſcopo non conceditur, niſi deſit recurſus ad Papam.*

7 *Diſpenſare in impedimentis jure Pontificio dirimentibus Matrimonium ſolius eſt Pontificis.*

8 *Legatus etiam à latere non poteſt diſpenſare in impedimentis jure Pontificio dirimentibus Matrimonium.*

9 *Privilegium vitiat falſa cauſa.*

10 *Diſpenſationis cauſa ceſſante ceſſat diſpenſatio.*

11 *Liberorum favore mitius eſt agendum, quando is, qui deliquit, plures filios habet.*

Cap. Quia circa VI.

1 Diſpenſatio obtenta à Papa ſuper Matrimonio inter conſanguineos contracto in gradu prohibito non valet, ſi ibi cauſa falſa ſit expreſſa, niſi poſtea eam Papa confirmaret. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Hoſt. Butr. Anch. Panorm. Præpoſ. Alex. de Nevo, Caniſ. Cujac. Viv. *in ration. lib. 4. Iuris Pontif. pag.* 82. Alagona *in compend. Iuris Canon. pag.* 558. remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2.

2 *Falſa nobis cauſa*, &c.] Notatur ad hoc, quod ſubreptitia erit diſpenſatio, ſi tempore conceſſionis Pontificis, vel Pœnitentiarii cauſæ allegatæ veræ non ſint, quamvis tempore ſubſequenti veræ exiſtant; ita docent *in præſenti* Hoſt. *verbo ingreſſa*, Joan. Andr. *n.* 3. Anton. *n.* 3. *notab.* 3. Abb. *n.* 5. Alex. de Nevo *n.* 4. Præpoſ. *n.* 1. *notab.* 3. Rebuff. *tom.* 2. *ad leges Galliæ, tit. de reſcript. in præf. n.* 56. *verſ.* 14. Petr. de Ledeſma *in ſum. p.* 1. *tract. de Sacram. Matrim. cap.* 27. *poſt* 7. *concl. diffic.* 4. Fr. Emman. *in ſum. tom.* 1. *cap.* 238. *n. ult.* Maſcard. *de prob. concl.* 1128. *n.* 22. Gut. *can. lib.* 15. *n.* 131. *&* 132. quos refert, & ſequitur Sanch. *de Matrim. lib.* 8. *diſp.* 30. *n.* 4.

3 *Diſſimulare poteris*, &c.] Notatur ad hoc, quod tolerantia Papæ, & ſuperioris inducit diſpenſationem, & actus validitatem, ut per Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. gloſſ.* 9. §. 2. *n.* 87. Alexand. Rauden. *de analogis, cap.* 39. *num.* 147. *cum ſeqq.* Franc. Molin. *de ritu nupt. lib.* 1. *com-*

4 *par.* 19. *num.* 64. & per patientiam, vel tolerantiam ſuperiorum inducitur eorum conſenſus, Hippol. *conſ.* 46. *num.* 31. *& conſ.* 107. *num.* 3. *&* 4.

5 Nec obſtat text. *in cap. cùm iam dudum, ſupr. de præb.* ex quo conſtare videtur Principis diſſimulationem nõ inducere diſpenſationem. Quidam enim reſpondent aliud eſſe impunitate ac facto Principem tolerare, tunc enim non inducitur diſpenſatio, juxta *d. cap. cùm jam dudum*; aliud verò reſpondendo dicere *toleramus*, vel *toleratur*, tunc enim diſpenſat, juxta text. *in præſenti*, ita gloſſ. & Ordinarii omnes *hic*, Sylveſt. *verbo lex, q.* 6. *ad fin.* Brunor. à Sole *in locis commun. lit. M, verbo Matrimonium toleratur.* Alii verò melius tenent, quod in hoc text. conjuges bona fide exiſtimabant ſe legitimè conjugatos eſſe, & ex veritatis detectione timebatur grave ſcandalum: quapropter Pontifex tacendum, & diſſimulandum eſſe dicit, illoſque Matrimonio illo putativo, & invincibili ignorantia excuſato permittendos eſſe: ita Covar. *de ſponſ. p.* 2. *cap.* 6. §. 10. *n.* 15. Medina *in codice de conf. tract.* 2. *de conf. dimidiata iteranda, verſ. corollariè ſequitur ex dictis*, Cordub. *in ſumma, quæſt.* 189. *punct.* 1. Navar. *in cap. ſi quis autem, de pœnit. diſt.* 7. *num.* 67. *uſque ad n.* 73. *& conſ.* 9. *n.* 1. *de tempor. ordin. & conſ.* 42. *de ſponſ. in antiq.* Ferrer. *in conſtit. Catalauniæ, gloſſ.* 6. *n.* 129. *cum ſeqq.* Sanch. *de Matrim. lib.* 2. *diſp.* 38. *num.* 12. Gutier. *eod. tract. cap.* 48. *num.* 1.

Poteris.] Notatur ad hoc, quod non conceditur Epiſcopo diſpenſare in Concilio generali ex magna cauſa, niſi deſit recurſus ad Pontificem, ut per Henriq. *in ſumma, lib.* 12. *cap.* 3. *num.* 1. *comment. lit. G*, vide tamen Doctores citatos *in meo tract. de offic. & poteſt. Epiſc. p.* 2. *alleg.* 35. *num.* 26. 6

In gloſſ. *A Sede Apoſt.* ibi, *ſolus Papa*, &c. Notatur ad hoc, quod ſolius Pontificis eſt diſpenſare in impedimentis ſolo jure Pontificio dirimentibus Matrimonium, ad quod plures refert DD. Sanch. *d. lib.* 8. *diſp.* 6. *n.* 13. quibus adde Nicol. Garc. *de benef. p.* 11. *c.* 5. *n.* 344. Armendar. *in addit. ad recop. legum Navarræ, lib.* 1. *tit.* 18. *l.* 7. *n.* 28. *& lib.* 5. *tit.* 15. *l.* 1. *n.* 98. *& ſeqq.* & plures quos refero ego ipſe *d. p.* 2. *alleg.* 35. *n.* 1. ubi *num.* 3. *cum ſeqq.* cumulo aliquos caſus, in quibus poteſt Epiſcopus diſpenſare in impedimentis dirimentibus. 7

In ead. gloſſ. ibi, *& non Legatus.* Intellige quamvis à Latere ſit, ut per Covarr. *de ſponſ. p.* 2. *cap.* 6. §. 10. *n.* 11. Henriq. *in ſum. lib.* 12. *cap.* 3. *n.* 1. Sanch. *d. diſp.* 6. *n.* 5. 8

In gloſſ. *Falſa*, fin. Notatur ad hoc, quod falſa cauſa vitiat privilegium, & nullius valoris ſunt ea, quæ ex falſa cauſa facta fuerint, Menoch. *conſ.* 91. *n.* 40. *cum ſ q.* & diſpenſationis cauſa ceſſante, ceſſat diſpenſatio, ut per Tiraq. *in tract. Ceſſante cauſa, p.* 1. *lit. D, n.* 91. 9 10

Notatur etiam ad hoc, quod mitiùs eſt agendum favore liberorum, quando is, qui deliquit, plures filios habet, ita Tiraq. *de pœn. temp. cauſa* 26. *num.* 1. 11

SUMMARIUM.

1 *Teſtes, qui de conſanguinitate deponunt, à ſtipite vel germine computationem incipere debent.*

2 *Teſtes ſuper conſanguinitate deponentes debent gradus clara computatione diſtinguere.*

3 *Teſtes ſuper conſanguinitate deponentes tenentur efficacem cauſam, & probabilem rationem dicti ſui reddere.*

4 *Teſtes de auditu alieno an & quando probent conſanguinitatem, remiſſivè.*

Cap. Tua nos VII.

Teſtes, qui producuntur ad faciendum divortium cùm computantur gradus conſanguinitatis, debent incipere à parentibus, id eſt, à ſtipite, vel germine, diſtinguendo gradus per ordinem, deſignando perſonas propriis nominibus, vel æquipollentibus indiciis, præſertim quia ſæpè teſtantur de auditu, quod minus eſt validum, ideo in hac materia non eſt nimium laxanda facultas. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Hoſt. Butr. Anchar. Panorm. Præpoſ. Alex. de Nevo, Caniſ. Cujac. Viv. *in ration. lib.* 4. *Iuris Pontif. pag.* 83. Alagona *in compend. Iuris Canon. pag.* 588. remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 2. refertur ab Anton Auguſt. *collect.* 4. *Decretal. lib.* 4. *tit.* 3. *cap.* 2. 1

Diſtinguere gradus, &c.] Notatur ad hoc, quod teſtes ſuper conſanguinitate deponentes debent gradus clara computatione diſtinguere, ut per Tiraq. *de retract. tit.* 1. *gloſ.* 16. *n.* 1. 6. *&* 7. Farin. *in praxi crim. p.* 2. *q.* 69. *n.* 17. tenentur enim efficacem cauſam, & probabilem rationem dicti ſui reddere in conſanguinitatis probatione. Bellac. *tom.* 1. *com. opin. lib.* 6. *tit.* 47. *n.* 100. Joſeph. Ludov. *tom.* 3. *tit. de probat. concl. unic. verſ. infertur* 123. Maſcard. *concluſ.* 69. *& concluſ.* 410. *num.* 21. 2 *&*

*& concl.*1396.*n.*25. Menoch. *conſ.*321. *num.*6.*cum ſeq.* Farin. *d.p.*2.*quæſt.*70. *num.*88.

4 *Teſtimonium perhibeant de auditu.*] An & quando teſtes de auditu alieno probent conſanguinitatem, & affinitatem, vide Fulv. Pac. *de probat.lib.*1.*cap.*9.*n.*43. Surd. *deciſ.* 145. Maſcard. *concluſ.* 104. *n.*19. Farinac. *d.quæſt.*67. *num.*103.*cum ſeqq.*

SUMMARIUM.

1 *Prohibitio contrahendi in ſecundo & tertio genere affinitatis, tollitur, & etiam illa, quæ erat inter filios ſecundarum nuptiarum cum conſanguineis primi mariti mortui, & ſtatuitur ut deinceps prohibitio conjugii ultra quartum conſanguinitatis, & affinitatis gradum non extendatur, conſtitutionibus, & longinqua conſuetudine in contrarium non obſtantibus.*

2 *Leges humanæ mutari poſſunt.*

3 *Matrimonium inter conſanguineos olim fuit interdictum uſque ad ſeptimum gradum, hodie verò uſque ad quartum.*

4 *Affinitas orta ex copula licita dirimit Matrimonium uſque ad quartum gradum, etiam attento Concil. Trid.*

5 *Affinitas orta ex copula illicita non extenditur ultra ſecundum gradum.*

6 *Matrimonii prohibitio & irritatio inter aſcendentes & deſcendentes jure naturæ inducta, ad quem gradum protrahatur, remiſſivè.*

7 *Matrimonium invalidum ob impedimentum dirimens impetrata illius diſpenſatione non reconvaleſcet, niſi accedat novus utriuſque conſenſus.*

8 *Filii legitimantur, qui nati ſunt ex Matrimonio nulliter contracto inter conſanguineos, ſi obtineatur diſpenſatio ad validandum Matrimonium, & legitimandam prolem, quamvis non potuerit effectum ſortiri propter ſupervenientem mortem alterius ex conjugibus.*

9 *Præſcriptio nulla currit contra Matrimonium.*

Cap. Non debet VIII.

1 PRohibitionem contrahendi in ſecundo & tertio genere affinitatis tollit hæc conſtit. & etiam illam, quæ erat inter filios ſecundarum nuptiarum cum conſanguineis primi mariti mortui, & ſtatuit ut deinceps prohibitio conjugii ultra quartum conſanguinitatis, & affinitatis gradum non extendatur, conſtitutionibus, & longinqua conſuetudine in contrarium non obſtantibus. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Joan. Andr. Hoſt. Butr. Anchar. Panorm. Præpoſ. Alex. de Nevo, Caniſ. Cujac. Viv. *in ration. lib.*4. *Iuris Pontif. pag.*83. Alagona *in compend. Iuris Canon. pag.*589. remiſſivè Ximen. *in concord. p.*1.*&* 2. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.*4. *Decret. lib.*4.*tit.*3.*cap.*3. & eſt in Concil. generali Lateran. ſub Alex.III. *cap.*50.

2 *Statuta quandoque varientur humana.*] Notatur ad hoc, quod leges humanæ mutari poſſunt, ut per Mantuam *lib.*1.*dialog.*14. Tiraq. *de retract. tit.*1.*§.*9. *gloſſ.*2. *n.*53. Cov. *in c.alma mater, p.*2.*in princ.n.*2. Chaſſan. *in conſuetudinibus Burg.rub.*3. §. 1. *in fin.n.*1.*pag.*97. Perez *ad tit.*3.*lib.*2.*Ordin.pag.*199. Lancellot. Conrad. *in templo omnium jud.lib.*2.*cap.*1. §. 4. *verſ.*3. Greg. *l.*11. *verbo mudar, tit.*3.*p.*3. Sayr. *in clavi regia, lib.*3.*cap.*3.*n.*7.*& cap.*10.*n.*12. Bobadil. *in ſua politic.lib.*1.*cap.*5.*n.*8.

3 *Quartum conſanguinitatis, & affinitatis gradum,* &c. Olim Eccleſia conjugium interdixerat uſque ad ſeptimum conſanguinitatis gradum, ut conſtat ex *cap.*1.*& cap. nulli,*35. *quæſt.*3. *& cap. ad ſedem* 35. *quæſt.*5. *cum ſimilibus.* Poſtmodùm autem ſub Innoc. III. in Concil. Lateran. de quo *in hoc text.* reſtricti ſunt gradus conſanguinitatis uſque ad quartum, ut docent Sanchez *de Matrim.lib.*7. *diſp.*53.*n.*1. Baſil. Pont. *de impediment. Matrim. cap.*38.*§.*2. *verſ. præterea*, Bonac. *de Matrim. quæſt.*3.*punct.*5.*§.*1.*n.*7.*cum ſeqq.* quæ reſtrictio intelligenda eſt non ſolùm in collateralium linea, ſed etiam in recta aſcendentium, & deſcendentium, itaut quicunque conſanguinei ultra quartum gradum poſſint Matrimonio jungi, ita Sanch. *d.lib.*7.*diſp.*51.*n.*22.

Quæſtio eſt, utrùm hodie affinitas orta ex copula 4
licita dirimat Matrimonium uſque ad quartum gradum, prout diſponit text. *in præſenti*, in quo dubio illa eſt communis Doctorum reſolutio, Conc. Trid. *ſeſſ.*24. *de reform. Matr.cap.*4. reſtringere tantùm affinitatem ex fornicatione contractam, aliam verò, quæ procedit ex copula licita, cùm ſit omiſſa à nova diſpoſitione Concilii *in d.cap.*4. intelligi ſecundùm jus antiquum, de quo *in hoc text.* Quare affinitatem ex copula licita ortam etiam hodie poſt Conc. Trid. dirimere uſque ad quartum gradum, ac per conſequens in ea vigere diſpoſitionem hujus text. tenent Navarr. *in man. cap.*22. *num.*43. Vivald. *in candel. aur.tit.de Sacram.p.*1. ubi *de Matrim.n.*295. Philiarch. *de officio Sacerd. tom.*1. *p.*2. *lib.*2.*cap.*12.*verſ.conſanguinitatis*, Lar. *in l.ſi quis à liberis, in princip.n.*90.*ff.de lib.agnoſc.* Emman. Sà *in ſumma, verbo Matrimonium, tit.de imped.Matrim.n.*13. Perez *l.*5.*col.*5.*tit.*15.*lib.*8.*Ordin.* Llam. *p.*3.*methodi curatorum, cap.*8.*§.*19. Tolet. *in ſum.lib.*7.*cap.*11.*n.*4. Azeved. *l.*7.*n.*9.*tit.*20.*lib.*8.*nova recop.* Valent. *p.*4.*diſp.*10. *quæſt.*5.*punct.*3. ubi *de imped. affinitatis.* Fr. Emman. *in ſum.cap.*228.*n.*4. Henriq. *lib.*12.*c.*10.*n.*1.*lit.H*, Rebel. *de oblig.juſt. p.*2.*lib.*3. *quæſt.*15.*n.*6. Sanch. *de Matrim. lib.*7.*diſp.*67.*n.*5. Gutier. *eod.tract.cap.*99.*n.*14. Bonac. *eod.tract.quæſt.*3.*punct.*12.*num.*6.

Hæc de affinitate orta ex copula licita, quoad illam 5
verò, quæ ex fornicaria & illicita oritur, jam hodie per dictum Concilii decretum *in d. c.*4. dicendum eſt ultra ſecundum gradum non extendi, ut advertunt Sanch. *d.diſp.*67.*n.*4. Baſil. Pont. *de impediment. Matr. cap.*38.*§.*1. *verſ.deinde.* Gutier. *d.cap.*9. *num.*12. Bonacina *d.punct.*12.*num.*16. Armendar. *in addit.ad recopil. legum Navarræ, lib.*4.*tit.*15. *l.*1.*de Matrim.in declarat. num.*92. Farin. *in praxi crimin. p.*5.*quæſt.*149.*num.*116. & declaravit Pius V. in ſuo motu proprio incip. *Ad Romanum.* Itaut jam hodie ſi quis rem habeat cum affine ex fornicatione, in tertio, vel quarto gradu, non tenebitur in foro conſcientiæ hujuſmodi circumſtantiæ meminiſſe, quia cùm illa juxta ſupradicta hodie ad inceſtum non ſpectet, nec aliam ſpecialem deformitatem habere poſſit, ut conſtat, non eſt cur de ipſa mentio fiat, ut tenet Ledeſma *de Matrim. quæſt.*55. *art.*3.*dub.*5. Fr. Emman. *in ſum.tom.*2. *cap.*206. *num.*2. *concl.*2. Sanch. *d.diſp.*67.*n.*8. Unde inferri poteſt reſolutio ad illud dubium admodum utile, & neceſſarium, à nullo autem ex his, quos videre licuit, tractatum, ſeu agitatum, utrùm ſcilicet impedimentum affinitatis proveniens ex Matrimonio conſummato, quod tamen ex aliquo capite nullum extitit, ad ſecundum gradum hodie ſit reſtrictum? in quo pars affirmativa ex eo videtur comprobari, quod ſuppoſita Matrimonii nullitate, verum eſt copulam inter contrahentes habitam fornicariam extitiſſe, ſed affinitas ex fornicatione ſecundum gradum non egreditur, juxta Trid. Concil. ac Pii V. declarationem: ergo idem dicendum eſt de ea, quæ ratione Matrimonii ita invalidi habita eſt. Juvat quia affinitas reſultans ex quacumque copula

copula, quæ conjugalis non ſit, ſecundo gradu terminatur, Tolet. *in inſtruct. Sacerd.lib.7. cap.11.à n.4.* Gutier. *canon.lib.1.cap.23.n.3.* ſed copula habita inter tales conjugalis non eſt, ut reſolvit Molin.*de juſt.tr.2. diſp.422. col.3.verſ.& quidem,* Gam.*Luſit.deciſ.89.* inde inferentes ratione prædictæ copulæ inter nulliter contrahentes habitæ etiam bona fide, minimè bona propria communicari: ergo ſimiliter affinitas ex hujuſmodi copula orta ſecundum gradum excedere non debet. Verùm licèt hæc ſententia improbabilis non ſit, contrariam tamen amplecti non dubitarem,ex eo quod mihi perſuaſum habeam per Sacrum Concil. minimè eſſe reſtrictam affinitatem remanentem ex copula habita ſub umbra, ſeu figura Matrimonii etiam invalidi: & ut ita ſentiam illud movet, quia ſcilicet Concil. Trid. reſtrinxit affinitatem ex fornicatione ex ea ratione,quia cùm illa clam perpetretur, juxta illud, *Qui malè agit, odit lucem*, conſequenter impedimentum ex eadem proveniens occultum erat,ex quo multoties eveniebat, ut plures eo irretiti Matrimonium inter ſe contraherent, nec ab Eccleſia ſeparari poſſent, quia eorum impedimentum probari non poterat, & ita in perpetuo inceſtu cum maximo animarum periculo perſiſtebant, ut cognoſcunt ſupracitati: unde cùm reſpectu copulæ habitæ intuitu Matrimonii etiam invalidè contracti ceſſet prædictum periculum, eo quòd impedimentum ex ipſa permanens notorium eſt, ſicut quodcumque aliud ex maritali copula, fit conſequens dicendum tale impedimentum per Concil. minimè reſtrictum extitiſſe, juxta reg.text.*in l.pen. verſ.de uno dubitari, ff.de ritu nupt.* quam latè exornat Cald.Pereira *de poteſt. elig.cap.1.n.17.* Cui etiam ſententiæ illud maximè ſuffragatur,quod non debent eſſe melioris conditionis hi, qui invalidè contraxerunt lege repugnante, quàm illi, qui validè & ipſa lege approbante,juxta reg.text. *in cap.eum qui 18. de præbend. in 6. l.nam etſi ſervis, ff.quod vi aut clam:* ſed illi, qui licitè & validè Matrimonium inierunt, non poſſunt etiam hodie, obſtante ſibi affinitatis impedimento conjungi cum conſanguineis alterius conjugis in tertio, vel in quarto gradu, juxta text. *in præſenti:* ergo ſimiliter & hi, qui invalidè, & de facto matrimonialiter ſunt conjuncti, non poterunt intra eoſdem gradus nuptias inire, ne aliàs melioris conditionis exiſtant ſtulti, quàm prudentes,delinquentes quàm innocentes, contra prædicta jura, & ſimilia citata à gloſſ. *verbo exiſtat, in d.cap.eum qui*, ex quibus huic ſententiæ magis adhæreo, cujus tamen cenſuram judicio cujuslibet meliùs ſentientis remitto.

6 Utrùm autem prohibitio & irritatio Matrimonii inter aſcendentes, & deſcendentes jure naturæ inducta protrahatur ad quemcunque gradum in infinitum, an verò ad ſolum primum, & utrùm jure Eccleſiaſtico non excedat quartum, juxta text. *in præſenti?* diſſerunt Doctores in præſenti, ut per Covar. *de ſponſalib. p.2.cap.6. §.20.num.4.* Greg. *l.4.verbo unica, tit.6.p.4.* Humad. *l.2.gloſſ.2. num.24.tit.1.p.1.* Tolet. *lib.7. ſum. cap.5. in fine*, Petr. de Ledeſma *de Matrim. quæſt.54. art.3.diffic.2.concl.unic.* Gaët. *in repet.cap.ad limina 30. quæſt.1.§.4.& quæſt.132.n.358.*Brunel.*de ſponſ.concl.23. n.4.* Vaſq.1. 2. *quæſt.74. art.8. diſp.112.n.7.* Menoch. *caſu 502. num.4.& ſeqq.* Marienſ. *in rubr.tit.1. gloſſ.2. n.176.lib.5.novæ recop.* Henriq. *in ſum.d.cap.9.n.3.* Reginald. *in praxi, lib.31.n.119.* Rebell. *d.lib.3. quæſt.5. n.12.* Ægid. *de Sacram. tom.2.diſp.32. dub.1.n.16.* Bonacin. *d.quæſt.3. punct.5.§.1. num.8.*

7 In gloſſ. *De cætero.* Notatur ad hoc, quod ad ratificandum Matrimonium invalidum ob impedimentum dirimens, impetrata impedimenti diſpenſatione hoc Matrimonium non reconvaleſcit, niſi novus utriuſque conſenſus accedat, quia cùm prior conſenſus fuerat omninò ex parte utriuſque invalidus, eo quòd ſuper illegitimam, & inhabilem materiam cecidere, denuò uterque renovandus eſt, ut per Petr. de Ledeſma *de Matr.quæſt.45.art.3.dub.ult.* Aragon.2.2. *quæſt.3.art.6. concl.3.* Cov. *de ſponſ.p.2.cap.4.in initio, n.5.* Greg. *l.5. verbo le pluguieſe, in fin.tit.2. p.4.* Nav. *in man.cap.22. num.47. & 80. & in cap. ſi quis autem, de pœnit. diſt.7. num.70.& conſ.12.ſub tit.de ſponſ.* Fr. Emman. *in ſum. tom.1.c.220.n.2.* Perez *l.1.verſ.ex quibus reſpondendum, tit.1.lib.5.Ordin.pag.18.* Sarmient. *ſelect.lib.6.cap.17.in fin.* Henriq. *lib.12.c.1.n.7.* Marienſ. *in rubr.d.tit.1.gl.1. num.66.*Sanch. *de Matrim.lib.2.diſp.35.n.2.* Gutier.*cod. tract. c.47.n.3.* Legitimantur tamen filii, qui ſunt nati ex Matrimonio nulliter contracto inter conjunctos quarto gradu conſanguinitatis, vel affinitatis, & poſteà obtenta fuit diſpenſatio ad validandum hujuſmodi Matrimonium,& ad legitimandam prolem, quæ diſpenſatio licèt quoad Matrimonium non potuerit habere effectum propter ſupervenientiam mortis alicujus ex parentibus, valuit tamen, & potuit executioni mandari gratia quoad legitimationem prolis etiam in præjudicium venientium ab inteſtato: ita Anchar. *conſ.409.* Put. *deciſ.483. n.3.lib.2.* Rot. *deciſ.206.n.2. p.2.diverſ.* Gonzal. *ad reg.8.Cancel.gloſ.5.§.9.n.57.* refert, & ſequitur Bellet. *diſquiſit.cleric.p.1.tit.de diſciplina cleric.§.3.n.21.* Seraphin. *deciſ.1121.*

In gloſſ. *Nulla longinquitate*, ibi, *& ita nulla præ-* 8
ſcriptio currit contra Matrimonium. Vide Bald. *de præſcript.p.1.ſexta princ.n.3. verſ. quintus caſus,* Boër. *deciſ.262. num.17. col.1.*

SUMMARIUM.

1 *Matrimonium contrahere poteſt diſtans à ſtipite quarto gradu, vel citeriori, cum diſtante quinto, vel ulteriori.*

2 *Conſanguinei duo inæqualiter diſtantes à ſtipite, ſi alter diſtet ultra quartum gradum, poſſunt Matrimonio copulari.*

3 *Arborem conſanguinitatis, & affinitatis qui Doctores declarent, referuntur.*

4 *Computatio graduum in materia Matrimoniali,tam in foro Eccleſiaſtico, quàm ſæculari, ſecundùm jus Canonicum eſt facienda, quoad temporalia ſecundùm jus civile.*

CAP. Vir qui IX. & fin.

Gregor. IX.

Vir ſi diſtat à ſtipite in quarto gradu, & mulier 1
in quinto, poſſunt ſine diſpenſatione contrahere, quia quanto gradu remotior diſtat à ſtipite, in tanto diſtat à quolibet deſcendentium per aliam lineam ex eodem ſtipite. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq.Innoc.Collect.Zabar. Joan.Andr. Hoſt. Butr.Anchar. Panorm. Præpoſ. Alex. de Nevo, Caniſ. Cujac. Vivian. *in ration. lib.4. Iuris Pontif.pag.85.* Alagona *in compend. Iuris Canonici, pag. 589.* remiſſivè Ximen. *in concordant.part.2.*

Collige ex text. quod duo conſanguinei inæquali- 2
ter diſtantes à ſtipite, ſi alter diſtet ultra quartum gradum, alter verò intra illum, poſſunt Matrimonio copulari: ita Sanch. *de Matrim. lib.7.diſp.53.n.4.* ubi *n.5.* reprobat limitationem eorum, qui temperabant hanc principalem reſolutionem, niſi alter eorum diſtet à ſtipite in primo gradu, itaut minimè validum ſit

ſit Matrimonium inter ipſum, & alium diſtantem ab eodem ſtipite in quinto, vel alio ulteriori gradu, contra quam limitationem inſurgit idem Sanch. pluribus pro ſua parte citatis Doctoribus, ut apud eundem videri poteſt.

3 Hic erat locus arboris conſanguinitatis, & affinitatis, quia tamen de ejus declaratione DD. diffusè tractarunt, in computatione graduum regulas conſtituendo, qui eas videre cupit, conſulat Sylveſt. *verbo Matrimonium* 8. *quæſt*.7. Valer.Reginald. *in praxi fori pœnit. lib*.31. *num*. 141. Henriq. *lib*.12. *cap*.9. Sanch. *d.lib*.5.*diſp*.50. Ægid. *de Sacram. tom*.2. *diſp*.32. *dub*.1. Gutier. *de Matrim.cap*.98. Bonacin. *eod.tract. quæſt*.3. *punct*.5.*num*.6. Baſil.Pont. *de impedim.Matrim.cap*.37. §.1. & tetigi *de officio, & poteſtate Epiſcopi, part*.3. *alleg*.51. *num*.158. *cum ſeqq*.

4 Illud verò advertendum duxi, gradus computationem eſſe faciendam ſecundùm jus canonicum in materia Matrimoniali, tam in foro Eccleſiaſtico, quàm ſæculari, quia circa hanc jus civile diſponere nequit: at verò quoad alios contractus, & reliqua civilia juris Cæſarei computatio eſt retinenda, cùm illa nec de jure quoad temporalia, nec de facto reprobata ſit ab Alex.III. *in cap.ad ſedem* 35. *quæſt*.5. vide tamen Cov. *de ſponſal. p.2.cap*.6. §.6.*n*.8. Viv. *tom*.2. *commun. opin. lib.6.tit*.8. *num*.75. Cott. *in memorab. verbo Graduum*, Gregor. *l*.3.*verbo heredar, tit.6.p*.4. Surd. *conſ*.5.*n*.20. Rebuff. *in praxi, ſuper reg. Cancellariæ Innoc. VIII. circa diſpenſationes in gradibus prohibitis, gloſſ*.2. Eſcob. *de ratiocin.comput*.23. *num*.2.& 3. Valaſc. *conſult*.159. *num*.3. Sanch. *d.diſp*.50.*num*.8. Stephan. Gratian. *diſcept.forenſ. cap*.77.*num*.1.*cum ſeqq*.

De Frigidis, & Maleficiatis, & Impotentia coëundi.

Tit. XV.

SUMMARIUM.

1 *Doctores referuntur ſuper hanc rubr. ſcribentes.*
2 *Frigidorum materia ubi tractetur, oſtenditur.*
3 *Maleficiatorum materiam qui tractent, citantur.*
4 *Impotentia coëundi materiam qui tractent, referuntur.*
5 *Impotentia coëundi duas habet cauſas, ſeu partes, prior naturalis, poſterior accidentalis.*
6 *Impedimentum frigiditatis, vel coëundi, aut perpetuum, aut temporale eſſe poteſt, & declaratur utrumque membrum.*
7 *Impotentia perpetua ad copulam jure naturali impedit Matrimonium.*

1 SUPER hanc rubr. ſcripſerunt Zabarel. Joan.Andr.Anchar. Butr.Panorm.Præpoſ. Alex. de Nevo, Durand. *in breviario aureo Iuris Canon. & in ſpeculo juris, ſub hoc tit. lib*. 4. Stephan. Ranchin. *in continuat. tit. Decretal.* Joan. de Londris *in breviario ſanctorum Canon.* Petr. de Ravenna *in compend. Iuris Canon.* Mart. Meſnart. *in epitome Decret.* Dan. Venat. *in analyſi methodica Iuris Pontificii, à pag*. 551. Goffred. & Hoſt. *in ſum. hujus tit.* Alex. Caſan. & Anaſtaſ. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decret.* Barthol. Carthag. *in expoſit. tit. Iuris Canon.* Zypæ. *in analytica poſtremi Iuris Eccleſ. enarrat. pag*. 366. Caniſ. *in ſum. ejuſdem Iuris*, noviſſimè Joan. Honor. *lib*.4. *ſum. in Decret.* omnes *ſub hoc tit.*

De Frigidis vide Henriq. *in ſum.lib*.12.*cap*.7.*num*.5. & 6. Matienſ. *ad rubr.tit*.2.*gloſſ*.1.*n*.201. *lib*.5.*novæ recop.* Baſil.Pont. *de imped. Matrim. cap*.32. §.4. *verſ*.1. plures refert Sanch. *de Matrim.lib*.7.*diſp*.94.*n*.5. 2

De Maleficiatis vide Martin. Delrio *diſquiſitionum magicarum lib*. 3. *p*.1. *quæſt*.4. *ſect*.8. Henriq. *d. cap*.7. *num*.2. Baſil.Pont. *d.cap*.32.§.5. Sanch. *d.lib*.7.*diſp*.94. *cum ſeqq*. Gutier. *de Matrim.cap*.113. Bonac. *eod.tract. quæſt*.3. *punct*.13. *num*. 9. *cum ſeqq*. Inter frigidum & maleficiatum diſcrimen vide apud Joan. Bapt. Coſt. *de facti ſcient.& ignor. cent*.1. *diſt*.82. 3

De Impotentia coëundi vide Henriq. *d. cap*.7.*n*.1. Menoch.*de arbitr.caſu* 519. Maſcard. *de probat.concl*.2. 11.816. & 888. Sanch. *d.lib*.7. *diſp*.92. *cum ſeqq*. Gutier. *d.tract. cap*.112. Ægid. *de Sacram.& cenſur.tom*.2. *diſp*.31.*dub*.7. Baſil.Pont. *d.tract. cap*.31.& 32. Bonac. *d.punct*.13.*à princ.& de Matrim.lib*.6.*cap*.58. 4

Ad perfectam hujus rubr. & omnium jurium ſub ea contentorum intelligentiam ſcire oportet impotentiæ impedimentum duas habere cauſas, ſeu partes: prior naturalis, quæ provenit ex defectu ipſius naturæ, ſive ob nimiam frigiditatem, ſive caliditatem, & hæc naturalis impotentia ſignificatur per verbum *frigidis*, quoniam frequentiùs provenit ex frigiditate; ad illam tamen reducenda ſunt omnia impedimenta provenientia ex impotentia naturali, de quibus agit *cap*.1.2. & 3.33. *quæſt*.1.& *totus hic tit.de frigidis*. Poſterior verò pars hujus impedimenti accidentalis eſt, quæ provenit ex maleficio, *cap.ult*.33. *quæſt*.1. vel ex morbo, aut ex aliqua ſimiliter accidentali cauſa, & hoc impedimentum ſignificatur per verbum *maleficiatis*, quemadmodum enim ad inſtar frigiditatis omnis impotentia naturalis judicatur, quamvis ex caliditate proveniat, & ideo ſub illo nomine, frigidis, declaratur: ſic etiam adinſtar maleficii omnis impotentia accidentalis metienda eſt, & ad illam reducitur, undè totus tit. tantùm de frigidis, & maleficiatis inſcribitur. 5

Hoc autem impedimentum aut perpetuum, aut temporale eſſe poteſt. Perpetuum eſt quod provenit à natura ex complexione, vel ex aliquo accidenti, utputà morbo, aut maleficio, ita tamen ut abſque divino miraculo, aut evidentis vitæ periculo non poſſit remedio aliquo humano reparari. Temporale eſt quod arte humana ſine vitæ periculo poteſt removeri, & ſic impedimenta hæc diſtinguit Pontifex *in cap.fraternitatis, verſ.quamvis, infr.hoc tit.* quem ad id ſatis notandum eſſe dicunt Abb. & Præpoſ. *ibi,n*.7. Navar. *in man.cap*.22.*n*.59. Sot. *in* 4.*diſt*.34.*quæſt.unic.art*.2.*verſ. nihilominus*. Rurſus impedimentum perpetuum impotentiæ, aut eſſe poteſt reſpectu omnium, prout eſt frigiditas, ſimiliſve cauſa ad omnes æqualis, aut poteſt eſſe reſpectu unius tantùm, prout contingit plerumque in maleficiis, & aliis multis ſimilibus cauſis, quas Doctores prædictis locis afferunt, & idem per contrarium dicendum eſt de impotentia temporali. In hoc impedimento, aut poteſt conſiderari potentia ad copulam, aut ad actum, ſeu executionem ipſius potentiæ, quatenus impedit. Potentia pertinet ad eſſentiam Matrimonii, & per Pontifices, Jureconſultos, Doctores omnes inter impedimenta ex rei natura dirimentia refertur, quatenus verò impedit actum ad validitatem Matrimonii nihil facit, eo quòd actus copulæ non eſt de eſſentia Matrimonii. Ratio eſt, quia obligatio, & poteſtas ad copulã eſſentialiter pertinet ad Matrimonium, & conſenſus vel mutua illa obligatio, quæ efficitur ad individuam vitæ conſuetudinem, virtualiter, & implicitè continet obligationem, & poteſtatem 6

ad

ad copulam, S. Thom. 3. *p. quæſt.* 48. *art.* 1. actus verò copulæ ad primam & eſſentialem perfectionem Matrimonii, ſeu ad ſecundam accidentalem.

7 Ex quibus etiam colligitur, perpetuam impotentiam ad copulam, ſive ex natura, ſive ex accidenti proveniat, ſive ſit reſpectu omnium, ſive unius, tantùm jure naturali impedire Matrimonium, itaut contractum non valeat, de quo latè dixi *ad cap.* 1. 33. *quæſt.* 1.

SVMMARIVM.

1 *Compendium hujus text. refertur.*
2 *Conciliatio hujus text.* & c. laudabilem, infr. hoc tit. *ubi tractetur, oſtenditur.*
3 *Mulier, quæ tempore Matrimonii virgo erat, & ſtatim proclamat viri impotentiam, audienda eſt, quamvis ipſe vir impotentiam neget.*
4 *Matrimonium jam contractum diſſolvitur propter impotentiam coëundi.*
5 *Vxor viro parere debet.*
6 *Accuſatio illius redditur ſuſpecta, quando multùm ſtetit ad accuſandum.*
7 *Dolus præſumitur ex tarditate.*
8 *Mulier quando fatetur impedimentum, & vir negat, & Matrimonii initio nihil illa proclamavit, non eſt audienda adverſus Matrimonium.*
9 *Maleficii ratione ſeparato Matrimonio conceditur utrique conjugi licentia ad aliud tranſeundi, & eo inito non eſt prius reſtaurandum.*
10 *Vicarius Epiſcopi de cauſis Matrimonialibus cognoſcere poteſt.*

Cap. Accepiſti I.

1 Maritus ſi tranſacto aliquo tempore dicat ſe eſſe frigidum ad copulam, itaut non poſſit cum uxore, nec cum alia coire, & ſi uxor idem affirmat, & probari poteſt per verum judicium, ſeparari debent; ſed ſi deinde vir aliam ducit, eſt perjurus, & cogendus redire ad primam, facta pœnitentia. Item ſi uxor poſt annum, aut ad ſex menſes dicat, maritum non poſſe coire, & maritus negat, creditur marito, quia uxor ſerò reclamavit; ſi verò poſt menſem, vel duos reclamavit, ſi hoc poteſt probari per verum judicium, ſeparabitur, & mulier nubat cui vult. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Hoſt. Butr. Anchar. Panorm. Præpoſ. Alex. de Nevo, Caniſ. Cujac. Viv. *in ration. lib.* 4. *Iuris Pontif. pag.* 88. Alagona *in compend. Iuris Canon. pag.* 590. remiſſivè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. deſumitur ex Burchard. *lib.* 19. *Decret. cap.* 5. *tit. de diſſidio conjugii, verſ. accepiſti*, & refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 2. *Decret. lib.* 4. *tit.* 16. *cap.* 1.

2 Circa intellectum hujus text. quatenus probat viro poſt menſem, aut trimeſtre, aut annum ab inito Matrimonio fatenti propriam frigiditatem, uxoreque eandem affirmante, ſi ea per verum judicium probari valeat, ſtatim diſſolvi poſſe Matrimonium, & conciliationem alterius *in cap. laudabilem, infrà hoc tit.* requirentis eſſe expectandum triennium, ubi clarè non conſtat de frigiditate, agam commodiùs ad *dictum cap. laudabilem.*

3 *Si autem ſtatim in ipſa novitate*, &c.] Notatur ad hoc, quod mulier, quæ tempore Matrimonii virgo erat, & ſtatim proclamat viri impotentiam, nempe poſt menſem, aut bimeſtre, audienda eſt, quamvis vir impotentiam neget, & ſi ea probatur per rectum judicium, diſſolvetur Matrimonium. Ita Sanchez *de Matrimonio, lib.* 7. *diſp.* 109. *num.* 16. *cum ſeqq.* ubi *num.* 18. refert hoc non procedere quando mulier initio Matrimonii proclamans erat tempore contractus corrupta, quia tunc audienda non eſt, licèt intra octo dies proclamet, niſi vir convincatur impotens per aſpectum.

Separari poteſtis.] Notatur ad hoc, quod propter impotentiam coëundi Matrimonium jam contractum diſſolvitur, ut per Farinac. *in praxi criminali, part.* 5. *quæſt.* 143. *num.* 6. Bonac. *de Matrim. quæſt.* 3. *punct.* 13. *num.* 12. 4

Eo quòd caput es mulieris.] Notatur ad hoc, quod uxor viro parere debet, ut per Tiraquel. *l.* 1. *connubiali, gloſſ.* 1. *part.* 1. *num.* 21. ubi etiam refert ideo prohibitum eſſe ne mulieres comam amputarent, ut Mariti quicquam in eis invenirent unde poſſent uxores trahere, & ligare, Covarr. *de ſponſalibus, part.* 2. *cap.* 7. *num.* 4. D. Barboſa *in l. maritum, num.* 53. *ff. ſolut. Matrim.* 5

Quia ſi proclamare valuit, cur tandiu tacuit?] Hinc nota quod ſi accuſator multùm ſtetit ad accuſandum, tunc ejus accuſatio redditur ſuſpecta, ut per Hippol. *conſ.* 82. *n.* 47. *& conſ.* 111. *n.* 8. *&* 9. *& conſ.* 117. *n.* 45. Flores *ad Gammam deciſ.* 143. Nam ex tarditate dolus præſumitur, ut per hunc text. dicit Farin. *in praxi crimin. p.* 1. *quæſt.* 46. *num.* 103. 6 7

Illa autem ſi prior, &c.] Notatur ad hoc, quod quando mulier fatetur impedimentum, & vir negat, nec illa Matrimonii initio proclamavit, minimè audienda eſt proclamans adverſus Matrimonium, ſed ejus petitio rejicienda eſt, ac fides habenda viro fatenti ſe conſummaſſe Matrimonium, ut per Sanch. *d. diſp.* 109. *n.* 2. *cum ſeqq.* Baſil. Pont. *de impedimentis Matrimonii, cap.* 22. §. 6. *verſ. verùm.* Sed hæc reſolutio difficultatem patitur, in eoque verſatur quod in hoc impedimento ſæpè conſtitutum eſt, poſt annum, & poſt tres, aut octo Matrimonium dirimi poſſe, juxta *cap. ult. hoc tit.* quinimò coguntur conjuges per triennium cohabitare, & facultatem reclamandi uſque ad triennium concedit Imp. *in Auth. ſed hodie, C. de repud.* Quare gloſſ. *in præſenti, verbo tacuit*, inquit hunc text. non habere juris auctoritatem, quia non eſt alicujus Pontificis, aut approbati Auctoris, ut conſtat ex ſuperſcriptione: ſed communiter reprobatur gloſ. quia cùm jam redactum ſit in volumine Decretal. ex approbatione Gregor. IX. auctoritatem legis accepit, *l.* 1. §. *cumque, C. de veteri jure enucl.* Unde aliter difficultatem ſolvit Innoc. aliter Hoſt. & DD. antiqui, Butr. verò, Card. & Anchar. vix aperiunt quid ſentiant, octo interpretationes refert Præpoſ. *in præſenti.* Sed videntur mihi DD. in eo frequentiùs convenire, ut mulier etiam poſt duos menſes quocumque tempore, textus verò *in præſenti*, procedat quando mulier poterat ſtatim impedimentum probare, quia tunc reclamare debet intra duos menſes. Verùm interpretatio hæc, & omnes aliæ, quæ à Doctoribus afferuntur, & recenſentur noviſſimè à Baſilio Pontio *in tractat. de Sacramento Matrimonii, lib.* 7. *cap.* 66. *num.* 10. verbis text. parum conveniunt, & ratione minimè nituntur. 8

Quare dicendum eſt, difficultatem hujuſmodi ex forma text. eſſe apertiſſimam; colligitur enim ex toto hoc titulo, quale debeat eſſe hujus impedimenti judicium, & ait hic text. quod ſi uterque impotentiam jurejurando affirmant, etiamſi antea nullus reclamaverit, ſemper audientur, ut colligitur ex *hoc text. in princ.* ibi, *per annum*, junctis illis verbis, ibi, *ſi illa, quæ uxor tua eſſe dicitur, eadem affirmet*, quaſi velit utriuſque conjugis affirmationem eſſe neceſſariam, ut poſt annum audiantur. Sin autem alter accuſet impedimentum, alter verò neget, ſi is, qui divortium petit propter impotentiam alterius,

alterius, non reclamaverit intra duos menſes, non erit poſtea audiendus altero negante, quoniam lex vehementer præſumit contra eum, qui tacuit, aut noluit amplius audiri, eſtque hæc præſumptio juris & de jure, ut DD. appellant. Sapienter enim lex conſtituit, ut potiùs in hoc conſortio impediti maneant, quàm contra vehementem præſumptionem incertas probationes admittere, quales in hac materia eſſe ſolent cum graviſſimo periculo, & hoc eſt, quod probat hic text. & confirmatur ex eodem text. *in princip.* ibi, *& nunc primùm dixiſti*, &c. ubi innuit, quod ſi mulier eo caſu negaret mariti impotentiam, non eſſet ille audiendus, qui tanto tempore tacuit. Facta autem proteſtatione ab eo, qui petit divortium intra breve tempus, tunc ſi ſtatim poteſt legitimè impedimentum probari, expectabitur triennium, de quo *in cap. laudabilem, cum ſeqq. infrà hoc tit.* itaque cùm uterque impedimentum affirmant, etſi non reclament, quocunque tempore audiuntur, ſi verò alter negat, niſi is, qui affirmat intra duos menſes reclamet, non auditur propter præſumptionem juris, quæ ex illis duobus colligitur, ſcilicet ex taciturnitate affirmantis, & negatione alterius. Confirmatur hic intellectus ex *d. cap. laudabilem*, ibi, *ambo fatentur*, & ex *d. cap. ult. in fin.* ibi, *ipſis cum ſeptima manu*, &c. quibus probatur eſſe neceſſarium, ut uterque impedimentum juret, ut poſt triennium audiantur. Nec ad hæc jura diſplicet concordia, quam nunc tradit Baſil. Pont. *d. tract. de Sacram. Matrim. lib. 7. cap. 66. n. 11.* ubi in hæc verba. Verùm ego exiſtimo in primis text. iſtum non loqui de cauſis evidenter probantibus impotentiam. Idque manifeſtè deducitur. Nam cùm adſunt ea ſigna, ſive ab initio proclamet, ſive non, auditur, neque enim tunc licet ullo pacto cohabitatio, ut diximus. Loquitur ergo text. in eo caſu quando ſigna ſunt veriſimilia tantùm, vultque ut ſi reclamaverit mulier, ſive virgo, ſive corrupta, intra duos menſes à die intentatæ copulæ computandos, etiamſi vir renuat, & aliàs ſint ſufficientes probationes ad rectum judicium, ſeparentur, non expectato triennio. Nam etiam *in dicto cap. laudabilem, hoc tit.* decernitur, ut ſi aut ea probari, aut deprehendi impotentia poſſit, non expectetur triennium, quod in defectum aliarum probationum decernitur à jure. Quare ex hac parte non pugnant hi textus. At ſi fœmina non proclamat, niſi poſt annum, aut dimidium, & vir affirmet ſe eſſe potentem, & illam cognoviſſe, ſive ea corrupta, ſive virgo ad ejus poteſtatem devenerit, ſive etiam ſe virginem oſtentare velit, non eſt audienda. Quid ergo tunc fieri debet? id ſanè non explicatur *in hoc text.* At explicatum eſt *in d. cap. laudabilem*, ut decernatur ſcilicet experientiæ triennium, muliere negante, & viro aſſerente, ut inde ſufficiens deſumatur probatio. Præſumit enim jus in hoc text. malitiam uxoris, quæ eo tempore tacuit, atque ideo meritò ab eo tempore decernendum à judice experimentato triennii tempus. Niſi fortè poſtea utrobique conſentientes, & ſufficientibus aliis adhibitis probationibus, juxta dicta, ſeparationem poſtulent, tunc enim non erit neceſſarium triennium expectare, ſed ſtandum deciſioni *d. cap. laudabilem*, quæ de eo caſu agit. In pœnam itaque taciturnitatis potior habetur ratio juramenti viri, & ab eo tempore decernitur triennium, ſicut conſtitutum poſteà per *d. cap. laudabilem.* Hæc Baſil. Pont.

9 In gloſſ. *Separare.* Notatur ad hoc, quod ſeparato Matrimonio ratione maleficii, conceditur utrique conjugi licentia ad aliud tranſeundi, *l. 5. & ult. in fin. tit. 8. p. 4.* Petr. de Ledeſma *de Matrim. quæſt. 58. art. 2. paulò ante primum dubium.* Vega *tom. 2. ſum. cap. 34. caſu 109.* Henriq. *in ſum. lib. 12. cap. 9. n. 2.* Sanch. *d. lib. 7. diſp. 99. num. 23.*

In gloſſ. *Miſſum.* Notatur ad hoc, quod Vicarius Epiſcopi de cauſis Matrimonialibus cognoſcere poteſt: ita Sbroz. *de officio Vicarii, lib. 2. quæſt. 44. in fin.* Sanchez *de Matrim. lib. 3. diſp. 29. num. 17.* & alii citati per me *de offic. & poteſt. Epiſcop. p. 3. alleg.* 10

SUMMARIUM.

1 *Impotens ad copulam eſt impotens ad contrahendum Matrimonium, ſive ſit impedimentum ætatis, ſive naturæ.*
2 *Impotentia coëundi dirimit Matrimonium.*
3 *Potentia generandi in dubio præſumitur, & qui allegat contrarium debet probare.*
4 *Eunuchi, qui ſana & integra habent virilia, ſi altero carent teſticulo, apti ſunt ad Matrimonium.*
5 *Hermaphroditus quando & quo ſexu Matrimonium contrahere poſſit, oſtenditur.*
6 *Senes decrepiti an ſint apti ad contrahendum Matrimonium, oſtenditur.*
7 *Generandi potentia ſecundùm juris præſumptionem terminatur in homine in anno 60.*
8 *Generandi terminus ultimus in fœminis eſt annus 50.*

CAP. Quod ſedem II.

Alex. III.

SIcut puer, qui non poteſt reddere debitum, non eſt aptus conjugio, ſic qui ſunt impotentes non ſunt reputandi apti ad Matrimonium. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Hoſt. Butr. Anch. Panorm. Præpoſ. Cened. *collect. 83.* Alex. de Nevo, Caniſ. Cujac. Viv. *in ration. lib. 4. Iuris Pontif. pag. 91.* Alagona *in compend. Iuris Canon. pag. 590.* remiſſivè Ximen. *in concord. p. 1.* refertur ab Anton. Auguſt. *collect. 1. Decret. lib. 4. tit. 16. cap. 3.* & eſt poſt Concil. Lateran. ſub Alex. III. *p. 50. cap. 28.* 1

Probat hic text. impotentiam coëundi dirimere Matrimonium, quod DD. *infrà* citandi extendunt, ut etiam jure naturæ impotentia dirimat Matrimonium, ex ea ſcilicet ratione, quia ad valorem matrimonii requiritur ut conjuges una caro fieri poſſint (duo enim dicuntur in carne una) ſed cum impotentia perpetua non poſſunt fieri una caro: ergo non eſt validum Matrimonium cum impotentia perpetua, ita Petr. de Ledeſma *de Matr. quæſt. 58. art. 1. dub. 7. circa ſolutionem ad ſeptimum principale, concl. 1.* Valent. *p. 4. diſp. 10. q. 5. punct. 3.* Spin. *in ſpeculo teſtam. tit. de impot. verſ. conſtat autem*, Spin. *in ſpeculo teſtam. gloſ. 15. princ. n. 96.* Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. p. 2. collect. 284.* Viv. *Neapol. deciſ. 272.* Gutier. *can. lib. 1. c. 16. n. 12.* Navar. *conſ. 59. n. 1. ſub tit. de ſponſ. & conſ. 3. n. 5. & 10. ſub hoc tit. in antiq.* D. Barboſ. *in l. 1. ff. ſolut. Matrim. p. 1. n. 90. & ſeqq.* Henriq. *in ſum. lib. 12. cap. 7. n. 5.* Baſil. Pont. *de impedim. Matrim. cap. 32. §. 2.* Sanch. *de Matrim. lib. 3. diſp. 98.* Gutier. *eod. tract. cap. 112. à princ.* Bonac. *eod. tract. q. 3. punct. 13. n. 12.* Ægid. *de Sacram. & cenſ. tom. 2. diſp. 31. dub. 7. n. 77.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 31. n. 99.* Et in dubio potentia generandi præſumitur, & qui allegat contrarium, debet probare, ex Surd. *deciſ. 83. num. 5.* Triviſ. *Venetiæ deciſ. 29.* quem refert Aloyſ. Ricc. *d. collect. 284. in fine.* 2 3

Sic qui impotentes ſunt.] Eunuchi qui ſana & integra habent virilia, ſi altero carent teſticulo, apti ſunt ad Matrimonium, quia verum ſemen, idoneumque generationi emittunt; teſticulus enim ille poteſt miniſterium generationi neceſſarium exercere: ita Petr. Greg. *Syntagm. juris lib. 7. c. 2. n. 18.* Sanch. *d. lib. 7. diſp. 92. n. 14.* 4

Si

Si tamen vtroque teſticulo orbati ſunt, Matrimonii ſunt incapaces, quia verum ſemen emittere non poſſunt, vt declarauit Sixtus V. in quodam Motu proprio incip. *Venerabilis frater*, de anno 1587. quem referunt Petr. de Ledeſma *d.quæſt.58 art.1. dub.3. circa ſolutionem ad 3. principale*, Gregor. *l.6. verbo caſtrado, tit.2. part.4.* Gutier. *d.cap.16.ſub num.17.* Stephan. Quarant. *in ſum. Bullarij, verbo Matrimonij impedimenta, in fin.* &[reſoluunt Franc. Marc. *Delphin. deciſ.677. num.6.* Fr. Emman. *in ſum. tom.1. cap.235. concl.2.num.2.* Viuald. *in candel.aur.p.1. tit.de Matrim. num.237.* Henriq. *d.lib.11.c.10.num.vlt. & lib.12.c.8. num.1.* Zerol. *in praxi Epiſcop. part.2. verbo Matrimonium,* Azor. *inſtit.moral.part.1.lib.2.c.9.in fine,* Sanch. *d. diſput.92. num.17. cum ſeqq.* Gutier. *d. cap. 112. num.11.*

5 Hermaphroditus, in quo præualet vnus ſexus, inualidè contrahit Matrimonium juxta ſexum inferiorem, in illo verò caſu, in quo ſexus eſt æqualis, & neuter præualet, poteſt hermaphroditus eligere quem ſexum ipſe voluerit, & ſecundùm illum contrahere Matrimonium: vide Henriq. *in ſum. lib.14. cap.8. num.6.* Vgolin. *de irregular.cap.48.§.1.num.3.* Sanch. *d. lib.7. diſput.106* Ægid. *d.diſput.31.dub.7.num.89.* Gutier. *de Matrim.c.119.* Bonac. *d.punct.13. num.16. & 27.* quo poſtea non poteſt abuti, & vtroque incumbi, & proſterni, ſed vno electo, in eo permanere debet, vt monet Torreblanc. *lib.2.de Magia, c.17.n.8.* ſexus enim mutari, ita vt ex fœminis mares fiant, adeò literarum monumentis eſt proditum, vt illud negare prorſus ſit inſanire, vide Plin. *lib.7. cap.4.* Pontan. *lib.10. de rebus Cœleſt.* vide de vxore piſcatoris poſt quartum decimum annum de muliere in virum transfacta, Marcel. Donat. *lib.6.hiſtor.mirab. cap.2.* Alan. Cop. *dial.1. c.3.* Marul. *lib.1. num.... c.5.* qui atteſtatur mulierem, quæ priùs filium peperit, poſteà virilem ſexum adeptam fuiſſe. Amat.Luſit. *cent.7.curſ.19.* vbi de Maria Pacheca apud Luſitanos verſa in marem, Petr. Peramato *tract.2.de regin.pragn.c.8.fol.117.* vbi de alia Cordubæ, & alia Matriti Monacha S.Dominici, Mich. Moman. *lib.1. experim. c.21.* vbi de alia, quæ dum violentiùs ſaltaſſet, virilia eruperunt: & quamvis aliquando ex maribus fœminas conuerti nonnulli affirment, frequentiùs tamen eſt ex fœminis fieri mares, tum quia natura ad perfectiora ſemper aſpirat, tum quia facilius eſt virilia erumpi, quàm retrocedi, & abſcondi. Gell. *lib.6. noct. Attic.c.4.* Hippocr. *lib.6. epidemiar. c.8.* Neuizan. *in ſylua nupt. verbo eſt nubendum, num.34.* Ioan. Schenck. *in obſeru. medic.tom.2. lib.4.tit. de genital.obſeru.5.*

6 Senes adeò decrepiti, & exhauſti, vt omninò impotentes ſint ad copulam habendam, nec judicio medicorum juuari arte poſſunt, incapaces ſunt Matrimonii, vide tamen Gaët. *in repet.cap ad limina 30. quæſt.1.§.4. q.220.n.521.* Couar. *de ſponſ.p.2. c.8.§.2. n.10. verſ.9.* Gregor. *l.1.in fine, tit.8.p.4.* Vinald. *d.tit. de Matrim. n.238.* Petr. de Ledeſma *d.q.58.art.1. dub.4. circa ſolutionem ad quartum, in fin.* Matienz. *in rub.tit.1. gloſſ.1. n.193.lib.5.nouæ recop.* Pined. *in vita D.Ioan. Baptiſtæ, lib.1.art.1.c.6.pag.85.* D. Barboſ. *in l.1.ff.ſolut. matrim. p.1.n.94.* Nauar. *conſ.39.num.15.& 18.ſub tit.de ſponſ. in antiq. & conſ.4. num.15. & 18. ſub tit. de deſponſat. impub. in nouis,* Henriq. *lib.12. c.7. num.3. in commento lit.X.* Sanch. *d.diſp.92.n.20.cum ſeqq.* Gutier. *d.c.112. n.12. cum ſeqq.* Bonacin. *d.punct.13. num.18.* plures ex antiquioribus refert Cened. *ad Decretal. collect.38. num.1.*

7 Curioſè Surd. *deciſ.83.num.9.* dicit quod generandi potentia ſecundùm juris præſumptionem terminatur in homine in anno ſexageſimo, & *num.19.* quod filius præſumitur adulteri, quando maritus eſt adeò ſenex vel infirmus: attento enim naturali generandi ſtatu ſexageſimus annus eſt jam communiter viris terminus generandi, & ſi contrarium contingat, accidenti potiùs, quàm naturæ tribuendum eſt, gloſſ. *verbo ſexagenaria, in l.ſi paterfamilias, §.vlt. ff.de adopt.* Menoch. *de arbitr. caſu 89.n.58. & de præſumpt. lib.6. præſumpt. 49.n.29.* Maſcard. *de probat. concl.1152. n.6.* Sanch. *d. lib.7. diſp.32.n.16. propè finem.* Senes tamen octogenarios & nonagenarios, eo quòd luxuriæ minùs dediti eſſent, genuiſſe tradit Matth.de Gradi *in comment. Rhaſis ad Almanſ.lib.9.c.29.* & in centeſimo anno Savanarol. *tract.6.c.21.rubr.25.* Ioan. Schenchius *tom.2. obſeru. Medic. lib.4. obſeru.124.* quia ex anticipato & aſſiduo coïtu homines citiùs ſeneſcunt ac moriuntur, coïtus enim eſt morbus comitialis, quo breui totius corporis compago diſſoluitur ac extinguitur, vt docet Hippocrat. ex quo etiám Phœnicem quingentorum annorum vita perduraſſe, quia nunquam coïuit, ſcribunt Herodot. *lib.2.c.5.* Mela *lib.3.c.9.*

In fœminis vltimus gignendi terminus eſt annus quinquageſimus, ita vt mirabile, & rarum in hac ætate gignere appellarit text. *in l. ſi major 12. de legitimis hæred.* vide Tiraq. *l.8. connubiali, gloſſ.1.p.6. n.22.* Vezin. *tom.2.commun.opin.lib.8. tit.30. de adopt. num.6.* Menoch. *de præſumpt.lib 5 præſ.24.num.4. cum ſeqq & lib.6. præſ.42. n.29. & præſ.53. n.17.* Cald. Pereira *de poteſtate eligendi,c.4.n.6.* Sanch. *d.diſp.32. n.16. in fin.* Pineda *d.c.6.* 8

An ſeparato Matrimonio ob impotentiam copulæ ſint reſtituenda iocalia? affirmat Caualcan. *deciſ.18,* quem refert Aloyſ.Ricc. *d.collect.284.*

SUMMARIUM.

1 *Matrimonium impedit naturale impedimentum ad coitum irreparabile arte medicorum.*

2 *Impotentia perpetua ſuperueniens Matrimonio non conſummato illud non dirimit.*

3 *Fœmina maleficio ita poteſt arctari, vt à viro cognoſci nequeat.*

Cap. Literis III.

SI vir contrahit cum muliere, & mulier eſt impedita, v. g. arctata, & omninò inhabilis ex infirmitate, itavt arte medicorum adiuvari non poſſit, viro datur licentia ducendi aliam. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Hoſt. Butr. Anchar. Panorm. Præpoſ. Alex. de Neuo, Caniſ. Cujac. Viu. *in ration. lib. 4. iuris Pontif. pag.92.* Alagona *in compend. juris Canon. pag.591.* remiſſiuè Ximen. *in concord.p.1.* refertur ab Ant. Auguſt. *collect.2. Decret. lib.4.tit.9.c.1.* 1

Tam grauem infirmitatem contraxit, &c.] Ergo impotentia perpetua ſuperueniens Matrimonio nondum conſummato, illud dirimit, vt per Gratian. *in ſum. ad fin.33. quæſt.1.* Alberic. *in ſuo dictionar. lit. I, verbo impedimentum 15.* Iacob. Sprenger. *in malleo maleſic. p.1.q.8.ad fin.* Alex. Carrer. *de ſponſal.lib.5.c.18.* Cæterùm veriſſima ſententia eſt, Matrimonium ratum non dirimi per quamcunque impotentiam ſeperuenientem, vt docent Gregor. *l.4. verbo non ſe desfaze, tit.8.p.4.* Vinald. *in candel.p.1.de Sacram tit.de Matrim. num.206.* Gaëta *in repet. cap.ad limina 30. quæſt.1.§.4. quæſt.18. num.329. & quæſt.234. num.517.* Petr.de Ledeſma *de Matrim. quæſt.58. art.1. in dubio circa ſolutionem ad ſextum,* Tolet. *in inſtruct. Sacerd. lib.7. c.12. n.4.* 2

AA 2 4

n.4. Matienſ. *in rubr. tit.1. gloſ.1. n.192. lib.5. noua recop.* Henriq. *in ſum. lib.11.c.16.n.7.& lib.12.c.8. num.3.* Sanch. *de matrim. lib.7.diſp.102.num.3.* vbi *n.4. in fin.* reſpondet cum gloſſ. *hic, verbo contraxit,* text. *in præſenti* loqui quando impotentia præceſſit Matrimonium, vt conſtat ex illis verbis, *ſi vitium illud mulier à natura contraxit.*

3 *Nec ope medicorum poterit adiuuari.*] Notatur ad hoc, quod fœmina maleficio ita poteſt arctari, vt à viro cognoſci nequeat, poteſt enim à dæmone ex multis cauſis tam in oſſibus, quàm in carnoſitate comprimi, vt per Torreblanc. *lib.2. de Magia, c.42. n.20. cum ſeqq.* & tunc maleficium hujuſmodi ope medicorum adiuuari nequit, Griland. *de ſortileg. q.2.n.2. & 3.* Codronch. *lib.3. de morbis venef. c.11.12.& 13.* Cæſalp. in. *de inueſtig. dæmon. c.22. cum ſeqq.* vnde altero maleficio eſſe tollendum, quaſi licitum ſit maleficium ad bonum finem, exiſtimauerunt Codronc. *lib.4. de morbis venef. c.9.* Griland. *q.2.n.3.& 4.* Petr. Herod. *lib 8 rerum iudic. tit.7.c.6.* Binsfeld. *in confeſſ. malefic. p.1. dub.3.* & id licere tantùm vi, & verberibus extorquere à maleficis, non autem precariò, putauit Remig. *lib.2. dæmonolat. c.3.* & demùm Petr. Aureol. *in 2. ſentent. diſt.34.q.2.*& Nider. *in fornicar. c.5. ad fin.* voluerunt licere à maleficio parato petere vt maleficium maleficio tollat. Verùm omnes prædicti Doctores à veritate aberrant, quia maleficia nec ad bonum finem poſſunt eſſe licita, cùm in eis omnibus pactum interueniat. Maiol. *tom.1. canicul. colloq.3.* Codronch. *d. lib.4 c.2.* Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.1. lib.2. c.42.* maleficus enim nullo modo poteſt induci, vt per aliquem modum licitum tollat maleficium, Caſtr. *de hæret. lib.1. cap.1.* Spreng. *in mall. p.3. q.16.* Sanch. *de Matrim. lib.7. diſp.96.n.7.& 19.*& manifeſtum eſt non minùs peccare qui orat, quàm qui cogit inuitum. Caſtro *d. lib.1. c.15.* Abulenſ. *ad c.19. Matth. q.90.*

q.1.§.4.& q.228.n.531. Valent. *4.p. diſp.10.q.5. vbi de impotentia, verſ. ex quo fundamento.* Nauar. *in man. c.22. n.60. & conſ.3.n.3. ſub hoc tit. in nouis,* Tolet. *lib.7. ſum. c.12.n. vlt.* Fr. Emman. *in ſum. tom.1.c.235. n.1.* Henriq. *in ſum. lib.11.c.10. in commento, prope fin. & lib.12.c.8. n.1.* Marienſ. *in rubr. tit.1.gl.1. n.196. lib.5. noua recop.* D. Barboſ. *in l.1. ff. ſolut. Matrim p.1. num.92.* Sanch. *de Matrim. lib.7. diſp.97.n.2.* Baſil. Pont. *de imped. Matrim. c.32.§.5. in princ.* plures ex antiquioribus refert Cened. *ad Decret. collect.38.n.2.*

Vt quas tanquam vxores habere non poſſunt, habeant 3
vt ſorores.] Phraſis hæc Pontificum multos fefellit, cùm exiſtimauerint ſignificare Matrimonia reſcindi, tantumque relinqui conjunctionem aliquam, & cohabitationem ciuilem. Cæterùm ignorantiâ antiquitatis lapſi ſunt; hac enim formula tantùm ſignificatur conjuges illos non daturos operam iis actibus, quos licitos efficit maritale conſortium inter eos, qui obeundo muneri potentes ſunt, ſed caſtè victuros, ac ſi cum ſorore verſarentur, manente tamen vinculo conjugii. Id in primis ſatis liquidò conſtat ex text. *in c. requiſiſti 33. q.1.* quod ex epiſtola Gregorii ad Epiſcop. Rauennat. ſcripta deſumptum eſt, cùm dicat: ſi nolit eam habere quaſi ſororem, retinaculum conjugii reſcindendum eſſe. Ergo vt ſororem habere, non eſt ſublato Matrimonii vinculo in eadem domo ſimul habitare, & caſtè viuere, aliàs non eſſet reſcindendum vllum retinaculum conjugii. Sed & hujus phraſis ſenſum eſſe quem diximus, confirmatur amplius ex Hieronymi *epiſtola ad Ruſticum,* qua dicit, narrauit mihi vxor quondam tua, tunc ſoror atque conſerua, quod juxta præceptum Apoſtoli abſtinueritis vos ex conſenſu ab opere nuptiarum, vt vacaretis orationi, &c. pluteſque alias auctoritates ad hoc comprobandum adducit Baſil. Pont. *d.§.5. verſ. ſed fefellit.* Vide quæ latè dixi ad c.33.*q.1.*

SUMMARIUM.

1 *Contrahens ſcienter cum impotenti ad copulam, ab ea non ſeparatur.*
2 *Impotentia perpetua vtrique conjugi nota dirimit Matrimonium.*
3 *Declarantur verba text. ibi,* vt quas tanquam, *&c.*

Cap. Conſultationi IV.

Luc. III.

1 CVm ſcienter contrahente cum arctata, Eccleſia ita ſolet judicare, vt ſi non poſſit eam habere vt vxorem, habeat vt ſororem. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Joan. Andr. Hoſt. Butr. Anchar. Panorm. Præpoſ. Alex. de Neuo, Caniſ. Cujac. Viu. *in ration. lib.4. juris Pontif. pag.92.* Alagona *in compend. juris Canon. pag.591.* remiſſiuè Ximen. *in concord. p.2.* refertur ab Ant. Auguſt. *collect.2. Decret. lib.4. tit.9.c.2.*

2 *Quod licèt incredibile videatur,* &c.] Notatur ad hoc, quod impotentia perpetua vtrique conjugi nota dirimit Matrimonium: nam text. *in præſenti,* loquitur manifeſtè de contrahente ſcienter cum arctata, vt ait *hîc* Innocent. *num. vnic.* & conſtat ex contextu, quare per hunc text. ita tenent *hîc* Butr. *n.2.* Panorm. *num.2.* Alexand. de Neuo *num.2. & 3.* Præpoſit. *n.1. oppoſit.2.* Gregor. *l.1. verbo marido, tit.9. part.4.* Petrus de Ledeſma *de Matrim. queſt.59. art.1. in diffic. princ.* Vega *tom.1. ſum. c.34. caſu 113.* Gaëta *in repet. c. ad limina 30.*

SUMMARIUM.

1 *Impotentia coëundi vbi ſtatim probari non poteſt, datur triennium ad experiendum, & ſi conjuges cum ſeptima manu propinquorum jurant, quod dederunt operam carnali copulæ, & non potuerunt conjungi, ſtatim ſeparari debent.*
2 *Conciliantur text. in præſenti,* & c.1. ſup. hoc tit.
3 *Impotentia illa cenſetur perpetua, quæ nulla arte humana abſque corporali periculo remoueri poteſt.*
4 *Matrimonium initum cum ita impotenti aut arcta, vt tali defectui abſque miraculo ſubueniri non poſſit, eſt tanquam irritum diſſoluendum.*
5 *Miraculosè fieri dicitur id quod fit modo extraordinario, & conſueto.*
6 *Matrimonium ratione frigiditatis viri diſſolutum inſtaurandum eſt, ſi poſtea contingat frigidum illum aliud Matrimonium contraxiſſe, & conſummaſſe.*
7 *Impotentes ſi inueniantur ad copulam qui pueri Matrimonium contraxerunt, expectandum eſt vſque ad plenam pubertatem.*
8 *Triennium, de quo in hoc text. quando incipiat, & an debeat eſſe continuum, oſtenditur.*
10 *Quare deſideretur in præſenti vt iuret ſeptima manus propinquorum, &c. oſtenditur.*
11 *Copula coniugalis, cuius impotentia impedit Matrimonij validitatem, debet eſſe cum emiſſione ſeminis intra vas.*
12 *Iuramenti ad eſſentiam non requiritur contactus alicuius rei ſacræ.*

Cap.

Cap. Laudabilem V.

Cæleſt. III.

1 FRigiditas naturalis, ſi ſtatim probari non poteſt, datur triennium ad experiendum, & poſteà ſi nolint ſimul cohabitare, & mulier per iſtud judicium probat virum non poſſe coïre cum ea, alium accipere poterit: ſi autem vir aliam acceperit, ſeparentur. Si verò ambo fatentur quod ſe nunquam inuicem cognouerunt, & cum legitima manu propinquorum, vel ſi deeſſent, vicinorum bonæ famæ, tactis Euangeliis id jurent, tunc mulier poterit ſecundum maritum accipere, vir autem ſi aliam duxerit, facta pœnitentia reuertatur ad primam, & ſunt perjuri. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. And. Hoſt. Butr. Anchar. Panorm. Præpoſ. Alex. de Neuo, Caniſ. Cujac. Viu. *in ration. lib. 4. iuris Pontif. pag. 93.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 591.* remiſſiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Ant. Auguſt. *collect. 1. Decret. lib. 4. tit. 9. c. 3.*

2 Probat hic text. vbi clarè non conſtat de frigiditate, expectandum eſſe triennium experientiæ, in quo contradicere videtur deciſioni text. *in cap. 1. ſub hoc tit. ſtatim in princ.* decidenti viro poſt menſem, aut trimeſtre, aut annum ab inito Matrimonio fatenti propriam frigiditatem, vxoreque eandem affirmante, ſi ea per verum judicium probari valeat, diſſolui poſſe Matrimonium, illa eſt communis ad hos text. conciliatio, & in hac materia vera reſolutio, quod ſcilicet text. in præſenti cohabitationem triennalem requirens, ſit intelligendus vbi frigiditas, & impotentia per alia ſigna vrgentia videri, aut probari non poteſt. At verò *d. c. 1.* procedit quando impedimentum frigiditatis eſt naturale, & viſibile, vt ſenſu oculorum percipi poſſit à medicis, vt ſi membrum virile ſit ſectum, vel aridum, aut quid ſimile, & tunc ſtatim fit ſeparatio Matrimonii, non expectata habitatione per triennium, & pro clariori prædictorum declaratione Domini de Rota *deciſ. 695. n. 1.* apud Farin. *p. 1. recent.* conſtituerunt impedimenta naturalia poſſe conſiderari in triplici differentia, vt ſcilicet quædam neceſſariò, & euidenter concludant impotentiam, alia veroſimiliter, alia dubiè & præſumptiuè: & ita quando impotentia coëundi eſt euidens & neceſſaria, deueniendum eſt ad ſeparationem abſque alia cohabitatione triennali, & abſque alio juramento: ſi verò eſt veroſimilis, ſufficit juramentum conjugum ſuper impoſſibilitate coëundi, & ſeptima propinquorum manus, &c. ſi verò eſt dubia, & præſumptiua, tunc requiritur cohabitatio triennalis: qui verò ad ſatietatem ſcire voluerit quid de hac materia cenſeant Doctores, conſulat Maſcard. *de probat. concl. 311. num. 3. & 4. & concl 816. num. 5. cum ſeqq. & concl.* 888. Nauar. *conſ. 1. ſub hoc tit. in antiq.* Seraphin. *deciſ. 688. n. 2. & 4.* Marc. Anton. Genuenſ. *in praxi Archiepiſc. Neapol. c. 85.* Sanch. *de Matrim. lib. 7. diſp. 108.* Gutier. *eod. tract. cap. 121.* Farin. *p. 4. deciſ. 75.* & nouiſſ. Rota *p. 4. diuerſ. deciſ. 284. & 286.* vbi *n. 5. & 6.* habetur quod quando vitium frigiditatis, & impotentiæ non eſt viſibile, ita vt ſenſu oculorum percipi poſſit, & negatur per alterum ex conjugibus impotentia, tunc diſpoſitio hujus text. eſt de ſolemnitate probatoria, eamque obſeruari eſt neceſſe, cùm fieri poſſit vt tale impedimentum non ſit naturale, ſed temporale, proueniens ex aliquo maleficio, & ſperari poſſit quod acta pœnitentia Deus miſertus conjugum tale impedimentum ſit ſublaturus. Et breuiter ex prædictorum mente dicendum eſt, quod ſi ſtatim impedimentum per probationes concludentes, prout eſt aſpectus, poſſit probari, non oportebit expectare triennium, & ita procedit text. *in d. cap. 1. in princ.* & colligitur ex illis verbis, ibi, *per verum iudicium*; ſi autem impotentia non poſſit ſtatim probari, quia talis eſt, quæ non poteſt per aſpectum oſtendi, tunc expectanda eſt triennalis cohabitatio, & alia adhibenda ſunt, de quibus *in hoc text.* Pro quo intellectu facit, quia impotentia perpetua ex ſententia Abb. *hic, n. 5.* tribus modis probari poteſt, qui ad duos reducuntur, ſcilicet juris, & concludentibus probationibus, & conjecturis, ſeu præſumptionibus. Concludens probatio eſt, quæ per aſpectum deprehenditur, conjecturalis verò, ſeu præſumptiua eſt, quæ vſu, ſeu cohabitatione, adiunctis aliis indiciis colligitur: priori caſu Matrimonium ſtatim ſeparari debet, juxta *d. c. 1. in princ.* poſteriori verò expectabitur triennium, quia illa expectatio triennalis potiſſima pars eſt illius probationis præſumptiuæ, & ita procedit text. *in præſenti*, quod planè colligitur ex illius verbis, ibi, *ſi frigiditas prius probari non poteſt*, ſcilicet per verum judicium, de quo agit text. *in d. cap. 1.* tunc cohabitabunt per triennium, & vtriuſque juramento cum ſeptima propinquorum manu impotentia perpetua judicabitur, & hoc caſu procedit *cap. vlt. infr. hoc tit.* ibi, *per continuum triennium*, ſcilicet quando talis eſt impotentia, quæ prius probari non poteſt, vt communiter DD. declarant.

Quod impedimentum illud non erat perpetuum, &c.] 3
Notatur ad hoc, quod ea impotentia cenſetur perpetua,
quæ nulla arte humana abſque corporali periculo
remoueri poteſt, docent Paul. Comitol. *reſponſ. moral.*
lib. 1. q. 118. verſ. ſecunda, Henriq. *lib. 12. c. 7. n. 5. & 8.*
Ægid. *de Sacram. & cenſ. tom. 2. diſp. 31. dub. 7. num. 85.*
Bonacin. *de Matrim. quæſt. 3. punct. 13. num. 1.* vbi
num. 2. reſoluit illam etiam dici impotentiam perpetuam,
quæ non poteſt auferri abſque arte magica, vel
ſine peccato: & *num. 3.* illam eſſe aſſerit impotentiam
perpetuam, quæ ſolo miraculo poteſt auferri, latè
Sanch. *d. lib. 7. diſp. 93. n. 7.* vbi *n. 8.* reſoluit Matrimo- 4
nium initum cum ita impotenti viro, aut cum muliere
ſic arcta, vt illi defectui abſque miraculo ſubueniri
non poſſit, eſſe tanquam irritum diſſoluendum,
quamvis ante diſſolutionem jam per miraculum ceſ-
ſauerit impotentia illa. Dicitur autem per miraculum 5
fieri id quod fit modo extraordinario, & inſueto, &
hoc diligenter aduertendum eſt propter maleficium,
quod licèt auferri non poſſit niſi per orationes, non
tamen dicitur auferri per miraculum, cùm auferatur
modo conſueto: ſicut etiam remiſſio peccatorum,
quæ obtinetur per Sacramenta, non dicitur effici miraculoſa,
cùm efficiatur modo conſueto, quamvis
fiat virtute ſupernaturali, ita Ægid. *d. n. 85.* Bonacin. *d.*
punct. 13. num. 4. Gutier. *d. c. 112. n. 22.* & alii per eos
citati.

Verùm ſi ille aliam duxerit, &c.] Notatur ad hoc, 6
quod diſſolutum Matrimonium ratione frigiditatis viri inſtaurandum eſt, ſi poſteà contingat frigidum illum ad alias nuptias tranſire, quod intelligendum eſt ſi conſtet poſterius Matrimonium conſummatum eſſe, vt per Sanch. *d. lib. 7. diſp. 99. n. 3. cum ſeqq.* vbi *n. 7.* reſoluit, quod vt reſtauretur prius frigidi Matrimonium tanquam validum, non ſufficit, nec deſideratur frigidum ad alias nuptias tranſiiſſe, ſed legitimè probandum eſt eum poſteriores nuptias conſummaſſe, aut fornicatum fuiſſe: & *n. 13.* quærit qualis probatio plena poſſit haberi conſummationis poſterioris Matrimonii, ſeu copulæ fornicariæ frigidi, vt ſic inſtauretur prius Matrimonium.

Frigidis, &c.] Aduerte quod quando puer 14. anno 7
completo

complero, vel fœmina 12. adhuc inueniuntur impotentes ad copulam, expectandum eſt vſque ad plenam pubertatem, quæ fœminis 14. ætatis anno, & viris 18. contingit: quod quidem nihil obſtat textui *in præſenti*, ille enim procedit quando conjecturari poteſt ex frigiditate, aut alio impedimento impotentiam conſurgere, non quando ex ætatis imbecillitate prouenit, quia tunc æquitas ſuadet eam ætatem expectandam eſſe, in qua perfectum robur comparat natura: ita Sanch. *d.lib.7.diſp.*104.*n.*16.*cum ſeqq.*

8 *Habitent per triennium.*] Illud in præſenti aduertendum eſt, triennium hujuſmodi incipere die copulæ attentatæ, quando impotentia prouenit ex frigiditate, vel maleficio; quando verò prouenit ex arctatione, incipit quando incipiunt remedia adhiberi, vide Henriq. *lib.*12.*c.*8.*n.*1. Marc. Anton. Genuenſ. *d.c.*85.*n.*2. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib.*31. *num.*107. Baſil. Pont. *d.c.*22. *in fin.* Bonac. *d. punct.*13.*n.*21. Gutier. *de Matrim. c.*121.*n.*4. Sanch. *d.lib.*7.*diſp.*110.*n.*4. *& n.*10. reſoluit hoc triennium incipere à plena pubertate, de quo etiam Valer. Reginald. *d. n.*107. *verſic. tertiò*, quod quidem triennium non requiritur ita continuum, vt ſponſi die ac nocte cohabitauerint, ſed ſufficit ſi majore anni parte cohabitauerint; vide Henriq. *lib.*12. *c.*7.*n.*2. Valer. Reginald. *d.n.*107. *verſ. tertiò*, Ægid. *d. diſp.*31.*dub.*7.*n.*83. Bonac. *d. punct.*11.*num.*21. Sanch. *d. lib.*7. *diſp.*111. *à princ.* vbi *n.*6. declarat ſupplendum eſſe tempus interpolatum, quando arbitrio prudentis fuerit notabile.

9 *Et iuxta decretum Gregorij.*] Ad Joan. Rauennaten. Epiſcopum, vt referunt Burchard. *lib.* 9. *Decret. c.*40. Iuo *p* 8.*c.*178.

10 *Cum ſeptima manu propinquorum.*] Ideo vltra triennium illud, & juramentum vtriuſque conjugis fatentis impedimentum, deſideratur vt ſeptima manus propinquorum juret, vel vicinorum bonæ famæ, ſi propinqui defuerint, quia huiuſmodi juramentum petitur, eo quòd poſſet eſſe colluſio inter conjuges, & vt cautiori diligentia adhibita diſſolutio Matrimonii fiat, ita docent Gregor. *l.*6.*in fin. tit.*8.*p.*4. Nauar. *conſ.*1. *n.*3.*ſub hoc tit.* Maſcard. *de probat. concl.*816.*n.*8. Fulu. Pac. *eod. tract. lib.*2.*c.*2.*n.*24. Valer. Reginald. *d.lib.*31.*num.*107. Sanch. *d. lib.*7.*diſp.*108.*n.*7. *& n.*12. tenet quod ſi tot teſtes haberi nequeant, ſufficient pauciores arbitrio judicis, Baſil. Pont. *d.c.*22.§.6.*verſic. ſed addendum*, vbi aduertit quod ſi poſtea vir inueniatur non eſſe frigidæ naturæ, nequaquam ſunt periurii rei teſtes illi, qui ſolùm de credulitate depoſuerunt, ſunt tamen rei perjurii ipſi conjuges, & de illis tantùm accipiendum, quod habetur in præſenti.

11 *Quod nunquam per carnis copulam vna caro*, &c. Notatur ad hoc, quod ad copulam conjugalem, cujus impotentia impedit Matrimonii validitatem, requiritur vt ſponſus intra vas ſponſæ feminet, ſeu in illud ſemen virile effundat, vt per Valer. Reginald. *d.lib.*31. *num.* 101.

12 *Tactis Sacroſanctis Euangeliis.*] Aduerte quod quando pro juramenti forma requiritur Euangeliorum tactus, nec juri ſatisfit, nec valet actus quoad juris effectus, præſtito juramento abſque eo tactu, Sanch. *d.diſp.*108.*n.*14. vbi in fine aſſerit, conſuetudine præſcriptum eſſe id juramentum ſuper Cruce præſtari, quamvis Euangelii tactus jure petatur: nam in juramenti forma cuiuſque prouinciæ morem ſeruari debere rectè notat Panorm. *in cap. tuis, n.*7.*ſupr. de teſtib.* & ita jam in Italia ex antiqua conſuetudine ſufficit ipſius notarii ſcripta manu tangere, vt ex Panorm. *d. loco*, addit Farinac. *in praxi crim. p.*2.*q.*74.*n.*22. vbique ſeruari, vt Sacerdotes manu pectori admota jurent ſe vt Sacerdotes veritatem dicturos, ex Grauat. ad Veſtr *lib.*6.*c.*2.*n.*41. tradit Farin. *d.q.*74.*n.*82. Nam ad eſſentiam juramenti non deſideratur contactus alicuius rei ſacræ, vt Crucis, Euangeliorum, &c. ſi expreſsè id pro forma juramenti non requiratur; vide Couar. *in cap. quamvis pactum, p.*1.§.1.*n.*1. Ceual. *commun. contra commun. q.*407. Chriſtoph. de Pace *in ſcholiis ad leges ſtyli, l.*240. *à princ.* Nicol. Garc. *de benef. p.*5.*c.*4.*n.*171. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.*18.*c.*1. *n.*10. Sanch. *in præcepta Decalogi, lib.*3.*c.*1.*n.*3.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium ſeparari poteſt propter arctationem mulieris, ſi apparet quod præter diuinum miraculum abſque periculo corporali habilis reddi non poteſt, redintegratur tamen, ſi poſtea appareat Eccleſiam fuiſſe deceptam.*

2 *Matronæ, quæ adhiberi debent in terminis huius text. debent eſſe de Parochia, & peritiores, quantum fieri poteſt.*

3 *Impotentia temporalis ad copulam non reddit irritum ſubſequens Matrimonium.*

4 *Impotentia quantumvis ignorata minimè obſtat valori Matrimonij.*

5 *Impedimentum perpetuum cenſetur ad dirimendum Matrimonium, quod per opus humanum abſque peccato auferri nequit.*

6 *Mulier ob impotentiam prioris viri cum ſecundo contrahens præſumitur cognita à priori, ſi à ſecundo cognoſcatur, & vterque vir ſimilis eſſet ætate, robore, ac membro virili.*

7 *Matrimonium prius non reſtauratur ratione arctitudinis fœminæ diſſolutum, quando per concubitum proprij prioris viri nequit reddi apta copulæ cum illo, quamvis per concubitum cum altero apta ſit.*

8 *Sententia quæ per euidentiam facti nulla eſt, nunquam tranſit in rem judicatam.*

9 *Sententia vitiatur & eſt nulla, ſi judex in ea referat ſe expreſſè ad acta, & ex illis appareat de errore ipſius judicis.*

10 *Finis ipſe declarat qualis ſit res cenſenda.*

11 *Diuortium quoad thorum & cohabitationem celebrare licet ratione fornicationis admiſſæ à coniuge præſumpto impotente, & ob id ſeparato, quamvis errore prioris ſententiæ detecto reſtaurandum ſit Matrimonium quoad vinculum.*

12 *Dictio*, amodò, *quid ſignificet, oſtenditur.*

13 *Periculi corporalis nomine intelligitur periculum probabile vitæ, aut grauis morbi ſecundùm vnam opinionem, ſed ſolius mortis ſecundùm alteram veriorem.*

14 *Impotentiam quæ ſigna neceſſariò, & euidenter oſtendant.*

15 *Maleficij ratione diſſoluto Matrimonio, ſi maleficiatus aliud ineat, & eandem vxorem cum qua maleficiatus fuerat, diſiunctus fornicariè cognoſcat, tunc inſtaurandum eſt Matrimonium cum illa.*

16 *Matrimonij prioris quando inuenitur error diſſolutionis, alteri coniugi profeſſo, aut profiteri volenti, nulla eſt facienda reſtitutio, ſi conſummatum non ſit Matrimonium, intellige & declara prout ibi.*

17 *Matrimonium diſſolutum ob viri impotentiam quando poſſit inſtaurari, oſtenditur.*

18 *Sententia Matrimonij non tranſit in rem judicatam à qua decennio appellatum non eſt, vel duplici ſententia confirmata.*

Cap.

Cap. Fraternitatis VI.

Innoc. III.

1 IMpedimentum mulieris arctatæ, quod præter diuinum miraculum per opus humanum ſine periculo vitæ potuit remoueri, non eſt perpetuum: quare ſi per ſententiam Eccleſiæ ex errore informationis diuiſa à marito, ipſa alteri ſe conjunxit, rejecto ſecundo debet redire ad primum, quia erat verum Matrimonium. Sed ſi mulier hæc ſeparata eſt profeſſa Religionem, & vir aliam duxit, tenet ſecundum, quia primum non erat confirmatum, ſi ſecus, redeat ad primam, niſi ex eo quod illa fuerit cum alio fornicata, à viro repellatur. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Hoſt. Butr. Anchar. Panorm. Præpoſ. Alex. de Neuo, Caniſ. Viu. *in ration. lib. 4. juris Pontif pag.* 94. Alagona *in compend. juris Canon. pag.* 591. remiſſiuè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Ant. Auguſt. *collect.* 3. *Decret. lib.* 4 *cap. vnic. ſub tit. de impotentia coëundi.*

2 *Quaſdam matronas ſuæ parochiæ*, &c.] Notatur ad hoc, quod matronæ in hoc caſu debent eſſe de Parochia, quia præſumitur eas habituras pleniorem notitiam, vt per Sanch. *d. lib.* 7. *diſp.* 113. *n.* 2. vbi cum Hoſt. & Præpoſit. addit quærendas eſſe matronas peritiores in quantum fieri poteſt, quamvis non ſint ex Parochia.

3 *Quamvis igitur*, &c.] Notatur ad hoc, quod impotentia temporalis ad copulam non reddit irritum ſubſequens Matrimonium, vt per Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 31. *n.* 100. Gutier. *de Matrim. c.* 112. *n.* 4.
4 Bonac. *eod. tract. q.* 3. *punct.* 13. *n.* 12. *verſ. dixi impotentia*, Sanch. *d. lib.* 7. *diſp.* 92. *n.* 2. vbi *n.* 4. tenet impotentiam quantumvis ignoratam, minimè obſtare valori Matrimonii. Sed obſtat quod in contractibus, & quibuſvis obligationibus inſpicitur tempus, in quo obligatio contrahitur, itavt ſi tunc impedimentum exiſtat, quamvis præcipuum non ſit, & poſſit remoueri, actus non valet, *l. ſi ſtipuler* 35. *in fine princ. ff. de verbor. ſignif. l. continuus* 137. *§. cùm quis, ad fin. ff. eod. tit.* ergo ſi tempore contracti Matrimonii impedimentum extat, non ſubſiſtet obligatio, quia eo tempore erat impoſſibilis. Accedit quod idem judicandum eſt de eo impedimento impotentiæ, quod de cæteris judicabitur: ſed cætera impedimenta, quamvis perpetua non ſint, & poſſint remoueri, ſi tamen extant tempore contracti Matrimonii, ipſum vitiant, vt patet in impedimento furoris, qui dilucida habet interualla, in impedimento metus, erroris, & conſanguinitatis, ſeu cognatione legali. Igitur pari ratione non valebit Matrimonium, ſi detur impedimentum impotentiæ tempore contractus. Sed pro hac difficultate ſoluenda reſoluendum eſt, quod ſi temporale impedimentum proueniat ex aliquo accidenti, prout eſt morbus, aut maleficium, non vitiabit Matrimonium, & ita procedit text. *in præſenti*, & ea, quæ DD. ſcribunt circa impedimentum temporale. Sin autem temporale impedimentum proueniat ex defectu naturæ, ſeu defectu naturalis potentiæ, prout contingit in impuberibus, tunc Matrimonium non valebit. Ratio diſcriminis eſt, quia priori caſu verum eſt dicere dari in contrahentibus potentiam naturalem, licèt actum pro aliquo tempore non poſſint præſtare, & impedimentum hoc non vitiat, quia impedit actum, ſed quia tollit potentiam, vt colligitur ex hoc text. ibi, *cognoſcibilis erat*, id eſt, potentia, non actu. Poſteriori verò caſu non datur naturalis potenia, quia natura in ea ætate non præſtat ſufficientiam, atque ideo vitiatur Matrimonium propter impedimentum naturæ, & hoc caſu procedunt argumenta in contrarium adducta.

Quamvis igitur, &c.] Notatur ad hoc, quod ſi is, qui propter impotentiam ſeparatus fuit, alteri nubat, cogendus eſt ad primum Matrimonium redire: idem probat text. *in cap. requiſiſti, in fin.* 33. *q.* 1. *cap. laudabilem, in fin. ſup. hoc tit.* Ratio eſt, quia impedimentum hujuſmodi tunc vitiat cùm perpetuum eſt, iuxta *ſuprà* reſoluta: quando autem is, qui impotens judicatus fuit ad ſecundas nuptias, habilis reperitur, jam conſtat impedimentum perpetuum non fuiſſe, ac per conſequens Matrimonium valuiſſe: ergo non obſtante ſententia diuortii cogendus erit ad primum Matrimonium redire, vt habetur in hoc text. quod *ibidem* DD. omnes obſeruant, docent S. Thom. *in* 4. *diſt.* 34. *quæſt. vnic. art.* 2. Palat. & Sot. *eod. art.* Richard. *art.* 3. *quæſt.* 2. Sot. *ead. diſt. col.* 5. Bonauent. *ibid. in princ. n.* 6. *& quæſt.* 1. *ad fin.* S. Antonin. *part.* 3. *tit.* 1. *cap.* 12. *§.* 1. Angel. *in ſum. verbo Matrimonium* 3. *impedim.* 16. nouiſſimè Baſil. Pont. *in tract. de Sacramento Matrimonij, lib.* 7. *c.* 61. *à n.* 4. & meliùs *cap.* 64. *num.* 2. Sed in contrarium obſtat text. *in cap. ſi per ſortiarias* 33. *q.* 1. cui reſpondent *gloſſ. vltima, ibi*, Innocent. *in præſenti*, illud non habere auctoritatem, affirmantes indiſtinctè eſſe reſoluendum, retinendum eſſe prius Matrimonium, ſi is, qui propter impotentiam fuit ſeparatus, reperitur habilis ad ſecundum, & eſſe ſine diſtinctione ſeruandum, quod ait text. *in præſenti*. Sed non placet. Quare communis concordia eſt, quod ſi impedimentum erat generale reſpectu omnium, prout eſt frigiditas, ſeu arctatio, is qui reperitur habilis ad ſecundum Matrimonium, reſtituitur primo, quia eo ipſo apparet impedimentum quoad ſecundum perpetuum non fuiſſe, & hoc modo procedit text. *in præſenti*, vt colligitur ex illis verbis, *cognoſcibilis erat*; ſin autem impedimentum non fuerit generale reſpectu omnium, ſed vnius, prout regulariter eſt maleficium, vel aliud, de quo per Abb. *hic, num.* 10. tunc etiamſi is, qui judicatus eſt impotens ad primum Matrimonium, reperiatur habilis ad ſecundum, non reſtituitur primo, quia ex eo non conſtat non fuiſſe impedimentum perpetuum reſpectu primi, & in hoc caſu procedit text. *in d. cap. ſi per ſortiarias*, quam concordiam in effectu probant Abb. & communis *vbi ſuprà*, pro qua optimè expendit idem Abb. hunc text. *in præcitatis verbis.* Vnde fit, vt ſi quis, vel propter maleficium, vel propter diſparitatem, aut aliquid ſimile reperiatur perpetuò impotens reſpectu vnius, itavt ſi cum illa maneret, nunquam Matrimonium conſummaret, non valebit Matrimonium, quamvis poſteà illa per ſecundum Matrimonium fiat habilis ad primum, quo pacto intelligenda ſunt verba text. *in d. c. ſi per ſortiarias, in fine*, quæ gloſſ. & *ibid.* DD. non perceperunt, vel etiam poſſunt rectè explicari, ſi illud verbum, *eis*, non referatur ad priores conjuges, ſed ad ipſoſmet, qui propter maleficium fuerant ſeparati, quod veroſimilius videtur; & omnem difficultatem tollit.

Per opus humanum.] Intellige de opere humano licito, quia cenſetur impedimentum perpetuum, ac proinde ob illud dirimitur conjugium, quando per opus humanum abſque peccato auferri nequit. Ita Gregor. *l.* 3. *verbo del ſegundo, tit.* 8. *part.* 4. Petr. de Ledeſma *de Matrim. q.* 58. *art.* 1. *paulò poſt principium*, Fr. Emman. *in ſumma, tom.* 1. *cap.* 133. *concluſ.* 3. *num.* 3. Henriq. *lib.* 12. *cap.* 7. *num.* 4. *&* 9. *& c.* 8. *num.* 2. Sanchez *d. lib.* 7. *diſp.* 93. *num.* 9. Valer. Reginald. *d. lib.* 31. *num.* 100. 5

Seu alio quolibet modo.] Nempe maleficii diſſolutione,

ne, vel terminatione, vt per Spreng. *in mall. p.2. q.1. c.12.* Torreblanc. *lib.2. de magia, c.42. n.20.* quod an, & quando licitè fieri poſſit, dixi *ſuprà, à cap.3. num.3. hoc tit.*

6 *Cuius ſimili commiſcetur.*] Notatur ad hoc, quod inſpiciendum eſt, an vterque vir ſimilis ſit ætate, robore, ac membro virili? & ſi ſimiles ſint, præſumitur potuiſſe quoque cognoſci à priori viro, ſecus ſi diſſimiles ſint, quia prior vir ſenex, vel debilis, vel alium defectum in virili membro patiebatur, poſterior autem juuenis, vel robuſtior, vel eo defectu membri virilis carebat, vt per Brunel. *de ſponſal. concl.28. limit.6. n.25.* Angles *in florib. Theolog. p.1. tit. de matrim. q.8. art.1. dub.6.* Gregor. *l.17. verb. en membros, tit.2. p.4.* Vega *tom.2. ſum. c.34. caſu 107.* Gaëta *in repet. c. ad limina 30. quæſt.1. §.4. quæſt.222. num.525.* Henriq. *in ſum. lib.12. c.7. n.9.* Matienſ. *in rubr. tit.1. gloſſ.1. num.197. lib.5. noue recop.* Sanch. *d. lib.7. diſp.39. num.11.*

7 Vnde non reſtauratur prius Matrimonium ratione arctitudinis fœminæ diſſolutum, quando per concubitum proprii prioris viri nequit reddi apta copulæ cum illo, quamvis per concubitum cum altero apta ſit, vt per D. Barboſa ad *l.1. ff. ſol. matrim. p.1. num.95.*

8 *Sententiam diuortij per errorem,* &c.] Notatur ad hoc, quod ſententia, quæ per euidentiam facti nulla eſt, nunquam tranſit in rem judicatam, vt per Tiraq. *de retractu lig. §.4. gloſſ.1. n.38. in fin.*

9 Nam ſi judex in ſententia referat ſe expreſsè ad acta, & ex illis appareat de errore ipſius judicis, vitiatur ſententia, & eſt nulla. Turzan. *tom.2. commun. opinion. lib.7. tit.8. n.11. pag.142.* Tiraq. *de jure mariti, gloſſ.7. num.184.* Duen. *reg.246.* Gam. *Luſit. deciſ.110. n.42.* Menoch. *conſ.110. n.57. & conſ.345. n.35.* Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. c.103. à num.18.*

10 *Nouimus eſſe prolatam.*] Quia finis ipſe declarat qualis ſit res cenſenda, vt per Tiraq. *de retract. lig. §.1. gloſſ.7. n.45.* Et à fine res denominatur. Barthol. Peter. *ad Extrauag. ambitioſæ, de rebus Eccleſiæ non alien. pag.93. n.23. & 24.* qui refertur *in libello de principiis vtriuſque iuris, lit. F. n.48.*

11 *Niſi ſe fornicario,* &c.] Notatur ad hoc, quod ratione fornicationis admiſſæ à conjuge illo præſumpto impotente, & ob id ſeparato, licet alteri, ſi innocens ſit, celebrare diuortium quoad thorum, & cohabitationem, quamvis errore prioris ſententiæ detecto reſtaurandum ſit Matrimonium quoad vinculum, ita Sanch. *d. lib.7. diſp.101. n.3.*

12 *Amodo.*] Id eſt, poſt primum coïtum, vt per Panormit. *hîc, n.20.* Brunel. *de ſponſ. concl.28. limit.6. n.27.* Sanch. *d. diſp.101. n.11.* vbi *n.12. in fine,* dicit quod id importat *amodo,* id eſt, *deſde luego,* abſque alia indagine, vel mora, eſt ſeparanda à poſteriori Matrimonio, quia ſtatim conſtat id eſſe irritum; nam ſi non eſt arcta, valet prius Matrimonium, & ſic non poſterius; ſi verò ſit arcta, neutrum.

13 *Corporali periculo.*] Gloſſ. *hîc, verbo corporali,* tenet nomine hujus corporalis periculi intelligi periculum probabile vitæ, aut grauis morbi, quam ſequuntur Gregor. *l.2. verbo grande, tit.8. part.4.* Matienſ. *ad rubr. tit.1. gloſſ.1. n.97. lib.5. noua recop.* Sed verius & probabilius eſt, ſolius mortis periculum intelligi, vt docent Sanch. *d. lib.7. diſp.93. n.18.* Gutier. *de matrim. c.112. n.28.* vbi *n.31.* reſoluit, quod mulier arcta tenetur pati inciſionem cum moleſtia, & graui dolore, & cauterio faciendam, non tamen grauiſſimum morbi incommodum.

14 In gloſſ. *Matronas.* Aduerte quod quando ſigna neceſſariò, & euidenter impotentiam concludunt, ſiue viri, ſiue fœminæ, nulla temporis mora expectata, eſt diſſoluendum Matrimonium, nullo interueniente juramento, aut ſeptima manu propinquorum, vt tenet Sanch. *d. lib.7. diſput.107. num.3.* vbi *num.7.* reſoluit quod ſignum omninò euidens eſt impotentiæ, ita vt nec triennium ſit expectandum, nec prædicta juramenta deſiderentur, quando mulier eſt arcta, de quo etiam Maſcard. *concluſ.888. num.4.* Henriq. *lib.12. cap.7. num.9.* Gutier. *de Matrim. cap.120. num.5. verſ. ſignum.*

In gloſſ. *Diuinum.* Notatur ad hoc, quod diſſoluto 15
Matrimonio ratione maleficii aut vtriuſque, aut alterius conjugis, ſi maleficiatus aliud Matrimonium ineat, & eandem vxorem cum qua maleficiatus erat, & à qua ratione maleficii disjunctus fuerat, fornicariè cognoſcat, tunc inſtaurandum eſt Matrimonium cum illa: vt docent Gregor. *l. fin. verbo tornar, tit.8. p.4.* Petr. de Ledeſma *de Matrim. q.58. art.2. paulò ante primum dubium,* Fr. Emman. *in ſum. tom.1. c.234. n.3. concl.3.* Sanch. *d. lib.8. diſp.99. n.23.*

In gloſſ. *Remaneat.* Notatur ad hoc, quod quando 16
inuento errore diſſolutionis prioris Matrimonii alter conjux eſt jam profeſſus, aut vult profiteri, nulla eſt facienda reſtitutio, cùm jam prius Matrimonium, quod conſummatum non erat, diſſolutum ſit per profeſſionem, juxta text. *in c. ex publico, ſupr. de conuerſ. conjugat.* ita Bonac. *d. q.3. puncto 13. num.23.* Sanch. *d. lib.7. diſp.99. num.37.* vbi aduertit maximè attendendum, an virgo illa, quam Eccleſia arctam judicauit, & nunc experientia inuenitur apta priori viro, ſalua integritate recepit ſemen illius intra vas, quacumque arte, aut matrice attrahente; tunc enim cum conſummatum jam fuerit, minimè diſſoluetur profeſſione, de quo etiam Henriq. *in ſum. lib.12. cap.7. in commento pen.* Quando autem vxore manente in ſæculo vir jam Sacris eſt initiatus, detecto errore ſententiæ, quæ prius Matrimonium diſſoluit, vir reſtituendus eſt vxori repetenti, quia Matrimonium non eſt diſſolutum, vt per Petr. de Ledeſma *de Matrim. q.58. art.2. dub.1.* Sanch. *d. diſp.99. n.39.* Bonac. *d. punct.13. n.24.* Henriq. *d. lib.12. c.8. n.3.* vbi limitat niſi vxor fornicata eſſet, quia tunc ratione fornicationis, ſi vir eſſet innocens, poſſet illam repellere; deinde idem Henriq. *d. n.3. in commento lit. L,* limitat niſi impedimentum eſſet ex maleficio, & tranſacto triennio atque aliis diligentiis præmiſſis facta eſſet Matrimonii diſſolutio, quod non approbat Sanch. *d. loco.*

In gloſſ. *Fornicatio,* ibi, *dicit quod vſque ad tertiam* 17
vicem tantùm. Notatur ad hoc, quod quoties fœmina à viro ſeparata, quòd ab eo cognoſci nequiuit, ſemel eſt tantùm reſtituenda priori viro propter deceptionem circa impotentiam deprehenſam, & cum eo remanſura triennio, & ſi eo tempore cognoſcatur, firmum manere debet prius Matrimonium, ſi autem eo triennio cognoſci nequeat ab illo, præſumitur ſaltem vir maleficiatus reſpectu illius, ac impotens ad illam, ac proinde in perpetuum declarandum eſt irritum illud prius Matrimonium, ac reddenda eſt poſteriori viro, cui nupſerat fœmina illa: vt per Brunel. *de ſponſ. concl.28. limit.6. n.25.* Gaëta *in repet. c. ad limina 30. quæſt.1. §.4. q.231. n.534.* Sanch. *q... lib.7. diſp.99. n.34.* vbi *n.35.* idem reſoluit quando ratione frigiditatis viri, aut maleficii exiſtimati alterutrius conjugis generalis reſpectu omnium, ſeparatum eſt Matrimonium, & poſtea experientia compertum eſt eum virum aliud iniiſſe ac conſummaſſe Matrimonium, aut fornicatum eſſe, in quibus caſibus prius Matrimonium inſtaurandum eſt, ſi enim eo inſtaurato, & reddita priori vxore huic frigido, vel maleficiato, non potuerit triennio illam cognoſcere, ſeparabitur iterum Matrimonium abſque reſtitutionis ſpe.

In

18 In eadem gloſſ. ibi, *Quoniam duæ tantùm ſententiæ,* &c. Notatur ad hoc, quod ſententia Matrimonii non tranſit in rem judicatam, à qua decennio appellatum non eſt, vel duplici ſententia confirmata ad hunc ſenſum, quin per viam querelæ poſſit contra eam allegari, ut per Covar. *de ſponſalib. p.2. cap.8. §.12. verſic. ſententia verò,* Sanch. *d. lib.7. diſp.100. num.4.*

SUMMARIUM.

1 *Matrimonium ſeparari poteſt ubi uxor dicit virum, cui cohabitavit per triennium, non habere potentiam coëundi, illis hoc jurantibus cum ſeptima manu propinquorum.*

2 *Impotentiam alterius conjugis integrum eſt conjugi quocumque tempore tranſacto allegare.*

3 *Declaratur text. in præſenti.*

4 *Virgo an ſit mulier, vel potiùs corrupta, probatur per inſpectionem obſtetricum, & matronarum.*

5 *Matronæ, quæ inſpicere debent an mulier ſit virgo, vel corrupta, debent eſſe honeſtæ, & bonæ famæ.*

6 *Deponentes de re aliqua juxta artis peritiam accuſari poſſunt, ſi veritatem non dicant.*

7 *Triennium in impedimento maleficii à quo tempore computetur, oſtenditur.*

8 *Maleficium quando conſtare non poteſt, an ſit perpetuum, vel temporale, præſumitur perpetuum.*

9 *Triennium continuum quod dicatur, oſtenditur.*

10 *Maleficium dicitur quando vir non poteſt uxorem cognoſcere, cùm poſſit ad alias accedere, frigiditas verò quoad omnes univerſalis eſt.*

11 *Maleficii ſignum quod ſit, oſtenditur.*

Cap. Literæ VII. & fin.

Honor. III.

1 SI mulier dicit per triennium ſe cohabitaſſe cum viro, & illum eſſe impotentem, vir autem fatetur ſe eſſe impotentem cum illa, ſed non cum aliis, & ſi per inſpectionem matronarum mulier reperitur virgo, & facta inquiſitione non reperitur aliqua carnaliter cognita à viro illo, ſi conſtet per triennium continuum ſimul habitaſſe, & ipſi cum ſeptima manu propinquorum jurent nequiviſſe carnaliter commiſceri, inter eos ſententia divortii proferenda eſt. Colligitur ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Joan. Andr. Hoſt. Butr. Anchar. Panorm. Præpoſ. Alex. de Nevo, Caniſ. Cujac. Viv. *in ration. lib.4. Iuris Pontif. pag.94.* Alagona *in compend. Iuris Canon. pag.582.* remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. part.1. & 2.*

2 *Quod cùm octo annis elapſis,* &c.] Notatur ad hoc, quod integrum eſt conjugi quocumque tempore tranſacto allegare alterius conjugis impotentiam, ut per Sanch. *de Matrim. lib.7. diſp.109. n.14.* ubi etiam dicit quod text. *in cap.1. ſupr. hoc tit.* negans mulierem audiendam quando non ſtatim proclamat, intelligitur donec triennium tranſactum ſit: text. verò *in præſenti, & in cap. fraternitatis, hoc eodem tit.* concedentes audiendam eſſe clamantem poſt multos annos, intelliguntur modò jam triennium tranſierit.

3 *Tamen ſe habere potentiam cognoſcendi alias.*] Hoc appellatur maleficium reſpectivum, quo Theodoricum Regem affectum docet Paul. Æmil. *in vita Clotar.* poterat nempe cum concubinis coire, cum uxore tamen non poterat, de quo Capel. Theoloſ. *deciſ.381. dub.1. num.1.* Henriq. *lib.12. cap.7. §.2.* & Galeatius Sfortia ſimiliter fraude tactus fuit ne Matrimonio Iſabellæ Aragoniæ potiretur, ut narrat Franc. Guicciard. *in hiſtoria Italiæ,* refert Torreblanc. *lib.2. de magia, cap.42. num.28. & 29.*

Vos verò ne id confiterentur in fraude, &c.] Adverte Pontificem in præſenti ponderare mulierem fatentem unà cum viro impotentiam, ac lapſis octo cohabitationis annis fuiſſe inſpectam, quia id ad abundantiorem cautelam effectum eſt, ut ſentiunt Panorm. *hîc, num.10.* Zabarell. *num.3.* Præpoſit. *num.3.* Alex. de Nevo *num.15.* quos refert Sanch. *d. lib.5. diſp.108. n.6.* Unde Rota apud Seraphin. *deciſ.688. à princ.* cenſuit diſpoſitionem hujus text. non habere locum quando per evidens genus probationis conſtare poteſt de frigidirate viri, veluti quando vitium eſt tale, quod per viſionem detegi poſſit, & quoties conjuges fatentur impotentiam, aliàs ſecus. 4

A matronis, &c.] Notatur ad hoc, quod probatur per inſpectionem obſtetricum, & matronarum, an mulier ſit virgo, an verò potiùs corrupta, & deflorata, ut per Maſcard. *de probat. concluſ.1313. num.3.* Farin. *in praxi crimin. part.4. deciſ.27. num.2. ubi addit. lit. A.*

Bonæ opinionis, & fide digni. Notatur ad hoc, quod matronæ debent eſſe honeſtæ, ac bonæ famæ, non leves, aut viles, ne modico pretio ſubornatæ falsò deponant, ut per Sanchez *d. lib.7. diſput.113. num.1.* ubi *num.7.* reſolvit quod matronæ, ac omnes alii, qui juxta artis peritiam de re aliqua deponere debent, recuſari poſſunt, de quo etiam Fulv. Pac. *de probat. lib.1. cap.47. num.120.* Joan. Garc. *de expenſ. cap.24. num.23.* 5 6

Si conſtiteris vobis, &c.] Notatur ad hoc, quod in maleficii impedimento triennium computatur à die copulæ intentatæ, nec oportet hujuſmodi triennium aſſignari à judice, nec priùs pœnitentiam peragi: nec text. *in præſenti,* narrans pœnitentiam peccatorum fuiſſe injunctam, contrarium decidit, quia factum narrat, nec jus ſtatuit; imò quando decidit, ſolùm petit toto illo octo annorum tempore, ex quo initum erat Matrimonium, triennio continuo conjuges habitaſſe, ut docent Gregor. *l.5. verbo dar, tit.8. part.4.* Matienſ. *in rubr. tit.1. gloſſ.1. num.203. lib.5. nova recopil.* Henriq. *in ſum. lib.12. cap.7. num.2.* Sanch. *d. lib.7. diſp.110. num.5.* Quamvis hujuſmodi triennium incipere currere à die cohabitationis, teneat Menoch. *de arbitr. caſu 519. num.14. & 15.* vel à tempore aſſignationis per judicem factæ aſſerat Gonzal. *ad reg.8. Cancel. gloſſ.56. num.74.* 7

Infrà prædictos octo annos, &c.] Notatur ad hoc, quod quando conſtare non poteſt perpetuumne ſit, an temporale maleficium, præſumitur perpetuum, ac diſſolvetur conjugium quando triennio conjuges dedere operam carnali copulæ, nec perficere potuerunt, Sanch. *d. lib.7. diſp.93. num.12.* 8

Per continuum triennium.] Intellige civili modo, nempe ut toto triennio vacaverint conjuges copulæ debitis horis, & locis; non verò Mathematicè, & continuò, quia id eſſet moraliter impoſſibile, ſæpè namque morbus intermittit tempus illud, & ſi aliud diceremus, impedirentur peregrinationes, aliaque negotia, quibus virum vacare ſocietas, atque gubernatio domeſtica cogit: ita Sanch. *d. lib.7. diſp.111. num.2. & 3.* Gutier. *eod. tract. cap.122. num.7.* 9

In gloſſ. *Cognoſcendi,* ibi, *maleficium quantum ad iſtam, & non quantum ad alias.* Notatur ad hoc, quod maleficium dicitur quando vir non poteſt uxorem 10

cognoſcere, cùm poſſit ad alias accedere, frigiditas verò quoad omnes univerſalis eſt, ut per Victor. *in ſum.* ubi *de Matrim, num.* 286. Henriq. *in ſum. lib.* 12.
11 *cap.* 8. *n.* 2. Sanch. *de Matr. lib.* 7. *diſp.* 94. *n.* 6. ubi etiam aſſerit maleficii ſignum eſſe quando coïtum quis appetit, & virgam erigit, ita ut ad copulam aptus ſit, & cùm ad vas fœmineum penetrandum appropinquat relaxantur, ac concidunt ſubitò organa, nec poteſt complere, atque iterum rigent, & ſi iterum copulari nitatur, denuò laxantur.

12 In gloſſ. *Septima*, fin. ibi, *tamen ſi alterum committeretur*, &c. Hæc gloſſ. cùm dicit non ſufficere aſpectum matronarum, niſi etiam concurrat juramentum ſeptimæ manus propinquorum, ſubdit valere ſententiam altero eorum omiſſo: ſi enim intelligatur de matronarum aſpectu, verum dicit, ſed omiſſio juramenti ſeptimæ manus propinquorum ſententiam reddit nullam: nam in hoc text. propè finem tradens Pontifex formam diſſolvendi Matrimonium ratione impotentiæ, ponit tanquam prærequiſitum hoc juramentum, & cùm ſit forma probationis jure præſcripta, ejus omiſſio vitiat ſententiam: ita Sanch. *d. lib.* 7. *diſp.* 108. *num.* 9.

De Matrimonio contracto contra interdictum Eccleſiæ.

TIT. XVI.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur ſuper hanc rubr. ſcribentes.*
2 *Interdictum Eccleſiæ tribus modis fit, per legem, per judicem, per Parochum, & unaquaque ſpecies declaratur*, & num. ſeqq.

1 SUPER hanc rubr. ſcripſerunt Zabarel. Joan. Andr. Anchar. Butr. Panorm. Præpoſit. Alexand. de Nevo, Cujac. Durand. *in breviario aureo Iuris Canonici, & in ſpeculo Iuris, ſub hoc tit. lib.* 4. Stephan. Ranchin. *in continuat. tit. Decretal.* Joan. de Londris *in breviario ſanctorum Canonum*, Petrus de Ravenna *in compendio Iuris Canon.* Martin. Meſnart. *in epitome Decret.* Dan. Venat. *in analyſi methodica Iuris Pontif. à pag.* 564. Goffred. & Hoſtienſ. *in ſumma hujus titul.* Alexand. Caſſan. & Anaſtaſ. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decretal.* Barthol. Carthag. *in expoſit. titul. Iuris Canon.* Zypæ. *in analytica poſtremi Iuris Eccleſ. enarrat. pag.* 368. Caniſ. *in ſum. jur. Canon.* noviſſimè Joan. Honor. *lib.* 4. *ſum. in Decretal.* omnes *ſub hoc tit.*

2 Interdictum Eccleſiæ tribus modis fit, per legem ſcilicet, per judicem, per Parochum: per legem quæ certis temporibus nuptias prohibet, de quibus *in cap. non oportet, il* 2. 33. *quæſt.* 4. *& in cap. capellanus, de fer.* quæ tempora reſtricta ſunt per Concil. Trid. *ſeſſ.* 24. *de reformat. matrim. cap.* 10. his tamen temporibus non ipſum Matrimonium, ſed ſolemnitates nuptiarum & traductio ad domum prohibentur, ut expreſsè colligitur ex *d. cap. capellanus*, ubi gloſſ. *verbo quocumque tempore*, communiter recepta. Inſuper per litis pendentiam Eccleſia interdicit Matrimonium, ex reg. generali, quæ prohibet pendente lite innovari, & rem de qua controverſia eſt diſtrahi, *cap. Eccleſia, ut lite pendente.*

Secundo modo fit interdictum per judicem, ſolent enim, & debent pendente de Matrimonio lite vel eas, vel alias nuptias contrahi ſpecialiter interdicere, *cap. tua nos, de ſponſa duorum, cap.* 1. *& ult. hoc tit.* 3

Tertio modo fit à Parocho, cùm aut impedimentum denuntiatur illi, aut probabilis eſt ejuſdem ſuſpicio, *cap. cùm inhibitio, in princ. & in §. ſanè, de clandeſt. deſponſat.* In omnibus tamen his caſibus Matrimonium contractum valet, *cap.* 1. *&* 2. *hoc tit.* ubi Doctores citavi; non tamen quia hoc impedimentum temporalem habet prohibitionis cauſam, eſt enim hæc falſa ratio, licèt communis ſit cum gloſſ. *in d. cap. tua nos*, & confunditur per text. *in l. ſi ſtipuler, ff. de verb. oblig.* & quia ſic probatur, impedimenta legis humanæ minimè dirimunt, cùm prohibitio non dirigitur in ipſam Matrimonii ſubſtantiam, ſed accidentia, quod tunc fit cùm non ſimpliciter & abſolutè Matrimonium prohibetur inter aliquos, ſed circumſtantia modi, temporis, aut loci, tunc enim niſi lex habeat decretum irritans, actus valet; ſed lex quæ prohibet Matrimonium contrahi contra Eccleſiæ interdictum, ſolum tempus videtur prohibere, & non habet decretum irritans, *d. cap. non oportet, cap. Capellanus*: igitur valet. 4

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium contra interdictum Eccleſiæ, vel judicis factum, ſeu contractum, propter hoc ſolum non dirimitur, imponitur tamen pœnitentia ſic contrahentibus, & ſeparantur donec cognoſcatur de cauſa interdicti.*
2 *Sponſalia per oſcula, amplexus, & ſimilia ſigna nequaquam tranſeunt in Matrimonium.*
3 *Præſentia, & taciturnitas contrahendorum an ſufficiat dum quicumque extranei contrahunt, oſtenditur.*
4 *Conjuges ad tempus ſeparandi ſunt quando Matrimonium contra prohibitionem inierunt.*

CAP. Literæ I. *Alex. III.*

JUdex quando interdicit mulieri ne alicui nubat, & ipſa ſpreto mandato contrahit, Matrimonium tenet, ſed pro mandato ſpreto imponenda eſt illi pœnitentia; & ſi præceperit judex ut priùs redeat ad domum matris, debet hoc facere, & poſteà ire ad maritum, ne mandatum judicis contemnatur. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Zabar. Joan. Andr. Hoſt. Butr. Anchar. Panorm. Præpoſ. Alex. de Nevo, Caniſ. Cujac. Vivian. *in ration. lib.* 4. *Iuris Pontif. pag.* 95. Alagona *in compend. Iuris Canon. pag.* 592. remiſſivè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Ant. Auguſt. *collect.* 4. *Decret. lib.* 4. *tit.* 17. *cap.* 2. 1

Sæpè amplexata fuiſſet, &c.] Notatur ad hoc, quod ſponſalia, quæ re, & verbis de futuro appellamus, per oſcula, amplexus, & ſimilia ſigna nequaquam tranſeunt in Matrimonium, ut per Covar. *de ſponſ. p.* 1. *cap.* 4. *§.* 2. *n.* 2. Maſcard. *de probat. concl.* 1029. Menoch. *de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 1. *num.* 62. Matienſ. *in rubr. tit.* 1. *gloſſ.* 1. *num.* 57. *lib.* 5 *nova recop.* Franc. Molin. *de ritu nupt. lib.* 1. *comparat.* 14. *num.* 18. 2

A proprio viri ſui fratre ſe deſponſari, &c.] Notatur ad hoc, quod non eſt ſpeciale dum parentes pro filiis contrahunt, ut ſufficiat præſentia, & taciturnitas: ſed idem dicendum eſt de quocumque extraneo, ut per Fr. Emman. *in ſumma, cap.* 234. *num.* 4. *tom.* 1. & ſaltem quoad internum forum, in illo enim 3

quicum

quicunque reſpondeat ſatis eſſe ad valorem Matrimonii, vel ſponſalium, quoad verò forum externum minimè ſufficere, niſi parentes, aut tutores ſint, tenent Vivald. *in candel.p.1.de Sacram.tit.de Matrim.num.39.* Angl. *in flor. Theolog. p.1.quæſt.de eſſent. Matrim. art.2. dub.3.* Petr.de Ledeſma *de Matr.quæſt.45.art.2.dub.3.* Vega *lib.3.ſum.cap.151.* Henriq. *in ſum.lib.11.c.2.n.6. junct.comment. lit.P.* Cæterùm probabilius eſt ſpeciale eſſe in parentibus, unde ſi alii reſpondeant, deſiderabitur aliud ſignum conſenſum internum exprimens, ut valeant ſponſalia, vel Matrimonium, ita Gregor. *l.10. verbo no las puede, tit.1.p.4.* Covar. *de ſponſ.p.2.cap.4.in initio, n.4.* Marienſ. *in rubr.tit.1. gloſſ.5.n.26.lib.5.nova recop.* Gutier. *de Matr.c.13.n.2.* Sanch. *eod.tract.lib.1. diſp.23.n.7.* ubi *n.15.* reſpondet *in hoc text.* adfuiſſe expreſſum conſenſum, vel ultra taciturnitatem interfuiſſe alia ſigna tacita conſenſum exprimentia.

4 *Mandamus quatenus*, &c.] Notatur ad hoc, quod quamvis cauſa interdicendi Matrimonium ſit temporalis, & Matrimonium contra prohibitionem initum ſit validum, quando judicis prohibitio fuit legitima, ſeparandi ſunt conjuges ad tempus in pœnam delicti, ne pœnæ immunitate præceptum judicis juſtum contemnere audeant: non obſtat text. *in cap.2.infr.hoc tit.* ubi hujuſmodi Matrimonium minimè ſeparandum eſſe decernitur, quia intelligitur de perpetua ſeparatione: ita docent Covar. *de ſponſal.p.2.cap.6.in initio, num.6.* Ludov.Lopez *in inſtruct. conſc. p.2.de Matrim. cap.46.verſ. porrò advertendum.* Perez *gloſſ.1. pag.493. tit.2. lib.8. Ordinam.* Sanch. *de Matrim. lib.7. diſp.2. num.14.* ubi etiam advertit, quamvis in hoc text. aſſignetur unicus menſis, tempus hoc eſſe arbitrarium, & menſem illum poni hic gratia exempli, & non ad arctandam judicis facultatem.

SVMMARIVM.

1 *Sponſalia de futuro cum una etiam contra interdictum Eccleſiæ contracta, non dirimunt Matrimonium poſteà contractum cum alia.*

2 *Matrimonium non eſt irritum, ſi contra prohibitionem temporalem Pontificiam ineatur.*

3 *Iudex à quo generaliter poteſt, intentare illa, quæ tendunt in faciliorem exitum cauſæ appellationis, non tamen cognoſcendo de ejus viribus.*

4 *Contrahens cum aliqua contra prohibitionem à ſuperiore Eccleſiaſtico juſta de cauſa ſibi factam, peccat mortaliter.*

5 *Iudex à quo eſt appellatum in cauſa matrimoniali inhibendo partibus ne interim lite pendente alteri nubant, non dicitur attentare.*

Cap. Ex literis II.

1 Sponſalia de futuro contrahendi cum uno ſi interdicatur ne ad alium tranſeat, & ſpreto interdicto contrahit de præſenti cum alio, tenet ſecundum Matrimonium, ſed pœnitentiam de exceſſu agere debet. Colligunt ex Ordin.Abb. antiq.Innoc.Collect.Zabar. Joan.Andr.Hoſt. Butr.Anchar. Panorm.Præpoſ.Alex. de Nevo, Caniſ.Cujac.Viv. *in ration. lib.4. Iuris Pontif. pag.96.* Alagona *in compend. Iuris Canon. pag.592.* remiſſivè Ximen. *in concord.p.1.& 2.* refertur ab Anton. Auguſt. *collect.1.Decret. lib.4.tit.17. cap.3.* & eſt poſt Conc.Lateran. ſub Alex.III. *p.6.cap.8.*

2 Collige ex text. non eſſe irritum Matrimonium ſi contra prohibitionem temporalem Pontificiam illud ineatur, ut per Sanch. *de Matrim. lib.7. diſp.2. num.4.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.31. num.189.*

Eidem ſub excommunicationis interminatione, &c.] 3
Notatur ad hoc, quod judex à quo generaliter poteſt intentare illa, quæ tendunt in faciliorem exitum cauſæ appellationis, non tamen cognoſcendo de viribus appellationis, ut per Duen. *reg.42. limit.27.* Corſet. *ſing. appellatio*, §.*licet judex*, Covar. *pract. cap.23. num.1. verſ. prima.*

Alia tamen pœnitentia eis, &c.] Advette mortaliter 4
peccare contrahentem cum aliqua, quando intervenit prohibitio à ſuperiore Eccleſiaſtico ei facta juſta de cauſa, ne cum illa contrahat, ſecus ſi certò ſciat nullum ſubeſſe impedimentum: ita Valer. Reginald. *d.lib.31. num.189. verſ.tertiò.*

In gloſſ. *Interminatione*, ibi, *comminatio tantùm ſit, non ſententia.* Vide Tiraq. *in l. ſi unquam, C.de revocand. donat. verbo revertatur, num.255.* Sayr. *in clavi Regia, lib.3. cap.8. num.19.*

In gloſſ. *Diſtrictiùs.* Notatur ad hoc, quod judex 5
à quo eſt appellatum in cauſa matrimoniali inhibendo partibus ne interim lite pendente nubant, non dicitur attentare, ut per Maſcard. *de probat. concluſ.148. num.22.*

SUMMARIUM.

1 *Conſanguinei vulgò dicti ſi contraxerunt contra præceptum judicis, debent ſeparari donec de cauſa cognoſcatur.*

2 *Contrahentes contra prohibitionem à ſuperiore factam ſunt ſeparandi.*

Cap. De muliere III. & fin.

Contrahere volentes, quibus Eccleſia, eo quòd 1
conſanguinei vulgò dicebantur, præcipit, ſeu interdicit ne contrahant, donec cognoſcatur de conſanguinitate, & ipſi hoc non obſtante contrahunt, ſunt ſeparandi ſub pœna excommunicationis, donec plenè conſtet de cauſa. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc.Collect. Zabar. Joan. Andr.Hoſt. Butr.Anchar. Panorm.Præpoſ. Alex.de Nevo, Caniſ.Cujac. Viv. *in ration. lib.4. Iuris Pontif. pag.97.* Alagona *in compend. Iuris Canon. pag.593.* remiſſivè Ximen. *in concord. p.1.* hic text. eſt pars *cap.de muliere, ſup.de ſponſalibus*, quæ refertur ab Ant.Auguſt. *collect.1.Decret. ſub illo tit. de ſponſalib. cap.5.§.illos*, & eſt poſt Concil.Lateran. ſub Alex.III. *p.6.cap.19.§.illos.*

Probat hic text. contrahentes contra prohibitio- 2
nem à ſuperiore factam eſſe ſeparandos, & ſub pœna excommunicationis, ne cohabitent quouſque cognoſcatur legitimè an eorum Matrimonium poſſit, & debeat jure ſtare, ut per Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit.lib.31. num.189. verſ.tertiò.*

Qui Filii ſint legitimi.

TIT. XVII.

SUMMARIUM.

1 *Doctores ſcribentes ſuper hanc rubr. referuntur.*

2 *Filius unde dicatur, oſtenditur.*

3 *Filii definitio traditur.*

4 *Declaratur text.* in l. filium definimus, ff. de his, qui ſunt ſui.

5 *Filii, liberi, nati inter ſe maximè differunt.*

6 *Filii ſunt hi propriè, quos ipſi genuimus.*

7 *Liberorum nomen licèt ad filios referatur, latiorem tamen habet ſignificationem, quia ad nepotes uterinos porrigitur.*

8 *Nati an de filiis primi gradus propriè dicantur, oſtenditur.*

9 *Liberorum nominis illud proprium eſt, ut de ſolis liberis perſonis propriè dicatur, natorum verò nomen etiam de ſervis, & brutis.*

10 *Filii appellatione in numero ſingulari fœmininum non continetur ex vi verbi, nec ex communi loquendi uſu, ſed per interpretationem extenſivam.*

11 *Filiorum nomine in plurali ex communi loquendi uſu filiæ comprehenduntur.*

12 *Legitimi tantùm filii ſunt adoptivi, quia à ſola lege, non à natura probati ſunt.*

13 *Legitimi & naturales ſimul dicuntur, qui à natura & lege ſimul approbantur.*

14 *Illegitimi ſunt, qui non ex juſtis nuptiis verè, vel putativè nati ſunt.*

15 *Nothi qui dicantur, & quæ inter eos & ſpurios ſit differentia, oſtenditur.*

16 *Illegitimorum variæ differentiæ traduntur.*

17 *Spurii qui, & quotuplciter dicantur, oſtenditur.*

1 SUPER hanc rubr. ſcripſerunt Zabarel. Joan. Andr. Anchar. Butr. Panorm. Præpoſ. Alex. de Nevo, Durand. *in breviario aureo Iuris Canon. & in ſpeculo Iuris, ſub hoc tit. lib.* 4. Stephan. Ranchin. *in continuat. tit. Decretal.* Joan. de Londris *in breviario ſanctorum Canon.* Petr. de Ravenna *in compend. Iuris Can.* Mart. Meſnart. *in epitome Decret.* Dan. Venat. *in analyſi methodica Iuris Pontificii, à pag.* 565. Goffred. & Hoſt. *in ſum. hujus tit.* Alex. Caſan. & Anaſtaſ. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decret.* Barthol. Carthag. *in expoſit. tit. Iuris Canon.* Zypæ. *in analytica poſtremi juris Eccleſ. enarrat. pag.* 370. Caniſ. *in ſum. juris Canonici*, noviſſimè Joan. Honor. *lib.* 4. *ſum. in Decret.* omnes *ſub hoc tit.*

2 *Filii.*] De hujus nominis etymologia non ſatis apud Doctores conſtat, ut videre eſt apud Alciat. *in l. filii, ff. de verborum ſignificat.* Tiraq. *in l. ſi unquam, in præfat.* 1. *ad fin. C. de revocand. donat.* Petr. Gregor. *ſyntagm. juris lib.* 10. *cap.* 3. *n.* 4. Sed frequentiùs nomen filius à φίλος, id eſt amor, derivari tradunt gloſſ. *verbo appellantur, in §. ult. Inſtit. qui tut. dari poſſ.* Connan. *lib.* 10. *comment. juris Civilis, cap.* 1. & 2. Rojas *in epit. ſucceſſ. cap.* 2. *n.* 5. cujus etymologiæ ratio poſita eſt ex naturali parentum amore in filios, quo nullus major reperitur, *l. ult. in princ. C. de furtis, l. liberorum, ad fin. ff. de verb. ſignif.*

3 Propriam filii definitionem vulgò Doctores exiſtimant tradi à Jureconſ. Ulpiano *in l. filiorum, ff. de his, qui ſunt ſui, vel alien. jur.* dum inquit, *filium eum definimus qui ex viro & uxore naſcitur*, & *ibi* Petr. Caſtald. & Æguinar. Varo adnotarunt, æquè etiam Bald. & Angel. & alii communiter, ut refert Jaſ. *in l. hac conſultiſſima, §. ex imperfecto, num.* 4. *C. de teſtam.* notant etiam noviores omnes, ut conſtat ex Corraſ. *miſcel. lib.* 1. *cap.* 7. Petr. Gregor. *d. lib.* 10. *cap.* 3. *n.* 6. Paleoth. *de nothis & ſpur. cap.* 27. *à princ.* Rojas *ſucceſ. cap.* 2. *num.* 4. Verùm hæc Ulpiani deciſio non videtur continere abſolutam filii definitionem, cùm filiorum nomen attenta ſua origine, & proprietate, tam de legitimis, quàm de illegitimis propriè dicatur; nam in legis diſpoſitionibus appellatione filiorum contineri naturales probat text. *in l. parentes, ff. de in jus vocando*, & in pœnis, *l. hos accuſare, §. omnis, ff. de accuſat.* & facere deficere conditionem notant Doctores communiter per text. *ibi, in l. ex facto, §. ſi quis rogatus, & l.* 1. *ff. ad Trebel. l. Lucius* 99. *§. fin. in fine, ff. de legat.* 2. & ex his confunditur dictum quorundam dicentium & exiſtimantium, filiorum nomen ſolùm legitimis, liberorum omnibus convenire, ut voluit Dec. *in cap. in præſentia, num.* 4. *ad fin. de probat.* Sed meritò reprobat Coſta *in l. Gallus, §. & quid ſi tantùm, p.* 5. *à num.* 74. tum quia filiorum appellatio naturalior eſt, *l. tutelas, in fine princ. ff. de capitis dimin.* ſubindeque magis naturalibus competit, quàm nomen liberorum: tum quia *in l.* 1. *ff. ſolut. Matrim.* Doctores communiter notant nomen *liberis*, magis ad legitimos referri, ut docet *ibi* Ripa *num.* 18. tum denique ex *l. hujus, ff. de vulgari*, ubi Alciat. *num.* 10. unde etiam magis ad verum accedere videbatur reſolutio Panorm. *in dict. cap. in præſentia*, ex *num.* 22. dum ait filiorum nomine naturales, liberorum verò appellatione ſolos legitimos contineri: ſed meritò etiam hanc differentiam improbat Paleoth. *de nothis & ſpuriis, cap.* 10. *num.* 9. promiſcuè enim filiorum & liberorum nomine utuntur Jureconſulti, ut oſtendit Cujac. *lib.* 3. *obſervat.* 37. Ego verò in hac materia, quæ latiſſima eſt, non immoror, quia latè de ea egi *in meo tract. de appellativa verbor. utriuſq. jur. ſignificat. appellat.* 99. ubi oſtendo appellatione filiorum qui veniant, & præcipuè ex *num.* 13. an & quando filiorum nomine comprehendantur legitimi, naturales, & ſpurii.

Non obſtat text. *in d. l. filium definimus*, ibi, *ex* 4
viro, & uxore; nam reſpondent multi eam definitionem referendam eſſe ad ſolos filios naturales, & legitimos ſimul, ut ſentit Bart. & explicat Bero. *ibi*, ſed ut apparet ex litera, verius eſt in tota illa deciſione voluiſſe Jureconſult. tradere veram filii diſtinctionem, ſeu quandam regulam, aut generalem determinationem, quod ſcilicet filius illius eſſe præſumitur, ex cujus uxore inſimul cum eo cohabitante naſcitur, nec novum eſt utroque jure verbum *definimus*, accipi pro *decernimus*, aut *præſumimus*, & *definitionem* pro *regula*, ut *in l. ſuo quoque, §. puto*, ibi, *ad generalem definitionem, ff. de hered. inſtit. & in l. mora, ff. de uſur.* juncta explicatione Corraſ. *lib.* 2. *miſcel. cap.* 6.

Tria ſunt nomina, filii, liberi, nati, quæ licèt in- 5
ter ſe maximam habere ſimilitudinem, & ferè ſynonyma eſſe videantur, nihilominus tum origine ſua, tum etiam ſecundùm communem loquendi uſum inter ſe maximè differunt. Filii enim hi propriè di- 6
cuntur, quos ipſi genuimus, & ſolent uſurpari prout à nepotibus, & aliis ulterioribus gradibus diſtinguuntur, ut deducitur ex *l. quod ſi nepotes, ff. de teſtam.* & ex *§. ultim. Inſtit. qui teſtam. tutor. dari poſſ.* Libe- 7
rorum verò nomen licet etiam ad filios referatur, ut *in toto tit. ff. de liberis, & poſthum.* latiorem tamen habet ſignificationem; nam ad nepotes uterinos porrigitur, *d. l. liberorum* 220. *ff. de verbor. ſignif. d. l. quod ſi nepotes.*

De natorum verò nomine magna eſt inter recen- 8
tiores pugna; nam ad nepotes etiam extendi poteſt, ut docet Modeſtin. *in l. natorum* 104. *ff. de verbor. ſignificat.* ſed malè ex Græco verſum eſſe potius quàm verti debuiſſe, *d. l. liberorum*, ſcribit *ibi* Alciat. atque etiam Curt. Burg. *conject. lib.* 1. *cap.* 50. concedentes natos de ſolis filiis primi gradus propriè dici. Sed contrarium, imò natorum, & liberorum appellatione quoad hoc non differre, beneque verſum eſſe Modeſtinum

num

num contendit Connan. *comment. juris Civilis lib.*10. *c.*1. *num.*1. Nota nihilominus hujus nominis liberorum illud eſſe proprium, ut propriè de ſolis liberis perſonis dicatur; natorum verò nomina etiam de ſervis, atque etiam de brutis, ex Colum. dum inquit, *equas amore natorum, niſi fiat partus, noxam trahere.*

10 Opportunè in præſenti occurrit inveſtigare quare de ſolis filiis in maſculino genere hæc rubr. concipiatur, cum tamen per totum titulum promiſcuè Pontifices non ſolùm de legitimitate filiorum, ſed etiam filiarum agant, ut *in c.*1. *& in cap. cauſam quæ* 4. *& in cap. pervenit* 11. *infr. hoc tit.* Aliqui reſpondent hoc factum fuiſſe, quia filiorum appellatione filiæ continentur, quarum memini *d. tract. de appellat. verborum utriuſque juris ſignific. appellat.*99. *ex num.*48. confirmantes quia generaliter receptum eſt maſculinum concipere fœmininum. Sed magis arridet reſolutio quæ placuit Coſtæ *in cap. ſi pater, verbo utrumque, num.* 1. *de teſtam. in* 6. & ſentit Valaſc. *de jure emphyt. q.*41. *num.*3. *verſic. idem*, dum aiunt appellatione filii in numero ſingulari fœmininum non contineri ex vi verbi, nec etiam ex communi loquendi uſu, ſed aliquando per interpretationem extenſivam, ut bene probat text. *in l. juſta* 201. *ff. de verborum ſignificat. & in l. Herennius* 122. *ff. eod. tit.* ſic procedunt text. *in l.*1. §. *ſed etſi incertum, ff. de ventre in poſſeſſ. mit.* ubi exhæredato uno filio, non videtur filia exhæredata, *& in l. libertum,* §. *fin. ff. de ritu nupt.* unde ad text. *in l. ſed etſi,* §. *ob Senatuſconſult. ff. ad Macedon.* dum probat Macedonianum loquens de filio continere filiam, reſpondetur ea ratione procedere, quia ratio Senatuſconſulti fortiùs in filiabus vigebat, ut bene explicat Connan. *comment. lib.*7. *c.*2.
11 *num.* 5. Per contrarium autem filiorum nomen in plurali licet non ex verbi proprietate, ut contendit Coſt. *d. num.*1. ſaltem ex communi uſu loquendi filias etiam comprehendit, ut ſatis probatur *ex l. ſi ita ſcriptum* 46. *ff. de legat.*2. *& l. ſi quis ita* 16. *ff. de teſtam. tutel.* & hìc colligitur intellectus ad text. difficilem *in l. quiſquis* 116. *ff. de verbor. ſignific.* ubi Modeſtinus reprobat Labeonis ſententiam negantis in ea loquutione, *quiſque mihi filius, filiive*, filiam contineri, & Proculum affirmantem ſequitur, & meritò, non ex proprietate verborum, ut ipſe Modeſtinus ſignificat, ibi, *Labeo videtur verborum figuram ſequi*, ſed ex communi uſu, juxta quem mens teſtantis ſub ea forma videtur quoque filias comprehendere, ex modò dictis. Retenta igitur hac diſtinctione facilè reſolvitur propoſita difficultas, cùm enim in plurali numero concipiatur hæc rubr. *qui filii ſint legit.* neceſſarium non fuit addere, quæve filiæ, licèt per decurſum tituli de utriſque Pontifices agant promiſcuè.

12 *Legitimi.*] Filii in duplici ſunt differentia, alii legitimi, alii illegitimi dicuntur. Legitimi vel ſunt legitimi tantùm, vel legitimi ac naturales ſimul: legitimi tantùm ſunt adoptivi, quia à ſola lege, non à natura probati ſunt, qui tamen an & quando veniant appellatione filiorum, dixi *in d. tract. de appellativa verborum utriuſque iuris ſignif. appellat.*99. *n.*75. *cum ſeqq.* & *ibi* citatis addo optimam deciſionem *in Burg. S. Domini juriſpatronatus,* 6. *Martij* 1625. coram bonæ mem. Ubaldo. Legitimi & naturales ſimul dicuntur
13 qui natura & lege ſimul approbantur, id eſt, qui ex juſtis nuptiis ſecundùm patriæ morem veris, vel putativis ſunt procreati, *princip. Inſtit. de patria poteſt. l. filium definimus, ff. de his, qui ſunt ſui,* text. optimus *in auth. quibus modis naturales efficiantur ſui,* §. *natura, verſic. legitimi, collat.*7. notat Petr. Gregor. *ſyntagm. juris lib.*10. *c.*3. *num.*6. Paleoth. *de nothis, & ſpur. cap.*3. *ex num.*3. Rojas *in epit. ſucceſſ. cap.*1. *à num.*8.

Illegitimi per contrarium tantùm ſunt, qui non ex 14
juſtis nuptiis verè, vel putativè nati ſunt, ut probat
text. *in d. auth.* §. *quod verò,* notat Paleoth. *d. c.*3. hi nam- 15
que Græco nomine nothi dicebantur, quamvis enim Quintil. dicat nullum nomen Latinum poſſe pro illo Græco poni, & alii aliis modis explicent, quos refert Paleoth. *c.*173. ubi nothos naturales eſſe magis probat, quod etiam tenet Covar. *de ſponſalibus, p.*2. *c.*8. §. 5. *à princ.* meliùs tamen alii reſolvunt, nothos Græcè appellari omnes eos, qui non ex juſtis nuptijs naſcuntur, & ideo tam ad ſpurios, quàm ad naturales refertur in diſcurſu illius Auth. neque ita explicant Cunt. Burgenſ. *conjectur. lib.*3. *c.*8. Ferrand. *in juris partes, lib.*2. *c.*98. Connan. *commentar. juris lib.*2. *c.*16. *num.*2. Petr. Gregor. *d. c.*3. *num.*19. ſic intelligentes differentiam Pontificis *in cap. niſi, de renuntiat.* inter nothos & ſpurios, hi enim ad naturales nunquam pertinent, illi verò etiam ad hos propriè referuntur, quicquid gloſſ. *ibi, verbo Manzeres,* (quam inadvertenter ſequuntur alii, ut per Rojas *d. cap.*1. *num.*15. *&* 18.) in ipſis verſibus explicare nitatur, Manzeres etiam de omnibus illegitimis dici.

Illegitimorum varias differentias adnotarunt Do- 16
ctores, ex eo quia, ut *ſuprà* diximus, illegitimi ſunt qui non ex iuſtis nuptiis, ſeu extra Matrimonium naſcuntur; conſtat namque varios eſſe modos, quibus extra Matrimonium naſci potuerunt, ſcilicet vel quia de facto Matrimonium contractum non eſt inter eos, qui contrahere potuerunt: vel quia nec contraxerunt, nec potuerunt contrahere: vel quia cùm de jure non poſſent, de facto contraxerunt; igitur meritò variæ ſpecies illegitimorum diſtinguuntur, ſed ad duas præcipuè rediguntur, ad naturales ſcilicet, & ſpurios; ii verò ad diverſos gradus: naturales aliter ſecundùm jus Civile, aliter ſecundùm Pontificium judicandos reſolvit communis; nam jure Civili attento inquit eos ſolos eſſe, qui ex ſoluto & unica concubina æquè uxoris loco habita domi ſemper eo affectu retenta, cum qua neque ſtuprum, neque inceſtus cadere potuerint, procreati fuerint, ut colligitur ex *l.*1. *& per tot. ff. de concubin. l. Maſuritus,* ubi recentiores, *ff. de verbor. ſignific.* Attento verò jure Canonico, ait eadem communis naturales eſſe omnes illos, qui naſcuntur ex his, inter quos potuit eſſe Matrimonium, ita gloſſ. *verbo conjugata,* ubi poſt Joan. Andr. notat Abb. *à num.*17. *in cap. innotuit, de elect.* & eſt recepta ſententia, & diſtinctio ſecundùm Paleoth. *de nothis & ſpur. c.*12. Covar. *de ſponſalib. p.*2. *cap.*8. §. 4. *num.*3. Lata *in l. ſi quis à liberis, in princ. num.*89. Rojas *c.*10. *à princ.* Cald. Pereira *de nominat. emphyt. q.*21. *ex n.*4. Valaſc. *conſ.*34. *à num.*5. Molin. *de juſtit. tract.*2. *diſp.*165. Hujus autem differentiæ inter utrumque jus fundamentum ex eo deducitur, quia licèt utroque jure naturales per ſubſequens Matrimonium legitimi efficiantur, jure tamen civili ſoli ad hunc effectum dicuntur naturales, qui ex concubina prædicto modo domi retenta ſuſcipiuntur, §. *ult. Inſtit. de nupt.* at verò attento jure Canonico ſufficit quod ſuſcepti ſint ex ſoluta & ſoluto, inter quos potuit eſſe Matrimonium, *cap. tanta, infr. hoc tit.* ubi dicam. Verùm multi, & meliùs negant hanc inter utrumque jus differentiam, referentes eam ad communem uſum: ita Joan. Andr. & Abb. *dictis locis*, & latè proſequitur argumentis communis ſatisfaciens Lara *in d. princ. à n.*82. Sarm. *lib.*1. *ſelect. c.*7. *à princ.* Cervantes *l.*11. *Tauri, à n.*128.

& juxta hanc ſententiam notatunt Auctores graviſſimi, hodie raros eſſe, vel nullos filios naturales, cùm enim concubinatus, ex quo juxta prædicta naſcuntur naturales, lege Canonica ſit improbatus, *cap. nemo* 32. *q.*4. Concil. Trid. *ſeſſ.*24. *de reform. c.*8. inferunt jam hodie naturales propriè non reperiri, quod docuit Oldrad. *conſ.*196. Cujac. *lib.*1. *obſerv.*6. *in fine.*

17 Spurii verò per contrarium cenſendi ſunt omnes, qui ex illis naſcuntur, qui Matrimonium non potuerunt contrahere, ut eleganter docet text. *in l. vulgò concepti, ff. de his qui ſunt ſui*, ibi, *vulgò concepti dicuntur qui patrem demonſtrare non poſſunt quidem, ſed cùm habent quem habere non licet, & qui ſpurii appellantur.* Quibus verbis apertè Jureconſultus duos diſtinguit ſpuriorum modos, alios ſcilicet, qui patrem certum non habent, vt ſunt nati è meretricibus, vel aliis cum quibus multi habent conſuetudinem, qui propterea omiſſis variis etymologiis, de quibus Rojas *c.*1. *n.*11. *& c.*19. *n.*1. à duabus literis S.P. quibus à Romanis ſignificabantur, quaſi ſine patri filii dicebantur, ut docet Iuſtin. *in §. ſi adverſus, Inſtit. de nupt.* & ex multis explicat Covar. *de ſponſal. p.*2. *c.*8. §.5. *à princ.* Paleoth. *c.*16. *n.*4. Rojas *d.c.*19. *n.*6. Cervantes *l.*9. *Tauri, n.*19. Solorzan. *de parricid. lib.*2. *c.*3. Alii verò ſunt ſpurii, qui patrem certum habent, ſed quem legibus habere non licet, ut ſunt nati ex his, quos Matrimonium contrahere lex vetat, veluti ex conſanguineis, aut uxoratis, vel voto ſolemni adſtrictis. Sed hi in duplici ſunt differentia, vel enim ſunt ſpurii ſimpliciter, vel ex damnato coitu procreati: illi dicuntur omnes, qui naſcuntur ex conjunctione quam leges humanæ nulla exteriori pœna coërcent, hi verò quando lex humana aliquam pœnam præſcribit, & in prædictis exemplis de natis ex conſanguinea, uxorata, vel Moniali, de quibus agit text. *in auth. quibus modis naturales efficiuntur ſui, §. ult.* exemplum verò ſpuriorum ſimpliciter Doctores adducunt de filio nato ex uxorato, & ſoluta, nulla enim pœna hic coitus punitur, *l.*1. *C. ad leg. Iul. de adulter.* & ideo Doctores magis communiter inferunt, filios ſic natos ex damnato coitu procreatos non eſſe, ut ex Caſtr. Alex. & aliis oſtendit Cov. *d.* §.5. *n.*16. & poſt Ant. Gom. *l.*9. *Tauri, n.*14. receptum teſtatur Valaſc. *conſ.*29. *n.*6. *&* 13. quicquid dubitet Molin. *de Iuſtit. tract.*2. *diſp.*167. *concl.*4. Ex hac autem differentia inter alios notabilis ille effectus reſultat, quia filii ſimpliciter ſpurii matri non illuſtri ſunt ſucceſſibiles, & è contra, *l. ſi ſpurius, l. ex hac parte, ff. unde cognati, l. ſi qua illuſtris, C. ad Orfician.* non ita ſi ex damnato coitu ſint procreati, ut notant Doctores per text. *ibi, in Auth. ex complexu, C. de inceſtis nupt.* Covar. *ubi proximè*, Valaſc. *d. conſ.*29. *num.*9. Duen. *reg.*366. *limit.*8.

SUMMARIUM.

1. *Naturalis ex ſoluto genitus & ſoluta, legitimatur per ſubſequens parentum conjugium, etiam quoad hæreditatem.*
2. *Maritus de uxoris legitimitate in judicio agere poteſt ſine mandato.*
3. *Conjuncta perſona, excepto patre, ſine mandato ea agere non poſſunt, quæ ſpeciale mandatum requirunt.*
4. *Vxor pro marito agere non poteſt.*
5. *Diffamatus ab aliquo de illegitimitate, poteſt petere in judicio ut legitimus declaretur, &c.*

Cap. Conqueſtus I.

Alex. III.

1 ILlegitimus naturalis natus ex ſoluto, & ſoluta, per ſubſequens Matrimonium legitimatur, etiam quoad hæreditatem, & ſi pater vult eum ob hanc cauſam hæreditate privare, eſt excommunicandus. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Zabar. Joan. Andr. Hoſt. Butr. Anchar. Panorm. Præpoſ. Alex. de Nevo, Caniſ. Cujac. Vivian. *in ration. lib.*4. *juris Pontif. pag.* 97. Alagona *in compend. juris Canonici, pag.*593. remiſſivè Ximen. *in concord. p.*1. *&* 2. refertur ab Ant. Auguſt. *collect.*1. *Decret. lib.*4. *tit.*18. *c.*1. & eſt poſt Concil. Lateran. ſub Alex. III. *p.*33. *c.*3.

2 *Conqueſtus eſt nobis H.* &c.] Notatur ad hoc, quod maritus de uxoris legitimitate in judicio agere poteſt ſine mandato, conſonant text. *in cap. conſtitutis, ſupr. de procurat. & in cap. ult. de confeſſis*, docent Hoſt. Joan. Andr. Butr. Anchar. Zabar. Præpoſ. *in præſenti.* & alii, de quibus Alphan. *collect.*648. quibus adde Tiraq. *de retract. tit.*1. §.10. *gloſſ.*1. *à princ.* qui omnes adducunt ſimilem text. *in l. maritus, C. de procurat. & in l. ultima, §. ſancimus, C. de pactis convent.* ac proinde rationem illam, quia negari non poteſt uxorem eſſe perſonam conjunctam viro ſuo, tum ex reg. *l.*1. *ff. de ritu nupt.* tum etiam ex reg. text. *in cap. debitum, de bigam.* Unde tanquam perſona conjuncta debet maritus admitti, quamvis uxoris mandatum non habeat, ex reg. *l. ſed & hac, ff. de procur. & l. exhibendi, C. eod.* etiamſi invita, & renitens ſit uxor, ex nova conſtitutione *d. l. maritus.*

3 Licèt autem conjunctæ perſonæ, excepto patre, ſine mandato ea agere non poſſint, quæ ſpeciale mandatum requirunt, Cov. *lib.*1. *var. c.*6. *n.*5. Tiraq. *d. tit.*1. §.1. *gloſſ.*13. *n.*34. Garc. *reg.*21. *limit.*7. Cald. Pereira *in l. ſi curatorem, verbo implorandum, n.*8. *cum ſeqq.* Maritus tamen hæc omnia agere poteſt ſine aliquo uxoris mandato: tum quia liberam habet facultatem, *l. procurator cui generaliter* 57. *ff. de procur. & cap. qui ad agendum, in fine, eod. tit. in* 6. tum etiam ex ratione text. quæ in omnibus pariter concludit. Sic etiam ſimiliter licèt receptum ſit conjunctam perſonam pro conjuncta in cauſis ſpiritualibus ſine mandato admittendam non eſſe, *gloſſ.*1. *verſ. ſed credo, in cap. coram* 34. *ſupr. de offic. deleg.* recepta per citatos *ibi*; in marito tamen hoc locum non habet, hic enim etiam in ſpiritualibus debet admitti ſine uxoris mandato ex libera poteſtate ei à lege conceſſa, quæ etiam extenditur ad ea, quæ ſpeciale mandatum requirunt, tum quia de aliis conjunctis ad maritum non infertur conſequentia: tum denique ex text. *in præſenti*, ubi niſi divinando ſuppleatur mandatum uxoris, ſine eo admiſſus eſt maritus de ejus legitimitate agens.

4 Quare autem maritus liberam habeat poteſtatem agendi cauſas uxoris abſentis, & invitæ, ex *ſuprà* dictis, uxor tamen non ita pro marito agere poterit, ut probat *l. qui abſente, C. de procurat.* curioſè interroget aliquis. Ratio facilis eſt, quamvis enim uxor marito ſuo æquè ſit conjuncta, ut ipſe maritus uxori, in uxore tamen non ſolùm deficit, verùm etiam in contrarium militat ratio, propter quam marito libera illa poteſtas conceditur, ne ſcilicet fœminæ in contumeliam matronalis pudoris irreverenter irruant contentionum iudicia, quæ ſi exigit ut maritus admittatur in cauſis uxoris contradicentis, fortiùs concludit uxorem ipſam pro marito admittendam non eſſe ſine mandato, ut latè proſequitur Tiraquell. *de legibus connub. l.*10. *à num.*31.

R. patruus

5 *R. patruus mulieris ipſam exhæredare,&c.*] Notatur ad hoc, quod is, qui ab altero diffamatur, quòd ſit illegitimus, poteſt petere in judicio, ut legitimus declaretur, & adverſario non agenti, & excipienti perpetuum ſilentium ſuper illegitimitate, & hæreditate imponatur, niſi illegitimitatẽ probaverit, ut per Menoch. *conſil.* 366.*n.*5. nam diffamatio & jactatio, ſeu verbalis moleſtia non ſufficit, ut quia in judicio audiatur cogens adverſarium agere de jure, quod extra judicium dicit, ſeu jactat ad ſe pertinere, excepto ſpeciali caſu *l. diffamari, C. de ingen. & manumiſſ.* quando ſcilicet quis diffamatur de ſtatu perſonæ ingenuitatem, ſervitutem, aut ſimilem qualitatem reſpiciente. Ita Ordin. Regia Luſitanorum *lib.* 3. *tit.* 11. §.4. Anton. Gomez *tom.*1.*variar.c.*1.*n.*18. Sarmien. *ſelect.lib.*1.*c.*2.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium in facie Eccleſiæ contractum ſi ſeparetur, filii geniti, vel concepti ante ſententiam ſunt legitimi.*

2 *Legitimi ſunt filii concepti ante ſententiam divortii à parentibus, qui bona fide contraxerunt, licèt inter eos exiſtat impedimentum propter quod poſtea Matrimonium judicio Eccleſiæ fuit ſeparatum.*

3 *Legitimi ſunt cenſendi filii ſuſcepti ex Matrimonio, quod juſto facti, vel juris errore parentes nulliter contraxerunt,* & n.17.

4 *Filii ſuſcepti à parentibus, qui publicè & bona fide contraxerunt, verè, & propriè ſunt legitimi.*

5 *Filii ex bona fide parentum legitimi ad Ordines ſacros, & ad Epiſcopatus ſunt admittendi.*

6 *Eccleſiaſticam emphyteuſim obtinere poſſunt filii ex bona fide parentum legitimi.*

7 *Legitimi per bonam finem parentum admittuntur ad feudi, & majoratus ſucceſſionem.*

8 *Legitimi per bonam fidem parentum an ſuccedant in majoratu, feudo, emphyteuſi, aut fideicommiſſo, ſi adſit clauſula, ut ſuccedant ii ſoli, qui ex legitimo Matrimonio procreati fuerint, oſtenditur.*

9 *Filii ex Matrimonio putativo quoad utrumque parentem legitimi ſiunt, ſi unus ex parentibus fuerit in bona fide, quamis alter habeat malam fidem.*

10 *Parens qui habet malam fidem impedimenti, non gaudet jure legitimi parentis.*

11 *Matrimonium clandeſtinum dicitur quoad pœnas, cui deſunt denuntiationes.*

12 *Filii ſuſcepti à parentibus Matrimonoum clandeſtinè contrahentibus, indiſtinctè ſunt illegitimi.*

13 *Legitimi ſunt filii nati poſt litem conteſtatam ſuper Matrimonio publicè contracto, quod per ſententiam poſtea nullum fuit declaratum.*

14 *Succeſſionis filiorum in bonis parentum origo, & neceſſitas eis ex jure civili provenit, imò jure naturæ debitam eſſe defenditur.*

15 *Legitima non poteſt lege, vel ſtatuto auferri.*

16 *Mater ſola non alit filium, qui fuit conceptus in Matrimonio putativo, quod exinde fuit diſſolutum.*

18 *Legitimi an ſint filii ſuſcepti à parentibus, qui de validitate Matrimonii dubii erunt, oſtenditur.*

19 *Conjuges quando de Matrimonii validitate dubitant, hujuſmodi dubium ſpeculativum eſt, ac per conſequens non inducit malam fidem.*

20 *Matrimonium etiam publicè contractum coram Parocho, & teſtibus, omiſſis tamen denuntiationibus, cenſetur clandeſtinum quoad juſtitiam, & alios effectus.*

21 *Matrimonium publicum non dicitur, quod coram magna hominum frequentia, convocatis etiam amicis, & vicinis contractum fuit.*

22 *Illegitimi ſunt filii, etiam in conſcientiæ foro, qui ex Matrimonio clandeſtino, & ſtante impedimento dirimente ſuſcepti ſunt, quamvis parentes in rei veritate illud ignoraverint.*

23 *Reſpondetur fundamentis contrariæ opinionis.*

24 *Filii legitimi non ſiunt, ſi Matrimonium clandeſtinè ſine denuntiationibus celebretur in mortis articulo cum muliere, ex qua ægrotans prolem ſuſceperat.*

25 *Datur differentiæ ratio quare in* l.ult. C. de liberali cauſa, *filij nati pendente lite ſuper ſtatu matris, ſequuntur conditionem, quæ de matre judicabitur, filij verò nati lite pendente ſuper validitate Matrimonij, legitimi judicentur, quamvis contra Matrimonium feratur ſententia illud invalidum pronuntians.*

26 *Alimenta ut filio lite pendente, quem pater filium eſſe negat, aſſignet judex, debet ſummariam præmittere informationem, & ſi præſumptio aliqua ſit pro filio, debet interim per judicem pronuntiari ut alatur.*

27 *Cautio de reddendis alimentis, ſi in cauſa filius ſuccumbat, an ab eo ſit exigenda, remiſſivè.*

CAP. Cùm inter II.

QUando duo publicè, & ſine contradictione Eccleſiæ cõtrahunt, & poſteà canonicè per ſententiam ſit divortium, filii qui nati, vel concepti ſunt ante ſententiam, habentur legitimi, & ſuccedunt hæreditario jure in bona paterna, & ſunt nutriendi. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Hoſt. Butr. Anch. Panorm. Præpoſ. Caniſ. Cujac. Alex. de Nevo, Viv. *in ration.lib.*4. *juris Pontif.pag.*98. Alagon. *in compend. juris Canon. pag.*593. remiſſivè Caſal. *in annot.* & Xamen. *in concord.p.*1. & 2. refertur ab Ant. Auguſt. *collect.*1. *Decret.lib.*4. *tit.*18. *cap.*1. & eſt poſt Concil. Lateran. ſub Alex. III. *p.*33.*c.*5. 1

Collige ex text. legitimos eſſe filios conceptos ante ſententiam divortii à parentibus, qui publicè bona fide contraxerunt, licèt inter eos exiſtat impedimentum propter quod poſtea Matrimonium judicio Eccleſiæ fuit ſeparatum, ut per Covar. *de ſponſal.part.*2.*c.*8.§.1. Gail. *lib.*2.*obſerv.*48.*n.*6. Paleot. *de nothis, & ſpur.cap.*9. Gabr. *lib.*2.*commun.tit.de legitimat.concluſ.*4. Cervan. *ad l.*6.*Tauri, num.*11. *cum ſeqq.* Peregr. *de fideicom.art.*24. *n.*67. Menoch. *de præſumpt.lib.*4.*præſumpt.*97. Baptiſta Coſta *de facti ſcientia & ignor. centur.*2.*inſpect.*38.*n.*3. *cum ſeqq.* Caſtil. *quotid.quæſtionum lib.*2.*c.*11.*n.*3. & 7. Baſil. Pont. *de Sacram.Matrim.lib.*11.*c.*8.*ex n.*1. Nam legitimi ſunt cenſendi filii ſuſcepti ex Matrimonio, quod juſto facti vel juris errore parentes nulliter contraxerunt, ut per Covar. *d.c.*8.§.1.*n.*9. Paleot. *d.c.*9.*n.*9. *ad fin.* Peregr. *d.art.*64.*n.*69. ubi *n.*68. advertit ad hunc effectum ſufficere Matrimonium putativum ex errore injuſto, quia titulus putativus, quamvis ex errore injuſto proveniens, bonam fidem cauſat. 2 3

Filij, eorum non debent exinde ſuſtinere iacturam.]Ergo filii ſuſcepti à parentibus, qui publicè bona fide contraxerunt, verè, & propriè legitimi ſunt, ut docet Cov. §.1.*n.*1. Paleot. *d.c.*9.*n.*14. Gabriel. *d.concl.*4.*n.*14. Azor. *inſtit. moral. p.*2.*lib.*2. *c.*16.*q.*5. Menoch. *de præſumpt. lib.*4.*præſumpt.*77.*à n.*3. & alii, quos copioſiſſimè refert Caſtil. *quotidian.lib.*2.*c.*11.*n.*5. & 6. Arellan. *de rat. jur. & jur.imper.c.*5.*n.*84. Bammacar. *in c.naturales, ſi de feudo defunctor. controv.in uſibus feudor.q.*9.*n.*96. Fajard. *in tract.de legitimat. per ſubſequens matrim. n.*167. ubi *n.*568. ſubdit, quod in dubio requiſita bona fides præ- 4

 ſumitur

ſumitur,itaut ſi illi inſtituantur hæredes à teſtatore,qui credebat eos eſſe natos ex juſto Matrimonio, adhuc inſtitutio non corruit, quandoquidem ii filii quoad ſuum commodum cenſentur verè & propriè legitimi, & dicuntur ſui hæredes, & in poteſtate patris, Menoch. *de præſumpt.lib.4. præſumpt.24.n.9.*

5 Unde ad ſacros Ordines hujuſmodi filios ex bona fide parentum legitimos admittendos eſſe,ultra *ſuprà* citatos reſolvunt Soar. *tom.5.de cenſur. diſput.5.ſect.1. n.6.cum ſeqq.* Sayr. *eod.tract.lib.6.c.10.à n.31.*Avil.*eod. tract.p.7.diſp.3.dub.6.* Bellet. *diſquiſ.cleric.part.1.tit.de diſcipl.cleric.§.3.n.23.* Et ad Epiſcopatum, ut per multos,quos refert & ſequitur Caſtil. *d.c.11.n.19.* atque
6 etiam ad Eccleſiaſticam emphyteuſim, ut poſt Dec. reſolvit Cald. Pereira *de nominatione emphyt. quæſt.25.*
7 *n.38.* Sic enim licèt legitimari à feudi ſucceſſione repellantur,*c.1. §.naturales, ſi de feudo fuerit controverſia inter dominum,& agnatos,* admittuntur tamen legitimi per bonam fidem parentum, communis ex Sonſbech. *de feudis,p.9.n.37.*Gabr.*d.concl.4.n.41.* Sic denique licèt baſtardi non admittantur ad majoratus ſucceſſionem, admittuntur tamen illegitimi ex bona fide, ut probat Molin. *de primog. lib.13.c.1. n.12.* & reliqui omnes veram eſſe ſententiam ſine difficultate admittentes quando majoratus ſimpliciter eſt inſtitutus, vel emphyteuſis ſimpliciter conceſſa.

8 Ardua tamen eſt inter ſcribentes controverſia, an idem ſit reſolvendum quando in majoratu,feudo,emphyteuſi, aut fideicommiſſo adjecta eſt clauſula, ut ſuccedant ii ſoli, qui ex legitimo Matrimonio procreati fuerint? Partem enim affirmativam,quod adhuc ſtante ea clauſula,legitimi ex bona fide parentum ſint admittendi, reſolvit Dec. *conſ.153.* quem multis latè tuetur Soc. jun. *conſ.39.vol.3.* & ſine dubio eſt magis recepta ex Covar. *d.p.2.c.8.§.1.n.3.*Molin.*d.c.1.n.15.* Menoch. *de præſumpt. lib.4. præſumpt.77. n.6.* Mantica *de conject.ult.volunt.lib.11.tit.8.n.24.* Caſtil. *d.cap.11. n.12.& 17.* Peregr. *d.art.25.à n.72.* Contrariam verò negativam partem,quod in his terminis ſtante clauſula prædicta nequeant ſuccedere legitimi ex bona fide parentum,tuetur Curt.jun.*conſ.64.n.8.vol.1.* ſequitur Fulv.Pac. *de probat. lib.2.c.16.n.69. verſ. ex quo infertur,* & in puncto juris veriorem eſſe concludit Cald. Pereira *d.q.21.n.44.* & de ea dubitans cogitandum relinquit Carol.Ruin. *in l.Gallus,§.ſi ejus,num.99.ff.de liber.& poſth.*

9 *Cùm parentes eorum.*] Quamvis text. *in præſenti*,parentum in numero plurali faciat mentionem,quaſi videatur exigere ad legitimitatem bonam fidem utriuſque parentis, cùm tamen referatur verbum illud ad publicitatem,juxta reſolutionẽ communem DD.quod filii ex Matrimonio putativo quoad utrumque parentem legitimi fiunt, ſi unus ex parentibus fuerit in bona fide,quamvis alter habeat malam fidem,ut docent gloſſ. *verbo ambo,in c.cùm inhibitio, de clandeſt. deſponſ.* Duen. *reg.150.limit.2.verſ.circa*,Gabr.*d.concl.4.num.4.* Peregr. *d. art.24. n.66.* Coſta *in c. pater, de teſtam. lib.9.verbo uxorem,num.4.* Cervan.*d.l.6.Tauri,num.13.* Azor. *d.cap.16.q.3.* Marienſ. *in rubr.tit.1.gloſſ.1.n.116. lib.5.nova recop.* Sanch. *de Matrim.lib.8.diſp.34.n.46.* Gutier. *eod.tract.c.71.* Rota *deciſ.454.n.3.inter impreſſ. Farin. poſt lib.2.* Seraph. *deciſ.1099.num.1.* Sanctarel. *variar. quæſt.20. num.4.* me citato *in hoc loco*, Fajard. *ubi ſuprà,num.169.* quæ quidem reſolutio vera eſt reſpectu filii, & in ejus favorem, & reſpectu parentis, qui in bona fide fuit, non verò reſpectu parentis,qui malam fidem habuit,hunc enim non gaudere jure legitimi parentis, reſolvunt Coſta *d.verbo uxorem,n.11. cum ſeqq.* Cervan. *d.l.6.n.16.* D.Barboſa *in l.ſi cùm dotem,§.fin.n.12. ff.ſol.matrim.* Sanch.*d.diſp.44.num.46.* vide plures alios, quos citavi ad *c.ex tenore, verbo ignaram, infr. hoc tit.*

Publicè contraxiſſe.] Id eſt, præmiſſis denuntiationibus. 11 Sanch. *de Matrim.lib.3.diſp.1.n.12.* Matrimonium enim clandeſtinum dicitur quoad pœnas, cui deſunt denuntiationes, Perez *l.1. verſ. plura tamen, pag.38.tit.1.lib.3. Ordin.* Menoch. *conſ.69.n.70.* Fulv. Pac. *de probat. lib.2.c.16.n.69. verſ.ego neſcio.* Gutier. *pract.lib.2.q.4.n.13.& de Matrim. c.55.num.5.* Sanch. *d. diſp.1. num.10.* & plures alii, quos refero ego ipſe *de officio, & poteſtate Epiſcopi, part.2. alleg.32. num.8.*

Unde filios ſuſceptos à parentibus Matrimonium 12 clandeſtinè contrahentibus, indiſtinctè illegitimos eſſe, quia in iis,qui clam contraxerunt, ſemper ſcientia, & mala fides utroque jure præſumitur, docent Cervan. *d.l.6.num.22.*Fr.Emman.*ſum.tom.1. cap.221. num.3.* Henriq. *in ſum.lib.11.cap.20.§.1.* Peregrin. *d. art.44. num.8.* Caſtill.*d.cap.11.num.8.* Sanch. *d.lib.3. diſput.42. num.6.*

Ante latam ſententiam.] Notatur ad hoc, quod filii 13 nati poſt litem conteſtatam ſuper Matrimonio publicè contracto, quod per ſententiam poſteà nullum fuit declaratum, legitimi ſunt,ut per Covarr. *d.cap.8.§.1. num.5.cum ſeqq.* Gabr. *d.concl.4.n.12.* Peregr.*d.art.24. num.70.* Azor. *inſtit.moral.part.1.lib.2.c.13. q.6.* Sayr. *de cenſur.lib.6.c.10.n.33.*Nam litis conteſtatio non inducit malam fidem quoad uſus matrimoniales inter parentes, qui à principio bona fide contraxerunt,nec conjuges pendente lite privari poſſunt ſuæ poſſeſſionis commodo, aut ſuſpenditur inter eos carnale commercium, juxta text. *in cap. 2. ſupr. ut lite pendente,* & juxta regulam generalem de continuanda poſſeſſione lite pendente, quæ probatur *in cap.1. illo tit.* & quæ latiſſimè proſequitur Lancellot.*de attentatis,p.2. c.4.limit.1. cap.2.* juncta reg.& recepta interpretatione illius *c.2.* ibi, *ante probatam accuſationem*, ex quo deſumitur, quod ante prolatam diffinitivam ſententiam non dicuntur factæ probationes, neque liquere de cauſa,ut per Abb. *hîc,n.5.& 6.*Amplia & extende idem eſſe lata ſententia pendente appellatione,ut per Vincent.de Franch. *deciſ.130.num.3.* nam conceptos appellatione pendente à ſententia lata contra Matrimonium,legitimos fieri reſolvit Bellet. *diſquiſit.cleric. p.1.tit. de diſcipl.cleric.§.3.n.23.in fine*, Fajard. *d. tract. num.175.*

In bona paterna hæreditario jure ſuccedant.] Notatur 14 ad hoc,quod ſucceſſionis filiorum in bonis parentum origo, & neceſſitas ex jure Civili provenit, ut per Dyn. *in reg.inductam,n.22.cum ſeqq.de reg.juris, lib.6.* ſequitur Bart. *in l.Titio centum, §.Titio genero, n.6.ff.de condit.& demonſtrat.* & receptam ſententiam profitetur Lara *in l. ſi quis à liberis, §. idem reſcripſit, n.149. cum ſeqq. ff. de liber. agnoſc.* communem dicit Cevall.
*commun.contra commun.q.110.à princip.*Cæterùm con- 15
trarium,imò filiis legitimam portionem,ſeu ſucceſſionem in bonis parentum jure naturæ debitam eſſe, tenent Gomez.*tom.1.variar.cap.1.à num.2.* Corraſ.*lib.3. Miſcellan.cap.16.à num.3.* Rojas *de ſucceſſ.c.7.à princ.* Molin. *de primog.lib.2.cap.1.à num.14.* Spin. *in ſpeculo teſtament. gloſſ.17.à num.19.* Azor. *d.part.1.lib.2.c.17.* hinc inferentes ad varias quæſtiones, & præcipuè non poſſe lege,vel ſtatuto hanc legitimam auferri,de quo Covar. *p.2.de ſponſal.cap.8.§.6.n.5.* Coſta *in c.ſi pater 3.part. verbo privare non poſſit, n.42.* ad utramque partem latè Ceval. *d. quæſt.112.* Has tamen contrarias opiniones ſub diſtinctionis fœdere conciliandas duxit, ut ſcilicet prima, quæ hanc legitimam, & filiorum ſucceſſionem ait iuris civilis eſſe, intelligatur de legitima quoad quotam,ſeu quantitatem; ſecunda verò opinio intelligatur quoad originem ipſius ſucceſſi-

ſucceſſionis, intelligendo deinde de jure naturali poſterioris capitis; quod ſolis hominibus proprium eſt, & jus gentium à Jureconſultis dicitur; quam diſtinctionem in effectu agnoſcunt poſt multos ex *ſuprà* citatis Merlin. *de legitima, lib.5.tit.1. quæſt.6.num.7.* & me citato *in hoc loco*, noviſſimè Mar.Cutel. *de donat. inter patrem, & filium, tract. primo, diſc. 2. partic.6. num.108.*

16 *Parentum facultatibus nutriantur.*] Notatur ad hoc, quod mater ſola non alit filium, qui fuit conceptus in Matrimonio putativo, quod exinde fuit diſſolutum, ut per Surd. *de aliment.tit.7. quæſt.14.n.18.*

17 Duæ ſuperſunt in hac materia reſolvendæ quæſtiones, quarum prima eſt utrùm legitimi cenſendi ſint filii ſuſcepti ex Matrimonio, quod juſto facti, vel juris errore parentes nulliter contraxerunt? Pars affirmativa, quæ vera eſt, ex eo neceſſariò colligitur, quia ut text. probat, & *ſuprà*, in principali concluſione diximus, legitimi ſunt filii habiti ex Matrimonio invalido bona fide utriuſque, vel alterius ex parentibus contracto: ſed quando parentes juſto juris, vel facti errore contraxerunt, nec malam, nec bonam fidem habere cenſentur: ergo ſi conſtet de tali errore filii legitimi erunt, vide Abb. *in cap. prælatum, num.5. & in cap. per venerabilem, num.36. in fine, infr. hoc tit.* Covar. *d. cap.8. §.1. n.9.* Paleoth. *n.9. ad fin.* Peregr. *d. art.24. num.69.* Utrùm autem injuſtus error ſufficiat ad hanc legitimationem inducendam? ardua eſt quæſtio, quæ pendet ex alia, utrùm ex injuſto errore bona fides cauſari poſſit: ſed relictis iis, quæ pro utraque parte adducunt DD. partem affirmativam de noſtra legitimatione agens tuetur Peregr. *d. art.24. num.68.* ſcribens ad hunc effectum ſufficere Matrimonium putativum ex errore injuſto, quia titulus putativus quamvis ex errore injuſto proveniens, bonam fidem cauſat, & conſequenter ſufficit in omni præſcriptione, quæ ſolam bonam fidem exigit, vide Bart. *in l. ſenſus, n.17. ff. de uſucap.* & *ibi* Paul. de Caſtro *num.2.* & Bald. *num.20.* Alciat. *reg.3. præſumpt.5.* Covar. *in reg. poſſeſſor, §.7. num.5.* Mench. *illuſtr. cap.77. num.9.* Menoch. *de præſumpt. lib.3. præſumpt.130. num.3. cum ſeqq.* Fachin. *controverſ. lib.8. cap.18.* Gilchen. *de præſcript. part.2. membr.1. cap.3. à num.8. & 13.* Sanch. *de Matrim. lib.5. diſp.3. num.13.* ubi reſolvit generaliter ignorantiam juris non ſolùm obſcuri, ſed etiam clari, ſi de ea conſtet, in utroque foro excuſare.

18 Altera quæſtio eſt, utrùm legitimi ſint filii ſuſcepti à parentibus, qui de validitate Matrimonii dubii erant? in qua pars affirmativa verior eſt, quia qui dubii ſunt de impedimento Matrimonii, ejuſque validitate, non habent impedimenti ſcientiam, ſed potius bonam fidem, ex reg. text. *in cap. ſi virgo 34. quæſt.2.* ubi Auguſtinus ait, bonæ fidei poſſeſſorem dici qui ſe poſſidere ignorat alienum, malæ verò fidei cùm ſciverit alienam eſſe rem, quam poſſidet: quibus verbis probat ad malam fidem inducendam neceſſarium eſſe quod poſitivè ſciat vitium poſſeſſionis, ſeu impedimentum exiſtens, ſufficere verò ad bonam fidem ignorantiam vitii, ſeu impedimenti per negationem ſcientiæ, quod planè in dubitante reperitur, non enim poſitivè ſcit impedimentum, & conſequenter ignorat, quo argumento dubitantem eſſe bonæ fidei poſſeſſorem notavit *gloſſ. fin. in cap. ult. de præſcript.* quam ſequuntur DD. communiter ex Abb. *ibi, n.40.* & Pariſ. *n.48.* Balb. *de præſcrit.2. p.3. quæſt.2.* Mench.

19 *d. cap.77. à n.3.* Sarmient. *lib.2. ſelect. cap.10. n.5.* Accedit, quia quando conjuges de Matrimonii validitate dubitant, hujuſmodi dubium ſpeculativum eſt, quia non dubitant in praxi an licitè utantur Matrimonio, ſed an illud validum ſit: quod dubium apud omnes receptum eſt non inducere malam fidem, ſed potiùs bona conſcientia dubitantes poſſe eo ſtante operari, ut docent Navar. *in cap ſi quis autem, n.61. de pænit. diſt.7.* Covar. *de ſponſ. p.2. cap.7. §.2. num.10. & in reg. poſſeſſor, p.2. §.7. num.4.* & plures, quos refert Sanch. *de Matrim. lib.2. diſp.41. num.4. & 8.* quibus adde Valent. *tom.2. diſp.2. quæſt.14. punct.4. dub.4. & tom.3. diſp.7. quæſt.3. punct.2. verſ. tertia,* Azor. *inſtit. moral. p.1. lib.2. cap.19.* Sayr. *de cenſur. lib.1. cap.13.* Joan. Solorzan. *de Indiarum jure, lib.3. cap.3. num.80. & 81.* Fajard. *ubi ſupr. num.173.*

In gloſſ. *Publicè*, ibi, *ſcilicet denuntiatione præmiſſa in Eccleſia publicè, alias dicitur clandeſtinum.* Jam *ſupr.* in text. oſtendi Matrimonium dici clandeſtinum quando non eſt contractum præmiſſis denuntiationibus, quod hæc gloſſ. etiam probat. Unde primò colliges ſuſtineri non poſſe eorum ſententiam, qui cenſent publicè contractum dici Matrimonium, quod coram Parocho & teſtibus fuit celebratum, quamvis omiſſæ ſint denuntiationes, quod voluerunt omnes, qui docent poſt Concil. Trid. ſolum cenſeri clandeſtinum, quod fit ſine Parocho, & teſtibus, ut tenent Molin. *de juſtit. tract.2. diſp.176. verſ. obſerva*, & Dominus meus D. Barboſ. *in l.3. p.4. num.39. ff. ſolut. Matrim.* Sed ſalva pace tanti viri, non adverterunt clandeſtinitatem diverſimodè conſiderari reſpectu diverſorum, vel quoad validitatem, vel quoad juſtitiam, & alios effectus: ſi quoad validitatem conſideretur, certum eſt ſolùm cenſeri clandeſtinum quod ſine teſtibus & Parocho contrahitur; ſi quoad juſtitiam, ut licitè fiat tam jure Decretalium, quàm noviſſimo Concil. Trid. attento, ſine dubio clandeſtinum cenſeri debet, quamvis coram Parocho & teſtibus fiat, ſi denuntiationes omittantur *in d. cap. cùm inhibitio, in princ.* ubi ſolemnitatem denuntiationum obſervandam præſcribit, juncto §.2. ibi, *hujuſmodi clandeſtina*, &c. §. *ult.* ibi, *tales conjunctiones*, &c. Deinde quia Concil. Trident. quoad denuntiationes faciendas expreſsè innovat deciſionem Lateran. Concilii *in d. cap. cùm inhibitio*, ſolumque addit quod nullum ſit Matrimonium ſine Parocho, & teſtibus: cùm ergo à Trident. jus antiquum pœnam imponens contrahentibus ſine denunciationibus non ſit immutatum, ſequitur quoad hoc obſervandum eſſe, & manere jus antiquum, juxta *l. præcipimus, in fine, C. de appellat.* & ita meritò contra prædictos hanc partem tuentur citati *in text. hoc eod. verbo.* 20

Secundò colliges ſuſtineri non poſſe ſententiam, quam plerique communiter receptam profitentur, quæ reſolvit publicum cenſendum illud eſſe Matrimonium, quod coram magna hominum frequentia convocatis amicis, vicinis, & conſanguineis, nemine ſeriosè excluſo fuerit contractum, quod docuit Abb. *in d. cap. cùm inhibitio*, & ex Oldrad. Joan. Lup. Roland. & aliis, quos refert & communem dicit Maſcard. *de probat. concl.297. num.9.* Gom. *l.49. Tauri, num.1. verſ. ex quo,* Covar. *d. cap.6. in princ. num.20.* Servant. *l.6. Tauri, num.25.* Sed falſum docent, priuſque pro hac ſententia adducunt Nav. *in man. cap.22. num.7.* licèt enim ille id admittat ubi invaluit conſuetudo ut ſine denuntiationibus fiat Matrimonium ad valvas Eccleſiæ, vel alibi in præſentia cognatorum & vicinorum, poſt Trid. tamen apertè docet contrarium eſſe reſolvendum, quo etiam caſu loquuntur Paleoth. *d. c.9. num.4. & ſeqq.* Peregrin. *d. art.24. n.65.* Gutier. *pract. lib.2. quæſt.4. num.13.* Henriq. *lib.11. cap.5. §.1.* & poſt gloſ. *hic, verbo publicè*, & alios, quos refert Sanch. *lib.3. diſp.1. n.10.* Nec obſtat Abb. Panorm. fundamentum, quod ſcilicet jura in hac ſpecie ſolùm exigunt, ut Matrimonium in facie Eccleſiæ contrahatur, juncta notiſſima 21

tiſſima ſignificatione nominis Eccleſiæ pro fidelium collectione, *cap. Eccleſia, de conſecrat. diſt.* 1. quamvis enim hæc ſignificatio recepta ſit, receptior tamen, & frequentior eſt alia pro templo materiali, vt *in tit. de Eccleſiis ædific.* & ſæpe alibi, & in hoc ſenſu ponitur *in d.c. cùm inhibitio*, ibi, *in Eccleſiis per preſbyteros*, junctis ſequentibus, vbi etiam præcipit quod in Eccleſia fiant denuntiationes, vnde cùm expreſsè requirat hanc ſolemnitatem, qui ſine ea contrahunt, clandeſtinè contrahere meritò dicuntur.

22 Tertiò colliges tutum non eſſe, quod de foro conſcientiæ ſcribit Soar. *de cenſur. tom.* 5. *diſp.* 50. *ſect.* 1. *num.* 10. reſolvens in eo foro cenſendam legitimam prolem ſuſceptam ex Matrimonio nullo clandeſtino, hoc modo ſine denuntiationibus contracto, ſi in conſcientia, & rei veritate conſtet parentes habuiſſe bonam fidem; quæ ſententia juuari videtur ex eorum doctrina, qui reſoluunt præſumptionem juris & de jure non habere locum in foro conſcientiæ, data veritate in contrarium, vt in terminis *cap. is qui fidem, ſupr. de ſponſalib.* in quibus communiter conſtituunt primum Matrimonium præſumptum non habere locum in conſcientia, ſi ſponſus conſenſum conjugalem non habuit in actu copulæ, ſed in conſcientia debere remanere cum ſecunda, in quam verè conſenſit, vt poſt antiquiores receptum teſtatur, & ſequitur Couarr. *de ſponſal. part.* 1. *cap.* 4. §. 1. *num.* 9. & tanquam indubitatum ſupponit Sanch. *lib.* 7. *diſp.* 37. *num.* 9. *ad med.* Sed contrarium in noſtro propoſito neceſſariò reſolvendum exiſtimo, quod ſcilicet etiam in conſcientia illegitimi ſunt filii, qui ex Matrimonio clandeſtino, ſtante impedimento dirimente ſuſcepti ſunt, quamvis parentes in rei veritate illud ignorauerint, & in conſcientiâ de ipſorum bona fide conſtet; ratio eſt, quia effectus hic legitimitatis, vtroque foro, tam conſcientiæ, quàm exteriori non aliunde pendet quàm ex legis auctoritate, quæ illos tantùm legitimos facit, quos vt tales approbat: at verò ex *ſuprà* reſolutis conſtat legem Canonicam expreſsè non approbare vt legitimos, ſed potiùs vt illegitimos damnare filios ſuſceptos ex Matrimonio nullo propter juris impedimentum, quamvis parentes illud ignorarent, ſi ſine denuntiationibus contractum eſt: ergo non oportet inter vnum & alterum forum diſtinguere, quamvis impugnare contendat Fajard. *d. tract. n.* 181.

23 Nec obſtat arg. in ſimili de terminis *d. c. is qui fidem*; nam adhuc in illis in foro conſcientiæ procedere deciſionem illius text. tenent grauiſſimi DD. ſed ſi communis ſententia contraria eſſet indubitata, longè diuerſa eſt ratio de illis ad noſtros terminos, ſi aduertas Matrimonium non ex legis pendere auctoritate, ſed ex conſenſu contrahentium, ſine quo non poteſt ſubſiſtere, *c. ſufficiat* 27. *q.* 1. *l. nuptias, ff. de reg. juris*, & ideo licèt lex ex copula poſt ſponſalia præſumat conſenſum conjugalem, ſi tamen conſtet in conſcientia, & rei veritate conjugalem non adfuiſſe conſenſum, non poteſt inde Matrimonium reſultare, quod conſcientiam obliget, quemadmodum in fortioribus terminis, ſi quis verba exprimat conſenſum de præſenti importantia, & tamen interiorem conſenſum non habuerit, non poteſt in conſcientia Matrimonium judicari, vt decidit text. *in c. tua nos* 26. *ſuprà de ſponſ.* vbi notant omnes, & latè diſputat Sanch. *lib.* 1. *diſp.* 7. *cum ſeqq.* In noſtro verò propoſito, cùm totum pendeat ex legis auctoritate, quæ hoc caſu non vult prolem vt legitimam approbare, reſoluendum eſt illegitimam eſſe tam in exteriori, quàm in interiori conſcientiæ foro.

24 Quartò colliges falſam videri limitationem, quam tradunt Couar. *d. cap.* 6. *in initio, num.* 12. *in fine*, & Gabriel *d. concluſ.* 4. *num.* 19. & Sarmient. *lib.* 1. *ſelect. c.* 6. *n.* 7. reſoluentes quod ſi Matrimonium contrahatur in mortis articulo cum muliere ex qua ægrotans prolem ſuſceperat, eam fieri legitimam, quantumcunque clandeſtinè ſine denuntiationibus ſit celebratum. Fateor enim non exiſtente impedimento dirimente inter contrahentes in mortis articulo Matrimonium eſſe licitum, & prolem antea ſuſceptam legitimari, vt reſoluunt Gomez *l.* 9. *Tauri, num.* 59. Molin. *de primog. lib.* 5. *cap.* 5. *num.* 25. Spin. *in ſpec. teſtam. gloſſ.* 15. *à princ. à n.* 104. At verò minimè placere poteſt quod ſtante impedimento dirimente (qui ſunt termini, de quibus loquimur) legitimetur proles antea ſuſcepta per tale Matrimonium nullum in rei veritate, & clandeſtinè contractum, contra generalem deciſionem text. *in cap. cùm inhibitio*, §. 1. *de clandeſt. deſponſat.* qui abſolutè illegitimos facit filios ex tali conjunctione clandeſtinè ſuſceptos, non ſolùm præſumendo præſumptione juris & de jure parentes habuiſſe malam fidem, ſed inſuper ſtatuendo, vt illegitimi ſint, quamvis de bona fide ipſorum parentum appareat: quare præſumptio bonæ fidei reſultans ex neceſſitate contrahendi, in eo articulo nullum poteſt quoad hoc filiis præſtare ſubſidium.

In gloſſ. *Sententiam, argument. contrà, C. de liberali* 25
cauſa, l. vlt. Licet gloſſ. non ſoluat argument. in ejus tamen ſolutione maximè laborant DD. *in præſenti*, quare ſcilicet in illa *l. vlt.* filii nati pendente lite ſuper ſtatu matris ſequantur conditionem, quæ de matre judicabitur, itavt ſerui fiant ſi contra matris libertatem fuerit judicatum; at verò in noſtro text. filii nati lite pendente ſuper validitate Matrimonii legitimi judicentur, quamvis contra Matrimonium feratur ſententia illud inualidum pronuntians. Quare Abb. Panorm. *hic, num.* 6. reſpondet reſpectu legitimationis inſpici tempus conceptionis, & non ſententiæ, at verò reſpectu libertatis inſpici tempus poſt litis conteſtationem. Card. verò Zabar. *oppoſit.* 2. reſp. fauorem eſſe filiorum quod expectetur exitus ſententiæ, quia poteſt mater ingenua pronuntiari. Butr. *num.* 7. quem ſequitur Præpoſ. *num.* 5. ait differentiæ rationem in eo ſtare, quia ſtatus libertatis non imprimit concepto libertatem, ſed bene ſtatus Matrimonii concepto legitimitatem.

In gloſ. *Nutriantur*, fin. ibi, *judex ſummatim cognoſcat*, 26
&c. Singulariter gloſſ. iudicem inſtruit circa modum aſſignandi alimenta filio lite pendente, quem pater filium eſſe negat; debet enim ſummariam præmittere informationem, & ſi præſumptio aliqua ſit pro filio, debet interim per judicem pronuntiari, vt alatur, ſequuntur omnes *hìc*, Couarr. *pract. cap.* 6. *n.* 8. Duen. *reg.* 365. Molin. *de primog. lib.* 2. *c.* 16. *n.* 30. Soar. de Pace *in pract. tom.* 3. *c.* 4. §. 3. *num.* 10. Lara *in l. ſi quis à liberis*, §. *ſi vel parens, à n.* 42. *ff. de liber. agnoſc.* D. Barboſ. *in l.* 1. *p.* 1. *n.* 58. *ff. ſol. matrim.* Valaſc. *conſult.* 1. *n.* 10. *&* 12. plenè Surd. *de aliment. tit.* 1. *q.* 11. *n.* 10. qui omnes prædictæ præſumptionis exempla proponunt, quando filius eſt in poſſeſſione filiationis, vel communi exiſtimatione filius reputatur, vel primam ſententiam pro ſe reportauit, à qua eſt appellatum, nam pendente appellatione alendum eſſe decidit text. *in l. ſi inſtituta*, §. *de inofficioſo, ff. de inofficioſo teſt.* Vtrùm verò 27
cautio de reddendis alimentis, ſi in cauſa filius ſuccumbat, ab eo ſit exigenda, vide Couar. *n.* 7. Molin. *num.* 41. Valaſc. *n.* 7. *proximè citatis locis.*

SUMMARIUM.

1 *Verbo viri & mulieris ſtandum eſt, an aliquis ſit eorum filius, niſi expreſsè oſtendatur.*

2. *Vicinia*

2 *Viciniæ fama multùm valet in probanda filiatione.*
3 *Filiatio minimè probatur ex ſola alimentorum præſtatione, niſi uti filio præſtentur.*
4 *Filiatio plenè probatur ex confeſſione & nominatione parentum verè & principaliter propter ſe factam, accedentibus aliis indiciis.*
5 *Nominatio patris in libro ſuo probat filiationem.*
6 *Legitima an ſtatim in vita patris peti poſſit, ſi religionem ingrediatur, oſtenditur.*

Cap. Tranſmiſſæ III.

1 MAritus & vxor quando negant aliquem eſſe ſuum filium, ſed v.g. pietatis cauſa illum nutriuiſſe aſſerunt, quamvis à vicinia ſpurius credatur, tamen ſtandum eſt verbo viri & mulieris, niſi certis indiciis & teſtibus conſtet eſſe eorum filium. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Hoſt. Butr. Anchar. Panorm. Præpoſ. Alex. de Neuo, Caniſ. Cuiac. Viuian. *in ration. lib. 4. juris Pontif. pag.* 98. Alagona *in compend. juris Canon. pag.* 593. remiſſiuè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. & 2. refertur ab Ant. Auguſt. *collect.* 1. *Decret. lib.* 4. *tit.* 18. *c.* 2. & eſt poſt Concil. Lateran. *p.* 8. *c.* 11.

2 *Quamvis à vicinia, quæ ipſum filium,* &c.] Notatur ad hoc, quod in probanda filiatione multùm valet fama viciniæ, vt per Couar. *de ſponſal. p.* 2. *c.* 8. §. 3. *n.* 10. Paleoth. *de nothis & ſpuriis, c.* 22. *n.* 2. Menoch. *de arbitr. caſu* 79. *n.* 86. & *de præſumpt. lib.* 6. *præſumpt.* 53. *n.* 43. Anton. Monach. *Lucenſ. deciſ.* 56. *n.* 7. & 15. Maſcard. *de probat. concl.* 791. Fulu. Pacian. *eod. tract. lib.* 2. *c.* 6. *n.* 29. & 31. Sim. de Prætis *conſ.* 134. *n.* 5. Rot. *deciſ.* 273. *n.* 11. *p.* 4. *diuerſ.* & in terminis probationis primi Matrimonii poſt contractum ſecundum, Nicol. Superan. *conſil.* 65. *n.* 4. Petr. Albingan. *conſ.* 67. *n.* 9. *tom.* 1. *conſ. Matrim.* Buratt. *deciſ.* 530. *n.* 5. *cum ſeqq.* hinc inſtruentes Aduocatos ad probandam filiationem, quod tres faciant articulos. Primum quod ex viro, & vxore, ſeu concubina domi retenta natus eſt: ſecundum, quod pater eum filium nominauit, & agnouit: tertium quod communi voce viciniæ filius exiſtimatus eſt: confirmaturque ex his omnibus, quæ Doctores tradere ſolent de vi, & auctoritate communis famæ, juxta text. *in l.* 3. §. *ejuſdem*, ibi, *conſentiens fama confirmat, ff. de teſtibus*, & quæ plenè proſequuntur Duen. *reg.* 299. Garc. *reg.* 187. Maſcard. *concl.* 753. Fulu. Pacian. *lib.* 1. *c.* 49. *à princ.* & *à n.* 33. Menoch. *de præſumpt. lib.* 1. *præſ.* 89. *n.* 28. *cum ſeqq.*

3 *Quod eum pietatis intuitu nutriuiſſent.*] Vnde ex ſola alimentorum præſtatione, vel collatione in Matrimonium, cùm poſſint fieri pietatis cauſa, filiationem minimè probari, reſoluunt Surd. *de aliment. tit.* 9. *q.* 7. *n.* 9. *cum ſeqq.* Valaſc. *conſ.* 176. *n.* 13. Si verò educationem, & alimenta præſtet aliquis cuiquam vti filio, tunc filiationem ex hoc commodè probari, arg. *l.* 1. §. *ad quæſtionem, ff. de queſt.* & *l. quidam* 132. *de verbor. oblig.* reſoluunt Couar. *de ſponſ. p.* 2. *c.* 8. §. 3. *n.* 3. Maſcard. *concl.* 795. & *ſeq.* Menoch. *d. lib.* 6. *præſumpt.* 53. *n.* 32. Valaſc. *conſ.* 134. *n.* 4.

4 *Standum eſt verbo viri, & mulieris.*] Notatur ad hoc, quod ex confeſſione, & nominatione parentum verè & principaliter propter ſe facta, accedentibus aliis indiciis, plenè probatur filiatio, vide Couar. *d. c.* 8. §. 3. *n.* 7. Duen. *reg.* 34. *cum ſeq.* Paleoth. *c.* 23. *n.* 2. Menoch. *caſu* 89. *n.* 87. Maſcard. *concl.* 790. *à princ.* Surd. *conſ.* 1. *n.* 97. Seraph. *deciſ.* 1282. *n.* 2. eoque maximè, cùm nominationes ſunt plures, Roland. *conſ.* 22. *n.* 27. *lib.* 3. Pariſ. *conſ.* 10. *n.* 56. *lib.* 2. Menoch. *d. caſu* 89. *num.* 81.

5 Buratt. *deciſ.* 520. *n.* 20. vnde nominationem patris in libro ſuo probare filiationem dicunt Menoch. *d. præſumpt.* 53. *n.* 57. & *conſ.* 714. *n.* 18. Anton. Monach. *Florent. deciſ.* 61. *n.* 8. & 9. quæ quidem nominatio filiationem probat, etiamſi emanauerit ab vno parente, de cujus bonis, & hæreditate agitur: Maſcard. *concl.* 790. *n.* 12. & non ſolùm probat contra patrem nominantem, ſed etiam contra ejus hæredes, & contra alium tertium, vt per Paleoth. *d. c.* 22. *n.* 4. & 5. Menoch. *d. caſu* 89. *n.* 7.

In gloſſ. *Mota*, ibi, *dicunt quidam quod erant facti Monachi*, &c. Vult gloſſ. filios in vita patris, ſi religionem profiteantur, ſtatim poſſe petere legitimam, quod communiter DD. colligunt ex text. *in cap. cùm ſimus, in fine, ſupr. de Regul.* de cujus intellectu, & duabus contrariis communibus ſententiis in hac quæſtione, vide vltra ordinarios *ibi*, & *hic*, Abb. *in cap. in præſentia, n.* 59. & Dec. *n.* 67. *ſupr. de probat.* plures de quibus Couar. *in c.* 2. *n.* 7. *de teſtam.* Duen. *reg.* 256 *lim.* 6. Menoch. *illuſtr. c.* 37. *n.* 10. Nau. *comment.* 2. *de regul. n.* 48. Perez *l.* 1. *gloſſ.* 1. *pag.* 75. *verſ. dubitatur, tit.* 2. *lib.* 5. *Ordin.* Gutier. *canon. lib.* 2. *c.* 3. *à n.* 71. Craſſ. *recept.* § *legitima, q.* 12. *n.* 5. Fr. Emman. *quæſt. Regul. tom.* 1. *q.* 80. *art.* 2. Ceual. *commun. contra commun. q.* 342. 6

SVMMARIVM.

1 *Illegitima proles eſt, quam viro vivente uxor ex adulterio concipit, ſive cum adultero, ſive cum viro moretur.*
2 *Spurij cenſendi ſunt omnes, qui ex illis naſcuntur, qui Matrimonium contrahere non potuerunt, remiſſivè.*
3 *Pater ubi non ſuccedit, nec filius ſuccedere poteſt.*

Cap. Cauſam quæ j. IV.

PRoles, quæ naſcitur ex muliere, & alio viro, quem habet vt maritum, dum viuit verus maritus, eſt illegitima. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Hoſt. Butr. Anchar. Panorm. Præpoſ. Alex. de Neuo, Caniſ. Cujac. Viu. *in ration. lib.* 3. *juris Pontif. pag.* 99. Alagona *in compend. juris Canon. pag.* 594. remiſſiuè Ximen. *in concord. part.* 1. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 2. *Decret. lib.* 4. *tit.* 18. *c.* 4. & reliquæ partes vbi ſint, docet *gloſſ.* 1. *hic, verbo muliere.* 1

Collige ex text. ſpurios cenſendos eſſe omnes, qui ex illis naſcuntur, qui Matrimonium contrahere non potuerunt, ſed vide quæ dixi ad *cap. tanta, verbo, ſi autem vir, infr. hoc tit.* 2

Notatur ad hoc, quod vbi pater non ſuccedit, nec filius ſuccedere poteſt, vt per Couar. *de ſponſal. p.* 2. *c.* 8. §. 5. *n.* 1. 3

SUMMARIUM.

1 *Quæſtio natiuitatis reſidens in cauſa ciuili hæreditatis quæ vertitur coram judice ſæculari, ad Eccleſiaſticum eſt remittenda,* & n. 2.
3 *Natalium cauſa Eccleſiaſtica pendente coram Eccleſiaſtico, non poteſt ſæcularis judex in cauſa principali hæreditatis procedere.*
4 *Index Eccleſiaſticus, ad quem cauſa natalium, vel alia ſpiritualis remittitur, poteſt opponenti exceptionem illam præfigere terminum peremptorium, intra quem probare teneatur, non verò judex Eccleſiaſticus,* n. 5.

6 Declara

6 *Declaratur text. in præſenti.*
8 *Filius ex illicito coitu natus præſumitur potius ſpurius quàm naturalis.*
9 *Matrimonium præſumitur quoad liberorum legitimationem cohabitantibus vita functis.*
10 *Matrimonium præſumitur quoad filios præceſſiſſe inter viuos, concurrentibus aliis præter cohabitationem conjecturis.*
11 *Cohabitatio hodie efficere nequit Matrimonium.*

Cap. Lator V.

1 Cauſa natiuitatis oppoſita petenti hæreditatem coram judice ſæculari, ſpectat ad Eccleſiaſticum, & ſi intra duos menſes pars non probat quod obiicit, judex laicus de hæreditate judicare poteſt, ac ſi non ageretur de cauſa natiuitatis, ſed hoc debet intimari à judice Eccleſiaſtico. Colliguntur ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Hoſt. Butr. Anchar. Panorm. Præpoſ. Alex. de Neuo, Caniſ. Cujac. Viu. *in ration. lib. 4. juris Pontif. pag.* 100. Alagona *in compend. juris Canon. pag.* 591. remiſſiuè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. refertur ab Ant. Auguſt. *collect.* 3. *Decret. lib.* 4. *tit.* 18. *c.* 5.

2 *Coram ſæculari judice ſuper hæreditate*, &c.] Notatur ad hoc, quod quæſtio natiuitatis reſidens in cauſa ciuili hæreditatis, quæ vertitur coram judice ſæculari, ad Eccleſiaſticum eſt remittenda, concordat text. *in cap. tuam, ſup. de ordine cognit.* vide Mant. *dialog.* 42. Cou. *de ſponſal. p.* 2. *c.* 8. §. 3. *n* 4 Garc. *reg.* 353. D. Barboſ. *in l. Titia, n.* 22. *ff. ſolut. Matrim.* quod procedit quando cauſa legitimitatis, ſeu natalium pendet ex aliqua quæſtione juris, veluti vtrùm Matrimonium ſit legitimè contractum, & validum, non ita ſi verſetur circa factum ſolummodò, veluti quia dubitatur an Matrimonium fuerit contractum de facto inter perſonas habiles ad contrahendum, Couar. *d. c.* 8. §. 12. *num.* 3. Garc. *reg.* 253. *n.* 12. Menoch. *conſ.* 366. *n.* 11. D. Barboſ. *d. l. Titia, n.* 22. 34. *&* 53. *verſ. ſecunda principalis concluſio*, Ceual. *commun. contra commun. q.* 403. Cabed. *p.* 1. *deciſ. Luſit. areſto* 102. vbi refert quæſtionem facti in propoſito dici quando ſolùm dubitatur an Matrimonium contractum ſit, & quæſtionem juris quando partes fatentur Matrimonium de facto contractum eſſe, ſed negant valuiſſe.

3 *Et tunc ſæculari dominio*, &c.] Notatur ad hoc, quod pendente cauſa natalium coram Eccleſiaſtico non poteſt ſæcularis judex in cauſa principali hæreditatis procedere, vide Marant. *de ordin. judic. p.* 4. *diſt. vlt. à princ.* Corraſ. *miſcellan. lib.* 2. *c.* 5. Guier. *de juram. confirm. p.* 1. *c.* 2. *num.* 14. D. Barboſ. *in d. l. Titia, num.* 7.

4 *Intra duos menſes.*] Notatur ad hoc, quod judex Eccleſiaſticus, ad quem cauſa incidens natalium, vel alia ſpiritualis remittitur, poteſt opponenti exceptionem illam præfigere terminum peremptorium, intra quem eam probare teneatur, & vt eo elapſo ampliùs non audiatur, & judex ſæcularis in cauſa principali poſſit procedere, vt docent *in præſenti* Butr. *n.* 5. Abb. *n.* 4. Zabar. *oppoſ.* 2. & Præpoſ. *num.* 4. quod confirmant ex multis, quæ circa præfinitionem termini ad probandam exceptionem, nullitatem, vel appellationem proſequendam, notant DD. per text. *ibi, in cap. perſonas, de appellat.* & Marant. *de ordin. iudic. p.* 6. *de appellat. n.* 194. Duen. *reg.* 42. *limit.* 22. Lancel. *de attent. p.* 2. *c.* 12. *ampl.* 13. *& ſeq. & c.* 17. *à n.* 129. *& p.* 3. *c.* 23. *n.* 98. *& c.* 24. *q.* 16. & alii, de quibus Cened. *ad Decret. collect.* 17. *à princ.*

5 Non poteſt è conuerſo judex ſæcularis qui de cauſa principali hæreditatis cognoſcit, præfigere partibus terminum, intra quem cauſa incidens ſpiritualis terminetur coram Eccleſiaſtico, ad quem remittit, quia judici Eccleſiaſtico, qui in ſpiritualibus ſuperior eſt, ex reg. *cap. ſolitæ, de major. & obed.* legem imponere non poteſt, vt in ſimili ait text. *in cap. inſinuatione* 50. *de appellat.* vbi notauit Dec. *n.* 3. poſt Bart. *in l.* 2. *ff. de re iudic.* vbi ſequitur Iaſ. *n.* 12. & Rip. *n.* 7.

Illud tamen in præſentiarum aduertendum duxi, text. *in præſenti*, loquentem de præfinitione termini duorum menſium ad expediendam cauſam illegitimitatis, intelligi non ita diſtinctè, ſed quando conſtat de malitia, vt erat in caſu hujus text. in quo cauſa pependerat coram Epiſcopo. Noruicen. qui cauſam expediebat: itaque Papa mandauit Epiſcopo, vt cauſam intra duos menſes expediret, aliàs quod remitteret cauſam bonorum determinandam judicibus ſæcularibus, ita Put. *lib.* 1. *deciſ.* 123. *in antiq.* 6

Sublato appellationis obſtaculo.] De vi & effectibus hujus clauſulæ vide in meis remiſſionibus *de dictionibus, & clauſulis, clauſul.* 7. *& in tract. de clauſul. vſufreq. clauſ.* 9. & dixi *ad cap. paſtoralis, ſupr. de appell.* 7

Probare legitimè, &c.] Notatur ad hoc, quod illegitimitatem allegans debet illam concludenter probare, vt per Caputaq. *deciſ.* 150. *p.* 2. vbi *n.* 9. dicit requiri probationes luce meridiana clariores, Caualer. *dec.* 10. *num.* 1. 8

In gloſſ. *Probare*, pen. Notatur ad hoc, quod filius ex illicito coitu natus præſumitur potiùs ſpurius, quàm naturalis, & ſic incapax, vt per Menoch. *de præſumpt. lib.* 6. *q.* 54. *n.* 3. *& conſ.* 318. *n.* 14. Surd. *de aliment. tit.* 1. *q.* 10. *n.* 35. 9

In ead. gloſſ. ibi, *Eo mortuo*, &c. Notatur ad hoc, quod cohabitantibus vita functis, etiam jure Pontificio quoad liberorum legitimationem Matrimonium præſumitur, vt per Couar. *de ſponſal. p.* 2. *c.* 1. *n.* 5. Menoch. *de præſumpt. lib.* 3. *q.* 1. *n.* 77. Concurrentibus autem aliis præter ſolam cohabitationem conjecturis, quoad filios præſumitur Matrimonium præceſſiſſe inter viuos, Maſcard. *concl.* 1021. *n.* 7. Menoch. *conſ.* 199. *à n.* 48. Franc. Molin. *de ritu nupt. lib.* 1. *comp.* 12. *n.* 17. vbi *n.* 26. quod hodierno jure cohabitatio efficere nequit Matrimonium, nouus enim conſenſus requiritur, & forma Concilii, Spin. *in ſpeculo teſtam. gloſſ.* 14. *princ. n.* 61. *poſt princ.* Matienſ. *gloſſ.* 1. *rubr. tit.* 1. *n.* 53. *lib.* 5. *nouæ recop.* Sola tamen cohabitatio ſufficit ad probandum Matrimonium ad effectum legitimitatis prolis, Felin. *in cap. illud, n.* 13. *de præſumpt.* Cort. jun. *conſ.* 52. *n.* 3. Put. *deciſ.* 103. *in fine, lib.* 2. *in correctis*, ſicut etiam ad effectum ſucceſſionis, in quo ſufficiunt leuiores probationes: juxta conſ. Gemin. 27. *num.* 8. quod perpetuò Rot. ſequitur, & ſignanter apud Caſ. de Graſſ. *deciſ.* 6. *qui filii ſint legitimi*, Seraph. *deciſ.* 1282. *num.* 6. *& deciſ.* 1099. *n.* 1. Rot. *deciſ.* 347. *num.* 1. *&* 10. *p.* 1. *& deciſ.* 34. *n.* 19. *p.* 2. *diverſ. & deciſ.* 406. *num.* 8. *p.* 1. *recent.* Cavaler. *deciſ.* 444. *num.* 2. *& in Veneta legitimitatis*, 30. *Ianuarii* 1606. coram Penia. Verùm quando conſtat de malo initio, nempe de concubinatu præcedente, cohabitatio eſt leuis conjectura, per deciſ. Caputaq. 210. *part.* 2. Rot. *deciſ.* 244. *n.* 2. inter impreſſas poſt *vol.* 2. *conſil. Farin.* videndus in hac materia Menoch. *de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 1. *ex num.* 67. Greg. *deciſ.* 247. *num.* 4. Beltramin. *num.* 22. Caualer. *deciſ.* 242. *n.* 1. quod procedit etiam vbi conſtat de initio infecto, nempe de concubinatu, licèt tunc requirantur conjecturæ, & præſumptiones plures, & fortiores. Seraph. *deciſ.* 978. *n.* 7. Caualer. *deciſ.* 79. *num.* 1. 10

In ead. gloſſ. ibi, *Qui habebatur pro filio*, &c. Ad probandam filiationẽ regulariter loquendo non requiruntur

tuntur copulativè tria illa, de quibus hæc gloſſ. videlicet quod quis ſit in poſſeſſione filiationis, & quod poſſideat bona paterna, & quod ſit natus de ea, quæ uxor credebatur, ſed alternativè unumquodque ſufficit, ut dicit Dec. *conſ.* 54. *in fine*, Alexand. *conſ.* 51. *n.* 2. *&* 5. *lib.* 1. Gozadin. *conſ.* 12. *n.* 31. 32. *&* 37. Pariſ. *conſil.* 10. *n.* 72. *&* 73. *lib.* 2. Paleot. *de nothis, & ſpuriis, c.* 22. *n.* 2. *verſ. dicemus, uſque ad fin.* Mench. *illuſtr. q.* 85. *n.* 20. Rot. *in Parmen. ſtatus, verſic. & quamvis,* 27. *Aprilis* 1622. coram Reverendiſſ. D. meo Coccino Decano.

SVMMARIVM.

1 *Filii naturales legitimantur per ſubſequens parentum conjugium, ſpurii verò non.*

2 *Filius naturalis natus ante Matrimonium legitimus efficitur, ſi illud poſteà inter parentes ſubſequatur.*

3 *Conditionis inæqualitas inter contrahentes non impedit quin filii naturales per Matrimonium poſteà ſubſequutum efficiantur legitimi.*

4 *Inſtrumenta dotalia de jure Canonico in Matrimoniis neceſſaria non ſunt.*

5 *Filii ſuſcepti extra concubinatum per ſubſequens Matrimonium de jure Canonico legitimi efficiuntur.*

6 *Filii naturales ancillæ per ſubſequens Matrimonium cum ea contractum ſcienter legitimi efficiuntur.*

7 *Filii per ſubſequens Matrimonium legitimi efficiuntur, non obſtantibus intermediis parentum nuptiis.*

8 *Filii naturales legitimantur per ſubſequens Matrimonium contractum in mortis articulo, vel à ſene decrepito.*

9 *Matrimonio in mortis articulo contracto legitimantur filii anteà ſuſcepti, etſi afforent ſubſtituti ſub conditione,* ſi ſine liberis.

10 *Per Matrimonium aliàs validum, clandeſtinè tamen celebratum legitimatur proles antè ſuſcepta.*

11 *Denuntiationum omiſſio nec reddit Matrimonium nullum, nec prolem illegitimam.*

12 *Naturalis filius, ut per ſubſequens parentum Matrimonium fiat legitimus, ſufficit Matrimonium inter eos eſſe ratum, quamvis non ſit copulà conſummatū.*

13 *Legitimatio, quæ fit per ſubſequens Matrimonium, juris fictione retrotrahitur ad tempus nativitatis.*

14 *Filii per ſubſequens Matrimonium ſunt verè & propriè legitimi, non Principis privilegio, ſed auctoritate juris.*

15 *Legitimatus per ſubſequens Matrimonium non perdit legitimationem, licèt patri ſit ingratus.*

16 *Matrimonium non poteſt ita contrahi, quod filii anteà ſuſcepti non legitimentur.*

17 *Feudi ad ſucceſſionem admittuntur legitimati per ſubſequens Matrimonium.*

18 *Legitimati per reſcriptum Principis ad feudi ſucceſſionem non admittuntur.*

19 *Emphyteuſim Eccleſiaſticam obtinere, in eáque ſuccedere poſſunt filii legitimati per ſubſequens Matrimonium.*

20 *Legitimati per reſcriptum Principis ad emphyteuſis Eccleſiaſticæ ſucceſſionem non admittuntur.*

21 *Legitimationem à Papa impetrare debent volentes in Eccleſiaſtica emphyteuſi ſuccedere cum clauſula, ut bona Eccleſiaſtica poſſint obtinere.*

22 *Majoratuum ad ſucceſſiones admittendi ſunt legitimati per ſubſequens Matrimonium, & præferendi filiis ſecundis, qui nati ſunt ex eiſdem parentibus legitimo Matrimonio jam conjunctis.*

23 *Filius naturalis primò natus ex concubina, an ſit præferendus filio ſecundò genito ex legitimo Matrimonio, quod eſt poſteà contractum cum alia, quæ defuncta ſequutum fuit poſteà Matrimonium cum concubina, remiſſivè.*

24 *Legitimati per ſubſequens Matrimonium poſſunt ad ſacros Ordines promoveri, & in Epiſcopos eligi.*

25 *Cardinalatus ad celſitudinem aſcendere non poſſunt legitimati per ſubſequens Matrimonium.*

26 *Subſtitutum excludunt legitimati per ſubſequens Matrimonium, ſi teſtator dixerit, ſi ſine liberis de legitimo, vel ex legitimo Matrimonio, &c.*

27 *Legitimati per ſubſequens Matrimonium ad retractum ſunt admittendi.*

28 *Nobilitate parentum gaudent legitimati per ſubſequens Matrimonium.*

29 *Donatio juxta terminos* l. ſi unquam, C. de revocandis donat. *revocatur per nativitatem filiorum naturalium, ſubſequuto poſteà inter parētes Matrimonio.*

30 *Naturales filii ſolummodò per ſubſequens Matrimonium legitimantur.*

31 *Naturalis filius quis dicatur ad effectum legitimationis per ſubſequens Matrimonium oſtenditur.*

32 *Tyrannus ſi rem habeat cum aliqua muliere per vim, filius inde natus non erit ſpurius quoad matrem.*

33 *Clerici in minoribus beneficia obtinentis filius legitimatur per ſubſequens Matrimonium cum ipſius matre contractum.*

34 *Filii ſuſcepti a Monacho, vel Moniali intra annum profeſſionis per ſubſequens Matrimonium legitimi efficiuntur.*

35 *Filii nati ex parentibus ſimplici caſtitatis voto adſtrictis, legitimi ſiunt ſubſequuto Matrimonio.*

36 *Votum ſimplex, quod poſt duos novitiatus annos fit in Soc. IESV, reddit emittentes inhabiles ad Matrimonium validè contrahendum.*

37 *Filii ſuſcepti ab eo, qui mortua uxore cum alia, ex qua filios prima vivente ſuſceperat, Matrimonium contrahit, non legitimantur per illud.*

38 *Inceſtuoſus filius ex diſpenſatione Papæ legitimatur per ſubſequens Matrimonium.*

39 *Filii ex Matrimonio prohibito nati legitimantur, ſi fuit obtenta diſpenſatio ad validandum Matrimonium, & ad legitimandam prolem, quamvis quoad Matrimonium non potuerit habere effectum propter ſupervenientiam mortis alicujus ex parentibus.*

40 *Diſpenſare poteſt ſummus Pontifex in radice Matrimonii quoad legitimationem, etiam poſt mortem alterius ex conjugibus, ſi diſpenſatio per parentes in vita petita fuerat.*

41 *Filius natus ex conjugato & ſoluta ignorante impedimentum, an per ſubſequens Matrimonium fiat legitimus oſtenditur,* & n. 42.

CAP. Tanta VI.

Filii naturales, id eſt, ex ſoluta & ſoluto geniti, per ſubſequens Matrimonium legitimi efficiuntur; ſpurii verò, qui ex conjugato, & ſoluta nati ſunt, non legitimantur. Colligunt ex Ordin. Abb. Antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Hoſt. Butr. Anchar. Panorm. Præpoſ. Alex. de Nevo, Caniſ. Cujac. Cened. *collect.* 68. Viv. *in ration. lib.* 4. *juris Pontiſ. pag.* 100. Alagogona *in compend. juris Canon. pag.* 594. remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Ant. Auguſt. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 4. *tit.* 18. *c.* 6. & eſt poſt Concil. Lateran. ſub Alex. III. *p.* 33. *c.* 1. 1

Collige ex text. in prima ejus parte filium naturalem natum ante Matrimonium legitimum effici, ſi illud poſteà inter parentes ſubſequatur, docent *in præſenti* Butr. *n.* 2. *&* 4. Zabar. *n.* 2. Anchar. *num.* 10. & Abb. *n.* 4. *&* 10. Villadieg. *de irreg. c.* 16. *verſ. jam advertēdum*, Morquech. *de bonor. diviſ. lib.* 4. *c.* 6. *n.* 17. Cuch. *lib.* 2. *inſt. major. tit.* 21. *n.* 129. *&* 140. Sanctarel. *var. reſol. q.* 22. *&* 42. 2

& 42. Covar. *de ſponſ. p.2.c.8.§ 2.* Duen. *reg.* 350. Ant. Gom. *l.* 50. *Tauri*, *à n.* 55. Gabr. *lib.* 6. *commun. tit. de legitimat. concluſ.* 1. Cardinal. Mantica *de conject. ultim. volunt. lib.* 11. *tit.* 12. Vivian. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 5. *tit.* 16. *n.* 1. *verſ. & hinc eſt, pag.* 754. Vezin. *tom.* 2. *lib.* 6. *tit.* 47. *num.* 76. *cum ſeqq. pag.* 195. Peregrin. *de fideicom. art.* 24. Bernard. Græve. *ad practicam Cameræ Imper. lib.* 2. *concluſ.* 24. Menochius *de præſumpt. lib.* 4. *q.* 81. *& remedio* 1. *adipiſcend. num.* 42. *& conſil.* 15. *num.* 19. *& conſil.* 16. *& conſil.* 174. *num.* 6. Menoch. *uſufrequent. lib.* 3. *cap.* 42. Azorius *inſtitut. moral. p.* 2. *lib.* 2. *cap.* 13. *col.* 162. *cum ſeqq.* Perez *tit.* 2. *lib.* 5. *Ordin. pag.* 97. Surd. *de aliment. tit.* 1. *quæſt.* 3. *num.* 102. *& tit.* 2. *quæſt.* 15. *num.* 32. *& tit.* 8. *privileg.* 67. D. Barboſa *in rubr. ff. ſolut. matrim. part.* 2. *num.* 109. Cald. Pereira *de nominat. quæſt.* 21. *num.* 40. *cum ſeqq.* plures ex antiquioribus refert Cened. *ad Decretal. collect.* 68. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib.* 30. *num.* 69. *& lib.* 41. *n.* 357. Campan. *in diverſorio juris Canonici*, *rub.* 11. *cap.* 13. *num.* 124. *cum ſeqq.* Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. part.* 1. *collect.* 107. Beller. *diſquiſit. cleric. part.* 1. *tit. de diſcipl. cleric.* §. 3. Alexand. Trentacinq. *variar. reſol. lib.* 1. *tit. de legitimat. reſol.* 1. Paſchal. *de viribus patriæ poteſt. part.* 2. *cap.* 4. *ex num.* 54. *ad* 100. Petr. Gregor. *ſyntagm. juris part.* 3. *lib.* 45. *c.* 6. Joan. Bapt. Laderch. Imolenſ. *conſ.* 24. Fachin. *controverſ. lib.* 3. *cap.* 50. *cum ſeqq. & lib.* 4. *c.* 54. *&* 55. *& lib.* 10. *cap.* 71. Anton. Merenda *lib.* 4. *controverſ. cap.* 17. Octav. Bammacar. *in cap. naturales*, *ſi de feudo defunct. cont. in uſibus feudor.* Mieres *de majoratu, part.* 2. *quæſt.* 1. Montealeg. *de exercit. pract. action. lib.* 2. *cap.* 1. §. 3. noviſſimè Fajard. *in tract. de legitimat. per ſubſequens Matrimonium*, ferè *per totum*, & ex Beroi. *conſil.* 32. *num.* 36. *&* 37. *in* 2. advertit Joan. Bapt. Coſta *de facti ſcient. & ignorant. cent.* 2. *diſt.* 12. *num.* 44. quod diſpoſitio hujus text. procedit in favorem filiorum, qui non peccaverunt, ſecus quoad ipſos parentes.

3 Amplia primò procedere concluſionem etiam data conditionis inæqualitate inter contrahentes, ut quia fœmina ſit vilis conditionis, aut meretrix, vir autem nobilis, & honeſtus, nec jure Cæſareo, nec Pontificio impediatur nobilis ducere vilem, ut per Menoch. *conſil.* 18. *per totum*, & præcipuè *à num.* 6. *& conſ.* 342. *num.* 28. Burg. *conſil.* 6. *num.* 12. Gregor. *l.* 1. *verbo ſe caſa*, *tit.* 13. *part.* 4. Peregrinus *de jure fiſci*, *lib.* 3. *tit.* 17. *num.* 2. Put. *part.* 3. *deciſ.* 8. Cald. Pereira *de nominat. q.* 21. *à num.* 77. Fachinæum *controverſ. lib.* 3. *c.* 53. Aloyſ. Ricc. *d. collect.* 107. Octav. Cacheran. *Pedem. deciſ.* 154. Peregr. *de fideicom. art.* 24. *num.* 51. Joſeph. Ludoviſ. *concl.* 26. *num.* 11. latè Mench. *controverſ. uſufreq. lib.* 3. *cap.* 41. ubi aſſerit hanc opinionem procedere quoad validitatem matrimonii, non benè tamen negat obtinere quoad alios juris Civilis effectus. Mieres *de major. part.* 2. *quæſt.* 1. *n.* 59. Paſchal. *d. cap.* 4. *n.* 68. Alexand. Trentacinq. *de ſubſtit. part.* 4. *cap.* 7. *num.* 45. *& variar. reſolut. lib.* 1. *tit. de legitimat. reſol.* 1. *num.* 4. Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.* 409. *à num.* 94. *uſque ad num.* 104. Æmil. Gall. *de except. tit.* 1. *part.* 1. *except.* 2. *n.* 85. *ad* 92. *& tit.* 4. *p.* 2. *except.* 27. *n.* 216. Fajard. *d. tract. de legitimat. per ſubſequens matrim. membr.* 3. *n.* 108. Sanctarel. *d. q.* 22. *n.* 7.

4 Secundò amplia etiamſi Matrimonium ſubſequens contrahatur dotalibus inſtrumentis non adhibitis, cùm de jure Canonico (quod in cauſis matrimonialibus ſemper prævalet Civili, *cap. penult. & ult. de ſecund. nupt.*) neceſſaria non ſint. Vide Duen. *d. reg.* 350. *limit.* 11. Mantic. *n.* 7. Peregr. *n.* 54. *dictis locis*, Sanchez *de matrim. lib.* 3. *diſp.* 44. *n.* 2. *verſ. nec textus*, Theſaur. *Pedem. deciſ.* 83. *ſub num.* 1. Vezin. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 6. *tit.* 47. *num.* 79. Franciſc. Viv. *Neapol. deciſ.* 619. *num.* 21. Fachin. *lib.* 3. *controverſ. c.* 51. Bernard. Græve. *ad pract. Cam. imper. lib.* 2. *concl.* 141. *conſid.* 1. *n.* 19. *cum ſeqq.* Azor. *inſtit. moral. p.* 1. *lib.* 2. *c.* 13. *quæſt.* 4. Mench. *uſufreq. lib.* 3. *c.* 41. *num.* 3. Cevall. *commun. contra commun. quæſt.* 91. Bammac. *in d. cap. naturales*, *quæſt.* 3. *num.* 29. *& quæſt.* 14. *à num.* 115. *uſque ad* 138. Æmil. Gall. *d. tit.* 4. *part.* 2. *except.* 27. *n.* 214. Arelan. *de ratione juris*, *& jur. imper. lib.* 4. *cap.* 5. *n.* 7. Fajard. *de memb.* 3. *n.* 203. Baſil. Pont. *de Sacrament. matrim. lib.* 11. *c.* 1. §. 8. *ex n.* 18.

Tertiò amplia, quamvis extra concubinatum ſuſcepti ſint, ut per Peregrin. *d. art.* 24. *n.* 53. Bernard. Græve. *d. concl.* 141. *conſid.* 1. *n.* 12. licèt Gabr. *d. concl.* 1. *n.* 56. reſolvat hanc opinionem procedere juxta jus Pontificium, ſecus dicens de jure civili, ac proinde legitimatos ſucceſſionum incapaces videri, cùm in materia ſucceſſionum illud attendatur. 5

Quartò amplia etiam in filiis ancillæ, nam per ſubſequens Matrimonium cum ea ſcienter contractum filii naturales legitimi fiunt, cùm de jure Canonico validum contrahatur Matrimonium cum ancilla, ejus nota conditione, *c.* 1. *&* 2. *de conjug. ſerv.* Ita docent Greg. *per text. ibi*, *in l.* 1. *in fine, tit.* 13. *p.* 4. Sylveſt. Aldobrandin. §. *fin. n.* 10. *Inſtit. de nupt.* Ludov. de Sardis *in tract. de naturalibus liberis, cap. de legit. n.* 10. Menoch. *conſ.* 225. *n.* 71. Campan. *d. rub.* 11. *c.* 33. *n.* 133. Sanch. *de Matrim. lib.* 7. *diſp.* 20. *n.* 12. 6

Quintò amplia procedere hujus text. deciſionem non obſtantibus nuptiis intermediis, nam ſi alter parentum contrahat Matrimonium cum alio, vel cum alia poſt ſuſceptos filios, ſi tamen defuncto altero cõjuge inter ſe concubinus & concubina Matrimonium contrahant, legitimantur filii antea habiti, non obſtante Matrimonio intermedio, ita docent Abb. *hic, n.* 3. & Præpoſ. *n.* 7. Covarr. *d.* §. 2. *n.* 14. Petr. Greg. *ſyntagm. juris p.* 2. *lib.* 14. *c.* 4. *n.* 2. Sayr. *de cenſuris*, *lib.* 6. *cap.* 10. *n.* 19. Vivald. *in candelabro aureo, tit. de irregul. ex illegitimitate, n.* 121. Tiraq. *in l. boves*, §. *hoc ſermone*, *limit.* 3. *n.* 8. Petr. Mozz. *de contract. lib. tit. de Matrim.* §. *de naturalibus matrim. n.* 16. *verſ. decimò ampliatur.* Cened. *d. collect.* 68. *n.* 4. *in princ.* Sanctarel. *d. q.* 22. *n.* 7. Baſil. Pont. *d. c.* 1. §. 2. *n.* 15. Cald. Pereira *de nomin. emphyt. q.* 15. *n.* 54. Henriq. *d. cap.* 20. *num.* 1. *litt.* O, Campan. *d. rub.* 11. *cap.* 12. *n.* 131. Azor. *d. cap.* 13. *quæſt.* 5. Beller. *diſquiſit. cleric. p.* 1. *tit. de diſcipl. cleric.* §. 3. *num.* 20. *verſ. legitimantur.* 7

Sextò amplia etiamſi Matrimonium contrahatur in articulo mortis, vel à ſene decrepito, quia ex eo filii anteà geniti legitimi redduntur, & tale Matrimonium inter tales illo tempore contrahi poteſt, habetque vim legitimandæ ejuſdem prolis: ita docent omnes *in præſenti*, præcipuè Zabar. *n.* 6. Butr. *n.* 14. Anchar. *n.* 4. *notab.* 2. Henric. *n.* 5. Alex. de Nevo *n.* 24. & Præpoſ. *n.* 8. Ozaſc. *deciſ.* 154. Theſaur. *deciſ.* 96. *à n.* 3. Franc. Viv. *comm. opin.* 304. *num.* 10. Card. Mantic. *de conject. ultim. volunt. lib.* 11. *tit.* 13. Paul. Fuſc. *lit.* C, *ſing.* 215. Lazar. Fœnut. *de momento temporis*, *cap.* 8. *num.* 39. Sebaſt. Medic. *in tract. Mors omnia ſolvit*, *p.* 1. *n.* 170. Tiraq. *in l. ſi umquam, verbo ſuſceperit, n.* 73. Burſat. *conſ.* 40. *num.* 7. *lib.* 1. Peregr. *d. art.* 24. *n.* 58. Guillel. Bened. *in cap. Raynutius, de teſtam. verbo in extremis*, *n.* 13. Gail. *lib.* 2. *obſervat.* 141. *n.* 8. Menoch. *conſil.* 108. *num.* 21. *& conſ.* 226. *n.* 18. *& conſ.* 350. *n.* 32. *& de præſumpt. lib.* 4. *præſ.* 83. *n.* 78. *& lib.* 5. *præſ.* 5. *n.* 16. Silvan. *conſ.* 4. *n.* 29. ex Hiſpanicis ſcriptoribus Covarr. *d. c.* 8. §. 2. *num.* 10. Soar. *in tit. de los pleytos, num.* 10. Greg. *l.* 1. *verbo ſe caſa*, *tit.* 13. *p.* 3. Rojas *de ſucceſſ. cap.* 2. *num.* 23. Ciſuent. *l.* 13. *Tauri*, *dub.* 9. *num.* 13. & *ibi* Caſtil. *num.* 21. Molina *de primog. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 25. Mench. *de ſucceſſion. creat. p.* 1. §. 19. *num.* 506. *& uſufreq. lib.* 2. *cap.* 41. *num.* 4. 8

Spin.

Spin.*d.gloſſ.* 15. *à n.*102. Gutier. *pract.lib.*2.*quæſt.*105. *n.*9. Sarmient.*lib.*1.*ſelect.c.*6. Henriq. *d.lib.*11. *cap.*20. *num.* 1. *verſic. tertiò*, Burg. de Pace *conſil.*6.*num.*11. Gamma *de Sacram.præſt. ultimo ſupplicio damnatis,q.*4. *num.*2. Fr. Emman. *quæſt.regul. tom.*1.*quæſt.*23.*art.*1.*&* *tom.*2.*q.*77.*art.*5. Cened. *d.collect.*68. *num.*2. Campan. *d.rub.*11.*c.*13.*n.*173.Molina *d.tract.*2.*diſp.*72.*num.*13. Sanch. *de Matrim. lib.*7.*diſp.*105. *à num.*4.Gutier.*eod. tract.cap.* 118. *num.*2.Franc.Molin. *de ritu nupt. lib.*1. *comp.*18.*n.*14.*cum multis ſeqq.*Paſchal.*d.cap.*3.*num.*89. *&* 90.Bammac. *in d.c.naturales*, *q.*7. *&* 8.*à num.*52. Valenzuela *conſil.*66.*n.*3.*lib.*1.Gall.*de except.tit.*1.*p.*1. *except.*2.*num.*81. *&* 82. Fajard. *d.membro* 3.*num.*215. Hieronym.Roderic. *in compendio quæſt. Regul.reſol.*76. *num.*4. Sanctarel. *variar. reſolut. quæſt.*25. *num.*3. ubi etiam reſpondet ad text. *in l. nuper*, *C.de naturalibus liber.* dum habet per Matrimonium ſubſequens prolem naturalem effici legitimam, quando Matrimonium celebratur ſpe ſobolis, nam Matrimonium contractum in articulo mortis, eſt etiam celebratum ſpe ſobolis, cùm fuerit celebratum ad ſuſcipiendam prolem legitimam ratione Matrimonii, quæ ex coitu fornicario erat ſuſcepta, vide Baſil. Pont. *d. lib.*11. *c.*1. §.1.

9 Declara ut per Matrimonium in mortis articulo contractum legitimentur filii anteà ſuſcepti, etſi afforent ſubſtituti ſub conditione, ſi ſine liberis, itaut ſuccedant excluſo ſubſtituto, vide Gom. *l.*9. *Tauri*, *num.*59.Covarr.*d.*§.2.*num.*19.Molin.*d.cap.*5. *num.*26. Alexand. Raudenſ. *de analogis*, *cap.*36.*à num.*1. Spin. *d.gloſſ.*15.*num.*105. Garc. *d.gloſſ.*21.*n.*59.Azor.*d.c.*13. *quæſt.ult.verſ.quæras*, Cancer. *lib.*3. *variar.c.*12.*n.*231. Henriq.*d.lib.*12.*c.*7.*num.*3.Sanchez *d.diſp.*105.*num.*8. Gutier. *d.c.*118. *à num.*2. Franc. Molin. *d. compar.*18. *num.*16.*cum ſeqq.*Gregor.Lop. *l.*1.*gloſſ.magna*, *tit.*13. *p.*4.Anton.Gabr.*tom.*3. *lib.*6.*de legitimat.concl.*1.*n.*30. *&* 54.Boër. *deciſ.*159.*num.*20.Ozaſc. *Pedem.deciſ.*96. *n.*3.*&* 5. Menoch. *de præſumpt. lib.*3. *præſ.*81.*n.*29. *&* *lib.*5.*præſ.*5.*n.*16.Burſat.*conſil.*40.*n.*70.*vol.*1. Molin.*de juſtit. tract.*2. *diſp.*172. *verſ. poſita validitate*, Ruin. *conſ.*78.*vol.*3.Coſta *in c.ſi pater,verbo ſi abſque liberis*, *n.*35.*de teſtament.lib.*6.Sanctarel. *ubi ſuprà*, *q.*26. *n.*1. Quid autem ſi hujuſmodi Matrimonium in fraudem ſubſtituti contrahatur in articulo mortis, vide per *ſuprà* citatos.

10 Sextò amplia, etiamſi Matrimonium aliàs validum clandeſtinè fuerit celebratum; per illud enim legitimatur proles anteà ſuſcepta, ut per Azor.*d.c.*13.*q.*9.

11 *verſ.quæres*, Sanchez *lib.*3.*diſp.*44.& omiſſio denuntiationum nec reddit Matrimonium nullum, nec prolem illegitimam, Rota apud Farinac.*deciſ.*71.*n.*11.*p.*1. *recent.*

12 Septimò amplia etiamſi Matrimonium minimè fuerit conſummatum; nam ut illegitimus per ſubſequens parentum Matrimonium fiat legitimus, ſatis eſt Matrimonium ratum, Maiol. *de irregular.lib.*1.*cap.*5. *num.*9.Sayr.*de cenſuris*, *lib.*6.*cap.*10.*num.*28.quos refert Bellet. *d.*§. 3. *num.*10. Baſil. Pont. *d. cap.*1. §.2. *num.* 16.

13 *Legitimi habeantur.*] Legitimatio hæc, quæ fit per ſubſequens Matrimonium, juris fictione retrotrahitur ad tempus nativitatis, ita ut qui antea illegitimi nati ſunt, per matrimonium poſteà ſubſequutum non ſolùm ex tunc legitimi fiant, ſed ante, & tempore nativitatis habeantur legitimi: ita docent *in præſenti*, Butr. *num.*2.*&* 4.Zabarel. *num.*2. Abb.*num.*7.Anchar. *num.*10.Tiraq.*de jure primogen.quæſt.*34.*n.*34. & poſt Fortun.*in* §.*& quid ſi tantùm*,*num.*174.Covar.*de ſponſ.* *p.*2.*cap.*8.§.2.*num.*26.Mantica *de conject.ultim.volunt.* *lib.*11.*tit.*12.*num.*18.Roland.*conſil.*100. *num.*14.*vol.*2. Duen. *reg.*350. *ampliat.*3. Surdus *conſil.*309.*num.*24. Quamvis contrarium, imò hanc legitimationem non retrotrahi, ſed filios modò legitimos cenſeri à tempore contracti matrimonii, tanquam novè tradat Alciat. *paradox. cap.*12. & ſequantur Philip. *de fiction.part.*4. *cap.*11. Pereg. *d.art.*24.*num.*34.& Fachin. *controverſ.* *lib.*4. *c.*54.

Unde filios per ſubſequens Matrimonium fieri verè, & propriè legitimos, reſolvunt Surd. *d. tit.* 8. 14 *privil.*67.*n.*5.8.*&* 10.Montealeg. *d. lib.*2.*c.*2.§.3.*n.*17. Æmil. Gall. *de except.tit.*1. *except.*2.*p.*1.*n.*1.*cum ſeqq.* Mieres *d.p.*2.*q.*1.*n.*12. *ad med.*Baſil. Pont.*de Matrim.* *lib.*11. *cap.*11.*num.*2. *&* 3. noviſſimè Fajard.*d.tract.de legitim. per ſubſequens Matrim. membr.*1. *n.*6. Molin. *de juſtit.tract.*2.*diſp.*372.*num.*6. Baſil.Pont. *dict.lib.*11. *cap.*11.*ex n.*1.Azor.*d.p.*2.*lib.*2.*c.*13. *q.*6. Ludovic. de Sardis *de legitimat.verſ.*4.*videndum eſt*, *n.*4.Anton.de Roſel.*de legitimat.p.*1.§.*ult. videndum*, *n.*4.Ant.Gabr. *commun.tit. de legitimat. concl.*1.*in princip. ex num.*18. Hieron.Gabr. *conſil.*21.*n.*36.*vol.*1. Roland. *conſil.*100. *n.*37.*vol.*2.Cephal.*conſil.*82.*n.*13.*&* 67.Card.Mantic. *de conject.ultim.volunt.lib.*11. *tit.*12. *num.*19. Cephal. *conſil.*541.*n.*34. Andr.Gail. *lib.*2. *obſervat.*141.*num.*1. Theſaur.*deciſ.*196.*n.*4.*in fine*, Peregr. *d.art.*24.*num.*1. Menoch.*conſil.*225.*n.*6.*&* *conſil.*227.*n.*9. & ex legitimo Matrimonio, ut ſcribit Lader. *conſil.*24.*n.*1.*&* 10. non enim in hoc conſideratur fictio, vel improprietas, ſed in eo tantùm ut cenſeantur nati, vel procreati ex legitimo Matrimonio, quia hoc dici non poteſt niſi fictè, & impropriè, Hieron.Gabr. *d.conſ.*21.*n.*36. *vol.*1.Roland.*conſ.*10.*n.*37.*vol.*2.Cephal.*conſ.*82.*n.*13. *&* 20.*&* *conſ.*364.*n.*36. Theſaur. *d.deciſ.*196.*n.*4.*verſ.* *ad allegata.* Unde Azor. *d.quæſt.* 6.*verſ.objiciet*, dicit verbum, *habeantur*, de quo *in præſenti*, rei veritatem continere, cùm proferatur ab eo, qui habet poteſtatem, non Principis privilegio, ſed auctoritate juris, itaut filius etiam invitus, ſubſequuto Matrimonio legitimus fiat, ut tenent idem Azor. *d. c.*14.*q.*12.*verſ.* *quæres*, Covar. *d.c.*8.§.2. *num.*13. Mench. *quæſt.ſfreq.* *cap.*42.*num.*3.Molin.*diſp.*172.*num.*5.Gonzal.*ad reg.*8. *Cancell.gloſſ.*58.*num.*8. licèt *ibi* contrarium tenere videatur, & ideò filius ſic legitimatus non perdit legitimationem, licèt patri ſit ingratus, vel neget alimenta, *d.tit.*8.*q.*67.*n.*4.Azor.*d.c.*14.*quæſt.*11.*verſ.poſtremò.* 15

Nec Matrimonium poteſt ita contrahi, quod filii 16 antea ſuſcepti non legitimentur. Surd. *d. privil.* 67. *num.ult.* Azor. *d.c.*14.*q.*12. poſt Covar. Sayr. Molin. & alios Baſil. Pont. *d. lib.*11. *cap.*1. *num.*21. & etiam ipſos invitos filios fieri legitimos cenſent Sarmient. & Azor. quos refert, & ſequitur Baſil.Pont. *d.*§ 3. *num.* 22.

Ex quibus primò infertur, hujuſmodi legitimatos 17 per Matrimonium ſubſequens ad ſucceſſionem feudi admittendos eſſe, quia ab agnatis ex legitimo Matrimonio non differunt. Ita Feudiſtæ *in cap.* 1. §. *naturales*, *ſi de feudo controv. inter dominum & agnat.* ubi Andr. & Alvarot. *num.*8. Afflict. *notab.*5. *num.*3. *&* *num.*25.*in fine*, Curt.*tract.feudorum,part.*2.*col.*31. *verſic. ſecundò principalis regula*, Clar. *in* §.*feudum*, *quæſt.*82.*num.*5. Covar. *d.c.*7.§.2.*num.*27.Tiraquel. *de jure primog.quæſt.*35. *num.*35. Boër. *deciſ.*123. *num.*4. Mandoſ. *in reg.*18.*Cancell.quæſt.*6.*n.*5. Duen. *reg.*350. *ampliat.*6. Gabriel *d. concl.*1.*num.*22. Mantic.*d.tit.*12. *num.*22.Peregr. *d.art.*24.*num.*9.Vezin. *tom.*2.*commun. opin.lib.*6.*tit.*47.*num.*83.*pag.*195. Sonſbech. *de feudis*, *part.*9.*num.*70. Surd. *d.privil.*67.*num.*7. Petr. Anton. de Petra *in tract.de poteſtate Principis*,*c.*32.*quæſt.*2.*incipit,Capio nunc ſecundum*, Henric.à Roſenth.*de feud.* *cap.*7.*concl.*11. Sylvan. *conſil.*3.*num.*49. Sebaſt. Næv. *ad lib.*1. *feud.tit.*1. §. *vel quia*, *n.*11.*pag.*243.Mench. *quæſt.*

quæſt. freq. cap. 42. num. 9. Menoch. de præſumpt. lib. 4.
præſumpt. 81. num. 9. & conſ. 16. num. 27. & conſ. 174.
num. 13. Spin. in ſpec. teſtam. gloſſ. 15. princip. à num. 107.
Cald. Pereira de nominat. emphyt. quæſt. 13. num. 56. &
quæſt. 21. num. 36. Campan. d. rubr. 11. cap. 13. num. 129.
Bernard. Græva. d. lib. 2. concl. 14. in conſid. num. 3. plu-
res ex antiquioribus refert Cened. collect. 68. num. 3.
Bammac. in d. c. naturales, quæſt. 1. num. 8. & 9. & q. 15.
per tot. Montealeg. d. cap. 1. §. 3. num. 7. & 24. Mart. de
ſucceſſ. legali, p. 1. q. 18. art. 4. Fajard. d. tract. de legitimat.
per ſubſequens matrim. membr. 4. num. 223. Sanctarel.
variar. reſol. q. 42. num. 20. Baſil. Pont. d. lib. 11. c. 11. n. 7.
cùm tamen legitimatos per reſcriptum Principis, ad
illius ſucceſſionem non eſſe admittendos, per text. in
cap. 1. §. naturales, ſi de feudo contentio inter dominum, &
agnatum, reſolvant Mynſing. cent. 5. obſervat. 42. Petr.
Anton. de Petra d. cap. 32. num. 16. Henric. à Roſenth.
dict. cap. 7. concl. 19. lit. F, Sonſbech. d. part. 9. num. 7.
Cald. Pereira d. q. 21. num. 45. Azor. d. c. 13. q. 14. verſ.
nec obſtat, Menoch. conſ. 202. n. 168. Schrader. de feudis,
part. 7. cap. 5. n. 27. me citato in hoc loco, D. Mar. Cutel.
de donat. inter patrem & fil. tract. primo, diſc. 2. part. 6.
num. 157.

21 Secundò infertur hujuſmodi legitimatos per ſub-
ſequens Matrimonium poſſe ſuccedere in emphyteuſi
Eccleſiaſtica, ut benè tenent Duen. d. reg. 350. ampliat.
7. Gab. d. concl. 1. num. 29. Cald. Pereira d. q. 21. num. 36.
Peregr. d. art. 27. n. 10. Tiraq. de jure primogen. quæſt. 34.
num. 55. Paleoth. de nothis, & ſpur. cap. 31. num. 3. Joan.
Garc. de nobilit. gloſſ. 21. num. 49. Azor. d. lib. 2. cap. 13.
quæſt. 14. Montealeg. d. §. 3. n. 25. Gratian. tom. 4. diſcept.
forenſ. cap. 653. num. 26. & 27. Joan. Bapt. Lup. de illegit.
& natural. commento 4. §. 3. num. 11. Ovid. de Amicis de
jure emphyt. q. 32. Trentacinq. d. reſol. 1. num. 19. Fajard.
d. tract. membr. 4. num. 225. cùm tamen legitimati per
reſcriptum Principis, ad illius ſucceſſionem non ad-
mittantur, prout reſolvit Cald. Pereira d. quæſt. 21. n. 3.
& rectè poſt Afflict. deciſ. 386. conſuluit Valaſc.
conſult. 138. num. 8. quod volentes in Eccleſiaſtica em-
phyteuſi ſuccedere, debent impetrare à Papa legiti-
mationem cum clauſula, ut bona Eccleſiaſtica poſſint
obtinere.

Tertiò infertur ſic legitimatos admittendos eſſe ad
22 ſucceſſiones majoratuum, & præferendos filiis ſe-
cundis, qui nati ſunt ex eiſdem parentibus legitimo
Matrimonio jam conjunctis: ita docent Tiraquel.
q. 34. à princ. Molin. de primog. lib. 2. c. 11. n. 23. Gregor.
l. 2. verbo ſi no hijo, tit. 15. p. 2. Peregrin. d. art. 24. num. 6.
Avendan. l. 40. Tauri, gloſſ. 11. à n. 41. Menoch. conſil. 16.
n. 14. Burg. de Pace conſil. 6. num. 13. Mench. quæſt. uſu-
freq. c. 42. Cald. Pereira d. q. 13. n. 52. cum ſeqq. Henriq.
in ſum. lib. 13. cap. 20. num. 2. in princ. Mieres de majo-
ratu, part. 2. quæſt. 1. num. 5. Joan. Bapt. Lup. d. §. 3. n. 12.
Paſchal. d. cap. 4. ex num. 59. Mart. de ſucceſſ. legali, p. 1.
quæſt. 18. art 9. num. 4. Franc. Ferrer. ad conſtit. de los
impubers, ſub rubric. de ſubſtitut. gloſſ. 6. num. 96. Fajard.
ubi ſuprà, num. 130. Niſi pluries fuerit repetitum
quod admittantur filii legitimi de legitimo Matrimo-
nio nati, quia tunc non admittuntur legitimati per
ſubſequens Matrimonium, ut per Card. Mantic. de
conject. ultim. volunt. lib. 11. tit. 12. à num. 20. Peregrin.
d. art. 24. num. 25. Theſaur. deciſ. 196. num. 4. Alexand.
Trentacinq. variar. reſol. lib. 1. tit. de legitimit. reſol. 1.
num. 22. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 409. num. 43. quamvis
contrarium non ſine fundamento ſuſtineant Molin.
de primogen. lib. 3. cap. 10. num. 10. Sfort. in tract. de
compend. ſubſtit. part. 6. quæſt. fin. num. 17. verſ. quartus
caſus, Laderch. de Imol. conſ. 24. Burſat. conſ. 18. num. 15.
& 17. Petr. Anton. Auguiſ. conſil. 74. num. 4. lib. 6. vel
niſi fundator excluderet legitimatos per ſubſequens
Matrimonium, quia in hoc minimè de ejus poteſtate,
ſed ſolùm de illius voluntate dubitari poteſt, ſecun-
dùm Peregrin. d. art. 24. num. 26. Laderch. Imol. d.
conſil. 24. num. 57. Fuſar. d. quæſt. 409. num. 71. Utrùm 23
autem præferendus ſit filius naturalis primò natus ex
concubina, filio ſecundò genito ex legitimo Matri-
monio, quod eſt poſteà contractum cum alia, qua
defuncta uxore ſecutum eſt poſteà Matrimonium cum
concubina? v. g. poſt natum filium naturalem ex
concubina, contraxit pater nuptias cum alia, ex qua
filium legitimum ſuſcepit, & poſteà mortua hac
uxore contraxit Matrimonium cum concubina, ex
qua filium naturalem longè antè genuerat, quæritur
modò an primogenia debeantur filio legitimo ſecun-
dò nato, an filio naturali primò nato, facto tamen
legitimo ex Matrimonio poſtea ſubſecuto cum con-
cubina ejus matre? in qua quæſtione magis commu-
niter ſentiunt DD. filium ſecundò natum eſſe præ-
ferendum ei, qui primò natus eſt, pro cujus tamen
vera reſolutione conſule Covar. d. cap. 8. §. 2. num. 28.
Gregor. l. 12. verbo ſe caſa, tit. 13. part. 4. Ant. Gomez
l. 12. Tauri, num. 63. Tiraquel. d. quæſt. 34. num. 3. & 43.
Molin. d. cap. 11. num. 7. Peregrin. d. art. 24. n. 35. Avend.
d. l. 40. Tauri, num. 41. Spino d. gloſſ. 15. num. 126. Joan.
Garc. de nobilit. gloſſ. 21. num. 63. Henriq. d. num. 2. in
commento litt. S, Molin. d. tract. 2. diſp. 172. num. 8. Ceval.
commun. contra commun. q. 606. num. 25. Azor. d. p. 2. c. 13.
q. 15. plures alios citat Cened. d. collect. 68. num. 4. ante
medium, Franc. Molin. de ritu nupt. lib. 1. comp. 18. n. 48.
Bammac. d. cap. naturales, quæſt. 4. num. 30. Montealeg.
d. cap. 1. §. 3. ex num. 7. ad 14. Alexand. Trentacinq. d.
reſol. 1. ex num. 23. Joan. Bapt. Lup. d. commento 4. §. 3.
num. 22. verſ. declaratur ſecundò, Æmil. Gal. de except.
tit. 1. p. 1. except. 2. ex num. 48. Bapt. Coſta de retrotract.
caſu 32. in 8. cap. num. 6. & 7. Paſchal. d. cap. 4. num. 66.
Fajard. ubi ſuprà, num. 234. cum ſeqq. Eandem quæ-
ſtionem examinant Fuſar. de ſubſtitut. quæſt. 409.
num. 33. & 34. Coſta de retract. cap. 8. caſu 32. ex
num. 6. Marta de ſucceſſ. legali, part. 1. quæſt. 11. art. 2.
num. 25. Baſil. Pont. de Matrim. lib. 11. cap. 21.
num. 8. & 9.

Quartò infertur hujuſmodi legitimatos per ſubſe- 24
quens Matrimonium poſſe ad ſacros Ordines pro-
moveri, & in Epiſcopos eligi, Menoch. d. conſil. 16. n. 5.
& conſil. 799. num. 12. vol. 8. Surd. d. privileg. 67. num. 6.
Azor. d. cap. 13. q. 14. verſ. præterea, Ludovic. de Sardis
tract. de natural. liberis, cap. de legit. effectu, n. 5. Covar.
d. cap. 8. §. 2. num. 24. & 30. Henriq. d. lib. 11. cap. 20.
num. 2. in princ. Valer. Reginald. in praxi fori pœnit.
lib. 30. n. 70. Bellet. diſquiſit. cleric. part. 1. tit. de diſcipl.
clericali, §. 3. num. 18. Tiraq. in tract. primogen. quæſt. 34.
num. 55. Sylvan. conſil. 3. num. 23. Ruin. conſil. 211. poſt
num. 3. vol. 1. Chaſſan. in conſuetud. Burgund. rub. 8. §. 3.
n. 6. Vivald. in candelabro aureo, part. 2. rub. de irregul.
ſpeciebus, num. 113. Boët. deciſ. 199. num. 4. Campan. in
diverſorio juris Canon. rub. 11. cap. 13. n. 117. ubi plures
refert Paſchal. d. cap. 4. num. 58. Trentacinq. d. reſol.
num. 18. Æmil. Gall. tit. 1. p. 1. except. 2. num. 22. & 23.
Montealeg. d. c. 1. §. 3. n. 6. Fajard. ubi ſupr. n. 221. Baſil.
Pont. d. lib. 11. cap. 11. n. 5. dixi de offic. & poteſt. Epiſcop.
p. 2. alleg. 1. n. 33. & me citato Sanctarel. variar. q. 42.
n. 18. Ad celſitudinem tamen Cardinalatus aſcendere 25
non poſſunt, prout ſtatuit Xyſtus V. ſua conſtit. 50.
incip. Poſtquam, de anno 1590. publicata circa electio-
nem Cardinalium, ut referunt Sayr. de cenſur. lib. 6.
c. 10. n. 2. 4. & 14. Henriq. d. num. 2. Bellet. d. §. 3. num. 32.
Campan. d. cap. 128. num. 128. in fine, & me citato dict.
allegat. 1. num. 35. in fine, tradit Sanctarel. d. quæſt. 42.
num. 19.

Quintò infertur hujuſmodi legitimatos excludere 26
ſubſtitu

ſubſtitutum etiam teſtator dixerit, *ſi gravatus deceſſerit ſine liberis de legitimo, vel ex legitimo Matrimonio procreatis, vel legitimè natis*, &c. Vide Rip. *in rub. ſi certum petatur*, *n.* 3. *& in l. ſi unquam*, *n.* 96. *C. de revoc. donat.* Covarr. *d. c.* 8. §. 2. *n.* 30. Roland. *conſil. ult. n.* 18. *vol.* 2. Menoch. *conſil.* 16. *num.* 6. *& conſil.* 225. *num.* 9. *cum ſeqq. & conſil.* 799. *n.* 43. *verſ. idem eſt*, *& de præſumpt. lib.* 4. *præſumpt.* 81. *n.* 4. Craſſ. *in §. fideicommiſſum*, *q.* 38. *n.* 5. *verſ. contrarium verò*, Cephal. *conſil.* 111. *numero* 4. *& conſil.* 545. *num.* 9. Lader. *conſil.* 24. *n.* 4. *verſ. ſupponamus*, *& num.* 36. Surd. *conſil.* 213. *n.* 48. Joan. Garcia *d. gl.* 21. *n.* 21. Azor. *d. c.* 13. *quæſt. ult.* Cevall. *commun. contra commun. q.* 2. *num.* 64. Fulv. Pacian. *conſil.* 8. *num.* 43. Franc. Ferret. *ad conſtit. de los impubers, ſub rub. de ſubſtit. gl.* 6. *n.* 100. Laderch. Imolenſ. *conſil.* 24. *per tot.* Bammacar. *in d. c. naturales*, *q.* 2. *num.* 10. *&* 25. Caſtill. *controverſ. lib.* 4. *c.* 31. *num.* 17. *& num.* 95. *& lib.* 5. *c.* 76. Joſeph. de Ruſticis *in comment. ad l. cùm avus*, *ff. de condit. & demonſtr. lib.* 2. *cap.* 16. *ex num.* 18. Monteal. *d.* §. 3. *num.* 15. *&* 44. Anton. Merenda *lib.* 4. *controverſ. c.* 17. Paul. Leon. *conſil.* 100. Caſanate *conſil.* 34. *num.* 17. Æmil. Gall. *de except. tit.* 1. *part.* 1. *cap.* 2. *ex num.* 24. Angel. Mateac. *de legat. & fideicomm. lib.* 3. *c.* 21. Alexand. Raudenſ. *de analog. lib.* 1. *c.* 36. *num.* 130. *&* 131. Anton. Fab. *de errorib. pragmat. part.* 2. *deciſ.* 35. *ad fin.* Fajard. *ubi ſuprà*, *num.* 266.

27 Sextò infertur ſic legitimatos ad retractum eſſe admittendos, ut per Tiraq. *de retract. tit.* 2. §. 1. *gloſ.* 8. *n.* 29. *& ſeq.* Duen. *reg.* 350. *ampliat.* 11. Joan. Garc. *d. gloſ.* 21. *n.* 50. Joan. Bapt. Lup. *d. commento* 4. §. 3. *num.* 6. Montealeg. *d.* §. 3. *n.* 6. Ferrer. *d. gloſ.* 6. *n.* 98. Fajard. *ubi ſupr. n.* 218.

28 Septimò infertur hujuſmodi legitimatos gaudere parentum nobilitate, ut notant Tiraq. *de nobil. c.* 15. *n.* 21. Mantica *tit.* 12. *n.* 4. Surd. *d. privil.* 67. *num.* 9. Joan. Garc. *d. gl.* 21. *in princ.* Joan. Bapt. Lup. *d. comment.* 3. §. 2. *n.* 8. Fajard. *ubi ſupr. n.* 239.

29 Octavò infertur per nativitatem filiorum naturalium, ſubſequuto poſteà inter parentes Matrimonio revocari donationem, juxta terminos *l. ſi unquam*, *C. de revocand. donat.* ut docent Azor. *d. cap.* 13. *q.* 13. *verſ. præterea*, Cald. Pereira *de nominat. emphyt. q.* 13. *n.* 56. Joan. Bapt. Lup. *d. commento* 4. §. 4. *ex num.* 38. Mieres *de maior. p.* 2. *q.* 1. *n.* 12. Æmil. Gall. *de except. tit.* 1. *ubi ſupr.* Fajard. *ubi ſuprà*, *num.* 220.

Nonò infertur hujuſmodi legitimos habere querelam inofficioſæ donationis, eámque etiamſi ante ipſius celebrationem eſſent illegitimi, revocare valere, ut per Tiraquel. *in d. l. ſi unquam, verbo*, *ſuſceperit*, *num.* 71. *& de jure primog. quæſt.* 34. *num.* 56. Joan. Bapt. Lup. *d. commento* 4. §. 2. *ex num.* 14. Fajard. *ubi ſuprà*, *num.* 220.

Decimò infertur hujuſmodi legitimatos ſuitatis jura conſequi, hæredes fieri legitimos, ſuccedere contra paternum teſtamentum, & illud rumpere, ita Joan. Bapt. Lup. *d. commento* 4. §. 2. *num.* 8. *&* 10. Montealeg. *d.* §. 3. *num.* 6. Trentacinq. *d. reſol.* 1. *num.* 16. *&* 26. Franc. Ferret. *d. gloſſ.* 6. *num.* 88. 94. *&* 95. Æmil. Gal. *de except. part.* 1. *except.* 2. *n.* 8. 9. 11. 12. *&* 13. Fajard. *ubi ſupr. num.* 227.

30 *Qui anteà ſunt geniti.*] Advertendum duxi in hac materia, non omnes filios ex eiſdem parentibus ante tale Matrimonium natos, per ſubſequens Matrimonium legitimari, ſed ſolùm naturales; ille autem natu-
31 ralis reputandus eſt, qui licèt conceptus ex iis parentibus ſit, inter quos tempore conceptionis erat impedimentum dirimens Matrimonium, quod tempore nativitatis jam ceſſaverat, veluti ſi ſoluta concepit ex conjugato; at verò tempore nativitatis filii mortua erat uxor illius conjugati, vel ſi ſoluta concepit ex conſanguineo, aut affine, & tempore nativitatis filii obtenta erat diſpenſatio, ut contrahere poſſent; tunc tali caſu filius natus eſt naturalis, & non ſpurius eo quòd ſtatus filii ex tempore conceptionis, aut nativitatis, prout magis tali filio erit expediens, eſt judicandus, ut per Covar. *d. cap.* 8. §. 2. *num.* 2. Azor. *d. c.* 13. *quæſt.* 3. Molin. *d. diſp.* 172. *num.* 4. & plures quos refert Cened. *d. collect.* 68. *num.* 6. Peregrin. *de fideicom. art.* 24. *n.* 50. Fachin. *lib.* 3. *controverſ. cap.* 50. Sanch. *de Matrim. lib.* 8. *diſp.* 7. *n.* 19. Baſil. Pont. *in ſimili tract. lib.* 11. *cap.* 3. Octav. Bammac. *in d. cap. naturales, quæſt.* 19. *num.* 172. *&* 173. Fajard. *d. tract. de legitimat. per ſubſequens Matrim. membr.* 2. *n.* 32. Unde colligitur parentes habiles ad contrahendum, ut eorum filii per ſubſequens Matrimonium legitimentur, eſſe debere tempore conceptionis, vel partus, prout ſit utilius, & tempore, quo conjugium celebratur, nulla cura habenda de tempore intermedio, & intermediis parentum nuptiis, ut per Paſchal. *de viribus patriæ poteſtatis, part.* 2. *c.* 4. *n.* 94. Trentacinq. *d. lib.* 1. *reſol.* 1. *n.* 22. Æmil. Gall. *de except. tit.* 4. *part.* 2. *except.* 27. *num.* 208. Bammac. *in d. cap. naturales*, *quæſt.* 17. *num.* 148. *&* 149. Fuſar. *d. quæſt.* 409. *num.* 112. Baſil. Pont. *d. lib.* 11. *cap.* 1. §. 2. *num.* 15. refert plures Doctores Bajard. *ubi proximè*, *num.* 46. ubi addendi ſunt citatis *ſuprà, num.* 7. Gregor. Lóp. *l.* 2. *verbo ſi no el hijo, tit.* 15. *part.* 2. Spin. *in ſpeculo teſtam. gloſſ.* 15. *num.* 118. Sanch. *de Matrim. lib.* 7. *diſp.* 7. *num.* 19. Ratio eſt, quia favor filiorum poſtulat ut tempus illud attendatur, quod ipſis favorabilius eſt, §. 2. *verſ. ſufficit, Inſtit. de ingen. l. nuper, in fine*, *C. de natur. liber.* gloſſ. *verbo concepti, in c.* 2. *qui filii ſint leg.* quicquid contrarium neruosè ſcripſerit Sarmient. *lib.* 1. *ſelect. c.* 6. *n.* 10. motus præcipuè auctoritate text. *in l. Paulus* 11. *ff. de ſtatu homin.* qui procedit attentis regulis juris antiqui Digeſtorum, cujus tamen contrarium nova deciſione Juſtiniani *in d. l. nuper*, fuit conſtitutum, ut ſcilicet quoad filiorum ſtatum, & legitimationem attendatur tempus conceptionis, vel nativitatis, ſecundùm quod filiis utilius fuerit. Illud tamen notabile memoriæ 32
mandandum eſt, quod licèt tyrannus rem habeat cum aliqua muliere per vim, filius inde natus non erit ſpurius quoad matrem, ut ex Bald. refert Hippol. *conſ.* 25. *n.* 30. *& conſil.* 99. *n.* 11. Nec eſt minori nota dignum, naturales filios per ſubſequentes legitimandos nuptias in rebus humanis exiſtere non debere eo tempore, quo Matrimonia celebrantur, ut nepotes ex illis legitimi efficiantur, ut benè reſolvunt Covar. *d.* §. 2. *n.* 19. Anton. Gomez *l.* 9. *Tauri, num.* 62. Molin. *de primogen. lib.* 3. *cap.* 1. *n.* 9. Fachin. *lib.* 3. *controverſ. cap.* 56. Philip. Paſch. *d. cap.* 4. *n.* 91. *ad fin.* Blaſ. Robles de Salzedo *de repræſent. lib.* 2. *c.* 5. *n.* 24. Bammacar. *d. cap. naturales, q.* 6. *per tot.* Montealeg. *de exercit. pract. act. lib.* 2. *cap.* 1. §. 3. *n.* 54. *&* 55. Baſil. *de Matrim. lib.* 11. *c.* 1. §. 3. *ex num.* 23. Æmil. Gal. *de except. tit.* 1. *p.* 1. *except.* 2. *à n.* 75. *uſque ad* 80.

Unde ex dictis primò colliges filios Clerici in mi- 33
noribus beneficia obtinentis, qui poſteà cum ipſius matre contraxit Matrimonium, per illud legitimari; licèt enim hujuſmodi Clerici in minoribus contrahendo Matrimonium amittant beneficia, ipſum tamen Matrimonium validum eſt, cùm illud non prohibeantur contrahere, *cap.* 1. *& per totum*, *de Clericis conjugatis*: ita docent Cardin. *hîc*, *quæſt.* 16. & Præpoſit. *num.* 12. Covarruv. *dict. cap.* 8. §. 2. *num.* 5. Duen. *d. reg.* 350. *limitat.* 7. Mozz. *de contractibus*, *tract. de Matrimonio*, *tit. de natural. Matrim. num.* 16. *verſic. tertiò ampliatur*, Rojas *de ſucceſſ. cap.* 27. *num.* 20. Campan. *d. rubr.* 11. *cap.* 13. *num.* 136. Menoch. *conſ.* 74. *num.* 4. *cum ſeqq. & conſ.* 225. *numero* 27. Vincent. de Franch. *deciſ.* 47. *num.* 4. Avendan. *l.* 9. *Tauri*, *gloſſ.* 10. *à num.* 11.

Spin. *in ſpeculo teſtam. gloſſ.* 16. *princ. à num.* 93. Sayr. *d. lib.* 6. *c.* 10. *num.* 17. Lara *in l. ſi quis à liberis, in princ. n.* 9. *cum ſeqq. ff. de lib. agnoſc.* Gutier. *pract. lib.* 2. *q.* 104. *n.* 2. Fachin. *controv. lib.* 3. *c.* 52. Azor. *d. c.* 13. *q.* 9. *verſ. quares*, plures per Cened. *d. collect.* 68. *n.* 5. Sanctarel. *variar. reſol. q.* 21. *num.* 4. Baſil. Pont. *d. lib.* 11. *c.* 2. *num.* 5. quicquid contrarium rueantur Ozaſc. *Pedem. deciſ.* 154. Sarmient. *ſelect. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 7. & 8. Henriq. *in ſum. lib.* 11. *c.* 20. §. 2. Ex eadem ratione dicendum mihi videtur, filios Commendatorum Militarium Ordinum illegitimos per ſubſequens Matrimonium legitimari, de quo tamen vide Covarr. *d. cap.* 8. §. 2. *num.* 30. Sarmient. *lib.* 1. *ſelect. cap.* 6. Fr. Emman. *quaſtionum Regularium tom.* 1. *quaſt.* 13. *art.* 2. Molin. *de primogen. lib.* 1. *cap.* 2. *numero* 6. Villalob. *in ſumma, part.* 2. *tract.* 35. *difficult.* 10. *num.* 7. Hieronymus Roderic. *in compendio quaſtionum Regularium, reſol.* 76. *num.* 3. quia iſti non ſunt ſpurii, Gutier. *pract. lib.* 2. *q.* 111. *n.* 1. *ad fin.* Azeved. *l.* 7. *n.* 14. *tit.* 9. *lib.* 3. *nova recop.* Molin. *de juſt. tract.* 2. *diſp.* 141.

43 Secundò collige ex eadem ratione filios ſuſceptos à monacho, vel moniali intra annum profeſſionis, per ſubſequens Matrimonium legitimos effici, ut per Menoch. *conſ.* 174. *n.* 8. & *conſ.* 225. *n.* 18. Peregr. *d. art.* 24. *n.* 49. Fuſar. *d. q.* 409. *n.* 104. Fajard. *d. tract. de legitimat. per ſubſequens Matrim. membr.* 2. *n.* 55. Maiol. *de irregul. lib.* 1. *c.* 4. *n.* 15. Sayr. *de cenſuris, lib.* 6. *c.* 10. *n.* 18. Sanctarel. *var. q.* 22. *n.* 5.

35 Tertiò collige filios natos ex parentibus voto ſimplici caſtitatis adſtrictis, legitimos fieri ſubſequuto Matrimonio, ut notat Lara *in d. l. ſi quis à liberis, in princ. n.* 99. Leſſ. *de juſtit. lib.* 2. *c.* 19. *dub.* 5. *num.* 57. Baſil. Pont. *d. lib.* 11. *c.* 2. *num.* 6. & poſt Alexand. ac Maiol. idem tenet Sanctarel. *variar. quaſt.* 21. *num.* 2. ubi reprobat Anchar. Abb. Fr. Emman. & Veg. contrarium tenentes, probabile dicit, licèt contrarium verius exiſtimet, Azor. *d. cap.* 13. *q.* 10. & exemplificari poteſt in illis mulieribus, quas Luſitani Beatas vocant, Italicè *Bizoches*, non enim profitentur ſolemniter, ſed voto ſimplici ſolent alligari, ex Sanch. *de Matr. lib.* 2.

36 *diſp.* 18. *n.* 4. Contrarium verò reſolve in votis ſimplicibus, quæ poſt duos noviciatus annos fiunt in Societate Jesu, faciunt enim veros Religioſos, & ex Conſtit. Gregor. XIII. reddunt emittentes inhabiles ad Matrimonium validè contrahendum, explicant Henriq. *in ſum. lib.* 12. *c.* 5. *n.* 5. Sanch. *lib.* 7. *diſp.* 25. *n.* 15. *cum ſeqq.* Anton. Ricc. *de jure perſonarum, &c. lib.* 8. *c.* 8. *num.* 1.

37 *Si autem vir vivente uxore*, &c.] Principalis hujus text. concluſio, quæ habet, filios autem genitos per ſubſequens Matrimonium legitimos effici, limitatur in hac ſecunda text. parte non procedere quando filii ſuſcepti ſunt ab eo, qui mortua uxore cum alia ex qua filios prima vivente ſuſceperat, Matrimonium contrahit, hujuſmodi enim filios antea genitos legitimos non fieri, ſed adhuc eſſe ſpurios, reſolvunt Duen. *d. reg.* 350. *limit.* 3. *cum ſeqq.* Lara *in l. ſi quis à liberis, in princ. n.* 92. *ff. de liber. agnoſc.* Gutier. *pract. lib.* 2. *q.* 105. *n.* 9. Menoch. *de præſumpt. lib.* 4. *præſumpt.* 81. *n.* 22. Peregrin. *d. art.* 24. *n.* 49. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 30. *num.* 69. *verſ. adverte*, & plures citati per Cened. *d. collect.* 68. *n.* 7. Rota *deciſ.* 191. *num.* 2. apud Farin. *p.* 1. *recent.*

38 Filius inceſtuoſus ex diſpenſatione Papæ legitimatur per ſubſequens Matrimonium, ut cenſuit Rota

39 *deciſ.* 164. *num.* 5. apud Farin. *p.* 1. *recent.* Illud tamen in præſentiarum advertendum duxi, filios ex Matrimonio prohibito natos legitimari, ubi fuit obtenta diſpenſatio ad validandum hujuſmodi Matrimonium, & ad legitimandam prolem, quamvis quoad Matrimonium non potuerit habere effectum propter ſupervenientiam mortis alicujus ex parentibus, nam hoc caſu gratiam quoad legitimationem prolis poſſe executioni mandari, etiam in præjudicium venientium ab inteſtato, tenent Steph. Grat. *diſcept. forenſ. c.* 138. *n.* 48. Jacob. de Graffiis *tom.* 1. *conſ. ſub tit. de conſang. & affin. conſ.* 1. *num. ult.* Pute. *deciſ.* 483. *n.* 3. *lib.* 2. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. gloſſ.* 5. §. 9. *n.* 57. noviſſimè me citato *in hoc loco*, D. Mari. Cutel. *de donat. inter patrem & fil. tract. primo, deciſ.* 2. *partic. n.* 162. & quoad hanc legitimationem poſſe Summum Pontificem diſpenſare in radice Matrimonii, etiam poſt mortem alterius ex conjugibus, ſi tamen diſpenſatio per parentes in vita petita fuerat, cenſuit eadem Rota *deciſ.* 687. *n.* 13. apud Farin. *p.* 2. *recentiorum*, vide *infrà ad cap. per venerabilem, ex num.* 4. 40

Quæſtio eſt difficilis, utrùm filius natus ex conjugato, & ſoluta ignorante impedimentum, per ſubſequens Matrimonium fiat legitimus? vel ut DD. loquuntur, utrùm filius putativè naturalis, per verum Matrimonium poſteà ſubſequutum efficiatur legitimus? Affirmativam partem tuetur *gloſ.* 2. *in præſenti*, quam ſequitur, & ſecundùm eam judicaſſe Rotam Romanam refert Caſſad. *deciſ.* 1. *de ſponſ.* ſequuntur etiam Ludov. de Sardis *de legitimat. per verum Matrim. n.* 16. & *de legitimat. per Matrim. putativum, q.* 1. Roſel. *lib.* 1. *de Matrim. putat. n.* 2. Rota *deciſ.* 605. *n.* 5. *p.* 1. *diverſ.* & plures alii, quos refert, & magis ſequi videtur Gabriel *d. tit. de legitim. concl.* 2. *à n.* 2. juncto *n.* 9. Surd. *conſ.* 303. *num.* 10. *vol.* 3. Campan. *d. rub.* 11. *c.* 13. *n.* 109. qui duo ultimo loco citati referunt hanc partem eſſe communiter approbatam, & allegandam in Doctorum varietate tanquam benignam, piam & favorabilem, eique adhæſiſſe Rotam; qui omnes moventur argum. text. *in cap. ex tenore, infrà hoc tit.* nam ſi Matrimonium putativum bona fide contractum reddit legitimos filios poſteà ſuſceptos, ita etiam concubinatus putativus debet facere naturales, atque ita per ſubſequens Matrimonium legitimabiles, adducitur etiam *cap. quod nobis, hoc tit.* ubi Matrimonium clandeſtinum ab Eccleſia poſteà approbatum facit filios legitimos, quamvis propter aliquod impedimentum nullum eſſe detegatur: ergo ſi filius ex bona fide alterius parentis adulterinus non ſit, & poſteà licitum Matrimonium ſequatur, hoc debet ſufficere ut legitimus cenſeatur. 41

Verùm contraria ſententia verior eſt, & omninò tenenda, quam magis videtur tenuiſſe *d. gloſſ.* 2. *hic*, ſi ultima verba, *ſed primum verius*, adjectitia ſint, ut credit Domin. *conſ.* 66. Sed hanc ſententiam expreſsè probarunt Joan. Andr. Butr. Abb. & Henric. quos refert, & ſequitur Covar. *d.* §. 2. *num.* 16. & 17. Duen. *d. reg.* 350. *limit.* 3. *verſ. qua limitatio*, Molin. *de primog. lib.* 3. *c.* 1. *n.* 11. alt. Molin. Theolog. *de juſtit. tr.* 2. *diſp.* 173. *verſ. dubium deinde*, Sarmient. *ſelect. lib.* 1. *c.* 6. *à princ.* & *omninò n.* 4. Peregr. *d. art.* 24. *n.* 52. & eſſe communem, reprobata gloſſ. prædicta, teſtatur Gutier. *d. q.* 105. *num.* 9. & latè diſputat Fachin. *controverſ. lib.* 3. *c.* 55. approbat Azor. *d. c.* 13. *q.* 9. & plures citat Cened. *d. collect.* 68. *n.* 6. *verſ. egregia.* Pro qua facit generalitas hujus text. negantis legitimari poſſe per Matrimonium ſubſequens filios natos ex iis, qui propter aliquod dirimens impedimentum validè Matrimonium contrahere non poſſunt, quod dari in conjugatis certum eſt: arg. verò, quod ſumitur ex *d. cap. ex tenore*, infirmum, & fragile eſt; nam ibi præceſſit Matrimonium, quod actus eſt per ſe licitus, unde mater ignorans impedimentum putabat licitè à viro cognoſci, & conſequenter mirum non eſt, ſi hæc bona fides filiis proſit ad legitimitatem: at verò in quæſtione propoſita, quando filius naſcitur ex conjugato & ſoluta extra figuram Matrimonii, 42 quamvis

quamvis ipſa virum conjugatum ignoret, ſcit nihilominus dare ſe operam rei illicitæ, quæ nunquam ab Eccleſia, etiam Matrimonio ſequuto approbatur, ac ſubinde non rectè procedit argum. de vno caſu ad alterum, cùm bona fides, in qua totaliter fundatur *d. cap. ex tenore*, hoc caſu nequeat conſiderari, ad *d. cap. quod nobis*, reſpondebis verius eſſe non dari ibi impedimentum dirimens, ſed ſolum vitium clandeſtinitatis, quod minimè ſufficit ad annullandum Matrimonium, ac prolem legitimam faciendam.

43 *Præſertim ſi in mortem*, &c.] Vt facilè percipias hujus dicti rationem, aduerte quod poſtquam dixerat filios conjugati legitimos non fieri per Matrimonium ſubſequens, ſi mortua vxore contrahat cum adultera, quod ea ratione procedit, quia ſtante impedimento ligaminis ex primo Matrimonio procedentis, non poterant parentes validè contrahere, & conſequenter deficit habilitas in extremo, ad quod trahitur legitimatio, ſic & à fortiori, nec quando alteruter ex adulteris contrahere volentibus machinatus eſt in mortem prioris conjugis, ea ſequuta, ex quo apparet aliud impedimentum, quod dirimit Matrimonium ſubſequens, & conſequenter eo extante deficit habilitas in extremo à quo, quod in actu habili eſſet neceſſarium, hoc eſt, quod Matrimonium validum ſit, & legitimum. Quæ omnia ad materiam hujus text. colligendo obſeruabis filium ex conjugato ſuſceptum nunquam per ſubſequens Matrimonium cum ipſius matre contractum legitimari; verùm ſi mortua jam vxore ex adultera filios ſuſcipiat, diſtinguendum eſt, vtrùm alteruter machinatus ſit in mortem vxoris? & certum eſt tunc per ſubſequens Matrimonium non legitimari, quia naſcuntur ex iis, qui impedimentum habent dirimens; ſi autem nec fides de contrahendo Matrimonium data eſt, nec alteruter in mortem conjugis fuit machinatus, filii ſic ſuſcepti poſt mortem vxoris per conſequens legitimantur, vt benè explicat Lara *in l. ſi quis à liberis, in princ. n. 92.*

SUMMARIUM.

1 *Eccleſia non cognoſcit de cauſa Ciuili inter laicos, cognoſcit tamen an quis ſit de legitimo Matrimonio natus.*

2 *Cauſa natalium cognitio, ſiue principaliter, ſiue incidenter, ad ſolum pertinet iudicium Eccleſiaſticum.*

3 *Cauſam temporalem dependentem à cauſa principali natalium non poteſt Eccleſiaſticus incidenter definire.*

4 *Declaratur* text. in cap. per veſtras, de donat. inter virum.

5 *Declaratur* text. in c. ex literis, de pignoribus.

6 *Declaratur* text. in cap. de prudentia, de donat. inter virum.

7 *Opponens alteri parentes ipſius defunctos legitimos non fuiſſe, præſumitur fouere malam cauſam.*

8 *Crimina morte extinguuntur.*

CAP. Cauſam quæ ij. VII.

1 ECcleſia non cognoſcit de cauſa Ciuili inter laicos, benè tamen cognoſcit de cauſa natiuitatis, an ſcilicet quis natus ſit de legitimo Matrimonio. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Hoſt. Henri. Butr. Anchar. Panorm. Præpoſ. Alex. de Neuo, Caniſ. Cujac. Viu. *in ration. lib. 4. iuris Pontif. pag. 101.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 598.* remiſſiuè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p. 1.* refertur ab Ant. Auguſt *collect. 1. Decret. lib. 4. tit. 18. c. 7.* & eſt poſt Concil. Lateran. *p. 33. c. 4.*

Collige ex text. cauſæ natalium cognitionem, ſiue 2 principaliter, ſiue incidenter ad ſolum pertinere judicium Eccleſiaſticum, vt dixi *ad cap. lator, ſuprà hoc tit.* cauſam verò temporalem dependentem à cauſa principali natalium non poſſe Eccleſiaſticum inciden- 3 ter diffinire, ſed ſæculari judicio debere reſeruari, tenere videntur Vant. *de nullit. tit. ex defectu iuriſdict. ordinaria, n. 5.* Soar. de Pace *in pract. tom. 1. prælud. 2. n. 21.* Fa hin. *controuerſ. lib. 11. c. 78.* D. Barboſa *in l. 1. ff. ſolut. Matrim. p. 1. n. 40.* & in confirmationem hujus ſententiæ adducunt fundamenta aliqua, juribuſque con- 4 trariis reſpondere conantur: in primis *ad cap. per veſtras, de donat. inter virum, & vxorem*, reſpondet *ibi* Palat. *notab. 2. num. 5.* loqui de paupere, atque ita miſerabili perſona, de cuius cauſa Pontificem, & Eccleſiaſticos judices competentes eſſe notant DD. communiter per text. *ibi, in cap. ex parte, de foro compet.* vt vel inuitus fatetur Cou. *pract. cap. 6. n. 1.* D. Barboſ. *d. p. 1. n. 46. ad fin.* vbi *num. 47.* ſimiliter reſpondet *ad* 5 *cap. ex literis, de pignor.* quod mulier, de qua *ibi*, erat oppreſſa per judicem ſæcularem, à quo propter delictum mariti fuerat dote propria ſpoliata: deinde *ad cap. de prudentia, de donat. inter virum*, multipliciter 6 reſpondetur, primò judicem Eccleſiaſticum poſſe ibi cognoſcere de dote, non ratione incidentiæ, ſed principaliter, quia eſt mixti fori: ſecundò quia mulier apud judicem, qui de matrimoniali cauſa cognoſcebat, petiit dotem ſibi reſtitui, & ita judex debuit pronuntiare: tertiò magis communiter reſpondetur in illo text. actum fuiſſe coram Eccleſiaſtico de dote per viam reconuentionis, quia maritus diuortium petebat, & mulier agnoſcens impedimentum conſanguinitatis, coram iiſdem judicibus dotem repetebat. Quid autem in hoc verius credendum ſit, & cætera, quæ in hac materia deſiderari poſſunt, tam circa principalis dubii reſolutionem, quàm prædictorum textuum intellectum, vide latè *in meo tract. de officio, & poteſtate Epiſcopi, part. 3. alleg. 84. num. 25. cum ſeqq.*

Licèt incongruum videatur, &c.] Præſumitur enim 7 fouere malam cauſam opponens alteri parentes ipſius defunctos legitimos non fuiſſe, quia vt aduertit D. Barboſa *in l. Titia, n. 20. ff. ſolut. Matrim.* videtur malitiosè diſtuliſſe eam objectionem, vt illam ejus hæredibus rei non plenè informatis objiciat, quæ malitiæ & fraudis præſumptio (cùm fouere malam cauſam præſumatur qui litem mouit poſt mortem debitoris, quia hæredes non ſunt inſtructi, Menoch. *de præſumpt. lib. 3. præſ. 35. num. 19. & lib. 5. præſumpt. 3. num. 103.* Maſcard. *concl. 1318. num. 27.* Cald. Pereira *de emphyt. cap. 31. num. 64.*) efficiet, vt latiùs ſit procedendum, non tamen tollit quin etiam poſt mortem patris de ejus legitimitate, vel illegitimitate, atque ita de ſtatu perſonæ agi poſſit, ſi oportuerit ad decidendam quæſtionem hæreditatis, vt benè probat text. *in l. quamvis, ibi, propter emolumentum ſucceſſionis, C. ne de ſtatu defunctorum*, Butr. *n. 6.* Anch. *notab. 8.* Præpoſ. *notab. 6.*

In gloſſ. *Incongruum*, ibi, *quia crimina morte extin-* 8 *guuntur.* Vide Plaz. *de delictis, lib. 1. cap. 28.* Clar. *in §. fin. q. 51. n. 9. & 12.* Tiraq. *de pœnis temp. cauſ. 49. n. 42.* Sebaſt. Medices *in tract. mors omnia ſoluit, p. 2. concl. 27.* aliàs *n. 5. cum ſeqq.* Bonacoſ. *commun. crim. verbo falſitatem committens, p. 1. n. 76.* Anton. Gomez *tom. 3. var. c. 1. n. 78.* Mench. *quæſt. freq. c. 7. num. 15.* Peregrin. *de jure fiſci, lib. 4. tit. 5. à princ.* Cardoſ. *in praxi judic. & Advocatorum, verbo delictum, n. 34.* Cald. Pereira *in comment. ad l. vnicam, C. de delict. defunct. p. 3. in princ. & p. 5.*

*num.*1.latè & eleganter Illuſtriſſ. D.Roderic. à Cunha poſt primam hujus libri impreſſionem viſus, *in comment.ad c.*15.*ex n.*3.*diſt.*23.

SVMMARIVM.

1 *Mulier per iudicium Eccleſiæ ſeparata à viro, ſi viuente illo contrahit cum ſecundo, legitima erit proles, quam ex illo ſuſcepit.*

2 *Declaratur text. in preſenti, & difficultates, quas patitur, diſſoluuntur.*

3 *Iudicis auctoritas, ſeu iuſſus in illicitis excuſat à dolo.*

Cap. Perlatum VIII.

1 MVlier ſi per judicium Eccleſiæ eſt ſeparata à viro,& viuente illo de licentia Eccleſiæ alium ducit, proles ſuſcepta ex ſecundo eſt legitima, & capax hæreditatis.Colligunt ex Ordin.Abb. antiq. Innocent. Coll&.Zabar.Ioan.Andr.Hoſt.Butr.Anchar.Panorm. Præpoſ.Alex.de Neuo, Caniſ. Cujac.Viuian. *in ration. lib.*4. *iuris Pontif. pag.*96. Alagona *in compend. iuris Canon.pag.*595. remiſſiuè Ximen. *in concord. p.*1. *&* 2. refertur ab Ant. Auguſt. *collect.*1. *Decret. lib.*4. *tit.*28. *c.*8. & poſt Concil. Lateran. *p.*50.*c.*123.

2 Hic text. adeò multiplicem habet ſenſum, vt quis ſit verus illius intellectus, omninò ignoretur, ſicuti recenſet *hic* Abb. *n.*5.*&* 6. & dicit Menoch.*conſil.*69. *n.*75. Difficultas enim ex eo prouenit, quia ex ſerie hujus text. conſtat, ſententiam diuortii nullam fuiſſe propter ordinem judiciarium non ſeruatum, proceſſit enim iudex contra primum maritum abſentem perſonaliter non citatum, & lite non conteſtata, quemadmodum oportebat, expectando quod de ipſius obitu veroſimilis haberetur præſumptio, juxta reg.text. *in c. quoniam frequenter*, §.*porrò*, *verſ. ſi autem*, *vt. lite non conteſt.* Vnde ſententia nulla fuit, ſubindeque minimè prodeſſe debet ad excuſandam malam fidem mulieris, quæ non certa de morte prioris conjugis, cum ſecundo contraxit, contra reg. text. *in cap. in præſentia*, *de ſponſalib.* Sunt qui dicunt *in hoc text.* maritum ab vxore per longum tempus ſe abſentaſſe, & diligenter perquiſitum inueniri non potuiſſe, conſtat ex text. ibi, *Epiſcopus verò, ſicut vir prouidus & diſcretus*, &c. quo caſu præſumitur maritum ſe abſentaſſe per malitiam, & contumaciam, ne citatio ad eum perueniret,& tunc citatio ad domum valet,etiam in iis, quæ ſunt magni præiudicii,vt per Tiraq. qui hunc text.citat *de retract. lig.*§.9. *gloſſ.*2. *n.*7. & procedi poteſt contra abſentem, vt probat text.*in c.*2.*qui Matrimonium accuſare poſſunt*, ſecundùm vnum intellectum, ita Abb.& Cardin. *hic*, *n.*4. notantes diuerſam eſſe rationem *in c.per venerabilem,infrà hoc tit.* quia ex eo, *in verſ. Prætereà*, conſtat ſententiam nullam fuiſſe. Tu dic, quod Pontifex hic non curauit de validitate ſententiæ, aut proceſſus ad effectum legitimitatis filiorum,de qua interrogabatur, quia ſiue eſſet valida, ſiue nulla,ſemper ſufficiens erat ad legitimandam prolem ſuſceptam ex ſecundo Matrimonio, quod ejus auctoritate publicè in conſpectu Eccleſiæ parentes contraxerunt, nec juris errore, ſi eum haberet mulier contrahens, confiſa in judicis ſententiam bonam fidem potuit impedire, ita multi quos refert, & ſequitur Couar.*de ſponſal. p.*2. *c.*8.§.1. *n.*10.& ita etiam auctoritate *gloſſ.vlt. in præſenti*, refert Menoch.*conſ.*15.*n.*7. *& conſ.*17. *num.*5. & facit quod

3 etiam in illicitis juſſus, ſeu judicis auctoritas excuſat à dolo,gloſſa *in c.dixit Dominus*,14. *q.*5. Tiraq. *de pœnis temper.cauſa* 34.*n.*4.*cum ſeq.* Decian. *tract.crimin. lib.*9. *c.*37. *n.*4. Iuuat deinde, quia miſſus judicis decreto in poſſeſſionem illius rei, quam ſcit eſſe alienam,dicitur habere bonam fidem, ideoque poteſt præſcribere, vt per Couar.*in reg. poſſeſſor*, *p.*2.§.8. *n.*9. Mench. *illuſtr. c.*72.*n.*1. plenè Gilchen.*de vſucap.p.*2.*memb.*2.*cap.*5.*à princ.* Accedit quod hujuſmodi Matrimonium publicè contractum fuit, & bona fides probatur ex eo, quod quid publicè factum eſt, ex Tiraquel. *in proœm. retract. conuent.n.*13.Menoch.*conſ.*15.*n.*8.

SVMMARIVM.

1 *Filij nati ex Matrimonio clandeſtino per Eccleſiam approbato ſunt legitimi.*

2 *Filij ſuſcepti ex Matrimonio valido, ſed tamen illicito propter aliquod juris impedimentum impediens tantùm, non verò dirimens, ſunt ſpurij, referuntur fundamenta pro parte affirmante*, & n.3. *pro negante.*

4 *Declaratur text. in præſenti.*

5 *Filij naturales per Matrimonium clandeſtinum nullum propter defectum Parochi, & teſtium, an legitimentur oſtenditur.*

Cap. Quod nobis IX.

FIlii qui naſcuntur ex clandeſtino Matrimonio, ſed deinde ab Eccleſia approbato, ſunt legitimi, & hæredes. Colligunt ex Ord.Abb.antiq.Innoc.Collect. Zabar.Ioan.Andr.Hoſt.Butr.Anchar.Panorm.Præpoſ. Alex.de Neuo, Caniſ. Cujac. Viu.*in ration. lib.*4. *iuris Pontif. pag.*102. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.*595. remiſſiuè Ximen. *in concord.part.*1. *&* 2. refertur ab Anton.Auguſt. *collect.*1. *Decretal. lib.*4. *tit. de clandeſt. cap.*3. & eſt poſt Concil. Lateran. *p.* 50 *cap.*17. 1

Hic ſedet diſputanda quæſtio apud Doctores controuerſa, vtrùm filii ſuſcepti ex Matrimonio valido, ſed tamen illicito propter aliquod juris impedimentum impediens tantùm, non verò dirimens,ſint ſpurii, an legitimi? In qua vt certa ab incertis ſeparemus,dicendum videbatur in caſu Matrimonii clandeſtini ſine denuntiationibus contracti (quod validum eſſe notaui *de offic. & poteſt. Epiſc. p.*1. *alleg.*32. *n...*) ſpurios eſſe filios ex eo generatos,grauiſſimi tenuerunt Doctores; nam hanc ſententiam Hoſtienſi tribuit,eamque ſequitur Bero.*q.*107. eandem tribuit Gloſſæ, & Abbati *in cap.vlt.ſup.de clandeſt. deſponſ.* Sot. 4.*diſt.* 28.*q.*1.*art.*2. *verſ.alia ſunt.*Adducitur pro hac parte text. *in præſenti*, quatenus probat filios ex Matrimonio clandeſtino antequam illud ab Eccleſia fuerit approbatum, illegitimos eſſe: deinde ſecundò adducuntur text. *in c. cùm inhibitio*, §. *ſi quis verò, de clandeſtina deſponſatione, & in c.ex tenore,infrà hoc tit.* quibus juribus requiritur ad legitimandam prolem propter bonam fidem parentum quod Matrimonium contractum ſit in facie Eccleſiæ: tum etiam, quia in iiſdem juribus probatur illegitimam eſſe prolem ſuſceptam ex Matrimonio clandeſtino, ſi inter parentes aliquod exiſtebat impedimentum, quod ipſi ignorabant,quæ tamen legitima eſſe debuit, ſi ſtante eo impedimento,& parentum ignorantia, non clandeſtinè, ſed publicè fuiſſet contractum. 2

Verùm hujuſmodi filios ſuſceptos ex Matrimonio clandeſtino valido, legitimos eſſe verius eſt, & receptius; conſtat enim legitimationem prolis ex validitate Matrimonii pendere, quia ex juſtis nuptiis juſti naſcuntur filii, *princ. Inſtit. de patria poteſtate*: juſtæ autem 3

autem nuptiæ dicuntur, quæ ſecundùm leges validæ ſunt, licèt in contrahendo parentes culpam commiſerint: ſi ergo Matrimonium valet ſecundùm leges, & contracto licitè vtuntur, non eſt cur tali conjunctione ſuſcepti filii illegitimi cenſeri debeant; atque ita expreſsè docuit *gloſſ. vlt. in præſenti*, recepta per Butr. *hic*, *n.6.* Abb. *num.5.* ſequuntur Paleoth. *de nothis, & ſpur. c.10. num.1.* Mantic. *de conject. vlt. volunt. lib.11. tit.12. n.13.* Menoch. *conſ.199. n.57.* Fulu. Pacian. *de probat. lib.2. c.16. n.68.* & alii plures per Sanch. *de Matrim. lib.3. diſp.42. n.8.*

4 Nec huic ſententiæ obſtat text. *in præſenti*, facilis eſt enim ejus interpretatio, quamvis à DD. difficilis ſoleat reputari, vt conſtat ex ſtatim referendis; nam DD. communiter exiſtimant text. procedere in Matrimonio clandeſtino nullo propter aliquod latens juris impedimentum, filioſque legitimos eſſe, quamvis concepti & nati ſint in clandeſtinitate ante Eccleſiæ approbationem, ſi ea poſteà ſequatur; quamvis deinde jam Matrimonio approbato impedimentum detegatur, ita reſoluit communem dicens modernorum Anton. de Roſel. *in tract. de legitimat. lib.2. cap. penult. de Matrim. putat. n.3.* & poſt Ioan. Andr. Butr. Abb. Præpoſ. Alex. de Neuo, & alios quos refert, & latè tuetur argum. in contrarium ſatisfaciens Sanch. *d. diſp.43. num.4. cum ſeqq.* eodem modo reſpondetur ad text. *in d. §. ſi quis verò*, agere de Matrimonio nullo propter aliquod juris impedimentum, quod parentes ignorabant, fuiſſeque dubitandi rationem ex *d. text. in cap. ex tenore*; videbatur enim propter bonam fidem parentum prolem legitimandam, quod tamen text. negat ea ratione, quia vltra impedimentum fuit Matrimonium clandeſtinè contractum, quo caſu text. inquit, non expertæ ſcientiæ, vel ſaltem affectatores ignorantiæ videri ſic contrahentes, &c.

5 De Matrimonio verò clandeſtino nullo propter defectum Parochi, & teſtium juxta nouam diſpoſitionem Concil. Trident. *ſeſſ.24. de reform. Matrim. c.1.* de duobus poteſt dubitari. Primò an per illud naturales anteà ſuſcepti fiant legitimi? & certum eſſe debet non legitimari: patet quia, vt Matrimonium ſequens antea ſuſceptos reddat legitimos, validum eſſe oportet; conſtat autem nullum eſſe Matrimonium contractum ſine Parocho, vel teſtibus, ex Concil. Trid. *d. c.1.* Ergo, &c. quo caſu loquitur Menoch. *d. præſ.1. n.100.* Aut ruſus poſſumus dubitare, an filii ſuſcepti ex hoc Matrimonio clandeſtinè contracto ſpurii ſint, itavt per aliud ſubſequens validum cum Parocho & teſtibus nequeant legitimari; & certum eſt illegitimos eſſe, & conſequenter per ſubſequens Matrimonium poſſe legitimari, vt tenent Peregrin. *de fideicom. art.24. n.74.* & euidenti ratione oſtenditur, quia licèt Matrimonium ſine Parocho contractum nullum ſit, contrahentes tamen, ſi nullo alio impedimento ſint impediti, habiles manent ad contrahendum de nouo, quia Concil. Trid. *in d. c.1.* non ſimpliciter eos reddit inhabiles, ſed ſolùm ad contrahendum ſic, id eſt, ſine Parocho, & teſtibus, quia his adhibitis minimè prohibet, imò permittit de nouo contrahere, vt tenent multi, quos refero ego ipſe *de offic. & poteſt. Epiſc. p.2. alleg.32. num.151.* Vnde licèt iſti illegitimi ſint, quia nati ex Matrimonio inualido, cùm tamen naſcantur ex parentibus, qui matrimonium validè poſſunt contrahere, nullumque habeant juris impedimentum, quod eos ad contrahendum de nouo faciat inhabiles, apertiſſimè ſequitur per Matrimonium validum poſteà ſequutum legitimos fieri.

SVMMARIVM.

1 *Illegitimi ſunt filij nati ex Matrimonio contracto contra publicæ honeſtatis juſtitiam*, & n.2.

CAP. Referente X.

MAtrimonium contractum contra publicæ honeſtatis juſtitiam, non tenet, & filii ex eo nati illegitimi ſunt, & ab hæreditate parentum excludendi. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Hoſt. Butr. Anchar. Panorm. Præpoſ. Alex. de Neuo, Caniſ. Cujac. Viu. *in ration. lib.4. juris Pontif. pag.102.* Alagona *in compend. juris Canon. pag.595.* remiſſiuè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.1. & 2.* refertur ab Anton. Auguſt. *collect.3. Decret. lib.4. tit.11. cap.1.* 1

Hanc eandem concluſ. ex hoc text. deſumunt Nau. *in man. c.22. à n.57.* Covar. *de ſponſ. p.2 c.6. §.2. à princ.* Henriq. *in ſum. lib.12. c.16. §.2.* Sanch. *de Matrim. lib.7. diſp.68.* Gutier. *eod. tract. c.103.* Bonac. *eod. tract. q.3. punct.11. à princ.* 2

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium ſi fuit in facie Eccleſiæ celebratum, non ſufficit probare illius impedimentum ad probandam prolem illegitimam.*

2 *Contendens alicuius parentes Matrimonium contrahere non potuiſſe, debet probare Matrimonium illud non tenuiſſe, eiuſque parentes illud contraxiſſe mala fide.*

3 *Intellectus diuinatorius rejiciendus eſt.*

CAP. Peruenit XI.

MAtrimonium quando fuit legitimè celebratum ad docendum prolem eſſe illegitimam, non ſufficit probare impedimentum Matrimonii, præſertim quia quandiu vixerunt, quietè ſimul permanſerunt ſine reclamatione. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Hoſt. Butr. Anchar. Panorm. Præpoſ. Alex. de Neuo, Caniſ. Cujac. Viuian. *in ration. lib.4. iuris Pontif. pag.102.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag.593.* remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.1. & 2.* refertur ab Ant. Aug. *collect.2. Decret. lib.4 tit.11. c.2.* 1

Notatur ad hoc, quod filius natus ex parentibus, qui in facie Eccleſiæ Matrimonium contraxerunt, poſtea verò declaratur Matrimonium fuiſſe nullum, cùm tamen ignoretur an bona, vel mala fide parentes contraxerint Matrimonium, eſt reputandus legitimus, & habilis ad recipiendos Ordines, & ad officia Eccleſiaſtica, & ſæcularia, vt per Soar. *tom.5. de cenſur. diſp.50. ſect.4. n.10.* Sanctarel. *var. reſol. q.20. n.6.*

Matrimonium fuiſſe illegitimè celebratum, &c.] 2
Notatur ad hoc, quod contendens alicuius parentes Matrimonium contrahere non potuiſſe, debet dicere, & probare Matrimonium illud non tenuiſſe, atque ejus parentes illud contraxiſſe mala fide, ita Couar. *de ſponſ. p.2. c.8. §.2. n.1. in fine.*

In gloſſ. *Si eſt ita*, vnica ibi, *ſed hoc eſt diuinare.* 3
Notatur ad hoc, quod intellectus diuinatorius eſt rejiciendus, vt per D. Barboſ. *in rubr. ff. ſolut. Matrim. p.1. num.12.*

SVMMA

SUMMARIUM.

1 *Teſtium dicto ſtatur qui probant aliquam legitimam, licèt fama viciniæ, & tractatus parentum habeat contrarium.*

2 *Sententia quæ nititur duabus cauſis, quarum vna vera eſt, & altera falſa, tenet.*

Cap. Per tuas XII.

1 TEſtes quando probant illam, quam vicinia putabat concubinam, fuiſſe deſponſatam de præſenti, filius habebitur legitimus. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Hoſt. Butr. Anchar. Panorm. Præpoſ. Alex. de Neuo, Caniſ. Cujac. Viu. *in ration. lib. 4. juris Pontif. pag.* 103. Alagona *in compend. juris Canon. pag.* 595. remiſſiuè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Anton. Aug. *collect.* 3. *Decret. lib.* 4. *tit.* 12. *c.* 1.

2 *Non tamen Decretali,* &c.] Notatur ad hoc, quod ſententia, quæ nititur duabus cauſis, quarum vna vera eſt, & altera falſa, valet, & tenet, vt per Syluan. *conſ.* 2. *n.* 75. Gail. *lib.* 1. *obſeruat.* 66. *art.* 9. Hippol. *ſing.* 619. *& conſ.* 113. *n.* 12. Tiraq. *in tract. ceſſante cauſa, limit.* 22. *n.* 6. 13. *&* 20. Vant. *de nullit. tit. ex defectu proceſſus, n.* 123.

SUMMARIUM.

1 *Papa in terris Eccleſiæ poteſt liberè illegitimos legitimare, in terris verò alienis, minimè, niſi ex cauſis multùm arduis, vel niſi in ſpiritualibus, & tunc indirectè, & per quandam conſequentiam intelligitur legitimare etiam quoad temporalia.*

2 *Archiepiſcopus pro laico procuratoris officium apud Rom. Pontificem ſuſcipere poteſt.*

3 *Papa non ſolùm ad ſpiritualia, ſed etiam ad actus ſæculares laicos poteſt legitimare in terris Imperij.*

4 *Papa, qui poteſt tollere impedimentum à jure poſitiuo procedens, poteſt etiam illo ſublato diſpenſare in illius radice.*

5 *Papa cenſetur in radice diſpenſare, quando ipſe declarat legitimos filios natos ante diſpenſationem, & poſteà naſcituros.*

6 *Diſpenſatio in radice Matrimonij eſt tanta potentia vt non ſolùm viuentibus contracturis, ſed etiam poſt eorum mortem operetur ad filiorum legitimationem in præjudicium tertij.*

7 *Diſpenſatio in radice Matrimonii comprehendit tantùm prolem ſuſceptam in figura Matrimonii, non autem natam, & conceptam.*

8 *Legitimandi poteſtas inter ea, quæ Principi reſeruantur, numeranda eſt.*

9 *Legitimationes in Regno Portugalliæ, prout & alibi, non ſunt veræ legitimationes, ſed potiùs diſpenſationes.*

10 *Legitimatus à Principe non poteſt obtinere terras, quæ non ſunt ſubditæ Principi legitimanti.*

11 *Cauſa requiritur in Principe legitimante.*

12 *Argumentum à maiori ad minus validum eſt.*

13 *Argumentum de maiori ad minus non valet in materia diſpenſationis, quod declara vt ibi.*

14 *Epiſcopalis dignitas eximit filium à patria poteſtate.*

15 *Electio ſola in Epiſcopum ſatis eſt vt quis patriam poteſtatem egrediatur.*

16 *Religionis profeſſio à filio facta eum liberat à patria poteſtate.*

17 *Seruus liber fit, quando ad Ordines promouetur ſcienter per Epiſcopum, abſente, & ignorante domino.*

18 *Legitimus vt quiſpiam ſit pro parte, & pro parte illegitimus, monſtruoſum eſt.*

19 *Diſpenſatus ad vnum, diſpenſatus quoque videtur ad conſequutiua.*

20 *Conſtantinus Imperator in pluribus terris, & Prouinciis omnem temporalem poteſtatem, dominium, & vniuerſa Imperii iura in Eccleſiam tranſtulit.*

21 *Matrimonium propter adulterium coniugis poteſt diſſolui quoad thorum, & mutuam cohabitationem, non tamen quoad vinculum.*

22 *Francia Rex Imperatori non ſubeſt.*

23 *Portugallia regnum eſt exemptum à Romano Imperio.*

24 *Hiſpaniæ Reges non ſubſunt Imperatori, nec ſuperiorem recognoſcunt in temporalibus.*

25 *Aragoniæ Rex non recognoſcit ſuperiorem.*

26 *Angliæ Rex à Romani Imperii iuriſdictione eſt liber.*

27 *Venetorum ſereniſſima Reſp. ab Imperio exempta eſt.*

28 *Mediolani Dux habet iura regalia, & fiſcalia, & omnia poteſt in ſuo ſtatu, quæ poteſt Imperator in toto Imperio.*

29 *Regna Neapolis, Siciliæ, Sardiniæ, Poloniæ, & Vngaria Imperatori ſubiecta non ſunt.*

30 *Sabaudiæ Dux ſereniſſimus in ſuo ducatu Imperii, & omnimoda poteſtatis ius habet.*

31 *Flandriæ Comes, Archidux Auſtria, & alii Potentatus in Germania ſuperiorem non recognoſcunt.*

32 *Delphinus habet iura Principis ſupremi.*

33 *Ferrariæ Dux non recognoſcit ſuperiorem.*

34 *Montis Ferrati Dux habet iura Imperii.*

35 *Duces, Marchiones, Comites perpetuò inueſtiti, cenſentur Imperatores in ſuo Ducatu, Marchionatu, ac Comitatu.*

36 *Princeps ſupremus an poſſit filios proprios legitimare, oſtenditur.*

37 *Papa in terris Regum directè non habet iuriſdictionem quoad temporalia.*

38 *Cauſæ dubia, difficiles, & ambiguæ ad iudicium Sedis Apoſtol. cui Roman. Pontifex præeſt, deferendæ ſunt.*

39 *Apoſtol. Sedes, & vniuerſalis Eccleſiæ primatus iure Diuino eſt in Romana Eccleſia.*

40 *Apoſtol. Sedes an poſſit auctoritate Pontificia aliò transferri, oſtenditur.*

41 *Petrum Romæ fuiſſe contra hæreticos qui defenderint oſtenditur.*

42 *Apparitio Chriſti facta Petro interroganti, Domine quò vadis, veriſſima.*

43 *Cardinalium dignitas tempore Innocentii I. cognita non erat.*

44 *Cardinales poſt tempora Innocentii IV. ſeu Bonifacii VIII. gerere cœperunt officium, quod antea gerebant Epiſcopi in ſummi Pontificis conſiliis.*

45 *Papa poteſt ſine Cardinalibus omnia expedire, etiam ardua, ex ciuilitate tamen in arduis debet communicare cum Cardinalibus.*

46 *Cardinales ſunt inſtituti de iure diuino.*

47 *Cardinalium origo, poteſtas & hodierna excellentia inter omnes Eccleſiæ Prælatos, quæ ſit, remiſſiuè.*

48 *Excommunicatio æquiparatur morti.*

49 *Papa an poſſit mortis pœnam corporalem infligere, remiſſiuè.*

50 *Preſbyterorum filii ordinari non poſſunt.*

51 *Alimenta filiis ſpuriis de æquitate Canonica vbique ſeruanda debentur.*

52 *Naturalis filius propriè, & ſtrictè dicitur, qui ex concubina natus eſt in ſchemate vxoris.*

53 *Adulterini dicuntur filii Preſbyterorum.*

Cap.

Cap. Per venerabilem VIII.

1 Sedes Apoſt. poteſt illegitimos totius Orbis legitimare ad actus ſpirituales, vt ad Epiſcopatum, necnon illegitimos terrarum Eccleſiæ etiam ad actus ſæculares, & putatur probabile illegitimos totius Orbis eſſe legitimatos ad actus ſæculares, maximè ſi in terris non cognoſcant ſuperiorem, qui poſſit legitimare præter Papam, vel ſaltem cùm in ſpiritualibus diſpenſatur, conſequenter intelligitur diſpenſatum eſſe in temporalibus, ſicut quando creat quem Epiſcopum, eximit eum à patria poteſtate, & Epiſcopus ſcienter ordinans ſeruum, ordinatus eſt liber, licèt ordinans teneatur ſatisfacere domino. Item Papa non ſolùm in ſua ditione, ſed etiam in aliis Regionibus, certis cauſis inſpectis, exercet cauſaliter temporalem juriſdictionem, non tamen vult præjudicare alieno juri; ſed quia in dubiis recurrendum eſt ad Sacerdotem, *Deuteron.* 17. cujus locus eſt Sedes Apoſtolica Romæ, ad quam reuocatur Petrus à Chriſto dum interrogatus, *Domine quò vadis?* reſpondit, *Romam iterum crucifigi*, & D. Paul. ad Corinth. 6. *Neſcitis quoniam Angelos judicabimus, quanto magis ſæcularia.* Et ſic qui non obedit, eſt excommunicandus. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Hoſt. Butr. Anchar. Panorm. Præpoſ. Alex. de Neuo, Caniſ. Cujac. Vinian. *in ration. lib.* 4. *juris Pontificii, pag.* 104. Alagona *in compend. juris Canon. pag.* 595. remiſſiuè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 3. *Decret. lib.* 4. *tit.* 12. *c.* 2.

2 *Arelaten. Archiepiſcopum.*] Ergo Archiepiſcopus pro laico procuratoris officium apud Romanum Pont. ſuſcipere poteſt, contra reg. text. *in c.* 2. *ne Clerici vel Monachi*, ſed multi intelligunt ea ratione procedere, quia prohibitio illa ſolùm obtinet locum in procuratore generali, qui hujuſmodi officium frequenter exercet, non ita ſi vnum ſuſcipiat, vel ſemel hoc faciat, per ea quæ diximus ad *c.* 1. *de poſtul. num. vlt.* vbi multos citauimus DD. vel poteſt dici Epiſcopos, Sacerdotes, & à fortiori alios inferiores Clericos non prohiberi officium procuratoris etiam pro laicis in Romana Curia ſuſcipere, quod alii ampliant ad quamcunque Curiam Eccleſiaſticam, etiam in partibus, vt tenent citati per me *in d. c.* 1. *num. vlt.*

Quod autem ſuper hoc, &c.] Ex his verbis, & aliis,
3 quæ ſequuntur, probari videtur concluſio illa, in qua præcipuè huius text. vertitur difficultas, quod ſcilicet Summus Pontifex non ſolùm ad ſpiritualia, ſed etiam ad actus ſæculares laicos poteſt legitimare in terris imperii, quod etiam deducitur ex *verſ. præterea, & verſ. rationibus*, ex quibus plenè hanc concluſionem affirmatiuam firmant *hic* Hoſt. & Goffred. de Trano *in ſumma hujus tit.* Rot. *deciſ.* 200. *aliàs* 1. *in nouis, ſub hoc tit.* & ſecurè tradit Anaſtaſ. Germon. *in paratitlis ad hos tit.* & in effectu poſt longas diſtinctionum ambages ſequitur Præpoſ. *à n.* 71. & vltra hujus text. auctoritatem pluribus rationibus confirmat, quidquid in contrarium ſit, communis DD. reſolutio, de quibus Sanch. *lib.* 8. *de Matrim. diſp.* 7. *à princ.* Baſil. Pont. etiam *de Matrim. lib.* 11. *c.* 5. §. 1. *à n.* 1. Franc. Ferret. *ad conſtit. de los impubers, gloſſ.* 6. *n.* 103. *& ſeqq.* Mich. Gom. de Arellan. *in tract. de ration. jur. & jur. Imper. lib.* 4. *c.* 5. *n.* 63. Fajard. *in tract. de legitim. per ſubſequens Matrim. memb.* 2. *n.* 82. *cum ſeqq.* & alii quos reprobat Rota Rom. *deciſ.* 291. *num.* 13. apud Farin. *p.* 2. *recent.*

4 Vnde Summus Pontifex, qui poteſt tollere impedimentum à jure poſitiuo procedens, poteſt etiam illo ſublato diſpenſare in radice illius, & relinquere Matrimonium in terminis priorum conſenſuum, & ſic verum, & validum, prout ex tunc, ac ſi diſpenſatio illud præceſſiſſet, vt cenſuit Rota *in vna Hiſpalen. legitimitatis*, 11. *Maii* 1615. coram Patriarcha Manzanedo, quæ eſt *deciſ.* 687. *n.* 8. apud Farin. *p.* 2. *recent.* & ita abſque dubio poſſe Summum Pontificem laicos etiam in terris Imperii ad temporalia legitimare in radice Matrimonii, profitentur *hic* Abb. *n.* 22. Zabar. *q.* 9. & Præpoſ. *n.* 74. Couar. *de ſponſ. p.* 2. *c.* 8. §. 8. *n.* 13. Molin. *de primog. lib.* 3. *c.* 2. *n.* 12. Peregr. *de fideicom. art.* 14. *n.* 77. *& ſeqq.* Cald. Pereira *de nominat. emphyt. q.* 21. *n.* 51. Henriq. *in ſum. lib.* 11. *c.* 20. §. 2. Sayr. *de cenſ. lib.* 6. *c.* 11. *n.* 6. Carpan. *ad ſtat. Mediolan. p.* 1. *c.* 456. *tit. de legitimat. num.* 126. Lancel. Gall. *conſ.* 122. *per tot.* Gutier. *de Matrim. c.* 74. *n.* 33. Laderch. *conſ.* 24. Intrigl. *deciſ.* 35. *n.* 52. Theſaur. *deciſ.* 84. *&* 196. Caliſt. *de lege Regia*, §. 29. *n.* 10. *lit. B.* nouiſſimè me citato *in hoc loco*, Mar. Cutel. *de donat. inter patrem & fil. tract. primo, diſcurſ.* 2. *p.* 6. *n.* 161. & plenè relati à Sanch. *d. lib.* 8. *diſp.* 7. *n.* 4.

Ratio eſt, quia cùm impedimenta Matrimonium dirimentia à ſolo jure, ſeu lege Canonica proueniant, & Pontifex radix ſit, & origo legis Canonicæ, qua conſanguinei intra certos gradus deſignatos *in cap. non debet, de conſang. & affin.* contrahere prohibentur, & ab eo tanquam à viuo fonte, ſeu lege animata auctoritas ſuper iſtis proueniat, *c.* 1. *de conſtitut. cap. ſi Romanorum*, 19. *diſt. cap. ipſi ſunt* 9. *q.* 3. & *ibi gloſſ.* nulli dubium eſſe poteſt quin impedimentis per eum ſublatis rem ad terminos juris naturæ primæuos reducere poſſit. Vnde fit vt Pontifex diſpenſans, ſeu declarans in radice filios legitimos, denuò tales non faciat, quin ſolam velationem habitus naturalis, vt ait Bald. *in l. emancipati, num.* 2. *ff. de adopt.* remoueat. Detegit ergo filios jure naturæ legitimos, vt ait idem Bald. *in l. manumiſſiones, num.* 8. *ff. de juſtit. & jure.* Ex quo ſuperuenit (vt ait idem Bald. *in cap.* 1. §. *inſuper, de prohib. feudi alien. per Federic. n.* 8.) noua virtus in præjacenti materia, & potentia materiæ ei jungitur, & ab illa denominatur. Euenit quippe iſto in caſu idem ipſum quod in expulſione nubium, quæ non facit ſerenum, ſed retegit, & in excuſſione ſpicarum, quæ non facit frumentum, ſed illud demonſtrat, vt argum. *l. adeò, ff. de acquir. rerum domin.* notat Bart. *in d. l. manumiſſiones, num.* 2. Vnde errant valdè, qui putarunt exemplo poſtliminii, aut legis Corneliæ, de quo *in l. retro, ff. de capt. & poſtlim. reuerſ. & in l. lege Cornelia, ff. de teſtam.* in diſpenſatione in radice fictionem ciuilem retrotractionis interuenire. Lex namque in his, quæ ſibi ſubſunt, verè quidem diſponit, vt egregiè docuit Bart. *in l. ſi maritus*, §. *legis Iuliæ*, *n.* 1. *ff ad legem Iul. de adult.* & latiùs *in l. ſi is qui pro emptore, num.* 29 *ff. de vſucap.* & proſequitur latiſſimè Iaſ. *ibid. num.* 117. vbi dicit pulchram & vtilem eſſe doctrinam Barthol. Crot. qui illam ipſam ait notandam & menti tenendam *ibi, n.* 91. Anton. de Butr. *conſ.* 20. *num.* 1. optimè Tiraq. *de jure conſtit. p.* 1. *limit.* 7. *ex num.* 44. latè Peregr. *conſ.* 7. *ex n.* 26. *vol.* 2. Caſtill. *quotid. tom.* 5. *c.* 105. *n.* 28. Ergo ex prædictis omnibus clarè conſequitur diſpenſationis in radice proprium & potiſſimum effectum conſiſtere in legitimatione prolis ex tunc, hoc eſt, à conceptionis initio, idque verè, non fictè, quia deſtructo ex tunc per diſpenſationem in radice conſanguinitatis ex jure Canonico prouenientis impedimento, poteſt Pontifex Matrimonium à principio concubitus affectu maritali patrati validum declarare, & conſequenter prolem legitimam quoad omnes juris effectus, & in vniuerſo mundo, vt expreſsè tenent citati *ſuprà*, quibus

bus addendi ſunt Nicol. Garc. *de benef. p.7. c.2. n.41.* Caſtil.*d.c.*105.*num.*21.Auguſt. Beio. *conſ.*23. *num.*13. *vol.*2.Gonzal. *ad reg.*8.*Cancel.gloſſ.*5.§.9.*n.*57. Seraph. *deciſ.*1121. *num.*1. & 5. Alex. Trentacinq. *var. reſol. lib.*1.*tit.de legitimat.reſol.*4.*n.*15. Ioſeph. Seſſe *deciſ.*23. *ex num.*55. Marta *de ſucceſſ. legal. p.*1.*q.*18. *art.*1. Beltramin. *ad Ludouiſ. deciſ.*19. *n.*4. Baſil Pont. *de Matrim.lib.*11.*c.*5.§.1.*num.*8. & 9. Quicquid dicant Ant. de Butr. *in præſenti*, *num.*10. quem ſequuntur Molina Theologus,Ceruantes,*addit. ad Nauar.*citati à Sanch. *d.diſp.*8. *num.*3.*in fin.* Soar. *de cenſur. tom.*5. *diſp.* 50. *ſect.*5.*n.*9. Hurtado *de Matrim.diſp.*26. *diffic.*1. *num.*5. Franc. Ferret. *de impub. ſub rubro de ſubſtit. gloſſ.*6. *ex n.*109. *ad* 135. minus benè exiſtimantes Papam diſpenſando in radice nullum poſſe tertio præjudicium
5 inferre in terris Imperii. Ex quibus autem verbis cenſeatur Romanum Pontificem diſpenſare in radice in Matrimonio inter conſanguineos nulliter contracto, oſtendit Sanch. *d.diſp.*3.*à num.*14.& *n.*22. Sed meliùs Rota *d. deciſ.* 687. *num.*13.*p.*2. *recent.* dicit à Papa diſpenſatum cenſeri in radice,quando ipſe declarat legitimos filios natos ante diſpenſationem, & poſteà naſcituros.

6 Quæ diſpenſatio in radice eſt tantæ potentiæ, vt non ſolùm viuentibus contracturis, ſed etiam poſt eorum mortem operetur ad filiorum legitimationem in præjudicium tertii, aliàs vocati ad ſucceſſionem, quia hæc legitimatio fundamentum non habet in conſenſu, quem parentes mortui jam præſtare non poſſunt, ſed potiùs in Matrimonio,quod nulliter contraxerunt, reuocando impedimentum à principio, ac ſi non exiſteret tempore illius: cui rei nihil obſtat quod vterque, vel alter ex parentibus mortuus ſit, ſiquidem hoc non inducit defectum poteſtatis in Pontifice ad reuocandum impedimentum ſuæ legis Canonicæ, & effectus ab ea productos, vt probant in propriis terminis DD. per me citati ad *cap. tanta, prope finem,verſ.filius inceſtuoſus, ſupr.n.*58.*hoc tit.* Seraph. *deciſ.*1121.*num.*2. Put. *deciſ.*483.*num.*2.*lib.*2. Gonzal.
7 *ad reg.*8. *Cancell.gloſſ.*5.§.9. *num.*57. Caſtill. *d.c.* 105. *num.*26.Beltramin. *ad Gregor.deciſ.*19. *num.*5. & comprobat Rota *d.deciſ.*687. *num.*13. vbi id procedere aſſerit vbi diſpenſatio per parentes in vita petita fuerit: eadem Rota *deciſ.* 174. *poſt lib.*2. *conſil. Farin.* tenuit diſpenſationem in radice Matrimonii comprehendere tantùm prolem ſuſceptam in figura Matrimonii: non autem natam & conceptam ante Matrimonium, idem iterum cenſuit *in vna Leodien. canonicatus*, 23. *Februarii* 1601. coram illuſtriſſimo Ludouiſio, poſteà S.D. Gregorio XV. & eſt opinio Ioan.Andr. *in præſenti, num.*30. Anton. de Butr. *col.*6. *verſ. videamus, num.*10. *ad fin.* Card. Zabar. *col.*2. *num.*9. *q.*1. Abb. *ſub num.*21. & 22. Card. Alex. *num.*61. 68. & 74. Petr.Anchar. *conſ.* 409. *num.*4. & 5. & *in cap. vnic. num.*5. *de ſponſal. in* 6. Peregr. *conſ.*1. *à num.*6. *lib.* 3. & *de fideicommiſſ. art.*24.*num.*36.& 76. Celſ. *can.*31. *num.*8. Anton. Gabr.*tom.*3. *commun. lib.*6. *tit. de legit. concl.* 3. *num.*1. & 2. Garc. *d.p.*7. *c.* 2. *num.*42. Seſſe *tom.*3. *deciſ.*231. *num.*54. & aliorum, quos refert & ſequitur Sanch. *d. diſp.*7. *num.*4. & 7. Sed altera ſententia, quæ admodum probabilis eſt, defendit affectum maritalem ſufficientem eſſe ad diſpenſandum in radice, etiamſi Matrimonium in figura, ſeu de facto inter conjuges non præceſſerit, cùm conſenſus ad Matrimonium neceſſarius hoc in caſu ſubſit, & ſolummodò neceſſarius in terminis juris naturalis reputatur, ita Caſtill. *in d.c.*105.*n.*28.Baſil. Pont.*d. lib.*11. *c.*5.§.1.*num.*12.& alii per eos citati; & ſi hæc opinio magis placuerit, neceſſum non erit de affectu maritali plenè Summo Pontifici conſtare, ſed potiùs dubius & præſumptus ſufficiens erit ad diſpenſandum in radice, vt per Seſſe *deciſ.*231.*n.*22. Cacheran. *Pedem. deciſ.*154.*n.*4. qui ex nuptiis poſteà ſubſequutis plenè deprehenditur, vt expreſsè firmat Abb. *in cap.tanta, n.*1. & 7. *ſuprà hoc tit.* Alciat. *lib.*3. *de verbor. ſignif. n.*12.*verſ. quod ſi per ſubſequens*, Menoch. *conſ.*225. *ex n.*11.& *conſ.*227. *à n.*12. Cætera quæ in hac materia occurrere poſſunt, vide *in tract. de offic. & poteſt. Epiſcopi, p.*1. *tit.*3. *c.*2. *num.*101. *cum multis ſeqq.* vbi plura circa intellectum hujus text. plenè Sanctarel. *var. quæſt.* 43.

Illud tamen aduertendum duxi, in materia diſpen- 8
ſationum legitimandi poteſtatem inter ea, quæ Principi reſeruantur, annumerãdam eſſe,vt docet Chaſſan. *in conſuetud. Burgundiæ, rubr.*8. §.3.*verbo abinteſt. n.*28. *pag.*287.& §.5.*num.*40.*pag.*295. Menoch. *conſ.*17.*n.*9. Maſcard. *de probat. concl.*324.*num.*2.Surd. *conſ.*1.*n.*25. Cald. Pereira *quæſt. forenſ. conſ.*4. *num.*33. Azor. *inſtit. moral. p.*2. *lib.*2. *c.*14. *q.*5. & jam hodie, provt etiam 9
in noſtro Luſitaniæ Regno, legitimationes non ſunt veræ legitimationes, ſed potiùs diſpenſationes, de quo vide Menoch. *conſ.* 181. *num.* 17. & *conſ.* 306. *num.*24. *cum ſeq.* & *conſ.*390. *num.*53. Flores *ad Gam. deciſ.*11. Ioan. Garc. *de nobilit. gloſſ.*2. *n.*77. Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. c.*138. *num.*41. *cum ſeqq.* & ex noſtris Luſitanis Cald. Pereira *in l. ſi curatorem, verbo ſine curatore*, *n.*51. *verſ. aduerto tamen*, & *n.*52. & *de nominat. emphyt. q.*21. *num.*64. & *in reſponſo pro Sebaſtiano Limpo*, *n.*46. & 47. & *quæſt. forenſ. lib.*1. *q.* 28. *num.*23. Valaſc. *conſult.* 163. *n.*4. & *de partit. c.*12. *num.*42. Cabed. *p.*2. *deciſ.*69. *num.*3. vbi *n.*10. reſoluit quod legitimatus à Principe non poterit ob-
tinere terras, quæ non ſunt ſubditæ Principi legi- 10
timanti.

Diuerſis cauſis inſpectis.] Ergo in Principe legiti- 11
mante requiritur cauſa, de quo vide Dec. *in cap. at ſi Clerici*, §. *de adulteriis*, *n.*10. *verſ. ſed aduertendum, ſupr. de judic.* Menoch.*conſ.*19.*n.*3.& 20. & *conſ.*20.*num.*9. & 41. Sanch. *de Matrim.lib.*8.*diſp.*17. *à n.*23.

Quod in majori conceditur, &c.] Vulgariter allega- 12
tur ad hoc, quod validum eſt argumentum de majori ad minus, de quo Euerard. *loco* 66. Gonzal. *ad reg.*8. *Cancell. gloſſ.*9.§.2.*num.*24. Sanch. *d.lib.*8. *diſp.*1. *n.*41. Card. Tuſch. *tom.*1.*lit. A, concl.*501. Thom. de Thomaſſ. *in floribus legum,reg.*53. & alii plures citati *in libello de princ. vtriuſque juris, lit. A, num.*185. Sed du-
bium facit, quia text. *in præſenti*, huiuſmodi arg. de 13
majori ad minus validum pronuntiat in materia diſpenſationis, in qua illud non procedere reſolvunt Molina *de primog. lib.*2. *c.*4. *num.*48. & 49. Couar. *d. c.*8. §. 8. *num.*11. Menoch. *conſ.*72. *num.*11. Gutier. *canon. lib.*2. *c.*15. *num.*124. & 126. Brunor. à Sole *in locis communibus*, *lit. D, verbo diſpenſationes ſunt odioſæ*, Molin. *de juſtit.tract.*2.*tom.*3.*diſp.*191.*n.*2. Sanch.*d. diſp.*1. *n.*32. Vnde quidam diſtinguunt inter diſpenſationes odioſas, & fauorabiles, vt in his poſterioribus procedat regula huius text. qui de legitimatione agit; quam inquiunt ea ratione fauorabilem, quia per eam fit ingreſſus ad jus naturale, ſecundùm quod omnes homines legitimi naſcebantur, *auth. quibus modis naturales effic. ſui*, §. *illud*: at verò in prioribus, ſcilicet odioſis, procedat communis ſententia negatiua. Alii verò diſtinguunt inter legitimationem, quam fatentur odioſam, & reſtringendam, ſicut diſpenſationem; & inter poteſtatem legitimandi, ſeu diſpenſandi, de qua intelligunt text. *in præſenti*, quam inquiunt eſſe fauorabilem, & extendendam, Couar.*d.* §.8. *num.*6. *verſ.*8. & *num.*11. Fr. Emman.*in ſum. tom.*1. *c.* 166. *num.* 2. Perez *l.*6. *gloſſ*... *pag.*697. *verſ.hinc eſt,tit.*12. *lib.*3. *Ordin.* Menoch. *conſ.*18.*n.*16.

Gutier.

Gutier. *d.c.15.n.125.* Henriq. *in ſum. lib.7.c.3. in fine,* Molin. *d. tract. 2. diſput. 173. verſic. obſervandum,* Sayr. *de cenſur. lib.6.c.11.n.8.* & alii, de quibus Sanch. *d.lib.8. diſp.2.n.1.* Sed his, & aliis rejectis intellectibus, facilis, & verior ſenſus eſt, argumentum hoc de ſpiritualibus ad temporalia, & ita de majori ad minus non eſſe Pontificis, ſed partis petentis ad temporalia legitimationem.

14 *Eximitur à patria poteſtate.*] Notatur ad hoc, quod per Epiſcopalem dignitatem filiusfamilias eximitur à patria poteſtate, conſonat Auth. *ſed Epiſcopalis dignitas, C. de Epiſc. & Cler.* Bernard. Diaz *reg.235.* Alphan. *collect.446.* Gregor. *l.14. gloſſ. fin. tit.18.p.4.* Joan. Garc. *reg.198.* Viv. *tom.2. commun. opin. lib.8. tit.29. n.4. pag. 403.* Pinel. *in l.1.p.1. n.42. C. de bonis mater.* Matienſ. *l.9. gloſſ.3.n.3. tit.11. lib.5. novæ recop.* Vald. *ad Xuar. ad l.9. tit. de los pleytos, §. conſidera ultra, pag.62.* Cott. *in memorab. verbo Epiſcopalis dignitas, & verbo Sacerdotium, pag.742.* Surd. *de alim. tit.9.q.20.n.34.* Menoch. *remed.15. recuper. n.321.* Marta *de juriſdict. p.4. caſu 27. n.4.* Illuſtriſſ. D. meus Roderic. à Cunha *in comment. ad c. ſi ſervus ſciente, n.9. & 10. diſt.53.* ubi intelligit quoad juris effectus, qui Epiſcopo ſunt nocivi, non verò quoad eos, qui illi ſunt utiles. Molin. *de juſtit. tract.2.*
15 *diſp.229. verſ. ſextus, n.8.* ubi etiam reſoluit ſatis eſſe ſolam electionem in Epiſcopum, ut quis patriam poteſtatem egrediatur, eſto nondum Epiſcopatum adminiſtret.

16 Religionis profeſſio à filio facta cum liberat à patria poteſtate, ut per Viv. *d.n.4. verſ. & hoc idem,* Cald. Pereira *in l. ſi curatorem, verbo ſine curatore n.24. & 25. & verbo læſis, n.143.* Navar. *commento 9. de regul. n.47.* Surd. *de alim. tit.8. privil.98.n.6.* Fr. Emman. *quæſt. regul. tom.2.q.77. art.6.* Valaſc. *conſ.108.n.3. & 23.* D. Roder. à Cunha *ubi ſupr. n.12.*

17 *Scienter ſervum alterius,* &c.] Notatur ad hoc, quod ſervus liber fit quando ad Ordines promovetur ſcienter per Epiſcopum, abſente, & ignorante domino, tenetur tamen Epiſcopus illius æſtimationem in duplũ recompenſare, per text. *in cap. ſi ſervus abſente, 54. diſt.* reſolvunt materiam latè proſequentes Trot. *de vero, & perfecto Clerico, lib.2.c.4.* Majol. *de irregul. lib.1. cap.35.* Ugol. *eod. tract. c.57.* Henric. *in ſum. lib.14.c.8. num.7.* Avil. *de cenſur. p.3. diſp.3. dub. ult.* Navar. *in man. cap.27. n.204.* plures per Cened. *ad Decret. collect. 61.* Beller. *diſquiſit. clerical. p.1. tit. de diſciplina clericali, §.14.n.2.* Bernard. *in pract. cap.19. n.3. in noviſſ. edit.* Illuſtriſſ. D. meus Roderic. à Cunha *in comment. ad dict. cap. ſi ſervus.*

18 *Videretur ſiquidem monſtruoſum,* &c.] Notatur ad hoc, quod monſtro ſimile eſt, quod quiſpiam ſit legitimus pro parte, & pro parte illegitimus: conſonat *cap. ex tenore, ſuprà hoc tit.* ubi gloſſ. *verbo ambo parentes,* & facit reg. *cap.3. ſup. de clandeſtina deſponſat.* Tiraq. *in l. ſi unquam, verbo donatione largitus, n.284.* Garc. *de nobilit.*
19 *gloſſ.21. à n.78.* Diſpenſatus enim ad unum, diſpenſatus quoque videtur ad omnia conſecutiva, gloſſ. *verbo ſolemnibus, in cap. ſi quis in Clero 7. quæſt.1.* gloſſ. *verbo plures, in c. quia in tantum, de præbendis,* quas receptas teſtantur Felin. *in cap. poſtulaſti, num.10. de reſcriptis,* Gom. *in cap. ult. num.37. de judic. in 6.* multi, de quibus Sayr. *de cenſur. lib.7. c.14.n.21.* Sanch. *d.lib.8. diſp.1. num.19.*

20 *In patrimonio D. Petri,* &c.] Quod ſcilicet habuit Apoſtolica Sedes in perſona Sylveſtri Pontificis ex donatione Conſtantini Imperatoris, qui in pluribus terris, & provinciis omnem temporalem poteſtatem, dominium, & univerſa Imperii jura in Eccleſiam Romanam tranſtulit, de qua *in c. Conſtantinus, 96. diſt.* laudat, & approbat Pontifex *in c. fundamenta, verſ. ne au-*

tem, de elect. lib.6. & in Clem.1. de jurejur. facit text. *in cap. ego Ludovicus, 63. diſt.* quorum argumento veram eſſe hanc de Conſtantini donatione hiſtoriam Doctores communiter profitentur *dictis locis,* & Turrecr. *de poteſtate Eccleſiæ, lib.2.c.42.* Caſtald. *de Imperat. q.51.* Pelag. *de planctu Eccleſiæ, lib.1.c.43. & lib.2.c.29.* Cov. *lib.4. variar. c.16.n.8. verſ. ſecundo loco,* Alphonſus de Mendoz. *in quodlib. q.3. ſcholaſt. §.4. verſ.5.* Card. Baron. *tom.4. annalium Eccleſiæ, anno Chriſti 324. Conſtantini 19.* Molin. *de juſtit. diſp.25.* plures refert Cevall. *communium contra commun. q.345.* alios citat Cened. *ad Decretal. collect. 109.n.4.* quibus adde Franciſ. Joannet *in lib. Roman. Pontificum, c.33. pag.41.* & alios citatos per me *de officio, & poteſtate Epiſcopi, part.1. all.2. cap.2.*

Non tamen ipſius violatio conjug. &c.] Apertè probat text. Catholicam veritatem ſæpiùs ſacris Canonibus definitam, ab hæreticis noſtræ tempeſtatis malè vexatam, quod ſcilicet propter adulterium conjugis poteſt diſſolvi Matrimonium quoad thorum & mutuam cohabitationem non tamen quoad vinculum, nec inoncens poteſt vivente adultera aliud inire Matrimonium, ita etiam de Fide definitum eſt per Concil. Trid. *ſeſſ.24. Canon.7.* multiplici ratione, & divinarum litterarum, ſanctorúmque Patrum traditione confirmans, contrariis latè ſatisfacit Bellarm. *in ſuis controv. tom.2. de Matrim. lib.1.c.15. cum ſeqq.* Covar. *de ſponſal. p.2.c.7.§.6.n.13.* Gutier. *canon. lib.1.c.25. à n.4.* Henriq. *in ſum. lib.31. c.2. n.3. juncto commento lit. R,* D. Barboſ. *in rub. ff. ſoluto matrim. p.2.n.15.* Sanch. *de Matrim. lib.10. diſp.1.n.2.* Rebell. *de oblig. juſtit. p.2. lib.2. q.15. ſect.2.* 21

Cùm Rex ſuperiorem in temporalibus, &c.] Notatur ad hoc, quod Rex Franciæ Imperatori non eſt ſubjectus, prout latè defendunt Igneus per integrum tract. *An Rex Franciæ recognoſcat ſuperiorem,* Mant. *dialog.49.* Carol. de Graſſ. *de regibus Franciæ, lib.1. tit.6.* Chaſſan. *in catalogo gloriæ mundi, p.5. conſid.28.* Petr. Greg. *ſyntag. jur. lib.47. cap.14.n.15.* Coſin. *in prag. in proœm. pag.1. verbo Dei,* Scac. *d. loco.* 22

Portugalliæ Regnum quod ſit exemptum à Romano Imperio, aſſerunt Ferrer. *de juſto & injuſto bello, n.24.* Navar. *in c. novit, notab.3.n.165. de judic.* Parlad. *lib.2. rerum quotid. c.21.n.3.* Cevall. *communium contra communes, tom.4.q.897.n.391.* Soar. *de regibus, lib.3. cap.8. n.3. in fin.* Çabed. *p.1. Luſitaniæ, deciſ.211. ſub num.3. & p.2. deciſ.7.n.4.* Garc. *de nobilit. gloſſ.21. num.45.* Cald. Pereira *de empt. c.1. n.5.* Mart. *de juriſdict. part.1.c.21. num.13.* 23

Hiſpaniæ Reges quod non ſubſint Imperatori, nec recognoſcant in temporalibus ſuperiorem, tenẽt gloſ. *in cap. Hadrianus, diſt.63. & in c. neceſſitate, de donat. inter virum,* Covar. *in reg. peccatum, p.2.§.9.n.9.* Navar. *d. cap. novit, notab.3.n.161.* Olan. *in præfat. antinom. num.2. & 12.* Renat. Chopin. *de doman. Franciæ, lib.2. tit.1.n.13.* Gregor. *l.17. verbo en las coſas, tit.23. part.3.* Burgos de Pace *in proœmio legum Tauri, à n.34. & n.144.* Perez *in proœmio Ordin. q.1. pag.6.* Avend. *de exequendis mand. p.1.c.1.n.7.* Franciſc. Nuñez de Valazco *en los dialogos de contencion de la milicia y ciecia, dialogo 1. fol.28. & 29.* Scac. *de appellat. q.16. limit.5. num.4.* Azeved. *l.1. n.5. tit.17. lib.9. & l.3.n.4. tit.5. lib.3. novæ recop.* Parlad. *d.c.21.n.3.* Mench. *controv. illuſtr. in proœm.* Modern. *de juriſdict. p.1. c.26.n.70.* Cevall. *d.q.897. n.390. & ſeq.* Cabed. *part.2. Luſitaniæ, deciſ.8. num.3.* Petr. Marizius *in ſuis dialogis variæ hiſtoriæ, dialog.2. cap.6.* Soar. *d.c.8. n.3.* plenè Valdeſ. *de regum Hiſpaniæ dignitate, cap.18. per totum,* plures citat Cened. *ad Decret. collect. 64. num.4.* Azor. *inſtit. moral. p.2. lib.11. cap.5. quæſt.4. verſ. Regem.* 24

25 Aragonum Rex non recognoſcit ſuperiorem, Seſſe *deciſ.* 187. *n.* 106.

26 Angliæ Rex Romani Imperii juriſdictione eſt liber, ſive jure belli, ſive alio jure, quod per *c. cauſam quæ, il 2. ſupr. hoc tit.* tenent Lara *in l. ſi quis à liberis, in princ. num.* 67. Azor. *d. q.* 4. *verſ. Regem Angliæ,* Mart. *de juriſd. p.* 1. *c.* 21. *n.* 13.

27 Venetorum Sereniſſ. Reſpubl. ab Imperio exempta, tam de facto, quia Imperatorem in dominum non recognoſcit, quàm de jure, vel quia alma Venetiarum civitas in inſula maris fundata eſt, atque ideò veluti altera Roma libera eſt, vel quia privilegium libertatis ab Imperatore habuerit, Peregr. *de jure fiſc. lib.* 1. *tit. de his, qui jura fiſcalia habent, n.* 6. Menoch. *conſ.* 2. *n.* 63. Mart. *d. p.* 1. *c.* 33. *à n.* 9. Anton. Oliban. *in comm. ad uſat. alium namque, de jure fiſci, c.* 3. *n.* 79. ubi idem de civitate Genuenſium, de qua etiam Menoch. *d. conſ.* 2. *à n.* 48. Mart. *d. p.* 2. *c.* 33. *à n.* 85.

28 Mediolani Dux habet jura Regalia, & fiſcalia, & omnia poteſt in ſuo ſtatu, quæ poteſt Imperator in toto Imperio, & gaudet prærogativa *l. bene à Zenone, C. de quadrien. præſcript.* ut per Muſcul. *tom.* 1. *commun. opinion. lib.* 1. *tit.* 17. *n.* 25. *pag.* 216. Vivian. *lib.* 3. *tit.* 11. *n.* 72. *pag.* 393. *verſ. Mediolani,* Maſcard. *de probat. concl.* 139. *n.* 11. Menoch. *conſ.* 307. *n.* 1. Anton. Oliban. *d. c.* 3. *n.* 79. Curt. jun. *conſ.* 1. *n.* 29. *& conſ.* 61. *n.* 10. *& conſ.* 100. *n.* 3. Roland. *conſ.* 88. *n.* 27. *vol.* 1. Ozaſc. *conſ.* 9. *n.* 3. Dec. *conſ.* 41. *num.* 1. *&* 2. *vol.* 2. Bec. *conſ.* 56. *num.* 61. *vol.* 1. Laderc. *conſ.* 71. *num.* 1. Surd. *conſ.* 210. *num.* 22. Peregr. *conſ.* 2. *n.* 36. Et ideo à Senatu Mediolanenſi non datur appellatio, Scaccia *d. q.* 16. *limit.* 4. *num.* 6. *verſ.* 1. *& limit.* 1.

29 Neapolis, & Siciliæ, ac Sardiniæ Regna Imperatori ſubjecta non ſunt, ut per Azor. *d. quæſt.* 4. *verſ. Regem Neapolis, cum ſeqq.* ubi idem de regnis Poloniæ & Ungariæ. Et quod Siciliæ Rex nihil prorſus habeat facere cum Imperio, Jacob. de Franchis *in uſibus feudorum, tit. ſpec. feudor. num.* 3. *&* 4. Mart. Frece. *de ſubfeudis, lib.* 1. *de origine Baronum, n.* 35. Petr. de Greg. *de conceſſ. feudi, p.* 1. *q.* 2. *n.* 4. Peregr. *conſ.* 4. *n.* 6. *vol.* 1. Et de Rege Apuliæ Joan. Anton. Bellon. *conſ.* 5. *n.* 13.

30 Sabaudiæ Dux Sereniſſimus in ſuo Ducatu Imperii, & omnimodæ poteſtatis jura habet, ut per Chaſſan. *in catalogo gloriæ mundi, p.* 2. *conſid.* 58. Muſcul. *ubi proximè,* Ozaſc. *Pedem. deciſ.* 155. *n.* 1. *& conſ.* 9. *n.* 2. Sola *in comment. ad antiq. Decret. Sabaud. in proœm. gloſſ.* 1. *n.* 17. Bec. *d. conſ.* 56. *n.* 61. *vol.* 1. Pariſ. *conſ.* 2. *n.* 39. *vol.* 1. Lader. *conſ.* 71. *n.* 1. Surd. *conſ.* 210. *n.* 22. Oder. *inter conſ. Morot. conſ.* 45. *n.* 7. Menoch. *conſ.* 1. *n.* 158. *& conſ.* 2. *n.* 103. *cum ſeqq. & conſ.* 92. *num.* 32. *& conſ.* 156. *n.* 1. Joan. Franciſc. Leon. *in theſauro fori Eccleſ. p.* 1. *c.* 20. *n.* 29. & ab eo non poteſt appellari, Scac. *d. q.* 16. *limit.* 16.

31 Comes Flandriæ, Archidux Auſtriæ, & alii Potentatus in Germania ſuperiorem non recognoſcunt, ut per Anton. Oliban. *d. c.* 3. *n.* 79.

32 Delphinus habet jura Principis ſupremi, ut per Maſcard. *de probat. concl.* 139. *n.* 11.

33 Ferrariæ Dux non recognoſcit ſuperiorem, ut per Ruin. *conſ.* 21. *col.* 2. *vol.* 1. quem refert Maſcard. *d. concl.* 139. *n.* 10. Joan. Anton. Bellon. *conſ.* 5. *num.* 13.

34 Montisferrari Dux Sereniſſimus habet jura Imperii, & in eo Ducatu poteſt ea, quæ Imperator in toto Imperio, ut per Surd. *deciſ.* 1. *n.* 1. Menoch. *conſ.* 1. *n.* 159.

Dux Parmæ quoad juriſdictionem in ſubditos, & vaſſallos nō recognoſcit ſuperiorem, ſed habet ſupremam poteſtatem, exemplo aliorum Principum, qui vel ab Eccleſia, vel ab Imperatore fuerunt inveſtiti, Pariſ. *conſ.* 2. *n.* 18. *&* 19. *vol.* 2. Cæpol. *conſ. crim.* 17. *n.* 45. Dec. *conſ.* 19. *n.* 105. *vol.* 3. Joan. Anton. Bellon. *conſ.* 5. *n.* 12. Scac. *conſ.* 8. *n.* 2.

Duces, Marchiones, & Comites ab Eccleſia, vel 35
Imper. perpetuò inveſtiti cenſentur Imperatores in ſuo Ducatu, Marchionatu, ac Comitatu, & omnia poſſunt in ſubditos ſuos, quæ poteſt Imperator in toto Imperio, ut per Soar. *in theſauro commun. verbo Duces, n.* 376. Farin. *conſ. crimin.* 94. *num.* 6. Bonacoſ. *commun. crimin. p.* 1. *verbo Duces, fol.* 55. *verſo,* Menoch. *conſ.* 302. *num.* 21. *& conſ.* 1156. *num.* 14. Peregr. *conſ.* 2. *num.* 36. *volum.* 1. & generaliter de pluribus Italiæ Principibus Pariſ. *conſ.* 17. *num.* 4. *& conſ.* 25. *n.* 53. *& conſ.* 69. *num.* 3. *vol.* 1. Socin. jun. *conſ.* 76. *n.* 1. *vol.* 3. Decian. *conſ.* 41. *n.* 2. *vol.* 2. *& conſ.* 56. *num.* 3. *vol.* 5. Natt. *conſ.* 487. *num.* 9. *& conſ.* 661. *n.* 18. Ozaſc. *d. conſ.* 9. *n.* 2. Bec. *d. conſ.* 56. *n.* 61. *vol.* 1. Surd. *conſ.* 390. *num.* 25. *& conſil.* 419. *n.* 16. Lader. *d. conſ.* 71. *n.* 1. & ideo ad eis ab Papam, vel Imperatorem appellari non poteſt, Cæpol. *crimin. conſ.* 17. *n.* 45. Nat. *conſ.* 608. *n.* 7. Dec. *conſ.* 56. *n.* 4. *&* 5. *vol.* 5. Peregr. *de jure fiſci, lib.* 1. *tit.* 2. *num.* 63. Ozaſc. *conſ.* 9. *num.* 41. *&* 43.

Videretur aliquibus, &c.] Notatur ad hoc, quod po- 36
teſt ſuprēmus Princeps ut talis, non ut pater filios proprios legitimare, ut per Abb. *hîc, n.* 13. Cov. *de ſponſal. p.* 2. *c.* 8. §. 8. *n.* 20. Rojas *de ſucceſſ. cap.* 23. *n.* 1. Molina *de juſtit. tract.* 2. *diſput.* 173. *verſ. Princeps.* Verùm contrarium ex noſtro text. obſervat gloſſ. *hîc, verbo Regi gratiam,* conſiderans quod Pontifex ſolùm refert opinionem quorundam, quorum ſententiam non approbat, & ſequitur Cabed. *p.* 2. *deciſ. Luſitaniæ* 69. *num.* 20.

In aliis regionibus temporalem juriſdictionem, &c.] 37
Notatur ad hoc, quod in terris Regum non habet Summus Pontifex juriſdictionem directè quoad temporalia, ex vi tamen Pontificalis officij habet ſufficientem poteſtatem ſuper omnia negotia ſæcularia, quando id expedierit ad quietem, & conſervationem ac Eccleſiæ defenſionem, & ad bonum ſpirituale, ac ad finem Eccleſiaſticæ poteſtatis ſupernaturalem aſſequendum. Vide Victor. *de poteſtate Eccleſiæ, relect.* 1. *quæſt. pen. & in relect. de Indis inſulanis, part.* 1. *à n.* 26. *& ad c. ultim. Matthæi, num.* 29. Sot. *in* 4. *diſtinct.* 25. *quæſt.* 2. *art.* 1. *& de juſtitia lib.* 4. *quæſt... art.* 1. *colum.* 4. *poſt princ.* Turrecrem. *in ſum. lib.* 2. *cap.* 113. *&* 114. Vivian. *tom.* 1. *commun. opinion. lib.* 1. *tit.* 2. *num.* 43. *pag.* 157. Albert. Pigh. *de Eccleſiaſtica hierarchia, lib.* 5. Caietan. 2. 2. *quæſt.* 43. *artic.* 8 Joan. Driedon. *de libertate Chriſtiana, lib.* 1. *cap.* 15. *&* 16. Card. Bellarm. *de Romano Pontifice, controverſ.* 3. *generali, lib.* 5. *cap.* 6. Navar. *in cap. novit, notab.* 3. *de judic.* Mench. *illuſtr. cap.* 21. Cevall. *communium contra commun. quæſt.* 759. Morlam *in emporio jur. p.* 1. *tit. de juriſdict. q.* 3. Molin. *de juſtit. tract.* 2. *diſp.* 29. *verſic. tertia concluſio,* Rebello *de obligat. juſtit. part.* 2. *lib.* 14. *q.* 23. *ſect.* 1. *num.* 2. *&* 3. *& ſect.* 5. *num.* 29. Soar. *de legibus, lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 3. *& de defenſione Fidei Catholicæ contra Anglicanæ ſectæ errores, lib.* 3. *cap.* 22. Illuſtriſſ. D. meum Roder. à Cunha poſt primam hujus libri impreſſionem à me viſum, *in comment. ad cap. cùm ad verum* 6. *diſt.* 96. Tanner. *in p.* 2. *diſput.* 4. *quæſt.* 4. *dub.* 1. *num.* 33. Gabr. Pereira *de manu Regia, prœl.* 1. *num.* 4. *& ſeqq.* Salgado *de protect. Regia, tom.* 1. *part.* 2. *cap.* 1. *præſ.* 1. *n.* 55. me citato *in hoc loco,* Dian. *reſolut. moral. part.* 1. *tract.* 2. *reſolut.* 121. me quoque citato *in hoc loco,* noviſſimè D. Mar. Cutel. *de donat. inter patrem, & fil. tract.* 1. *diſc.* 2. *p.* 6. *num.* 6. Ex quorum reſolutione vera & recepta illa eſt ſententia, quod ſcilicet directè Summus Pontifex poteſtatem non habet in temporalibus, & procedit textus *in cap. cùm ad verum,* 96. *diſtinct. & cap. novit, de judic.* cum ſimilibus. Eam tamen habet caſualiter & indirectè in ordine ad ſpiritualia, quoties ſcilicet ad ſpirituale bonum fuerit neceſſarium, &

proce

procedit text. *in præſenti*, & *Extravag. unam ſanctam, de major. & obed.* Quamvis directè habere ſummam poteſtatem defendat Marta *de juriſdict. p. 1. cap. 18. cum ſeqq.* contra eum enim eſt verior opinio, ex traditis per Azor. *inſtit. moral. p. 2. lib. 21. cap. 5. quæſt. 6. verſ. quæſtio itaque.*

38 *Si difficile*, &c.] Ex hac Deuteronomii auctoritate *cap. 17.* quam eleganter, & eruditè explicat Pontifex *in præſenti*, colligit *infrà, in verſ. Medium*, cauſas difficiles, ambiguas, ſeu dubias ad judicium Sedis Apoſtol. cui Romanus Pontifex præeſt, eſſe deferendas, veluti quando agitur de vero ſenſu, & interpretatione ſacrarum Scripturarum, ut definit Concil. Trident. *ſeſſ. 4. in Decreto de editione & uſu ſacrorum librorum, verſic. præterea*, & latè proſequuntur Cano *de locis Theolog. lib. 12. cap. 7. cum ſeqq.* Pygh. *de Eccleſiaſtica Hierarchia, lib. 4. cap. 2.* Bellarm. *tom. 1. controverſ. 1. lib. 3. c. 4.* Peña *in direct. Inquiſit. lib. 2. ſchol. 21. reg. 2. & 3.* Bañes *in 2. 2. quæſt. 1. art. 10. dub. 6. concl. 5.* optimè Cened. *ad Decretal. collect. 8. num. 5.* Azor. *inſtit. moral. p. 1. lib. 8. cap. 3. quæſt. 2. verſ. reſpondeo.* Sic etiam quando agitur de interpretatione Concil. Trident. ad Sedem Apoſt. eſſe recurrendum aſſerit Bulla Pii IV. Summi Pontif. quæ incipit: *Benedictus*, ibi, *ſi cui verò in eis aliquid obſcurius dictum & ſtatutum fuiſſe, eamque ob cauſam interpretatione, aut deciſione aliqua egere viſum fuerit, aſcendat ad locum, quem Dominus elegit, ad Sedem videlicet Apoſtolicam.*

39 *Locus enim, quem elegit Dominus*, &c.] Notatur hic text. ad hoc quod Sedes Apoſtolica, & univerſalis Eccleſiæ primatus ex Chriſti Divina diſpoſitione, atque ita Divino jure eſt in Romana Eccleſia, Summuſque Pontificatus, ſeu Papatus jure Divino Romanæ Eccleſiæ eſt annexus, conſonant text. *in cap. omnes, 22. diſt. cap. dudum 3. quæſt. 6. c. 2. ad finem, de ſumma Trinit.* & tenent Turrecrem. *de poteſt. Eccleſiæ, lib. 2. cap. 40. cum ſeqq.* Pygh. *de Eccleſiaſtica hierarchia, lib. 3. cap. 12. & 13.* Cordub. *lib. 4. quæſt. 1. propoſit. 9. verſ. ſed utrum ſedes iſta*, Melch. Cano *de locis Theolog. lib. 6. cap. 8. verſic. deinde illud*, Rebuff. *in concord. tit. de mandatis Apoſtol. §. 1. in princip. in gloſſ. Romanus Pontifex*, Alvar. Pelag. *de planctu Eccleſiæ, lib. 1.* plures alios refert Cened. *ad Decretum, collect. 11. n. 4.* quibus adde latiſſimè Card. Bellarmin. *tom. 1. de Romano Pontifice, lib. 2. in princ. & in addit. ad Martyrolog. Romanum 18. Ianuar. pag. 30.* Card. Tuſch. *tom. 3. concl. 3. n. 19. & n. 7. lit. R, concl. 362.* optimè Azor. *inſtit. moral. part. 2. lib. 4. cap. 11. quæſt. 2.*

40 *verſic. his teſtimoniis*, inde aſſerentes non poſſe auctoritate Pontificia aliò transferri hujuſmodi Principatum, quod ex profeſſo eruditè diſputat Alphonſus de Mendoza *in quodlib. quæſt. 4. ſcholaſtica*, poſt Jacobat. *de Concil. lib. 8. art. 6.* Bellarm. *d. tom. 1. de Romano Pontif. lib. 4. cap. 4.* Videmus tamen, & paſſim nobis referunt hiſtoriæ, quod per ſeptuaginta annos parum plus ſtetit dicta ſancta Sedes Avenione apud Francigenas, ut tradunt Illeſcas *in chronica Pontificali, part. 2. lib. 6. cap. 1. & 7.* Petr. Mexia *in ſylva varia lect. lib. 2. cap. 6.* S. Antonin. *p. 3. hiſt. tit. 21. cap. 1.* ubi refert rationes ob quas à Pontif. Clement. V. fuit tranſlata Sancta Sedes Avenionem, ſed juxta ſupradicta Romæ fuit reſtituta per Gregor. XI.

41 *Petrus Vrbem fugiens*, &c.] Licèt hæretici hujus tempeſtatis impudenter negent B. Petrum Romæ unquam cathedram conſtituiſſe, & quod magis eſt, nec Romam unquam vidiſſe, eos tamen ex omnibus antiquis Patribus, atque Latinis eleganter convincit Card. Baron. *annal. Eccleſ. tom. 1. anno Chriſti 44. cum ſeqq.* ex profeſſo latiſſimè comprobat, omnibus contrariis ſatisfaciens Card. Bellarm. *d. tom. 1. de Rom. Pontif. lib. 2. à princ.*

Hanc hiſtoriam de apparitione Chriſti facta Petro authenticam & veriſſimam eſſe non eſt dubium, de ea enim meminere antiquiſſimi Eccleſiæ Patres, ſcilicet Abdias Apoſtolorum contemporaneus, & diſcipulus, Babyloniæque Epiſcop. *lib. 1. hiſt. Apoſt. in vita B. Petr. propè fin.* quem librum Julius Africanus (cujus mentio habetur apud D. Hieronymum in catalogo ſcriptorum Eccleſiaſticorum) ex Græco Latinum fecit: eandem etiam apparitionem refert Hegeſip. *de excidio Hieroſolymitano, lib. 4. cap. 2.* S. Ambroſ. *in oratione contra Auxentium*, & plures alios antiquiſſimos Patres refert Mendoza *d. quæſt. 4.* & ex novioribus aſſeverant pro indubitato Cordub. *d. lib. 4. quæſt. 1. dub. 1.* Jacob. *d. lib. 8. in fin.* Sebaſt. Medices *in ſumma omnium hæreſum, p. 2. verbo Petrus, pag. 614.* latè Georg. Scherer. *in libro, an ſit verum, quod Romæ fœmina Pontifex fuerit, argum. 3.* Card. Baron. *tom. 1. annalium Eccleſiæ, anno Chriſti 69. cap. 6. & 7.* Bellarm. *d. lib. 2. cap. 3. ad fin. verſic. Adde ultimò*, Azor. *d. quæſt. 2. verſ. deinde, cum ſeqq.* ubi in contrarium adductis reſpondet. 42

In executione ſacerdotalis officii coadjutores, &c.] De Epiſcopis, & non Cardinalibus eſſe intelligendum plures ex noſtris exiſtimarunt ea ratione, quia tempore Innocent. I. auctoris hujus text. Cardinalium dignitas cognita non erat, ut longo diſcurſu nititur comprobare Virg. Polyd. *de invent. rerum, lib. 4. cap. 9.* Et officium, quod antea gerebant Epiſcopi in Summi Pontificis conſiliis, deinde poſt tempora Innoc. IV. ſeu Bonifacii VIII. gerere cœperunt Cardinales, juxta text. *in cap. fundamenta, §. decet, de elect. in 6.* & ſequitur Card. Tuſch. *tom. 1. lit. C, concl. 95.* concludens juxta text. *in præſenti*, Summum Pontificem ſemper Sacerdotes, & Epiſcopos habuiſſe, qui ſibi aſſiſterent coadjutores, licèt non Cardinales, ſed alio nomine appellarentur, ut latè explicant Jacobat. *de Concil. lib. 1. art. 12. pag. 26. & verſ. ſimiliter, pag. 41.* optimè Garc. *de nobilit. gloſſ. 48. §. 3. num. 35. cum ſeqq.* Verùm licèt Papa ſolos Patriarchas, Archiepiſcopos, & Epiſcopos conſueverit fratrum nomine, alios verò filios appellare, ut dicit gloſſ. *verbo filii, in proœm. harum Decretal.* tamen *hic* illud verbum, *fratres*, ſtatim qualificat ex termino differenti, videlicet qui nobis jure Levitico in executione ſacerdotalis officii coadjutores exiſtunt, atque ita præſignat aſſiſtentiam, ſeu aſſidentiam illam in judicando ex jure Levitico introductam, cujus munus nullatenus ad Epiſcopos ſimplices, ſed ad Epiſcopos Cardinales, & cæteros ejuſdem Collegii ſpectat; atque ita hunc text. expendit *hic* Hoſt. *ſub n. 27.* Joan. Andr. & Abb. uterque *n. 19.* & alii paſſim, quos citat Jacobat. *de Concil. lib. 1. art. 12. charta 43.* Et quamvis cùm Papa ſcribit Cardinali non Epiſcopo, eum vocet filium, cum eo tamen ſenſu ut ſit filius primogenitus, nihilominus quando refert verba ad ordinem, cœtumque ipſum, ſemper eos vocat fratres, ut benè declarat Hoſt. *in cap. ad liberandum, n. 3. de Iudæis*, & eſt text. *in cap. fundamenta, §. decet, de elect. lib. 6.* 43 44

Notatur hic text. ad hoc, quod Papa non debet ardua explicare ſine conſilio fratrum, id eſt, Cardinalium, ut per Rebuff. *in concordatis, tit. de approbat. convent. gloſſ. de eorum conſilio, pag. 519. in fine.* Sed Doctores magis communiter reſolvunt, poſſe Summum Pontificem ſine Cardinalibus omnia expedire, etiam ardua, ut per Card. Alban. *in tract. de Cardinal. cap. 30.* Mench. *illuſtr. cap. 23. per totum*, Card. Paleot. *de conſultat. ſacri Palatii, part. 1. quæſt. 3.* Ceval. *q. 645.* Garc. *d. §. 3. num. 53.* Azor. *inſtit. moral. p. 2. lib. 4. cap. 1. col. 140. & cap. 3. col. 420.* Flamin. *de reſignat. lib. 3. quæſt. 18. num. 124. & lib. 7. quæſt. 5. num. 14.* dicit quod ex civilitate in arduis debet communicare cum Cardinalibus. 45

46 Notatur etiam ad hoc, quod Cardinales ſunt inſtituti de jure divino, ut per Duen. *reg.* 72. *limit.* 3. Franc. Marc. *deciſ.* 1296. latè Garc. *de nobil. gloſſ.* 48. §. 3. *num.* 26. *cum ſeqq.*

47 De Cardinalium origine, poteſtate, & hodierna excellentia, & præeminentia inter omnes Eccleſiæ Prælatos lariſſimè tractant Chaſſan *in catalogo gloriæ mundi, p.* 4. *conſiderat.* 10. *cum ſeqq.* Barbat. *de præſtantia Cardinalium, p.* 1. *quæſt.* 1. Turrecrem. *in ſum. lib.* 1. *cap.* 80. *cum ſeqq.* Petr. Math. *in ſcholiis ad Motus Summorum Pontif. pag.* 93. *cum ſeqq.* Corta *in memorab. verbo Cardinales.* Alvar. Pelag. *de planctu Eccleſiæ, lib.* 2. *cap.* 17. Hieron. Roman. *de Republica Chriſtiana, p.* 1. *lib.* 3. *cap.* 1. & 2. Maiol. *de irreg. lib.* 2. *cap.* 3. Fr. Joſeph. de Siguenza *in vita S. Hieronymi, lib.* 3. *cap.* 6. Anaſtaſ. Germon. *in ſuo tract. de indultis Cardinalium, in deſcriptione, §. Epiſcopus, à n.* 7. & *in tract. de ſacrorum immun. lib.* 3. *cap.* 6. Flam. *de reſignat. lib.* 2. *quæſt.* 1. *n.* 34. *cum ſeqq.* & *lib.* 3. *q.* 1. *n.* 69. *cum ſeqq.* & *lib.* 7. *quæſt.* 12. Ioan. Garc. *d. §.* 3. *n.* 26. *cum multis ſeqq.* Zerol. *in praxi Epiſcop. p.* 1. *verbo Cardinales*, Gravat. *ad Octavian. de ſtylo Curiæ, lib.* 1. *cap.* 1. *à n.* 7. Læli. Zech. *de Republica Eccleſiaſtica, tit. de ſtatu Illuſtriſſimorum Cardinalium*, Card. Bellarm. *in ſuis controv. tom.* 1. *de Clericis, lib.* 1. *cap.* 16. Azor. *inſtit. moral. part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 7. *col.* 695. Henriq. *in ſum. lib.* 10. *cap.* 27. *de Cardinalium dignitate*, Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancel. gloſſ.* 24. *à princip.* Card. Tuſch. *tom.* 1. *lit. C, concl.* 35. *cum ſeqq.* plures refert Cened. *ad Decretal. collect.* 115. qui poſt alios ſeribunt quod Cardinales vocantur filii primi gradus Papæ, Conſiliarii ejus, columnæ Eccleſiæ, poſt Papam majores, Patres ſpirituales, Orbis terrarum Cardinales, præferuntur Patriarchis, ſunt pars corporis Papæ, utuntur equo, & capello, ac indumento rubeo, & Patriarchæ habent capellum morellum, collegium illorum eſt ſacrum, & Senatus Divinus, & ſacer cœtus, ac Eccleſiæ gremium.

48 *Mori præcipitur.*] Id eſt, per excommunicationem, ut interpretantur Perez *l.* 1. *gloſſ.* 3. *pag.* 172. *col.* 1. *ad med. tit.* 5. *lib.* 8. *Ordin.* Farinac. *in praxi crim. p.* 1. *lib.* 1. *q.* 19. *n.* 12. Excommunicatio æquiparatur morti, quia quemadmodum mortuus vitæ corporalibus fructibus privatur, ita excommunicatus vitæ ſpiritualis fructibus caret; medicinalis autem dicitur, quia intentio Eccleſiæ, & judicis eam proferentis eſt afferre peccatorum medicinam, & remedium ut à peccato reſipiſcant, *cap.* 1. *in princ. de except. lib.* 6. proſequuntur Covar. *in cap. alma mater, part.* 1. *in initio, n.* 9. Ugolin. *de cenſuris, tab.* 1. *cap.* 11. *in princ.* & §. 1. Salzed. *ad Bernard. in pract. cap.* 116. *num.* 3. Henriq. *in ſum. lib.* 13. *cap.* 1. *num.* 3. Soar. *de cenſuris, tom.* 5. *diſp.* 4. *ſect.* 5. *à num.* 30. Sayr. *eod. tract. lib.* 1. *cap.* 3. *à num.* 8. Avil. *eod. tract. p.* 1. *dub.* 2. *ad* 2.

49 Ergo Papa non poteſt mortis pœnam corporalem infligere, de quo vide Covar. *lib.* 2. *var. cap.* 20. *n.* 10. *verſ. tertiò.*

50 *Canone vetante tales ad ſacros Ordines*, &c.] Ut *in cap.* 1. & *per totam* 56. *diſt. cap.* 1. & *per totum, de filiis Presbyt.* vide plures Doctores, quos refert Cened. *ad Decretum, collect.* 62. quibus adde Salzed. *ad Bernard. in pract. cap.* 14. Ugolin. *de irregularit. cap.* 44. Sayr. *de cenſuris, lib.* 6. *cap.* 10.

51 *Negantibus*, &c.] Ergo videtur Pontificem in præſenti approbare legem civilem, quæ ſpuriis denegat alimenta, *in Auth. quibus modis naturales efficiantur ſui, ad finem*, unde deſumitur text. *in auth. ex complexu, C. de inceſtis nupt.* Sed de jure noſtro Pontificio *in cap. cùm haberet, ſupr. de eo, qui duxit in matrim.* ubi multos citavi Doctores, abrogatus eſt rigor juris Civilis, & æquitas Canonica ſervanda eſt utroque foro, non ſolùm Eccleſiaſtico, ſed etiam ſæculari, ut per Cov. *de ſponſal. p.* 2. *cap.* 8. §. 6. *n.* 6. Lara *in l. ſi quis à liberis, §. idem reſcripſit, n.* 27. Duen. *reg.* 367. *ampl.* 1. D. Barboſa *in l.* 1. *p.* 4. *num.* 65. *ff. ſoluto Matrim.* Gam. *deciſ.* 11. *n.* 9. Nec contra hujuſmodi Canonicam æquitatem text. in præſenti aliquid ſtatuere videtur; ſenſus enim & intentio Pontificis eſt oſtendere deteſtabiles eſſe & odioſos ſpurios legibus Divinis, atque humanis, & in ejus rei confirmationem adducit leges Civiles, quæ eos adeò odio habuerunt, ut etiam alimenta eis denegent, minimè verò voluit earum legum rigorem approbare, ideoque cùm de ſacris Ordinibus ageret, & dixiſſet Canones vetare illos ad ſacros Ordines promoveri, de alimentis agens ſæcularibus legibus id tribuit, non igitur Canonibus, ut bene advertit Cujac. *d. cap. cùm haberet, in fine*, & ante eum Paleot. *de nothis & ſpuriis, cap.* 46.

In gloſſ. *Non naturalibus.* Notatur ad hoc, quod 52
naturalis filius propriè, & ſtrictè dicitur, qui ex concubina natus eſt in ſchemate uxoris, ut per Ant. Gom. *l.* 9. *Tauri, n.* 1. Cov. *de ſponſal. p.* 2. *cap.* 8. §. 4. *n.* 2. Surd. *de alim. tit.* 1. *quæſt.* 9. *n.* 9.

In gloſſ. *Adulterinus.* Notatur ad hoc, quod filii 53
Preſbyterorum dicuntur adulterini, ut per Azor. *inſtit. moral. p.* 2. *cap.* 7. *quæſt.* 13. *in fin.* Card. *verbo Fornicatio, num.* 18.

In gloſſ. *Certis cauſis.* Quænam ſint cauſæ ex qui- 54
bus Romanus Pontifex temporalia proximè per ſe adminiſtrat, etiam extra loca Romanæ Eccleſiæ ditioni ſubjecta, vide apud Azor. *d. part.* 2. *lib.* 4. *cap.* 19. *quæſt.* 2.

Notatur hæc gloſſ. ad hoc, quod quando de jure Civili datur dubium, & jus Canonicum tollit dubitationem, & ſuper ea diſponit, tunc leges Canonicæ attendendæ ſunt, & ſecundùm eas judicandum, ut per Abb. *in cap. licèt ex ſuſcepto, n.* 10. *de foro compet.* Decian. *in tract. crimin. lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 16. quos refert Illuſtriſſ. Dominus meus Roder. à Cunha *in comment. ad cap. non oportet* 10. *num.* 3. *diſt.* 44.

SUMMARIUM.

1 *Conjugatus ſi vivente prima in facie Eccleſiæ contrahit cum ſecunda hoc ignorante, legitima erit eorum proles.*

2 *Filii geniti ex Matrimonio in facie Eccleſiæ cum bona fide ſaltem alterius conjugis celebrato, ſunt legitimi.*

3 *Impedimenti ſcientia præſumitur ex Matrimonio clam & occultè contracto.*

4 *Filius natus ex Matrimonio bona fide parentum inito, eſt verè legitimus non ſolùm quoad parentem habentem bonam fidem, ſed etiam quoad alium malam fidem habentem.*

5 *Parens qui ſcivit impedimentum, non habet jura legitimi parentis.*

Cap. Ex tenore XIV.

Conjugatus quando ducit aliam in facie Eccle- 1
ſiæ, quæ ignorat illum eſſe conjugatum, ejus proles judicatur legitima. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Hoſt. Butr. Anchar. Panorm. Præpoſ. Alex. de Nevo, Caniſ. Cujac. Vivian. *in ration. lib.* 4. *Iuris Pontif. pag.* 106. Alagona *in compend. Iuris Canon. pag.* 596. remiſſivè Caſal. *in ann.* & Ximen. *in concord. p.* 1. & 2. refertur ab Ant. Auguſt. *collect.* 3. *Decret. lib.* 4. *tit.* 12. *cap.* 3.

Probat hic text. filios genitos ex Matrimonio in 2
facie

facie Eccleſiæ cum bona fide ſaltem alterius conjugis celebrato eſſe legitimos, eſto Matrimonium propter occultum impedimentum fuerit nullum, ut per Henriq. *in ſum. lib.* 11. *c.*20. §.1. *verſ. ſecundò*, Menoch. *conſ.*3.*num.*18.*& conſ.*15.*n.*5. Bonacoſ.*tom.*1.*commun. opin. lib.*6. *tit.*2. *num.*37. *pag.*705. Fr.Emman. *queſt. Regul.tom.*1.*quæſt.*13.*art.*1.Navar.*conſ.*3.*ſub tit.de ſponſalib. n.*1. *in antiq.* Cald. Pereira *de nominat. emphyt. q.*21.*num.*38.

3 *In facie Eccleſiæ.*] Ergo videbant requiri ad legitimandam prolem propter bonam fidem parentum, quod Matrimonium contractum ſit in facie Eccleſiæ, ſed aliò tendit text. nam cùm Matrimonium, de quo agit, eſſet nullum, utpote ab uxorato vivente prima uxore contractum, ut ex illo filii nati dicantur legitimi, fundat ſe text. in eo quod non fuerit clandeſtinum, ſed in facie Eccleſiæ contractum, ad oſtendendam alterius ignorantiam, nam ſi præter impedimentum ligaminis fuiſſet quoque Matrimonium clandeſtinum, intraret diſpoſitio text. *in cap.cùm inhibitio*, §. *ſi quis verò, ſupr. de clandeſtina deſponſ.* probantis filios genitos ex Matrimonio inter prohibitos contracto cum vitio etiam clandeſtinitatis eſſe ſpurios, nam ex Matrimonio clam & occultè contracto præſumitur ſcientia impedimenti, & doloſè Matrimonium contractum, ut probant *l.ult. ff. de ritu nupt. & l.*1. *C. de interdict. Matrim.* Maſcard. *de probat. concl.*531.*n.*43. *& concl.*297.Menoch.*de præſumpt.lib.*5.*præſ.*3. *n.* 107. Unde reſolutio illa, quæ habet non legitimari filios ex Matrimonio putativo, niſi publicè fuerit contractum in facie Eccleſiæ, intelligenda eſt quando ex aliquo impedimento dirimenti Matrimonium eſſet nullum, etiamſi illud conjugibus minimè fuiſſet notum: vide Covar. *de ſponſalib. p.*2. *cap.*6. *in initio, num.*12. Maſcard. *concl.*798. *num.*5. Peregr. *de fideicomm. art.*24. *num.*74. Duen. *reg.*320. *limit.*12. Stephan.Gratian. *diſcept. forenſ.c.*83.*n.*23. Cevall. *commun. contra commun. q.*697. *à n.*7. *de Matrim.* Gutier. *c.*71.*n.*8.

4 *Ignaram.*] Notatur ad hoc, quod filius natus ex Matrimonio bona fide parentum inito, eſt verè legitimus, non ſolùm quoad parentem habentem bonam fidem, ſed etiam quoad alium malam fidem habentem, ut per Duen. *reg.*150.*verſ.circa quam*, Bonacin. *commun. crimin. p.* 1. *verbo Matrimonium*, *fol.* 111. *verſo*, Vincent.de Franch. *Neapol. deciſ.*130.*n.*1. Maſcard.*de probat.concl.*798.*n.*5. Coſta *in cap. ſi pater, de teſtam. in* 6.*p.*1.*verbo uxorem*,*n.*2.Matienſ.*in rubr.tit.*1. *gloſſ.*1.*n.*116.*lib.*5.*nova recop.* D.Barboſ. *in l. ſi cùm dotem*, §.*fin. n.*12. *ff.ſolut. Matrim.* plures per Sanch. *de Matrim.lib.*8.*diſp.*39.*n.*46. Girond. *de privil.ſeu exemption.explic.q.*1195. Caſtil. *quotid.quæſt.lib.*2.*c.*11. *n.*3. Valer.Regin.*in praxi fori pœnit.lib.*31.*n.*355.& dixi *ad c.*2.*ſuper verbo,cùm parentes eorum, hoc tit.* ubi adverti parentem, qui ſcivit impedimentum, non habere jura legitimi parentis in prædicto filio, cum Coſt. *d.verbo uxorem, n.*21.& Barboſ.*d.*§.*fin.n.*12.& Sanch. *loco proximè citato*, nunc tamen addendum duxi, valdè probabile eſſe utrumque parentem cenſeri legitimum, ac proinde poſſe ſuccedere ſuæ proli, ut latè tuentur Avend. *ad l.*6.*Tauri, gloſſ.*1. Gutier. *pract. lib.*3.*q.*74. Ceval. *q.*697.*n.*16. *cum ſeqq.*

SUMMARIUM.

1 *Filij nati ex Matrimonio infidelium in gradu prohibito à lege Canonica, ſunt legitimi, ſi tales conjuges ad legem Chriſti convertantur*, & n.2.

3 *Filius natus ex patre Chriſtiano, & matre pagana, ſive Iudæa, an fiat legitimus Matrimonio inter parentes ſubſequuto, oſtenditur.*

4 *Matrimonium à fideli contractum cum Iudæa, vel alia infideli, punitur pœna adulterij.*

CAP. Gaudemus XV. & fin.

Filii infidelium qui contraxerunt in gradu in Eccleſia prohibito, poſt fidem receptam reputantur legitimi. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Hoſt. Butr. Anchar. Panorm. Præpoſ. Alex. de Nevo, Caniſ. Cujac. Vivian. *in ration. lib.*4. *juris Pontif.pag.*106. Alagona *in compend.iuris Canon. pag.*596. remiſſivè Ximen.*in concord. p.*1. *&* 2. refertur ab Ant. Auguſt. *collect.*1. *Decretal. lib.*4. *tit.*12. *cap.*4. 1

Hanc eandem concluſ. ex hoc text. deſumunt Sot. *in* 4. *ſentent. diſtinct.*39. *quæſt. unic. art.*3. *ad* 4. Lap. *alleg.*89.*num.*10.Maſcard.*de probat.concl.*648. *num.*21. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.*30. *num.*77. Anton. Ricc. *in tract. de iure perſonarum extra gremium Eccleſiæ exiſt. lib.*2.*c.*3.*n.*10.ubi *num.*5. obſervat gradus per Canonicas conſtitutiones vetitos non vendicare ſibi locum in Matrimoniis inter Judæos. Textus iſte tripliciter intelligitur à ſcribentibus. Primò quod loquitur de filiis ſuſceptis ab infidelibus, qui nunquam ad fidem converſi ſunt, quo caſu indubitatum eſt legitimos eſſe, quamvis contraxerint in gradu legibus Canonicis prohibito, quia naſcuntur ex juſtis nuptiis ſecundùm patriæ morem. Sed hunc intellectum meritò improbat Card. *hic*, licèt enim in ſe verus ſit, literæ non convenit, ex ea enim conſtat agere Pontificem de iis, qui in infidelitate contraxerunt, & deinde converſi ſunt ad Fidem: patet hic, *poſt Fidem receptam*, &c. & ibi, *ad Chriſtianam Fidem venerunt*. 2

Secundò alii communiter agnoſcunt agere de contrahentibus in infidelitate, & poſteà converſis, & ſunt qui caſum fingant in parentibus, qui contraxerunt cum uxore, repudiata prima, quorum filios inquiunt judicari legitimos poſt converſionem parentum diſpenſativè, & ex gratia, ſecundùm Hoſtienſ. ſed hic intellectus literæ non convenit, minimè enim Pontifex meminit de prima uxore dimiſſa, & ſecunda ſuperinducta, & deinde quia etiamſi fateamur ſecundum Matrimonium, vivente prima uxore repudiata, nullum eſſe etiam inter infideles, cùm tamen bona fide fuit contractum ſecundùm patriæ mores, cauſa videtur ſufficiens, ut ex generalibus regulis *cap.ſecundi, & cap.ex tenore, hoc tit.* filii legitimi reputentur.

Tertiò meliùs intellectum omninò retinendum præſtant cæteri, quod ſcilicet parentes antequam converterentur ad Fidem, in gradibus ſola lege Canonica prohibitis contraxerunt, filios inde ſuſceperunt, & poſteà ad Fidem converſi ſunt, & in his terminis filios legitimos reputari decidit textus, conſonant omnia ipſius verba, atque ita intelligunt gloſſ. ultim. Cardin. Joan. Andr. Abb. Præpoſit. Cujac. & alii communiter *hic*, teſte Lapo *allegat.*89. *num.*10. & aliis, de quibus Maſcard. *de probat.concluſ.*640. *num.* 21. Et ratione confirmatur, quia ſecundùm rigorem, ut filii legitimi ſint, ſufficit quod filii nati ſint, vel concepti ex juſtis nuptiis ſecundùm patriæ morem: ſed ponimus utroque tempore conceptionis, & nativitatis inter parentes ipſorum ſecundùm patriæ morem fuiſſe Matrimonium: ergo ex generalibus principiis rectè Pontifex eos legitimos reputat. Confirmatur etiam, quia poſt converſionem

ratum permanet indiſſolubile, perfectamque Sacramenti rationem ſortitur Matrimonium, quod ab infidelibus contractum eſt, in gradibus ſola lege Canonica prohibitis, *cap. infidelibus, de conſang. c. gaudemus, de divort.* latè comprobat poſt antiquiores Covar. *de ſponſ. p. 2. c. 6.* §. 10. *n.* 3. Card. Bellarm. *tom. 2. de Sacram. Matrim. lib. 1. c. 5. ad fin.* latè Sanch. *d. lib. 7. diſp.* 73. & conſequenter cùm Matrimonium à principio validum fuerit, & poſt converſionem validum maneat, nihil obſtat ex quo de filiorum legitimitate poſſit, vel debeat dubitari, & conſonat ratio, quam hic text. reddit ibi, *Utilitate publica ſuadetur*, quæ ſcilicet conſiſtit in favore Chriſtianæ Religionis, ut *in d. cap. gaudemus, de divort.* expreſſit text. poſt principium, *verſ. in favorem*, quæ ratio Matrimonii perpetuitatem, & validitatem reſpicit, & ſupponit, & conſequenter concludit ſecundùm generalia principia filios ex tali Matrimonio ſuſceptos legitimos eſſe reputandos.

Non obſtat ſi dicas text. agere de infidelibus contrahentibus in ſecundo, vel tertio, aut ulterioribus gradibus conſanguinitatis, & conſtat inter aſcendentes, & deſcendentes ad ſecundum & tertium gradum, vel ſecundùm magis receptam ſententiã in infinitum eſſe prohibitum Matrimonium, ex infinitis Auctoribus, quos pleniſſimè refert Sanch. *d. lib. 7. diſp.* 151. *à n.* 12. quia reſpondetur pendere rationem & reſolutionem ex variis opinionibus, quas latiſſimè proſequitur Sanch. *proximè citato loco*, atque etiam tenet Henriq. *in ſum. lib.* 12. *c.* 9. §. 3. quod excepto primo gradu, inter patrem ſcilicet & matrem, inter reliquos aſcendentes, & deſcendentes lege naturali Matrimonium prohibitum non eſſe, nec ad Fidem converſi ſunt ſeparandi.

3 An autem filius natus ex patre Chriſtiano, & matre pagana, ſive Judæa, fiat legitimus Matrimonio inter parentes ſubſequuto, quæſtio eſt, in qua negativam partem, videlicet hujuſmodi filium non reddi legitimum, tenent Panorm. *in cap. tanta, n.* 14. *ſupr. hoc tit.* Covar. *de ſponſal. p. 2. c. 8.* §. 2. *n.* 7. Ricc. *ubi ſupr. n.* 12. Azor. *inſtit. moral. p. 2. lib. 2. c. 13. q.* 8. Ratio eſt, quia Matrimonium fidelis cum Judæo, ſeu alio infideli, eſt vetitum non ſolùm de jure Divino, ſed etiam de jure Canonico, & Civili, Cov. *d. p. 2. c. 6.* §. 11. *n.* 1. Marq. *de Jud. p. 2. c. 3. ſub n.* 13. *verſ. quid autem*, Sanch. *de matrim. lib. 7. diſp.* 71. *ſub n.* 7. Ricc. *d. c. 3. num.* 8. *verſ. tertia*, &
4 *n.* 19. dicit Matrimonium à fideli contractum cum Judæo, vel alio infideli puniri pœna adulterii, & citat Dec. *tract. crimin. lib. 5. c. 12. n. 2. in fin. & n.* 24. Menoch. *de arbitr. caſu* 290. *in princ.* Farin. *in praxi crimin. q.* 136. *n. 1. &* 19. Tripliciter intelligitur hic text. ab ſcribentibus. Primò quod loquitur de filiis ſuſceptis ab infidelibus, qui nunquam ad Fidem converſi ſunt, quo caſu indubitatum eſt legitimos eſſe, quamvis contraxerint in gradu legibus Canonicis prohibito, quia naſcuntur ex juſtis nuptiis ſecundùm patriæ morẽ, quem intellectum meritò improbat Card. *hic*, licèt enim in ſe verum ſit, literæ non convenit, ex ea enim conſtat agere Pontificem de his, qui in infidelitate contraxerunt, & deinde converſi ſunt ad Fidem, patet ibi, *poſt fidem receptam*, & ex parte deciſa, ubi poſt hoc verbum gaudemus, & *infra*, clariſſimè loquitur de converſis ad Fidem, ibi, *ad Chriſtianam Fidem venerunt*: refert integram Ant. Aug. ſub tit. *de divort. collect. 3. Decret. c.* 2. Unde ſecundò communiter agnoſcunt agere de contrahentibus in infidelitate, & poſteà converſis, & ſunt qui caſum fingant in parentibus, qui contraxerunt cum uxore repudiata prima, quorum filios inquiunt judicari legitimos poſt converſionem parentum diſpenſativè, & ex gratia ſecundùm Hoſt. Sed etiam hic intellectus literæ non convenit, minimè enim Pontifex meminit prima uxore dimiſſa, & ſecunda ſuperinducta; deinde quia etiamſi fateantur ſecundum Matrimonium vivente prima uxore repudiata nullum eſſe etiam inter fideles, cùm tamen bona fide fuerit contractum ſecundùm patriæ mores, cauſa videtur ſufficiens, ut ex generalibus regulis, *c. 2. & & cap. ex tenore, hoc tit.* filii legitimi reputentur.

Quare tertius intellectus eſt omninò retinendus, quod ſcilicet parentes antequam converterentur ad Fidem, in gradibus ſola lege Canonica prohibitis contraxerunt, filios inde ſuſceperunt, & poſteà ad Fidem converſi ſunt, & his terminis filios legitimos reputari decidit text. conſonant omnia ipſius verba, atque ita itelligunt gloſſ. ult. Card. Joan. Andr. Abb. Præpoſ. Cujac. & alii communiter *hic*, teſte Lapo *allegat.* 89. *n.* 10. & aliis de quibus Maſcard. *de probat. concl.* 640. *n.* 21. Et ratione confirmatur, quia ſecundùm rigorem vel filii legitimi ſunt, vel concepti ex juſtis nuptiis ſecundùm patriæ morem, ſed ponimus utroque tempore nativitatis, & conceptionis inter parentes iſtorum ſecundùm patriæ morem juſtum fuiſſe Matrimonium: ergo ex generalibus principiis rectè Pontifex eos legitimos reputat. Confirmatur etiam, quia poſt converſionem ratum permanet, & indiſſolubile, perfectamque Sacramenti rationem ſortitur Matrimonium, quod ab infidelibus contractum eſt in gradibus ſola lege Canonica prohibitis, *cap. infidelibus, de conſang. cap. gaudemus, de divort.* latè comprobat poſt antiquiores Covar. *de ſponſal. p. 2. c. 6.* §. 10. *n.* 3. Card. Bellarm. *tom. 2. de Sacram. Matrim. lib. 1. c. 5. ad fin.* & pleniſſimè Sanch. *de matrim. lib. 7. diſp.* 73. Et conſequenter cùm Matrimonium à principio validum fuerit, & poſt converſionem validum maneat, nihil obſtat ex quo de filiorum legitimitate poſſit, vel debeat dubitari. Et conſonat ratio quam noſter text. reddit ibi, *utilitate publica ſuadetur*, quæ ſcilicet conſiſtit in favore Chriſtianæ Religionis, à cujus præceptione facilè poſſint uxores revocari, timentes deſeri à viris ſuis, ut *in d. cap. gaudemus*, expreſſit text. *poſt princ. verſ. in favorem*, quæ ratio Matrimonii perpetuitatem, & validitatem reſpicit, & ſupponit, & conſequenter concludit ſecundùm generalia principia filios licèt tali Matrimonio ſuſceptos legitimos eſſe reputandos, & confirmatur ex ratione bonæ fidei, quam proximè tetigimus ex materia text. *in cap. ex tenore, hoc titul.*

Nec obſtat ſi dicas, textum agere de infidelibus contrahentibus in ſecundo, vel tertio, aut ulterioribus gradibus conſanguinitatis, & conſtat inter aſcendentes & deſcendentes ad ſecundum, & tertium gradum, vel ſecundùm magis receptam ſententiam in infinitum eſſe prohibitum Matrimonium ex infinitis Auctoribus, quos pleniſſimè refert Sanch. *d. lib. 7. diſput.* 151. *à num.* 12. Quia reſpondetur pendere rationem, & reſolutionem ex variis opinionibus, quas latiſſimè proſequitur Sanch. *proximè citato loco*, inter quas valdè probabilis eſt quam ipſe ſequitur, *num. 19. cum ſeqq*, atque etiam Henriq. *in ſum. d. lib. 12. cap. 9.* §. 3. quod excepto primo gradu, inter patrem ſcilicet, & matrem, inter reliquos aſcendentes, & deſcendentes lege naturali Matrimonium prohibitum non eſt, nec ad fidem converſi ſunt ſeparandi.

Qui

Qui Matrimonium accuſare poſſunt, vel contra illud teſtificari.

Tit. XVIII.

SUper hanc rubr. ſcripſerunt Zabarel. Ioan. Andr. Anchar. Butr. Panorm. Præpoſ. Marian. Socin. Alex. de Nevo, Durand. *in breviario aureo juris Canon. & in ſpeculo juris Pontif. ſub hoc tit. lib.*4. Steph. Ranchin. *in continuat. tit. Decret.* Joan. de Londr. *in breviario ſanctorum Canonum*, Petrus de Ravenna *in compendio juris Canon.* Martin. Meſnart. *in epitome Decret.* Dan. Venat. *in analyſi methodica juris Pontif. à pag.*360. Goffred. & Hoſtienſ. *in ſumma hujus titul.* Alexand. Caſan. & Anaſtaſ. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decret.* Barthol. Carthag. *in expoſit. titul. juris Canon.* Lancel. *in inſtit. ejuſdem juris*, Cafarel. *in erothem. ejuſdem juris*, Caniſ. *in ſum. jur. Canon.* noviſſimè Joan. Honor. *lib.* 4. *ſum. in Decretal.* omnes *ſub hoc. tit.*

SUMMARIUM.

1 *Quando agitur de validitate Matrimonij, reo contumaciter abſente poſſunt ſuper impedimento Matrimonij recipi teſtes aliàs legitimi, & ad eorum dicta ſententia ferri.*

2 *Maritus præſumitur habitare cum uxore.*

3 *Citatio perſonalis non requiritur ubi quis malitiosè latitat.*

4 *Vxor debet ſequi virum etiam quando vir culpa ſua mittitur in exilium.*

5 *Vxor non tenetur ſequi virum vagabundum longè peregrinantem.*

Cap. Relatum I. *Alex. III.*

1 QUando tractatur de validitate Matrimonii ob allegationem valentis probare, v. g. impedimentum cognationis, ſi maritus eſt abſens, & cum omni diligentia requiſitus, nequit inveniri, & manifeſtum eſt quod aſſeritur, aut apparent legitimi accuſarores, & teſtes poſſunt illi recipi, & cauſa ſecundùm Canones terminari. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Hoſt. Butr. Anch. Panorm. Præpoſ. Alex. de Nevo, Caniſ. Cujac. Vivian. *in ration. lib.*4. *Iuris Pontif. pag.*107. Alagona *in compend. Iuris Canon. pag.*596. remiſſivè Ximen. *in concord. p.*1.

2 *Cum uxore permanſit.*] Maritus enim præſumitur habitare cum uxore, ut per Tiraq. *de retract. tit.* 1. §. 9. *gloſſ.* 1. *n.* 7. quem refert, & ſequitur Menoch. *de præſumpt. lib.* 2. *præſumpt.* 27. *num.* 1. Maſcard. *de probat. concl.* 1271. *n.* 1.

3 *Poſtquam juvenis fuerit*, &c.] Notatur ad hoc, quod eo caſu, quo quis malitiosè latitat, non requiritur citatio perſonalis, ex Tiraq. *d.* §. 9. *gloſſ.* 2. *n.* 7. Covar. *in cap. alma mater, p.* 1. §. 9. *n.* 4. Alciat. *de præſumpt. reg.* 1. *præſumpt.* 35. Menoch. *remed.* 8. *recuper. n.* 215. Cald. Pereira *de renovat. emphyt. q.* 6. *n.* 3. & citandus tantùm eſt conquirendus in ſua domo ad hoc ut non repertus poſſit ad illam citari. Gutier. *pract. lib.* 1. *q.* 133. *n.* 6.

4 In gloſſ. *Exivit.* Notatur ad hoc, quod uxor debet ſequi virum, etiam quando vir ob delictum mittitur in exilium, de quo vide Sanch. *de Matrim. lib.* 3. *diſput.* 41. *num.* 12.

In ead. gloſſ. ibi, *Niſi fortè vagabundus diſcurreret.* 5
Notatur ad hoc, quod uxor non tenetur ſequi virum vagabundum, vel longè peregrinantem, ut per Tiraq. *ad leges connubiales, gloſſ.* 1. *p.* 1. *n.* 39. Perez *ad lib.* 4. *Ordin. pag.* 912. Menoch. *de arbitr. caſu* 469. *n. ult.*

SUMMARIUM.

1 *Accuſatio, & teſtimonium in cauſa Matrimoniali perſonaliter, & non per litteras fieri debent.*

2 *Teſtis per ſcripta teſtificari, & proprium teſtimonium exponere non poteſt.*

3 *Confeſſio ſacramentalis fieri non poteſt in ſcriptis.*

Cap. A nobis II. *Clem. III.*

ACcuſatio, & teſtimonia in cauſa matrimoniali in ſcripturis fieri non debent, ſed perſonaliter, 1
quia ſcriptura etiamſi valeat quantùm ad præſumptionem, tamen non valet quoad ſententiam, niſi alia legitima adminicula ſuffragentur. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Hoſt. Butr. Anchar. Panorm. Præpoſ. Alex. de Nevo, Caniſ. Cujac. Viv. *in ration. lib.* 4. *Iuris Pontif. pag.* 109. Alagona *in compend. Iuris Canon. pag.* 597. remiſſivè Ximen. *in concord. p.* 1. & 2. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 2. *Decret. lib.* 4. *tit.* 11. *c.* 4.

Nihil voce propria, &c.] Notatur ad hoc, quod teſtis 2
per ſcripta teſtificari, & proprium teſtimonium exponere non poteſt, ut per Hippol. *in l. de minore*, §. *plurium, n.* 2. *ff. de quæſt.* Alberic. *de teſtib. p.* 3. *n.* 31. Cror. *eod. tract. num.* 197. & 375. Aufrer. *de reprobat. teſtium, n.* 44. Sayr. *in clavi Regia, lib.* 12. *c.* 21. *n.* 2. Lanfranc. *de teſtib. n.* 5. Covar. *variar. lib.* 2. *c.* 13. *n.* 9. *in princ.* Rebuff. *de reprobat. teſtium, n.* 541. *cum ſeqq.* Viv. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 4. *tit.* 10. *n.* 24. & 25. *pag.* 514. Maſcard. *de probat. in proœm. q.* 5. *n.* 11. *cum ſeqq.* & *concl.* 460. *n.* 5. Farin. *in praxi crimin. p.* 2. *q.* 80. *n.* 27. *cum ſeqq.* Fr. Emman. *quæſt. regul. tom.* 2. *q.* 13. *art.* 4. Bernard. Græv. *ad practicam Cameræ Imper. lib.* 1. *concl.* 110. *conſid.* 3. *n.* 7. Franc. Viv. *in commun. opin. lit. T, verſ. teſtis non poteſt.* Tiber. Decian. *conſil.* 51. *vol.* 2. Anton. Scap. *in tract. de jure non ſcripto, lib.* 3. *c.* 51. *ſub rubr. de juramento calumniæ*, latè Beccharon. *de different. inter judicia civilia, & crimin. different.* 81. *per tot.* Quod adeò verum eſt, ut nec valeat depoſitio teſtis à ſe in ſcriptis redacta, & ad judicem tranſmiſſa, quamvis talis teſtis prius in judicio juraverit, ſecundùm Scap. *citato loco*, & Decian. *d. conſ.* 51. *n.* 6. *verſ. quod talis teſtis*, & hæc opinio verior eſt, licèt alii contrariam partem tenentes exiſtimaverint hujuſmodi atteſtationes teſtium in ſcriptis per teſtes redactas & judici miſſas valere ac ſi eſſent veri, ex quorum numero ſunt Bart. *in l. Theopompus, ff. de dote præleg. n.* 12. *verſ. quæro an teſtis poſſit deponere*, Alex. *in l. legata inutiliter, n.* 7. *verſ. item inducitur, ff. de legat.* 1. & alii, quos referunt Maſcard. *concluſ.* 149. *poſt n.* 26. *verſ. contra ſupradictam*, Farin. *d. q.* 80. *n.* 28. niſi eorum reſolutiones intelligamus, privilegio, vel longa obſervantia ſic dictante, juxta not. per Gail. *lib.* 1. *obſerv.* 101. *n.* 13. & 14. atteſtantem in Regno Boëmiæ, & Archiducatu Auſtriæ, aliiſque locis ex ſingulari privilegio, & longa obſervantia receptum eſſe, ut illuſtres, & nobiles perſonæ non cogantur accedere ad judicem perſonaliter ad perhibendum teſtimonium, ſed ſatis eſſe quod per ſcripturam ſub fide ſua abſque corporali juramento

deponant, & depoſitionem obſignatam judici examinis tranſmittant; quod etiam refert Farinac. *in praxi crimin.q.74.n.58. & d.q.80.n.51.* dicens nunquam vidiſſe teſtes quantumcunque nobiles, & integræ fidei,
3 & in judiciis verſatos, in ſcriptis deponere. Quemadmodum etiam confeſſio ſacramentalis non poteſt fieri in ſcriptis, tum quia ſigillum Confeſſionis periclitatur, tum etiam, quia tollitur erubeſcentia confitentis ſi propria peccata ſcripta confeſſori tradantur, gloſſ. *verbo per ſcriptum, in cap.quem pœnitet, de pœnit. diſt.*1. Gabr.*in* 4. *diſt.*17.*q.*1. D.Th. *d.art.*10. Covarr. *d.n.*6. Bonac.*de Sacram.diſp.*5.*q.*5.*ſect.*2.*puncto* 2.§.2. *n.*25.Soar.*tom.*4.*de pœnit.diſp.*19.*ſect.*3.*n.*15. ubi ſuper hoc refert peculiarem Clement. VIII. declarationem, quam etiam adducit Quarant. *in ſumma Bullarij, verbo confeſſio ſacramentalis*, ubi contraria opinio uti falſa, temeraria, & ſcandaloſa damnata eſt, text. verò *in cap.qualis* 30.*q.*5. dum ait in fine recipiendam eſſe pœnitentiam per ſcripturam, quicquid dicat *ibi* gloſſ. *verbo per ſcripturam*, procedit in pœnitentia exteriori, quæ in judicio imponitur ad ſeparationem thori, ut advertit Gabr. *ubi ſuprà*.

SUMMARIUM.

1 *Conſanguinei & parentes teſtificari poſſunt in cauſa matrimoniali ſuper conſanguinitate, & contractu.*
2 *Parentum teſtimonium in cauſa matrimoniali ad favorem filiorum recipi poteſt.*
3 *Parentes recipi poſſunt in teſtes pro filiis in his, quæ melius per eos ſciri præſumuntur, quàm per alios.*

Cap. Videtur III.

1 IN cauſa Matrimonii conjungendi, vel deſignandi ad teſtificandum admittuntur parentes, quibus deficientibus, proximiores, ſecus in criminalibus, & contractibus. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Hoſt. But. Anchar. Panorm. Præpoſ. Alex. de Nevo, Caniſ. Cujac. Vivian. *in ration. lib.*4. *juris Pontif. pag.* 109. Alagona *in compend. juris Canonici, pag.*597. remiſſivè Ximen. *in concord.p.*1.*&* 2. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.*1. *Decretal. lib.*4. *tit.*1. *de Matrimonio contra interdictum Eccleſiæ celebrato, c.*1.

2 Collige ex text. in cauſa matrimoniali parentum teſtimonium ad favorem filiorum recipi poſſe, ut per Anch. *hic, notab.*4. Abb. *notab.*1. Zabar. *notab.*3. & Præpoſ. *n.*2. Ant. Gabr. *commun. tit. de teſtib. concl.*9. *à princ. & concl.*17.*n.*16. Crott. *de teſtibus, n.*113. Campeg. *eod. tract. reg.*1. *fallent.*3. Gregor. *l.*15. *verbo è mando, tit.*9. *p.*4. Maſcard. *de probat. concl.*1018.*n.*14. *cum ſeqq. & concl.*1019.*num.*8. *&* 23. *& concl.*1023. *& concl.*1031. *n.*20. *concl.*1148. *num.*23. Franc. Molin. *de ritu nupt. lib.*1.*comp.*8.*n.*8. Farin. *in praxi crimin.p.*3.*q.*54.*n.*191. ubi *n.*192. intelligit procedere cum aliis, quos *ibi* citat, quando agitur, & dubitatur de ſubſtantia Matrimonii propter affinitatem; ſecus ſi quæratur an Matrimonium ſit contractum, necne: quia tunc eſt latiùs diſtinguendum, & procedere text. *in præſenti*, etiam in probatione cujuſque alterius impedimenti Matrimonii, in quo militat eadem ratio, docet Gutier. *de Matrim.c.*44.*n.*87.*cum ſeqq.*

3 *Quoniam unuſquiſque ſuam genealogiam, &c.*] Notatur ad hoc, quod parentes recipi poſſunt in teſtes pro filiis in his, quæ meliùs per eos ſciri præſumuntur, quàm per alios, ut per Gabr. *d.tit.de teſtib.concluſ.*17. *n.*8. Farinac. *d.q.*54.*n.*194.

Et contractibus verum eſt.] In quibus autem cauſis poſſit, vel non poſſit pater teſtimonium ferre in cauſis filiorum, dixi ad *c.ſuper eo* 22.*in gloſſ. ſupr. de teſtibus*, quibus addo Buccharon. *de different. inter judicia civilia, & crimin. differ.*158.

SUMMARIUM.

1 *Deſponſata invita, ſed poſteà ſponte cognita, contra Matrimonium non auditur.*
2 *Teſtes in cauſa Matrimoniali debent eſſe præclaræ famæ.*
3 *Matrimonium metu initum, non ratificatur copula metu grav extorta.*

Cap. Inſuper IV.

PUella innubilis, quæ invita contraxit, poſteà in 1
ætate ſponte cognita, ſi dicat ſe nunquam conſenſiſſe, & hoc probet per teſtes præclaros fama, & converſatione, non eſt audienda, quia antequam cognoſceretur, cùm potuit, non reclamavit. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Hoſt. Butr. Anchar. Panorm. Præpoſ. Alex. de Nevo, Caniſ. Cujac. Viv. *in ration. lib.*4. *juris Pontif. pag.*110. Alagona *in compend. juris Canon. pag.*597. remiſſivè Ximen. *in concord.p.*1.*&* 2. refertur ab Ant. Auguſt. *collect.*1.*Decret. lib.*4. *tit.*12. *cap.*3.

Fama, & converſatione præclaros.] Notatur ad hoc, 2
quod teſtes in cauſa Matrimoniali debent eſſe præclaræ famæ, ut per Gregor. *l.*15.*gloſſ.*1.*tit.*9.*p.*4.

Copula carnali conſenſit.] Intellige ſpontaneè, cum 3
Sanch. *de Matrim.lib.*4.*diſp.*18.*n.*18. Nam ſi ipſa copula fuiſſet metu gravi extorta, per eam minimè ratificaretur Matrimonium metu initum, ut docent Navar. *in man. c.*22. *n.*5. *ad finem*, Menoch. *de præſumpt. lib.*3.*præſ.*4. *num.*31. *cum ſeqq.* Petrus de Ledeſma *de Matrim. q.*47.*art.*3. *in fine*, Henriq. *in ſum.lib.*11.*c.*9. *num.*7. Sanch. *d.diſp.*18.*n.*13.

SUMMARIUM.

1 *Matrimonium accuſans propter quæſtum repellitur.*
2 *Hominum malitiis non eſt indulgendum.*
3 *Malitiis hominum occurrendum.*

Cap. Significante V.

Innoc. III.

MAtrimonium accuſans pro quæſtu eſt repellendus. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Hoſt. Butr. Anchar. Panorm. Præpoſ. Alex. de Nevo, Caniſ. Cujac. Viv. *in ration. lib.*4. *juris Pontif. pag.*111. Alagona *in compend. juris Canon. pag.*598. remiſſivè Ximen. *in concord.p.*1. refertur ab Ant. Aug. *collect.*3.*Decret. lib.*4.*tit.*13.*c.*2. 1

Cùm igitur non ſit malitiis hominum indulgendum.] 2
Hominum malitiis non eſſe indulgendum, pluribus ad id citatis juribus probat Eſcob. *de ratiociniis, cap.*15. *n.*3. illis enim eſt occurrendum, Flamin. *de confident.* 3
*benefic. q.*32.*n.*61. & nequaquam eſt via aperienda, Cæſar Argel. *de contradict. legitimo, q.*13.*n.*90. Flamin. *d.q.*35.*n.*70.

SUMMA

SVMMARIVM.

1 *Matrimonii ab accuſatione repellitur, qui denuntiationis tempore tacuit, niſi denuntiationem probabiliter ignoravit, vel juret de novo didiciſſe, & quod non objicit illam malitioſè.*

2 *Abſens non præſumitur ſcire ea, quæ fiunt in civitate.*

3 *Abſentia cùm ſit facti, non præſumitur, niſi probetur.*

4 *Vicinus ægrotus gravi morbo non præſumitur ſcire facta vicini, vel quæ publicè fiunt in civitate.*

5 *Notitia eorum, quæ publicè, & ſolemniter fiunt, præſumitur.*

6 *Ignorantiam alleganti incumbit onus probandi.*

7 *Impedimentum an poſſit juramento probari, oſtenditur.*

Cap. Cùm in tua VI. & fin.

1 MAtrimonium jam factum accuſans, ſi in tempore denuntiationum non manifeſtavit, non eſt admittendus, niſi eo tempore fuerit extra diœceſim, vel non potuerit habere notitiam denuntiationis, v. g. ſi ex morbo non erat ſanæ mentis, vel ita puer ut hoc non intelligeret, vel alia cauſa legitima fuerit impeditus, vel etiam ſi juret quod ea poſteà didicit ab aliis qui ſciverunt denuntiationes, & ſiluerunt, hic enim eſſet audiendus ſi etiam juret quod hoc non procedit ex malitia. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Hoſt. Butr. Anchar. Panorm. Præpoſ. Alex. de Nevo, Caniſ. Cujac. Vivian. *in ration. lib. 4. Iuris Pontiſ. pag.* 102. Alagona *in compend. Iuris Canon. pag.* 595. remiſſivè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Anton. Auguſt. *collect. 1. Decret. lib. 4. ſub hoc tit. cap. unic.*

2 *Extra Diœceſim exiſtebat.*] Notatur ad hoc, quod abſens non præſumitur ſcire ea, quæ facta ſunt in civitate, ut per Boër. *deciſ. 39. n. 17.* Duen. *reg. 125. lim. 2.* Tiraq. *de retract. tit. 1. §. 36. gloſſ. 2. n. 57.* Surd. *deciſ. 246. n. 16.* Sayr. *in clavi Regia, lib. 3. cap. 5. n. 5.* Maſcard. *de*
3 *probat. concl. 295. n. 7.* ubi *n. 12.* reſolvit abſentiam cùm ſit facti, non præſumi niſi probetur, nam abſens præſumitur ignorare etiam ea, quæ publicè nota ſunt. Roland. *conſ. 9. num. 44. lib. 3.* Honded. *conſ. 55. num. 49. & 50. lib. 1.* Card. Tuſch. *lit. I, concl. 18. n. 8. & concl. 22. n. 6. & lit. S, concl. 64. n. 8.* Farin. *fragm. crimin. p. 2. lit. I, n. 101.* ubi *n. 102.* cum Card. Tuſch. declarat, dummodo abſentia ſit longa, & remota, & talis, ut id, de quo quæritur, veriſimiliter ad notitiam abſentis pervenire non potuerit, aliàs ſecus. Unde ignorantiam craſſam, & ſupinam non excuſare, per hunc textum tenent Coſta *de facti ſcientia, & ignor. inſp. 81. n. 16.* & alii, quos refert Farin. *d. lit. I, n. 165.*

4 *Si nimiæ infirmitatis fervore,* &c.] Notatur ad hoc, quod conſanguineus, vel vicinus ægrotus gravi morbo non præſumitur ſcire facta vicini, vel conſanguinei, aut ea, quæ fiunt publicè in civitate, ut per Tiraq. *in tract. de judic. in rebus exig. verſ. 14. pag. 56.* Maſcard. *d. concl. 295. n. 10.* Surd. *d. deciſ. 246. n. 16.* Sebaſt. Medic. *de caſu fortuito, p. 1. q.. n. 17. verſ. tertiò infirmus,* Gabr. *commun. tit. de præſumpt. concl. 6. n. 32.* Card. Tuſch. *lit. C, concl. 741. n. 18.* Joan. Bapt. Coſta *de facti ſcientia, & ignor. diſp. 73. à n. 7.* Farin. *d. lit. I, n. 196.*

5 *Quod denuntiationem publicè factam,* &c.] Notatur ad hoc, quod præſumitur notitia eorum, quæ publicè & ſolemniter fiunt, ut per Maſcard. *de probat. concluſ. 1100. n. 6.* quia publica vox, & fama inducit ſcientiam. Joſeph. Ludov. *Peruſ. deciſ. 103. n. 12.*

Alioquin cùm rationabiliter, &c.] Notatur ad hoc, 6
quod ignorantiam alleganti incumbit onus probandi, ut per Sanch. *de Matrim. lib. 9. diſp. 32. n. 4.* Et cùm ſit quid in animo conſiſtens, juramento probatur, Menoch. *de arbitr. caſu 186. à n. 2.* Maſcard. *de probat. concluſ. 638. n. 1. & 2. & concl. 881.* Seraph. *de privil. juram. privil. 4.* Mancin. *de jurejur. effectu 103. n. 1.* Card. Tuſch. *lit. I, concl. 24. n. 1.* Bapt. Coſta *de facti ſcientia, & ignor. inſpect. 84. n. 2.* Farin. *d. lit. I, n. 236. cum ſeqq.*

Niſi propriè firmaverit juramento.] Ergo impedi- 7
mentum poteſt juramento probari, contra text. *in cap. ex literis, ſupr. de in integr. reſtit. & in cap. cupientes, §. quod ſi per viginti,* & *ibi* gloſſ. *verbo fides, de elect. lib. 6.* de quorum jurium conciliatione agunt Menoch. *de præſumpt. lib. 1. præſ. 78. n. 10. & 11.* & Alciat. *eod. tract. reg. 3. præſ. 16. n. 3. verſ. ſed tamen ſalvando,* ubi dicit text. *in præſenti* loqui quando præſumptio illa oriens ex publico proclamate, & ſimilibus eſt debilior ea, quæ oritur ex juramento: vel poteſt dici, text. procedere ubi impedimentum per juramentum non poteſt veroſimiliter probari, text. verò *in d. cap. ex literis, & in d. cap. cupientes,* locum habere ubi impedimentum poteſt veroſimiliter probari per teſtes, vel aliter legitimè, quia tunc non admittitur juramentum partis, ne recedamus à reg. *cap. licèt univerſis, ſuprà de teſtibus.*

In gloſſ. *Iuramentum.* Notatur ad hoc, quod ad- 8
versùs præſumptionem ſcientiæ eorum, quæ publicè fiunt, reſultantem contra eum, qui præſens fuit, admittitur probatio per ejus juramentum, ut per Lap. *alleg. 94. num. 5.* Ozaſc. *deciſ. 71. num. 28.* Menoch. *d. præſ. 78. num. 6.*

De Divortiis.

Tit. XIX.

SUPER hanc rubr. ſcripſerunt Zabarel. Joan. Andr. Anchar. Butr. Panorm. Præpoſ. Alex. de Nevo, Durand. *in breviar. aureo juris Canon. fol. 131. & in ſpeculo juris, ſub hoc tit. lib. 4.* Steph. Ranchin. *in continuat. tit. Decret. fol. 168.* Joan. de Londris *in breviario ſanctorum Canon. fol. 178.* Petr. de Ravenna *in compend. juris Canon.* Marr. Meſnart. *in epitome Decret.* Dan. Venat. *in analyſi method. juris Pontif. à pag. 574.* Goffr. & Hoſt. *in ſum. hujus tit.* Alex. Caſan. & Anaſt. Germ. *in paratitlis ad quinque libros Decret.* Lancel. *in Inſtit. juris Canon.* Cafarel. *in erot. ejuſdem juris,* Caniſ. *in ſum. ejuſdem,* Barth. Carthag. *in expoſit. tit. Decret.* Zypæ. *in analytica poſtremi juris Eccleſ. enarrat.* noviſſimè Joan. Honor. *lib. 4. ſum. in Decret.* omnes *ſub hoc tit.*

De materia hujus tit. vide latiſſimè Sanch. *de matr. lib. 10.* Bonac. *eod. tract. quæſt. 4. punct. 5.* Farin. *in praxi crimin. p. 5. quæſt. 143. §. ſeparatio.*

SUMMARIUM.

1 *Homicidium neceſſarium non privat ſpe conjugii, ſed machinatio in mortem conjugis ſic.*

2 *Mulier inſidiatrix in mortem viri punitur pœna amiſſionis conjugii, etiamſi inſidiæ effectum non ſint conſequutæ.*

3 *Factum narratur cujuſdam mulieris inſidiantis mortem viro ſuo.*

Cap.

Cap. Si qua I.

1 Homicidium neceſſarium, v. g. ad defenſionem ſuæ vitæ, non privat ſpe conjugii futuri, ſed machinatio privat, ut ſi mulier eſt machinata, & miſit aliquos ut ſuum maritum interficerent, & maritus invaſus aliquem occidit, maritus non privatur ſpe conjugii, at mulier ſic. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Hoſt. Butr. Anchar. Panorm. Præpoſ. Alex. de Nevo, Caniſ. Cujac. Viv. *in ration. lib.*4. *Iuris Pontif. pag.*112. Alagona *in compend. Iuris Canon. pag.*598. remiſſivè Ximen. *in concord. p.*1. *&* 2. refertur ab Ant. Aug. *collect.*1. *Decret. lib.*4. *tit.*20. *c.*1. deſumitur ex Concil. apud Vvormatiam, relat. per Burchard. *lib.*6. *Decret. c.*41. & per Ivon. *p.*10. *c.*169.

2 Collige ex text. mulierem inſidiatricem in mortem viri puniri pœna amiſſionis conjugii, quamvis inſidiæ effectum non ſint conſequutæ, ut per Boër. *deciſ.*262. *num.*3. *cum ſeqq.* Menoch. *de arbitr. caſu* 360. *num.*82. intellige dummodo ad aliquem actum exteriorem perductæ fuerint, ex Farin. *in praxi crimin. p.*5. *quæſt.*143. *num.*155.

3 Referunt Doctores de hac materia agentes exemplum cujuſdam mulieris inſidiantis mortem viro ſuo; hæc enim cùm diu illam tacuiſſet, & minimè reperiri poſſet, una nocte plorans ſtabat in ſtabulo, ubi ejus maritus mortuus abſconditus fuerat, & fœtebat, & ad ploratum mulieris vicini accurrerunt, quod fuit cauſa, ut reperto cadavere, & muliere torta, ac confeſſa quod ſuum maritum occidi fecerat à quodam ſuo amaſio, ſtatim ſuſpenſa fuit, prout tanti criminis gravitas poſtulabat, narrant Boër. *d. deciſ.*262 *n.*6. *ad fin.* Dec. *in tract. crimin. lib.*9. *cap.*13. *n.*16. *& cap.*14. *n.*9. Farin. *d. p.*5. *quæſt.*120. *num. ult.*

In gloſſ. *Inſidiatrix.* Hanc gloſſ. communiter DD. ſequuntur, teſte Farin. *d. p.*5. *quæſt.*143. *n.*155.

SUMMARIUM.

1 *Conjuges propter aliud crimen à ſpirituali fornicatione, vel etiam carnali non ſeparantur, & ſic ſeparati nubere non poſſunt, quia tenet Matrimonium.*

2 *Divertere conjugibus ob nullum crimen aliud à fornicatione carnali vel ſpirituali licet, ſi ille conjux illo implicitus non pertrahat alterum ad peccandum.*

3 *Divortium quoad thorum licitum eſt propter adulterium ſpirituale.*

4 *Conjugi divertere integrum eſt quando ab altero conjuge ad peccandum inducitur.*

5 *Matrimonii vinculum propter hæreſim non diſſolvitur.*

6 *Vxori datur actio ad ſeparationem thori propter ipſius viri adulterium.*

Cap. Quæſivit à nobis II.

Alex. III.

1 Conjuges propter aliud crimen à ſpirituali fornicatione, vel etiam carnali non ſeparantur, & propter eam ſeparati nubere non poſſunt, quia tenet Matrimonium. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Hoſt. Butr. Anchar. Panorm. Præpoſ. Alex. de Nevo, Caniſ. Cujac. Vivian. *in ration. lib.*4. *Iuris Pontif. pag.* 112. Alagona *in compend. Iuris Canon. pag.*598. remiſſivè Ximen. *in concord. p.*1. *&* 2. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.*1. *Decret. lib.*4. *tit.*20. *cap.*2. & eſt poſt Concil. Lateran. ſub Alex. III. *p.*5. *cap.*2. *§. quod autem.*

2 *Pro furto, vel alio crimine,* &c.] Notatur ad hoc, quod propter nullum crimen aliud à fornicatione carnali, vel ſpirituali licet conjugibus divertere, ſi conjux illo implicitus non pertrahat alterum ad peccandum: ita D. Thom. *in* 4. *diſt.*39. *quæſt. unic. art.*6. *in corpore,* D. Barboſ. *p.*2. *rubr. ff. ſolut. Matrim. à n.*17. Sanch. *de Matr. lib.*10. *diſp.*17. *n.*3. Farin. *in praxi crimin. p.*5. *quæſt.*143. *num.*98. *&* 241. Quicquid hodie aſſerant propter alia crimina adulterio paria, veluti veneficium, parricidium, & ſimilia, de quibus *in l. conſenſu, C. de repud.* Matrimonium poſſe diſſolvi quoad thorum, & mutuam cohabitationem, Rip. *in rubr. de judic. num.*18. *cum ſeqq.* Lara *in l. ſi quis à liberis, §. ſi quis ex his, à num.*78. *ff. de liberis agnoſc.*

3 *Niſi fidei ſuæ religionem corrumpere velit.*] Notatur ad hoc, quod propter adulterium ſpirituale, quale eſt hæreſis, vel apoſtaſia à fide, in quam alter conjux labitur, licitum eſt divortium quoad thorum, ut per Surd. *de aliment. tit.*7. *quæſt.*21. Covar. *de ſponſal. p.*2. *cap.*7. *§.*5. *num.*4. Bellet. *diſquiſit. cleric. p.*1. *tit. de favore cleric. reali, §.*4. *n.*106. Henriq. *in ſum. lib.*11. *cap.*17. *n.*7. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.*31. *num.* 314. Farin. *d. quæſt.*143. *n.*18. Sanch. *d. lib.*10. *diſp.*15. *n.*3. *cum ſeqq.* qui etiam reſolvunt ratione hæreſis licitum eſſe divortium quoad mutua obſequia, cohabitationem, ac debitum conjugale.

4 *Verùm ſi conjugem ſuam,* &c.] Notatur ad hoc, quod integrum eſt conjugi divertere quando ab altero conjuge ad peccandum inducitur, timeretque ſibi animæ ruinam, ut per Gaët. *in repet. cap. ad limina* 50. *quæſt.*1. *§.*4. *n.*235. Angl. *in flor. Theolog. p.*1. *de matr. quæſt.*12. *de cultus diſparitate, art.*2. *poſt dub.*7. *diffic.*3. Card. Bellarm. *lib.*1. *de Matrim. cap.*14. *verſ. ſecundò ſine conſenſu,* Henriq. *d. cap.*27. *n.*7. D. Barboſ. *in rubr. ff. ſolut. Matrim. p.*2. *n.*30. Sanch. *d. diſp.*17. *n.*5. Valer. Reginald. *d. lib.*31. *n.*318. *verſ. poſterioris,* Bonac. *de Matrim. q.*4. *punct.*5. *num.*25. *verſ. quarta.* Unde Sanch. *d. diſp.*17. *n.*6. infert juſtam præbere cauſam divertendi uxori ipſi, ſi vir ſit ejus leno: & *num.*7. ſi admittat domi viros procaces, & parum pudicos, & *num.*8. ſi conjux habitare renuit, ſi alter latrocinium exercens divitias congreget, vel niſi ſub conditione peccati patrandi.

5 *Semper tamen conjuges erunt.*] Notatur ad hoc, quod quamvis propter hæreſim fiat thori ſeparatio, non tamen Matrimonii vinculum diſſolvitur, quia non niſi per mortem conjugis alter conjux alii nubere poteſt, ut per Surd. *deciſ.*249. *n.*22. D. Barboſ. *d. p.*2. *rubr. n.*19. Sanch. *d. diſp.*15. *n.*7. Farin. *d. quæſt.*143. *n.*108. De Matrimonii indiſſolubilitate vide Petr. de Ledeſm. *de Matr. q.*67. *art.*1. *cum ſeqq.* Sanch. *lib.*2. *diſp.*13. *&* 14. Gutier. *de matr. cap.*54. Bonac. *eod. tract. q.*2. *punct.*11.

6 *In viris quoque,* &c.] Ex his verbis colligit Farin. *d. quæſt.*143. *n.*22. uxori dari actionem ad ſeparationem thori propter ipſius viri adulterium.

SVMMARIVM.

1 *Vir non poteſt dimittere uxorem ſine judicio Eccleſiæ, etiam propter impedimentum parentelæ notorium, quæ tamen ſi fuerit publica & notoria, & non opponat, Epiſcopus ex officio adhibita gravitate Matrimonia illicitè contracta diſſolvere poteſt.*

2 *Sententia judicis deſideratur, ut licita ſit thori ſeparatio.*

3 *Adulterium ubi eſſet ita notorium, ut nulla prorſus tergiverſa*

gi uerſatione celari poſſet, tunc abſque indiciis ſententia licitè fiet thori ſeparatio.

4 *Conciliatur text. in præſenti, cum cap.* ſignificaſti, hoc tit.

6 *Iudex ex officio parte inuita procedere poteſt ad retractandam ſententiam in conjugali cauſa latam, vbi de errore certior factus fuerit.*

Cap. Porrò III.

1 Vir ſine judicio Eccleſiæ non poteſt dimittere vxorem propter parentelam etiam publicam, & notoriam: quod ſi fecerit, compelli debet redire ſub pœna excommunicationis. Quando verò parentela eſt publica, & manifeſta, vt in primo, vel ſecundo gradu, & nullus accuſat, Epiſcopus ex officio adhibita grauitate Matrimonia illicitè contracta diſſoluere poteſt. Colligunt ex Ordin. Abb.antiq. Innoc. Collect. Zabar.Ioan.Andr.Hoſt.Butr.Anchar.Panorm. Præpoſ. Alex. de Neuo, Camſ.Cujac. Viu. *in ration. lib. 4. juris Pontif. pag.* 115. Alagona *in compend. juris Canon.pag.* 599. remiſſiuè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 1. *Decret. lib.* 4. *tit.* 20. *c.* 3. & eſt poſt Concil.Lateran.ſub Alex.III.*p.* 50.*c.* 29.*§.porrò.*

2 Collige ex text. ſententiam judicis deſiderari, vt licita ſit thori ſeparatio, vt per Gaëtam *in repet. c. ad limina* 30.*q.*1.*§.*4.*n.*422. Caſtro *lib.*2.*de lege pœnali, c.*8. *verſ.vt igitur,* Card. Bellarm. *in ſuis controuerſ. lib.*1.*de Matrim.c.*14.*verſ.ſecundum eſt,* Graffiis *in deciſ. aureis, p.*2.*lib.*1.*c.*12.*num.* 66. *in fin.&* *n.*73.*caſu* 2. Perez *l.* 7. *gloſſ.*1.*col.*2.*tit.*15. *lib.*8. *Ordin.* Morl. *in emporio juris, p.*1.*tit.*1.*q.*9.*n.*51. Surd. *de aliment. tit.*7.*q.*17. *num.*19. *cum ſeqq.* Bernard. Græuæ. *ad pract. Cam.Imper. lib.*2. *concl.*27.*num.*24. Farin. *in praxi crim. p.*5. *q.*143. *n.*49. *cum ſeqq.*

3 Limitant tamen aliqui ſupradictam concluſionem non procedere vbi taliter notorium eſſet adulterium, vt nulla prorſus tergiuerſatione celari poſſet, nulluſque inficiationi eſſet locus, de qua limitatione Couar. *de ſponſ.p.*2.*c.*7.*§.*5.*n.*12, Petr. de Ledeſma *de Matrim. q.*62.*art.*3. *in fine,* Vega *in ſumma, tom.*1.*c.*13. *caſu* 1. Fr. Emman.etiam *in ſum. tom.*1.*c.*240. *num.*4. Henriq. *lib.*11.*c.*17.*n.*2.*juncto comment lit.I,* Sanch.*de Matrim. lib.*10.*diſp.*12.*n.*13. D.Barboſa *in rubr.ff.ſolut. Matrim.*
4 *n.*26. Farin. *d.q.*143. *n.*52. qui duo vltimo loco citati ex hoc infcrunt conciliationem ad text. *in præſenti,* cum *cap.ſignificaſti, infrà hoc tit.* vt ſcilicet text. *in præſenti* loquatur in notoria conſanguinitate, quæ tamen celari aliquo modo poterat, at verò text.*in d.cap.ſignificaſti,* agit de notorio adulterio, quod nulla tergiuerſatione celari poteſt, tunc enim notorium impedit reſtitutionem, quando tale eſt vt nullo modo tegi valeat: quæ quidem conciliatio facilis eſt, ac veritate nititur, licèt DD.diuerſimodè in his juribus cõciliandis locuti fuerint. Nam Butr. *hic,n.*9. Zabar.*n.*3. Abb. *n.*9. Alex. de Neuo *n.*11. Couar. *d.n.*12. dicunt in præſenti non eſſe ſtatutum, quod concedatur reſtitutio vxori expulſæ ob notoriam conſanguinitatem, ſed tantùm prohiberi, ne vir tunc propria auctoritate à ſe vxorem expellat, etiamſi notoria ſit conſanguinitas, at verò *in d. cap.ſignificaſti,* non decidi poſſe vxorem notoriè adulterantem expelli propria auctoritate viri, ſed vxorem ſic expulſam, quamvis temerè, minimè eſſe reſtituendam. Nauar.verò *conſ.*6.*n.*2.*ſub tit. de conuerſ. coniugat. in antiq. & conſ.*11.*n.*2. *in nouis,* aſſerit text. *in præſenti* loqui in conſanguinitate notoria, cuius exceptio minimè reſtitutionem impedit, at *c.ſignificaſti,* in adulterio notorio, quod reſtitutioni faciendæ obſtat. Deinde Brunel.*de ſponſ. concl.*30. *n.*12. *caſu* 4. & Gaëta *d.§.*4. *n.*216. Graffiis *d.n.*66. & alii dicunt noſtrum text. quatenus concedit reſtitutionem in adulterio notorio, intelligendum de commiſſo ante ſpolium: at *d. c. ſignificaſti*, illam denegans, de commiſſo poſtea. Denique Franciſc.Molin.*de ritu nupt.lib.*1.*comp.*22.*n.*43. dicit ſe nouè & præter alios exiſtimare, ideo in hoc text. ob notoriam etiam conſanguinitatem non potuiſſe maritum vxorem expellere propria auctoritate, quia nulla vxoris culpa à marito poterat imputari: at in caſu *d. cap.ſignificaſti*, non fuit vxor reſtituta, quòd ea adulterium commiſiſſet, & culpa ſua cuilibet eſt nociua, quinimò vxor illic nedum ſemel adulterium commiſit, ſed & adhuc poſt dimiſſam à marito eo prætextu iterum cum alio coïens ſobolem ab eo ſuſcepit, atque ideo ne ex propria culpa & delicto commodum conſequatur, iniquum ibi viſum fuit Romano Pontif. fore reſtituendam. Verùm his, & aliis rejectis intellectibus, quos adducunt Menoch.*remed.*1.*recup.n.*123.*cum ſeqq.* & Sanch.*d.diſp.*12.*n.*38. prioti, quem *ſupr.* ex Farin. & Barboſa adduxi, propter ejus facilitatem, & tantorum virorum auctoritatem, inhærendum mihi videtur, quem olim inter diſputandum in Conimbricenſi Academia libenter amplexus fui.

Illicitè.] Ideſt, inualidè, vt intelligit Sanc. *de Matr. lib.*1.*diſp.*2.*n.*8. 5

Tui officij intereſt Matrimonia, &c.] Notatur ad hoc, quod poteſt iudex ex officio parte inuita procedere ad retractandam ſententiam in conjugali cauſa latam, vbi de errore certior factus fuerit, vt per Sanch. *d.tract.de Matrim.lib.*7. *diſp.*100. *n.*3. Et poteſt etiam ex officio inquirere ſuper conſanguinitate conjugis, ne inter eos injuſtæ contrahantur nuptiæ, vt per Socin. *reg.* 197. *fallent.*16. Farin.*fragm. crimin.p.*2.*lit.I, n.*354. 6

SVMMARIVM.

1 *Vxor petens reſtitutionem mariti repellitur ſi notoriè fornicata eſt, & maritus continuit.*

2 *Vir propter adulterium vxoris non poteſt propria auctoritate illam expellere.*

3 *Adulterium notorium dicitur quando eſt facti permanentis.*

4 *Spoliari dicitur mulier de domo viri, & ſponte recedens, ſi volens redire non admittatur.*

5 *Adulterium commiſſum ab vxore propter ſæuitiam mariti ab eius domo aufugiente, poteſt accuſari per maritum.*

6 *Mulier ab adulterio non excuſatur ſi dicat illud propter famem commiſiſſe.*

7 *Separatio thori propter adulterium vxoris impeditur ſi vxor incipiat de eodem adulterio viri, vel è contra, quod declaratur ibi multipliciter.*

8 *Adulterij notorij exceptio, ſeu replicatio impedit reſtitutionem viri, aut vxoris eam petentis.*

9 *Separatio thori propter adulterium etiam fit, ſi vir dederit occaſionem, vt mulier fornicetur.*

10 *Reſtitutio concedenda eſt vxori temerè recedenti, ſi poſtea rediens non admittatur.*

11 *Maritus non alit vxorem ſine cauſa degentem extra eius domum.*

12 *Maritus alit vxorem, quæ etſi deceſſerit ſua culpa, tamen eſt parata redire.*

13 *Spoliatus ante omnia eſt reſtituendus, quando agit iudicio poſſeſſorio allegans ſpolium, & petens ſe reſtitui.*

Cap. Significaſti IV.

1 VXorem dimittens propter adulterium ſine ſententia judicis, ideo excommunicatur, vxor verò dimiſſa adhuc adulter cum aliis, & tamen petit reſtitui dicens ſe injuſtè dimiſſam, & habuiſſe materiam adulterandi à marito, ſi adulterium mulieris eſt notorium, non eſt cogendus ad illam recipiendam, niſi conſtiterit ipſum virum cum alia adulteraſſe. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Hoſt. Butr. Anchar. Panorm. Præpoſ. Alex. de Neuo, Caniſ. Cujac. Viu. *in ration. lib. 4. juris Pontif. pag.* 115. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 599. remiſſiuè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 1. *Decret. lib.* 4. *tit.* 20. *c.* 4. & eſt poſt Concil. Lateran. ſub Alex. III. *p.* 16. *c.* 14.

2 *Sine iudicio Eccleſiæ dimiſſa.*] Notatur ad hoc, quod vir propter adulterium vxoris non poteſt propria auctoritate illam expellere, vt per Couar. *de ſponſ. p.* 2. *c.* 7. §. 4. *n.* 8. *eſt tamen neceſſarium judicium Eccleſiæ*, Paul. Comitol. *reſponſ. moral. lib.* 1. *q.* 142. Farin. *in praxi crim. p.* 5. *q.* 143. *n.* 229. vbi *n.* 232. ampliat, vt nec etiam vir poſſit vxorem de domo ſua expellere propter prætenſum adulterium, etiam quod de illo fuerit certificatus ab aliquo viro fide digno extrajudicialiter, non enim debet ſic ſtatim fieri credulus, vt vxorem ex ſua domo repellat.

3 *Verùm mulier non continuit*, &c.] Notatur ad hoc, quod notorium iſto caſu dicitur adulterium quando eſt facti permanentis, veluti quando mulier poſtquam receſſit à viro ſobolem procreauit: ita Farin. *d. q.* 143. *num.* 7.

4 *Aſſerens ſe ab ipſo iniuſtè dimiſſam.*] Ergo ſi mulier de domo viri ſponte recedat, & tamen volens redire non admittatur, dicitur ſpoliari, vt per Maſcard. *de probat. concl.* 1329. *n.* 9.

5 Notatur ad hoc, quod ſi mulier propter ſæuitiam mariti ab ejus domo aufugiat, & ita ejecta adulterium committat, poterit maritus eam de adulterio accuſare, quia illud commiſſum fuiſſe culpâ mariti dici non poteſt, cùm illius culpa ad illud perpetrandum minimè fuerit ordinata, ita D. Barboſa *in l.* 2. *in princ. p.* 1. *n.* 97. *in princ. ff. ſolut. Matrim.* vbi etiam cum Menoch.
6 *conſ.* 31. *num.* 30. reſoluit, quod nec mulier excuſatur ab adulterio, ſi propter famem dicat illud commiſiſſe.

7 *Niſi conſtaret ipſum cum alia*, &c.] Notatur ad hoc, quod ſeparatio thori propter adulterium vxoris impeditur, ſi vxor excipiat de eodem adulterio viri, vel è contra, fit enim iſto caſu mutua debitorum compenſatio, vt docent Cor. *in memorab. verbo vxor ſuſpecta de adulterio*, Sanch. *de Matrim. lib.* 10. *diſp.* 5. *n.* 2. *& diſp.* 8. *n.* 29. *cum ſeqq.* latè Farin. *d. q.* 143. *n.* 69. *cum ſeqq.* vbi *n.* 71. reſoluit quod vt fiat compenſatio vnius adulterii cum alio, non attenditur an quis vnum vel plura commiſerit adulteria, & *n.* 73. quod compenſatio adulterii vnius conjugis cum altero adultero datur ſive adulteria ſint commiſſa eodem tempore, ſiue diuerſo: & *n.* 79. quod compenſatio fit de ſodomia perfecta, & conſummata ad adulterium, & de adulterio ad ſodomiam, & *num.* 77. *cum ſeqq.* quod fit compenſatio ſi ciuiliter agatur, & adulterium commiſſum ſit poſt ſpolium.

8 *Ad eam recipiendam*, &c.] Notatur ad hoc, quod exceptio, ſeu replicatio notorii adulterii impedit reſtitutionem viri, aut vxoris eam petentis; ſi enim vxor à viro ſine cauſa expulſa petat virum ſibi reſtitui, & vir de notorio vxoris adulterio excipiat, impedit petitam reſtitutionem: & è contra ſi vxor, quæ ſine cauſa à ſuo marito aufugit, viro petenti ſibi eam reſtitui, excipiat de notorio viri adulterio, pariter impedit petitam reſtitutionem: ita Farin. *d. quæſt.* 143. *num.* 53.

In gloſſ. *Materiam*, in princ. ibi, *ſed contrarium eſt verum*, &c. Notatur ad hoc, quod ſeparatio thori propter adulterium etiam fit ſi vir dederit occaſionem, vt mulier fornicetur, veluti expellendo eam de domo, denegando alimenta, & quid ſimile, vt per Farin. *d. q.* 143. *num.* 32. 9

In ead. gloſ. ibi *ſed pone quod mulier receſſit*, &c.] Notatur ad hoc, quod vxori temerè recedenti concedenda eſt reſtitutio, ſi poſtea rediens non admittatur, vt per Sanch. *d. lib.* 10. *diſp.* 12. *n.* 16. 10

In ead. gloſſ. ibi, *ſed nunquid poterit à viro petere expenſas*, &c.] Notatur ad hoc, quod maritus non alit vxorem ſine cauſa degentem extra ejus domum, vel abſque viri culpa propria temeritate ab ejus conſortio recedit, vt docent Couar. *de ſponſal. p.* 2. *c.* 7. §. 5. *num.* 3. Tiraq. *de retract. tit.* 1. §. 10. *gloſſ.* 1. *num.* 14. *&* 16. Lara *in l. ſi quis à liberis*, §. *ſi quis ex iis*, *n.* 34. *&* 35. *ff. de liber. agnoſc.* Brunor. à Sole *in locis commun. verbo maritus, verſ. maritus cogitur*, Petr. Gregor. *ſyntagm. juris lib.* 9. *c.* 19. *n.* 4. D. Barboſa *in rubr. ff. ſoluto Matrim. p.* 2. *n.* 43. Matienſ. *l.* 2. *gloſſ.* 1. *n.* 52. *tit.* 9. *lib.* 5. *noua recop.* Surd. *de aliment. tit.* 6. *quæſt.* 10. *n.* 5. *& tit.* 7. *quæſt.* 7. *& quæſt.* 16. *num.* 1. Sanch. *de Matrim. lib.* 9. *diſp.* 4. *num.* 20. *cum ſeqq.* 11
Maritus tamen alit vxorem, quæ etſi deceſſerit ſua culpa, tamen eſt parata redire, ex Surd. *tit.* 1. *quæſt.* 32. *num.* 26. 12

In gloſſ. *Si notorium.*] Notatur ad hoc, quod ſpoliatus ante omnia eſt reſtituendus, quando agit judicio poſſeſſorio, allegans ſcilicet ſpolium, & petens ſe reſtitui; ſi enim agat petitorio, non ſtatim reſtituendus eſt, ſed audietur exceptio, vt per Sanchez *d. diſput.* 12. *num.* 18. 13

SUMMARIUM.

1 *Matrimonium ſeparatur propter adulterium mulieris, & ſi vir poſteà fornicetur, redintegratur.*

2 *Adulterium probatur per confeſſionem vnius ex conjugibus quoad effectum ſeparationis thori.*

3 *Adulterij pœnas effugere poteſt vxor propter viri ſæuitiam, aut propter famis neceſſitatem.*

4 *Matrimonium reintegratur ſi facta ſeparatione thori propter vxoris fornicationem maritus cum alia fornicetur.*

5 *Confeſſio calore iracundiæ emanata confitenti non nocet.*

6 *Adulterium ſi vxor, aut vir committat, alter qui eſt innocens, non ſolùm poteſt à nocenti ſeparari, ſed etiam eo viuente ingredi religionem, aut Ordines ſuſcipere.*

Cap. Ex literis V.

VXor ſi fornicatur, fit diuortium, ſi deinde Maritus adulteratur, compellitur redire ad vxorem, vt cohabitent. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Hoſt. Butr. Anchar. Panorm. Præpoſ. Alex. de Neuo, Caniſ. Cujac. Viuian. *in ration. lib.* 4. *juris Pontif. pag.* 115. Alagona *in compend. juris Canon. pag.* 600. remiſſiuè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 2. *Decret. lib.* 4. *ſub tit. de clandeſt. deſponſ. lib.* 4. *c.* 3. 1

Cœpit publicè confiteri, &c.] Notatur ad hoc, quod ad effectum ſeparationis thori probatur adulterium per confeſſionem vnius ex conjugibus, vt per Farin. *in praxi, d. quæſt.* 143. *n.* 17. faciunt quæ Brunel. *tract.* 2

de

*de ſponſal.concl.*26.*n.*2.Franc.Marc.*deciſ.*754. Menoch. *de arbitr. caſu* 103.*num.*7.*& de præſumpt. lib.*3. *præſ.*1. *n.*11.Maſcard. *de probat.concl.* 1031. *n.*33. non obſtat certiſſima juris regula, quæ habet confeſſionem delicti per ſe ſolam non ſufficere ad aliquem condemnandum,cùm non ſit dominus membrorum ſuorum, *l.liber homo, ff. ad leg. Aquil.* Clar. *§ fin.q.*57.*num.*10. ubi Baiard. *n.*13. *cum ſeq.* Dec. *in tract. crimin. lib.*5.*c.*20. *n.*37.Maſcard. *concl.*354.*à princ.* Farin. *in d.praxi crimin.q.*2.*n.*7.quia quoties delictum confeſſum nullam habet permanentiam,quia ſit facti tranſeuntis, veluti adulterium, furtum,& his ſimilia, ex vera & ab omnibus approbata opinione, ſi cum confeſſione concurrat partis querela, poteſt quis ex eo condemnari: ita in ſpecie in crimine adulterii reſolvit Clar.*d.q.*55. *n.*11.qui ex Boër.& aliis ita obſervari affirmat.Unde cùm in præſenti priùs maritus de adulterio uxorem conveniſſet,atque poſteà eadem illud fuerit confeſſa, nihil mirum ſi potuit judex ex illius confeſſione thori ſeparationem inducere.

3 *Utrique privatim continentiam*,&c.] Notatur ad hoc, quod uxor ab adulterii pœna excuſatur propter viri ſævitiam,aut propter famis neceſſitatem, aut propter paupertatem, ut per Menoch. *conſ.*31. *num.*30. *&* 32. Baiard. *ad Clar.§ adulterium*, *n.*35.*cum ſeqq.* Farin. *in praxi crimin. q.*141. *n.*60.

4 *Præfatum virum ad legitimam uxorem redire compellas.*] Notatur ad hoc, quod ſi facta ſeparatione thori maritus cum alia muliere fornicetur, reintegratur Matrimonium, muliérque virum ſibi reſtitui petere poteſt, ut docent Covar. *de ſponſ.p.*2.*c.*7.*§.*6.*n.*7.*verſ. imò lata ſententia*, Surd. *d.q.*16.*n.*52.*& tit.*7.*q.*4.*n.*10. Baccaron. *de differ. inter judicia civilia, & crimin. differ.*131.*n.*9. D.Barboſ.*in l.viro, ac uxore* 40.*n.*3.*ff.ſolut. Matrim.*Farin.*d.q.*143.*num.*35. Sanch.*de Matrim. lib.*10.*diſp.*9.*n.*27.*cum ſeqq.*ubi ad hoc quatuor recenſet Doctorum ſententias, quarum ultima (cui ipſe tanquam probabiliori adhæret) tenet, ut iſto caſu conjugi nulla competat actio adverſus conjugem, quia fornicatus fuit poſt ſententiam divortii ad ſui favorem latam; ſed benè judex ex officio ad evitandum fornicationis periculum poſſit & debeat conjuges reconciliare, & inſimul ad cohabitandum cogere.

5 In gloſſ.*Admonita*,ibi,*ſed ſi fiat ex deliberatione*,&c. Notatur ad hoc, quod confeſſio calore iracundiæ emanata confitenti non nocet, ut per Duen. *reg.*292. *ampl.*3.*& reg.*119. *limit.*3. Padil. *in l.error*, *n.*15.*C.de juris & facti ignor.*Perez *l.*3.*gloſſ.*2.*pag.*211.*lib.*8.*tit.*8. Ordin. Joan.de Selua *in tract.de jurejur.p.*3.*n.*30.Tiraq. *de pœnis temper. cauſa* 1. *n.*25. Maſcard. *de probat. concluſ.*345. *n.*36. *& concl.*346. *n.*20. *& concl.*350. *n.*20. Cald.Pereira *in l.ſi curatorem,verbo vel adverſarii dolo*, *n.*42.*col.*3. Farin. *in praxi crimin.p.*3.*q.*91.*n.*24. Franc. Molin. *de ritu nupt.lib.*1.*comp.*30.*n.*6.

6 In gloſſ.*Redire*, fin.ibi, *& uterque altero invito monaſterium intrare poteſt.* Notatur ad hoc, quod ſi vir aut uxor commiſiſſent adulterium,alter qui eſt innocens,non ſolùm poſſet ab adultera ſeparari,ſed etiam ea vivente ingredi religionem,& ſacros Ordines ſuſcipere, quia licèt maneat vinculum conjugale,tamen neuter tenetur alteri,& quilibet ceſſit juri ſuo,ut per Stephan.Gratian.*diſcept.forenſ.c.*102.*num.*24.Sanch.*de Matrim.lib.*10.*diſp.*11.

SUMMARIUM.

1 *Uxor ſi à viro in hæreſim lapſo propria auctoritate divertit, ad eum reverſum redire compellitur, ſecus ſi per judicem Eccleſiaſticum ab eo fuiſſet ſeparata.*

2 *Hæreticum maritum expellere poteſt uxor propria auctoritate,non expectato Eccleſiæ judicio.*

3 *Uxor quæ propter viri hæreſim ab eo diſceſſit propria auctoritate, tenetur redire ſi vir ad fidem convertatur.*

4 *Catholicus quomodo poſſit à conjuge hæretico propria auctoritate ſeparari, oſtenditur.*

5 *Uxor ſeparata judicio Eccleſiæ à viro propter ejus hæreſim,non tenetur amplius redire ad eum.*

CAP. De illa VI. *Urban. III.*

MAritus ſi labatur in hæreſim, & uxor propria auctoritate divertit, ſi maritus convertitur,uxor debet reverti,& eſt compellenda: ſi fuit ſeparata per ſententiam judicis, non eſt compellenda. Colligunt ex Ordin. Abb.antiq.Innoc.collect.Zabar. Joan.Andr. Hoſt. Butr. Anchar. Panorm.Præpoſ.Alexand.de Nevo,Caniſ.Cened.*collect.*169.Cujac.Viv.*in ration.lib.*4. *juris Pontif.pag.*116. Alagona *in compend. juris Canon. pag.*600. remiſſivè Ximen.*in concord.p.*1. *&* 2. refertur ab Ant.Aug.*collect.*1.*Decret.lib.*1.*tit.*20.*c.*5. & eſt poſt Concil. Lateran. ſub Alex. III. *p.*50.*c.*63. *§. ex illa verò.* 1

Sine judicio Eccleſiæ declinavit, &c.] Notatur ad hoc, quod uxor poteſt propria auctoritate maritum hæreticum expellere,non expectato Eccleſiæ judicio, ut per Surd. *de aliment.tit.*7.*q.*21.*n.*5. ubi etiam dicit quod hic eſt caſus in quo uxori agenti poſſeſſorio recuperandæ ad conjugem, qui divertit propria auctoritate, obſtat exceptio ſpiritualis fornicationis, quia non poteſt fide ſalua eſſe tuta cum illo: àddit etiam quod hæc eſt una ex differentiis inter carnalem, & ſpiritualem fornicationem,quia pro carnali uxor non expellitur propria auctoritate,niſi delictum ſit notorium,ſed id licet pro ſpirituali, propter periculum infectionis. 2

Et cùm reverſus fuerit,&c.] Notatur ad hoc, quod uxor,quæ propter viri hæreſim ab eo diſceſſit propria auctoritate,& ſine judicio Eccleſiæ,tenetur redire, ſi idem vir ad fidem revertatur,ut per D.Barboſ.*in rubr. ff.ſolut. Matrim.p.*2.*n.*20.*in fine,verſ.non obſtat ſecundò*, Gutier.*canon.lib.*1.*c.*1.*n.*20.Cened.*ad Decret.collect.*13. *n.*1.Ludov.Beja *reſponſ.caſuum conſcientiæ p.*4.*caſu* 30. Farin.*in praxi crim.p.*5.*q.*153.*n.*120.*cum ſeqq.* Sanch. *de Matrim. lib.*10. *diſp.*15. *n.*13. ubi aſſerit ita fateri omnes DD. niſi eſſet timor probabilis fictæ, & non veræ converſionis,& ſic non ceſſaret periculum perverſionis Catholici,& *n.*14. ampliat etiam quod Catholicus, quia propria auctoritate ante ſententiam judicis ab hæretico divertit, ingreſſus fuiſſet religionem,eidem reverſo eſt reſtituendus,quia ante ſententiam divortii non eſt licitum conjugi Catholico religionem ingredi. 3

Judicio Eccleſiæ.] Adverte quod ut Catholicus dicatur ab hæretico ſeparatus auctoritate,ac judicio Eccleſiæ,non deſideratur ſpecialis divortii ſententia,ſed tantummodò judicium illud Eccleſiæ,id eſt ſententia judicis Eccleſiaſtici,qua declaretur illum eſſe hæreticum,lata hujuſmodi ſententia,abſque alia ſeparatione integrum erit Catholico omninò divertere,ut docent Caſtro *de juſta hæret.punit. lib.*2.*c.*7. Cov. *de ſponſ.p.*2. *c.*7.*§.*5.*n.*5. Jacob.de Graff. *in deciſ.aur.p.*1.*lib.*1.*c.*84. *n.*16.D.Barboſ.*d.p.*2.*n.*21.*&* 22.Sanch.*d.diſp.*15.*n.*20. 4

Eum nullatenus dicimus compellendum.] Notatur ad hoc, quod uxor ſeparata judicio Eccleſiæ à viro propter ejus hæreſim,non tenetur amplius redire ad eum 5

etiam redeuntem ad fidem, ut per D. Barboſ. *d. p.* 2. *n.* 10. *in fine, verſ. ſecundus eſt.* Farin. *d. q.* 143. *n.* 123. ubi *n.* 125, intelligit dummodo uxor ſit à viro judicio Eccleſiæ ſeparata propter hæreſim, ingreſſa, & profeſſa fuerit religionem, ſecus ſi religionem non fuerit ingreſſa, aut ingreſſa, ſed non profeſſa, tunc enim viro redeunti ad fidem reſtituenda eſt, etiam quod judicio Eccleſiæ fuerit ſeparata: teſtatúrque ſic vidiſſe communiter Doctores diſtinguentes, & concordantes text. *in præſenti, cum cap. ſeq. in fin.*

SUMMARIUM.

1 *Conjugale vinculum non diſſolvitur altero conjugum fidelium in hæreſim lapſo, ſed ſi unus infidelium conjugum convertatur ad fidem, & alter nolit ſibi cohabitare, vel non ſine blaſphemia, aut ſine peccato mortali, ſolvitur conjugium, & converſus contrahere poterit.*

2 *Papa errare non poteſt cum aliquid definit tanquam ſummus totius Eccleſiæ præfectus, & paſtor.*

3 *Matrimonium inter fideles contractum alterutro ad fidem Chriſti converſo, diſſolvitur tribus concurrentibus.*

4 *Matrimonium tenet ſi alter conjugum labatur in hæreſim.*

5 *Matrimonium verum & legitimum eſt apud infideles.*

6 *Fidelis cum infideli habitare quando dicatur cum contumelia Creatoris, oſtenditur.*

7 *Conjux unus ſi poſt alium ad fidem convertatur, primus converſus reſtituitur ſecundo converſo, ſi res eſt integra.*

Cap. Quanto VII. *Innoc. III.*

1 MAtrimonium inter infideles contractum ſolvitur, ſi unus convertatur, & alter non vult cohabitare ſine injuria Creatoris, & converſus poteſt aliam ducere, quia erat verum Matrimonium, ſed non ratum. Si fidelium conjugum alter fiat hæreticus, vel infidelis, relictus non poteſt alteri nubere, quia non ſolvit Matrimonium, erat enim ratum per Sacramentum fidei, quod durat cum vita, & ſic qui remanſit, eſt cogendus redire ad eum, ſi revertatur ab hæreſi, vel infidelitate. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Hoſt. Butt. Anchar. Panorm. Præpoſ. Alex. de Nevo, Caniſ. Cujac. Vivian. *in ration. lib.* 4. *juris Pontif. pag.* 117. Alagona *in compend. juris Canon. pag.* 600. remiſſivè X men. *in concord. p.* 1. & 2. refertur ab Ant. Auguſt. *collect.* 3. *Decret. lib.* 4. *tit.* 14. *cap.* 1.

2 *Licèt quidam Prædeceſſor noſter*, &c.] Gloſſ. *verbo Prædeceſſor, in præſenti*, dicit hujuſmodi prædeceſſorem fuiſſe Cœleſt. III. & ex iis verbis aliqui colligere videntur, Romanum Pontificem errare poſſe cùm aliquid definit tanquam ſummus totius Eccleſiæ præfectus, & paſtor: ſed occurrit Azor. *inſtit. moral. p.* 2. *lib.* 5. *c.* 4. *q.* 3. *verſ. ſecundò objicitur*, reſpondens nihil ex hoc text. probari, nec enim conſequens eſt, ſi aliquid in corpore juris contineatur, ut eo ipſo ſit à Pontifice diffinitum, multa enim in corpore juris habentur, quæ Pontifices non definiunt, ſed dicunt ſuam ſententiam tantummodò referentes, & ideo hic text. cautè dicit, prædictum Prædeceſſorem ſenſiſſe, & non diffiniiſſe.

3 *Si enim alter infidelium*, &c.] Notatur ad hoc, quod Matrimonium inter infideles contractum, alterutro ad fidem Chriſti converſo diſſolvitur, poteſtque Chriſtianus ſtatim contrahere cum alia, tribus concurrentibus cauſis: prima eſt cùm infidelis converſi fidelis reſpuit convictum: ſecunda cùm non vult ſine injuria Creatoris cum fideli commorari: tertia cùm ex convictu infidelis fideli pernicies atque animi exitium permaneret. Ita docent Ægid. *de Sacram. tom.* 2 *diſp.* 26. *dub.* 5. *n.* 58. Bonac. *de Matrim. q.* 3. *punct.* 7. *n.* 4. Paul. Comit. *reſponſ. moral. lib.* 1. *q.* 126. *verſ. quarta, cum ſeqq.* ubi *in verſ. ſextam*, aſſerit probabilius eſſe, tribus his de cauſis non ipſo jure Matrimonium ceſſare infidelium, ſed tunc demùm cùm ſecundum eſt legitimè in Chriſti Eccleſia celebratum, quod etiam tenet Henriq. *in ſum. lib.* 11. *c.* 8. *n.* 4. ubi *in comment. lit. S*, illorum non approbat opinionem, negantium valere Matrimonium ſecundum fidelis, ſi infidelis conjux monitus vellet quidem remanere ſine contumelia Creatoris, ſed non vult converti, de quo etiam Bonac. *d. punct.* 7. *n.* 6. ubi contrarium ſequitur.

Si verò alter fidelium, &c.] Notatur ad hoc, quod ſi 4
alter conjugum labatur in hæreſim, tenet Matrimonium, & in nullo caſu dirimitur conſummatum, ut per Baſil. Pont. *de imped. Matrim. c.* 21. *in fine*, idem repetit ipſemet Baſil. Pont. *in ſuo noviſſimo tract. de Sacram. matrim. c.* 48. *n.* 27. advertens *n.* 28. quod quamvis Matrimonium teneat etiamſi unus ex conjugibus labatur in hæreſim, attamen cohabitatio illicita eſt, unde ſeparatur thorus, & domicilium, niſi conſuetudine, quando periculum abeſt, hujuſmodi prohibitio abrogetur, quo fit ut apud Gallos, Germanóſque ſine ullo peccato Catholici Matrimonia cum hæreticis contrahant, & cum iiſdem cohabitent.

Quod etſi Matrimonium verum inter infideles, &c.] 5
Notatur ad hoc, quod apud infideles eſt verum & legitimum Matrimonium, ut per Sanch. *de Matr. lib.* 2. *diſp.* 9. & *lib.* 7. *diſp.* 73. *n.* 2. Cened. *ad Decret. collect.* 70. *n.* 2. Paul. Comit. *q.* 126. *verſ. tertia*, optimè Sayr. *de Sacram. in genere, lib.* 2. *c.* 5 *art.* 3. *verſ. ſecunda propoſitio*, ubi aſſerit quod ſi Matrimonium inter fideles contrahatur, verum eſſe poteſt, non tamen inter eos Sacramentum eſt, dicitur enim à Summo Pontif. in præſenti hujuſmodi Matrimonium eſſe verum, quia eſt validum, non tamen eſt ratum, id eſt, non eſt omnibus modis indiſſolubile, quia non eſt Sacramentum.

Non tamen eſt ratum, inter fideles autem verum, & ratum, &c.] Ergo Matrimonium fidelium eſt ratum, eo quòd fidelium eſt ob ſuſceptum Sacramentum fidei: ita Magiſt. *in* 4. *diſt.* 39. *cap. fin. in ultimis ferè verbis*, Palud. *eadem diſt. q.* 1. *concl.* 3. Richar. *art.* 1. *q.* 2. Guilhelm. Rubion. *q.* 2. *art.* 3. Joan. Maj. *quæſt. unic.* Thom. de Argentina *q.* 1. *art.* 1. Deza Hiſpalen. *diſt.* 16. *q.* 1. *art.* 4. *in ſolut. ad* 5. *dub. contra primam concluſ.* Durand. *diſt.* 26. *q.* 3. *n.* 14. S. Antonin. *p.* 3. *tit.* 1. *c.* 6. quos refert noviſſimè Baſil. Pont. *de Sacram. Matrim. lib.* 1. *c.* 15. *à princ.* ubi *n.* 5. in hæc verba. Quare quod nonnulli Doctores aſſerunt, Matrimonium effici ratum quà Sacramentum eſt, ſi velint idem eſſe Matrimonium ratum, & eſſe Sacramentum, ſumpta propriè voce Sacramenti, valde falſum eſt. Nam Matrimonium infidelium cùm ad fidem tranſeunt, fit ratum, ut docent Ambroſ. (ſcilicet 1. *ad Corinth.* 7.) & Innoc. (ſcilicet *in præſenti*;) & tamen non eſt, nec poteſt eſſe Sacramentum. At ſi nomine Sacramenti intelligant vinculum Matrimonii, quod ratione hujus arcanæ ſignificationis dici ſolet Sacramentum, ut dictum eſt, rectè interpretari poſſunt, ut idem ſit, ac ſi diceremus fieri ratum ſuſceptione Baptiſmi, cùm in ea ſuſceptione conveniat Matrimonii vinculo ea ratio Sacramenti, ſcilicet ſignificatio conjunctionis Chriſti cum Eccleſia, ut dictum eſt. Cùm autem dicunt eſſe inſolubile,

quia

quia rarum,& ratum,quia indiſſolubile, rectè dicunt: loquuntur autem de inſolubilitate extrinſeca, ut dictum eſt, quæ illi accedit ex ſuſceptione Baptiſmi, quatenus ceſſat jam caſus ille,in quo poterat diſſolui in baptizati favorem.

6 *Contumelia Creatoris.*] Contingit autem quando infidelis compellit fidelem ad peccatum,vel quando infidelis non vult nomen Dei,aut Chriſti audire,niſi cum deſpectu; vel quando nomen Dei blaſphemat, vel impedit quominus debitus honor, aut laudes Deo exhibeantur, vel quando retrahit familiam à Chriſti fide,ita Valent. *tom.4.diſp.*10.*q.*1.*punct.*3.Sanch. *lib.*7. *diſp.*74.*n.*6. Rebell. *de oblig.juſtit.p.*2.*lib.*3.*q.*10.*ſect.*2. *n.*2.quos refert,& ſequitur Bonac. *d.punct.*7.*n.*5.

7 In gloſſ. *Si relinquitur*, ibi, *ſi autem antequam contrahat cum alia*, &c. Notatur ad hoc, quod ſi unus conjux poſt alium ad fidem convertatur,primus converſus reſtituitur ſecundo converſo,ſi res eſt integra, id eſt, ſi alteri priùs non nupſerit, & ſic inter eos reintegratur Matrimonium tanquam novum: ita Farin.*in praxi crimin.p.*5.*q.*143.*n.*119.

SUMMARIUM.

1 *Compendium hujus text. refertur.*
2 *Infideles Matrimonio conjuncti in primo gradu conſanguinitatis,ſi ad fidem convertantur, ſeparandi ſunt.*
3 *Sacramentum conjugii quomodo dicatur apud infideles exiſtere, oſtenditur,* & n.4. & 5.
6 *Habitatio fidelis cum infideli quando poterit eſſe ſine contumelia creatoris, & quo tempore permiſſa, oſtenditur.*
7 *Iudæi,& infideles licitè contrahunt in gradibus per leges Canonicas prohibitis.*
8 *Papa an ſuper infideles habeat poteſtatem ſæcularem gubernativam, remiſſivè.*
9 *Conjugia an ſolvantur per Sacramentum Baptiſmi.*
10 *Polygamia jure divino, Evangelico, naturali, & humano prohibita.*
11 *Papa non poteſt diſpenſare in pluralitate uxorum.*
12 *Contrahens cum pluribus ſimul viventibus quas pœnas incurrat, remiſſivè.*
13 *Inquiſitores contra hæreticam pravitatem poſſunt procedere & punire contrahentem.*
14 *Parentes an ſint plus diligendi,quàm uxor.*
15 *Patres veteres legis antiquæ pluribus uxoribus conjuncti immunes fuerunt à culpa.*
16 *Matrimonii vinculum non diſſolvitur propter conjugis adulterium.*
17 *Repudium quare fuiſſet licitum Hebræis, oſtenditur.*
18 *Matrimonium an ſtatim ut infidelis convertitur ad fidem diſſolvatur, oſtenditur.*
19 *Infidelis ad fidem converſus non poteſt divertere ab infideli ad fidem converſo, objiciens ei fornicationem tempore infidelitatis.*
21 *Matrimonii ſeparatio ſi Eccleſiæ ſententia facta ſit, eo quòd infidelis noluerit converti,converſo poſteà infideli, integrum eſt fideli ad religionem migrare.*
22 *Hæreticus abſolutus in foro pœnitentiæ poteſt accuſari in foro externo.*
23 *Iudæus effectus Chriſtianus in foro conſcientiæ ab omnibus præteritis peccatis & criminibus abſolutus cenſetur.*

Cap. Gaudemus VIII.

1 PAgani qui habent uxores in aliquo gradu prohibito ab Eccleſia, ut in ſecundo, vel tertio,vel ulteriori,ſi convertantur, remanent conjuges,quia per Baptiſmum non ſolvuntur conjugia, ſed crimina dimittuntur. Item habere plures uxores eſt inimicum fidei Chriſtianæ, nec unquam licuit,niſi quibus fuit divina revelatione conceſſum, ut Patriarchis,& aliis viris juſtis:quare infidelis habens plures uxores, licèt primam repudiaverit, ſi convertatur,tenetur accipere primam repudiatam, niſi illa renuat cohabitare cum illo, vel niſi conſentiat, non tamen ſine contumelia Creatoris, vel niſi illum pertrahat ad peccandum. Si autem prima illa cõvertatur,& maritus prius converſus adhuc non duxit aliam, debet illam primam accipere,nec poteſt illi dimiſſæ objicere fornicationem ex eo,quia poſt repudium alteri nupſit,niſi cum aliis fuerit fornicata. Colligunt ex Ordin.Abb.antiq.Innoc. Collect.Zabar.Ioan.Andr.Hoſt.Butr.Anchar.Panorm. Præpoſ.Alex.de Nevo, Caniſ.Cujac.Vivian.*in ration. lib.*4.*juris Pontif. pag.*118. Alagona *in compend. juris Canon. pag.*601. remiſſivè Ximen. *in concord.p.*1.*&* 2. refertur ab Ant. Auguſt. *collect.*3. *Decret.lib.*4. *tit.*14. *cap.*2.

Vxores accipientes in ſecundo, &c.] Non autem in primo lege naturali prohibito,veluti inter aſcendentes primi gradus, id eſt, patrem,& filium,ita docent Petr.de Ledeſma *de Matrim.q.*54.*art.*3.*diffic.*1. *concl.*1. Vivald.*in candelabro*, *p.*1.*de Sacrament.tit. de Matrim. n.*189. Valent. *p.*4.*diſp.*10.*q.*5.*punct.*3.*ubi de cognationis imped.verſ. quartò convenit*, Henriq. *in ſum.lib.*12. *c.*9.*n.*3. Sanch. *de Matrim.lib.*7. *diſp.*51.Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.*31. *num.*118. Nec inter collaterales primi gradus,quales ſunt frater, & ſoror, eſt enim interdictum, ac irritum jure naturæ Matrimonium inter eos contractum, ut tenent Petr. de Ledeſma *d. art.*3. *difficult.*3. *concluſ.* 1. *& difficult.* 4. *concluſ.*1. Valent. *d.q.*5. *punct.*3. *tit.de Matrim.cognat. verſ.ſed tamen contraria ſententia*, Henriq.*d.c.*9. *n.*4. plures quos refert, & ſequitur Sanch. *d.lib.*7.*diſp.*52. *num.*11.ubi *num.*12.infert infideles Matrimonio conjunctos in primo gradu conſanguinitatis lineæ tranſverſæ, ut ſunt fratres, ſeparandos eſſe dum ad fidem convertuntur, & hujuſmodi Matrimonia inter fratrem, & ſororem, uti prohibita lege naturali Eccleſiæ, vel Papæ diſpenſatione permitti non poſſe, reſoluit Azor. *inſtit. moral.p.*2. *lib.*5. *c.*3. *quæſt.*2.*verſic. communis.* 2

Cùm Sacramentum conjugii apud fideles, & infideles exiſtat.] Laborant maximè DD.in declarandis hujuſmodi verbis, cùm prima facie videantur difficillimæ reſolutionis.Difficultatem facit,quia Sacramenta non reperiuntur niſi in Eccleſia, *cap. quia ex ſola*,24.*q.*1. *cap.extra Catholicam* 1.*q.*1. itaut extra illam nullum reperiatur,*cap.plerumque*, *§.hinc eſt* 2.*q.*7. cum ſimilibus: cùm ergo Judæi, & infideles ſint extra Eccleſiam, juxta Apoſtoli auctoritatem,quam refert text. *in præſenti,Quid enim mihi de iis,qui foris ſunt, judicare*,1.*ad Corinth.c.*5.& latè comprobat Card.Bellarm.*in tertia controverſia generali, lib.*3. *c.*3. Ratio eſt, quia cùm careant Baptiſmate,quod eſt janua omnium Sacramentorum, *cap.veniens, de Preſbyt.non baptiz.* conſequens eſt, ut omnes qui Baptiſmi gratiam non ſunt aſſequuti,in Eccleſia eſſe dici non poſſint, *cap. firmiſſimè, de conſecr.diſt.*4.*cap.majores,de Baptiſmo.* 3

Quare DD. diverſas exquiſierunt ſolutiones, in primis Covar. *de ſponſal.p.*2.*c.*1.*§.unico,n.*4. tenet Sacramentum conjugii apud infideles exiſtere habitu, non verò actu;alii verò,ut ſunt Veracr.Petr.de Ledeſma,& alii, quos refert, & ſequitur Sanch.*de matrim. lib.*2.*diſp.*8.*n.*1.dicunt appellari *in præſenti*, Sacramentum Matrimonium infidelium largè,& impropriè, in quantum aliquo modo deſignat unionem Chriſti cũ Eccleſia, 4

Eccleſia, licèt impropriè, quia fide carent. Novè tandem Anton. Ric. *in tract. de jure perſon. extra grem. Eccleſ. exiſt. lib. 2. c. 1. num. 8.* dicit Matrimonium dupliciter poſſe conſiderari. Primò uti naturæ contractus, & remedium concupiſcentiæ, & uti ſignum rei ſacræ non conferentis gratiam, & hoc modo reperitur etiam inter Judæos. DD. *in 4. ſent. diſt. 39. art. 1.* ubi Sot. *in 1. concluſ.* Alio modo addit idem Ricc. poſſe Matrimonium conſiderari uti Sacramentum inſtitutum à Chriſto, & hoc modo non reperitur niſi inter Chriſtianos, prout evincunt ea, quæ ſuprà memoravimus in confirmationem difficultatis.

5 Ego verò ſemper advertendum duxi, Sacramentum eſſe nomen generale, de cujus ratione ſaltem in genere eſt quod ſit rei ſacræ ſignum. Sacramenta autem in genere ſumpta in duas partes dividuntur, in Sacramenta ſcilicet legis veteris, ac naturalis, & legis novæ, ac Evangelicæ, quæ licèt inter ſe multùm differant, tamen omnia dicuntur Sacramenta, & ſic appellantur à Conciliis, & ſanctis Patribus, & ideo Matrimonium apud infideles dicitur Sacramentum, non quidem novæ legis, ſed legis naturalis; quia ſpecialiter inſtitutum eſt, tum quia ſignificat rem ſacram, id eſt, unionem inter Chriſtum & Eccleſiam, & hoc modo accipitur Sacramentum conjugii in præſenti, quod in genere eſt apud fideles, & infideles, ſed diverſo modo, apud hos imperfectum, ſignificans tantùm, & non efficiens; apud illos verò ſignificans, & efficiens, ac gratiam conferens, quod poſt alios benè explicat Sot. *in 4. diſt. 26. quæſt. unic. art. 3. & diſt. 29. q. 1. art. 1.* Specul. conjug. *p. 3. art. 35.* noviſſimè Baſil. Pont. *de Sacramento Matrimon. lib. 1. c. 6. n. 6.* & communis Theologorum interpretatio, juxta quam declarandum eſt *cap. ult. de tranſact. cap. ult. de presbyt. non baptiz.* & conciliabitur *cap. quanto, hoc tit.* cum text. *in præſenti,* quia in hoc Sacramenti nomen ſumitur in genere, in illo verò ſumitur in ſpecie pro Sacramento novæ legis, & ſic etiam DD. qui videntur ſibi adverſari ad concordiam reducuntur.

Utrùm autem Matrimonium ab infidelibus contractum, ſi poſteà ad fidem convertantur per Baptiſmum, verum ſit Sacramentum novæ legis? quæſtio eſt dubia, in qua Joan. Ech. *homil. 37. de Matrim.* Palud. *in 4. diſt. 26. q. 4.* S. Antonin. *p. 3. tit. 14. cap. 9. §. 3. ad med.* affirmant verum eſſe novæ legis Sacramentum, dummodo tamen poſt Baptiſmum priſtinum Matrimonium in infidelitate contractum novo conſenſu confirmetur, quaſi novus ille conſenſus tempore habili expreſſus Sacramentum faciat, ſícque apud utroſque Indos obſervatum. Specul. verò conjugatorum *p. 2. art. 26.* affirmat Sacramentum eſſe, ſed novum conſenſum poſt Baptiſmum negat eſſe neceſſarium; nam cùm idem Matrimonium maneat, quod per Baptiſmum non diſſolvitur, ex text. *in præſenti, & in cap. ſi infideles 28. q. 1.* ſequitur quod novus conſenſus non facit novum Matrimonium, nec præſtat novam formam, & materiam, & per conſequens neceſſarius non eſt ut efficiatur Sacramentum; unde concludit, quod licèt laudabilis ſit conſuetudo Eccleſiæ, quæ jubet infideles poſt Baptiſmum priſtina Matrimonia novo conſenſu confirmare, neceſſarium tamen non eſt. Durand. verò *d. diſt. 29. q. 3.* validiſſimo argumento contendit Matrimonium infidelium nec ante, nec poſt Baptiſmum eſſe Sacramentum, ait enim in omni Sacramento factum eſſe neceſſarium, quia conſiſtit in opere operato, ſed in iſto Matrimonio factum ante Baptiſmum non facit Sacramentum, factum verò poſt Baptiſmum non facit Matrimonium, quia cùm per Baptiſmum ſolutum non ſit, de novo fieri non poteſt: Baptiſmus verò per ſe non poteſt Matrimonium Sacramentum facere, licèt ad illud neceſſarius ſit: ergo Matrimonium Sacramentum non eſt, quæ ſententia probabilis eſt, & facilè defendi poteſt, benignius tamen erit cum pleriſque aſſerere Matrimonium infidelium poſt Baptiſmum ornatum conſequi Sacramenti, præſertim cùm hoc mos Eccleſiæ probare videatur, & in fortioribus terminis reſolvit Viguer. *de inſtit. Eccleſiaſtica, cap. 16. verſ. 9.*

Non illam dimittam, &c.] Olim tempore primitivæ Eccleſiæ, & ſexcentis proximis ſequentibus annis propter frequentem infidelium converſionem, quæ tunc fiebat, ex conſilio Apoſtoli *ad Corinth. 1. c. 7.* laudabilis fuit habitatio conjugis fidelis cum infideli, quando habitare volebat ſine contumelia Creatoris, ut declarat D. Auguſt. relatus *in cap. jam nunc, & ſequenti, 28. q. 1.* ſuccedentibus tamen temporibus uſu comprobatum eſt non modicum perverſionis periculum imminere fideli ex ſimultanea habitatione cum infideli, & propterea conſuetudine Eccleſiæ receptum eſt, ac præceptum inductum, ne conjux ad fidem converſa permittatur cum infideli cohabitare, text. *in cap. Judæi 28. q. 1.* D. Thom. Sylveſt. Durand. Gabr. & alii, quos refert, & ſequitur Sanch. *lib. 7. diſp. 73. n. 12.* ubi *n. 13.* extendit procedere etiamſi ſubeſſet aliqua ſpes converſionis. 6

Qui conſtitutionibus canonicis non arctantur.] Notatur ad hoc, quod gradus per canonicas conſtitutiones vetiti in matrimoniis contrahendis, non vendicant ſibi locum in matrimoniis inter Judæos, ſeu infideles, ſed ipſi licitè contrahunt in gradibus per Canones prohibitis: ita docent Innoc. *in cap. ſuper his, de voto,* Barbar. *conſ. 13. n. 4.* Felin. *in cap. ad hæc, notab. 2. de Judæis,* Brun. *in tract. ſtantibus maſculis, art. 6. ſub n. 57. verſ. ad hoc facit,* Marquard. *de Iudæis, p. 2. c. 4. n. 9.* ex ea ratione, quia Judæi, & infideles non ligantur conſtitutionibus, quæ ab Eccleſia feruntur ad dirigendum regimen ſpirituale, ut docent Surd. *conſ. 121. ſub n. 6. & 18.* Card. Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib. 21. tit. 8. n. 59.* Sanch. *lib. 6. diſp. 1. n. 3.* & alii plures, quos refert, & ſequitur Ricc. *d. lib. 2. c. 3. in princ.* tum quia Eccleſia non poteſt infidelibus impedimenta Matrimonium dirimentia ſtatuere. Sanch. *lib. 7. diſp. 1. n. 3.* ubi tamen libenter fatetur poſſe Pontificem non tanquam Eccleſiaſticum Principem, ſed tanquam temporalem impedimenta dirimentia Matrimonium infidelibus inhabitantibus loca ſuæ temporali juriſdictioni ſubdita decernere. Unde Matrimonia contracta per Judæos & infideles in gradibus humana lege prohibitis, poſt converſionem ad fidem non ſeparari, reſolvit Ricc. *d. c. 3. num. 9.* 7

De his, quæ foris ſunt judicare.] Utrùm Summus Pontifex ſuper infideles habere poſſit poteſtatem generalem gubernativam, ac proinde cognoſcere, judicare, & diſponere de eorum negotiis ſæcularibus, latè diſputavi *de offic. & poteſt. Epiſcop. p. 1. tit. 3. c. 2. n. 32. cum ſeqq.* 8

Cùm per Sacramentum Baptiſmi non ſolvantur conjugia.] Ergo non eo ipſo quod alter ex conjugibus infidelibus ad fidem convertitur, altero manente in infidelitate, diſſolvitur conjugium: de quo vide Sanch. *lib. 7. diſp. 63. n. 6.* 9

Nec ulli unquam licuit plures uxores habere.] De Polygamia jure divino, Evangelico, naturali, & humano prohibita, vide Tiraq. *l. 7. connub. gloſſ. 1. p. 7. n. 20. cum ſeqq.* ubi adducit plurium gentium teſtimonia, quæ plures habent uxores, & rurſus plures, quibus non permittitur. Henriq. *in ſumma, lib. 12. cap. 6.* Menoch. *de arbitr. caſu 420. num. 2. cum ſeqq.* plures quos refert Sanch. *lib. 7. diſput. 80.* quibus 10

adde

adde Farinac.*in praxi crimin.p.5.q.140.n.2.* Ludov.de Sotomajor, inſignem præceptorem meum, ſuper Cantic.*cap.6.in verbo ſexaginta ſunt Reginæ,pag.*1091. Baſil.Pont.*de impediment.matrim.cap.*13.*& de matrim. lib.7.cap.*49. Gutier. *de matrim. cap.*106. Bonac. *eod. tract.q.3.punct.*10. *à princ.* noviſſimè Illuſtriſſ.D.meus Roderic. à Cunha poſt primam hujus libri impreſſionem viſus *in comment.ad cap. Chriſtiano, diſt.*34. *pag.*261.

11 Unde Summus Pontifex cùm diſpenſare non poſſit in jure naturæ, vel Divino,non poteſt in pluralitate uxorum diſpenſare, ut docent Ledeſma *de matrim. q.*65.*art.*2.*concluſ.*3.Valent.*tom.*4.*diſp.*10.*q.*1. *punct.*3. Sanch.*d.diſp.*80.*n.*8.Ægid.*de Sacram. & cenſur.tom.*2. *diſp.*26.*dub.*2.*n.*20.Reginald.*d.lib.*41.*c.*4. & alii quos refert,& ſequitur Bonac.*dict.punct.*10. *num.*4. ubi *n.*6. reſolvit infideles contrahentes matrimonia cum multis fœminis,invalidè contrahere, tenerique cum prima habitare, ſi ipſa voluerit cum eo permanere abſque Creatoris injuria, cæteris in infidelitate remanentibus, & quamvis omnes uxores, quas vir habebat tempore infidelitatis, convertantur, præter primam cum ipſo permanere volentem, ſed cum pertractione ad peccatum, aut cum injuria Creatoris, vir non tenetur ullam ex converſis ducere, in rigore loquendo, quia nulla ex ipſis eſt ejus conjux, excepta prima: ita DD. *loco proximè citato.*

12 Gravis pœna imponitur ei,qui contrahit cum pluribus ſimul viventibus, ut conſtat ex *l.eum qui duas, C.de adult. & ex §. affinitatis, verſ. qui duas, Inſtit. de nupt.* & apud noſtros Luſitanos *in Ordinatione Regia, lib.*5.*tit.*19. & apud Caſtellanos *in l.fin. tit.*17. *p.*7.*& in l.*9. *tit.*7. *& l.*8.*tit.fin.lib.*8. *Ordinam. & l.*8. *tit.*20. *lib.*8.*novæ recop.*referunt plura in deteſtationem hujus criminis, diverſáſque pœnas ſecundùm diverſarum Provinciarum ſtatuta imponentes, Covar.*d.part.*2.*de ſponſal.c.*7.*§.*3.*num.*6. Duen.*reg.*290.*verſ. limita tertiò,* Tiraq.*de jure mariti,gloſſ.*8.*num.*206.*& l.*7.*connubiali, gloſſ.* 1.*part.*7.*n.*24.Gomez *l.*80.*Tauri, n.*27. *cum ſeqq.* Clar.*§.fornicatio,n.*30.ubi Baiard.*à n.*34.Palat.*in repet. rubr.de donat.inter virum,§.*57.*n.*25.Viv.*tom.*2.*commun. opin. lib.*9. *tit.*7.*num.* 4. *pag.*469. Menoch. *de arbitr. caſu* 420.*n.*96.*cum ſeqq.& conſil.*16.*in fin.* Cabal.*reſol. criminal.caſu* 98.Farin.*in praxi crimin.q.*140. Sanch.*d. lib.*7.*diſput.*80.*&* 81. plures per Cened. *ad Decretal. collect.*171.

13 Inquiſitores contra hæreticam pravitatem poſſunt procedere, & punire contrahentem ſimul cum duabus,vel pluribus uxoribus,tanquam contra ſuſpectum de hæreſi, eo quòd videatur malè ſentire de Sacramento,ut docent Perez *ad tit.*1. *lib.*5.*Ordin.pag.*44.*in fine*, Menoch.*d.caſu* 420.*n.*114. *& de præſumpt.lib.*5. *præſumpt.*6.*n.*37.Navar.*conſil.*1. *de hæreticis, n.*8.Azeved.*l.*5.*n.*3.*tit.*1.*lib.*5.*nova recopil.* Gutier. *pract. lib.*2. *q.*8.*n.*1. Henriq. *lib.*11.*c.*2.*n.*3.*& lib.*12.*c.*6.*n.*4.Farin. *d.quaſt.*140.*num.*24. Emman.de Valle *de incantationibus, & enſalm.ſect.* 3.*cap.*1. *num.*14.*in princ.& cap.*3. *num.*5.

14 *Propter hoc relinquet homo*,&c.] Ergo videtur plus diligendam eſſe uxorem,quàm parentes,contra quartum Decalogi præceptum, & contra Doctorum reſolutionem aſſerentium filiam teneri potiùs alere patrem quàm maritum, de qua Sutd.*de aliment.titul.*1. *q.*33.*n.*33.Sanch.*de Matrim.lib.*9.*diſp.*4.*n.*26.Sed hæc verba ſunt intelligenda quoad unionem carnalis copulæ, & cohabitationis, in aliis autem non eſt deſerendus pater propter conjugem, ſecundùm D.Thom. 2.2.*q.*26.*art.*11. Cæterùm quomodo Adamus dixerit conſpecta uxore, propter hanc relinquendum patrem & matrem, cùm patre careret,vide eleganter Colon. Concil.*in lib.de Sacram. novæ legis, tract.de Matrim. cap. Eſt autem.*

15 *Niſi cui fuit divina revelatione*,&c.] Notatur ad hoc quod veteres Patres legis antiquæ pluribus uxoribus conjuncti culpæ immunes fuerunt, eo quòd Deus cum illis diſpenſaverit, quo exemplo excuſari videntur olim vicini Gentiles,dum ex ignorantia unus plures ducebat, quibus tamen per ſe nunquam licuit plures ducere, nec enim illis hic favor privilegii datus eſt à Deo.Cæterùm jam in lege Evangelica ejuſmodi diſpenſatio caſſata eſt à Chriſto Servatore noſtro, quando *Matth.* 19. reduxit Matrimonium ad primævum ſtatum, in quo unica uxor licebat,quare nullis fidelibus, nec infidelibus licita eſt hodie polygamia. Hæc omnia colliges ex Card.Bellarmin. *lib.*1. *de Matrim.cap.*11.*propoſit.*3.*&* 4. Valent. *p.*4.*diſp.*10. *quaſt.*1. *puncto* 3. Henriq. *in ſum. lib.* 12.*cap.*6.*num.*2. Sanch. *de Matrim. lib.*7. *diſput.*80. *num.*12. *cum ſeqq.* Gutier.*de Matrim.cap.*106.*num.*2.*cum ſeqq.*Bonacin.*d. puncto* 10. *n.*3.*&* 4. Baſil.Pont.*de Matrim.lib.*7.*c.*49. *num.*4.

16 *Qui autem ſecundùm ritum ſuum*, &c.] Notatur ad hoc,quod licèt propter conjugis adulterium detur ſeparatio thori,non tamen diſſolvitur Matrimonii vinculum, ut per Baiard.*ad Clar.§.adulterium,n.*114.latè Sanch. *de Matrim.lib.*10.*diſp.*2. Farin. *in praxi crim. p.* 5. *q.*143. *n.*33.

17 *Repudiavit.*] Notatur ad hoc, quod repudium fuit permiſſum non tanquam licitum,ſed tanquam minus malum ad vitanda majora, ut per Covar. *de ſponſal. p.*2.*c.*7.*§.*4. *n.*4. Tiraquel. *l.*9. *connub. num.*5. Navar. *conſil.*3.*in fine ſub tit.de converſ.conjugat.in novis,*Petr. Gregor.*ſyntag.juris p.*2.*lib.*9.*c.*16.*num.*1. *& p.*3.*lib.*22. *cap.*3.*num.*20. Sed probabilius eſt,repudium fuiſſe licitum Hebræis Deo diſpenſante in lege naturali, cui repudium adverſabatur, ut per Gaët. *in repet.cap.ad limina* 30.*quaſt.*1.*§.*4. *num.*203. Veracruc. *p.*2 *ſpeculi, art.*10. *concluſ.*1. Petr.de Ledeſma *de Matrim. q.*68. *art.*3. *concluſ.*1. *&* 2. Angles *in floribus theolog.*1. *p.de Matrim.q.*7.*de bigamia, art.*2.*diffic.*2.*concluſ.*1. Metin. *lib.*4. *de ſacrorum hominum continentia, controverſ.*1. *c.*10.Henriq.*in ſum.lib.*11.*c.*8.*n.*13. *in fine*, D.Barboſ. *in rubr.ff.ſoluto matrim.part.*2.*num.*9.*cum ſeqq.* Sanch. *de Matrim.lib.*10.*diſp.*1.*num.*5.*cum ſeqq.* Maldonat. *in Matth.*19. *num.*8. *q.*2. Azor. *inſtit. moral.part.*1.*lib.*6. *cap.*1. *quaſt.*3. *circa fin.* Rebell. *de obligat. juſtit. lib.*2. *q.*15.*ſect.*1.*in fine*, Baſil.Pont.*de Matrim.lib.*7.*cap.*50. *num.*1.

18 *Quod ſi converſum*,&c.] Notatur ad hoc,quod non ſtatim ac infidelis convertitur ad fidem diſſolvitur Matrimonium, niſi donec ipſe ad alias nuptias tranſeat, itaut generatio unius ſit corruptio alterius, ut per Covar.*de ſponſal.p.*2.*cap.*7.*§.*3.*n.*5. Navar.*in man. cap.*22.*n.*49.*& conſil.*1.*n.*6.*&* 9.*& conſil.*2.*n.*5. *in antiquis,& conſil.*6.*n.*5.*& conſil.*3.*n.*6.*&* 9.*in novis,ſub tit. de converſ.infidelium,*Vivald.*in candelabro aureo,*1.*part. de Matrim. num.*221. Vega *tom.*1.*ſum. cap.*13. *caſu* 5. *& tom.*2.*c.*34.*caſu* 145. Angles *in floribus theolog. tit. de Matrim.quaſt.*12.*art.*2.*dub.*5. Emman.Sà *in ſumma, verbo Matrimonium, tit.de impedimentis dirimentibus, n.*8.*verſ.converſus ad fidem,*Petr.de Ledeſma *de Matr. q.*59. *art.*5. *dub.unic.concluſ.*5. Henriq. *in ſum. lib.*15. *c.*8.*n.*4.Sanch.*de Matrim.lib.*7.*diſp.*75.*à n.*4. Fr.Baſil. Pont. *de imped. matrim.cap.*21. *verſ.ſed explicandum, pag.*171.

19 *Niſi aliàs fuerit fornicata.*] Adverte quod infidelis ad fidem converſus non poteſt ab infideli divertere ad fidem converſo,objiciens ei fornicationē tempore infidelitatis admiſſam occaſione data per conjugē innocen

nocentem, eo quòd noluerit ad conſortium maritale admittere illum volentem cohabitare abſque contumelia creatoris, ut per Fr.Baſil. *de imped. Matrim.c.*21. *verſ.ſunt tamen*, Sanchez *de Matrim.lib.*10.*diſp.*5.*n.*8. ubi etiam aſſerit, non obſtare hujus textus deciſionem, quia eo tantùm pertinet ut fornicario tempore infidelitatis admiſſa non cenſeatur deleta per Baptiſmum quoad divortium ratione illius celebrandum.

In gloſ. *Compelletur*, ibi: *alii dicunt, quod Matrimo-*
20 *nium ipſo jure non ſolvitur.* Vide Farin. *in praxi crimin. p.*5.*q.*143. *n.*111. Paul.Comitol. *reſponſ. moral. lib.*1. *q.*126.*n.*4. noviſſimè Baſil.Pont. *in ſuo tract. de Sacram. Matrim. lib.*7.*c.*48. *à n.*16. *& n.*17. aſſerit probabiliorem eorum opinionem, qui docent Matrimonium non diſſolui ipſo jure, ſi infidelis diſcedit, vel pertrahit in peccatum, vel non vult ſine injuria Creatoris cohabitare, ſed cùm tranſit fidelis ad ſecundas nuptias, & in hanc ſuam ſententiam citat S.Thom. Palud. Major. Turrecr. Armil. Sylveſt. Navar. Sot. & Valent. & *n.*18. reprobat ſententiam hujus gloſſæ dicentis, licèt Matrimonium ſit ſolutum, tamen reſtitui jure poſtliminii in favorem fidei, ex eo fundamento, quia Matrimonium dici non poteſt poſtliminio redire, cùm ejus eſſentia ex conſenſu pendeat contrahentium, & quoniam cùm infidelis ſui conjugis converſi pariter ſequitur religionem, ſine novo conſenſu in priori permanet Matrimonio, unde neceſſariò dicendum eſt illud non fuiſſe ſolutum.

21 In ead.gloſ. ibi, *ſed nunquid etiam poſſet intrare religionem.* Notatur ad hoc, quod ſi ſententiâ Eccleſiæ ſeparatio Matrimonii facta eſſet eo quòd infidelis noluerit converti, converſo poſtea infideli integrum eſt fideli ad religionem migrare, ut per Sanchez *lib.*7. *diſp.* 76. *n.*5.

In gloſ. *Poterit*, fin. Notatur ad hoc, quod hæreti-
22 cus ſive ab Epiſcopo, ſive ab Inquiſitore, aut ab alio abſolvendi facultatem habente, abſolutus in foro pœnitentiæ, poteſt nihilominus accuſari in foro externo, citari, capi, & in carcerem detrudi, torqueri, & puniri ſive canonica, ſive civili pœna, quia pœnitentia pro foro interno impoſita tendit ad alium finē, nempe ut per illam pœnitens ſatisfaciat Deo, & ipſi reconcilietur: at pœna fori externi ſpectat ad vindictam publicam, & Reipubl. ſatisfactionem, ut per Anton. Gomez *tom.*3. *var.c.*1.*n.*40. Aviles *ad c.* 25. *Prætor. gloſ. la pramatica*, *n.*10. Penna *in directorio Inquiſit. p.*2. *commento* 25. *verſ. rurſus altera quæſtio.* Azor. *inſtit. moral. p.*1. *lib.*8. *c.*19. *q.*6. *& c.*10. *q.*10. Sanch. *in præcepta Decalogi*, *lib.*2. *c.*12. *n.*7. *tom.*1. Illuſtriſſ. D. Roder. à Cunha *comment. ad c.*6. *n.*5. *diſt.*192.

In ead.gloſ. ibi, *dicas quod omne crimen tollitur in Ba-*
23 *ptiſmo.* Notatur ad hoc, quod in foro poli, & conſcientiæ Judæus effectus Chriſtianus ab omnibus præteritis criminibus & peccatis abſolutus cenſetur, ut docent Covarr. *var. lib.*2. *c.*10. *ſub n.*4. Surd. *de aliment. tit.*7. *q.*1. *n.*45. Sanchez *d. lib.*10. *diſp.*3. *n.*5. Farin. *in praxi crimin. p.*3. *q.*98. *n.*150. plures per Cened. *ad Decret. collect.*23. *n.*3. Illuſtriſſ. D. Roder. à Cunha *ad c.*1. *n.*5. *diſt.* 26.

SUMMARIUM.

1 *Fratris relictam in uxorem accipere non licet, & de facto ducta ſeparanda eſt, niſi aliter Eccleſia diſpenſet.*

2 *Affinitatis impedimentum inter Iudæos, & infideles contrahitur, amplia ut ibi.*

3 *Iudæi an utantur noſtris legibus, remiſſivè.*

Cap. Deus qui IX. & fin.

FRater non poteſt ducere uxorem relictam à fratre, 1
licèt diſpenſetur cum noviter converſis, ut remaneant in Matrimonio, quod in infidelitate contraxerunt more Moſaïco, ut ſuſcitarent ſemen fratris. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. collect. Zabar. Joan. Andr. Hoſt. Butr. Anch. Panorm. Præpoſ. Alex. de Nevo, Caniſ. Cujac. Viv. *in ration. lib.*4. *juris Pontif. pag.*120. Alagona *in compend. juris Canon. pag.* 601. remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.*1. *&* 2. refertur ab Ant.Aug. *collect.*3. *Decret. lib.*4. *tit.*14. *c.*3.

Vt Matrimoniis contractis cum relictis fratrum utan- 2
tur.] Notatur ad hoc, quod inter Judæos, & infideles contrahitur impedimentum affinitatis; nam in hoc text. infidelibus ad fidem converſis præcipitur ne poſtquam ad fidem venerint, ducant in uxorem relictam fratris ſui, quod certè Eccleſia non præciperet, ſi impedimentum affinitatis ex Matrimonio conſummato proveniens eſſet ſimplex ejus inventum, nec aliquid haberet naturalis fœderis: quare ita docent D.Thom. *in* 4. *diſt.*41. *quæſt. unica, art.*1. *q.*1. *in corpore*, ubi Sot. *q. ult. art.*1. D. Antonin. *in* 3. *p. ſum. tit.*1. *c.*11. *in fine princ.* Ricciul. *de jure perſ. extra grem. Eccl. exiſtent. lib.*2. *c.*5. *n.*3. plures quos refert, & ſequitur Sanch. *de Matrim. lib.*7. *diſp.*65. *n.*4. quamvis Henriq. *lib.*11. *c.*3. *n.*5. cenſeat impedimentum non contrahi, & ob id eum, qui tempore infidelitatis conſummavit Matrimonium cū uxore, poſſe poſt Baptiſmum ducere ſororem uxoris. Quam quidem principalem text. concluſionem à nobis deſumptam ampliant Ricciul. *n.*5. & Sanch. *n.*6. dictis locis procedere in impedimento affinitatis proveniente ex Matrimonio rato non conſummato, limitantque in impedimento affinitatis proveniente ex actu fornicario, ut apud ipſos videri poteſt.

Quatenus verò hic text. concedit noviter converſis ut utantur Matrimonio contracto cum relictis fratrum, difficilis reputatur à Doctoribus; gloſ. enim, Abb. Præpoſ. & communis *hic*, exiſtimant Matrimonium illud fuiſſe contractum ante Baptiſmum, & eundem intellectum probant Sot. *in* 4. *diſt.*40. *q. unic. art.*4. *in fine*, Cov. *de ſponſal. q.*2. *c.*6. §.10. *n.*3. Sed defendi non poteſt. Primò quia ſi ante converſionem contraheret, nulla Pontificis conceſſione opus eſſet, Matrimonium enim contra leges Canonicas ab infidelibus contractum valet, & poſt Baptiſmum dirimi non poteſt, ex *cap. gaudemus*, *ſuprà hoc tit.* Rurſus confunditur ex verbis text. dū inquit, *quia diſpar eſt ritus de novo ad fidem converſorum*, igitur conſuetudo nubendi relictis fratrum erat converſorum de novo, & ſic fidelium, qui adhuc non erant ſatis inſtructi de ceſſatione legis veteris in his præceptis judicialibus, quæ ad religionem, & cæremonias non pertinebant, & arbitrantur poſt converſionem ſe poſſe relictis fratrum nubere. Deinde convincitur ex illis verbis propter infirmitatem gentium, quæ parum conveniunt his, qui ante converſionem contraxerant, & nulla indigebant venia. Unde verus intellectus eſt Matrimonium hîc fuiſſe poſt converſionem ab his, qui jam erant fideles, & legibus Eccleſiaſticis ligabantur, & ideo neceſſaria illis fuit diſpenſatio: quod verò text. ait, *ſi tamen juxta legem Moſaïcam*, &c. eò pertinet, quia ſi nuberent relictis fratrum cum ſobole deſcendentium, quia id erat contra legem Moïſis, qua putabant ſe ea uti poſſe, Matrimonium non erat bona fide, & juſto errore factum, neque diſpenſationem merebatur. Nec obſtant huic interpretationi verba text. ibi, *ne tales ſibi de cætero poſtquam ad fidem venerint, copulent*; quoniam non vult

Pontifex

Pontifex ſignificare, neminem ex ea Eccleſia fuiſſe eatenus conuerſum, eſt enim illud falſum, & contra manifeſta text. verba *in princ.* ibi, *conuerſorum*, ſed illud demum vult Pontifex, quod qui vſque ad illud tempus poſt conuerſionem ſic contraxerant, vtantur Matrimonio per diſpenſationem; qui verò deinceps contraxerint poſt conuerſionem, careant diſpenſatione illa, & ideo præcipit Epiſcopo, vt illis deinceps tale Matrimonium interdicat, quo pacto text. hic veram continet diſpenſationem, & intelligitur à Pariſ. in effectu *conſ.* 68. *n.* 251, *lib.* 4. quamvis ab eo recedat Cou. *vbi ſuprà*, non percipiens vltima verba textus.

3 *Iuxta legem Moſaïcam.*] Ergo Iudæi non vtuntur noſtris legibus, de quo vide Tiraq. *de jure primog. q.* 66. *n.* 22. *&* 25.

De Donationibus inter Virum & Vxorem, & de dote poſt diuortium reſtituenda.

Tit. XX.

SUPER hanc rubr. ſcripſerunt Zabarel. Joan. Andr. Anchar. Butr. Panorm. Præpoſ. Alex. de Neuo, Palat. Durand. *in breuiario aureo juris Canon. fol.* 131. *& in ſpeculo juris, ſub hoc tit. lib.* 4. Steph. Ranchin. *in continuat. tit. Decret.* Ioan. de Londris *in breuiario ſanctorum Canon. fol.* 178. Petr. de Rauenna *in compend. juris Canon.* Martin. Meſnart. *in epitome Decretal. fol.* 168. Dan. Venat. *in analyſi methodica juris Pontif. à pag.* 583. Goffr. & Hoſt. *in ſum. huius tit.* Alex. Caſan. & Anaſtaſ. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decret.* nouiſſimè Ioan. Honor. *lib.* 4. *ſum. in Decret.* Barthol. Carthag. *in expoſit. tit. juris Canon.* omnes *ſub hoc tit.*

De Materia huius tit. vide apud Luſitanos Ordin. Regiam *lib.* 4. *tit.* 65. vbi parens meus, & apud Caſtellanos *l.* 4. *cum ſeqq. tit.* 11. *p.* 4. vbi Gregor. *& l.* 9. *tit.* 9. *lib.* 5. *noua recop.* vbi Azeved. Scipion. Gentil. *in ſpeciali tract. de donat. inter vir. & vxor.* Duen. *reg.* 221. Kirchov. Soar. Bellacom. & alios *tom.* 1. *commun. opinion. tit.* 10. *lib.* 5. *pag.* 733. Ant. Gom. *var. tom.* 1. *c.* 4. *à n.* 23. Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. p.* 4. *collect.* 799. Ceual. *com. contra commun. q.* 12. Card. Mantic. *de tacitis, & ambig. conuent. tom.* 2. *lib.* 21. Franc. Molin. *de ritu nupt. lib.* 3. *q.* 1. Molin. *de iuſtit. tract.* 2. *diſp.* 286. *cum ſeqq.* Leſſ. *eod. tract. lib.* 2. *c.* 18. *dub.* 12. Sanch. *de Matr. lib.* 6. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 25. *n.* 158. Azor. *inſtit. moral. p.* 3. *lib.* 11. *de donat. c.* 10. *de donat. inter vir. & vxor.* Rebell. *de oblig. inſt. p.* 2. *lib.* 1. *q.* 8. *n.* 44. *cum ſeqq. & lib.* 1. *q.* 13.

SUMMARIUM.

1 *Matrimonio ex cauſa licita ſeparato dos eſt vxori reſtituenda,* & n. 2.
3 *Matrimonio ex cauſa licita ſeparato in Regno Portugallia debent omnia bona diuidi inter virum, & vxorem pro dimidia parte.*
4 *Obiicitur contra text. concluſionem.*
5 *Dos reſtituenda eſt vxori, vbi fit ſeparatio culpa mariti, non verò ſua ipſius.*
6 *Dos vt per maritum reſtituatur vxori, neceſſarium eſt, quod mulier per ſententiam iudicis Eccleſiaſtici ab eo fuerit ſeparata.*
7 *Intellectus quem præſtat gloſſ.* 1. *ad hunc textum, an ſit verus, oſtenditur.*
8 *Maritus habet priuilegium vt ſi condemnetur ad reſtituendam dotem vxori, teneatur ſolum quatenus facere poteſt.*
9 *Verba* quod maritus non conueniatur vltra quàm facere poſſit, *quid ſignificent, oſtenditur.*
10 *Priuilegium, quod maritus non teneatur vltra quàm facere poteſt, ab eo renuntiari non poteſt.*

Cap. Mulieres I.

MAtrimonio ex cauſa licita ſeparato dos eſt vxori reſtituenda. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Hoſt. Butr. Anch. Panorm. Præpoſ. Alex. de Neuo, Caniſ. Cujac. Viv. *in ration. lib.* 4. *juris Pontiſ. pag.* 115. Alagona *in compend. juris Canon. pag.* 601. remiſſiuè Ximen. *in concord. p.* 2. refertur ab Ant. Auguſt. *collect.* 1. *Decret. lib.* 4. *tit.* 21. *de dote poſt divort. reſtituenda, c.* 1. & eſt poſt Concil. Lateran. ſub Alex. III. *p.* 50. *c.* 46. 1

Hanc eandem concl. ex hoc text. deſumunt Segur. *in repet. l. vnum ex familia, §. ſi fundum, n.* 39. *ff. de legat.* 2. Palat. *in repet. rubr. huius tit.* §. 64. *num.* 10. Conar. *de ſponſal. p.* 2. *c.* 6. §. 8. *num.* 26. Gutier. *canonic. lib.* 1. *c.* 24. *num.* 14. *& de iuram. confirm. part.* 1. *cap.* 1. *num.* 61. D. Barboſ. *in rub. ff. ſoluto matrim. p.* 2. *n.* 39. *cum ſeq.* Vnde data culpa in marito ſuperueniente morte vxoris, neque dos, neque dotis lucrum eidem conjugi competere poteſt. Roland. *conſ.* 50 *n.* 4. *vol.* 1. Alex. *in l. ſi cùm dotem, §. ſin autem, n.* 10. *ff. ſoluto matrim.* Socin. jun. *conſ.* 27. *in fin. lib.* 1. Roland. *de lucro dotis, q.* 68. *n.* 8. eo enim ipſo quod dos eſt reſtituenda ob diſſolutionem Matrimonii poſt ſeparationem thori, omnia acceſſoria in conſequentiam, & dependentia à prima cauſa ſubſiſtere non poſſunt. Alexand. de Neuo *conſ.* 18. *in* 2. *dub.* Dec. *reſp.* 52. *num.* 51. *lib.* 1. Seraphin. *deciſ.* 1308. *n.* 2. Rot. *in Auximana dotis*, 17. *Iunij* 1619. coram R. P. D. meo Pirovano. 2

De jure verò noſtri Regni Luſitaniæ vbi de conſuetudine celebratur contractus Matrimonii per chartam medietatis, juxta Ordin. Regiam *lib.* 4. *tit.* 46. *in princ.* illo ſeparato ex cauſa licita quoad thorum auctoritate Eccleſiæ, pro dimidia parte diuidi debent omnia bona, ita vt dimidia remaneat penes vnum, alterā verò dimidiā retineat ſibi alter, quia ratione mutuæ ſocietatis, quæ tacitè inter conjuges videtur contracta in illo Regno, prædicta pars bonorum diuertenti eſt acquiſita, quam per diuortium etiam ſua culpa factum non amittit, quia ex cauſa veluti oneroſa ad eum pertinet: ita poſt Palat. *in repet. rubr. huius tit.* §. 34. *n.* 10. tradit D. Barboſa *d. p.* 2. *rubr. n.* 48. *&* 61. faciunt quæ ad hoc propoſitum reſoluunt Couarr. *de ſponſalib. p.* 2. *c.* 1. *n.* 8 *ad finem*, Pinel. *in l.* 2. *C. de bonis mat. p.* 1. *n.* 37. Gutier. *canon. lib.* 1. *c.* 24. *n.* 14. Matienſ. *l.* 5. *gloſſ.* 9. *n.* 1. *tit.* 9. *lib.* 5. *nouæ recop.* 3

Verùm contra principalem textus concluſionem obiicitur ab aliquibus, quod vbicunque Matrimonium ex cauſa adulterii ſeparatur, fit ſeparatio ex cauſa licita, cùm licitè poſſit conjux propter adulterium adulterum conjugem à ſua cohabitatione dimittere, juxta text. *in cap. dixit Dominus* 32. *q.* 1. *cap. Apoſtolus* 32. *q.* 7. *cum ſimilibus*: & tamen Matrimonio ex cauſa adulterii ſeparato, non eſt dos reſtituenda vxori, *cap. plerumque, infr. hoc tit.* 4

Quare facienda eſt differentia inter caſum in quo contingit ſeparatio culpa vxoris, & inter caſum in quo contingit culpa mariti, ita vt in illo, in quo propter culpam mariti fuerit Matrimonium judicio Ec- 5

 cleſiæ

cleſiæ quoad thorum, & mutuam cohabitationem ſeparatum, ſit vxori tota dos reſtituenda, qui eſt caſus de quo loquitur text. *in præſenti*; in alio verò vbi ſeparatio fit culpa ipſius vxoris, veluti ob adulterium ab ea commiſſum, in quibus terminis loquitur *d. cap. plerumque*, tunc reſtitutio dotis ei facienda non eſt, & ita illa jura intelligunt, & conciliant Ripa *d.l.2.n.31.* Vincent. de Franch. *p.2. deciſ.244. n.3.* Palat. *ubi proximè*, D.Barboſa *d.p.2.rubr.n.39. & ſeq. & in l.maritum 13.n.43.ff.ſoluto Matrim.* Nam ubi Matrimonium culpa vxoris auctoritate Eccleſiæ fuerit ſeparatum, nec dotem, nec alimenta durante cauſa diuortii maritus vxori reſtituere, aut præſtare tenetur, Roland. *conſ.50.n.6.lib.1.* Garc. *de expenſis,cap.13. num.56.* D. Barboſa *d.part.2. rubr. num.47. & in l.ſi ab hoſtibus, §. fin. num.38. ff. ſoluto matrim.* Si tamen neque viri,nec vxoris culpa diuortium contingit, & factum eſt ad tempus, vxori dos non eſt reſtituenda, nec procedit deciſio huius text. juxta ea quæ tradunt Perez *l.4. tit.4 lib.5.Ordin.* Lara *in l.ſi quis à liberis, §. ſi quis ex his, num. 37. ff. de liberis agnoſc.* ſi verò in perpetuum factum eſt, videntur tacitum pactum conjuges inire, vt quilibet eorum alteri reſtituat, quod ab eo accepit, vt per Segura *in d.§.ſed ſi fundum,n.38.* D.Barboſa *d. p.2.rubr.n.56.*

6 *Separata.*] Notatur ad hoc, quod vt dos per maritum reſtituatur vxori,neceſſarium eſt quod mulier per ſententiam judicis Eccleſiaſtici ab eo fuerit ſeparata, vt per Nouell.*de dote,ſpecial.11. n.7.* D.Barboſa *d.p.2. rubr.n.41.& ſeq.*

7 In gloſſ.1.Hæc gloſſa aſſerit text. *in præſenti* eſſe intelligendum de Matrimonio putatiuo, quod detecto impedimento irritum judicatur, vt per Abb. *hic,n.4.* Covar. *de ſponſal. p.2.c.6.§.8.n.26.* Camp. *de dote 3.p. q.238.* Tiraq. *l.ult.connub. gloſſ.8.n.260.* Valdeſ.*in addit.ad Xuar. ad l.1.tit. de las ganancias, lib.3.fori, n.9. pag.12.* Qui quidem intellectus licèt in ſe verus ſit, non conuenit literæ ejus text. cùm ipſius generalitatem reſtringat, vt patet ex verbis ibi, *quilibet iuſta cauſa*, & ibi, *propriis viris*, quæ verba non de putativis viris, qui proprii viri non ſunt,ſed de veris conjugibus ſunt intelligenda.

8 In gloſſ. *Totam 2.* ibi,*aliàs in quantum facere poteſt.* Notatur ad hoc, quod maritus habet priuilegium, vt ſi condemnetur ad reſtituendam dotem vxori, non debeat in ſolidum in ejus bonis fieri executio, ſed ſolùm quatenus facere poteſt,quod apertè probant text. *in l. maritum 13. ff. ſoluto matrim. l.patronus 17. l. non tantum 20.ff.de re judic.cum ſimilibus*, reſoluunt Camp. *de dote,p.3.q.238. cum ſeq.* D. Barboſa *in d.l. maritum,* Molin. *de juſtit. tract.2. diſp. 442. n.5.*

9 Quid autem ſignificent ea verba, *quod maritus non conueniatur vltra quàm facere poteſt*, vide D. Barboſa *d.l.maritum, n.5.cum ſeqq. & num.100.* Molin. *d.tract.2. diſp.415. n.3.cum ſeqq. & n.8. cum ſeq.*

10 In ead.gloſſ. ibi, *etſi maritus*, &c. Notatur ad hoc quod hujuſmodi priuilegium non poteſt à marito renuntiari, cùm enim ſit inductum ob illam eximiam reuerentiam, quæ maritis debetur, eſſet prædicta renunciatio contra bonos mores, vt ait text. *in l.alia, §. eleganter.ff.ſoluto matrim.*vbi latè D.Barboſ.*à n.1.*Cou. *in cap.quamvis,p.2.in princ.n.8.* Gom. *tom.2. var. c.11. n.53.* Lara *in l.ſi quis à liberis, §.ſed ſi filius, n.94.ff.de liberis agnoſc.*

SVMMARIVM.

1 *Matrimonio ſoluto cogitur vir dotem reſtituere, & bona diuidere, quæ communiter eis obuenerunt.*

2 *Matrimonio ſoluto vltra dotem eſt reſtituenda mulieri dimidia pars bonorum, quæ conſtante Matrimonio fuerunt acquiſita.*

3 *Societas vera, & propria an ſit contracta de iure communi inter virum, & vxorem, quæſtio dubia.*

4 *Partem affirmatiuam,ac proinde inter conjuges attento jure communi lucra conſtante Matrimonio acquiſita eſſe communicanda, qui Doctores teneant, referunt ur.*

5 *Pars negatiua verior, & receptior.*

6 *Contrariis partis affirmatiuæ reſpondetur.*

7 *Societas vera, & propria non contrahitur inter conjuges, etiam vbi adeſt conſuetudo, ſeu ſtatutum, vt inter conjuges ſimpliciter contrahentes bona omnia communicentur.*

8 *Renuntiare poſſunt contrahentes Matrimonium communicationi etiam inducta, & ſtantibus legibus, ſeu ſtatutis eam inducentibus.*

9 *Conjuges putatiui communicant bona inter ſe vigore ſtatuti huiuſmodi communicationem permittentis.*

10 *Pactum tempore contracti Matrimonij, quod mulier non teneatur ſoluere debita mariti, etiam contracta conſtante Matrimonio, validum eſt.*

Cap. Significauit II.

Urban. III.

Conjuges quando ex licita cauſa ſolemniter ſeparantur, maritus cogitur cenſuris, niſi aliquid obſiſtat,reſtituere dotem, & partem rerum communium. 1
Colligunt ex Ordin.Abb.antiq.Innoc.Collect. Zabar. Joan.Andr.Hoſt.Butr.Anchar. Panorm.Præpoſ. Alex. de Neuo,Caniſ.Cujac.Viuian.*in ration.lib.4. iuris Pontif.pag.122.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag.602.* remiſſiuè Ximen.*in concord. p.1. & 2.* refertur ab Ant. Aug.*collect.2.Decret.lib.4.tit.21.c.3.*

Collige ex text. ſoluto Matrimonio vltra dotem eſſe mulieri reſtituendam dimidiam partem bonorum, quæ conſtante Matrimonio fuerunt acquiſita, idque ratione tacitæ ſocietatis inductæ inter conjuges, per quam omnia lucra eo tempore acquiſita inter eos generaliter communicantur, de quo vide Palat. *in repet. rubr.huius tit.§.61.in princ.* Montalv.*l.1.tit.3. lib.3.fori,* Chaſſan.*in conſuet.Burgun.rubr.4.§.2.n.5.* Mud.*in rubr. ff.pro ſocio, in fin.* Cou. *de ſponſ.p.2.c.7.§.1.n.5.& lib.3. var.c.19.n.2.* Gom. *l.50.Tauri,n.69.* Spin. *in ſpecul. teſtam. gloſſ.18. n.4.in fin. & n.5.* Garc. *de coniugali acquæſtu,n.30.* Gam.*Luſit.deciſ.314.n.2. & 5.* Valaſc.*conſult.103.n.1.& 2.& de partition.c.5.n.4.* Cabed.*Luſit.deciſ.150.n.4.p.1.* 2

Quæſtio eſt maximè controuerſa, vtrùm attento jure communi inter virum, & vxorem ſit contracta vera, & propria ſocietas, per quam lucra conſtante Matrimonio quæſita ad inuicem inter eos communicentur? in qua quæſtione pro affirmatiua parte facit text.*in præſenti*, deinde text.*in cap. cùm ſocietas 27.q.2.* quorum jurium auctoritate hanc partem, immò inter conjuges attento jure communi lucra conſtante Matrimonio quæſita eſſe communicanda, & dari inter eoſdem contractum ſocietatis, tenent Palat.*d.§.61. in princ.& §.65.n.12.* Chaſſan.*d.§.2.n.1.* Ludou.Gomez *in §.actiones, n.12. Inſtit.de action.* Didac. Seg. *in tractat. paruo de bonis lucrandis conſtante Matrimonio,n.27.& in l.vnum ex familia, §. ſed ſi fundum, n.34. ff. de leg.2.* Gam. *d. deciſ.314. n.4.* & alii citati *ſup.* in principali text. concluſione. 3 4

Verùm contraria ſententia verior eſt, & receptior quæ docet non dari veram, nec propriam ſocietatem, 5

attento

attento jure communi, tam Canonico, quàm Civili inter conjuges, nec bona, ſeu lucra conſtante Matrimonio quæſita inter eos communicari, quia nullibi in terminis juris communis hujuſmodi communicatio bonorum in vim ſocietatis inducta reperitur inter conjuges: quare ita tenent Duaren. *in rubr.ſolut. matrim.tit.de nupt.* Covar. *d.cap.7.§.1.n.5.& lib.3.variar. cap.19.n.3.* Tell. *l.16. Tauri, n.12.& 13.* Pirh. *in conſuetud. Aurelian.de ſociet.inter vir.& uxor.cap.1.num.1.* Pech. *in tract.de teſtam.conjug.lib.2.cap.1.n.1.& 2.* Matienſ. *l.2.gloſſ.1.n.1.tit.9.lib.6.nova recop.* Gutier. *pract. lib.2.quæſt.118.n.5.& 6.* Joan.Garc. *de expenſ. cap.13. n.14.& d.tract.de conjugali acquaſtu,n.30.& ſeq.* Valaſc. *d.cap.5. n.4.cum ſeqq.& conſult.103.à princ.* D.Barboſ. *p.2.rubr.ff.ſolut.matrim.n.47.ad finem,& in l.1.p.1.n.33. & ſeq.& p.4.n.99. cum ſeqq.& in l.divortio, §.ob donationes, n.1.ff.eod.* latè & eleganter Franc.Molin. *de ritu nupt.lib.3.quæſt.65.* novè Ioan.Frideric.Solis *in tract.de bonis conſtante matrim.acquiſit. quæſt.8.*

6 Qua ſententia retenta non obſtat text. *in præſenti,* dum jubet fieri diviſionem eorum, quæ conſtante Matrimonio ſunt acquiſita: quia omiſſa reſponſione illorum, qui dicunt text. procedere de conſuetudine illius loci, omiſſa etiam aliorum reſponſione, quod ſcilicet ſocietas expreſsè contracta fuerat per conjuges, quod ex illo nullo modo colligitur, planiùs intelligitur, ut procedat in bonis, quæ conjugibus communiter obvenerunt, vel quia conſtante Matrimonio marito, & uxori fuerunt donata, aut alio modo relicta, ſeu quia ex utriuſque pecunia utriuſque nomine empta ſunt; qui intellectus literæ text. plurimùm convenit, non enim dicit dari hîc ſocietatem, & actionem pro ſocio competere, ſed jubet diviſionem bonorum fieri, quæ etiam abſque ſocietate per competentem actionem in rebus communibus à jure conceditur, juxta *l.ut ſit, ff.pro ſocio, §.item ſi inter, Inſtit. de oblig. quæ ex quaſi contract.* quem intellectum ſequuntur *gloſſ.ult.in præſenti,* & Abb.*num.3.* Cov. Joan. Garc.D.Barboſ.& Valaſc.*dictis locis.* Minùs obſtat text. *in d.cap.cùm ſocietas,* & alii ſimiles,in quibus conjuges ſocii appellantur, quia non intelliguntur de ſocietate communicativa bonorum, prout ſunt civiles ſocietates, ſed de communicatione, & conſortio omnis vitæ, & de communicatione divini, & humani juris, ut ſatis explicuit Juriſconſult. *in l.1.ff.de ritu nuptiarum,* & de hac communicatione intelligitur illud Geneſ. *mulier quam dediſti mihi ſociam,* &c.

7 Ampliabis, ut nec etiam ſtante lege, vel conſuetudine, ſecundùm quam inter conjuges ſimpliciter Matrimonium contrahentes bona omnia communicantur, prout in regno Portugalliæ juxta Ordinat.Regiam *lib.4.tit.46.* adhuc enim inter conjuges vera, & propria ſocietas non contrahitur, ut tenent Garc. & D.Barboſ. *locis citatis,* D. Marta *in votis noviſſimarum deciſ.voto 53.num.14.* Et inſuper ſunt hujuſmodi leges municipales, aut ſtatuta juris communis correctoria, ac per conſequens ſtrictè intelligenda, ut docent Burg.de Pace *quæſt.8.n.24.* Gutier. *d.quæſt.118.n.6.ad fin.* Matienſ.*d.gloſſ.1.n.77.* Franc.Molin.*d.quæſt.66.n.13.*

8 & ſtantibus hujuſmodi legibus, ſeu ſtatutis, poſſunt conjuges declarare, ne huic communicationi ſit locus, imò & inductæ renuntiare, ut tenent Perez *tit.4. lib.5. Ordinam. pag.169.* Mench. *uſufreq. lib.1. cap.13. n.6.* Cald.Pereira *in l.ſi curatorem, verbo ſua facilitate, n.7.* D. Barboſ. *in l.ſi conſtante, in princ.n.133.& in l.ſi ab hoſtibus, §.fin.num.59. ff.ſol.matrim.* Rebell. *de oblig. juſtit.part.2.lib.6.quæſt.1.n.4.* Gam. *deciſ.366.n.4.* Burg. de Pace *q.9.n.9.* Pinel. *in l.1.p.1.n.36.C.de bonis mater.* Franc.Molin. *d.quæſt.65.à n.17.*

9 *Quem loco viri tenebat.*] Notatur ad hoc,quod ſtante conſuetudine, pacto, ſeu lege, per quam non ſolùm lucra conſtante Matrimonio quæſita,ſed reliqua bona inter coniuges communicantur, & ſoluto matrimonio æqualiter dividuntur, idem etiam obſervandum eſt inter conjuges putativos, ita ut omnia circa veros conjuges ſtatuta locum habeant in putativis,ita Palat. *in repet.rubr.hujus tit.§.36.n.2.* Gom. *l.53.Tauri, n.37. verſ.extende ſecundò, ad fin.& n.77.* Cov. *de ſponſal.p.2. cap.7.§.1.n.7.* Tiraq. *poſt leges connub. gloſſ.8.num.270.* Matienſ. *l.2.gloſſ.1.à n.4.tit.9.lib.5. nova recop.* D.Barboſ.*in d.§.fin.n.12.verſ.ex qua infertur,& n.13.* Azeved. *d.l.2.n.4.* Joan.Garc. *de conjugali acquaſtu, à num.159.* Joan.Frider.Solis *d.tract.quæſt.19.* Stephan.Gratian.*diſcept.forenſ.cap.120.n.76.cum ſeqq.* Rebell. *de oblig. juſtit. p.2.lib.6. quæſt.1.num.19.* latè Franciſc. Molin. *d.lib.3. quæſt.66. à princ.* ubi *n.9.* hoc verum intelligit quando conjuges contraxerunt in facie Eccleſiæ, & hodierno jure cum ſolemnitatibus requiſitis à ſacro Concil. Trid. *ſeſſ.23.de reform. matrim.cap.1.*

In gloſſ.*Non eſt.* Notatur ad hoc,quod valet pactum 10 tempore contracti Matrimonii, quod mulier non teneatur ſolvere debita mariti,etiam contracta conſtante Matrimonio, ut per Matienſ. *d.l.2.gloſſ.1.n.58.* Perez *tit.4.lib.5.Ordin.pag.169.* D.Barboſ. *in l.1.ff.ſoluto matrim.p.3.num.62.* ubi addit procedere etiam quamvis conſtante Matrimonio hujuſmodi pactum celebraretur, & citat Boër. *deciſ.244.n.2.*

SUMMARIUM.

1 *Delegatus ad cauſam Matrimonii, ſi ferat ſententiam divortii ſuper reſtitutione dotis, poteſt pronuntiare,* & n.2.

3 *Intellectus ad hunc text. præſtatur.*

4 *Condictio ob cauſam, vel ſine cauſa datur pro dote putativa repetenda.*

5 *Maritus putativus non habet dilationem ad ſolutionem dotis putativæ.*

CAP. De prudentia III.

Clem. III.

JUdex delegatus,ſi ob impedimentum dirimens ferat 1 ſententiam pro divortio, debet etiam ſententiare pro tota dote reſtituenda ſecundùm jus Canonicum, quia qui cognoſcit de principali, debet cognoſcere de acceſſorio, & incidenti. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq.Innoc. Collect.Zabar. Joan.Andr.Hoſtienſ.Butr. Anchar. Panorm. Præpoſ. Alexand. de Nevo, Caniſ. Cujac. Vivian. *in ration. lib.4. Iuris Pontif. pag.123.* Alagona *in compend. Iuris Canon. pag. 602.* remiſſivè Ximen. *in concord. p.1. & 2.* refertur ab Ant. Auguſt. *collect.2. Decretal. tit.de dote poſt divortium reſtituenda, cap.1.*

Hinc eandem concluſ. ex hoc text. deſumunt Hipol. *ſing.589.* Mant. *lib.1. dialog.42.* Gerard. *ſing.88.* 2 Anton.Gom. *l.50.Tauri, n.53.* Novel. *de dote, part.9. privil.16.* Azeved. *l.10.num.44.& ſeq.tit.1. lib.4. nova recop.* Molin.*de juſtit.tract.2.diſp.443.* alr.Molin.*de primog.lib.2.cap.15.n.76.* Gutier. *pract.lib.1. q.44.n.6.cum ſeq.& lib.3.q.29.n.28.* Cabed. *Luſit.deciſ.125. n.3. p.1.* Sed videndum eſt quare judex qui cognoſcit de validitate Matrimonii, poſſit ſuper reſtitutione dotis pronuntiare,contra deciſionem text.*in c.cauſam quæ 7. ſup. qui filii ſint legit.* ubi deciditur judicem Eccleſiaſticum, qui virtute reſcripti Apoſt. principaliter de cauſa legitimitatis cognoſcit, teneri relinquere Regi, ſeu poteſtati

teſtati ſæculari judicium ſuper poſſeſſione terrarum, idem probat text. *in cap. tuam, ſup. de ordine cognit.* & juvat ratio *l. 1. C. de ordine judic.*

3 Quare communis exiſtimat, ideo delegatum ad cauſam Matrimonii potuiſſe in præſenti ſuper reſtitutione dotis pronuntiare, quia cauſa dotis etiam principaliter mota eſt mixti fori, & benè poterat præveniendo ſæcularem de ea cognoſcere, & ſuper ea pronuntiare. Ita Innoc. Imol. Abb. & alii *hîc*, Aufrer. *de poteſtate Eccleſiæ ſuper laicos, fallent. 27.* Gom. *in cap. ult. num. 22. de judic. in 6.* Ripa *in l. 1. n. 48. ff. ſoluto matrim.* Bald. Novell. *de dote, p. 9. privil. 16.* Perez *l. 2. tit. 1. lib. 3. Ordinam.* Soar. de Pace *in pract. tom. 2. prælud. 2. num. 21.* Sed hic intellectus convincitur ex litera hujus text. ibi: *Vos qui de Matrimonio principaliter cognoviſtis, de dote, quæ eſt cauſa incidens, acceſſoriè cognoſcere valuiſtis:* ergo Eccleſiaſticus judex non alia ratione quàm incidentiæ de dote cognovit, ut meliùs advertunt gloſſ. *hîc, verbo acceſſoriè,* Molin. *d. cap. 15. n. 76.* Palat. *in repet. cap. per veſtras, notab. 2.* D. Barboſ. *in l. 1. p. 1. n. 46. ff. ſoluto matrim.* ea ſcilicet ratione, quia cauſa dotis eſt adeò conjuncta & connexa Matrimonio, cùm illa ſine hoc conſtare non poſſit, *l. 3. ff. de jure dot.* ut judex Eccleſiaſticus judicando Matrimonium non valuiſſe, meritò, & conſequenter debet judicare dotem reſtituendam, quæ neceſſaria dependentia non reperitur in hæreditate, longè minùs in reſtitutione terrarum, de qua *in d. cap. cauſam quæ*, vide lătiùs ſuper intellectum hujus text. quæ diximus *de offic. & poteſt. Epiſc. p. 3. alleg. 84. n. 30.* faciunt quæ Sanch. *de Matrim. lib. 10. diſp. 8. n. 15.*

4 Amplia locum habere hujus text. concluſionem non ſolùm quando plenariè, ſed etiam quando ſummariè proceditur, quia etiam tunc judex Eccleſiaſticus de cauſa principali ſummariè cognoſcens, ſuper temporali incidenter moto rectè pronuntiabit; cujus contrarium dicendum erit in laico, qui nec incidenter in cauſis ſummariis quoad Eccleſiaſtica negotia ſe poteſt intromittere, ut poſt Joan. Andr. reſolvit Dec. *in cap. 2. n. 24. de judic.* licèt Rip. *ibid. n. 13.* Menoch. *remed. 3. retin. n. 336.* & Gutier. *lib. 1. canon. cap. 34. n. 46.* ſecurè exiſtimet poſſe laicum judicem cognoſcere de cauſis Eccleſiaſticis incidenter, unde inferunt poſſe in cauſa poſſeſſoria, quæ ſummaria eſt, incidenter cognoſcere, quod tamen falſum puto ex his, quæ tradunt Dec. *ubi ſuprà,* Covar. *practic. cap. 33. n. 1.* Valaſc. *conſ. 93. n. 9.*

In gloſſ. *Repetebat*, ibi, *& ſic agit condictione ſine cauſa.* Notatur ad hoc, quod pro dote putativa repetenda datur condictio ob cauſam, vel ſine cauſa, ut per Cov. *de ſponſ. p. 2. cap. 6. §. 8. n. 23.* Tiraq. *de jure mariti, gloſſ. 8. num. 142. & n. 254.* reſolvit, quod actio quæ datur pro dote putativa, æquè privilegiata eſt,
5 atque ea, quæ veræ uxori datur, & *num. 266.* tenet quod maritus putativus non habet dilationem ad ſolutionem dotis putativæ.

6 In ead. gloſſ. ibi, *Mobilia uſque ad annum.* Hæc gloſſa communiter reprobatur ſecundùm Cov. *d. §. 8. n. 24.*

SVMMARIVM.

1 *Dotem amittit mulier propter adulterium à viro ſeparata*, & n. 2.
3 *Donationem propter nuptias, ſeu lucrum dotis ex pacto proveniens amittit mulier propter adulterium.*
4 *Bona paraphernalia propter adulterium amittit uxor.*
5 *Doctores referuntur de bonis paraphernalibus multa tradentes.*
6 *Dotem perdit propter adulterium etiam uxor putativa.*
7 *Dotis amiſſionem propter adulterium tacitè remiſiſſe cenſetur vir poſt illud commiſſum, ſi ſciens cum uxore ſe reconciliaverit.*
8 *Reconciliata uxor non dicitur, quæ habitat cum viro adultero, & patitur ab illo cognoſci, ſi non habet certitudinem adulterii à viro commiſſi.*
9 *Dotem, & donationem propter nuptias recuperat uxor, ſi maritus commiſerit adulterium.*
10 *Uxor poteſt agere ad ſeparationem thori, & ad reſtitutionem dotis, quando maritus habet concubinam.*
11 *Dotem perdit uxor propter oſculum luxurioſum, vel amplexum inhoneſtum.*
12 *Uxor propter adulterium dotem amittit, non ipſo jure, ſed per ſententiam.*
13 *Dotem amittit uxor propter adulterium, quando propria voluntate, putà virum timens, ab ejus domo receſſerit.*
14 *Maritus poſtquam ſemel adulteram uxorem admiſit, & reconciliavit, non poteſt eandem accuſare de eodem crimine.*
15 *Reconciliatus conjux, ſi in adulterium relabatur, poteſt de illo accuſari.*
16 *Dotem, & donationem propter nuptias propter adulterium commiſſum amittit mulier, etiamſi poſt latam ſententiam ſuper adulterium ipſa probet conſanguinitatem, vel affinitatem.*

Cap. Plerumque IV.

Mulier quæ cauſa fornicationis judicio Eccleſiæ, 1
vel propria auctoritate à viro receſſit, nec reconciliatur, non poteſt repetere dotem, vel doralitia. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabar. Joan. Andr. Hoſt. Butr. Anchar. Panorm. Præpoſ. Alex. de Nevo, Caniſ. Cujac. Cened. *collect. 154.* Viv. *in ration. lib. 4. Iuris Pontif. pag. 123.* Alagona *in compend. Iuris Canon. pag. 602.* tenuiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Ant. Aug. *collect. 2. Decret. ſub tit. de dote poſt divort. reſtit. lib. 4. cap. 2.*

Hanc eandem concl. ex hoc text. deſumunt Covar. 2
de ſponſal. p. 2. cap. 7. §. 5. n. 13. & §. 6. ex n. 1. Viv. *tom. 2. commun. opin. lib. 9. tit. 7. n. 3. pag. 467.* & Bellacomb. *n. 5. pag. 470.* Boër. *deciſ. 338. ex n. 2.* Joan. Martin. de Olano *in antinom. lit. A, n. 64.* Anton. Scap. *de jure non ſcripto, lib. 1. c. 50. ex n. 13.* Tiraq. *poſt leges connub. gloſſ. 8. n. 238. & l. 1. connub. n. 44. in fin. verſ. ſed & hinc fit,* Tiraq. *ad leges connub. gloſſ. 8. n. 238.* Gom. *l. 80. Tauri, n. 47.* Clar. *§. adulterium, n. 12. verſ. alia quoque eſt pœna, & n. 13. verſ. & ſcias,* Cantera *in ſuis quæſt. crimin. lib. ult. c. 4. ſub tit. de adulteriis,* Coſta *in cap. ſi pater, 1. p. verbo legavit, num. 46.* Menoch. *de arbitr. caſu 287. n. 12. cum ſeqq. & caſu 419. n. 44. & conſ. 314. n. 17. verſ. has tamen,* Palat. *in repet. hujus rubr. §. 20. in princ.* Gam. *deciſ. 234.* ubi Flores *in addit. & deciſ. 236.* Vincent. de Franch. *deciſ. 184. n. 1.* Azeved. *l. 1. cum ſeqq. tit. 2. lib. 8. novæ recop.* Petr. Greg. *ſyntagm. juris lib. 36. c. 6. n. 14.* Sord. *de alim. tit. 7. quæſt. 16. n. 20. cum ſeqq.* Molin. *de juſtit. tom. 4. tract. 3. diſp. 90. n. 2.* D. Barboſ. *in l. 2. à princ. n. 53. cum ſeqq. ff. ſoluto matrim.* Franciſc. Molin. *de ritu nupt. lib. 3. quæſt. 67. n. 2.* Beller. *diſquiſit. cleric. p. 1. tit. de favore clericorum reali, §. 4. n. 71.* Sanch. *de Matrim. lib. 10. diſp. 8. n. 2.* Valaſc. *conſ. 169.* Cabed. *p. 1. Luſit. deciſ. 124. & 125.* Farin. *in praxi crimin. p. 5. quæſt. 142. n. 1. cum ſeqq.*

Utrùm autem dos uxoris adulteræ applicetur marito ubi mulier habuerit filios vel primi, vel ſecundi Matrimonii? vide Covar. *d. §. 6. num. 4. verſic. cæterùm,* Avendan. *reſp. 24. ex n. 1.* Chaſſan. *in conſuet. Burgund. rubr. 4. §. 6. verbo, & ſera tenue, num. 25. & rubr. 6. §. 1. ex num. 8.* Palat. *in repet. hujus tit. §. 20. num. 1. verſ. intellige tamen,* Boër. *d. deciſ. 338. n. 5.* Baëz. *de inope debitore, c. 1. num. 68.*

num.68. Et quid ſi talis adultera habeat patrem,an in ejus præjudicium maritus lucretur dotem? vide Chaſſan. d.§.6. verſ. & ſera tenue, ex num.20. Boër. d.deciſ.338.ex n.5. Caballin. milleloq.527.

3 Amplia primò hujus text.deciſionem in donatione propter nuptias,ſeu lucro dotis ex pacto proveniente, ut per Palat. in repet. hujus rub.§.20. n.1.verſ. ſic etiam uxor, Clar. § adulterium, num.12.verſ.alia quoque, Viv. tom.1. comm.opin. lib.9 tit.7. num.3. verſ. quæ profectò, pag.467. col.1. D.Barboſ. l.2.in princ. p.1.n.54. & 98. verſ.item ut ipſa amittat dotem, Sanch. d.lib.10. diſp.8. num.21. Perez l.1.gloſſ. tres bienes, tit.1.lib.5. Ordinam. pag.21. Surd. de alimentis, tit.7.quæſt.16.n.30.

4 Secundò amplia in bonis paraphernalibus, ut per gloſſ.hîc,verbo dotalium, in fin. & per Cov.de ſponſ.p.2. cap.7.§.6.n.2. Anton.Gom. l.80.Tauri, n.47.verſ.item etiam imponitur,Clar.§.adulterium,n.15.verſ.adde quod, Cott. in memorab.verbo mulier propter adulterium, pag. 594. Surd. d.quæſt.16.n.28.Perez l.2.tit.15.lib.8.Ordin. pag.290. Farin. d.q.142.n.3. Contrarium tamen tuentur Menoch. de arbitr. caſu 418. in addit.n.5.& conſ.1. n.72.& conſ.56.n.4.cum ſeqq.Cancer. variar.reſol.lib.1. c.9.n.69.& 78. Franc.Molin.de ritu nupt.lib.3.q.67.n.5. D.Barboſ. in d.l.2.n.54.& ſeq. Sanch. d.diſp.8.n.10.ubi
5 dicit etiam attento jure Regni Caſtellæ, bona paraphernalia & reliqua uxoris adulteræ adjudicari viro. De bonis paraphernalibus multa tradunt Viv. tom.1. commun.opinion. lib.5.tit.7.n.48. pag.724. Menoch. de præſumpt. lib.3.quæſt.8. Cald.Pereira de extinct. emphyt. cap.11.num.15.& 16. Bernard.Grævæ. ad pract.Cameræ Imper.lib.1. concl.133. & lib.2.concl.78.

6 Tertiò amplia in uxore putativa, quando ſcilicet Matrimonium eſt nullum propter aliquod impedimentum affinitatis, ſeu conſanguinitatis, & tunc, etiam quod Matrimonium non adſit, uxor propter adulterium dotem perdit, & viro applicatur, ut per gloſſ. hîc,Cov.d.cap.7.§.6.n.1. Clar. §.adulterium,n.14. verſ.ſed quid ſi aliquis, Lancel.Gallia in conſuet.Alex.in gloſſ.maritus, quæſt.2.n.13. Cravet. conſ.205.n.36.& de antiq.tempor.p.4 §.videamus,ex n.11.Anton.Gom. l.80. Tauri,n.48.verſ.ſecundò infertur, Viv. d.tom.2.commun. opin.lib.9.tit.7.n.3.verſ.ſed ipſa concluſio, Gam. deciſ.89. Hieron. de Laurent. Avenion. deciſ.145.n.15. Surd. de alimentis, tit.7.quæſt.16.n.22. Farin. d.quæſt.142.n.16. D.Barboſ. d.l.2. p.1. n.93. cum ſeqq. remiſſivè Ced. d.collect.154.n.4. Quid autem ſi Matrimonium non teneat, an mulier adultera amittat dotem? vide Guid. Pap. ſing.568. nota pactum, n.8. Clar. d § adulterium, n.14. Ant.Gom. l.80.Tauri, num.48. Anton.eQuſada diverſ.quæſt. cap.18.verſ.in qua parte.

7 Nec reconciliata poſteà,&c.Notatur ad hoc (ſumpto argumento à contrario ſenſu) quod quando vir poſt commiſſum ab uxore adulterium, illud ſciens tacuit, uxorem in domo retinuit, cum ea ſe reconciliavit, & commiſcuit, actionem quam habebat ad ſeparationem thori, & dotis amiſſionem tacitè remiſiſſe cenſetur, ut per Viv. d.tom.2. commun. opin.lib.9. tit.8.n.3. verſ. ſecundò, pag.467. Surd. de aliment.tit.7. quæſt.16. n.75.& num.102.cum ſeq. Baiard. ad Clar.§.adulterium, n.116. Bellet. d.§.4.n.82. Sanch. d.lib.10.diſp.8.n.21. Farin.d. q.142.n.68.cum ſeqq. ubi n.69.ampliat etiam quod reconciliatio fuerit ſequuta poſt cœptum judicium ſuper amiſſione dotis, imò etiam poſt ſententiam: & n.74. etiam ampliat,ut non ſolùm domi retinens adulteram uxorem cenſeatur illi remiſiſſe actionem & accuſationem,quam habebat pro commiſſo adulterio,ſed etiam
8 poſſit dici ejuſdem uxoris leno. Non dicitur tamen reconciliata uxor,quæ habitat cum viro, & patitur ſe ab eo cognoſci, ſi eadem non habet certitudinem adulterii à viro commiſſi; quia habita ſcientia adulterii per maritum commiſſi, agere poterit ad ſeparationem, ut deciſum fuit in una Romana ſeparationis thori,21. Iunii 1606. Coram Juſto,& in alia Bononien. ſeparationis pariter thori,26. Iunii 1606. Neque ubi agitur de remittenda dicta injuria, ſufficit ſcientia deducta ex conjecturis & præſumptionibus,ſed debet eſſe plena & concludens, Mohed. deciſ.4.de probat. Put. deciſ.147.lib.1.

Mulier.] Ita etiam & è contra ſi maritus commiſe- 9
rit adulterium, uxor recuperat dotem, & lucratur donationem propter nuptias, ut per Rojas ſing. 214. in fin.verſ.quod ſi maritus, Philip. Dec. in l.ſemper in contractibus,ex n.7.ff.de regul.juris, Roland.conſ.50.ex n.4. vol.1. Burſat. conſ.120.n.20. Rimin. conſ.395.n.4. Baiard. ad Clar. §.adulterium, n.103. Petr.Greg.ſyntagm. jur.lib.36.c.6.n.14. Surd.de aliment.tit.7.quæſt.16.n.30. Sanch. d.lib.10. diſp.8.n.11. D.Barboſ. d.l.2. in princip. p.3.n.56.verſ.unde licèt, Farin.d.q.142.à n.35.cum ſeqq. Vincent.de Franch. deciſ.244. n.3. p.2. Theſaur. deciſ. 130.n.4. Bellet. diſquiſit. cleric. p.1.tit.de favore clericorum reali, §.4. n.74. ubi n.75. reſolvit quod poteſt ad reſtitutionem dotis agere,& n.76.cum Caſtr.conſ.128.
& 328. ac Cuman. conſ. 175. tenet poſſe eandem 10
uxorem agere ad ſeparationem thori, & reſtitutionem dotis,quando maritus tenet concubinam.

Fornicata.] Vel propter oſculum luxurioſum, vel 11
amplexum inhoneſtum, aut ſi patiatur ſibi mamillas tangi à viro,ut per Surd.d.q.16.n.32.cum ſeqq.& plures refert Doctores Cened. d.collect.154.n.5. qui latiſſimè agunt de pœna oſculi impudici, vel tactus mamillarũ.

Iudicio Eccleſiæ.]Notatur ad hoc,quod propter adul- 12
terium uxor dotem amittit,non ipſo jure,ſed per ſententiam,ut per Cov.de ſponſal.p.2.c.7.§.6.n.1.Sanch.d. lib.10.diſp.8.n.13.Farin.d.q.142.n.66.Et ante illam non tenetur reſtituere marito in conſcientia, ex Ludov. Mexia in tract.taxæ panis,concl.6.n.63. ubi ſubdit,quod ſimiliter maritus, qui adulterium commiſit, in conſcientia non compellitur uxori reddere dotem, quam ipſe propter adulterium uxoris ſuæ conſequutus fuit.

Aut propria voluntate.] Notatur ad hoc,quod pro- 13
pter adulterium uxor dotem amittit quando propria voluntate,& abſque alia juſta cauſa, putà virum timens, ab ejus domo receſſerit, ut per Sanch. d.diſp.8. n.13.verſ.ſed hinc, Farin. d.q.142.n.28. ubi n.29. ſecus dicit,ſi à domo viri recedit, non propter fornicationem, quia tunc dotem non amittit. Vide Tiraq. in l.1. connub.n.24.verſ.quum & ſi vir, & Palat. in repet.hujus rubr. §.20. n.4. reſolvunt quod maritus non lucratur dotem quando ipſe atrociùs uxorem verberaret, ob idque uxor aufugiat; & adulterium committat; tunc enim,aiunt, nec accuſare, nec conſequi poterit dotem maritus, quicquid dicat Corduba de Lara in l.ſi quis à liberis, § ſi quis ex his, n.210.ff.de liber.agnoſc.

In gloſſ. Nec reconciliatam, ibi,poſteà illam, &c.No- 14
tatur ad hoc, quod poſteaquam vir ſemel adulteram admiſit, & reconciliavit, non poteſt eandem accuſare de eodem crimine, vide Gam. Luſitaniæ deciſ.235.n.6. & deciſ.273. Surd. de aliment.tit.7.q.16.n.102.& 103. D.Barboſ. in l.2.in princ. p.1.n.101.& 104 ff.ſoluto matrim. Cened. ad Decretal. collect.137.n.1.

In ead. gloſſ. ibi, Niſi poſteà fornicetur. Notatur ad 15
hoc, quod ſi reconciliatione facta conjux ille reconciliatus in adulterium relabatur, poteſt non obſtante priori illa reconciliatione de novo de eo adulterio accuſari, & ratione illius celebrari divortium, ut per Palat. in repet.cap.in princ.§.9.n.18. Cov. de ſponſ.p.2. cap.7.§.6.n.7. Angles in floribus Theolog.1.p.de matrim. q.9.de divortio, art.1.diffic.2. concl.6. Gregor. l.8. verbo en ante, tit.17.p.7. Fr.Emman. tom.1.ſum. cap.240.n.3. Surd. d.q.16.n.103. Azeved. l.2.n.11.tit.20. lib.8.nova recop. Henriq. in ſum.lib.11. cap.17.n.5. D.Barboſ. d.

l.2.

*l.2.part.1.in princ.num.*104. Sanch. *d.diſput.*5. *num.*20.

16 In gloſſ. *Repetere*, fin.ibi, *demum probatur conſanguinitas inter eos*, &c. Notatur ad hoc, quod propter adulterium commiſſum perdit mulier dotem, & donationem propter nuptias, etiamſi poſt latam ſententiam ſuper adulterio ipſa probet conſanguinitatem, vel affinitatem inter eos extare, & pronuntietur exinde nullum Matrimonium, ut per Guid.Papæ *ſing.*568. *verſ. unde dubitatur*, Bellet. *d.*§.4.*n.*72.

Advertendum eſt pro intellectu jurium de dote diſponentium, quod dos promiſſa venit ſub nomine dotis, & verè, & propriè dos dicitur, Achil. *deciſ.*13. *n.*2. *de conſtit.* Steph.Gratian. *diſcept.forenſ.c.*666.*n.*22. Rot.*deciſ.*248.*n.*6. *p.*4.*diverſ.& in Senogallien.dotis*, 23. *Ianuarii* 1608. coram Card.Pamphilio jun. plures refero ego ipſe *de appellat. verbor. utriuſque juris ſignif. appell.*84.*n.*2. Unde ſtatutum de lucro dotis habet locum etiam in dote promiſſa, licèt non tradita, ut per Menoch. *de præſ.lib.*6. *præſ.*1.*n.*21. Gaſp. Ant. Theſaur. *quæſt.forenſ. lib.*2.*q.*75. Adrian. Neguſant. *quæſt.forenſ. quæſt.*443.*n.*9.*cum ſeq.* Steph. Grat. *d.c.*666.*n.*22. Rota apud Achil. *deciſ.*13. & coram Gregor.XV. *deciſ.*5.*n.*1. *& deciſ.*204 *n.*20.*& p.*4.*diverſ.deciſ.*248. *num.*11.*& in Aſculana dotis*, 29. *Maii* 1596. coram Giptio, *& in Ariminen.legati*, 20. *Decembr.* 1596. coram Litta, quod procedit etiamſi ſtatutum dicat quod dos remaneat apud virum, Rot. *d.deciſ.*248. *num.*11.*p.*4.*diverſ.* imò etiamſi ſtatutum loquatur tacitè, vel expreſsè de dote data. Menoch. *d.præſ.*1.*num.*21.*ad fin.* Rot. *in Aſculana dotis*, 9. *Martii* 1625. coram Card. Sacrato.

SUMMARIUM.

1 *Mulier per officium judicis cogitur donata ſibi à viro propter nuptias pro conſervatione illiciti Matrimonii relaxare, ſi talis donatio præſtet impedimentum diſſolutioni talis Matrimonii.*

2 *Maritus ultra arrhas uxorem dotare poteſt.*

3 *Dos, & donatio propter nuptias pari paſſu ambulant, & æqualem continent favorem, exceptis caſibus à jure expreſſis.*

4 *Arrhæ in Hiſpania cedunt lucro uxoris.*

5 *Argumentum de donationibus propter nuptias ad arrhas in Hiſpania non ſubſiſtit.*

6 *Nuptiæ inceſtæ non contrahuntur ex ſolis ſponſalibus inter conſanguineos, & affines, non ſecuta copula carnali.*

Cap. Et ſi neceſſe ſit V.

Clem. III.

1 Donata à marito propter nuptias cum pacto quod ſi contingat ſeparatio, remaneant pro uxore, ſi deinde Matrimonium reperitur nullum ob conſanguinitatem, & donata cauſant difficiliorem ſeparationem, ſunt reſtituenda viro, quæ donavit, quia hæc non ob turpem, ſed ob nullam cauſam fuerunt donata, nec ſunt dos, nec donatio propter nuptias, cùm Matrimonium ſit nullum. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Hoſt. Butr. Anchar. Panorm. Præpoſ. Alex. de Nevo, Caniſ. Cujac. Viv. *in ration. lib.*4. *Iuris Pontif. pag.* 124. Alagona *in compen. Iuris Canon.pag.*603. remiſſivè Ximen. *in concord p.*1. *&* 2. refertur ab Ant. Auguſt. *collect.*2. *Decretal. lib.*4. *ſub tit.de dote poſt divortium reſtituend.cap.*2.

2 Caſum hujus Decretalis refert Franc. de Rades, y Andrada *en la chronica de las tres ordenes y cavallerias, tit.de la de Santiago,c.*12.*verſ.El Rey de Caſtilla, fol.*21. aliqua tangit Valdeſ. ad Xuar. *ad l.*1.*tit. de las arrhas*, §.*nota primò, pag.*26. ubi tenet quod maritus ultra arrhas poteſt dotare uxorem, ſic intelligens hunc text. loqui in vera dote, quia Rex Alphonſ.IX. uxorem habuit Berengariam filiam Regis Alphonſi VIII. Caſtellæ, ei conjunctæ in quatto conſanguinitatis gradu, & dos data eſt à Rege Legionenſi Alphonſ.IX. in pignus, & ſecuritatem Matrimonii, & dicit Valaſc. *conſult.*4. *n.*3. illud quod *ſuprà* dictum eſt de marito, quod poteſt conſtituere dotem uxori ex propria ſubſtantia, eſſe limitandum quando illa donatio, & dotis conſtitutio fieret ante contractum Matrimonii, ſecus ſi poſt, vel ſi effectus ejus con ferretur in tempus Matrimonii.

In tribus difficilis reputatur hic text. Primò in eo quod vir uxori dotem dediſſet, cùm uxor viro dotem, vir autem donationem propter nuptias uxori conſtituat? Secundò quare pactum inter Regem Legionenſem, & filiam Regis Caſtellæ factum de dote lucranda, ſi eam aliqua occaſione relinqueret, non ſit obſervandum? Tertiò quomodo dos, & donationes contrahentium inceſtas nuptias per eoſdem ſoluto matrimonio repetantur, non verò fiſco adjudicentur?

Quod attinet ad primum *gloſſ.*1. *hic*, oppreſſa difficultate exponit verbum *dotem*, id eſt, donationem propter nuptias, quam tamen expoſitionem DD. communiter reprobant per alia text. verba inferiùs poſita, & ideò nec dos, nec donatio propter nuptias, quæ ſatis evincunt dotis conſtitutionem, in propoſito interveniſſe. Quare reſolvendum eſt, quod quamvis dos propriè dicatur, quam uxor dat viro ad Matrimonii onera ſupportanda, donatio verò propter nuptias appelletur, quam vir uxori facit, ut probat text. *in cap.nuper, infr.hoc tit.l.*1. *l.ult.in* §.*ſancimus*, *C.de donat.ante nuptias*; quandoque tamen vir uxori dotem poteſt aſſignare, ut probat text. *in præſenti, & in d.cap.nuper*, text. opt. *in cap.*1. *de adulter.* & poſt Vincent. Abb. Præpoſ. & alios *hic* explicat Xuar. *in tit.de las arrhas*, *n.*4. & eſt recepta ſententia ex Valaſc. *conſ.*4.*n.*3. quæ planiùs procedunt ſecundùm antiquam Caſtellæ conſuetudinem, ut præcitati DD. advertunt, de qua Palat. *in repet.rub. hujus tit.*§.24.*n.*2. Greg. *l.*1.*gloſſ.*4.*tit.*11.*p.*4.

Quoad ſecundum verò dubium, rejecta opinione Butr. *hic, n.*5. Abb. *n.*3. & aliorum, qui exiſtimant pactum in propoſito non eſſe obſervandum, quia diſſolvendi Matrimonii libertatem impediebat; nunc enim magis ob turpem, quàm ob nullam cauſam datum eſſet, reſolvendum eſt pactum ſine dote non valere, dotem autem ſine Matrimonio non conſiſtere, juxta *l.avunculo, ff.de condict.ſine cauſa.* Unde cum Matrimonium inter conſanguineos nullum ſit, cætera quæ ex eo dependent, nullius quoque ſunt momenti, & licèt in contrahendo Matrimonio cum conſanguinea turpitudo verſetur, in dote tamen conſtituenda nulla turpitudo reperitur, unde cùm in quacunque materia cauſa proxima, non remota ſit inſpicienda, cauſa autem proxima in propoſito ſit dos, quæ nullam ex ſe continet turpitudinem, meritò Pontifex in propoſito decidit pactum de lucranda dote in favorem filiæ Regis Caſtellæ celebratum, magis ob nullam, quàm ob turpem interpoſitum, quem intellectum colligo ex doctrina Bart. *in l.ult.n.*2.*ff.de condict.ſine cauſa*, quam ſequitur Cov. *de ſponſal.p.*2.*cap.*6.§.8.*num.*23. & probat apertè ex *d.l.avunculo.*

Quoad tertium dubium inquirendum à nobis eſt, cùm propter conſanguinitatis impedimentum inter Regem Legionis, & filiam Regis Caſtellæ inceſtæ nuptiæ eſſent contractæ, quare dos per Regem ſoluto Matrimonio repetatur, non verò fiſco adjudicetur, juxta reg. text. *in l.cùm hic ſtatus*, §.*ult.ff.hoc tit. & in*

l.qui

l.qui contra,juncta auth.inceſtas, C.de inceſtis nupt. quibus juribus probatur, bona contrahentium inceſtas nuptias fiſco eſſe applicanda; in quo text.iſte difficilis admodum reputatur, varioſque patitur intellectus. Nam gloſſ.*in præſenti*,dicit quod ſcilicet in ſpecie hujus text. ille, qui inceſtas nuptias contraxit, Rex erat Legionis, qui nullum in temporalibus ſuperiorem recognoſcit, juxta reſoluta *in collect. ad c. per venerabilem,n.24.qui filij ſint leg.* ac per conſequens neque fiſcum, quem intellectum communem dicit Alciat. *in l. his conſequenter,* §.1.*n.21.ff. familia hercisc.* Boër. *decis.264.n.15.* Novell.*de dote,p.11.n.7.* ſequitur D.Barboſ.*in l.ſi ante,n.28 ff.ſoluto matr.* Quidam verò inter ſponſalia,de futuro,& Matrimonium de præſenti communiter diſtinguunt, ut ſcilicet contrahentes illicita ſponſalia etiam ſcienter,non incidant in pœnas contrahentium inceſtas nuptias,juxta gloſſ. *verbo contrahere,in Clem.1.de conſang.* ſed potiùs donata revocent per condictionem ſine cauſa,per text. *in l.fin ff.de condict.ſine cauſa*; contrahentes verò illicitum Matrimonium, ſiue conſummatum illud ſit, ſiue non, incidant in prædictas pœnas, eorumque bona fiſco adiudicentur. Alii putant Matrimonium in præſenti fuiſſe contractum ſub conditione, ſi Papa diſpenſaret, Rip. tamen *in rubr.n.29 ff.ſoluto Matr.*alium ad hunc text. aſſignat intellectum, nempe ideo Regem Legionis donata in propoſito potuiſſe repetere, quia licèt fiſcus ea poſſet auferre in pœnam contrahentium inceſtas nuptias, mulier tamen de hoc jure opponere non potuit, cùm nullus de jure fiſci præter ipſum fiſcum poſſet opponere, vt notat gloſſ. *verbo non pertinere, in d. l.his conſequenter*, §.1. ubi Alciat. *num.21.* Covar. *d. c.6.§.8.n.23.*

3 Sed his, & aliis rejectis intellectibus, inhærendo primo, quem *ſuprà* ex gloſ.*in præſenti* præſtiti,aduertendum duxi quod quamvis dos, donationes propter nuptias, & cætera,quæ ex contrahentium inceſtas nuptias liberalitate procedunt,à fiſco tanquam ab indignis poſſint vendicari,vt probat text.*in l.qui contra, C.de inceſtis nupt. auth.inceſtas, eod.tit.* hic tamen non condictione ob turpem cauſam,ſed potiùs in pœnam eorum qui inceſtas nuptias ſcienter contrahunt, ſpecialiter fuit ſtatutum,vt patet *in d.l.qui contra*,ibi,*vendicari ſancimus,& in d.auth.inceſtas,in princ.* ibi,*inceſtas nuptias contrahentis pœna eſt bonorum confiſcatio*; unde quamvis caſtra à Rege Legionis filiæ Regis Caſtellæ magis ob nullam,quàm ob turpem cauſam data eſſent ut hic text. probat, & ita condictione ſine cauſa per Regem poſſent auferri; quia tamen inceſtas nuptias ſcienter contraxit, potuit fiſcus, ſi ſuperiorem recognoſceret,prædicta bona in pœnam vendicare, ſed cùm Rex legibus quoad vim coactivam ſubditus non ſit,in pœnam juris nõ incidit,ac per conſequens quod ſine cauſa dedit, jure optimo condictione ſine cauſa potuit repetere,juxta *l.ult ff.de condict.ſine cauſa.*

4 *Et ideò nec dos,nec donatio propter nuptias*, &c.] Ergo dos,& donatio propter nuptias pari paſſu ambulant,& æqualem continent favorem,exceptis caſibus à jure expreſſis, ut docent Vincent. de Franch. *decis 182.n.2.cum ſeqq.p.1.* Surd. *de alim. tit.1.q.42. à n.77.* Menoch.*de præſ.lib.3.præſ.15.n.10.* Arrhæ verò

5 in Hiſpania cùm cedant lucro uxoris, Gom.*l.5. Tauri, n.9.& 10.*Greg.*l.7.gloſſ.fin.tit.11.p.4.* non ſubſiſtit argument. de donationibus propter nuptias ad arrhas Hiſpaniæ,Greg.*l.1.verbo Spagna,tit.11.p.4.* D.Barboſ. *in l.1. ff. ſol. matrim. p.4. n.15.*

6 Notatur ad hoc, quod ex ſolis ſponſalibus inter cõſanguineos, vel affines,non ſequuta copula carnali inceſtæ nuptiæ non contrahuntur, vt per Clar.§.*inceſtus,num.9.verſ.hac autem pœna*, Duen.*reg.150.limit.3.* Menoch.*de arbitr.caſu 502.n.79.& ſeq.* Peregr. *de jure fiſci,lib.5.tit.1.n.17.verſ.intellige quintò,* Surd. *de alim. p.5.q.7.n.27.* Farin. *in praxi crimin. q.149.n.157.*

SUMMARIUM.

1 *Vſufructuarius donans ſine conſenſu domini rem ipſam uxori propter nuptias, non transfert in eam plus juris, quàm ipſe habebat.*

2 *Vaſſallus non poteſt filiæ ſuæ feudum in dotem dare ſine conſenſu domini.*

3 *Emphyteuſis ſine conſenſu domini in dotem filiæ dari non poteſt.*

4 *Vſufructuarius liberè poteſt uſumfructum alienare inconſulto domino.*

5 *Primus acquirens quandiu vivit, durat jus ſecundi, cui facta eſt donatio.*

6 *Nullus plus juris in alium transferre poteſt, quàm ipſe inſe habeat.*

CAP. Nuper VI.

VSufructuarius ſi concedat partem terræ vxori in dotem,mortuo marito vxor non poteſt amplius illam habere, niſi conſentiat dominus terræ,quia non transfert in eam plus juris quàm ipſe habebat, & ob iſtam rationem ſi terra fuit data in feudum,vel hæreditatem alicui, & hæredi,quem habebat ex legitima vxore, & ipſe concedit partem terræ in dotem vxori, & moritur ſine hærede, vxor non poteſt amplius habere partem terræ. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc.Collect.Zabar.Ioan.Andr.Hoſt. Butr. Anchar. Panorm.Præpoſ.Alex.de Neuo, Caniſ. Cujac. Viu. *in ration. lib.4.juris Pontif. pag.124.* Alagona *in compend. juris Canon. pag.603.* remiſſiuè Ximen.*in concord.p.1. & 2.* refertur ab Anton. Auguſt. *collect.3. Decretal. lib.4. ſub tit. de dote amittenda, vel poſt divort. reſtit. cap.2.* 1

Vel feudum.] Notatur ad hoc, quod vaſſallus non poteſt filiæ ſuæ feudum in dotem dare ſine conſenſu domini, vt per Duen.*reg.40.ampliat.8.*Cald.Pereira *de extinct. emphyt. c.5. n.43.* ſic etiam ſine conſenſu domini emphyteuſim in dotem filiæ dari non poſſe tenent Gama *Luſitaniæ deciſ.242.* Cald. Pereira *d. tract. c.10. n.3.* Rebell.*de oblig.juſt.p.2.lib.13.q.5. n.4.* licèt vbi fuerit dos inæſtimata, contrarium ſentiant Card. Manric. *de tacitis & ambig. convention. lib.22. tit.28. num.39. cum ſeqq.* Valaſc. *conſult.113. num.9. cum ſeqq.* 2

Quod tamen attinet ad commoditatem feudi, & emphyteuſis,poteſt vaſſallus abſque conſenſu domini illam quoad vixerit in dotem concedere: ratio eſt, quia per talem conceſſionem vtile dominium non transfertur, nec jus aliquod in re conſtituitur, ſed obligatio ſola perſonalis ad fructus ex ea percipiendos, vnde talis conceſſio nec eſt alienatio, nec prohibita cenſetur, quare ad quodcumque tempus fiat, morte vaſſalli exſpirat,libereque ad illum regreditur, ad quem ſi in dotem data non eſſet,erat tranſitura,ita poſt Tiraq. *de retract. lign. §.1. gl.7. n.47.* explicant eleganter Molin. *de primog. lib.1. c.21. n.24. & ult.* Molin. *de juſtit. tract.2. diſp.466. verſ. in tertio.* 3

Dum vixerit.] Notatur ad hoc, quod vſufructuarius liberè poteſt uſumfructum alienare, & in tertium inconſulto domino cedere, vt tenet Cald. Pereira *d. tract. cap.11.num.4.* ſed vſumfructum alteri cedi non poſſe,quin deuoluatur ad dominum proprietatis, reſoluit Lara *in l. ſi quis à liberis, §. parens,num.69. cum ſeqq.* vbi *num.62.* aſſerit textum *in præſenti*, quatenus habet 4

habet valere dotis conſtitutionem, dum vixerit ipſe fructuarius, qui conceſſit, loqui in perſona ejus, qui conceſſit alicui uſumfructum, non verò in perſona ejus, qui ceſſit.

Notatur etiam ad hoc, quod quandiu vivir primus
5 acquirens, durar jus ſecundi, cui facta eſt donatio, ut docet Cald. Pereira *d.tract.c.21.n.2.*

Nullus plus juris in alium transferre poſſit, &c.] De
6 hoc principio vide Surd. *conſ.126.n.31.* Joſeph.Seſſe *Aragoniæ deciſ.188.n.15.& 23.* Cæſ.Argel. *de contradictore legit.q.9.n.68.* Pich. *ad princ.Inſtit.de acquiſ.per arrogat.n.49.*& alios per me citatos *in tract.de Axiom. juris uſufreq. Axiom.160.n.2.*

SVMMARIVM.

1 *Compendium hujus text. refertur.*
2 *Marito exigenti dotem à tertio, qui eam promiſerat, non obſtat exceptio, quod vergat ad inopiam, ſi offerat cautionem de reſtituendo.*
3 *Mulier contrahens Matrimonium cum inope ſcienter, non excluditur à petenda cautione de dote ſervandà.*
4 *Cavere pro modico cogi quis non debet.*
5 *Cautio idonea quæ ſit, remiſſivè.*
6 *Eccleſiaſticus index cum de cauſa dotis in hoc text. cognovit, oſtenditur.*
7 *Pecunia ad alimenta relicta deponi debet apud mercatorem ad honeſtum lucrum.*
8 *Vſuraria dicitur ſocietas, in qua capitale ſalvum ſervatur.*
9 *Maritus cui non fuit ſoluta dos promiſſa, an poſſit uxorem expellere, oſtenditur, ac declaratur text. in præſenti.*

Cap. Per veſtras VII.

1 MAritus quando petit dotem vxoris, & illa contra eum excipit quod ſit pauper, & quod non poſſit dare ſufficientem caurionem, debet dare illam, quam poteſt, vel committere dotem alicui honeſto mercatori, vt de parte honeſti lucri poſſit onera Matrimonii ſuſtentare occaſione dotis detentæ, ne ſi maneanr ſeparati adulterentur. Colligunt ex Ordin. Abb. anriq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Hoſt. Butr. Anchar. Panorm. Præpoſ. Caniſ. Alex. de Neuo, Palat. Cuiac. Viu. *in ration. lib.4. juris Pontiſ. pag.124.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag.603.* remiſſiuè Ximen. *in concord. p.1.& 2.* refertur ab Anr. Aug. *collect.3. Decret. lib.4. ſub tit. de dote amit. vel poſt diuort. reſtit. c.3.*

Mercatori, &c. Dubitant DD. *in præſenti*, quo pacto dos ſit deponenda penes mercatorem, quòd ſi periculoſa fuerit expóſita, jam plenè mulieri non ſuccurritur; ſi verò cum pacto, vr periculum ad mercatorem pertineat, jam tale lucrum turpe potius, quàm honeſtum dicendum eſt, ex reg. *l. ſi non fuerint, §. ſtricto, ff. pro ſocio.* Quare communis opinio intelligit contractum aſſecurationis, ſiue cum eiſdem mercatoribus penes quos deponenda erat, ſiue cum aliis eſſe licitum, vt poſt Nau. *in man.c.17.n.255.& in c.1.n.36.14. q.3.* reſoluir Fr. Ludou. Lop. *inſtruct. negotiantium c.65.* Cou. *lib.3. var. c.2. n.4.* Gam. *deciſ.253. n.1.* de eoque Ponrificem eſſe intelligendum, aliter honeſtum lucrum cum dotis ſecuritate dari non poſſe. Verùm hic intellectus licèt in ſe verus ſit; diuinatotius tamen videtur, multaque ſupplet, quæ ex litera huius text. non colliguntur, nec hodie poterar practicari, cum poſt nouam Sixti V. conſtitutionem ſuper aſſecurationibus editam talis contractus cum eodem mercatore ſit prohibitus, & vſurarius præſumatur. Vnde omiſſo prædicto, & aliis intellectibus, de quibus per Cou. *d.c.2. n.1.* Bero *in cap. vlt. de vſur. n.49.* Fr. Ludou. *vbi ſup. verſ. ad primum*, planiùs intelligitur hic rext. vt ſcilicet Ponrifex non dicat dotem apud mercatorem ſaluam eſſe à damnis, & periculis fortuitis, cùm enim ſolùm intendar text. dotem ſaluari à viro ad inopiam vergente, qui idoneam cautionem præſtare non poterat, & ad hunc effectum juber eam apud mercatorem deponi, vt ex parte honeſti lucri Matrimonii onera ſupportentur; crit igitur dos apud mercatorem eo modo, quo foret apud marirum non inopem, ſed opulentum, & vt penes marirum diuitẽ dos à fortuitis caſibus libera non eſt, ſed eiſdem ſubjecta remanet: igirur ſimiliter penes mercatorem eſſe poteſt, & quamvis text. *in præſenti*, de ſolo lucro mentionem faciat, damnum neceſſariò proportionabiliter inducir, ex reg. *l. cùm duobus 52. §. damna, ff. pro ſocio*, faciunt illa text. verba, ibi, *vt ex parte honeſti lucri*, &c. honeſtum autem lucrum dici non poteſt, quod ab eo ſocio prætendirur, qui nullum damnum ſubit, juxta *d. §. damna*, cum ſimilibus.

De ipſa non peritura præſt. &c.] Notarur ad hoc, quod 2
marito exigenti dotem à rertio, qui eam promiſerat, nõ obſtar exceptio quod vergar ad inopiam, ſi offerat cautionem de reſtituendo, vel petit eam deponi apud mercatorem, vt per Tiraq. *ceſſante cauſa, limit.14.n.5.*

Notatur etiam ad hoc, quod mulier contrahens ma- 3
trimonium cum inope ſcienter, non excludirur à petenda cautione de dote ſeruanda, vide Nouel. *de dote, p.7. priuil.32.* Palat. *in repet. rubr. huius tit. §.11. & ſeq. n.12.* D. Barboſ. *in l. ſi conſtante, n.27 ad fin. verſ. infertur etiam, ff. ſolut. Matrim.* quos refert Franc. Molin. *de ritu nupt. lib.3. q.52. à n.38.* Et quod mulier aſſecuranda ſit de dote, regulam cum ampliationibus, & limitationibus conſtituir Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. p.4. collect.1310.*

Satis poſſit ei modicum credi dotis.] Notatur ad hoc, 4
quod non dabet quis cogi pro modico cauere, vr per Tiraq. *de iudicio in rebus exig. verſ.27. pag. mihi 59.*

Niſi cautionem idoneam.] Cautio idonea, ſiue 5
ſufficiens quæ dicatur, dixi ad *cap. ex tranſmiſſa 8. in gloſſ. verbo ſufficienti, ſup. de reſtit. ſpoliat.*

Pro dote vxoris ſuæ, &c.] Ideo in præſenti judex Ec- 6
cleſiaſticus de cauſa dotis cognoſcir, quia agitur de paupere, atque ita miſerabili perſona, de cuius cauſa Pontiſicem, & Eccleſiaſticos judices competentes eſſe norant Doctores communiter per text. *ibi, in cap. ex parte, ſup. de foro compet.* vt vel inuitus fatetur Cou. *pract. c.6. n.1.* & tenent Palar. *hîc, notab.2. n.5.* D. Barboſ. *in l.1. p.1. n.4. ad fin. ff. ſolut. Matrim.* quos refero ego ipſe *de offic. & poteſt. Epiſcop. p.3. alleg.84. num.19. in fine.*

Vel ſaltem alicui mercatori, &c.] Notatur ad hoc, 7
quod pecunia ad alimenta relicta deponi debet apud mercatorum ad honeſtum lucrum, vr per Surd. *de aliment. tit.9. q.40. n.37.* Cur. Philip. *p.2. lib.2. c.1. n.12.* & vide ad id D. Barboſ. *in l.2. ff. ſolut. Matrim. in princ. p.1. n.51.* Gregor. *l.29. verbo ganancias, tit.11. p.4.* ubi dicit ex Plat. quod hodie poteſt dari licitè pecunia mercatori, vr inde percipiat ille quæſtus, qui honeſtè percipi poſſunt.

Notatur ad hoc, quod ſocietas in qua capitale 8
ſaluum ſeruatur, dicitur vſuraria, vt per Farin. *p.4. conſ.54. n.24. verſ. quia ſtipulatio.*

Vxor à viro dimiſſa, &c.] Notatur ad hoc, quod ma- 9
ritus, cui non fuit ſoluta dos promiſſa cum vxore, poteſt illam expellere domo, vt per Lar. *in l. ſi quis à liberis, §. ſi quis ex his, n.51. ff. de liberis agnoſc.* Palat. *repet. huius rubr. §.64. num.16. & in repet. cap. notab.3.*

in

in princip.n.2.verſ.ſed ego teneo, Boër.*deciſ.*22. *n.*3. Brunor. à Sole *in compendio reſolut. lit. M*, *verbo maritus poteſt repellere*, Anton. Gom. *l.*53. *Tauri*, *n.*31. Petr. Greg. *ſyntagm.juris lib.9.c.19.n.3.* Gutier. *allegat.*11. *n.*16. Contrarium tamen, immò uxorem minimè expelli poſſe ob dotem non ſolutam, tenent Covar. *de ſponſ.p.2. c.7. in initio*, *n.*2. Octav. Cacher. *Pedem.deciſ.*132.*n.*18. Baëz. *de non meliorandis filiabus cauſa dotis,c.32.n.*21. Matienſ. *in rubr.tit.*1.*gloſſ.*1.*n.*91.*lib.*5.*novæ recop.* Molin. *de juſtit.tract.*2.*diſp.*425.*verſ.ſi marito dos*, D. Barboſ. *in l.*1.*p.*3.*n.*35.*ff ſolut. Matrim.* ubi *n.*56. reſpondendo ad text. *in præſenti*, dicit quod hic uxor expulſa non petebat reſtitutionem, ſi enim eam peteret, ante omnia eſſet reſtituenda, per text. *in c.porrò, ſupr. de divortiis, & in c. conqueſtione.ſuprà de reſtit. ſpoliat.* hanc etiam opinionem ſequitur Sanch. *de Matrim.lib.9.diſp.5.n.*17. ubi *n.*18. dicit Pontificem *in hoc text.* non definire id licitum eſſe, ſed ſuppoſita expulſione, ſive juſta, ſive injuſta, reſpondet ad principale quæſitum de dotis cautione, præſtanda ſit, necne?

SVMMARIVM.

1 *Compendium hujus text. refertur.*
2 *Donatio non valet inter virum, & uxorem.*
3 *Iuramentum an confirmet donationem inter virum, & uxorem oſtenditur.*
4 *Imperator, aut Rex validè donat Imperatrici, ſeu Reginæ.*
5 *Donatio remuneratoria valet inter virum, & uxorem.*
6 *Vxor marito donat cauſa adipiſcendæ dignitatis.*
7 *Maritus donare poteſt pecuniam ad reficiendas domos dotales incendio conſumptas.*
8 *Maritus donare poteſt uxori quid annuum, vel menſtruum ad eam cum ſuis ſuſtendandam.*
9 *Alienam rem de conſenſu domini poteſt maritus donare uxori.*
10 *Vxor donare poteſt marito ea mente, ut donatio convertatur in dotem filiæ.*
11 *Religionis favore valet donatio inter virum, & uxorē.*
12 *Maritus conſtante Matrimonio poteſt omnem dotem promiſſam, vel partem ejus uxori remittere.*
13 *Donatio cauſa mortis, vel quando confertur in tempus Matrimonii finiti, valida eſt inter virum, & uxorem.*
14 *Manumiſſionis cauſa donatio facta inter virum, & uxorem valida eſt.*
15 *Nominare poteſt maritus uxorem ad emphyteuſim.*
16 *Donatio facta exilii, vel deplorationis cauſa, valet inter virum & uxorem.*
17 *Donatio exigui pretii inter virum, & uxorem valida eſt.*
18 *Donatio valet inter virum, & uxorem quando conjux qui donat non fit donatione pauperior, quamvis alter ditior fiat.*
19 *Donatio valet inter virum, & uxorem, quando conjux donatarius non fit ditior, licèt donans reddatur pauperior.*
20 *Vſuras dotis non ſolutæ validè remittit vir uxori.*
21 *Donatio irrita inter conjuges confirmatur morte naturali, vel civili donatoris, ſi ante ejus mortem præcedat traditio rei donatæ vera, vel ficta.*
22 *Donatio invalida inter conjuges, ut morte confirmetur, deſideratur donantem in eadem voluntate perſiſtere uſque ad mortem.*
23 *Donatio inter conjuges facta, quando revocata cenſeatur, oſtenditur.*
24 *Donatarius ſi ante donantem moriatur, nulla eſt facta inter vivos donatio.*

Cap. Donatio VIII. & fin.

Gregor. IX.

Donatio inter conjuges Matrimonio durante ex 1
quo alter fit locupletior, alter pauperior, non eſt firma, niſi confirmetur morte donatoris, & ſi donator dum vivit, revocat tacitè, vel expreſsè, vel ſi priùs moritur, qui donationem accepit, evaneſcit donatio. Item ſoluto matrimonio ſicut dos revertitur ad mulierem, ſic donatio propter nuptias redit ad virum, niſi ſecus fiat de conſuetudine, vel de pacto lucrandæ dotis, vel donationis propter nuptias, & iſtud pactum debet eſſe æquale ex utraque parte. Colligunt ex O.d. Abb.antiq. Innoc. Collect. Zabar. Jo. Andr. Butr. Anch. Hoſt. Panorm. Præpoſ. Alex. de Nevo, Cened. *collect.* 82. Caniſ. Cujac. Viv. *in ration.lib.4.juris Pontif.pag.*126. Alagona *in compend. juris Canon. pag.* 604. remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord.p.*1. *&* 2.

Collige ex text. non valere donationem inter virum, 2
& uxorem, de quo vide Duen. *reg.*121. Palat. *in reper. rubr.hujus tit.*§.28.*n.*3. *&* §.46.*princ.* Alciat. *lib.*5.*diſpunct.c.*14. Clar. §.*donatio*, *q.*9 *ex n.*1. Covar. *var.lib.*2. *c.*7.*ex n.*4.*ad med. & in rubr.de teſtam.p.*3.*ex n.*2. Fuſc. *lit. D, ſing.*125. Lancel. Gallia *in conſuet. Alexand.in gloſ. legare*, *q.*1.*n.*32. *& q.*2.*ex num.*2. *& in gloſſ.viginti*, *q.*8. *n.*84. Menoch. *de præſumpt.lib.*3.*præſ.*12.*ex n.*5. Mozz. *de contract.tit.de donation.*§.*de perſonis inter quas cadere poſſit donatio, ex n.*31. Seraph. *de privil.juram.privil.*71. *à princ.* refert alios plures Cened. *ad Decretal.collect.*82. *n.*1. quibus adde Molin. *de juſtit. tract.*2.*diſp.*289.*n.*2. Leſſ. *eod.tract.lib.*2.*c.*18.*dub.*12. Rebell. *de oblig.juſtit. p.*2.*lib.*6.*q.*13.*n.*7. Azor. *inſtit.moral.p.*3.*lib.*11.*de donat. c.*10.*q.*1. Valer. Regin. *in praxi fori pœnit.lib.*25.*n.*158. *verſ.quartum*, Sanch. *de Matrim.lib.*6.*diſp.*1.

Quærit Cened. *d.collect.*72.*n.*2. an ſi in ipſa dona- 3
tione inter conjuges facta, appoſitum ſit juramentum, virtute ipſius talis donatio confirmetur, & ad hoc ibi plures plena manu refert DD. quibus adde Serſer. *de juram.lib.*2.*c.*12.*n.*7. Fachin. *lib.*3.*controv.c.*82. Ceval. *commun.contra comm.q.*12.*n.*5. Bapt. Coſt. *de facti ſcientia, & ignor.poſt diſt.*91. *cent.*2.*in conſ. num.*3. Valaſc. *conſ.*5.*n.*10. Card. Mantic. *de tacitis & ambig. convent. lib.*21.*tit.*8. Azor. *d.c.*10.*q.*1.*verſ.ſed quæritur*, Sanch. *de Matrim. lib.*6. *diſp.*11.*n.*1. *&* 2. Surd. *deciſ.*194.*n.*1. *conſ.*194.*n.*23. Leſſ. *d.dub.*12.*n.*88. Bernard. Græv. *ad practicam Cameræ imper.lib.*2.*concl.*40. Franciſc. Molin. *de ritu nuptiarum*, *lib.*3.*q.*1.*n.*25.

Limita primò quando Imperator, aut Rex donat 4
uxori, vel Imperatrix aut Regina viro, quia valet donatio, *l.pen. C.hoc tit.* ut per Peregr. *de jure fiſci, lib.*4. *tit.*5.*n.*25. Card. Mantic. *d.lib.*21.*tit.*3.*n.*2. Cardoſ. *in praxi judicum, verbo donatio, n.*74. Molin. *d.diſp.*289.*n.*17. *in princ.* Leſſ. *d.dub.*12.*n.*89. Sanch. *de Matr.lib.*6.*diſp.* 3.*n.*1. Azor. *d.lib.*11.*c.*10.*q.*4. Rebel. *de obligat.juſtitiæ, p.*2.*lib.*1.*q.*8.*n.*45.*verſ.ſeptimus, & lib.*6.*q.*13.*n.*1.

Secundò limita quando donatio eſt remuneratoria 5
alicujus debiti, aut ſi vir & uxor mutuò ſibi donent, vel ſi vir ſenex & ignobilis uxoti juveni & nobili donet, *l.quod autem*, §.*ſi vir & uxor, ff.hoc tit.* ut per Tiraq. *l.*9.*connub. gloſſ.*1.*p.*6.*n.*27. Joſeph. Ludov. *Peruſ. dec.*66.*n.*12. *&* 13. Ozaſc. *deciſ.*100. Franciſc. Marc. *deciſ.*22.*part.*2. Fachin. *d.lib.*3.*contr.c.*80. Surd. *conſ.*164. *& conſ.*196.*num.*8. Cevall. *q.*273.*à n.*8. Leſſ. *d.dub.*12. *n.*86.*verſ.ſextus*, Molin. *d.diſp.*289. *n.*17. *verſ.tertius*, Rebel. *d.q.*8.*n.*45.*verſ.primus, & lib.*6.*q.*13.*n.*1. Sanch. *d.lib.*6.*diſp.*6. Franciſc. Molin. *d.q.*1.*n.*100.

Tertiò limita quando uxor marito donat cauſa 6

adipiſcendæ dignitatis, *l.quod adipiſcendæ, ff.hoc tit.*ut per Molin.*d.diſp.289.n.17.verſ.quartus*,Leſſ.*d.dub.12.n.89.verſ.ſextus*,Rebell.*d.q.8.n.45.verſ. ſextus*, Sanch. *d.lib.6. diſp.3. n.9.*

7 Quartò limita quando maritus donat uxori pecuniam ad reficiendas domos dotales incendio conſumptas,*l. quod ſi vir,ff.hoc tit.* Leſſ. *d.dub.12.n.89.*Rebell. *d.q.8.n.46.verſ.ſecundus*, & *lib.6. q.13.num.5.* Molin. *diſp.289.n.17.verſ.ſecundus*,Card. Mant. *d.lib.21.tit.4. num.56.*

8 Quintò limita quando maritus donat uxori quid annuum, vel menſtruum ad eam cum ſuis ſuſtentandam ad vires dotis, hoc eſt, fructus dotis.D.Barboſ.*in l.quæ dotis,n.66.& 67.ff.ſoluto matrim.* Sanch.*d.diſp.3.n.12. ex gloſſ. in l. ex annuo, ff.de donat. inter.* Leſſ. *d. dub.12.n.89.verſ.octavus*, Azor. *d.c.10.q.4.verſ.octavò*, Mantic. *d. tit.4.n.30.*

9 Sextò limita quando maritus donat uxori rem alienam de conſenſu domini,ut per D.Barboſ.*in l.quæ dotis, n.22.ff. ſoluto matrim.* quem refert Rebell. *d.lib.6. q.13.n.53.* Card.Mant. *d.lib.21. tit.5.*

10 Septimò limita quando uxor donat marito ea mente,ut donatio convertatur in dotem filiæ,vide Cald. Pereira *quæſt.forenſ.lib.1.q.18.num.23.* Rebell. *d.lib.6. q.13. n.6.* Card.Mant. *d.lib.21.tit.4.n.32.* per *l.ſi uxor marito,ff.hoc tit.*& me citato *in hoc loco*, D.Mar.Cutel. *de donat. inter patrem & filium, tract. primo,diſc.3.p.2. n.22.pag.458.*

11 Octavò limita favore Religionis valere donationem inter virum & uxorem, quando ſcilicet fiat ad Dei oblationem, vel ut locus ſit ſacer,aut religioſus, *l.ſi ſponſus,§.conceſſa,& §.proinde,cum ſeqq.hoc tit.*Card. Mant.*d.lib.21. tit.4. à n.29.*

12 Nonò limita quando maritus conſtante Matrimonio omnem dotem promiſſam, vel partem ejus uxori remittit: non valebit tamen alterius debiti remiſſio, per gloſſ.*in l.ſi conſtante,C.de donat. ante nuptias*, reſolvunt Azor.*d.cap.10.q.4.verſ.ſeptimò*, Rebell.*d.q.8. n.45.verſ.quintus*, Sanch. *d.lib.6. diſp.3.n.10.*

13 Decimò limita quando donatio mortis cauſa facta eſt,vel quando confertur in tempus Matrimonii finiti,per text. *in l.ſed interim, & l. ſi ſervus uxori, & l. quia in hoc, ff.hoc tit.* Franc.Molin.*d.q.1.n.43.* Azor.*d. c.10.q.4.verſ.nonò*,Card.Mantic. *d.lib.21.tit.4.à n.21.* Sanch. *de Matrim. lib.6. diſp.10.*

14 Undecimò limita quando cauſa manumiſſionis facta eſt donatio,*l.quod autem,§.manumiſſionis cauſa,cum duabus ſeqq.ff.hoc tit.l.maritus, C.eod.* Card.Mantic. *d. lib.21.tit.4.à n.24.*

15 Duodecimò limita quando maritus habens emphyteuſim uxorem in ea nominat, quia hæc nominatio plenam firmitatem habet, ut per Cald.Pereira *de nominat. emphyt.q.4.n.18.* & faciunt quæ ipſe tradit *de poteſtate elig.c.17. n.50.*

16 Decimotertiò limita quando donatio facta eſt exilii cauſa,*l.inter virum,hoc tit.*vel quando facta eſt cauſa deportationis, *l.ſed ſi mors,§.1.hoc tit.*Card.Mantic.*d. lib.21.tit.4.cum ſeqq.* Sanch. *d.lib.6.diſp.3.n.13.*

17 Decimoquartò limita quando donata ſunt exigui pretii, *l.ſed ſi vir,§.ſi vir, & l.ex annuo*,ſumpto argumento à contrario ſenſu,*ff.hoc tit.* Card.Mant.*d.lib.21. tit.4. à n.44.*

18 Decimoquintò limita quando conjux, qui donat, non fit donatione pauperior,quamvis alter ditior fiat, gloſſ.*in præſenti*, Azor. *d.lib.11.cap.10.q.4.verſ.quartò*, Card.Mant.*d.lib.11.tit.4.à n.57.*Rebell. *d.lib.6.q.14.à num.4.* Molin.*d.diſp.289.n.17.in fin.& n.18.* Sanch.*de Matrim.lib.6.diſp.3. n.7.* Franciſc.Molin. *d.lib.3.q.49. num. 29.*

19 Decimoſextò limita quando ex donatione conjux donatarius non fit ditior, licèt donans reddatur pauperior,ut per Baëz. *de meliorand.filiab.c.19.n.6.* Franc. Molin. *de ritu nupt.lib.3.q.49.ex n.29.* Azor. *d.c.10. q.4. verſ.quintò*, Card.Mantic. & Molin. *ubi proximè*, Sanch.*d.diſp.3.n.2.cum ſeqq.*Rebell.*d.q.13.n.6.* me citato *in hoc loco*, Mar.Cutel.*d.loco,n.23.pag.458.*

Decimoſeptimò limita ſi vir uſuras dotis non ſolutæ, de quarum ſolutione conventum erat,remittat, *l. vir uſuras 55.ff. hoc tit.* Duen. *reg.221. limit.7.* Sanch. *d. diſp.3.n.11.* 20

Niſi donatoris obitu confirmetur.] Notatur ad hoc, quod donatio irrita inter conjuges confirmatur morte donatoris, conſonant text. *in l. Papinianus, & in l. cùm hic ſtatus, ff.hoc tit.l.1. & 2. & l.donationes, quas parentes,C.eod.l.4.tit.11.p.4.*reſolvunt Card.Mantic.*d. lib.21.tit.7.* Azor. *d.cap.10.q.7.* Molin. *d.diſp.289.n.4.* Sanch.*d.lib.6.diſp.14.n.1.*Rebell. *d.lib.6.q.13.num.10.* Franciſc.Molin. *d.q.1.n.27.* ubi *n.28.* intelligit procedere nedum in morte naturali,ſed etiam accidentali, imò & civili,veluti cùm quis eſt deportatus, vel in metallum damnatus, aut religionem profeſſus, ut docet Molin.*d.diſp.289.n.6.*Surd.*conſ.171.à n.7.& deciſ. 266.num.10.& 11.* Card.Mantic.*d.lib.21.tit.7.n.9.cum ſeqq.*Azor.*d.c.10.q.8.* Rebell.*d.q.23.num.15.* Franciſc. Molin.*d.q.1.n.29* Carol.Tapia *in repet.auth.ingreſſi. C. de Sacroſanct. Eccleſ.verbo ideóque nec de his*, D. Mar. Cutel. *de donat.inter patrem & fil. tract. primo, diſc.2. p.3.n.2.pag.103.* Et ut donatio inter conjuges morte donantis confirmetur, opus eſt ut ante mortem ejus præcedat traditio rei donatæ vera, vel ficta, *d.l.Papinianus*,ubi gloſſ.*verbo mariti*, ut per Gregor.*d.l.4.verbo en ſu vida*, Matienſ.*l.7.gloſſ.2. n.5.tit.10.lib.5.nova recop.*Molin.*d.diſp.289.n.4.*Valaſc.*conſ.5.n.16.* Gutier. *pract.lib.2.q.12.n.120.* D.Barboſ. *in l.quæ dotis,n.67.ff. ſoluto matrim.*Card.Mant.*d.lib.22.tit.7.n.32.cum ſeqq.* Rebell.*d.q.13.n.16.* Sanch. *d.diſp.14.num.6.cum ſeqq.* Franciſc.Molin.*d.q.1.n.36.& 37.* 21

Si revocetur ab eo tacitè,vel expreſsè.] Notatur ad hoc, quod ut donatio invalida per conjuges morte confirmetur, deſideratur donantem in eadem voluntate perſiſtere uſque ad mortem,quare ſi expreſsè,aut tacitè revocet, minimè confirmabitur morte, ut per Sanch. *d.lib.6. diſp.15. per totam*, Molin.*d.diſput.289. n.11.verſ.ſecundus eventus.* Et tacitè cenſetur donatio revocata ſi divortium inter conjuges ſequatur,niſi ex mutuo conſenſu & beneplacito fuerit factum,*l.ſed interim,§.ſi maritus, & l.cùm hic ſtatus §.ſi divortium, ff. hoc tit.*Molin.*d.diſp.289.n.12.*Vel ſi facta fuit ſeparatio propter adulterium, niſi reconciliatio ſit ſequuta. Card.Mantic.*d.lib.21.tit.7. n.29.* Item tacitè cenſetur hujuſmodi donatio revocata,ſi donans vendat,permutet,leget,aut donet eandem rem alteri,imò ſi pignori illam alteri tradat, aut ſpeciali hypothecæ ſubjiciat, niſi de voluntate donantis conſtet intendere,ut donatio perſeveret, *l.cùm hic ſtatus, §.ſi maritus, & §.qui quaſdam res, ff.hoc tit.* Molin. *de juſt.diſp.289.num.12.* plures, quos refert, & ſequitur Sanch. *d.diſp.15.n.5.* item tacitè cenſetur revocata, ſi facta ſit à viro dum eſſet ſine liberis,eis naſcentibus,Rebell. *d.q.13.n.24.* Molin. *d.diſp.289.n.13.* 22 23

Priùs debitum naturale perſolvat.] Notatur ad hoc, quod ſi donatarius ante donantem moriatur,nulla eſt facta inter vivos donatio,*d.l.cùm hic ſtatus, §.ſi ambo, l.etiam,& l.à marito,C.hoc tit.*Rebell.*d.q.13.n.18.*Hieronym. Portoles *in tract. de conſort. & fideicom. legali, c.52.n.10.*Sanch. *d.lib.6.diſp.14.n.10.cum ſeqq.* 24

De

De Secundis Nuptiis.

Tit. XXI.

SUper hanc rubr. ſcripſerunt Zabarel. Joan. Andr. Anchar. Butr. Panorm. Præpoſ. Alex. de Nevo, Cujac. Durand. *in breviar. aureo iuris Canon. & in ſpeculo iuris, ſub hoc tit. lib.*4. Stephan. Ranchin. *in continuat. tit. Decretal.* Joan. de Londris *in breviario ſanctorum Canon.* Petr. de Ravenna *in compend. iuris Canon.* Mart. Meſnart. *in epitome Decret.* Dan. Venat. *in analyſi method. iuris Pontif. à pag.* 588. Goffred. & Hoſt. *in ſum. huius tit.* Alex. Caſan. & Anaſtaſ. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decret.* Barth. Carthag. *in expoſit. tit. iuris Canon.* Caniſ. *in ſum. iuris Canon.* noviſſimè Joan. Honor. *lib.*4. *ſum. in Decret.* omnes *ſub hoc tit.*

SUMMARIUM.

1 *Nuptiæ ſecundæ non ſunt benedicendæ*, & n. 2.
3 *Sacerdos ſecundis nuptiis benedictionem impertiens in caſu non permiſſo ſuſpenſionem incurrit.*
4 *Amplia etiamſi benedicat ſecundum Matrimonium diſſoluto primo.*
5 *Suſpenſio, quam incurrit ſacerdos ſecundis nuptiis benedictionem impertiens in caſu non permiſſo, non incurritur ipſo iure.*
6 *Sacerdos ſecundis nuptiis contrahentium alterius Parochiæ benedictionem impertiens abſque Parochi, vel Ordinarij licentia, quam pœnam incurrat, oſtenditur.*
7 *Pœna arbitraria vltra ſuſpenſionem imponi poteſt ſacerdotibus ſecundis nuptiis benedictionem impertientibus in caſu non permiſſo.*

Cap. Capellanum I. *Alex. III.*

1 PReſbyterum qui benedicit ſecundas nuptias Epiſcopus debet ſuſpendere ab officio, & beneficio, & mittere eum Romam. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Hoſt. Butr. Anchar. Panorm. Præpoſ. Caniſ. Cujac. Alex. de Neuo, Cened. *collect.* 49. Viuian. *in ration. lib.* 4. *iuris Pontif. pag.* 129. Alagona *in compend. juris Canon. pag.* 604. remiſſiuè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Anton. Aug. *collect.* 2. *Decret. lib.* 4. *tit.* 16. *cap. vnic.*

2 Hanc eandem concluſ. ex hoc text. deſumunt Clar. *lib.* 5. *§. fin. q.* 75. *n.* 2. Zerol. *in praxi Epiſc. p.* 2. *verbo nuptiæ*, Menoch. *de arbitr. caſu* 417. *per tot.* vbi *in n.* 2. ſubdit deciſionem huius text. non corrigi per Conc. Trid. *ſeſſ.* 24. *de reform. matr. c.* 1. quo ſimpliciter conſtitutum eſt nuptias eſſe benedicendas, quia de primis nuptiis ex Conc. intelligẽdum, & non de ſecundis, Perez *l.* 1. *col.* 1. *verſ. eſt & alia pœna, tit.* 2. *lib.* 5. *Ordin. pag.* 52. Petr. Moz. *de contract. tit. de matr. §. de naturalib. matr. n.* 10. Bonac. *comm. crim. verbo Sacerdos benedicens*, Henriq. *in ſum. lib.* 11. *c.* 11. *n.* 2. Gutier. *de Matr. c.* 106. *n.* 14. *cum ſeqq.*

3 *Ab officio, beneficioque ſuſpenſum.*] Notatur ad hoc, quod Sacerdos ſecundis nuptiis benedictionem impertiens in caſu non permiſſo, ſuſpenſionem incurrit, vt per Couar. *de ſponſ. p.* 2. *c.* 8. *§.* 11. *n.* 2. Sanch. *de Matrim. lib.* 7. *diſp.* 82. *n.* 27. Gutier. *d. c.* 106. *à n.* 16. à qua ſuſpenſione excuſat quælibet ignorantia etiam craſſa, dummodo non ſit ita craſſa, vt ſit ingens temeritas, Sanch. *lib.* 3. *diſp.* 48. *n.* 7. Gutier. *d. tract. c.* 75. *n.* 16.

Quamvis autem aliqui teneant prædictam ſuſpenſionis pœnam locum habere tantùm, vbi conſtante Matrimonio priori presbyter ſecundas nuptias benedicit, ex quorum numero ſunt Cou. *d. §.* 11. *n.* 2. Aloyſ. Ricc. *in praxi fori Eccleſ. deciſ.* 369. *n.* 2. *in* 1. *edit. & reſol.* 313. *in* 2. *edit.* verius tamen eſt Sacerdotem incurrere hujuſmodi ſuſpenſionem ſi benedicat ſecundum Matrimonium, etiam diſſoluto primo, vt docent Mar. Alter. *de cenſur. tom.* 2. *diſp.* 11. *de ſuſpenſ. c.* 4. *verſ. ſed primo*, Salzed. *in pract. c.* 77. *lit. D*, Marc. Ant. Genuenſ. *in praxi Archiep. Neapol. c.* 59. *in vlt. edit.* Sanch. *lib.* 7. *diſp.* 82. *in fin.* Vgol. *de offic. & poteſt. Epiſc. c.* 13. *§.* 12. *n.* 6. 4

Hæc pœna ſuſpenſionis ab officio, & beneficio non infligitur ipſo jure in præſenti, quia hic tantùm præcipitur, vt ipſum ſuſpenſum remittat abſoluendum ad Pontificem, quaſi dicat, illum ſuſpende, & vbi ſuſpenderis, à ſolo Pontifice poteſt abſolui: ita docent Cou. *d. §.* 11. *n.* 2. Bernard. *d. c.* 77. *n.* 2. Clar. *§. fin. q.* 75. *verſ. ſacerdos*, Nau. *in man. c.* 25. *n.* 137. Perez *l.* 5. *col.* 5. *verſ. intelligas, tit.* 1. *lib.* 5. *Ordin.* Henriq. *d. c.* 16. *§.* 2. *& lib.* 13. *c.* 39. *n.* 3. Fr. Emman. *in ſum. tom.* 1. *c.* 241. *in fine*, Mar. Anton. Genuenſ. *d. c.* 56. *in vlt. edit.* Mar. Alter. *d. c.* 4. *verſ. ſecundò*, Sanch. *d. diſp.* 82. *n.* 26. Gutier. *d. c.* 106. *n.* 16. 5

Hodie ex noua diſpoſitione Concil. Trid. *ſeſſ.* 24. *de reform. matrim. c.* 1. contra Sacerdotes ſecundis nuptiis benedictiones impertientes ſubditis alterius Parochiæ abſque Parochi, vel Ordinarii licentia, eſt impoſita pœna ſuſpenſionis ipſo jure interim dum abſoluatur ab Ordinario ejus Parochi, qui Matrimonio intereſſe debebat, ſeu à quo benedictio ſuſcipienda erat: & licèt dicta Conciliaris diſpoſitio ſuſpenſum abſolutè ipſum pronuntiet, hanc tamen ſuſpenſionis pœnam nedum ad officium, ſed etiam ad beneficium extendi poſſe reſoluit Franc. Molin. *de ritu nupt. lib.* 2. *diſſ.* 11. *n.* 149. & ab ea non ſolùm Epiſcopum, ſed etiam ejus Vicarium poſſe abſoluere ſecurè tuentur Sanch. *lib.* 3. *diſp.* 52. *n.* 4. & Mar. Alter *d. c.* 4. *in fine.* 6

Illud tamen aduertendum duxi, vltra ſuſpenſionem de qua *in hoc text.* imponendam eſſe pœnam arbitrariam, vt docent Menoch. *caſu* 417. *n.* 8. Perez *d. l.* 5. *verſ. intelligas*, Salzed. *d. c.* 77. *lit. F, verſ. in hoc delinquens*, Ceual. *comm. contra comm. q.* 604. *n.* 135. Aloyſ. Ricc. *d. reſol.* 113. *n.* 1. Vgol. *d. §.* 12. *n.* 6. *in fin.* 7

Ad Sedem Apoſtolicam nullatenus deſtinare, &c.] Hæc miſſio ad Romanam Curiam ſublata fuit per Extrauag. Ioannis XXII. de qua meminerunt Cou. *d. §.* 11. *n.* 2. *verſ. eſt tamen*, Salzed. *d. c.* 77. *lit. C.* Henriq. *d. c.* 16. *§.* 2. *lit. Q*, Sanch. *d. diſp.* 82. *n.* 28. Mar. Alter. *d. c.* 4. *verſ. quintò.* 8

SUMMARIUM.

1 *Dubitans de morte conjugis, niſi prius certificetur, contrahere non debet, & ſi contraxit, poteſt reddere, ſed non exigere debitum, & ſi poſtmodùm ſciat primam viuere, dimittat ſecundam.*
2 *Captiui apud hoſtes Matrimonium eſt validum.*
3 *Conjux qui dubius de morte prioris coniugis contraxit, debitum nullo modo petere poteſt, tenetur tamen reddere.*
4 *Iudex Eccleſiaſticus non debet mulieri facultatem concedere, vt ſecundo viro nubat, donec certum nuntium acceperit de morte prioris, quantumcunque annorum ſpatio quindecim abfuerit.*

Cap. Dominus II. *Luc. III.*

AD ſecundas nuptias nullus tranſire præſumat, niſi priùs conſtet de morte vxoris, & ſi aliquis

adhuc dubius de morte illius, aliam duxit, debet reddere debitum, ſed non petere, & ſi deinde conſtat de vita primæ conjugis, relicta ſecunda ad primam reuertatur. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Hoſt. Butr. Anchar. Panorm. Præpoſ. Cened. *collect.* 171. Alex. de Neuo, Caniſ. Cujac. Viu. *in ration. lib.* 3. *juris Pontif. pag.* 129. Alagona *in compend. juris Canon. pag.* 604. remiſſiuè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 1. *Decret. lib.* 4. *tit.* 22. *c.* 3.

2 In ſuperſcript. ibi, *Vniuerſis Chriſtianis in captiuitate Saracenorum poſitis.* Notatur ad hoc, quod Matrimonium captiui apud hoſtes eſt validum, vt per Sanch. *de Matrim. lib.* 4. *diſp.* 12. *n.* 7. An autem hodie qui apud Turcas, vel apud alios infideles detinentur, vel mercium congerendarum cauſa, aut alia ratione commorantur, teneantur juxta formam Conc. Trid. contrahere, dixi *de offic. & poteſt. Epiſc. p.* 2. *alleg.* 32. *n.* 154.

3 Collige ex text. conjugem, qui dubius de morte prioris conjugis contraxit, debitum nullo modo petere poſſe, teneri tamen reddere alteri bona fide poſſidenti, de quo vide Salon. 2. 2. *q.* 61. *tract. de dominio, q.* 5. *art.* 6. *ratione vlt. finalis concluſionis*, Barth. de Ledeſma *dub.* 20. *de matrim. concl.* 1. Henriq. *in ſum. lib.* 12. *c.* 6. *n.* 7. *in comment. lit. S*, Azor. *inſtit. moral. p.* 1. *lib.* 2. *c.* 18. *q.* 5. Sayr. *in claui Regia, lib.* 1. *c.* 13. *n.* 25. Sanch. *de Matrim. lib.* 2. *diſp.* 42. *n.* 2. Gutier. *eod. tract. c.* 51. *n.* 1. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 31. *n.* 72. quidquid dicat Baſil. Pont. *de imped. Matr. c.* 13. *§.* 5. conjugem non poſſe contrahere validè cum dubio de morte prioris viri, eo quòd ſit inhabilis donec certum habeat nuntium, additque *in verſ. ſecundò colligo*, hunc text. qui eſt Lucii III. eſſe correctum per alium Clementis III. *in cap. in præſentia, ſupr. de ſponſ.*

Quid autem facere debeat conjux poſtquam ſecundo nubit, ſi dubitat de morte primi conjugis, vide Nauar. *in man. c.* 16. *n.* 40. & *c.* 22. *ex n.* 54. *& in cap. ſi quis autem, de pœnit. diſt.* 7. *ex n.* 90. *vſque ad n.* 102. Anton. Cordub. *in quæſt. Theolog. lib.* 3. *q.* 8. *verſ. ſed pro majori*, Steph. de Gaëta *in cap. ad limina* 39. *q.* 1. *§.* 4. *n.* 478. Ludov. Lop. *in inſtruct. conſcient. p.* 1. *c.* 81. *ex col.* 533. Menoch. *de arbitr. caſu* 420. *ex n.* 129. Matienſ. *l.* 5. *gloſſ.* 1. *n.* 6. *tit.* 1. *lib.* 5. *noua recop.*

4 *Donec ei conſtet, quod ab hac vita, &c.*] Notatur ad hoc, quod judex Eccleſiaſticus non debet mulieri facultatē concedere, vt ſecundo viro nubat, donec certum nuntium acceperit de morte prioris, quantumcunque annotum ſpatio quindecim abſuerit, Valer. Reginald. *d. lib.* 31. *n.* 71. Mors autem viri qualiter probanda ſit, vt inde poſſit vxor certa reddi, ac licentiam petere ſecūdo nubendi, vide per citatos ad *d. c. in præſentia, & ibi citatis* addo Ioſeph. Lud. *Peruſ. deciſ.* 12. *à n.* 1. Viu. *tom.* 1. *com. opin. lib.* 4. *tit.* 9. *de prob. n.* 19. *pag.* 377. vbi Bellac. *n.* 56. *pag.* 480. idē Viu. *tom.* 2. *lib.* 7. *tit.* 5. *n.* 75. *pag.* 241. Maſc. *de prob. concl.* 1070. *cū ſeqq.* Flam. *de reſig. lib.* 9. *q.* 24. *n.* 4. *cum ſeqq. & lib.* 11. *q.* 7. *n.* 19. *& q.* 9. *à n.* 9. Farin. *in praxi crim. q.* 140. *n.* 24. Valer. Regin. *d. lib.* 31. *n.* 70. Gutier. *de matr. c.* 51. plures refert Cened. *ad Decr. collect.* 171.

5 *Ad priorem conjugem reuertatur.*] Notatur ad hoc, quod ſi compertum fuerit, mulierem habere duos viros, tunc primo viro reſtituenda eſt, & ſi ad eum redire renuerit, excommunicationis vinculo innodatur donec redeat, ita docent Menoch. *de arbitr. caſu* 420. *n.* 129. Farin. *d. q.* 140. *n.* 32.

SUMMARIUM.

1 *Conjuges non debent de nouo benedici, ſi vnus ex conjugibus fuit alias benedictus.*

2 *Conjux ſecundò nubens non eſt à presbytero benedicendus: & quid hodie ſeruetur generali conſuetudine, oſtenditur,* & n. 3

Cap. Vir autem III. *Vrban. III.*

Si vnus ex conjugibus fuit ſemel benedictus in primo Matrimonio, non debet in ſecundo deinde benedici. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Hoſt. Butr. Anchar. Panorm. Præpoſ. Alex. de Neuo, Caniſ. Cujac. Viu. *in ration. lib.* 4. *juris Pontif. pag.* 131. Alagona *in compend. juris Canon. pag.* 605. remiſſiuè Ximen. *in concord. part.* 1. *&* 2. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 1. *Decret. lib.* 4. *tit.* 22. *c.* 1. & eſt poſt Concil. Lateran. ſub Alex. III. *p.* 9. *c.* 1. 1

Collige ex text. conjugem ſecundò nubentem non eſſe à Presbytero benedicendum, vt per Cou. *de ſponſ. p.* 2. *c.* 8. *§.* 11. *n.* 2. *in fin.* Nauar. *in man. c.* 22. *n.* 83. Perez *l.* 1. *verſ. eſt alia pœna, tit.* 1. *lib.* 5. *Ordin. pag.* 52. Iacob. de Graff. *in deciſ. aur. p.* 1. *lib.* 2. *c.* 82. *n.* 2. Valent. *p.* 4. *diſp.* 10. *q.* 6. *punct.* 1. *ad fin. verſ. deinde etiam*, Menoch. *de arbitr. caſu* 417. *n.* 2. Henriq. *in ſum. lib.* 11. *c.* 16. *n.* 2. plures per Cened. *ad Decret. collect.* 49. *n.* 1. quibus adde praxim Epiſcopalem *p.* 1. *verbo nuptiæ*, Ceval. *commun. contra commun. q.* 604. *n.* 134. Marc. Ant. Genuenſ. *in praxi Archiep. Neapol. c.* 59. Sanch. *de Matrim. lib.* 7. *diſp.* 82. *cum ſeqq.* Gutier. *eod. tract. c.* 106. *n.* 14. *cum ſeqq.* Bonac. *eod. tract. q.* 4. *punct.* 6. *n.* 4. Rebell. *de oblig. juſtit. p.* 2. *lib.* 3. *q.* 10. *n.* 3. 2

Hodie verò ex generali conſuetudine communiter recepta obtentum eſt, quod ſi fœmina ſolùm nondum fuiſſet benedicta, poſſet tunc vtrique benedictio generaliter fieri, vt teſtantur Couar. *d. c.* 8. *§.* 11. *n.* 2. Gregor. *l.* 2. *verbo no deuen ſer, tit.* 11. *p.* 4. Salzed. *c.* 74. *lib. B*, Marc. Ant. Genuenſ. *d. c.* 59. Aloyſ. Ricc. *in praxi fori Eccleſ. deciſ.* 369. *n.* 2. *in prima edit. & reſol.* 313. *in fine, in* 2. *edit.* Mar. Alter. *de cenſ. tom.* 2. *diſp.* 11. *de ſuſpenſ. c.* 4. *verſ. tertiò dubitatur*, Henriq. *d. c.* 16. *num.* 2. *lit. M*, Poſſeuin. *de officio curati, c.* 10. *n.* 48. 3

SUMMARIUM.

1 *Mulier nubens infra annum lugubrem infamiam non incurrit.*

2 *Reſuſcitatus conjux non recuperat vxorem ſuam.*

3 *Beneficiatus reſuſcitatus non poteſt beneficium repetere.*

4 *Monachus reſuſcitatus non tenetur redire ad Monaſterium.*

Cap. Super illa IV.

Mulier, quæ nubit infra annum luctus ſecundùm leges, non incurrit infamiam, ſecundùm Apoſtolum. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Hoſt. Butr. Anchar. Panorm. Præpoſ. Alex. de Neuo, Caniſ. Cujac. Viu. *in ration. lib.* 4. *iuris Pontif. pag.* 131. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 605. remiſſiuè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Ant. Auguſt. *collect.* 1. *Decret. lib.* 4. *tit.* 22. *c.* 2. 1

Mulier viro ſuo mortuo, &c.] Ergo conjux reſuſcitatus non recuperat vxorem ſuam, de quo vide Tiraq. *poſt leges connub. gloſſ.* 6. *num.* 19. *& in l. ſi vnquam, verbo ſuſceperit liberos, n.* 170. *C. de reuocand. donat.* Guilielm. Bened. *in cap. Raynutius, p.* 3. *verbo mortuo itaque teſtatore, il* 1. *n.* 324. Petr. Mozz. *de contract. tit. de matr. §. fin. n.* 4. *verſ. hinc dicunt*, Sebaſt. Medic. *in tract. mors omnia ſoluit, p.* 1. *n.* 95. *in fine, & n.* 145. *& p.* 2. *concl.* 65. *n.* 207. 2

*n.*207.*& p.*3.*n.*127. Lancel. Gallia *in conſuetud. Alex. gloſſ. vxori, q.*5.*n.*14. Matienſ. *ad rubr. tit.* 1. *gloſſ.* 1. *n.*84. *lib.*5 *noua recop.* Mench. *in præfat. Illuſtr. n.*76. Henriq. *in ſum. lib.*2. *c.*12. plures per Cened. *ad Decret. collect.* 171. *n.*7. Rebuff. *in tract. de pacificis poſſeſſoribus, n.*268.
3 vbi dicit quod ſi beneficiatus miraculosè reſurgeret, non poſſet beneficium repetere, ſicut nec vxorem, cùm morte ſit ſolutum Matrimonium. Garc. Girond. *de privilegiorum, & exempt. explicat. n.*1291. vbi *n.*1282. reſoluit quod reſuſcitatus licèt non recuperet vxorem, recuperat tamen filios, & *n.*1285. tenet quod Monachus reſuſcitatus non tenetur redire ad Monaſterium.
4 Non eſt tamen reſuſcitatus iterum baptizandus, aut ordinandus, vt per Guillelm. Benedict. *d. n.*324. Petr. à Nauar. *de reſtit. tom.* 1. *lib.* 1. *c.* 2. *ex n.* 3. *verſ. docent igitur*, Sebaſt. Medic. *d. p.* 1. *n.*146. *& p.* 2. *concl.*98. *ex n.*173. Viuald. *in candel. aureo, tit. de irregul. bigamiæ, n.* 10. *in fine.* An condemnatus ad mortem reſurgens iterum puniatur, vide Flam. Carthar. *de execut. ſentent. capto bannito, in præfat. n.*65. Medic. *d. p.* 1. *n.* 147.

SVMMARIVM.

1 *Compendium huius text. refertur.*
2 *Mulier nubens infra annum lugubrem, non debet legalis infamiæ ſuſtinere jacturam.*
3 *Pœna ſecundis nuptiis poſt annum initis jure ciuili inductæ an ſint correctæ per text. in præſenti, oſtenditur.*
4 *Matrimonialis cauſa iudicatur ſecundùm ius Canonicum.*
5 *Lex lata à ſæculari Principe circa Matrimonium eſt nulla.*

Cap. Cùm ſecundum V. & fin.

Innoc. III.

1 MVlier, quæ nubit infra annum luctus ſecundùm leges, non incurrit infamiam ſecundùm Apoſtolum. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Hoſt. Butr. Anchar. Panorm. Præpoſ. Alex. de Neuo, Caniſ. Cujac. Vin. *in ration. lib.* 4. *juris Pontif. pag.* 132. Alagona *in compend. juris Canon. pag.* 605. remiſſivè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Ant. Auguſt. *collect.* 2. *Decret. lib.* 4. *tit.* 15. *c. vnic.*

2 Collige ex tex. mulierem nubentem infra annum lugubrem non debere legalis infamiæ ſuſtinere jacturam, ac per conſequens pœnas fœminis ſecundò nubentibus intra annum luctus à jure Ciuili ſtatutas corrigi per text. *in præſenti*, itavt viduæ quocunque tempore poſſint impunè ad ſecundas nuptias tranſire, ita docent Cou. *de ſponſ. p.* 2. *c.* 3. §. 9. *n.* 5. *&* 6. Greg. *l.* 3. *verbo faſta un año, tit.* 12. *p.* 4. Guilliel. *in c. Raynutius, de teſtam. verbo & vxorem, deciſ.* 5. *vbi de ſucceſ. ab inteſt. n.*90. Rebuf. *tom.* 1. *ad leges Galliæ, tit. de conſtit. in proœm. gl.* 5. *n.*66. Clar. §. *ſtuprum, n.*6. Brunel. *de ſponſ. concl.* 19. *n.*6. Sarmient. *ſelect. lib.* 1. *c.* 4. *n.* 4. Perez *l. fin. verſ. eſt tamen inquirendum, pag.* 53. *tit.* 1. *lib.* 5. *Ordin.* Gutier. *in repet. l. nemo poteſt, n.*19. *ff. de leg.* 1. *& pract. lib.* 2. *q.* 95. *n.* 5. Chærian. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 5. *tit.* 4. *n.* 47. *cum ſeq.* Matienz. *l.* 3. *gl.* 1. *n. vnic. tit.* 1. *& gl.* 2. *n.* 1. *&* 44. *& l.* 9. *gl.* 8. *n.* 5. *tit.* 9. *lib.* 5. *nouæ recop.* Azeued. *ad d. l.* 3. *n.* 1. *&* 2. Spin. *in ſpeculo teſtam. gl.* 14. *princ. n.*99. Surd. *de alim. tit.* 7. *q.* 24. *& tit.* 9. *q.* 30. Peregr. *de iure fiſci, lib.* 5. *tit.* 15. *n.* 1. *cum ſeqq. & tit.* 16. *n.* 1. D. Barboſ. *in l.* 1. *p.* 7. *n.*17. *cum ſeq. & l.* 2. *in princ. p.* 1. *n.*66. *ff. ſolut. Matrim.* Ceuall. *comm. contra com. q.*742. *n.* 2. Valaſc. *conſult.* 16. *n.* 5. Modern. *de iuriſd. p.* 4. *caſu* 70. *n.*24. Pich. *de nobilit. communicatiua, n.*65. Padil. *in ſum. legum pœnalium, p.* 2. *caſu* 16. Molin. *de iuſt. tract.* 2. *diſp.*154. *verſ. de iure Ciuili*, Cardoſ. *in praxi iudicum, verbo mulier, num* 22. Bened. Ægid. *in repet. l. Titia, ff. de condit. & demonſtr. p.* 3. *n.*61. Sanch. *de Matrim. lib.* 7 *diſp.*87. *n.*23. *cum ſeq.* Gutier. *eod. tract. c.*108. plures refert Doctores Farin. *fragm. crimin. p.* 2. *lit. M, n.*398.

Scilicet vnius anni ſpatium.] Ergo pœnæ jure ciuili 3
inductæ ſecundis nuptiis poſt annum initis, vtpote quæ in filiorum fauorem ſunt, minimè ſunt correctæ per text. *in præſenti*, de quo vide Gutier. *in d. repet. l. nemo poteſt, n.*20. *& d. q.*95. *n.* 5. *& d. c.*108. *n.*21. Sanch *d. lib.* 7. *diſp.*88. *n.*39. quæ autem ſint pœnæ ſecundis nuptiis jure ciuili inductæ in fauorem prioris matrimonii, quæ jure Canonico non corriguntur, latè proſequuntur Sanchez *d. diſp.*68. Gutier. *d. c.*108. *n.*22. *cum ſeqq.* & de pœnis teſtamentariis ſecundis nuptiis impoſitis, jure canonico non correctis, vide Matienſ. *l.* 3. *gl.* 2. *n.*14. *tit.* 1. *lib.* 5. *noua recop.* Anton. Gabr. *tom.* 3. *commun. opin. tit. de ſecund. nupt. concl.* 5. *n. penult.* Spin. *d. gl.* 14. *n.*100. Sanch. *d. lib.* 7. *diſ.* 91. *n.* 1.

Cùm in his præſertim ſæculares leges, &c.] Notatur ad 4
hoc, quod cauſa Matrimonialis judicatur ſecundùm jus Canonicum, vt per Surd. *de alim. tit.* 8. *priuil.* 10.
*n.*7. Vnde & quælibet lex lata à ſæculari Principe cir- 5
ca Matrimonium, etiamſi non reprobetur ab Eccleſia, nulla eſt, vt docent S. Thom. *in* 4. *diſt.*41. *q.* 1. *art.* 1. *ad* 4. Sylueſt. *verbo Matrimonium* 2. *q.* 1. *&* 2. nouiſſimè Baſil. Pont. *de Sacramento Matrimonij, lib.* 6. *c.* 2. *n.* 1. vbi *num.* 3. contra Sanchez reſoluit nequaquam poſſe Principem ſæcularem fidelem aliquam legem ſtatuere ad ſubſtantiam Matrimonii directè, vel indirectè pertinentem, quæ vim habeat, niſi ab Eccleſia tacitè, vel expreſsè probetur, ex defectu poteſtatis, & *num.* 4. pariter reſoluit, neque circa acceſſoria matrimonii poſſe Principem ſæcularem ex defectu poteſtatis leges ferre, ſi eo acceſſorio impeditur principale: & *n.* 5. dicit circa illa accidentalia Matrimonio, vel acceſſoria, quæ non pertinent ad ejus ſubſtantiam, neque ex ſe impediunt principale, ſæculares Principes pro ſua poteſtate poſſe leges validas ſtatuere, cuiuſmodi ſunt leges circa dotem, & lucrum dotis, vel donationis inter virum & vxorem, & ſponſalitiam largitatem, & ſimiliter leges, quæ pœnis conſtitutis adiuuant prohibitiones Eccleſiaſticas.

Finis Libri quarti Decretalium.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMANUELE

Digitized by Google